R. 7577

ADAGIA
QVAECVMQVE
AD HANC DIEM
EXIERVNT,

PAVLLI MANNVCCII STVDIO, atque induſtria, Doctiſſimorum Theologorum conſilio, atque ope, (ex præſcripto Sacroſancti Concilij Tridentini, GREGORII XIII. Pont. Max. auſpice) ab omnibus mendis vindicata, quæ [illegible] Catholicæ ſtudioſum Lectorem poterant offendere:

SVBLATIS FALSIS INTERPRETATIONIBVS, & nonnullis, quæ nihil ad rem pertinebant, longis, inanibusq; digreſſionibus.

Cum plurimis, ac locupletiſſimis Indicibus.

NVNC VERO IN HAC POSTREMA ab innumeris erroribus repurgata, & ueræ lection

DE LA LIBRERIA DEL REAL COLEGIO MAYOR Reunido de Santa Cruz, y Santa Catalina. H. 1.º C. 1.º N. 2.

VENETIIS, MDXCI.

Apud Dominicum de Farris.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

R. 7577

ADAGIA QVAECVMQVE AD HANC DIEM EXIERVNT,

PAVLLI MANNVCCII STVDIO, atque induſtria, Doctiſſimorum Theologorum conſilio, atque ope, (ex præſcripto Sacroſancti Concilij Tridentini, GREGORII XIII. Pont. Max. auſpice) ab omnibus mendis vindicata, quantum, & veritatis Catholicæ ſtudioſum Lectorem poterant, ſecedere:

SVBLATIS FALSIS INTERPRETATIONIBVS, & nonnullis, quæ nihil ad rem pertinebant, longis, inanibusq; digreſſionibus.

Cum plurimis, ac locupletiſſimis Indicibus.

NVNC VERO IN HAC POSTREMA ab innumeris erroribus repurgata, & ueræ lection

DE LA LIBRERIA DEL REAL COLEGIO MAYOR Reunido de Santa Cruz, y Santa Catalina. H. 1.º C. 19. N. 2.

VENETIIS, MDXCI.

Apud Dominicum de Farris.



i 41860728





Soy de la Lib. del Dr.
Dorcdano

GREGORIO XIII.
PONT. MAX.

NIHIL in rerum natura ſtabile, nihil firmum, omnia fluxa, omnia fallacia reperiri, & omnes iampridem affirmarunt, & ego nuperrime, domeſtico exemplo doctus, nimis grauiter ſenſi. Cum enim Paullus Mannuccius, pater meus, Romam ueniſſet, Tuaq. benignitate fretus, ea aggredi in animo haberet, quae ſtudioſis omnibus ſummam vtilitatem parerent: cum inquam in eo totus eſſet, ecce Tibi, mors eum rapuit, rapuit mihi patrem, rapuit (liceat mihi, quod ſentio, libere proloqui) praeclarum, ac prope ſingulare veteris eloquentiae exemplum. Quis enim, eius ſcripta legendo, & ſententiarum pondere, & uerborum nitore referta, ual-

de non commouetur ? aut quis in eis natiuum quendam antiquitatis characterem non agnoſcit? Sentiemus poſteri, quantum difficultatis inſit in eloquentia comparanda : cuique uiuo maleuoli quidam obtrectatores inuidebant, eum nunc e medio ſublatum uel inuiti admirabuntur. Verum, quid ago ? Patris ne mei laudes perſcribere propoſui ? Minime, etſi, ſi id etiam facerem, pietatem debitam praeſtarem. Sed in hoc non me affectus aliquis, mouet, uerum iudicium, quod tametſi in me ſit exiguum, cum id tamen uideam tot amicorum, non inſulſorum hominum, iudicio comprobari, non poſſum de meo peſſime exiſtimare. Hoc aſſequor certe, ut, patrem meum dum laudo, ſummas Tibi deberi gratias confitear, qui literatos homines Tua benignitate ſubleuandos, liberales diſciplinas, iamdiu prope exſules, ad patriam ſedem reuocandas cures. Tu inter alia, quae ad ſummi Apoſtolatus curam pertinent, cum uideas plurimum referre, ut S. Concilij Tridentini Decreta obſeruentur, omne ſtudium, omnemq́ auctoritatem Tuam eo confers, ut ne quid prætermittatur eorum quæ Sanctiſſimi illi Patres ad Chriſtianæ Reipub. utilitatem pertinere cenſuerunt. Cumque ab eodem Concilio eidem Patri meo demandatum fuiſſet munus perpurgandi librum de

de ueteribus utriuſque linguæ Prouerbijs, ne, qui eorum ſtudio tenerentur, ullam partem combiberent eius impietatis, quam eius libri ſcriptor ſcriptis ſuis plurimam adſperſerat : feciſti, ut Pater meus emendationem ſuſciperet, quam cum, doctiſſimorum Theologorum ope, Tuo iuſſu abſoluiſſet, paullo poſt ipſe moritur. Hic liber cum edendus in publicum eſſet, Tibi debitus, a Te proficiſcens, quippe quem communicari omnibus iuſſeris iure optimo a me S. T. inſcribitur. A me, tamquam ab eius filio, cui Tu id mandaueras. S. Tuae, tamquam ei, quæ bonum hoc omnibus impertierit. Laetentur igitur homines, talem nobis contigiſſe Paſtorem, qui inter alias, quas multas habet, curas, præcipuam quoque illam habet, ut hæreticorum libri, detractis omnibus, quæ incautos lectores errore aliquo inuoluere poterant, publicentur. Quæ Tibi debentur gratię ? quæ habebuntur in omni tempore a ſtudioſis hominibus, dum hoc uolumen tractabunt ? Verum Tu id non ſpectas : qui ipſum recte agere, non propter laudem, quæ apud mortales conſequitur, laudabile iudicas, ſed quod in omni tua uita unum illud Tibi propoſitum fuit, ut recte agendo ætatem ageres. Quod cum ſemper feceris, ea es aſſecutus a Summo DEO, quæ ſumma in terris ſunt, Quod ut

ut beneficium nobis idem DEVS diuturnum quoque concedat, (qui ex uita Tua tot commoda, tot ornamenta ſentimus) ſummis precibus obſecrare neque deſinimus, neque vnquam deſinemus.

Venetijs, Kal. Maij. ∞ D L X X V.

Sanctitatis Tuae

Humillimus ſeruus,

Aldus Mannuccius, P. F. A. N.

IOAN. GVADAGNI MONTERCHII

Carmen ad Lectorem.

ESCIA mortalis mens, quæ fortuna ſecundet,
Quęue aduerſa premat, cur uno frangeris ictu?
Suſtulit iſta prior, terrarum compita plantis
Quæ omnia luſtrarunt prouerbia; reddidit iſta.
His igitur doctus nullo diſcrimine pectus
Præſcia quod munus fati, ſortisq; futurę
Obiectat, comple; atque humeris cape grande trophæum
Ipſe uolaturus puer inter numina Diuum.
Hæc noua Pieridum, inquam, munera candida pubes
Combibat, & pręſens, quæ & conſectabitur Aeuum?
Nam quod apud ueteres complexa eſt attica Mitus
Quidquid & in libris ſcalpſit ſaturnia Clio,
Inſtar apum hinc liceat liquentia ſugere mella,
Nectareos ſuccos, queis laus, & gloria ſurgit
Non ceſſit certe cuiquam, Duce, cautius ire
Vel Phębo, quem Cinthos amat, uel clarior illa
Delos: Necq. fauet cuiquam, tam Pallas, ad artes,
Aeuo. Relliquias ueterum, monumenta diſerta
Prælucens monſtrat codex: & dulcia uitæ.
Vertentes huic opta annos: nam uulnere ſecto
Totum collucet prorſusq; tibi omnia Lector
Portat opus Phębo, Aonijs, Aeuoq; dicatum.

AVCTORES, QVORVM LOCI PASSIM, AVT emendantur, aut explicantur.

Aelius Lampridius
Aemilius Probus
Aeschines
D. Ambrosius
Ammianus
Angelus Politianus
Appuleius
Arati espositor
Argyropilus
Aristophanes
Aristoteles
Athenæus
D. Augustinus
Ausonius
Boetius
Catullus
Cælius Rhodiginus
M. Cicero
Q. Cicero
Demetrius Phalereus
Demosthenes
Diogenes Laertius
Diogenianus
Diomedes
Dion Chrysostomus
Dion Prusiæus
Dioscorides
Donatus
Empedocles
Epicharmus
Etymologici auctor
Eubulus
Eustathius
Festus Pompeius
Galenus
A. Gellius
Gratianus
Gregorius Nazianzenus
Herodotus
Hesiodi interpres
Hesychius
Horatius
Iulius Pollux
Iuuenalis
Laurentius Valla
Leonardus Aretinus
T. Liuius
Lucianus
Marsilius Ficinus
Martialis
Nicolaus Perottus
Nonius
Origenes
Ouidius
Persius
Philostratus
Philostratus Iunior
Pindarus
Plato
Plautus
Plinius
Plutarchus
Polybius
Porphyrion
Quintilianus
Seneca
Silius Italicus
Sophocles
Statius
Stephanus
Stobæus
Strabo
Suetonius
Suidas
Synesius
Terentius
Theodorus Gaza
Theocritus
Theognis
Theophrastus
Valerius Maximus
Virgilius
Vitruuius
Vlpianus in Pandectis
Zenodotus.

INDEX PROVERBIORVM SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI,

Correctus, digestus, & locupletatus.

Eorum uerò, quæ in appendice continentur, prouerbiorum Indicem, seriatim hunc subiecimus.

AB amicorum cõuiuijs non diu abstinendum. 642
ab Aboriginibus 1448
ab asino delapsus 425
ab asino lanam 262
ab asinis ad boues transcendere 424
abderitica mens 1608
ab epulo hoc qui possum abesse 646
ab equis ad asinos 424
ab Eteobutadis ducit genus 1211
abhorrentis, ac detestantis 1413
ab Hymetto profectum 148
abiecit hastam 745
abijcere scutum ibid.
abijciendum procul 1456
abdia grammate 1538
ab impijs egressa est iniquitas 538
ab incunabulis 441
abijt & taurus in syluam 67
ab ipsa messe 1594
ab ipso lare 393
a bis septem undis 1175
abominãdus scarabeus 1065
a bonis bona disce 1680
ab ouo usque ad mala 851
abronis uita 868
absque baculo non ingreditor 1235
absit clamor in colloquio, aut lusu 1398
abstinẽda uis a regibus 1415
ab transenna cibum petere 1587
ab unguibus incipere 1644
ab uno diagrammate 1538
abydena illatio 865
abydum ne temere 469
abydus, abydenus 1604
a calanthis 708
a canthia cicada 279
a lineis excidere 1919
a canthida vincit corn. 516
a capite usque ad calcẽ 134
a carnici equi 1488
ac mox 1592
a carcere 897
a carceribus 381
a carnanius procellus 785
accepta candela 1630
accersitum malum 1469
accissare 747
accipit & glebam erro. 768
accipere morsũ culpas 1954
acceruus bonorum 187
a cesei & Heliconis op. 928
a cersitas medicatus est ibid.
a cessæi luna 328
acetũ habet in pectore 782
achiuos a turre iudic. 1176
achilles 433
achilles iecit duas tess. 1708
achilleum argumentũ 434
achrytropode cibum 356
in acie nouaculæ 48
a cœlo ad terram 898
a colo non fico 1623
Actij & Titij idem 608
actum agere 258
actum est 194
aculeo infixo fugere 40
acum inuenisses 1347
acu rem retigisti 855
adactum iusiurandum 1173
ad ambas usque aures 762
adamantinus 434
adamussim 332. 870
ad aquam malus 378
ad aras 1370
ad asylum confugere 1706
ad bonam frugem 1573
ad calculos reuocare & similia 309
ad clepsydram dicere 378
ad coronidem usque 1604
ad consiliũ ne accesseris 163
ad coruos 688
ad cribrum dicta 1485
ad Cynosarges 1125
addere manum 305
ad deorũ aures puenit 927
ad digituli crepitum 988
a deo ficti 1778
a deo felicitas 1494
ad ephebum properare 649
aderit Temesseus genius 95
Quid ad farinas? 1296
ad felicem inflectere parietem 179
ad felicius latus inflectere ibid.
ad finem ubi peruenerís, ne uelis reuerti 29
ad fractam canis 369

ad græcas calendas 328
ad Herculis columnas 1260
ad oculos magis quàm ad ve ficam 2017
adhuc aliquis Deus respicit nos 1399
adhuc cęlum uoluitur 1524
ad id quod erat opus 1173
ad incitas 1653
ad libellam debere 1704
ad mensuram aquam bibunt citra mensuram offam comedentes 867
admeti nænia 909
admoto capite 1456
ad nouercæ tumulum flere 528
adonidis horti 39
adorato circumactus 35
adoraturi sedeant 36
a Dorio ad Phrygium 895
ad pedem 1034
ad pedes ad caput 1599
ad pila ubi uentum 1766
ad porcellum da mihi mutuo tres drachmas 1302
ad pristina præsepia 526
ad pugnam peractare 1046
ad rastea Nemesis 917
ad restim funiculum 1258
ad restim res redijt 284
adscisse ad extremum scientiam 1299
ad Scolon nec proficisceris ipse, nec alterum comitaberis 838
adsint dij beati 1172
ad suum, quemque quæstum æquum est esse calidum 1347
aduersus solem ne loquitor 32
aduersus solem ne meijto ibidem
ad uinum diserti 1715
ad viuum resecare 816
adulatore & amico non potes eodem uti 775
adulterinus 1218
ad umbilicum ducere 131
ad unguem 332
ad utrumuis paratus 1381
æacidinæ minæ 1746
ædibus in nostris quæ praua aut recta geruntur 394
ædilitatem gerit sine populi suffragio 1103
ægæum nauigat 1118
ægæum scaphula transmittere 661
ægis uenit 1304
ægina primum pueros optimos alit 881
ægrotãti animo medicus est oratio 1141
ægroto dum anima est, spes est 815
ægyptij centum non tollerent 1270
ægyptij machinarum artifices 927
ægyptij 1706
ægypti nuptiæ 1102
ægyptius laterifer 1271
ægre quidem, sed facimus tamen 1386
ægroto dum anima est, spes est 744
æolisare 1862
æqua concertatio 1380
æqua lance 281. 890
æqualem tibi uxorem quærere 472
ęquales calculi 1309
æqualis ęqualẽ delectat 124
æqualitas haud parit bellum 1494
æra lupinis quid distent 216
In aere piscari, uenari in mari 260
æs alienum cepe mulcta allium 1205
æsopicum nouus 1968
æsopicus graculus 1312
æsopicus sanguis 929
æsopum tererẽ 912
æstate penulam deteris 618
ætate prudẽtiores reddimur 1402
ęthiopem dealaus lauas 252
æthiopem ex vultu iudico 544
æthiops non albescit 1415
ætna, athon 1534
ætnęus cantharus 930
ætoli 1787
a fabis abstineto 27
afra auis 1342
africa semper aliquid noui apportat 1342
a fronte præcipitium, à tergo lupi 1443
a fronte simul & occipitio 1387
a furijs oriundus 1470
a gallo candido abstineas 35
agamemnonij putei 928
agamemnonis hostia 882
agas asellum 1371
agathonia cantio 843
agones 1748
agninis lactibus alligare canem 1723
agnos canibus obijcere 1054
agri padex 1973
agricola semper in nouum annum diues 132
agrippo sterilior 890
agrum imbecilliorem esse oportet 1594
agrum optime colere 1341
agros alienos irrigas tuis sitientibus 1116
aheneus 436
aiacis risus 437
a ianua aberrare 364
alabanda fortunatiss. 690
alabastrus unguenti putet 248
alare ordiri 393
alas addere 1694
a lasso rixa quæritur 372
alba auis 716
albæ gallinę filius 90
alba faba 307
alba felicia ibid.
alba linea 1863
albo rete aliena captant bona 1346
album & nigrum nouit 405
album calculum addere 307
album panẽ pinso tibi 1171
albus an ater sis nescio 405
alcinoi apologus 1769. 827
alcinoi mensa 726
alea extrema 244
aleam omnem iacere 243
ale luporum carulos 681
aliam ætatẽ alia decẽt 1397

alia committenda, alia cæ landa 1412
alia æstate, alia hyeme 451
alia danẽ, alia negãtur 1391
aliæ aliorũ inuẽtiones 806
alia Lacon, alia asinus portat 739
aliam quercum excute 293
alia Menecles, alia porcellus loquitur 1107
alia res sceptrum, alia res plectrum 1451
alia uita, alia diæta 527
alia uoce psittacus, alia coturnix loquitur 880
aliena iacis 293
aliena incipere 380
aliena insania frui optimũ 293
alienam metis messem 248
alieno choro pedem inferre 716
alieno auxilio potẽtes 1381
alieno ferox pręsidio 1380
alieno periculo cautus 770
alienis uti soleis 1696
alienos rigas agros tuis sitientibus 1117
alienum arare fundũ 1116
alij sementem faciunt, alij metent 292
alijs ligua, alijs dẽtes 1170
alijs, pspiciẽs, nõ sibi 1387
a limine salutare 566
a linea incipere 380
a lineis excidere 919
alio relinquẽte fluctu, alius excepit 362
aliorum medicus, ipse hul ceribus scates 1532
alios tragœdos prouocat 1714
aliquid mali propter uicinum malum 59
aliquo numero esse 674
aliter catuli longe olent, alit er sues 911
aliter cum alijs agẽdũ 1384
aliud cura 1409
aliud genus remi 955
aliud noctua sonat, aliud cornix 1170
aliud quidquã exorna 1963
aliud homini, aliud humanitate 2004
aliud sceptrum, aliud plectrum 1451
aliud stãs, aliud sedẽs 1200
alius alijs in rebus præstantior 1393
allia & fabas ne edas 1438
allium in retibus 1634
allii caput 1363
allium olfacere 864
aloes plusquam mellis habet 507
alpha penulatorum 819
altera manu fert aquam, altera ignem 1549
altera caduceum, hastam altera 1801
altera manu fert lapidem, altera panem ostẽtat 484
altera scabit caput, altera ferit malam 485
altera Hercules 432
alter Ianus 1493
alterum pedem in cymba Charontis habere 658
altius Oromedonte 1759
a lupi uenatu 1174
alybantis hospitis munera 1444
amæa azesiam reperit 977
amantes sibi somnia fingũt 802
amantium iræ 1135
amare & sapere uix deo conceditur 735
amas teipsum, ideo nullus tibi amicus 790
ama tanquam osurus, oderis tanquam amaturus 667
amaris pharmacis in amara bilis proluitur 1984
amazonum cantilena 652
ambabus manibus aurire 531
ambobus pedib. fugere 363
ambrones 1667
ambrosia alendus 1136
amere frustra 2002
ameles angulus 1017
ambulatio iuxta mare 163
amens consultor 1208
amens longus 1234
amici mores noueris non oderis 898
amici procul agentes, non sunt amici 800
amicitia æqualitas 24
amicitia quæ desijt, nunquã vera fuit 796
amicitia stabilium, felicitas temperantium 796
amicitia immortales esse oportet 1573
amicitiæ personam 1341
amicorum communia omnia 22
amicorũ est admonere mutuum 1383
amico amicus 181
amico Hercule 88
amico oportuno homini nihil amicus 1459
amicos multos habet felicitas 1254
amicos ne cito pares 25
amicos tragœdos æmulatur 1312
amicꝰ nemo cogẽdus 1382
amicus neque nullis neque multis 1298
amicus salute tenus 1201
amicus usque ad aras 1147
amicus alter ipse 24
amicus certus in re incerta cernitur 1565
amicus magis necessarius, quàm ignis & aqua 732
amicus cum uittis ferendus 2002
amictu euitare 740
amor fit ira iucũdior 2020
amnis cursum cogere 1934
amisit urbem & pugionem recepit 1822
amor Caunius 1159
amor ex aspectu nascit 159
a mortuo tributum exigere 528
amphictyonũ cõfessus 665
amphidroniam agis 1478
ampullas loqui 1804
ampullacea 1734
amussi applica lapidem non contra 870
amussis alba 331

amyclas perdidit silentium 524
amyris insanit 763
anagyrim eommoues 80
a Nannaco 1448
anaxyrida ostentare 1233
ancilla semel, nunquam hera 1584
ancipitis animi 1390
ancora domus 197
ancora non vulgari nitendum 1578
ancora rupta 1446
ancoræ iactum præuertit Deus 1499
ancoris duabus niti bonum 1690
ancoras tollere 907
ancoris duabus fultus 47
andramachon ex anguibus concinare 1890
androclides in seditione dux 742
angeronia Volupiæ comes 1134
angina vinaria 1667
anguilla in strigmẽto 1921
anguillam captare 1310
anguillam cauda tenes 268
angustior scytala laconica 692
angustum & latum 1696
angularis bobix 1812
anicularũ deliramenta 1345
anima sicca sapientissima 1835
anima & uita 801
animam debet 584
animo quicquid statueris nõ euenier 1109
animum abijcit 1047
animus bonus in re mala 1237
animus est in corij 1350
animus heptabœus 1437
animus in auribus 1581
animus ĩ pedes decidit 5087
animus mulieris 1302
annacum plorare 997
annas clibanum 1425
a Ninnaco 1448
annosa vulpes haud capitur laqueo 582
annosam arborem transplantare 250
anno senior fio 1355
annum in mensem contrahit 1828
annus olibanum 607
annus producit, non ager 70
annus superior semper melior 1285
annulus Acoreus 2031
ansam quærere, & consimiles metaphoræ 229
ante bardã doces senes 1186
ante hac putabam te habere cornua 1187
ante lentẽ augere ollã 1139
ante misteria discedere 653
ante pedes 1346
ante pilos sapit uenit 1211
antequam incipias consulto 793
ante tubam trepidas 1017
ante uictoriam encomium canis 442
anthericum metere 261
anticyras nauiget 498
antica exclusum postica recipe 1870
antidotum ante uenenum 1520
antiopæ luctus 1235
antiquior Codro 1500
antiquiora chao 1006
antiquiora diphthera loqueris 286
antiquis debetur ueneratio 1411
antronius asinus 883
annulus aureus in narib. suis 422
Medium annulum traharis oportet 527
a nuptijs pura 1037
anus bacchatur 527
anus cothonissat 1236
anus eriphus 994
anus hircissans 527
anus saltat 995
anus simia sero quidem 862
anus subsultans multum excitat pulueris 995
anus velut equus profundã habebis fossam ibid.
anus unguento ne utare ibi.
anus clibanum 607
apage hospitem in tempestate 913
a patella rapere 356
ad apaturia profectus 1227
aperire ianuam 228
aperte, simpliciterque loqui 1404
apertis tibijs 235
aperte loqui 1377
apes apum similes 279
aphia in ignem 698
aphyarum honos ibi. & 995
apicem ponere 775
Ne inter apia quidem sunt 612
apinæ, Tricæ 138
apio mollior, aut mitior 430
apio opus est 1093
a piscibus abstineto 36
apis hospitem, Siren amicũ nunciat 993
apollo quid tibi cecinit 996
apologus alcinoi 827.1769
apros immittere fontibus 1473
apra prouincia 1392
apud aram consultare 1225
apud campanos plus unguẽti, quàm cæteros olei 712
apud equũ & uirginẽ 1715
apud fimum odorum uaporem spargis 255
apud matrem manere 1691
apud mensam uerecundari non decet 1750
apud nouercam quæri 1581
a puro pura defluit aqua 1174
aqua hæret 270
aqua & terra redamini 1645
aquã plorat cum lauat fundere 1942
aquam bibens, nihil boni parias 901
aquam è pumice postul. 261
aquam igni miscere 1519
aquã inaniter consumis 259
aquam in mare ferre 443
aquam in mortario tudere 661

aqua

aq a optima 1700
aqua prętersfluit 1167
aqua strangulat fauces 633
aquę furtiuę dulciores 2027
aquilæ columbam non gignunt 805
aquila in nubibus 533
aqlã cornix prouocat 1189
aqla muscas nõ captat 1167
aquilam uolare doces 269
aquilam testudo uincit 450
aquila triphas aspiciens 561
aqlam Scarabeus q̃rit 1316
aquilę senecta 555
aquilæ senecta, Corydi iuuent 556
aqlam noctuę comparas 532
a quinque scopulis desilire influctus 1167
arabius tibicen 427
arabum gazæ 390
aram neq. nec fidẽ hẽt 1351
a radicibus 851
aranearum telas texere 251
aranearum plenus 1960
araneas eiicere 1517
araneis abundat propter inopiam 1918
arare littus 253
Citra arationem citraq. sementem 325
arator nisi incuruus præuari catur 1593
aratro iacularis 965
arbelas profectus fies 996
arbore deiecta quiuis ligna colligit 1132
arbores cadũt post folia 1016
arbor e fructu cognosc. 544
arcadas imitans 1166
arcadiam me postulas ibid.
arcadicum germen 1191
arcanum celat 1419
arcem ex cloaca facere 1596
archidamicum bellum 1192
archigeni indiget 1816
archilochia edicta 720
archilochi uulpes 1988
archilochi melos 1768
archilochi patria 721
archilochum calcax 1810
archilochum teris 1425
archimedeũ problema 1806
archimedes non posset melius describere 1596
architæ crepitaculum 964
actum anulum ne gestato 25
arcus tensus rumpitur 1588
ardens uestis 1098
a remo ad tribunal 1242
arenæ copia 464
arena cedere 565
arenæ mandas semina 253
arenam metipris 250
arena sine calce 784
areopagita 545
areopagita taciturnior 1727
argas 346
argentanginam patitur 418
argenteis astis pugnare 964
argenteus puteus 1634
argẽtea fama cõuiuari 1959
argẽtum accepi, imperium uendidi 1754
argenti fontes 755
argi tumulus 1837
argi collis 965
argiua calumnia 1221
argiui fures 1431
argiuo clypeo dignus 479
argiuos exarmat oraculum 1923
argiuos uides 1430
argiuũ clypeũ detraxit 1007
argum fallere 323
aries cornib. lasciuiens 1313
aries nuticationis mercedẽ persoluit 894
arietem emittit 755
arieris ministerium 1627
aristarchus scriptorum 312
aristylli more 1682
aristophanis uespis 666
aristophanis & Cleantis lucerna 454
arrepta candela 1630
arripe negotij curam 1380
arripiẽda q̃ offeruntur 1405
arma aululeia 1930
arrogantia non ferenda 1414
arundinea crura 1971
ars amat fortuna 2001
ars, portus miseriæ 428
asciam cruris illidere 1804
artem quęuis alit terra 427
artem quam quisque norit in hac se ex. 737
artibus suis capi 75
artifex propus probæ materiæ 1290
a sacris abstinẽdæ man° 1400
a sartagine rapere 356
ascisce ad extremum scientiam 1299
a sexaginta uiris uenio 1630
asini caput ne laues nit. 1196
asini cauda 1484
asini lana 263
asini mandibula 1196
asini mortes 1165
asino grãcẽ & baculus 1775
asino fabulam 1642
asinos non curo 1506
asino ossa das, cani paleas 1256
asinũ rupes ptrudere 1459
asinum tondes 263
asinum sub fræno currere doces 248
asinus ad liram 245
asinus ad tibiam 1448
asinus apud Cumanos 412
asinus asino pulcher 1739
asinus auis 1348
asinus auriculas mouẽs 246
asinus balneatoris 1539
Si uel asinus canem mordeat litem mouebit 523
asinus compluitur 1166
asinus esuriens fustem negligit 966
asinus in unguento 301
asinus in paleas 880
asinus in pelle leonis 209
asinus inter apes 301
asinus inter simias ibid.
asinus in rupem 880
asinus mysteria portãs 694
asinus sedet 1266
asinus de Aesopi puteo amicus Plato 2002
asinus stram. mauult quam aurum 1680
a sitiente camelo 1175
asparagi 1340
aspendius citharœdus 643
aspera uita, sed salubris 1419
aspersisti aquam 1166
aspidis morsus 1131

aspis

aspis a uipera 1576
astutior coccyce 1499
assam farinam concupiuit 684
a subeunte portũ naui 1175
a teneris unguibus 441
athenienſem athenis laudare haud difficile 663
athenienſium inconſulta temeritas 493
athenienſis probus, egregie probus 1450
athon 1534
athos celat latera Lemniæ bouis 1175
atlas cælum 81
atlanticum mare cotyla exorbere 1886
atraphaxis mendax 1509
aurei oculi 982
atride non ſoli amant vxores 1610
attabas & Numenius conuenerunt 1145
attagen 1431
attagenę nouilunium 1513
attica bellaria 809
attica eloquentia 148
attica fides 483
attica muſa 514
attici Eleuſinia 882
atticus aduena 669
atticus aſpectus 545
atticus miles 1939
atticus in portum 572
atticus lepos 148
atticus moriens porrigit manum 965
atticum mel 148
atticus teſtis 483
atramentum ſutorium 1278
auarus niſi quum moritur nil recte facit 1565
auctoritas diuinitus 1414
audi chelidonem 1483
audiens non audit 1397
audi quæ ex animo dicuntur 594
aues quæris 1197
aufidus adriam retrofugis 2029
augiæ ſtabulum repurgare 821
a vicinis exemplum habent 1485
auis alba 716
auis e cantu dignoſc. 1474
auis ex auibus 1688
auis uidit 705
aulœdus ſit, qui citharœdus eſſe non poſſit 773
aurea barba dignus 479
aurea æris permutare 108
aurea uerba 1097
aurea pro egregijs ibid.
aureæ compedes 823
aureo piſcari hamo 721
aureos montes polliceri 531
aureus in Olympia ſtato 479
aurem uellere 431
aureum ſubęratum 1506
aures nec habeo, nec tango 1287
auribus lupum teneo 287
auribus ſcalpendis de eſtocium 777
auricula infima mollior 430
aurificem te futurum credebas 1227
auris Bataua 1610
auris dextra tinnijt 827
auris ſupina 317
auro loquente nihil pollet quæuis oratio 1188
auro habet ſuppactum ſolũ 1370
aurum habet Toloſanũ 617
curum eſteriore 2027
aurum igni probatum 1452
aurum Colophonium 1165
aurum index homini 837
aurum indice exploratum 1452
aurum ſubæratum 1507
auſculta & perpende 1382
auſcultandum bene loquenti 1773
auſtrum perculi 565
auſtrum floribus 1309
aut abi aut exuere 1661
aut bibat aut abeat 595
aut cucurbitę florem, aut cucurbitam 966
aut ipſe fuiſti, aut tui ſimillimus 1397
aut manenti uincendum, aut moriendum 1254
aut minus animi, aut plus potentiæ 1492
aut morere aut occide 937
aut mortuus eſt, aut docet lit. 599
aut piſcem olet, aut florem 1572
aut regem, aut fatuum naſci oportere 167
aut quinque bibe, aut tres, aut ne quatuor 748
aut terra, aut mari 1731
aut ter ſex, aut tres teſſerę 790
auxilium poſt bellum 1291
axanea mala 903

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

A Balno ſpectat 1880
abaridis ſagitta 1929
ab aula receſſit 2034
ab Ilio nunquam recedens imitaris Hectorem 1951
abſens hæres non erit 2032
a cauda ad os trãsferre 1948
acceſſoriũ operis loco 1854
achaicum telum 1853
achillea arma 1930
acum & filum ſumẽs ruptuam conſue. 2003
adamante notare 2005
addere gangrenam 1951
ad oculos magis quam ad veſicam pertinet 2017
ad ſcamma producere 2008
ad Scirrhonem tẽdere 1979
ad Sirenum ſcopulos conſeneſcere 2005
ad ſolatium verſari 2014
adulter ad adulterum trahit 1935
ęgiptus nec illum quem eos non nutrit 1844
æqualia reddere capita in pugna 1871
aere & cera nobilis 2012
aere & rore paſtus 1809
affricani lex 234
agamemnoniũ epulum 1910
agamemnonem ſimulat, Mithæus cum ſit 1985
agaſonem uincit 1854
ager quam multos habuiſti dominos 2017
agnum demetere 1948
agreſtib. olerib. victitat 1861
agreſtis apis 1881
agri podex 1975
alabandicum opus 1941
a laudæ in nido latet gramẽ 1848
alba præcordia 1845
alcinoi horti 1877
alcinoo poma dare 2041
a lauda non ſine criſta 1849
alexandrinæ deliciæ 1955 1999
alienis excidere 1919

B

B Abulus antea nunc caprarius 1862
bacchæ moræ 372
bacchi ſimilis 347
balbus balbum rectius intelligit 563
ballio 1711
balneator 372
balneum ingreſſus depone odium 2003
barbam uellere 846
barbam ab ulnis puerorum uellere 1987
barbarus ex triuio 641
barbæ tenus ſapientes 165
batalus 345
bathyclis poculum 1656
baſilica facinora 1751
bauæ egent oleo 1688
bene plauſtrũ perculit 346
benefacta benefactis alijs peterito ne perpluant 2038
benefactis penſare delicta 1758
bene natis turpe eſt male uiuere 1785
beneuolis trucidator 1146
bene contulit, ſed male facit 2009
bęon malus piſus 1645
bęotica ęnigmata 754
bęotis uaticinare 755
bęotica auris 1161
bęotica cantilena 753
bęoticum ingenium 753
bęotiſſare 1777
bellicum canere 1283
bello porta 1543
bellorophõtes literas 1936
bellum cũ protogene mortuo gerere 1998
bellum haud quaquam 910
bellum cononi curę fuerit 1186
bellum omnium pater 1264
beſtia beſtiam nouit 1650
bęta tum hyeme, tum æſtate bona 1345
bętica ſus 576
beta ſapientum 2011
betizare, lachanizare 847
bibe helleborum 498
bibliotheca animata 1926
bifrons mercurius 1852
bipedum nequis 434
bilis in naribus 2031
binis tõdere forficibus 1881
bis per omnia 152
bis pueri ſenes 295
bis dat qui cito dat 519
bis ſeptem 899
bis interimitur qui ſuis arma petit 1466
bitus contra Bacchium 898
byſſina uerba 1838. 1993
bizeni libertas 1471
bocchyris 933
boliti pęnam 699
bolus ereptus è faucibus 1316
bona nemini honeſta 1565
bona etiam offa poſt panem 842
bona terræ 1110
bona ſpes oſtenſa 1414
bona Porſenæ 465
bonæ leges ex malis morib. præcreantur 600
bonæ fortunæ, ſiue boni genij 376
bonas pharetra dies 996
boni uinilachrymabiles 973
boni ad bonorum conuicia 589
bonis auibus, malis anibus 89
bonorum myrmetia 188
bonorum glome 854
bonum eſt duabus dicti amoris 1690
bonus cantor, bonus cupidiarius 869
bonus dux bonum reddit comitem 523
borea ceſſante 1224
bos ad ceroma 257
bos ad lyram 245
bos alienus ſubinde foras proſpec. 600
bos ad præſepe 648
bos aduerſus ſeipſum pluuerem 888
bos apud acceruum 1164
bos conſeneſcit 1224
bos cyprius 616
bos expecta aliquando herbam 1163
bos ephippia optat 388
bos Homolottorum 1163
bos in ciuitate 122
bos in lingua 2017
bos in quadra argẽtea 1629
bos in ſtabulo 1629
bos in ſtabulo ſenex 1627
bos in uincula 974
bos laſſus fortius figit pedem 72
bos lente aut placide 630
bos marinus 1628
bos porrecto ultra Taygetõ capite 1484
bos ſenex non lugetur 1033
bos ſeptimus 601
bos ſub iugum 933
botius oppoſitus bot. maturesc. 1163
bouẽ in faucibus portat 754
bouem ſi nequeas, aſinum agas 1002
bouem uolentẽ ducito 1441
boues meos nunquam abegerunt nec equos 985
boues ſolidi è clibano 1104
boues è clibano 1570
boue toto deuorato in cauda 1206
bouis in tergore deſedit 1245
boues meſſis tempus expectantes 1163

boue venari & similia 1537
boui clitellas. 1058
brachas ostendere 1233
brasidas quidem uir bonus 1223
brasicam iurare 914
briarei manus inijcere 2017
briareus, alias Lepus 1874
britannica mensa 724
bubo canit luscinias 1525
bubulum obtueri 1936
In buccam quicquid venerit. 320
buccas inflare 1277
budoro more 1160
bulbos quærit 1231
bulbus nihil profuerit 1481
bullatæ nugæ 1316
bunas iudex est 933
bupalia odium 1889
bupalia pugna ibid.
butubata 477
butbus obambulat 932

C

CAballꝰ arare optat 388
Cadauer viuum 810
cadere cã formula 1778
Cadere in cursu 1786
Cadmea victoria 1002
Cęca dies, & oculata 486
Cęcę diuitiæ 463
Cęca speculatio 491
Cęcias nubes attrahens 315
Cęcior Leberide 203
Cęcias spirat 1695
Cęci præscriptio 1650
Cęco cũ speculo nihil 1357
Cęcum insomnium 1506
Cęcus auribus & mẽte 1506
Cęcus cęco dux 490
Cecus dux 1208
Cęnare me doce 1272
Cęnę deorum 1137
Cęneus inuulnerabilis 1225
Cęnei hasta 1460
Inter Cęsa & porrecta 205
Cęsim ac punctim 241
Caius caia 152
Calabri hospitis xenia 1313
Calauriam pro Delo 1499
Calcar addere currenti 142
Calcar tollere 705
Cęna popularis 1750
Calceum eundem omni pedi inducere 1542
Calceus maior ped. 874
Calciamenta portare 334
Calculo mordere 1353
Calculis omnium 313
Calculis vtrinq. ponere 309
Calculum reducere ibid.
Calicum remiges 1644
Calidam veruti partem 939
Calidis balneis teneri 1123
Calidum & frigidum ex eodem ore ef. 485
Calidum mendacium 1586
Calidum plus satis 875
Calidum prandium comedisti 77
Caliga Maximini 50
Caligare in sole 887
Callię defluunt pennę 1556
Callidum esse ęquum est ad suũ queng. quæstũ 1347
Callicyrijs plures 1155
Callipides 370
Callipygos 1636
Calliphanes 1442
Callum ducere 1114
Calumnia Argiua 1221
Caluum uellis 1005
Caluus comatus 880
Caluus quum sis 1633
Camerine loqui 1597
Camelus desiderans cornua, etiam aures perdidit 1254
Camelus saltat 974
Camelus uel scabiosa complurium asinorum gestat onera 556
Campana superbia 1670
Canalicolæ 1356
Cãcellis circũscribere 1301
Cancer leporem capit 849
Cancri nunquã recte ingredientur 1352
Cãcros lepori cõparas 517
Cancrũ ingredi doces 1374
Candidorum virorum nulla vtilitas 1296
Candidum linum lucri causa ducis 1172
Canem alens externum præter linum nil habet 1197
Canem agninis lactibus alligarẽ 1723
Canem excoriatam excoriare 783
Canens uitæ palmum 1478
Cane peius & angue odit 1051
Canere ad mirtum 908
Canere intus 643
Canere sibi 1281
Cane Tellenis 903
Canere bellicum 1283
Canere de Telamone 1221
Canere receptui ibid.
Canes veteres non temere latrant 175
Canes timidi vehementius latrant 1375
Canes uenatici 1711
Canib. agnos obijcere 1054
Canidas paleas, asino ossa 1256
Canina facundia 827
Caninam pellẽ rodere 849
Caninum prandium 591
Canis 1425
Canis ad cibum 1629
Canis circum intestina 822
Canis digna pabulo 901
Canis digna sede 902
Vt canis è Nilo 564
Canis festinans cæcos parit catulos 707
Canis in præsepi 580
Canis in uincula 974
Canẽ intestina gustasse 822
Canis lapidem mordens 591
Canis masculi infinita cubilia 1070
Canis mẽdico auxiliãs 1492
Canis panes somnians 1424
Canis peccatum suis dependit 1216
Canis per Phratores 1313
Canis podicẽ inspicere 708. 1473
Canis reuersus ad uomitum 1256
Canis sæuiẽs in lapidẽ 1474
Canis tanquam Delum nauigans 1159
Canistrum canistrum uocat 751
Canis vindictam 438

canis viuẽs è Magdalia 438
cannacæ res siue more 997
cantharo astutior 1159
cantherium in fossa 352
cantherius in porta 324
cantilenam eandem canis 887
cantionem Lityersam canis 1239
cantionem Telamonis canit 1221
cãtoris hæsitãtia tussis 1044
cape nihil, & serua bñ 1638
capere desertam 173
capere ciuitatem 1576
capere crines 1733
capillis trahere 1719
capillus quoque umbram suam habet 1263
capite admoto 1546
capite ne quid suas 1121
capite gestare 1631
capitis & iguinis discrimen nescit 947
cappa duplex 1312
cappa tria pessima 1312.
capra ad festum 1421
capræ libere ab aratro 1076
capram cœlestem orientem conspexerunt 1420
capra cœlestis 340
capra contra sese cornua 81
capra gladium 77
capram portare non possum, & imponitis bouem 985
uel capra mordeat nocẽtem 522
capra nondum peperit hœdus autem ludit in rectis 904
caprarius in æstu 942
capra Scyria 582
caprea contra leonem 849
captantes capti sumus 581
caput artis decere quod facias 1563
caput sine lingua 608
caput scabere, & consimilia 1315
caput tertium 1372
caput vacuum cerebro 1229
carbone notare 308
carcini poemata 1154
carcini strobili ibid.
carcinus quoque in rebus desperatis 742
cardo rei 48
cares 347
in care periculum 346
cares ite foras 154
catizare cum care 130
carico more 1624
carica musa 513
carica saltatio ibidem
caricum sepulchrum 1496
carica victima 1154
caricum vinum 1612
caricus hircus 1316
carne ipse Delphis immolata vescitur 1083
carpathius leporem 677
carpet citius aliquis quam imitabitur 738
cascus cascam ducit 151
caseum habens non egeę ob sonio 1242
cassa nuce non emam 477
cassa glande 1753
casses rodere 1265
cassioticus nodus 869
catastrophe fabulæ 133
catella Melitęa 1206
Catone hoc contenti sumus 1725
catinus malorum 894
catena negotiorum 319
catenati labores 1073
catone hoc contenti sumus 1725
catulę dominas imitantes 906
Catulus Leonem adlatrans 510
cauam Arabiam ferere 659
cauda blandiri 1443
cauda de vulpe testatur 543
caudæ pilos equinæ paulatim uellere 521
cauda tenes anguillam 268
cauendum ab eo, qui semel imposuit 1383
cauẽdum a potentiore 1381
cauenda pœna mali in tempore 1403
cauentis clancularias insidias 1377
caue thoracem 838
caunius amor 1160
causa cadere 1778
caute loquacior 1303
cautus enim metuit, &cæt. 1465
cecidis & Buphoniorum 1530
cedro digna 1450
cedendũ multitudini 1402
celei suppellex 1734
cœlum digito attingere 1511
celeritas in desiderio mora est 1014
celeritas in malis optima 1770
celerius quam Bates 941
celmis in ferro 1156
cænare me doce 1271
censoria virgula 1665
cenum barbaricum 1665
censura dat veniam coruis uexat columbas 1278
centauris mens non inest 1066
centones farcire 841
centro & spacio circunscripta 1654
centum plaustri trabes 1517
cæpas edere aut olfac 1158
cępe tantum sumpseris, iam uixeris 128
cæpis ijsdem vesci 1104
cępis putridi nullꝰ vsus 1177
cepphus parturit 707
ceram auribus obdis 1497
ceris rubris notare 312
cera tractabilior 1155
cercopissare 961
cercopum cœtus 960
cercyræa scutica 706
cerealis cœna 1157
cerebro uacuum caput 1230
cereri sacrificant 1457
cerite cera dignus 609
certamen non accipit excusationes 1204
certissima paupertas 1589
ceruinus vir 961
cerulæ miniatulæ 312
ceruus canes trahit 1524
cescon habitas 938

ceffreus ieiunat 184
cestum habet Veneris 1156
chalcenterus 1618
chalcidica uxor 1085
chalcidissare 1159
chamæleon de suo corio ludit 740
chamæleonte mutab. 1217
chao antiquiora 1006
charadrium imitans 1662
charetis pollicitationes 938
charybdin uitans in Scyllam incidit 273
charibdis 1553
charmione & Naærca 1297
charmatis ianua 998
chimera 1757
chironium vulnus 997
chius 1479
chius ad coum 975
chius dominum emit 801
chius risus 320
chnaumata omnia 1046
chœnici ne infideat 24
chordæ uice 1209
choreæ Ionicæ 319
choro alieno pedem 716
chorus maior & concinentior 359
æchytropode cibum 355
cibo opus duraturis in labore 1395
cibum in matellam ne immittas 29
cibum è flãma petere 1449
cicada Acanthia 279
cicada cicadæ chara, formica formicæ 128
cicadæ apem comparas 511
cicadam ala corripuisti 539
cicada stridet 573
cicada uocalior ibidem
cicadis pleni 1214
cicade sibi canet 1766
ciceris emptor 1161
cicernus Bacchus 291
cilicij imperatores 1153
cilicium exitium 1152
cilicum bona 860
calix haud facile uerum dicit 1111
cimbitum 631
cimmeriæ tenebræ 915
cinædo mollior 430
cinclus 734
cinerem uitans in prunas incidit 1207
cinnari bonorum direptio 1037
cinyrę opes 1127
circa clepsidrã animus 701
circeo poculo 1710
circes uirga 486
circulum absoluere 939
circulus res moralium 447
circumtondere comam 306
citeria 1682
cissamis cous 1154
cithara incitat ad bellũ 1655
citis quadrigis 239
citius usura currit 940
citius quam formicæ papauer 1749
citius quam asparagi coquũtur 1340
citius Teleg. donarim 1566
cito sapientes non tuto sapiunt 630
citra arationem, citra sementem 325
citra puluerem 324
citra uinum remulentia 17
ciuitas non ciuitas 1775
ciuitate ludimus 1153
clamosior lauro ardẽte 956
clancularias insidias cauentis 1377
classicum canere 1283
clauam extorquere Herculi 1465
claudiana tonitrua 1150
claudicare utroque 1200
claudi more tenere pilam 1151
claudo uicinus disces claudicare 604
claudus optime uirum agit 1045
claudus sutor 1151
claue findere ligna, & securi fores aperire 936
clauo purior 855
clauus Trabalis 549
clauum clauo pellere 110
clauum rectum tenere 1111
cleanthis lucerna 454
clematis Aegyptia 50
cleomenes superat cubile 1507
cleon Prometheus 226
climacides 1533
clisthene intẽperãtior 1151
clisthenem uideo 1152
cnips in loco 1149
coalemo liba 1695
cocleare crescet 702
cocleę uita 1543
cocta numerab. exta 281
codali chœnix 1148
codro generosior 1002
codro pauperior 390
cœlo ac terræ loqui 323
cœlo delapsus 518
cęlum capite perumpere 72
cœlum terræ miscere 21
cœlum territat 812
cœna popularis 1371
cœnare me doce 1171
cœno puram aquam turbans nunquam inuenies potum 937
cœnum barbaricum 1665
cœnum è triuio 641
cœpas edere, aut olfacere 1158
cogi ad bibendum inhumanum 778
cognati multi felicium 1134
cognatio mouet inuidiam 1687
cognomina plura expedit habere 1358
colophonem addidit 774
colophonia ferocitas 637
colophonium calciamẽtum 1676
colophonium aurum 1673
colophonium suffragium 1423
colubrũ in sinu fouere 1480
columba sedens 1286
columnas rumpere 1513
comam geris cum sis seruus 1039
commeatus trium dierum 1012
comitia de tuo capite aguntur 1457
cominus atque eminus 241

comis mens non inest 1066
comædia ac tragędia ijsdem è literis componitur 1243
comædiæ ueteris licẽtia 455
comædice 1056
commouere sacra 1712
communis Mercurius 678
commune naufragium 1497
communis tanquam Sisapo 1668
compedes aureæ 823
compendiaria res improbitas 1178
complura masculi canis cubilia 1070
compressis manibus 641
concha dignus 1148
conciliant hoĩes mala 667
concordia fulciuntur opes etiam exiguæ 1385
connæ calculus 702
conon curabit prælia 1186
conos artoxya 1455
conscientia mille testes 614
consilium improbi, in extremum incidit malum 1167
consilia inania inaniũ 1262
consilij & cursus non idem exitus 711
consilijs simul & facto ualens 1413
consilium in melius commutatum 1391
consilium ne adeas inuocatus 163
consputare 1044
consultor amens 1262
consilium res sacra 653
consulendum, & consilijs parendum 1378
contentionis filium 1208
cõtigit & malis uenatio 858
conto nauigare 1148
contorquet piger funiculum 263
contra bouem ne opta 1057
contra duo contraria pugnare difficile 298
contrahere superciliũ 1277
contrahere uela 1755
contra ostium 1533
contra retiarium ferula 888
contra stimulum calces 197
contra torrentem nitti 1147
contribulis factus serua ordinem 1488
conuicio locum dare 228
conuiua non conuiua 1406
copiæ cornu 338
copijs nostris 350
coquinarijs uerbis 1695
corchorus inter olera 419
corne edito 26
cor calidũ in re frigida 1774
corcyra libera, caca ubi libet 438
coriaceum auxilium 1637
coryceus auscultauit 139
corinthiari 1511
corinthia uideris 1372
corinthijs non indignatur Ilium 1447
Inter corinthum & Sycionem 336
corinthum ire non est cuiuslibet 226
corinthus & collibus surgit & uallib. deprimitur 830
coronam ne carpito 34
coronam quidẽ gestans 698
corpore effugere 340
corpus sine pectore 608
cornea fibra 436
cornicũ oculos cõfigere 213
cornicari 414
cornicibus uinacior 384
cornix scorpium 77
cornutam bestiam petis 92
corui luscinijs honoratiores 1497
corrumpunt bonos mores colloquia mala 606
coruum delusit hiantem 414
coruus albus 1642
coruus serpentem 1460
coruus æquat 1144
cossi 1710
cotem alis 258
cothonissare 1621
coturniy Herculem 86
cothurno uersatilior 101
coturnissare 1151
corytheo deformior 1147
crambe bis posita mors 297
cradophagus 1626
creta notare. carb. not. 308
cræso, Crassoditior 389
crassa Minerua, crassiore musa 63
crator litium 1443
crepitu probabis 1482
cretensis cretensem 129
cretensis cum Aegineta ibi.
cretensis mare 131
cretenses sacrum 1130
creriza cum cretensi 130
cribro aquam haurire 255
cribro crebius 1735
cribro diuinare 577
crisonem Himæreum præcurrere 1661
cristas detrahere 509
crobyli iugum 967
crocodili lachrymę 842
cræso ditior 389
cresi pecuniæ teruntium addere 1735
crono & Titanibus antiquio res 1006
crotone salubrius 830
crotoniatarum postremus reliquorum Græcorum primus 832
crudelis Bacchus 1229
crumena nobilis 1000
crumena te generosum facit ibidem
cubito emungere 813
cubito eodem 593
cuculus 1591
cucurbiæ flor. aut cucurbitam 966
cucurbita sanior 1128
cucurbitas lippis 671
cucurrit quispiam ne pluuia madesceret, & in foueam præfocatus est 1213
cui ista arrident, meis ne gaudeat 1360
cuique sua patria iucundissima 1411
cui multum est piperis, etiam oleribus immiscet 1194
cui nullum negocium erat Harmene mentia addidit 1613
cui placet obliuiscitur, cui

dolet meminit 412
cuiusmodi portento me in uoluit fortuna 1043
culicem elephanti conferre 1111
culleo dignus 1702
cumani sero sapiunt 314
cum amico non certandum æmulatione 1412
cum ad sit uia, semitam quæris 1469
cum adsit ursus, uestigia quæris 589
cum aqua fauces strangulet 633
cum care carizas 130
cũ cane simul & lorũ 1502
cum cessat boreas 1224
cum coryco luctari 1230
cum Deo quisque & gaudet & flet 1129
cum delphis sacrificauerit, ipse carnes absumit 1083
cũ dijs nõ pugnandũ 1396
cum diis pugnare 873
cum erugine 1021
cum exossis suum rodit pedem 1816
cumini sector, cum alijs similibus aliquot 631
cuminũ cõuicijs feritur 631
cum hasta, cum scuto 1016
cum lacte nutricis 441
cum sis nanus, cede 1503
cum laruis luctari 146
cum licet fugere, ne quære litem 1248
cum minerua manum quoque moue 350
cum mula pepererit 327
cum musis 1312
cum Nybas coccyssauerit 1197
cum paruula est, bona uidetur spina 1207
cum plurimum laboraueritmus, eodem in statu sumus 661
cum principe non pugnandum 1404
cum puluisculo 1021
cum ramento 1764
cum sacco addire 1600
cum sarcitis enatare 1595
cumulus meritorum 1869
cunctatio noxia 1783
cuniculis oppugnare 1651
cupressum simulare 283
cupidinum crumena porri folio uincta est 164
cura esse quod audis 1464
cura hospitis habenda 148
cura aliud 1409
curatore opus est 500
cur cessatum est 1456
curetum os 1130
cur non suspendis te 996
curre denuo 1764
currenti calcar addere 1143
currentem incitare 141
currus bouem trahit 424
cursu lampada trado 135
e cursu reuocare &c. 143
cutem usque radit 1193
curru utere, de asinis nihil laborans 1341
cyatho non emam 1734
cyclaminon infodias Halenti 772
cyclobori uox 1149
cyclopica uita 602
cyclopis donum 230
cyclopum more 1681
cydi pœnam debet 1149
cydonis in domo semper aliquis 696
cygnea cantio 147
cymbalum mundi 1744
cynire opes 1127
cynosarges 1125
cyparissi fructus 1497
cyprio boui merendam 616
cyprius bos ibid.
cyrbes malorum 894
cyrnia iactura 1373
cyrnia noxa 1127
cyrnia terra ibid.
cythnicæ calamitates 1126
cythonymi probrum ibid.
cyziceni stateres ibid.

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

CAdaueris instar uenustus 1812
caduceum alter, alter hastam 1993
calathum Sycaminorum in malis habere 2007
calcei Sicyonii 1992
calẽdas tibi ipsi edicito 1969
camelus pyrrhichicam didicerit 1904
campas dictis abigi 2014
canibus ossa prodo 1982
canina uictitans, cynocephalum oppugnas 1820
canis clanculum mordens 1924
canis in eadem dormitat tegula 2035
canis quam facile exta edit 1977
cans talis qualis hera 1900
canit formice semitã 1984
cantilena ex scholis 1989
capita quatuor habens 1987
cappari uictitas, qui potes Anthia 1912
capra cinnamomum 1907
caprarum nomina 1833
capræ anniculæ pera 1969
caprarius nunc, ante bubulcus 1862
caracallæ nummi 2025
caricum schema 1916
charitate septum esse oportet 2002
caro ubi adest, nemo uescitur thimo 1820
carpathius testem 1875
carum quod rarum 1978
cauum pedis ostẽdere 2999
cedrus cecidit 1927
celocem qui regere nequit petit onerariam 1960
cena sine sanguine 2020
cena terrestris 2022
cẽsorium supercilium 1873
centum uiri unum pauperem spoliare non possunt 2014
cera & ære nobilis 2012
certa præmia pro incerta spe 2021
cerua uirginis loco 1903
cerylus euadam 1850
charadrii uitam uiuit 1839

charadrii

charadrij uita 1994
charixene nõ sunt ista 1803
chilonius modus 1815
chius coum loqui non finit 1847
choros tragicos moleste fert 1981
cicadæ humi canunt 1937
cinerem quærere 2037
circa montis radices uersari 1929
circulator cybelius 1980
citius quam gradatim 1847
citius terra ætherem conscendet 1947
clamidem demens qualem dispersit 1997
clauis in lingua 1868
clausis oculis agere 2012
clausis thesauris incubare 1991
clypeum post vulnera sumere 2038
cœlaturam olet 1864
collaria cadauera 1911
collossi fragmenta 1937
colosso Pigmeum ponere 1993
computatorum digiti 1994
conando Græci Troia potiti sunt 2030
conchas legere 1989
conclamare uasa 2006
condere sub pallio 2013
conscientia crimen prodit 2018
consenescere ad Sirenum scopulos 2005
corinthia verba Ethionica 1795
coruus absente graculo pulcher 1973
cose, consilium 1841
cothurni tragici strepitus 1897
cothurnus cum claua quid conueniunt 1935
coturnicis naturam induere 1797
coturniculæ animus 1854
crania bina gerit 1823
cras cerdo, hodie nihil 1973
crateri Lagenam nunquam impone 2033
crateris poetica 2036
crispiores apio 2025
crocum in ciliciam 1925
crura arundinea, & tabis propheris 1971
cubitale 1797
cubitis adolescere 1865
cum aquila esse queas 2013
cum Euandri matre loqui 1862
cum gladio volsellis pugnare 2009
cuminum serere 1840
cum musis certare 1853
cum Protogene mortuo bellum gerere 1857
cum uulpe habens commercium 1898
cursus Fluuij non detorquẽdus 1898
cycni canent quando graculi tacuerunt 1997
eycno fulicam cõparas 1917
cynadræ aqua libera 1916
cyreneus videris 1896

D

DAedaleum remigium 1754
dædali alæ 1124
dædali execratio 1091
dædali opera 786
da lapidi volam 1688
da mihi mutuum testimonium 469
danace 1374
danaidum dolium 255
danda uenia lapso 1417
dares Entellum prouo. 1124
dare verba 305
da simul & accipe 993
dasypus carnes desyderat 343
date mihi peluim 1124
datilis cantilena 1056
datismus ibid.
dathus bonorum 189
datyli dies 855
dat veniam coruis, vexat cẽsura columbas 1278
datum nollẽ, quod dedi 841
daulia cornix 1312
dauus sum nõ Oedipus 191
dea excogitauit 1705
de alieno liberalis 1416
de alieno ludis corio 740
de alliis loquenti respondes de cepis 1227
de asinis nihil laborans 1341
de asini prospectu 207
de asini umbra 200
de calcaria in carbonariam 855
decempes umbra 1237
decernetur equa Thessalica 1438
decipula murem cepit 1243
de curru de lapsus 760
dedi malum & accepi 738
de fece haurires 575
de fera comedisti 928
de filo pendet 561
de fructu arborem cognosco 544
de fumo ad flammam 1643
de fumo disceptare 202
de gradu deiicere 225
de gustu cognosco 544
de lana caprina 202
delius natator 360
delphica vmbra 200
delphicus gladius 792
delphinum cauda ligas 268
delphinũ natare doces 269
delphinum syluis appingit fluctibus aprum 848
de manu in manum 175
demittere sese ad aliorum mediocritatem 1409
demorsos vngues sapere 1315
dentale non inest illi 1426
dentata charta 1322
dentem dente rodere 914
dente Theonino rodi 719
deo fortunæq; comit. 1391
deo nemo põt nocere 1377
deo uolente, quisque ridet atque flet 1129
deorum cibus 519
deorum concio 1597
deorum manus 172
de pilo pendet 561
de plaustro loqui 454
de pulchro ligno vel strangulare 696

de

de pulmone reuellere 1270
de pusillis magna procemia 1215
de reduuia quæritur 1704
deserta caussa 325
desertam vincere, capere, accusare ibid.
desertum obtueri 1491
de sportula cœnare 1645
despuere malum 1754
destitutus ventis, remos adhibe 189
deteriorum victoria 358
detestantis ac abhorrentis 1413
de toga ad pallium 1579
de tribus capellis dic 1107
de tripode 466
de tuo capite aguntur comitia 1457
deturbare gradu & similia 225
deum esse, deum facere 336
deum fallere volenti multa scienda 1071
deum sequere 708
deuotionis templum 160
deus ex improuiso apparens 81
deus nullius indigens 1054
deus ollaris 1309
deus nos respicit 1399
deus vlciscetur 1403
deᵒ vltro subijcit bona 765
deus unᵒ, amici plures 1242
deus vndecũq; iuuat, si modo propitius 1401
dextera non cuiuis inijcienda 25
dextero aut amico Herculẽ 88
dextrum pedem in calceo sinistrum in pelui 1124
diagoras Melius 1237
diametro distare 594
dicendo dicere discunt 360
dictum ac factum 1057
diem noctibus æquare 594
dies antiquus 1274
dies datyli 855
dies nouerca & parens 509
dies posterior prioris discipulus est 505
difficilia quæ pulchra 635
digiti crepantis signum 996
digitũ non porrexerim 183
digitum qua proferat 1745
digitũ mediũ ostendere 845
digitũ stultone permit. 1154
digitum tolle 1222
digitum transuersum 276
digna, indigna, & similia 642
digna cedro 1450
digna canis pabulo 901
dignum propter quod uadimonium deseratur 480
dignus pilo 478
dignus qui cum in tenebris mices 482
diis à morte ne quidem liberant 1401
dii beati adsint 1172
dii facientes adiuuant 349
dii laneos habent pedes 609
dii omnia possunt 1601
diis hominibusque plaudentibus 88
dii tibi dent tuam mentem 1464
dii uinctis pedibus 609
dimidio uitæ nihil differunt felices ab infelicibus 634
dimidium plus toto 568
diolygium malum 935
diomedis & Glauci permutatio 107
diomedea necessitas 526
Dionysium Thrasibulo dicitis esse similem 1023
Dionysius Corinthi 93
dionis gry 490
diphthera antiquiora 287
diphtheram sero inspexit Iuppiter 599
dierecti 1756
diris agere 447
discordia fit carior concordia 1135
dispendio æquale malum lucrum 1198
dithyramborum poetis insanior 705
dithyrambus non est aquam si bibat 1508
diu delibera 1489
diu dissimulatum aperientis 1379
diues aut iniquus est, aut iniqui hæres 548
diues factus fastidit lentem 1005
diuinator sapiens 1626
diuinitus 1130
diuinum excipio sermonem 1576
diuite uena. 934
diuitiæ non semper optimis con. 1408
diana Pergea 1808
dicere supra clepsydram 1942
dies digitus 1982
digiti computatorum 1993
dictidij pomum 1970
dignus qui ranis ministres 2024
dionysiaca scommata 1852
dii paruis dant parua 1975
ditrephes doliares habens alas 1940
diues factus iam desijt gaudere lente 1005
doceat qui didicit 1770
doce me cenare 1271
docti eodem ludo 1010
doctũ doces & similia 114
docui te urinandi artẽ 1141
dodonæum æs 41
doliaris uita 505
in dolio figularem artem discere 348
dolium inexplebile 587
dolium pertusum 587
dolium uoluitur 1496
domesticum diffidium 1415
domesticum malum 1403
domesticum thesaurum calumniari 374
domesticus testis 752
domi hẽt, domi nascitur 596
dominus domino, seruus seruo præstat 786
domi leones 1589
domi manendum 1400
domi manere oportet bellefortunatum 1166
domi pugnans more galli 1690

domum

domum cum facias, ne relinquas impolitam 354
domum imperfectam ne relinquito ibid.
domum redire 841
domus amica, domus optima 1294
domus optima 1414
domus resta 1565
donum quodcunque dat aliquis proba 1436
doribus dorice loqui fas est 1714
dorica Musa 873
dorice concinere 1718
dorice loqui 1714
dormiens nullius rei est 634
dormiens somnias 1209
dormienti dij conficiẽt 326
dormientis rete trahit 326
dosones 1595
doryphorematis ritu 1568
drachma canit, quatuor definit 327
drachmæ grando 1205
drachmas tres da mihi mutuo ad porcellum 1302
draco non fiet serpens ni edat serpentem 1203
duabus ancoris fultus 47
duabus sedere sellis 408
ductus per phratores canis 1313
dulce & amarum 1732
dulce bellũ inexperti 1429
dulce pomum quum abest custos 1555
dulcis cubitus 647
dum clauum rectum teneam 1111
dum uirent genua 1527
duobus clauis figere 363
duobus digitis primoribus 1717
duobus malis resistere difficile 1388
duobus pariter euntib. 1120
duobus pedibus fugere 363
duodecima artium 1105
duos fures non alit unus saltus 799
duos insequens lepores, ventrum capit 1194
duos apros uno saltu capere 1306
duos parietes de eadem dealbare fidelia 408
duplex cappa 1311
duplices uiros 1105
durus alloquijs 1227
dures & implacabilis 1539
dux cæcus 1208
dux bonus bonũ reddit comitem 523

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

DA panem & pugnum 1847
daphnis inter pastores primus 1950
dardaniæ artes 2028
darij opes 1884
decumani malorum fluctus 1920
de fumo ad flammam 2032
de limine offendere 1845
delphinis in terra uires 1792
delphinum patina nõ capit 1829
deo præunte nullus officit obex 1949
deorum dona sæpe non dona 2012
denrũ liberi sunt in vulnerabiles 1997
deos absentes testes facit 1990
ee paxillo suspendere 1961
de scammate egredi 2000
determinare fossam 2012
deus si faueat, quorsum amicis opus 2001
docti in tabula 1994
domi militiæque 2015
domi suæ quilibet rex 2036
dorice incedere 1802
dormienti loquor 1818
dormire in portu 2017
diaconis leges 1793
dium uides 1814
dum uitat humũ nubes captat 2037
durei equi speciem præfert 1854
duro flagello mens docetur rectius 1926

E

EAdem ancora nixus 47
Eadem cera 1013
eadem mensura 62.
eadem oberrare chorda 278
eadem pensari trutina 278
eadem per eadem 331
eadem queri 1727
eamus Athenas 1607
ea tela texitur 642
ebrietas absque uino 170
ebur atramento candefacere 212
e canis podice 1473
e cãtu dignoscitur auis ibi.
echini duo prius amicitiam ineant 850
echino asperior 849
echinus asper totus 1049
echinus partum differt 850
e circulo 1778
e clibano boues 1569
e crumena nobilis 1000
e creta raptus 1556
e culmo spicam conijcere 1466
edax currus 843
edax triremis 1726
edentulus septennis 695
ede nasturtium 500
edentulus uescentium dentibus inuidet 1103
e dolio hauris 982
e duobus tria uides 1113
effeminatorum etiam oratio effeminata 1032
efficimus pro nostris opibus mœnia 448
e fontibus haurire 682
effugi malum, inueni bonũ 1102
e fimbria de texto iudico 543
e flamma cibũ petere 1449
egẽs in turba uersetur 1415
e iure manum consertum 1778
electro lucidior 1548
elephãti celerius pariũt 528

ele-

elephanti culicem conferre 1111
elephanti similis 1060
elephantum ex musca facit 561
elephantum sub alis citius celes 879
elephantus Indus haud curat calicem 601
elephantus non captat murem 561
eloquentia Attica 148
elleborum bibe 498
e Massilia uenisti 1429
embarus sum 1422
emendus cui imperes 1752
emere malo quam rogare 1828
emori risu 1462
empedoclis simultas 925
emptor difficilis haud bonũ edit obsonium 1198
e mulctro bibere 683
e multis paleis paululum fructus collegi 157
e nassa escam petere 1554
encomium ante uictoriam 442
endymionis somnũ dormis 558
eodem collyrio mederi omnibus 1673
eodem cubito 593
eodem in ludo docti 1009
e Patroclis domo venit 1544
e paucis uerbis ingens bonũ aut malum 1783
e pelle apparet 1243
ephelleo 1730
epeo timidior 1008
ephesicæ literæ 1009
ephemeri uita 1492
epimenidum corium 1489
epimenidis somnus 559
epiphyllides 1476
episcythizare 777
e poculo perforato bibere 1218
epops cum cignis certat 510
equi dentes inspicere donati 1572
equis albis præcedere 239
equi generosi senectus 1782
equi senecta 644
equitandi peritus ne cantet 1707
equo senescenti minora cicela admoue 1010
equum in planiciem 515
equus ex asino 424
equus in quadrigis, in aratro bos 738
equus me portat, alit rex 419
equus Seianus 616
erasinades 1070
erecti 1569
eretriensium rho 1011
ergini cani 1211
erinnys ex tragœdia 1493
erisichthonis metra mutabilior 1206
e schola cantilena 1777
e scopulis enauigare 1118
e scurra diues 815
esernius cũ Pacidiano 895
e squilla non nascitur rosa 804
est pylus ante pylum 1008
esto promus 1491
e sublimi me derides 159
esurienti ne occurras 1736
esurienti leoni prædam exculpere 1761
esurienti uire necesse est furari 276
et fama fuit & eras 1053
e tantali horto fructus colligis 1504
e tardigradis asinis equus podijt 1009
e terra spectare naufragium 1756
etiam betylum deuorares 1494
etiam in deorum cœtu 1442
etiã capillus unus habet umbram 1263
etiam chorcorus inter olera 419
etiam quercus bacchatur 1494
etiam si Cato dicat 1584
etiam si lupi meminisses 993
et me mater, &c. 1525
et meum telum cuspidem habet acuminatam 162
et operam, & retiam prodire 1735
et post malam segetem serẽdum 1544
et prædã & præmium 1725
et puero perspicuũ est 650
et Scellij filium abominor 1691
e tribus malis unum 1276
euenit malo male 1383
euitata Charibdi in Scyllam incidi 273
eum ausculta, cui quatuor sunt aures 174
eundem calceum omni pedi inducere 1542
euparyphus ex comædia 1556
euripus homo 557
eurybatizare 161
eurycles 1445
eurymnis 1479
exacta uia, viaticum quærere 1232
ex academia venis 1223
ex agro, siue è rure 1297
ex æquo partire 1490
ex amphitheto bibisti 1472
examen virtutum 189
ex animo loqui 594
ex arena funiculum nectis 262
ex asino equus 1009
ex aspectu nasciũ amor 159
ex astris delapsus 372
ex bono in bonum 1310
excorias priusquam mactaris 1187
excubiarum gratia canens 461
excubias agere aut ditari 1086
excubias agere in Naupacto 160
excusationes non accipit certamen 1204
ex diametro opposita 594
execrationes serere 1646
ex eodem ore calidum & frigidum efflare 485
exercitatio domestica & umbratilis 1777

exer-

exercitatio potest omnia 718
ex fronte perspicere 811
ex habitu bonum uirum pręse fert 1398
ex hara 605
ex arena funiculum nectis 924
exigit & a statuis farinas 1175
exiguum malum ingens bo. 882
exiguum oboli preciũ 1773
ex inanibus palei, 982
ex Iouis tabulis testis 482
ex ipso boue lora sumere 158
eximere è manu manubriũ 1444
exiti nulla ratio 1652
exitium honestum 689
exitus flagitiorum turpis 1411
ex iure manu consertum 1778
ex lib. gubernatores 1641
ex minimis initiis maxima 1379
ex natali emortualem facere 1725
exotica auis 777
exordiri telam 931
ex ore lupi 972
ex ouo prodiit 225
ex paleis inanibus trituram facis 983
ex patre malo nunquam bonus filius 221
expecta anus 1240
expecta bos aliquando herbam 1240
expedit habere plura cognomina 1356
ex perpendiculo 1623
expertes inuidentię musarũ fores 161
ex Phelleo 1730
ex præscripto 215
expuis in cœlum 1242
ex pylo captiui 1470
ex quercubus & saxis nati 518
ex reliquiis coniicere 593
ex se fingit velut araneus 1536
ex stipula cognoscere 595
ex syngrapha agere 1659
ex tempore dicere 806
ex tempore viuere 506
extis pluit 1170
extra calcem 1623
extra chorum saltare 931
extra cantionem 733
extra fumum & undam 1668
extra lutum pedes habes 159
extra oleas 698
extra organum 1114
extra periculum ferox 1385
extra publicam uiam ne deflexeris 30
extra quærere sese 870
extra telorum iactum 222
extra viam currere 73
extrema extremorum mala 1212
extrema manu 568
extremis digitis attingere 568
extremum occupet scabies 1523
extremus actus fabulæ 137
ex tripode 466
extritum ingenium 1044
ex uitibus nõ amputatis nelibaris dijs 35
ex umbra in solem 159
ex uno multa facere 654
ex vno omnia specta 118
exurere mare 1583

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

EBurneis rastris, solũ uertere 2001
echinus parturiens cunctatur 1999
edentulæ maxillę 1947
eleuxina seruat quod ostendit 1905
elige uitam optimam 2013
eloquẽtia male sine moribꝰ discitur 2008
embarus es 1826
eodem iugo urgeri 2015
equum Scytha 1913
equus sessorem rapit 2029
equus Troianus 1991
esca malorũ uoluptas 2010
est modus matulæ 1828. 2033
etiam e uite rubus nascitur 1827
etiam inter uepres rosæ nascuntur 1995
etiam mater & sorores 1866
etiam uetus abustum transferri potest 1991
e tragico comicum drama 1819
euclionis gallinaceus 1990
ex cubitis cenare 2008
ex eodem Lare 1885
ex eodem præsepi 1821
ex Ilio me ducis 1939
expiatis boua obtingunt 1971
expumicare 2014
extra callem 2842

F

FAba cudetur in me 93
faba alba 307
fabam, & salem 1258
fabarum arrosor 1611
faber cõpedes quas fecit ipse gestet 94
faber fabro inuidet 124
faber quum sis 1519
fabis abstineto 27
fabri fabrilia tractant 1519
fabulæ supremum actum addere 137
faciem perfricare 496
facies tua computat annos 949
faciles partus 1759
faciunt & sphaceli immunitatem 162
facile cum ualemus recta cõsilia ægrotis damus 386
facta iuuenum, consilia mediocrium, uota senum 1252
factum infectum fieri non potest 794
factum transactum 1737
factum stultus cognoscit 57

C falces

dces postulabam 715
illaeia alia aliã trudit 723
ilsum probrum 1719
ama prodit omnia 1767
amelicus non interpellandus 1378
ame mori miserum 1300
ames perit interuallo, & optime perditur 1234
ames & mora bilem in nasum conciunt 1013
fames magistra 185
fames multa docet 1482
fames Melia 560
fames optimum condimentum 975
fames Saguntina 560
famelicus non interpellãdus 1378
familia decem dierum 1023
famis campus 561
farcire centones 841
farinæ nostræ 1269
farinam fugit quicũque molam deuitat 1202
farinas exigit a statuis 1175
fasces submittere 509
fastigium imponere 132
fastuosus Maximus 157
fatale uitę tempus exactum 1399
fatis imputandum 1379
fato non repugnãdum 1771
fatum immutabile 1401
fatuos non inuenit 456
fauere linguis 1257
fecem bibat qui uinum bibit 389
fele rapacior 157
feles Tartessia 156
felices quo differant ab infelicibus 634
felicia alba 405
felicibus sunt & trimestres filii 431
felicitas a Deo 1493
felicitas multos habet amicos 1153
feliciter sapit qui periculo alieno sapit 1054
felicium multi cogna 1134
feli crocoton 157
felix Corinthus, at ego sim Teneates 879
felix qui nihil debet 987
fenestram aperire & similes metaphoræ 228
feram præturbare 1256
feras, non culpes quod mutari non potest 177
feri puer 1571
ferociam sacietas parit 1357
ferox alieno præsidio 1380
ferreus, aheneus 436
ferro diuidere 369
ferrum & flamma 1728
ferrum natare doces 255
ferrum tuum nunc in igni est 1556
fertilior seges est alieno in aruo 389
feruet olla, uiuit amicitia 286
ferulæ manũ subducere 930
festina lentè 619
festinantem ultro incitare 142
festo die si quid prodegeris 156
festucam ne moue 1208
festucam ex alterius oculo eiicere 397
festum multas habens 1424
vt fici oculis incumbunt 1015
ficos diuidere 632
fictilis homo 1095
ficu similior 993
ficulna machæra 463
ficulna mens ibidem
ficulnum auxilium ibidem
ficulnus 468
ficulnus gladius 1015
ficum cupit 750
ficum Mercurio 1015
ficus auibus gratæ 1441
ficus ficus, ligonem ligonem uocat 751
ficus post piscem 1441
fides rara 1201
fiducia pecunias amisi 1200
figuli opes 598
figulus figulo inuidet, faber fabro 128
filix innascitur a gris neglectis 1062
filo crasso, tenui, & simil. 933
filum contentionis tunc erat 1207
filum neuisti & acu opus est 1633
fimo suffitum facis 259
finire minore pomœrio 1301
finem uitę specta 292
fingere caussas 664
fixis oculis intueri 1043
flagitiorum turpis exitus 1401
flamma fumo ex proxima 284
flammam citius ore presseris 879
flere ad nouercæ tumulum 528
flet uictus, uictor interiit 911
flocci non facio, aut flocci facio 476
flos cinis 1635
fluctus fluctum excipit 362
flumina quæque altissima minimo sono labuntur 1375
fluctus mutus 1612
fluuio riuolum inducere 1117
fluuius cum mari certas 563
fluuius non semper fert secures 1508
fluuius quæ procul absunt irrigat 1117
focus luculentus in ædibus 1419
fodere non didici 703
fœdum est & manisse diu, vacuumque rediisse 1021
fœmina nihil pestilentius 1412
fęnum esse 1136
fęnum habet in cornu 92
folia cadunt, post cadent arbores 1016
folio ficulno tenes anguillã 268
folium Sibyllæ 467
fons Dodoneus 485
fontes ipsi sitiunt 446

fon-

fontibus apros, floribus austrum 1308
fontibus omissis sectari riuulos 1776
foras Cares, non amplius anthisteria 154
foras famem 561
foras prospectare 600
fores habet tritas ut pastorum casæ 1093
foris habere pedem 903
formica camelus 304
formica formicę chara 124
formicæ quoque sua bilis 868
formosus in ostio 1314
formosus Pithon. 1284
fors domina campi 1729
fortes fortuna adiuuat 141
fortis in alium fortiorem incidit 1427
fortiorem te uita 1235
fortuna cui por. me inuoluit 1043
fortunæ nouacula 1773
fortunam præsentem boni consule 1039
fortuna æstuaria 1307
fortuna Euripus 557
fortunam sui cuique mores fingunt 826
fortuna quem nigrum pinxit 165
fortunæ committere 1391
fortunatior Strobilis Carcini 156
fortunatum domi manere oportet 1106
fossa & uallum 43
in foueam incidit quam fecit 75
fractis auribus 1641
frater uiro adsit 467
fratrum irę acerbissimæ 144
freno egere 143
frenum mordere 236
fricantem refrica 471
frigidam aquam suffundere 596
frons occipitio prior 123
frons periit 496
frontem exporrigere, frontem contrahere 497
frugi homines omnia recte faciunt 722
frusto panis 215
frustra canis 266
frustra habet qui non utitur 1395
frustra Herculi 916
frustra niti, dementiæ est 1775
fucum facere 306
fuga tutior 1411
fuge procul a uiro maiore 1235
fugientem quid insequeris præsentem mulgo 1176
fugit amantem, insequitur fugientem 867
fugitiuus 1395
fuimus Troes 551
fuit & Mandroni ficulna nauis 1579
fulgur expelui 982
fulmẽt lectũ scandunt 1729
fumantem nasum ursi ne tentaueris 1276
fumi umbra 810
fumos vendere 195
fumum fugiens in ignem incidi 276
fumus 1693
funditus, radicitus 1673
fundum alienum arare 1116
funem abrumpere nimium tendendo 318
funem reducere 556
fungus 1445
fungus putidus 1748
funiculum ad lapidem 1697
funiculum ad restim 1258
funiculum muniatum fugiunt 155
funiculus curarum 319
funis nihil attraxit 548
furari littoris harenas 1480
furari necesse uiro esurienti 1276
furemque fur cognoscit, & lupus lupum 788
fures clamorem 155
furor fit læsa sæpius patientia 319
fustem facile inuenerit, qui cupit cedere canem 664

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

FAber cadit cum ferias fullonem 1922
fabilibus uictitat 1821
fabula Milesia 2026
facilius quam orcum deuicerint Bœoti 1840
fac nidum una in arbore 2031
fame argentea conuiuari 1959
familiaris dominus fatuum nutrit seruum 2006
farinam subis priusquam pinsueris 1859
felix & faustum sit lumen 2013
ferrum uirum attrahit 2008
festũ pigris semper est 2006
figura & triobolus 1954
filij Neptumni, siue maris 2028
flamma sine Vulcano 1947
flamma persequeris quem genueras 1796
fluctibus obloqui 1968
fluctus quod insulæ 2011
flumina in terram commutat 1882
fluuii cursus non detorquendus 2017
folia quot ilicis 2011
forficibus binis tõderi 1881
formicarum nidos inspirauit 1846
formicæ semitam canit 1984
formosus sine pulchritudine 2007
fortes in tabula 1995
fortuna artem amat, ars fortunam 2001
fossam determinare 2012
frondium crepitus leporem terret 1861
fronte tabernariam exercet 2008
fronti ocream, tibiæ galeam applicat 1827
fructibus non stadiis certare 1872

fructus literarum dulces, radices amaræ 2020
frumentum in populum 1958
fulicam cygno comparas 1917
fulmenta lectum scandunt 1903
fumus e ficubus 1877
fumus pulchriorem persequitur 2024
fundo carens calix 1879
fures ipsi accusant 1931
furor arma ministrat 2029
furtiuæ aquę sunt dulciores 2027

G

GAlateam & Thetidem simul amare non potes 1198
galerus aut nauis 1063
galeritis omnibus oportet cristam inesse 1205
gallam bibere 1733
gallinacei in morem trepidas 704
gallonius 1702
gallorum incusare uentres 1097
gallos quid execas 1121
gallus insilit 2190
gallus i suo sterquilinio plurimum potest 1529
gallus submissis alis 704
gallus antequam iterum cantet 1361
gamma Betam persequitur 1699
gangamon 1614
gargara bonorum 1606
garrire optimus &c. 964
gaudium dolori iunctum 1418
gaudium pyraustæ gaudes 1186
gello puerorum amantior 1000
generosioris arboris statim plãta cum fructu est 213
generosior sparta 1015
generosior Codro 1002
generosus ex excrumena 1000
genius Oetæus 1309
genius malus 86
genu fura propius 220
ne genu quidem flexo 649
genua quum uirent 1527
genuino mordere 721
genuinum frangere ibidem
gerræ 814
gigantum arrogantia 1416
gigantum fraterculus 317
gladiator in arena consiliũ capit 373
gladiatorio animo 214
glaciem scindere 1256
gladio plumbeo iugulare 860
gladius Delphicus 792
gladius plumbeus in eburnea uagina 423
gladium acutum auertas 32
gladium dedisti qui se occideret 1116
gladium ne mulier 877
glandes mihi coquam 43
glande cassa 1753
glandibus uictitantes 1191
glauci ars 1001
glaucus alter 1488
glaucus comesa herba habitat in mari 1414
glaucus poto melle resurrexit 1001
gleba aruum ibid.
glebam quoque accipit erro 768
glomi pro bonis 1282
glomi bonorum 854
glossogastores 1597
gnomon & regula 662
gordius nodus 549
gorgonem Peaseus aggreditur 1488
graculo cum fidibus nihil 247
graculus Aesopicus 1312
graculus graculo assidetur 127
graculus inter musas 419
græca fide 483
græco more 1455
gralatorius aut testudineus gradus 1754
grata nouitas 1398
gratię nudæ 967
gratia gratiam parit 61
graue nihil passus 1297
grauior a Sambico paritur 91
grues lapidem deglutientes 1306
gry 475
gustu dignoscere 544
gustum dare ibid.
gutta uini 1484
gygis anulus 102
gypsus lacte maceratus 504
gyrina rana sapientior 645
gradum figere 2006

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

GAllinaceus Euclionis 1990
gangrena addere 1951
gauia in stagnis 1814
geminas cordas ferit 1913
geometriam exercere in cilio 2000
gorgone conspectu 1943
graculi quando tacuerunt, tunc cygni canunt 1995
graculo absente coruus pulcher 1973
græci Troia conando potiti sunt 2030
gratia bina gerit & in numeros oculos 1822
gradum figere 2008
gratia non ducitur pęnitentia 1965
gratis lira 2040
gratiarum horti immortales 1899
gratia musis commiscere 1807
grossus maturus esui ineptus 1869
gubernatori somnolento ne benefacito 1927
gutta cauat lapidem 2021
gutta fortunæ præ dolio sapientiæ 1809
gyaro dignum 1901

H

HAbet 1441
habet & musca splenem 1254
habitus uirum bonum indicat 1398
habuisse miserum 551
hac non egreditur verbum 107
hac nos deus ducit 709
Hęc Helena 212
hæc potior 357
hæreditas sine sacris 204
hæsitantia cantoris tussis 1044
halcedonia sunt apud forum 924
halopanta 1761
hamaxiæa 1169
hamaxobii 506
hamum uorare 721
hamus semper pendeat 548
hanc technam in te ipsum 75
harmodii cantilena 1096
harpocratem reddidit 1450
hasta caduceum 1097
hastæ & scuto 1016
hastam abiicere 564
hastas primas iactare 1776
haud annũcias bellum 1108
haud canit paternas cantiones 1097
haud contra ostium 1533
haud unquam arcet ostium 700
hecatæ cæna 1566
hecatæ sacrificant 545
hedera lasciuior 1721
hedera post antisteria 1223
helenæ cibus 382
heraclius lapis 320
herbam dare 564
herculana balnea 789
herculana scabies 823
herculani lecti 1637
herculanus nodus 549
herculanus morbus 823
hercule dextro 88
herculei labores 1100
hercules contra duos 298
hercules προκωτοφόρος 157
hercules & simia 1254
herculis columnæ 1260
herculis cothurnos aptare infanti 1306
hercules hospitatur 1442
hercules malorum 1073
herculis quæstus 147
heri & nudiustertius 872
hermionis uice 883
hermonium officium 923
herniosi in campum 1652
hermosus usque ad gulam 1475
heroum filij noxæ 361
hesiodi senecta 971
hesperidum mala 1499
heterognathus 1213
heteromolia caussa 1096
herus omnis seruo monosyllabus 1214
herum nemo bene gerit, nisi seruierit bene 38
hiberæ neniæ 813
hic bonorum uirorum est morbus 1367
hic depone 1257
hic Rhodus, hic saltus 1191
hic telam texuit, ille diduxit 1614
hinc belli initium 1262
hinc illæ lachrymæ 211
hinnulus leonem 1844
hipparchi murus 1463
hipparchorum tabula 1096
hippoclides non curat 580
hippolytum imitabor 1305
hippomene magis impius 1073
hippancarum tabula 1096
hipponacteum præconium 720
hircus Caricus 1315
hirudo nisi plena non omittit cutem 850
hirundines sub eodem tecto ne habeas 33
hirundinum musea 693
hirundo totos schęnos anteibit 1500
hirsuto corde homines 765
hoc calciamentum consuit Histæus, Aristagoras induit 1229
hoc iam & uates sciunt 1684
hoc municeps aut uicinus nunciauit 1704
hoc nouerã priusquam 1521
hodie nihil succedit 1683
hodie nullus, cras maximus 1463
holerum appositiones 1095
holitor opportuna loquens 337
holmus erit mihi cubile 1013
homerici uersus aliquot puerbiales 1375
homionis uice 883
hominum uniuersa proluit pelagus mala 1220
homo Bombylius 932
homo bulla 776
homo fictilis 1095
homo homini deus 83
homo homini lupus 86
homo nouus 507
homo semper contradicens 1635
homo Tales 1349
homo tressis 477
homo trioboli ibidẽ.
homo trium literatum 1022
honos alit artes 520
horis omnibus nemo sapit 855
horna messis 1453
hospes indignam 1245
hospes in tẽpestate aut hyeme molestus 913
hospes quisquis profuturus est ueniat 963
hospitibus aliquid relinquito 172
hospitem non semper hospitem 1701
hospitis habenda cura 1408
hostimentum est opera pro pecunia 815
hostes semper tales me insequantur 994
hostibus eueniat 1143
hostis domesticus 1576
hostium munera non munera 189
huius non facio 476
humeris sustinere 1595
humi hauris 1094
humida nox 1296

humi

Iumi ſapere 1094
hybernum ſomnium ibid.
hydram ſecas 578
hydra magis uarius 102
hydrus in dolio 1428
hymetia nulla 148
hymetia noua falerna uetera 729
hypera omiſſa pedem inſequeris 1232
hyperberetæa 1084
hyperbolo peior 1509
hyperi uertigo 992
hypſea cæcior 204
hyſtricis ſeta 1493

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

HAbenas ignarus non tractet 1888
habitᵗ & ſceſſus 1976
hadriam Aufidus retro fugit 2029
hæres abſens non erit 2032
harena Lydia 2027
harmonia ſuilla 1909
haſtam altera, altera caduceum 1801
hecales cena 1955
Hectorem imitaris ab Ilio numquam recedis 1951
hecuba intus, foris Helena 1946
helenæ crater 1908
hercules in Lydia 1974
Hercules animo Tydeus corpore 1882
Herculis ædem mulier non intrat 1932
Herculis clypeus 2034
Herculis cornu 1854
Herculis ira 1949
hinnulus ne cum Leone partiatur 1844
Hippocratis liberis cedit 1883
Hippocratis uinculis adligare 2007
hippodramica bona 2013
hircos mulgens ſanguinem ducit 1924
hircus Thmnitarum 1859
hirundo æſtatem loquitur 1934
holeribus agreſtibus uiciitat 1871
homini aliud, aliud humanitatis ſatis 2004
honorat ſeipſum qui honorat 2014
horti Gratiarum immortales 1899
hortus altera ſuccidia 2013
humeros licet perdas aqua in cernendo 1852
hydrargiro furacior 1932
hydropico nihil ſiccius 1871
hylam vocare 2025

I

IAcere in fermento 1090
iactantiæ comes inuidia 1416
iactantia turpis 1401
iactare iugum 1369
iaculari ſine ſcopo 1270
iaculo immiſſo fugere 40
ialemo frigidior 1094
ialemo miſerior ibid.
a ianua aberrare 364
ianuam aperire 1788
ibyci equus 1650
ibyci grues 534
idem Actii quod Titii 608
idem puluis 424
iecit achilles duas teſſeras & quatuor 1008
ignarium dare 1616
ignauis ſemper feriæ ſunt 905
ignaui uertitur color 162
ignem diſſecare 254
ignem igni ne addas 112
ignem ne gladio fodito 25
ignem palma 1093
ne ignifer quidem reliquus eſt factus 585
ignis ad Naphtam 1306
ignis ad torrem 1305
ignis, mare, mulier, tria mala 715
ignis non extinguitur igni 1197
iiſdem literis comœdia ac tragœdia componitur 1243
iiſdem flumeris 593
iiſdem veſcentes cepis 110
iliade prolixius 1580
ilias bonorum 185
ilias malorum ibid.
ilico hyems erit 1542
ilienſis tragœdos conduxit 828
ilio ſemper mala 1438
illaudatus 1042
illotis manibus 554
illotis pedibus ingredis 553
illo reſpiciés, ſed hic remitte bona 1290
imbre terra gaudet 788
imis ceris eradere 1516
imitabor Nepam 1466
i modo, venare leporẽ, nunc itym tenes 1300
immunem venire 1535
impari numero ſuperis ſacrificato 30
Imperator bonus & idẽ robuſtus miles 1420
Imperatorum multitudo Cariam perdit 948
impete peritum artis 957
impetere lingua 784
improbi conſilium in extremum incidit malũ 1120
improbitas muſcæ 1390
improbitas cõpendiaria res 1178
inabſurde locutum 1378
in acieno uaculæ 48
in ære meo eſt 440
in aere piſcari 260
in agro ſurcularis capras 1594
in albo eſſe 428
in alia regione eſſe 1784
in alieno foro litigare 741
in angulo 1586
inania multa in bellis 1070
inaniter aquam conſumis 259
inani ſpe flagrat 1496
inanium inania conſilia 1292
inantio Trophonii uaticinatus eſt 457
in antrum haud legitimum, ſtimulũ impingis 1243

in

in anulo dei figuram ne geſtato 34
in apis irruiſti 1087
in aphannis 1173
in apio nondum eſt 612
in aqua hæret 269
in aqua ſemẽtem facis 253
in aqua ſcribis 254
in arduis cunctãter agendũ 1783
in area latitas 1244
in arena ædificas 254
in arenam deuendere 565
in armis acciſſat 1490
in aurem dicere 198
in beatam 689
in beato omnia beata 1745
in bello peccare bis 1112
in caducum parietem inclinare 931
incantatione quauis efficacius 1672
in capras ſylueſtres 1172
in caprificatus es 1167
in caput præcipitari 1209
in Care periculum 346
in cedis per ignem 1417
incidit in foueam quam fecit 75
incita equum iuxta nyſſam 1552
incitare currentem 1380
in cœlum expuis 1242
in cœlum iacularis 268
in coriis eſt animus 1350
in cotyla geſtaris 1087
in craſtinum ſeria 1651
in cudem eandem tundere 572
incudi reddere 333
in culmo arare 1512
incus maxima non metuit ſtrepitus 1112
in dextram aurem 480
in diem uiuere 506
indignus qui me vel aſpicias 1383
indignus qui illi matellam porrigat 334
in dierectum 1755
In diſcrimine apparet qui vir 1789
indoctor Philonide 931
in dolio ſigularem artem diſcere 348
in dominum adferre dentes 682
induitis me Leonis exuuiũ 209
in durum & implacabilem 1339
induſtriam adiuuat deus 1402
in eadem es naui 634
in eãdem naſſam 646
in eaſdem anfas ueniſti 646
in eburna uagina plumbeus gladius 422
in eodem hæſitas luto 2699
in eo ipſo ſtas lapide, in quo præco prędicat 1090
inelegantior Libethriis 374
in exitium 689
inexplebile dolium 587
in fermento iacere 1090
infixo aculeo fugere 40
in flammam manum mitto prudens 1290
inflare buccas 1277
inflige plagam abarat 1510
influit quod exhauritur 766
in folle offerre 1709
in foribus adeſſe 739
in foribus vrceum 662
in foro noſtro res vertitur 1257
in foro veritas 1730
in frigidum furnum panes immittere 1631
in fugitiuum 1395
in genibus deorum 1013
ingens diſcrimẽ 1404. 1388
in gradum reponere 225
ingredi Iunonium 144
in re mala animo ſi bona uta re adiuuat 1236
inguinis & capitis diſcrimẽ neſcit 947
in arena ædificas 254
in herba eſſe 741
in herba luxuries 1781
in herbis 1724
in hoc calciamento pedem habet 1690
in holmo cubabo 1031
in horas 506
iniecta aqua more balneatoris abire 41
in integrũ reſtituere 1778
iniquum petendũ, ut æquũ feras 762
initio confidens, in facto timidus 1221
iniuria ſoluit amorem 1659
in ſyluam ligna ferre 445
iniurato credere 482
in laqueo lupus 582
in laqueum inducere 576
in lente unguentum 420
in leporinis 1681
in limine deficere 323
in Lipſydrio pugnas 1491
in magnis & voluiſſe ſat eſt 1013
in malis celeritas optima 1770
in manibus eſſe 1346
in mari aquam quæris 563
in matellam immeiere 319
in mentem, quicquid uenerit 321
in mucronem incurrere 75
in morbo conſumat 1616
in nare bilis 1014
in nauibus enutritus 1664
in neruum ire 891
in nihil ſapiendo iucundiſſuita 1092
in nocte conſilium 711
innocuus alium aſpiciam, meũ habẽtem malũ 1053
in numerato 1515
in occipitio oculos gerit 1196
in omni fabula & Dædali execratio 1091
inopi nullus amicus 1135
in orciculum incidas 1086
in oſtio formoſus 1314
in pace Leones 1589
in Panticapæum 1210
in parte uel ignem prædetur aliquis 1091
in pedes retrocedit 1490
in periculoſo negocio non eſt dormitandum 1393
in planiciem equum 515
in portu nauigare 72

in

in portu impingere 323
in pulicis morsu deum inuocat 1218
in puteo constrictus 646
in puteo cum canibus pugnare 590
in pythii templo caçare 1486
in quadrum redigere 575. 1786
in quinq. iudicum genibus situm est 1913
in saltu uno, duos apros capere 1305
insana laurus adest 826
insania aliena sui opt. 769
insania non omnibus eadem 1417
insanire cum insanientibus 1635
in saxis seminas 254
inscitia confidentiam parit 1582
in senē ne quod collocaris beneficium 597
in simpulo 729
in sinu manū habere 1074
in sola Sparta expedit senescere 1487
insomnis quæcunque uidentur 463
intempestiua beneuolentia nihil a simultate differt 450
in tempore cauenda pœna mali 1403
in tenebris saltare 544
inter calicem & os 272
inter cæsa & porrecta 205
inter cæcos regnat strabus 1244
interpecta musica 1216
in tergore bouis desedit 1245
in tergoribus mens est 701
inter Corinthum & Syciōē 336
inter indoctos etiam Corydus sonat 742
inter lapides pugnabāt 166
inter manum & mentum 1676
inter malleum & incudē 48
inter os & offam 272
inter pueros puer, inter uiros vir 803
inter pueros senex 1486
in terra pauperem 1486
inter sacrum & saxum 48
intersecta musica 1216
interuallo perit fames & optime perditur 1234
in toga saltantis personam inducere 867
intra labia risit 1738
intra pelliculam tuam te cōtinet 398
in transennā inducere 1587
intra septam 1087
intra suas præsepes 449
intra teli iactum 222
intristi, exedendum 94
intriuio sum 143
in tua ipsius arena 1305
in tuo luco & fano est situm 440
in regno tuo 440
intus canere 643
intus & in cute 566
in tuum ipsius caput 1627
in tuum ipsius caput inspue 399
inuado 72
in uenatu periit 582
in uentrem insilire 1652
inueni, non quod pueri in faba 1059
in uia ne seces ligna 35
inuidus uicini oculus 1110. 1672
in uino ueritas 415
inuita Minerua 66
inuitis canibus uenari 448
inustos boues plaust. inducere 449
inuito non confertur beneficium 1413
inuitus Iupiter nouit 1086
in voti compotem 1384
inutilior Blace 1457
in utramuis dormire aurem 480
inus dolores 1090
in utrumuis dormire oculū 1443
inuulnerabilis ut Cæneus 1225
ioca seriaque 641
iocandū ut seria agas 1880
ionice, pro lasciue 319
io pæan, io triumphe 814
iouem esse credere stultitia est 1052
iouem lapidem iurare 914
iouis auribus seruare 927
iouis Corinthus 654
iouis germen 1745
iouis lac 1649
iouis & regis cerebrum 382
iouis quadrigis 239
iouis scandalium 978
iouis suffragium 890
iouis taxilli semper feliciter cadunt 175
iouis tergus 1485
ipes mali 1075
ipsa olera olla legit 446
ipsa pelle præ te fers 949
ipse dixit 891
ipse semet canit 891
ipse sibi mali fontem reperit 76
ipse sibi perniciem accersiuit 1389
ipsi testudines edite, qui cepistis 94
ipsis & Chiis 1693
ipso cratere 1484
iracundior Adria 2618
ira omnium tardissime senescit 412
ire per exteutum funem 858
iratus deus 88
irritare crabrones 78
iro pauperior 990
irrisibilis lapis 881
isauricus 1153
issa 1305
isthmum perfodere 1529
ita fugias, ne præter casam 272
iter infortunatum lepus apparens facit 1078
iterum ad eundem lapidem offendere 277
iterum atque iterum ad Pythum uia 1083
iterum tranquillitatem uideo 695

ithorus 1436
itidem ut Acheronti 1749
ithym nunc tenes, i. modo vere leporem 1300
iubentis aperte loqui 1377
iucunda malorum præterito rum memoria 1705
iucundissima nauigatio iuxta terram 163
iucunda uicissitudo rerum 448
iugulare mortuos 146
iugum iactare 1369
iunco ficco 1716
iungere vulpes 199
iunonium ingredi 1441
iuppiter aliquando pluit, aliquando serenus est 509
iuppiter inuitus nouit 1528
iuppiter non omnibus placet 969
iuppiter orbus 567
iuppiter aquilam delegit 1431
iuppiter quomodo duxerit iunonem nouit 1527
iusiurandum adactum 1174
iustitiæ oculus 1434
ius in manibus 359
iustitia iustior 1435
iustitia ipsa exigua res est 664
iustitia Prienensis 1289
iuuenta uiribus pollet 1386
iuuenum facta uirorum consilia 1252
iuuenari 1461
iuuenum lanceæ 1253
iuxta cubitum profecit 1456
iuxta fluuium puteum fodit 1206
iuxta melam 1283
iuxta nauem 1456
iynge trahor 1601

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

Iecicena 1957
iciens ictus est 1958
idem furnus idem duxit trocus 1368
ieiunium olet 1894
ignauia ignauiam generat &c. 2024
ignem sacrum inflare illi nefas 1871
ignem stipulæ, admouere nō tutum 1854
ignis & mare ventis seruiunt 1965
ignis in sinu 2035
ignis in uepribus 1837
illo indigna uerba 1853
imbrii & Lemnij 1914
immortales Gratiarum horti 1899
in aceruum metere 1941
in Aetolis manum, mens autem in Clopidis 1936
in Aetolis manus habet 1918
in agrum seruus 1881
inania captat, dum uitat humum 2037
in asini aures canere 1848
in abstralagis nobilitas 1843
in cauea minus bene canit luscinia 1952. 1993
in ceo quis dies 1954
in cinere scribere 1958
in communi pisce nō insunt spinæ 2010
in cubiculo nola 1941
indigentia mater sanitatis 2015
indigno dignitas ornamentum in luto 2001
indirectum 1755
in eandem lancem imponere 1796
in eodem ualetudinario iacere 1990
inferorum triacadas 1842
in talemos adscribendus 1872
in meridie uitæ philosophari 1799
in naribus bilis 2031
innumeros oculos, & crania bina 1823
in ollis uenari 1987
in paguro sapientia 1954
in Paro frigida aqua, sed mulieres pulchræ 1997
in Pisa animum confirma 1865
in portu dormire 2017
in prato spinosum aliquid 2036
insaniam Orestis insanire 1966
insanus appensis pellibus nō curatur 1876
insuere in saccum uel culeū 2004
in tabula fortes 1994
inter lugentes iocari 1983
inter Orci cancros adhæsit 1810
inter Socias, & Tybios referre 1961
intestina adorens ipse carnes deuorat 1964
intra quatuor esse 2016
in triclinio Choa 1949
introite nam, & hic Dij sunt 2010
intus Hecuba, foris Helena 1046
iolaum implorat 1799
ionica uerba, & Corinthia 1770
iouis paria intonat 1910
io Saturnalia 1977
ira fit iucundius amor 2020
ira telum facit 2019
iflic uellus non carpitur 1882
isthmon sinapi bibit 1957
italicæ mensæ 1028
iuppiter incuruum ceruicē nondum habet 1859
iuppiter pluit mel 1985
iyngem habet 2026
iynges 1878

L

LAbore laboriosus 1081
laborem serere 1082

labrax Milesius ibid.
labores acti iucundi 772
labor senectuti optimũ obsonium 1205
labrum mordere 1363
labyrinthus 1081
lac gallinaceum 340
lachanizare 847
laciadæ 1082
lac lacti simile 279
laconicę lunæ 866
lacryma nil citius arescit 1701
lampada tradere 135
lampon iurat per anserem 1443
de lana caprina 202
lanam in officinam fullonis 1643
lanei pedes deorum 608
lapide empti 1090
lapidem decoquere 1283
lapidem elixas 252
lapides flere 1780
lapidi loqueris 266
lapis lydius siue heraclius 330
lapsana uiuere 1532
laqueo suo captus est 75
laqueum effugere 1576
laqueum mandare 845
laqueus auxiliari uidetur 1477
laqueus laqueum cepit 1189
a lare ordiri 393
largitio non habet fundum 587
lari sacrificant 545
larinum uerbum 1692
laryngizein 1713
cum laruis luctari 146
larus 206
larus hians 1082
larus in paludibus 1304
larus parturit 529
laterem lauas 252
late uiuens 1082
latine loqui 64
Latini tibicinis more 1785
latum & angustum 1696
latum unguem & similia 276
latronum beneficium 230
lauares Peliam 1082
laudant ut pueri pauonem 1462
laudare equum, capere plus 1344
laudas teipsum 670
laudiceni 764
lauerniones 1431
laureolã in mustacijs quærere 1720
lauro clamosior ardente 956
laureum baculum gesto 91
laurioticæ noctuæ 113
leæna non statuar in machæra 1057
leberide cæcior 203
leberide nudior 54
leberide scabrosior 1174
lecytho pinguior 867
lecythum habet in malis 1687
legatus non cæditur, neque violatur 1637
lemnia manu 1078
lemniæ bouis latera athos celat 1175
lemnium malum 539
lens deus 1640
lente bos 72
lente gaudere dessi 1102
lenticulam angulo tenes 1272
leti unguentum infundere 420
lentiscum mandere 487
leo chordula uinctus 1587
leonem ex unguibus æstimare 451
leonem radere 861
leonem larua territas 369
leonem stimulas 79
leonem uidere, hostium prælia portendit 1304
leonibus vulpes iungere 533
leonina societas 465
leonis catulum ne alas 796
leonis exuuium induitis 209
leonis exuuium super crocoton 1186
leonis loco murem ostendis 1110
leonis senecta 1099
leonis uestigia queris 1453
leontini semper circa pocula 183
leparge super te omnia 1477
leporem non edit 639
lepores duos insequens, neutrum capit 1194
lepori esurienti etiam placẽtæ fici 1303
leporis uita 1514
lepos Atticus 148
lepus apparẽs infortunatum facit iter 1078
lepus dormiens 599
lepus marinus 639
lepus pro carnibus 675
lepus pulpamentum quęrit 343
lerna malorum 186
lerij mali 835
lesbia regula 333
lesbiari 1364
lesbijs digna 1078
lesbius prylis 1371
letale mulsum 503
leucæus & scriptura non idẽ 1283
leui brachio 240
leuidensæ munus 1259
leua mens 1394
leuissima res oratio 1109
lex & regio 1303
lex in manibus 1647
liba coalemo 1695
libera Corcyra, caca ubi libet 1438
liberæ capræ ab aratro 1077
liber non est, qui non aliquãdo nihil agit 1781
liberorum amantior quam gello 1000
libertijs inelegantior 374
libya semper adfert mali quip-

quippiam 1342
lybica fera 1341
ligna in syluam 445
lignum ligno adglutinare 364
lignum tortum, haud unquam rectum 1077
ligula non dignus 1456
limam addere 313
limen ostij tetigisti 1190
lindij sacrum 863
lineam ducere 235
lingere salem 1520
lingua amicus 1201
lingua bellare 1078
lingua his, at illis dentes 1170
lingua iurauit 872
lingua lapsa uerum dicit 417
lingua non redarguta 1660
lingua impetere 784
in linguam quicquid uenerit 321
lingua præconi 1354
lingua quo uadis 709
lingua seorsum inciditur 1354
linum candidum lucri caussa ducis 1171
linum lino nectis 504
lippis ac tonsoribus notum 387
lippo oculo similis 1749
lis item serit 1077
lis mea est 851
litæ 412
litem parit lis, noxa item noxam 523
litem mouebit, si uel asinus 523
litem incipere 1382
litem ne quære quum licet fugere 1244
littoris arenas furari 1048
littore loquacior 1039
littori loqueris 265
littus arare 253
leyersam cantionem canis 1239
liuor quoque laudaret faciem 322
locrensæ pactum 868
locrensis bos 1015
loculi mendicorum semper inanes 1067
locusta bouem prius pariet 683
lolio uictitant 643
longæ manus 1235
longæ regum manus 109
longis tibiis canere 335
longum proœmium audiendi cupido 1797
longum uatere iussit 750
loquax talpa 1622
loqui nescit, tacere non potest 865
loripedem rectus derideat 1151
lorum ex ipso boue sumere 158
lorum una cum cane 1502
lotum gustauit 972
lucernam accendere possis 1743
lucernam in meridie adhibes 859
lucernam olet 454
lucerna pinguior, & lecytho pinguior 867
lucerna sublata, nihil discriminis inter mulieres 1240
lucri bonus odor ex re qualibet 1343
lucrum pudori præstat 1344
lucrum cape a subeunte naui 1175
lucrum malum æquali dispendio 1198
lucrum undecunque captã 1406
lucta Phyrnichi 1290
lumen soli mutuas 445
lunę radiis non maturescit botrus 1656
lunam in tuum malum deducis 1144
lunam detrahere 1453
lupi alas quęris 263
lupi decas 943
lupi etiam si meminisses 993
lupi illum priores uiderunt 463
lupi a tergo, præcipitium a fronte 1243
lupi uenatus 1174
lupinum potum 643
lupis parcere 704
lupus ante clamorem festinat 979
lupo agnum eripere postulant ibid.
luporum catulos alere 681
lupus aquilam fugit 978
lupus circum puteum chorum agit 732
lupus hiat 784
lupus lupum, fur furem cognoscit 788
lupus milesius 1082
lupus non curat numerum 836
lupus in fabula 1384
lupꝰ ouem prius ducat uxorem 1353
lupus pilum mutat non mentem 1189
luscinię deest cantio 1309
luscinię nugis insidentes 693
luscinię somnus 1043
lutea, pro uilibus 1097
luteus ibid.
luto lutulentior 1717
lutum luto purgare 601
lutum nisi tundatur, non fit urceus 1196
lutum sanguine maceratum 1076
lux affulsit 978
lybica fera 1341
lychnobii 1534
lydi mali, post hos Ægyptii 1076
lydio more ibid.
lydius currus 733
lydius lapis 330
lydo non erat negocium 976
lydorum caricæ 943
lydum in placinime prouocat 1240
lydus in meridie 932
lydus cauponatur ibi.

Iydus ostium clausit 941
Iynceo pespicacior 659
Iysistrati diuitias habes 1240

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

LAbra non palatum rigat 1825
lacinia obtinere 1991
laconice cenat 1821
lacrimæ Simonidis 1893
lamiam uti nutrices 1898
lamiæ turris 1996
lapidem nitidum adorantes 1851
lapides ad filum 2029
lapis ad funiculum 1969
lapis molaris 1910
lapitha 1846
lari uita 1875
lecytho nihil cum strophio 1882
legatus sine mandatis 1988
legem patere quam ipse tuleris 2018
lemnii & Imbrij 1914
lemnius obtutus 1856
leonem subula excipere 1989
leo prius, nunc leporem agit 1922
leporem frondium crepitus terret 1861
lepus leonem trahit aureo laqueo 1832
leuato uelo de caussa cognoscere 2034
lex Afrinani ibi.
libera in Cynadra aqua 1916
liberi Deorum inuulnerabiles 2997
libertas Romana & Latina 2010
licynij, & licynium fulmen 1846
ligonibus aureis terram fodere 2001
lineam mittere 1994
lippus oculus solis radios non fert 1917
literarum radices amaræ, fructus dulces 2010
locusta rurestris 1883
lucernas fraudare oleo 2033
ludere inter lugentes 1983
lumbos fractus ut Mysius asinus 1917
lumen felix & faustum sit 1800
luscinia in cauea non canit 1952
luscinia musarum 1794
lutea progenies 1963
lydia arena 2013.2027

M

MAchæra tibi est, & nobis urbina 1033
machinamentum megaricum 785
machinas post bellum adferre 1108
macilenta manu pinguem pedem 1516
macilentior leotrephide 1638
mactata hostia lenior 882
macte uirtute 824
macula, labes 1733
madusa 1717
mæandri 1537
mesonica dicteria 1649
mænia semper amidis 1504
magdari 1618
magarensium lacryme 664
magdalia canem alens 1438
magis gaudet eo, qui senectam exuit 1367
magis ipse Phryx 999
magis impius Hippomene 1073
magis mutus quam pisces 290
magis quam sol Haracliti 1644
magis sibi placet, quam Peleus in machæra 1000
magis uarius quam hydra 102
magistratum gerens, audi & iuste & iniuste 981
magistratus uirum indicat 697
magna ciuitas, magna solitudo 838
magna loqui 716
magnetis more attrahere 442
magnetum mala 1069
magnorum fluminum nauigabiles fontes 213
magno flumini riuulum inducis 1117
magnum os anni 954
magnus uersator in re pusilla 1240
mala attrahens ut Cæcias nubes 314
mala extrema extremorum 1212
mala auis 995
mala bona 288
mala mallis 1784
mala senium accelerant 1418
mala ultro adsunt 1485
maleam legens, quæ sunt domi obliuiscere 833
male parta, male dilabuntur 463
mali bibunt improbitatis fecem 1075
malicia uaria est 723
mali commatis 1145
mali corui malum ouum 536
mali fontem sibi reperit 76
mali principii malus finis 1720
malis auibus 89
malis ferire 846
malis mala succedunt 1408
malis non cedendum 1389
malis ter mala 1216
mali thripes, mali ipes 1075
malo accepto stultus sapit 57
malo asino uehitur 1634
malo male euenit 1383
malo nodo malus quærendus cuneus 111

malorum meminisse 686
malorum obliuio 1379
malorum panegyris 1672
malorum thesaurus 186
malo uni obnoxium 1479
malua mollior 430
malum bene conditum ne mouerit 79
malum bono pensatum 1410
malum consilium 115
manere apud matrem 1691
malum est bonum 1495
malum hercules 1073
malum lucro coniunctum, non est malum 1345
malum lucrum, æquale dispendio 1198
malum malo medicari 111
malum munus 1496
malum uas non frangitur 1494
malus cum malo colliquescit uoluptate 795
malus ianitor 1483
malus choraules bonus symphoniacus 1709
malus nullus hoc sciet 1219
mamacuthæ 1548
manendum domi 1400
manenti uincendum, aut moriendum 1254
mancipi pera 1612
mandare laqueum 845
mandrabuli more res succedit 148
mandragoram bibere 1585
mandroni fuit ficulna nauis 1579
manduces 1677
manere apud matrem 1691
mannij Ariciæ multi 1072
manibus nihil non fit 1350
manibus pedibus 237
manica 1533
maniuoro uinculo 1073
mansisse diu & uacuum redisse, fœdum est 1021
mansum ex ore dare 1762
mantica in tergo 397
manticulari 1369
manubrium e manu eximere 1444
manuari 1604
manu longa & manu breui tradere 1600
manum admouenti fortuna est imploranda 736
manum admouere 1504
manum de tabula 182
manum prudens immitto in flammam 1290
manum habere sub pallio 1074
manus conserere 1778
manus in sinu habere 1070
manus longæ 109
multæ manus onus leuius reddunt 1807
manu serendum, non thylaco 1121
manum habere sub pallio 1074
manum non uerterim 183
manu serendum, non thylaco 1121
manu utraque adesse 532
manus manum fricat 60
maras 1448
mare aureum 531
mare cœlo miscere 216
mare exhauris 1375
mare inexpugnabile 714
mare prius uitem tulerit 847
mare proluit omnia mortalium mala 1220
mare salsum esse è paucis guttis cognoscitur 544
margites 794
mari e fossa aquam 1168
marinam auditionem fluuiali abluit sermone 1190
maritimi mores 1608
maritimus quum sis, ne uelis fieri terrestris 1255
mars communis 1647
mars haud concuit sua ipsius arma 1226
mars initio laudatus ob filios 1189
mars rex 1431
martem tueri 1222
marte nostro 350
martis campus 963
martis pullus 1226
maschalam tollere 998
masculum 1738
massiliam nauiges 808
matellę immeiere 319
materiæ probæ probus artifex 1290
matiolechus 1498
matrem sequimini porci 1682
matris ut capra dicitur 1068
matulam porrigere 334
matura satio sæpe decipit, sera semper mala est 59
mature fias senex 149
maturior moro 1635
maza esurienti 843
mazam pinsuit a me pistam 1064
mazam scarabæo 1065
maza post panem bona 843
mazonomum cautio 652
mea est pila 851
medicus multorum instar 478
medicus oratio 1141
medis aliquid relinque 172
medium ostendere digitum 845
medius teneris 268
medullitus 1763
medus his non insidiabitur 1086
megarenses neque tertij, neque quarti 672
megarensibus nunquam 1296
megarensium lacrymæ 804
megaricæ sphinges 954
megaricum machinamentum 785

megaricus risus 320
meis telis vulneror 72
melāpygum ne incidas 650
melanione castior 1068
meliacum nauigium 1067
meliæa fames 560
meliores naneisci aues 955
mæliteus catulus 1541
melitide stultior 1548
melius nobis est quam heri 1130
mella poetica 138
melea præfocatio 504
melle poto Glaucus resurrexit 1001
melle litus gladius 503
melle temetipsum perungis 1067
melis medulla 955
memorem compotorem odi 286
memorem mones & similia 114
memoria iucunda pręterito rum malorum 1705
me mortuo terra misceatur incendio 216
mendacem memorem esse oportet 795
mendacium utile 1178
mendax Atraphaxis 1510
mendici pera non impletur 866
mendico ne parentes quidē amici sunt 1483
mendici loculi semper inanes 1067
mendicus etiam plurimum in loco potest 742
menecles alia, porcellus alia loquitur 1107
mensa communis 344
mens cœli terræque regina 1775
mens cuique deus 709
mense Maio nubunt malæ 233
mens est in tergoribus 701
mens lęua 1394
mens non inest centauris 1066
mens peregrina 1301
mens uidet, mēs audit 1567
mētam belli tempore neque serito, neque edito 687
in mentem quicquid uenerit 320
mentis bonæ bona opera 377
mentiuntur multa cantores 746
meos corymbos necto 1578
mercator est 1435
mercator nauiga & expone 1590
mercenarium præconium 1712
merces amico constituatur 1679
mercuriale 1632
mercurio dextro 1633
mercurius infans 1067
mercurius non è quouis ligno fingitur 874
mercurius superuenit 1555
mercurius utriceps 1374
merrhæ ac Siloam flumina seiuncta sunt 1229
merx ultronea putet 533
messem miserā metere 1358
messena seruilior 1035
messe tenus propria uiuere 396
messis in herba 741
messis tempus bones expectantes 1163
metam pręstituere 1301
metiri digitis 1593
metum inanē metuisti 798
metus infamiæ 1396
metus & pudor 1392
micare in tenebris 482
midæ diuitiæ 353
midas auriculas asini 210
midas in testaris consultor optimus 1059
mihi curæ erit hoc negociū 1409
mihi ista curæ futura sunt 1423
mihi isthic nec seruitur nec mititur 393
milesia stragula 550
milesia stromata ibid.
milesii quondā strenui 550
milesius lupus 1082
miles siculis 1282
militauit cū Erasinade 1070
milium terebrare 1643
milium torno sculpere 1069
milium adorat 1289
miluus quantum non oberret 1288
mineruæ felem 383
mineruæ suffragium 1234
cum Minerua manum quoque moue 350
miniatula cera notare 312
ministrabo mihi balneum 590
minimo prouocare 1300
minis tribus insumptis duodecim imputat 828
minore finire pomerio 1301
minus de istis laboro quam de ranis palustribus 1128
minus habet mētis quā Dithyramborum poetæ 706
minus animi, aut plus potentiæ 1492
minutula pluuia imbrem parit 169
mirmillo 626
mira de lente 1575
miscebit sacra pphanis 217
miserior monomachis 1639
miserrimū fame mori 1299
mithragyrtes non daduchus 1685
mitior malua 430
mitior columba 1302
mitte in aquam 689
mittere manum in flamma 1290
modio pleno 1722
modio demetiar 1066
modius salis absumendus priusquam fidas 637
modo palliatus, modo togatus 1669
mœnia ferrea 1219
mœnia ferrea, non terrea 1220
mœnia pro opibus 448
mœnia Semiramidis 1504
molam qui uitat, uitat & farinam 1202
molesta necessitas 1705

molestus est, sed iam assuetus uimus 1059
molestum sapientem apud stultos loqui 1066
molestus interpellator venter 1410
molli brachio, leui brachio 240
mollior cinædo, pepone, malua 430
molon 1273
momo satisfacere & similia 321
munitor adiuuat 347
monosyllabus 1214
mons cum monte non miscetur 1197
monstrum alere 858
monstro cui me fortuna implicauit 1043
montes frumenti 1718
montes aureos polliceri 531
mopso Nisa datur 899
morbum morbo addere 112
mordere frænum 236
mordere labrum 1363
mordicus tenere 240
more Carico 1624
more Romano 1701
more Aristylli 1682
more cyclopum 1681
more galli domi pugnas 1690
mores gemmei 1095
mores regioni respondent 1502
mors omnibus communis 1393
mors optima rapit, deterrima relinquit 1399
mortalis deus 337
mortui non dolent 1785
mortui non mordent 1299
mortuis non conuiciandum 1419
mortuo mederi, senem admonere 149
mortuo uerba facit 265
mortuo leoni & lepores insultant 1660
mortuos rursus occidere 1772
mortuo uilior 1765
mortuos uidens 1299
mortuum flagellas 257
mortuum unguento perungis 1192
mortuus iacet pedens ibid.
mortuus per somnum vacabis curis 1437
moticho stultior 1026
moschus canens Bœoticum 1208
mothonem a remo aufer 1165
mouere calculos 309
mouere Camarinam 79
mouebo talum a sacra linea 53
mox sciemus melius uate 1421
mula ubi pepererit 327
mulcta allium, æs alienum cepe 1025
mulctro bibere 682
mulgere hircum 199
muli asinis quantum præstant 1122
muli Mariani 1550
mulierem ornat silentium 1466
mulier imperator, & mulier miles 889
mulieri desunt verba 1311
mulieri ne credas, ne mortuæ quidem 1071
mulieris animus 1302
mulieris oculis 1237
mulieris iusiurandum 407
mulieris podex 1302
mulier mala 714
mulier pudica ne sola sit usquam 1399
mulierum exitia 1071
multa cadunt inter calicem supremaque labra 270
multa dicere, & opportuna non est eiusdem 167
multa docet fames 1482
multa in bellis inania 1070
multa in medio 1758
multæ manus onus leuius reddunt 806
multæ regum aures, atque oculi 109
multæ rotæ uoluentur 1524
multam syluam gestas 1304
multa noris oportet, quibus deum fallas 1071
multa nouit uulpes uerum echinus unum magnum 281
multas amicitias silentium diremit 642
multi discipuli præstantiores magistris 1260
multique bonique 361
multi boum stimul 410
multi manii Ariciæ 1072
multis irundinibus opus est 469
multis ictibus deiicitur quercus 521
multis parasangis præcurrere 798
multi te oderint, si teipsum amas 1072
multitudo imperatorum Cariam perdidit 948
multitudini cedendū 1402
multorum festorum Iouis glandes comediati 482
mundus unus non capit duos soles 702
muneribus res agitur 1381
muneribus uel dii capiuntur 181
munerum animus optimus 947
munerum corruptela 1406
munus seuidensæ 1259
munus exiguum, sed opportunum 1408
murem cepit decipula 1243
mure obstrepente etiam timet 862
murem pro leone ostendit 1110
muris circum currentibus 1518
muris interitus 1138
murus aheneus 1072
musa nunc floret 842
musarum apertę ianuæ 963
musarum aues 1599
musæ eiusdem æmulus 643
mus albus 948
mus apud Pisam 791

mus non ingrediens antrum cucurbitam ferebat 1208
mus non vni fidit antro 1750
muscæ 1644
muscæ improbitas 1390
muscæ quoque splen est 1254
muscas depellere 1359
muscas præteruolantes metuere 2018
musco lapis uolutus haud obducitur 1239
muscum demettere 1169
musicam docet amor 1569
musicam nescio 492
musicam ne uities 1498
musices occultæ nullus respectus 463
musice viuere 767
musis iratis 62
musis sociis 1312
uel mus mordeat uirum im probum 522
musopatagos 1741
mus picem gustans 791
mustelæ seuum 235
mustelam habes 157
mutabilior metra Erisichthonis 1206
muti citius loquentur 1587
muti magistri 121
mutuas operas tradunt 470
mutua defensio tutissima 1386
mutus Hipparchion 983
mutus magis quam pisces 290
mutus magis quam scapha 1007
mutuum fricant senes 471
mutuum muli scabunt 470 470
mutuum testimonium 469
myconius crispus 632
myconius caluus 632
myconius uicinus 1298
myconiorum more 1674
myconius conuiua 632
myconus una omnia 834
my facere 474
mylus omnia audiens 96
my fortitus es 1486
mysorum ac Phrygum termini discreti sunt 837
mysorum postremus 391
mysorum præda 614
mysorum ultimus nauig. 391

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

Magni pisces paruulos comedunt 2041
male discitur sine moribus eloquentia 2009
malorum esca voluptas 2010
mandibulis alienis ridere 1313
mansum male reiicias 1831
mantissa absonia uincit 1804
manuarium æs 2017
manubrium eripere 2000
manu ignauus, mente pręsens 1849
manum præteritis, & pedem porrigis 1880
manus Briarei iniicere 2017
manus in Aetolis, mens in Clopidis 1918. 1986
mappam mittere 2003
mare amnium non indiget 1943
mare & ignis uentis seruiunt 1965
mariandinus tibicen 1890
mariandinis calamis Ionicos modos sonare 1347
maris filij 1345
marsyę mors 1843
massilienses mores 2023
matreæ beluam alit 1889
matulæ modus est 2033
matutinum oderunt, uesperinum amant 1858
maxillæ edentulæ 1947
medicamensa 1956
mediocritas omnis virtus 1431
medium sequere 1873
megabyz sermones 1830
melanurum perca sequitur 1850
mel summis digitis delibandum 1901
mensa Alcinoi 1878
mensa Ciceronis ibid.
mensæ Siculæ, Asianæ &c. 2028
mensura aquam bibens 1925
mercurii catena 1858
mercurii typus 1815
mercurius bifrons 1811
mercurius ipse ne cum musis sanarit 2010
metere in aceruum 1941
milesia fabula 2026
mineruæ calculus 1343
minuit præsentia famam 2003
mitheus cum sit, Agamennonem simulat 1985
mithrii pœnas sustinere 2016
mittere lineam 1994
molaris lapis 1920
monetę veteris 1907
monitor capras age. 1910
morimi versus quis deseripserit 1925
mugilis uitam ducere 187
mulctore reipublicæ pestis 1959
mulgens hircos sanguinem ducit 1924
mulieres pulchrę, sed in Paro aqua frigida 1998
mulieri, & gremio non credendum 2029
mulier Herculis ædem non intrat 1932
multa bene comparata &c. 2018
multa noris oportet quibus Deum fallatur 1071
multa te oderint, si te ipsum amans 1072
multis brachiis æqualis 1805
multum nauigauit aquæ 2006
mulum de asino pingere 2015

murus Semiramidis 1822
musarum fauus 1828
musarum Luscinia 1794
musas hortari, ut canant 1991
musicus apparatus 1802
mus in pera &c. 1035
myricæ citius poma ferent 2001
misii Pythiæ talenta 2013
mysorum more clamat 1892

N

Naæra & Charmione 1297
nam illi iã non sunt, atqui sunt, mali 1042
nannacus 1448
nanus quum sis cede 1503
nare sine cortice 491
naso suspendere 481
nasturcium edere 501
nasturtium obtueri ibid.
nasus 392
nasum fumantem ursi ne tẽtaueris 1276
natare non didici 704
natum non nouit 406
naturam expellas furca, tamen usque recurrit 953
nauci non facio 476
naues onustæ conuiciis 510
naufragium commune 1497
nauibus atq; quadrigis 238
nauigare cum deo. 661
nauigare cum felicibus 179
nauigatio ad mensam 227
nauigatio iuxta terram 163
nauigationis socius 1774
nauis annosa haud quaquam nauigabit per mare 953
nauem in portu mergis 324
nauis aut galerus 106
nauis una non uehit 1453
naulum perdere 1279
nauphracton tueri 1062
nauson naucrati 1064
nauticæ usuræ 1713
naxiacos 304
ne Aesopum quid triuisti 912
ne à chytropode cibum mundum 355
ne alii quidem caput 1363
ne altero quidem pede 594
ne Apollo quidem intelligat 1588
ne bestiæ quidem ferre possent 1710
ne bolus quidem relictus 1267
ne bos quidem pereat 1558
nebulæ in pariete 829
nebulas diuerberare 1298
nec animans, nec inanime 1614
nec apud homines, nec in mari 1689
nec caput nec pedes 1752
nec aures habeo, nec tango 1287
nec ara nec fides 1351
nec Catonem quidem credere 1584
nec catulus, quidem relinquendus ex genere malo 598
nec cum bonis nec cum malis amicis certandum 784
nec currimus nec remigamus 1683
nec deus nec homo 1690
nec dignus qui me intueatur 1383
nec elephãtus ebiberet 1619
necessarium malum 288
necessitas feriis caret 770
necessitas ingens telum 770
necessitas molesta 1705
necessitas magistra 1649
necessitati ne dii quidem resistunt 771
nec fidei credere 227
nec in funerali cœna laudandus 665
ne mulieri, nec gremio credendum 1554
nec musicam scio 491
ne contra bouem opta 1057
ne cuiuis dextram inieceris 25
nec obolum habet 198
nec omnia, nec passim, nec ab omnibus 817
nec propius ferire 934
nec crepitu quidem digiti dignum 1636
ne nimium calidum hoc sit modo 876
ne respiciẽs quidem a tergo 167
nec seritur, nec metitur mihi 393
nec sibi nec aliis utilis 877
nec si quercus loqueretur 1118
nectaris flos 269
nec uno dignus 478
nec utilis, nec inutilis 1198
ne decima quidem Syracusanorum pars 833
ne de lite pronuncies 1119
ne depugnes in alieno negotio 1387
ne dij quidem a morte liberant 1401
ne pudeat artem 1786
ne Execestides quidem viam inuenerit 922
ne fasines 1526
ne genu quidem fluxo 649
negocium ex ocio 1063
negocium meum nõ est, multum ualeat 1065
negocium non aptum 1405
negocium ruminare 1364
ne gry quidem 475
ne gustaris quibus nigra est cauda 24
ne Hercules quidem aduersus duos 298
ne incedis per ignem 1609
ne incalciatus in montes 1609
ne in neruum erumpat 917
ne insciens quidem uerum dicit 1719
ne inter apia quidẽ sunt 612
ne alia comedas & fabas 1437
ne in tõstrinis quidem 662
ne intra uestibulum quidem 1060
ne Iuppiter quidem omnibus placet 969
ne librarijs diis, &c. 35
ne ligula quidẽ dignus 1456
ne maior thylaco accessio 1487

ne mercurio quidem crederem 1632
nemesis adest 919
nemesis in dorso 1156
nemini fidas, nisi cum quo prius modium salis absumpseris 637
nemo bene merito bouem immolauit, præter Pyrrhiam 810
nemo bene imperat, nisi &c. 38
nemo cogẽdus amicus 1382
nemo cogendus officii caussa 1410
nemo læditur nisi à seipso 1297
nemo malus hoc sciet 1219
nemo natus 1725
nemo nos insequitur 1220
nemo omnibus horis sapit 825
nemo quemquam prohibet ire publica uia 1262
nemo sibi nascitur 1625
nemo sine crimine 826
ne moue festucam 1207
ne moueto lineam 572
ne musca quidem 678
ne my quidem 474
ne nimium calidum hoc sit modo 876
ne nomen quidem 1524
neoptolemi uindicta 97
nepam imitabor 1466
ne paspalam quidem 579
ne patris quidem nomẽ dicere possit 1117
ne per somniũ quidem 205
nephalia ligna 1061
nephalium sacrum 1062
ne pictum quidem uidit 1586
ne pudeat artem 1786
ne puero gladium 862
ne præceps fueris ad iurandum 1658
ne propius ferire 934
ne quæras deus esse 1689
ne quere mollia, ne tibi contingant dura 922
neque cœlum neque terram attingit 301
neque cõpluitur, neque sole aduritur 878
neque cum malis, neque sine malis 1061
neque dicta, neque facta 1684
neque enim ignari sumus 1417
neque intus, neque foris 1576
neque Lydorum caricas 1557
neque mel neque apes 383
neque natare, neque literas 236
neque nullis fis amicus, neque multis 1298
neque pessimus neque primus 1518
neque quantum luscinia dormiunt 1043
neque terræmotus timet neque fluctus 1669
ne quicquam sapit, qui sibi non sapit 351
ne quid moueare uerborum strepitu 1394
ne quid nimis 401
ne quid suo sunt capiti 1122
ne quis unquam Megarensibus 1296
ne ramenta quidem, ne festuca quidem 578
ne insciens quidem uerum dicit 1719
ne rebus prosperis mihi uenias 180
neruis omnibus 237
neruos incidere 1282
ne sacrificato sine farina 35
nescis quid seruus uesper uehat 408
nescit cap. & inguinis discrimen 947
ne si ad Iouis quidem aulam 1743
ne si bos quidem uocẽ ædat 1117
ne spina quidem vulnerabit bonos 1297
ne sutor ultra crepidam 349
nestorea eloquentia 147
nestorea senecta 385
ne temere Abydum 468
ne tempestas quidem nocere potest 1711
ne terra quidem iuuit 1198
ne teruncium quidem, &c. 477
ne tria quidẽ Stesichori nosti 1063
ne uia quidem eadem cum illo vult ingredi 713
ne uidit quidem oleum 1525
ne uities musicam 1498
ne uni naui facultates 1523
ne unquam uiri senis 977
niba coccyssante 1197
nicostrati more 1311
niger infamis 309
nihil ab elephante differs 1060
nihil ad Bacchum 839
nihil ad fides 303
nihil ad Parmenonis suem 44
nihil aduersum 302
nihil agere 1306
nihil aliæ ciuitates ad Crotonem 1424
nihil cum amaracino sui 247
nihili cocio est 1500
nihil est ab omni parte Beatum 1132
nihil est, aut nil curæ est 1756
nihil de uitello 1507
nihil desperandum 900
nihil differs a Chęrephonte 1060
nihil dulcius quam omnia scire 1755
nihil est ab omni parte beatum 1132
nihil est miserius quam animus conscius 1734
nihil ex agro dicis 1297
nihil graculo cum fidibus 247

nihil graue passus es, nisi 1297
nihil homini amico est opportuno amicius 1459
nihil inanius, quam multa scire 1648
nihil intra est oleam, nil extra est in nuce duri 562
nihil minus expedit, quam agrum optime colere 1340
nihil potest nec addi nec adimi 1667
nihil profuerit bulbus 1481
nihil recusandum quod donatur 1417
nihil sacri es 488
nihil sanum 489
nihil sane utilius 1715
nihil sine ope diuina 1402
nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri 562
niobes mala 1193
ni pater esses 954
ni purges & molas, non comedes 1059
nisi crura ei fracta fuissent 1590
nisi si qua uidit auis 705
niti contra torrentem 1147
nitor 1776
nitro caput asini ne laues 1196
nix alba non est 563
nocte lucidus, interdiu inutilis 1503
noctua aliud sonat, aliud cornix 1170
noctua uolat 90
noctuæ Laureoticæ 1001
noctuinum ouum 651
noctu nauigare 1501
nocuit & nocebit 1388
nondum in scyrpo quæris 848
nominis proprij obliuio ibidem
non ab Hymetto 1744
non abiicit animum 1407
non absque Theseo 289
non admodum misces 1484
non bene imperat, nisi qui paruerit Imperio 38
non capit somnum, nisi hoc aut illud fecerit 1354
non cedendum malis 1389
non certatur de oleastro 1097
non Chius, sed Cius 697
non contis aut ramulis &c. 1622
non curat numerum lupus 856
non decet principem solidã dormire noctem 983
nondum sacrificata deuorat 355
non e quercu aut saxo 1665
non è quouis ligno fingitur Mercurius 874
non eras in hoc albo 428
non est amicus qui desiit 796
non est beatus, esse qui se nesciat 1564
non est cuiuslibet Corinthum appellere 226
non est curæ Hippoclidi 579
non est Dithyrambus, si bibat aquam 1508
non est eiusdem, multa & opportuna dic 167
non est laudandus ne in cena quidem 950
non est dormitandum in periculoso negotio 1394
non est meum negotium, multum ualeat 1005
non est oleum in lecytho 1367
non ferenda arrogantia 1414
non filius Achillis 1538
non habet cui indormiat 1739
non huc nauigatur a bonis uiris 227
non incruenta uictoria 1391
non idem sunt scriptura & Leucæus 1283
non incedis per ignem 1609
non inest illi dentale 1426
non interpellandus famelicus 1378
non liberat podagra calceus 1549
non licet bis in bello peccare 1112
non luctu, sed remedio opus 1399
non magis quam canem 1753
non magis quam lupis parcemus 704
non mouenda loqui 1772
non mouenda moues 382
non nauigamus ad Hyppolaitas 1476
non nauigas noctu 1501
non nostrum onus, bos clitellas 1058
non nouit natos 406
non omnes qui habent citharam, sunt citharedi 410
non omnia eueniunt, quę in animo statueris 1109
non omnia possumus omnes 805
non omnibus contingit 1414
non omnibus dormio 341
non omnibus seruio ibid.
nõ omnino tenere est quod uulgo dictant 354
non omnis fert omnia tellus 1527
non oportet hospitem semper hospitem esse 1701
non persuadebis, ne si persuaseris quidem 969
non pluit, &c. 873.1548
non pluris quã simias 1576
non probantis 1376
non pugnandum cum principe 1404
non omnibus eadem insania 1428
non quiduis contiget quod optaris 1417
non quiuis sus hoc sciet 1219
non semper erit æstas 1516
non sine dijs 1129
non soli Atridę amant uxores

res 1610
non ſtatim decernendum 1382
nõ ſtatim finis apparet 1582
non ſtatuar leæna in machæra 1057
non ſum diuinus 191
non ſum ex iſtis Heroibus 875
nòn ſuſcipiẽdum negotium temere 1407
non tam ouum ouo ſimile 278
non tam lac lacti ſimul 279
non tam aqua ſimili aquæ ibid.
nõ uidemus manticę, quod in tergo eſt 397
non una manu capere 1575
non una uehit nauis 1453
non uulgari ancora nititur 1576
noſce ipſum 400
noſce tempus 451
nos decem Rhodienſes, decem naues 968
noſtro marte 350
noſtræ rinæ 1270
noſtris ipſorum alis capimur 376
notæ eiuſdem 1268
notare ungui & ſimilia 312
nota res mala, optima 1058
notum lippis, ac tonſoribus 387
nouacula in cotem 49
noua hirundo 381
noua Hymettia, falerna uetera 729
noui nummi 1684
nouercale odium 744
noui Simonem & Simonme 875
nouitas grata 1398
nouit hæc Pylea & Tyttygias 969
nouit mala & bona 1417
nouit quid album, quid nigrum 404
nouos parans amicos ne obliuiſcere ueterum 1208
nouum cribrum nouo paxillo 1763
nox humida 1296
nuce caſſa non emam 477
nucem frangit qui è nuce nucleum eſſe uult 1041
nuces relinquere 294
nuces abiicere & ſimilia 294
nucleum amiſi, reliquit pignori putamina 1054
nudę gratiæ 967
nudior paxillo 1900
nudior leberide 54
nudo capite 1236
nudo mãdas excubias 1055
nudo ueſtimenta detrahere 261
nudus nec a centum uiris ſpoliari poteſt ibi.
nudus tamquam ex matre 1007
nugæ ſiculæ, Perſolæ 814
nugæ theatri 1722
nugas agere 267
nulla candidorum uirorum utilitas 1296
nullam corporis partem 1732
nullam hodie lineam duxi 235
nullius coloris 1724
nullius indigens deus 1054
nullo in numero eſſe 673
nullo ſcopo iaculati 1270
nullum animal, quod animal 677
nullum ocium ſeruis 775
nullus dies omnino malus 1746
nullus emptor difficilis bonum edit opſonium 1198
nullus malus magnus piſcis 803
numerus Platonicis obſcurius 1297
numerus 761
numinis ira ineuitabil. 1784
nummo addicere 1698
nummum plumbeum non credam 1357
nummus plumbeus 1715
nunc bene nauigaui, quum naufragium feci 1056
nũc contingat ſeruari 1055
nunc dii beati 956
nuntio nihil imputandum 1774
nuntius bonus honore dignus 1108
nunc in regionem ueni 1056
nunc ipſa floret muſa 1190
nunc ipſa bibit ſapientia ibid.
nunc leguminum meſſis 956
nunc tuum ferrum in igni eſt 1558
nunquam efficies ut recte ingrediantur cancri 1352
nunquam ex malo patre bonus filius 362
nunquam expugnabit urbem 1576
nunquam enim meos boues abegerunt, nec equos 986
nutricis pallium 1764
nutricum more male 1262
nymphę Baccho conueniunt 749

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

NAuis Salaminia 2034
nauplius, quaſi Caphareo rediẽs 1824
nauſichlidis ſolitudo nec uer nec amicos 1825
ne ad Adonia quidem 1933
ne adas ſuperas una camore 1976
ne bæon piſcis moleſtus ſit 1897
nec mulieri, nec gremio credendum 2029
nectar ſpirat 1940
nec corticem quidem dederit 1897
nec uola, nec ueſtigiũ 1953
ne hoc quidem male 2015
ne Mercurius ipſe cum muſis ſanarit 2010
nemo comatus, qui non præciditur 1906
neptunni filii 2028
neque defraudat, neq. marginem excedit 1934
neq; Phaſis mala eluat 1871
neronianas thermas refrigerat 1828
ne ſalem quidem dederit 1952
ne Samnione domi relicto 1996
neſcit aranea ſobolem 1818
neſcit ſe ipſum 2002
ne ſol quidem ſciet 1935
ne uicini quidem ſentiunt 1978
nidum unum in arbore una 2031
nihil ad Perſium 1977
nihil deſperandum, & nulli rei fidendum 2015
nihil hydropico ſicci? 1871
nil boni cogitat uir arrigens 1948
niliacis cataractis 1928
niobes archetypum 1808
nobilitas in aſtragalis 1843
nodorum uincula texentes 1972
nola in cubiculo 1941
nondum incuruã ceruicem Iuppiter habet 1859
nondum omnium dierũ ſol occidit 1995
non eſt cuiuis recte condire 1866
non hodie, aut heri inſtitutum 2005
non omnia per bouem obtinebis 1888
non propter pedi cum lira diſcidium 1834
non radi debet, ſed tonderi pecus 2018
non ſoli Atride uxores amant 2036
norma Polycleti 1901
non tracter ignarus habenas 1888
nouus iſte Palephatus 1962
noxa caput ſequitur 2034
nox gubernatorem prudentem terret 1813
nubes captat, dum uitat humum 2037
nummis ſparſis crimina redemerunt 2005
nummum quærit peſtilentia &c. ibidẽ.
nunquam crateri legenam imponas 2033
nutrit ſeruum fatuum dominus familiaris 2006

O

OBediens felicitatis mater 1584
obelo notare 310
obeliſco dignus 478
obliquus curſus 968
obliuionis campus 1048
obliuio malorum 1379
obolis quatuor non emam 1028
oboli exiguum pretiũ 1273
obolum non habet unde reſtim emat 198
obolo dignus 1726
obolũ reperit Parmẽtes 963
obſequium amicos, veritas odium parit 1047
obtrudere palpum 1295
obtuibas fruſtra uelut unda 1204
obuiis ulnis 1048
occaſio dea 452
occaſio præmenda 1404
occaſio mali tollenda 1415
occaſione duntaxat opus improbitati 664
ocioſus eſto 1402
occipitium oculos habet 1196
occiſionis ala 1155
ocium ſeruis nullum 775
ocnos funem torquet 263
octipedem excitas 79
oculata dies 486
oculatæ manus ibid.
oculatus teſtis, & auritus teſtis 926
oculis ac manibus 1723
oculis fixis intueri 1043
oculo utroq; dormire 1447
oculis effundere puluerem 1044
oculis magis habenda fides quam auribus 106
oculitus 1763
oculum excludere 1731
oculus iuſtitiæ 1435
oculus uicinorum inuidus 1110
oculꝰ dexter mihi ſalit 828
ocyor accipitre 1390
oderint dum metuant. 1050
odi memorem compotorem 406
odi puerulos præcoci ſapientia 1467
odit cane peius, & angue 1051
odium agreſte 672
odium nouercale 744
odium uatinianum 743
odor lucri bonus ex qualibet re 1343
odorari 392
oedipi imprecatio 446
oenoe charadram 839
oeſtro percitus 1011
oeteus genius 1308
offa etiam bone poſt panem 842
officium humilius 1415
officium ne collocaueris in inuitum 1413
officii cauſſa cogendus nemo 1410
ogygia mala 1046
olearii uelabrum 1369
oleo baccæ egent 1688
oleo incendium reſtinguere 113
oleo nitidius 1747
oleo tranquillior 429
oleum & operã perdidi 255
oleum in auricula ferre 316
oleum non eſt in lecytho 1367
oleum non uidit 1525
oleum & ſalem oportet emere 1295
oleum camino addere 112
olitor oportuna loquẽs 337
olitorem odi qui radit 1343
oliuam ne comedas 1639
ollæ amicitia 286
ollæ fabariæ toryna aureæ 617
ollę ueſtigium in cinere turbato 38

olla ipsa legit olera 446
olla lenticulam attigit 1634
ollam alere 1294
ollam exornas 257
ollaris deus 1308
ollas lippire 672
ollas ostentare 709
ominabitur aliquis te conspecto 1484
omisse hypera, pedem insequeris 1232
omissis fontib. sectari riuulos 1776
omissis nugis rem experiamur 1396
omitte vatem 1050
omnem iacere aleam 243
omnem mouere lapidem 241
omnem rudentem mouere 242
omnem uocē mittere 1617
omne æs alienum cepe & multa allium 1203
omne tulit punctum 313
omnes adhibere machinas 1587
omnes attrahens ut magnes lapis 442
omnes intus 1736
omnes laqueos effuge 1575
omnes sibi melius esse malunt quam alteri 220
omnia bonos uiros decent 1049
omnia chnaumata 1046
omnia esculenta obsessis 1040
omnia ex sententia cedunt 1390
omnia idem puluis 424
omnia non possunt omnes 163
omnia octo 423
omnia præter animā 1704
omnia potentes 1144
omnia secunda saltat senex 1115
omnia similia 109
omnia sapientibus facilia 1049
omnibus armis præsidiisque destitutus 1395
omnibus oris nemo mortalium sapit 825
omnibus communis mors 1393
omnibus neruis 237
omnibus vestigiis inquirere 1474
omni certaminis genere 1411
omni deuorato boue, in cauda defecit 1208
omni pede standum 1114
omni telorum genere oppugnare 241
omnium calculis 313
omnium horarum homo 217
omnium rerum uicissitudo 448
omnium mores 1137
onobatis 1607
onus nauis 1190
onus tollenti auxiliare 31
operam & retiam perdidit 1735
operarii 1777
operi incipienti fauendum 1689
oportet omnibus corydalis 1205
oportet agrum in beciliorē esse 1594
oportet remum ducere qui didicit 158
oppedere, & oppedere contra tonitrua 457
opes concordia fulciuntur 1386
opitulandum re, non uerbis 1392
optat ephippia bos piger, optat arare caballus 388
opta uicino ut habeat magis autem ollæ 1254
optimum obsonium labor senectuti 1205
optima quidem aqua 1700
optima mors rapit 1399
optima domus 1414
optimis diuitiē non contingunt 1408
opus ad opus 1736
oraculum 467
oracula loqui 1744
oram soluere 908
oratio effeminatorum etiam effeminata 1032
oratio leuissima res 1109
oratio pharmacum optimū 1141
oratio medicus 1141
orationis sculptura 221
oratio uitæ speculum 106
orciculus 1086
orci galea 1088
oresti pallium texere 1449
origanum tueri 1619
ornatus ex tuis uirtutibus 231
orphica vita 1666
osceloqui 1551
osculana pugna 1551
oscitāte uno deinde oscitat & alter 1243
os curetom 1131
os inest orationi 1508
ossa dea 354
os sublinere 304
ostii limen tetigisti 1189
ostium mouet Lydus 941
ostium obdite prophani 1257
ostrei in morem 1682
ouem lupo commisisti 234
Ouis χρυσόμαλος 1138
ouis cultrum reperit 545
ouium mores 1138
ouium nullus usus 956
ouo prognatus eodem 760
ouum ad glutinas 257
ouum ouo simile 279

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

OBoli duo quātum ubique possunt 1908
ocream capiti, tibiē galeam adaptare 1988
oculis clausis agere 2012
ocyma cantare 2039
odium depone balneum ingressus 2003
ornamaus rusticanus 1833
oleo fraudare lucernas 2033
olim pelasgi, Danaidæ postea

postea 1908
omnem lapidem nitidum adorantes 1851
omnia omnibus annuit 2028
omni fune remisso 2008
omnis uirtus est mediocritas 2011
onerariam petit, qui celocē nequid regere 1960
orestis insaniam insanire 1966
orestis somnium 1961
orestis somnium narrare 2008
orimalides cum Acylis ne contuleris 2031
ornamentum in luto dignitas indigno 2001
os duodecim falientum 1823
ossa canibus prodo 1982
otus, & othus 1864
oues meridiantes 1979

P

PActoli opes 390
pactū transactum 1737
paginam utranque facere 817
palestra 1776
palinodiam canere 556
pallio manum tegunt 1074
pallium oresti texere 1449
palmam ferre & similia 170
palmarium facinus 1712
palpum obtruderet 1295
palpari in tenebris 1359
palpo percutere 1444
palumbem pro columba 1110
pamphili furtum 1482
panagæa Diana 1045
panaria ebrietas 170
pancratice ualere 1021
pandeletias sententias 1449
panegyris malorum 1072
panem album pinso tibi 829
panem ne frangito 35
panicus casus 1339
panidis suffragium 1113
panis bene confectus 829
panis fractio 345
panis lapidosus 1544
pannus lacer 797
papæ Myxus 1272
papyri fructus non postulat magnam spicam 1160
parasangis multis præcurrere 558
parcarum mater 771
parentem laudabunt infelices filii 1041
pardi mortē adsimulat 844
pares cum paribus facillime congregantur 127
parendum consiliis 1378
paratus ad utrunque ibi.
parat sibi malum qui alteri parat 1686
paries dealbatus 1294
parieti loqueris 267
pari lance & simil. 593
pariter remum ducere 1693
parit puellam, etiamsi male adsit uiro 957
parmula relicta 745
parni scaphula 862
parnœtes obolū reperit 963
paropsis malorum 894
par pari referre 61
parthi quo plus biberint 1730
partitio nō præfocatio 1293
partire ex æquo 1490
parturiunt montes, nascetur ridiculus mus 530
parturit Larus ibid.
parturit Cepphus ibid.
paruo emptas carnes 1505
pasetis semiobolus 958
paspalam non habet 579
passim coruos insequitur 534
pastillos Ruffillus olet, Gorgonius hircum 1045
pastoris boni est tondere pecus non glubere 1343
patella dignum operculum 603
paternas cautiones non canit 1097
patria sua cuique iucundissima 1411
patriæ fumus igni alieno luculentior 120
patria ibi est, ubi bene 743
patris nomē non nouit 1117
patrem suum nemo nouit 1069
patris est filius 1505
patris mali nunquam bonus filius 805
patrocli occasio 1272
patroclo sordidior 1213
patrua lingua 829
patruum esse patruos sapere 829
pattætione calumniosior 1114
pauciloquus, sed eruditus 1387
pauone picturatior 102
pauper diuiti dās, petit 133
pauper, sed ingeniosus 1416
paupertas sapientiam sortita est 284
pausone mendicior 1509
paxillo nudior 1100
paxillū paxillo pellere 110
pax redimenda 1103
peccare bis in belle non licet 1112
pectines per se texunt 787
peculium re non uerbis augendum est 907
pecunia absq. peculio 1600
pecunia anima 802
pecunię pedibus compensantur 1609
pecunię uir 1004
pecuniarum cupiditas Spartam capiet, præterea nihil 983
pecuniosus damnari non potest 1676
pedaria sententia 608
pedem alterum in sepulcro habere 461
pedem ubi ponat, non habet 277
pedere thus 1351
pede sunmo 1713
pede tacito 631
pedetentim ibid.
pede tuo te metire 396
pedem dextrum in calceo sinistrum in pelui 1124
pedens mortuus iacet 1193
pede utroque standum 1114

pedibus

pedibus sedecim superauit 1238
pedibus utriusque claudicãs 850
pedibus ingredior, natare enim non didici 703
pedibus insenientiam discedere 951
pediculi platonis 1739
pegaso uelocior 1482
petus Babys tibia canit 959
peleus in machæra 1000
pelle præ te fers, & non dicas 1243
pellem caninã rodere 849
pelopis talenta 353
pellis Leonina 1281
pellis vulpina ibid.
pellenæa tunica 1188
penelopes telam retexere 249
penicissare 1214
pennas decidere 1282
pennas nido maiores extendere 399
penulam æstate deteris 616
pensum persoluere 205
pepone mellior 430
pepones 1461
per antiquum diem 1274
per annulum medium trahi 527
perca sequitur sepiam 1570
per crambem 297
perdere naulum 1279
perdicis crura 705
perdidisti uinũ, infusa aqua 744
pereant amici &c. 1597
perendinum uentum prædicere 1302
per enses, per ignem oportet irrumpere 547
per extẽtum funem ire 858
per fluuium traducere 1614
perfricare faciem 496
perfricare os ibid.
perfrictę frontis ibid.
pergrecari 1455
per hastæ cuspidem 1106
per harma aliquid facere 329
periculi subitum remedium 1381
peribis si non feceris 1536
periculo alieno cautus 769
periculo alieno sapiens 769
periculosum est canem intestina gustasse 822
periculum ne temere subeas 1407
periculum proræ sellis 957
perierunt bona 1274
per ignem incedis 1427
periit sus 1471
peristromata Campanica 1729
per manus tradere 1574
per medium annulum traharis oportet 527
per nebulam, per caliginem, per somnium 207
per parietem loqui 1234
perplexus, animiq́ue consternati 1382
per publicam uiam ne ambules 30
perque enses, perque ignem oportet irrumpere 783
per satyram 1657
persici apparatus 274
persolæ nugæ 570
personam mauult quam faciem 288
perspicere ex fronte 811
persuadebis minime, ne si persuaseris quidem 678
per tenebras quæ apud quercum 683
percicacia stultitiæ dat pœnas 1773
per transennam inspicere 1119
pertusum dolium 411
phaiaridis imperium 611
phallus deo 1204
phæra per præcipitium 290
phaniæ ianua 1264
phani ostium 976
phaselitarum sacrificiũ 958
phasim usq; nauigauit 836
phicidissare 1159
philippi gallus 957
philippe tenuius 1583
philonide indoctior 639
philothesius crater 1655
philoxeni non 1177
phocẽsium desperatio 1522
phocensium execratio 378
phoci conuiuium 1006
phœnicia commutatio 994
phœnice rarior 949
phœnicum more 994
phœnicum pacta 1273
phœnice uiuacior 661
phormionis thori 1052
phrynichi lucta 1190
phrynondas alter 1348
phryges sero sapiunt 40
phrygium mancipium 488
phryx ipse magis 488
phryx plagis emẽdatur 488
pica cum luscinia certat 508
picem mus gustat 791
picifer 1515
pictores liberi 1118
pictura poesius tacita 86
pietas vultu sæpe læditur 1702
pilam tenere more claudi 1151
pila mea est 851
plileũ donat, ut pallium recipiat 828
pilum iniicere 1023
pili non facio 475
pilo dignus 478
pilos pro lana 508
pilus in medio 1740
pingui mensura 1738
pingui Minerua 63
pinguis uenter non gignit sensum tenuem 1292
pinus in morem 981
pipere abundans, etiam oleribus immiscet 1194
pireus non fert uasa inania 1626
piscari in aere 260
piscator ictus sapiet 56
pisce sanior 1555
piscem aut florem olet 1572
piscis magnus nullus malus 562
piscem natare doces 1293
piscibus abstineto 36
piscis eget sale 1688
piscis mutus 290
piscis nequam est, nisi recens

cens 1459
piscis primum a capite fœtet 1494
piscis repositus 166
pistilli circunuolutio 655
pistillo caluior 1506
pistillo nudior 1506
pistillo retusius 1293
pitana sum 1293
pithon formosus 1284
placiadæ 1434
placidæ bos 630
planta quæ sępius trãsfertur non condescit 1239
platonis numeris obscurius 918
platonis magnus annus 1286
plaustra bonorum 189
plaustra conuiciorum 455
plaustri centum ligna 1517
de plaustro loqui 454
plaustrum percellere 346
plectra cythara canunt 787
plena manu 640
plenilunio fiet 329
plenis uelis 1598
pleno gradu 1765
pleno modio 1722
plumbeo iugulare gladio 860
plumbeum nummum non credam 1357
plures adorant solem orientem 1188
plures thryobolos 410
pluriũ calculus uincit 1506
plus aloes, quàm mellis habet 509
plus potentiæ, aut minus animi 1492
pluteum cędere 1315
plutus timidus 1340
nunc pluit, & claro nũc Iuppiter 597
poculo eodem bibere 315
poculo perforato bibere 862
podex lotionem uincit 613
podex mulieris 1302
poetæ & pictores liberi 1118
poeta malus pro eleganti medico 876
poeta ne tibi feceris inimicum 540
pollicem premere, aut uertere 495
pellicẽtis se promissa re præstiturum 1377
polycrates matrem pascit 969
polypi 802
polypi caput 618
polypi mentem obtine 98
pomarius Hercules 944
pomœrio minore finire 1301
pontificalis cœna 1157
porcellus Acarnanius 785
porcum immola 500
porcus obesus 1292
porcus Troianus 1740
porrectis dormire pedibus 481
porro a Ioue atque fulmine 223
porsenæ bona 465
portus miseriæ ars 427
porta itineri longissima est 1596
post acerba prudẽtior 1509
post bellum auxilium 1291
posteriores curæ meliores 193
posterioribus melioribus 193
posterius dictum 1747
post festum uenisti 553
post fluiuum 1615
post folia cadunt arbores 1016
post Lesbyum castorem 370
post piscem ficus 1441
postica sanna 1460
postico discedere 1615
post mala prudentior 225
post Marathonem pugna 1498
post Panathnæa 553
post principia 222
post pythia 553
post rem deuoratam ratio 1750
præconium mercenarium 1712
præficarum more 1759
prælio uictus, nõ bello 1763
præmansum in os inferre 753
prænouere uenatum 1256
præsentibus rebus consulendum 1718
præsens abest 930
prę̃sentem fortunã boni consule 227
prę̃sentẽ mulge, quid fugientem insequeris 1176
prę̃stat habere acerbos 1513
præstat inuidiosum esse quã miserabilem 1553
præstat uni malo obnoxium esse, quam duobus 1479
præstat canem irritare quam auum 1675
præstituere metam 1301
præstantior aliũ alijs 1993
præter casum ne fugias 272
præter Sibyllam leget nemo 1480
præuertit ancoræ iactũ deus 1499
præxillæ Adonide stupidior 1032
preces armatæ 1758
præmenda occasio 1404
præmere pollicem 495
prienensis iustitia 1289
prima facie, prima fronte 566
prima felicitatis pars sapere 1770
primas ferre 822
primas iactare hastas 1776
primoribus labijs degustare 567
primum apes abigẽdæ 1700
primum aut ultimum quid 719
primum experienti uenia 557
primum Mars in filijs laudatus est 1289
primum recte ualere, proxima forma 1135
primus & vltimus 43
princeps & æqua iniqua audit 382
primus ueniens primus molet 1060

princeps sapit, congressu sapientum 1286
princeps indiligens 1416
principatus Scyrius 369
principes inter se noti 1407
principium dimidium toti 136
principium medium finis 1666
principi obtemperandum in omnibus 1775
principium fauor necessari 1405
prior occupat 1401
priscis credendum 1735
prius antidotum quam uenenum 1520
prius duo echini amicitiam ineant 850
prius lupus ouem ducat uxorem 1552
priusquã assa sit farina 1187
priusquam gallus iterum cecinerit 1362
priusquam mactaris, excoriias 1187
priusquam sortiaris, communia deuoras 1287
probæ materiæ probus artifex 1290
pro beneficentia Agamemnonem ulti sunt Achiui 902
pro bonis glomi 1282
probrum honestum 646
pro cæco exoculatus est 1352
procridis telum 981
procul ab auribus nuntius ueniat 1174
procul a Ioue 225
procul a pedibus equinis 223
pro Delo Calauriam 1499
prodesse potest qui nocere 1405
prodico doctior 1483
pro eleganti medico malus poeta 1241
procemium longum jaudiendi cupido 1697
profani fores occludire 1257
profertur ad apaturia 1227
profundum sulcum 1474
prolixius Iliade 1580
pro malo cane suem reposcis 1290
promeri canes 681
promissa præstiturum 1399
promus magis quam cõdus 848
promus esto 1207
pronomi barba 1472
procemia magna de paruare 1215
properans nimium, seruis absoluit 1274
pro perca scorpium 902
propria uineta cædere 394
prora & puppis 42
protei more 1117
proteo mutabilior 730
proteruiam fecit 546
protinus apparet, quæ planta frugiferæ futuræ 1471
prouinciam capere, aut tradere 830
prouoluitur ad miluos 1289
prudentia coniuncta cum uiribus 1387
prudentia senum 1404
prudens in flamma mitto manum 1290
prudentiores ætate 1404
pruriunt dentes, & simil. 828
psallium iniicere 1665
psaphonis aues 167
psecas aut ros 1044
quam apes apum similes 279
psydracia 1600
psyra Bacchum 1229
psyrice facta 615
ptolemaica lis 1289
publica uia ingredi 1257
publica uia ne ambules 31
pudebat recusare, & non audebant suscipere 1139
pudor & metus 1392
pudor in oculis 665
pudori lucrum præstari 1345
puer glaciem 710
pueris puer, in consilio senex 803
puerõs odi præcoci sapientia 1467
puero gladium 32
uel puero perspicuum 650
pugna peracta uenire 1046
pugna uerbis non re 1394
pugno tenere 1661
pulchra noxa 702
pulchre fallit vlpem 1571
pulchrorum etiam autũnus pulcher est 213
pulchrum sepulchri elogio 1700
pullati de pace consultant 56
pullus tuus semper paruus 958
pulmo prius uenisset 1577
pulmonis uitam uiuere 1790
puluerem excutere 1021
puluerem oculis offundere 1043
punica fides 484
punicis malis omnibus inest granum aliquod putre 1206
punctis omnibus 313
punctis singulis ibid.
puncto non discedam 276
puta a nuptijs 1037
purgatis auribus 855
purior clauo ibid.
purpura iuxta purpurã dijudicanda 669
purpura uoracior 799
purus puram defluit aquam 1173
pusillum pusillo addere 522
pusillus quantus Molon 1273
puteum fodit iuxta fluuium 1206
puteus argenteus 1634
putre salsamentum amat origanum 798
pygmæorum acrotinia colosso adaptare 1463
pylea & Tyttygias hæc nouit

uit 969
pylus ante pylum 1008
pyraustæ gaudes gaudium 1186
pyrausté interitus 552
pyrrhandri commentum 1184
pyrrichen oculis prę te ferés 1364
pyrrhias bouem immolauit benemerenti 810
pythagoreis taciturnior 1513
Pythagoræ symbola 23
pythia & Delia eadem 935
pythum uersus uia iterum atque iterum 1803

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

PAcis tempore de bello cogitandum 2016
pacuuii teucrum edisce re 1991
paguri sapientia 1854
palatum non rigat 1954
palephatus nouus 1962
pellenicum tueri 1840
paludem, & salinas emere oportet 2034
panem, & pugnum 1847
panis prior prora 2016
pardalis exuuium induere 1887
pardus maculas non deponit 1942
paruis parua dant Dii 1975
pascitur rore 2031
patere legem quam tu ipse tuleris 2018
patroclum sub specie 1915
pauca male parca multa bene cõparata perdũt 2017
pauo se circumspectãs 1911
pauperi uitulum est castrum 2035
pedem porrigis, & manum peteris 1880
pelasgi olim, postea Danaidæ 1905
perca melanurum sequitur 1850
per eundem lineam reciprocare 2008
pergæa Diana 1808
persicæ mensæ &c. 2028
persium legere nolo 1977
personam, non faciem gerit 2007
phœnicis instar reuiuiscere 1899
phœnicium mendaciũ 1811
pharmacis amaris amara bilis 1924
pharus 2016
phasis neq. mala eluat 1871
philoxeni codicillus 1954
phryx non minus, quã spintharus 1818
pica Sirenem imitans 1876 2001
pigmei, uel Thiodamas cum Hercule 2019
pigmeum imponere colosso 1993
pigris semper est festũ 2015
pilum vulpes mutat non mores 2038
pisandri galeam & supercilium 1926
pisces magni paruulos comedunt 2021
piscis vulgaris spinas non habet 1971
pistillum exornatum 1983
pituitam à naribus detergere 2008
planus semel crura fregit 2032
plato amicus, magis amica ueritas 2001
plaustrum perculit 2029
plus uerrere, q̃ serere 2002
pœnas Mithrii sustinere 2016
poetica Crateris 2036
poculum Helenæ 1909
polycleti norma 1901
polypus scopulo affixus 1885
poma agrestia cum Acylis 2031
poma Alcinoo dare 2040
poma citius myricæ ferent 2001
postes transcendere 1851
postica recipere, antica exclusum 1870
postico discedere 1615
post vulnera clypeum sumere 2038
præ nili cataractis 1928
præsente arbore ligna omnes colligunt 1964
præsentia famam minuit 2003
præmansum in os inserere 1075
primus inter pastores Daphnis 1950
primus medius, nouissimus 2004
primus, secũdus, terrius ibi.
prius quam ignitus lapis enatarit 1866
priusquam pinsueris farinã subigis 1858
pro amphora urceus 2036
pro aris, & focis 2006
problema Archidemicum 1993
prodit crimen conscientia 2018
producere ad scamma 2009
pro incerta spe certa ꝑmia 2021
proletarius scriptor 2003
pro pede xenium 1898
proteruia ignominiam præcedit 1832
pro uirgine serua 1903
puerorum ab ulnis barbam uellere 1987
pugna consilia scindit 1830
pulchra apud pueros simia 2004
pulchriorem persequitur 2025
pulegium apud indos pipere preciosius 1978
pulmonis vitam uiuere 1790
puteus si hauriatur 1863
puta à nuptiis 1037
puluere extrito decertat 1974
pythiæ Misij talenta 2013 2030
pyrrhicham camelus didicerit 1904

pyrrhonia hæsitatio 1915
pygmeum imponere colosso 1992

Q

Quadra propria 1762
quadrat' hō 1678
quam Cliuia ex Demetrio 1765
quæ apud inferos 263
quæ apud sagram 535
quæ circa salē, & fabam 45
quæcunque mentiūtur somnia 464
quæ dantur 1481
quæ deciderūt, ne tollito 34
quæ dolēt, ea molestum est contingere 1451
quæ ex antiqua 1373
quæ non posuisti, ne tollas 1231
quæ quis ipse facit 1686
quære hospitem 456
quærens obsonium, vestem perdidi 879
quæ semel ancilla, nunquā hera 1583
quæ sero cōtingunt, sed magnifica 1378
quæ sub alis fiant 743
quæ supra nos, nihil ad nos 387
quæuis terra patria 743
quæ uncis sunt unguibus ne nutrias 30
qualis hera, tales pedisseq; 1585
qualis uir, talis oratio 374
quā apes apum similes 279
quam curat testudo muscā 1026
quam in tragœdia comici 1753
quam facile vulpes pirum comedit 1277
quam quisque norit artem in hac se exerceat 373
quando id fieri non potest 1288
quantum habet 1515
quantum ex Bacchanalibus 1435
quantum non miluus oberret 288
quantū pedibus potes 1663
quarta luna nati 90
quasi dies dicta sit 1713
quasi locū in balneis 1069
quasi millus cani 1549
quasi sutrium eant 1540
quatuor aures habenti audsculta 174
quatuor obolis non æstimo 1028
quauis re dignus 479
quem mater amictum dedit obseruare 215
quem fortuna pinxerit 165
ex quercubus ac saxis nati 318
quercum aliam excute 293
quercus bacchatur 1494
quercus multis ictibus deiicitur 521
queruli in amicitia 1507
qui amant sibi somnia fingunt 802
qui arat oliuetum 635
qui bene coniiciet, hunc uatem 797
quib. nec ara, nec fides 1351
qui canē alit exterum 1197
qui circa salem & famam 45
qui cōtinet arcanum 1419
quicquid in buccam uenerit 320
quicquid in linguam ibid.
qui cum contemptu uitæ iuuadunt 1386
quid ad farinas 1296
quid ad mercurium 1176
quid cæco cū speculo 1357
quid distentera supinis 216
qui domi compluitur 1505
quid nisi uictis dolor 899
quid non fies profectus Arbelas 996
quid opus erat longis canere tibiis 335
quid si cœlum ruat 317
quid tandem non efficiant manus 1350
quid tibi Apol. cecinit 996
qui eget, in turba versetur 1415
qui apud inferos sunt ternio nes 1042
qui è nuce nucleū esse vult frangit nucem 1041
qui inspuerit in cauernam formicarum 1625
qui lucerna egent infundūt oleum 1632
qui iure perierunt 1419
qui modus equitum 997
qui mori nolit ante tempus 165
qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit sal uus erit 729
qui multum obfuit 1577
qui nimium properat, serius absoluit 1174
qui nocere potest, idem prodesse 1405
qui non litigat cœlebs est 1479
qui non zelat 1640
quintæ classis, pro postremo 675
qui obticescit 1393
qui omni in re, & in omni tempore 1040
qui paratus ad resistendum 1389
quis parentem laudabit, nisi infelices filii 1041
qui primus uenit primus molet 1069
qui prior læsit 1756
qui probus Atheniēsis 1450
qui quæ vult dicit 55
qui aberret à ianua 364
quis sese non habet, Samum habere postulat 463
quisquis is fuerit 1385
quisque suam rem meminit 1446
quisquis tarde uenit ad cenam 1606
qui usus cepit putridi 1174
quod adest, boni consule 1413
quod alibi diminutum, exæquatur alibi 1386
quod aliis uitio uertas, ipse ne feceris 1397
quod alius cōdiuit coquus, aliter condiam 1467
quodcunque in solum venit

nit 1288
quod datur accipe 1757
quod dedi, datum nollem 842
quod fieri nequit, ne incipiendum quidem 1074
quod in animo sobrii, id in lingua ebrii 660
quod in corde sobrii, in lingua ebrii ibid.
quod index auro, id aurum homini 837
quod non opus est, asse charum est 1558
quod pulchrum, idem amicum 1660
quod recte datum est 1697
quod uolumus sanctum est 1636
quo properas, num ad Ephebum 650
quo semel est imbuta 811
quos non tollerent centum Aegyptii 1270
quo terrarum raperis 1784
quot homines tot sententiæ 173
quot seruos habemus, totidem habemus hostes 764

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

Q

Quadrāte dignū 1793
quadricubit' homo 1797
quærere cinerem 2037
qua in re clarus quisque, ad eam properat 2011
qualis hera, talis canis 1900
quam facile canis extra edit 1977
quantum ubiq; possunt duo oboli 1998
quasi locum in balneis occupare 2004
quasi Nauplius Caphareo rediens 1824
quatuor habens capita 1987
quem Cos non nutrit, illum nec Aegyptus 1844
qui celocem regere nequit, onerariam petit 1960
quid barbiton Crocoto loquitur 1939
quid cothurnus cum claua 1935
quid delphino, & boui commune 1845
qui honorat seipsum honorat 2014
quid Lecytho cum strophio 1882
quid Lyra Cantalicæ 1939
quidquid licet, minus desideratur 2010
qui sitiunt silentio bibunt 1936
quo curris potius quam ad Ephebum 1831
quod dubitas, ne feceris 2015
quod sal carni 1946
quorsum opus amicis si faueat Deus 2001
quot fluctus insulæ 2011
quot Ilicis folia ibid.

R

Radit usque ad cutem 1193
ne ramenta quidē ne festuca quidem 578
ramenta melior ibid.
rana cum locusta 1599
ranæ aquam 1291
rana Gyrina sapientior 645
ranarum more 1291
ranarum palustrium maior est mihi cura, quam rerum istarum 1128
rana Seriphia 292
ranis uinū præministras 760
rapere a ueru 355
rapina Cotitiis 1373
rapina rerum Cinnari 1037
rara auis 641
rara fides 12000
ratio quidem apparat argentum 1703
ratio sapienti pro necessitate 2015
rebus turbatis, & pessimus in honore est 742
receptui canere 1283
recoquere 333
rectam instans uiam 1746
rectam ingredi uiam 1256
recurrere satius quam currere male 452
recusare pudebat, & non audebant suscipere 1140
reddidit Harpocratem 1450
refingere 333
refutantis laudem immodicam 1376
regia uacula 1037
regis cerebrum 382
regulus bipedum nequissimus 668
regum offensæ uitādæ 1416
regum aures, atque oculi multi 109
regum manus longæ ibid.
relicta parmula 745
relinque quippiam & Medis 172
rem suam quisque meminit 1446
rem acu tetigisti 855
rem factam habere 1480
rem factam stultus intelligit 57
remis uelisque 238
remū ducat qui didicit 158
remum ducere 1693
re opitulandum, non uerbis 1392
repagula aperire 228
repariazare 1168
reperire rimam 1170
reperit deus nocentem 904
rerum omnium uicissitudo 1404
res ad Triarios rediit 51
res Cannacæ 997
res est in cardine 49
res indicabit 282
res ubi abest, optima est opinio 664
resecare ad uiuum 816
resistere paratus 1388
res in nostro foro uertitur 1287
res palestrę & olei 1776
respiciens illo, sed hic remitte bona 1290

respu-

respublica uirũ docet 1518
respublica nihil ad musicum 1694
res salua est, saltat senex 1116
res sacra consultor 653
res tuas tibi habeto 1699
rete albo aliena captas bona 1346
rete hoc nihil attraxit 548
reti uento uenaris 257
rex aut asinus 1267
rex sum 1735
rex tragicus Chartaceus 888
redamantheum iudicium 1038
rhadamanti iusiurandum 1037
rhamnusia Nemeses 917
rhamnusius 1272
rheginis timidior 1037
rhinocerotis nasus 481
rhodiences decem, naues decem 968
rhodiorum oraculum 921
rhodii sacrificium 920
rhodus hic, hic saltus 1191
riptasis 745
rimam reperire 1170
risu emori 1462
risus Chius 320
risus de hoste iucundissimus 769
risus equinus 1247
risus Ionicus 319
risus Megaricus 320
risum cui ista pariũt in meis ne gaudeat 1360
risus Sardonius 1245
risus syncrusius 919
riuulum inducere 1117
romanus sedẽdo uincit 586
romano more 170
rore pascitur 1526
rosam quæ præterierit, ne quæras iterum 920
rosam cum anemona confers ibid.
rosa non nascitur e squilla 805
ros aut psecas 1044
roscius 1654
rotæ multę voluentur 1524
rudibus semel, ac decies pallidus 1284
rubo arefacto præfactior 691
rubo neglecto uitis impetitur 464
rude donare 375
rudem accipere 536
rudentem omnem mouere 168
rudentes & remos cum armis mutauit 1193
rudius ac planius 64
rufilus pastillos olet, Gorgonius hircum 1045
ruminare negotium 1363
rumor publicus non omnino frustra est 1678
rupta ancora 1446
ruris fons 928
rursus iterum tranquillitatem uideo 695
rus ciuitas 921
rusticanum oratorem ne cõtempseris 921
ruta cæsa 1534
ruta opus est 1527

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

Radices literarũ amarę fructus dulces 2010
rarum carum 1978
rastris eburneis solum uertere 2001
ratio sapienti pro necessitate 2015
recessit ab aula 2034
recte condire cuiuis non est 1866
repente tanquam procella 2015
reperit patella operculum 1962
respõsa numinis, ut ęduus prædicas 2012
rete inflas 1932
retibus confert, nihil tamen capit 1976
romana libertas 210
rore pascitur 2030
rosæ inter vepres nascuntur 1996
rubus etiam e uite nascitur 1827
rudẽte omne remisso 2008
rudens omnis disruptus est 1943
rupturam consue acum & filum sumens 2003
rurestris locusta 1883
rusticanus Oenomanus 1833

S

Saburratus 1358
sacer manipulus 1615
sacer piscis 1620
sacra hæc non aliter cõstant 852
a sacra linea mouere talum 36
sacram ancoram soluere 53
sacra nihil sunt 1285
sacra haud sacrificata deuorare 801
sacra prophanis miscere 217
sacrum sine fumo 579
sæpe etiam est holitor valde opportuna locutus 337
saguntina fames 400
salacones 1768
salaminia nauis 1183
sale emptum mancipium 462
sale & aceto 1752
sale defricare 547
salem apponito 35
sal & faba 45
salem & fabam 1258
salem & caseum edere 1595
salem & mensam ne prætereas 244
sal & mensa 1718
salem & oleum oportet emere 1295
salem lingere 1351
salem nihil utilius 1715
salem uehens dormis 462
sale perunctus, hic adiuuabitur 1225
saliares cenæ 1719
salillum animæ 1751
salis modius absumendus priusquam fidas 434

salis onus unde uenerat, illuc abit 462
salites dapes 1719
saliua Mercurialis 574
saliuam imbibere 820
saliua prima ibid.
salmoneus alter 1789
salsamẽtum putre amat origanum 799
salsitudo non inest illi 780
salsuginosa uicina 368
salutetenus amici 1201
saluete æquorum filiæ 1684
sambico grauiora patitur 91
sambucã citius caloni 1269
samij literati 1602
samii mores 1603
samiorum flores 1036
samiorum laura 1370
samiorũ mala metuis 1463
samium comatum 1371
sanguine flere 844
sanior pisce 1555
sapiens sua bona secum fert 1565
sapiens non eget 1687
sapiens diuinat 1626
sapientia gubernatur nauis 1763
sapientia nunc uiuit 1190
sapientia uino obumbratur 722
sapientem apud stultos loqui molestum 1066
sapientibus omnia facilia 734
sapientes tyranni, sapientum congressu 1286
sapientum octauus 519
sarcinator summum centonem 1763
sardanapalus 1349
sardi uenales 342
sardonica tinctura 1025
sardonius risus 1245
sarone magis nauticus 1182
sarpedonium litus 1035
satanas satanam 111
sat cito, si sat bene 445
sacietas ferociam parit 1357
satis quercus 228
satius est initiis mederi quã fini 137
satur impera 1529
saturnalia non semper erunt 108
saturnia olet 670
saturnia tempora 1006
saturniæ Iemæ 670
saturni lacrymæ ibi.
saturni podex 1201
saxum uoluere 829
saxum uolutum non obducitur musco 1239
scapha magis mutus 1007
scaphula Virgultea Ægeum transmittere 661
scabrosior leberide 1174
scabere caput 1315
scarabæo citius persuaseris 1696
scarabæus citius faciet mel 1671
scarabæus abominandus 1065
scarabęi umbræ 1160
scarabæo nigrior 1159
scarabęo unguentum inuisum 171
scarabæus aquilam quærit 1316
scelii filiũ abominor 1691
scenę seruire 97
scientiam ad extremum ad cerse 1299
schœnicolæ 1727
scindere glaciem 1286
scipioni arundineo inniti 932
scit quomodo Iuppiter duxerit Iunonem 1527
scolon nec proficisceris ipse nec alterum comit 838
scopæ dissolutæ scopas dissoluere 334
scopo aberrare 586
scopum attingere 586
scopo nullo proposito iaculari ibid.
scorpium pro perca 902
scorpius sub omni lapide 245
scraptæ 1730
scriptura & Leucæus non idem sunt 1283
scropha alba fæcũdior 1037
scrupulum abeunti 29
scurra semel, nunquam paterfam. 815
scutica una omnes impellit 1085
scuto pacem petere 1097
scutum abijcere 745
scyrius principatus 370
scytala Laconica angustior 692
scyta accissans asinum 747
scytala tristis 692
scythamalus 1720
scytharum oratio 767
scytharum solitudo 1285
scythica potatio 778
secum uiuere 259
securim iniicere 1715
sedecim pedibus superauit 1238
sedens aliud quã stans 1201
sedens columba 1280
seianus equus 616
seipsum uincere 149
seiuncta sunt Merrhæ ac Siloam fluenta 1128
sellã oleo ne absterseris 34
sellissare 1529
semel rudibus, ac decies pallid. 1284
sementem ut feceris, ita metes 512
seminare in saxis 254
semitam quæris quum adsit uia 1469
semper affert Libya mali quippiam 1342
semper agricola in nouum annum diues 1033
semper aliquem uirum magnum 1743
semper aliquis in Cydonis domo 700
semper graculus adsidet graculo 127
semper Ilio mala 1438
semper faciliter cadunt Iouis taxilli 175
semper leontini circa pocula 184
semper me tales hostes insequantur 994
semper similem ducit deus ad

ad similem 127
semper superioris anni meliora 1285
semper uirgines furiæ 1633
semper seni iuuenculam subiice 1284
semiramidis muri 1504
senecta leonis præstantior hinnulorum iuuēta 1099
senectuti labor obsonium optimum 1205
senectus non sola uenit ibid.
senem erigere 1223
senem admonere 150
in senem ne quod collocaris beneficium 597
senescere in sola sparta expedit 1487
senescit bos 1224
senesco semper multa addiscens 504
senes mutuum fricant 47
senex bos non lugetur 1034
senex psittacus negligit ferulam 151
senex secunda saltat 1115
senior anno fio 1357
seni baculus maxillæ 907
seni puellam subiice 1284
senis doctor 150
senis mutare linguam ibid.
sensum tenuem non gignit uenter pinguis 1292
senium mala accelerant 1418
senum consilia 1253
senum prudētia 1403.1420
sententia utroque mutans 1313
sententia Pandeletia 1449
septa transilire 614
septem conuiuium, nouem conuicium 224
septennis edentulus 695
sepulchrum uiuum 810
sepulchri pulchrum elogio 1700
septimus bos 601
sequitur perca sepiam 1570
sera in fundo parsimonia 723
serendum & post malam segetem 1544
serere ne dubites 137
serenitati nubem inducit 1531
seriphia rana 292
nec seritus nec metitum mihi 393
sermonem diuinum excipio 1576
sero uenisti 1520
sero molunt deorum molæ 1551
sero uenisti, sed in colonum ito 1034
sero sapiunt Phryges 56
sero uidit iustitiam 1770
serpes ni edat serpentem, draco non fiet 1203
serpentem coruus 146
serpentis oculus 572
seruabis bouem 1422
seruatori tertium 988
serui dimidio mentis carent 764
seruilis capillus 762
seruire scenę & simil. 97
seruire tempori ibid.
seruorum ciuitas 1035
seruum haud ueho 1372
seruum pecus 151
seruus Car. 346
seruus cum sis, comam geris 1035
seruus seruo præstat, dominus domino 786
sesquipedalia uerba 718
seruum unde excoquat 1369
sexagenarios de ponte deiicere 296
sibi canere 1281
sibi malum reperit 1418
sibi parat malum, qui alteri parat 1686
sibi placet 119
sibi pulcher 120
sibi quisque amicus est 221
sibi sapere qui nescit, frustra sap. 351
si bouem non possis, asinum agas 992
sibyllæ folium 327
sibylla uiuacior 1449
si caseum haberem, non desiderarem obsonium 1241
sicco iunco 1716
si coruus possit tacitus pasci 1465
si crebro iacias, &c 114
siculę nugę, Gerræ, persolæ nugæ 814
siculissare 1280
siculus omphacizat 861
siculus coquus 728
siculus mare 749
siculus miles 1282
sicion arrodens uxor lacernam texe 1569
si deus uoluerit 1407
si dixeris quæ uis, audies quę non uis 55
signum bonum aut malum 1194
sileni Alcibiadis 1179
silētij tutum præmiū 1253
silentium multas amicitias diremit 642
silentium mulierem ornat 1467
si leonina pellis non satis est, uulpina addenda 1281
silurus putris in quadra argentea 422
simia barbata seu caudata 1280
simia fucata 1359
simia in pelle leonis 209
simia in purpura 411
simia non capitur laqueo 587
simiarum pulcherrima deformis est 878
simia simia est etiam si aurea gestet insignia 411
simile gaudet simili 126
similem simili adducit deus 126
similes captiuis ex pylo 1470
similes habent labra lactucas 602
similior ficu 993
simonidis cantilenæ 103
simpulariæ 730
in simpulo 730
simul & da & accipe 993
simul & dictum & factum 1053

simpli-

simpliciter loqui 1404
simul & misertum est, & interiit gratia 1131
simulare cupressum 284
sinapi uiciitare 1588
sine canibus & retibus 1691
sine capite fabula 47
sine Cerere & Baccho friget Venus 807
sine cortice nabis 491
sine farina ne sacrificato 35
sine ope diuina nihil ualemus 1401
sine pennis uolare haud facile 1282
sine riuali diligere 640
sine sanguine uincere 911
sine sacri.hęreditas 204
sine ut incolumis redeat 1605
si non adsunt carnes, taricho contentos esse oportet 843
sinopissas 1179
sinui inspuere 399
siphniassare 1283
si quid mali, in pyrrhā 1143
si quis iuxta ciuitatem clypeus 1446
siren amicum nunciat, apis hospitem 993
sisyphi artes 1349
si tanti uitrum, quanti margaritum 1512
si tibi amicum, nec mihi inimicum 645
si tibi machæra est, & nobis urbina est domi 1033
si tu proreta 1721
si uel asinus canem momorderit, litem mouebit 523
si uinum postulet, pugnos illi dato 902
si vultus es, cadauer expecta 413
smaragdus in luce obscurus 1226
socratis callus aut Gallus 1760
soleis alieni uti 1696
solem orientem plures adorant, quam occidentem 1188
solę lacęnæ uiros pariunt 1499
solem adiuuare facib. 1674
solitudo scytharum 1285
solidos è clibano boues 1104
soli lumen inferre 859
sol omnium dierum nōdum occidit 409
solum uertere 778
solus amas 641
solus currens uicit 452
solus sapit 782
solus venter supereſt 1357
somnio beatus 463
somnium hybernum 1714
somnium tuum tibi narro 1052
somnus absit ab oculis 1005
somnus domat famem 927
sontica causa 1733
somnum non capit 1556
sophocles 764
sorbere & flare simul 735
sorex suo indicio periit 209
sortitione nondum facta cōmunia deuorat 1287
sortem & usuram persoluere 1653
soterichi lecti 1536
sparrana disciplina 809
sparte serui maxime serui 1707
sparta generosior 1015
spartam nact. es hanc orna. 856
spem precio emere 811
spe inani flagrat 1496
spes tenuit 1029
spes alunt exules 1137
spes bona ostensa 1414
spes seruat afflictos 1544
sphaceli faciunt immunitatem 162
sphæram inter sese reddere 1140
sphæra per præcipitium 290
sphondyla fugiens pessime pedit 1352
spicam, e culmo coniicere 1467
spicam magnam non postulat papyri fructus 1160
spina cum parua est bona uidetur 1207
spine 888
spirat cæcias 1695
spithama uitæ 729
sponde, uoxa præsto est 404
spongia corrigere 313
spongia mollior 430
solum uertere 378
sponsi uita 1053
spillas a sepulchro uellas 771
E squilla non nascitur rosa 705
stadiis centum præcedere 1238
stans aliud quam sedens 1200
stateram ne transgrediaris 24
statua taciturnior 152
statuam faucibus colas 1234
stellis signare 310.1268
stentore clamosior 769
sterilior agrippo 890
sterilem fundum ne colas 1671
stesichori ne tria quidem nosti 1061
stilla assidua cauat lapidem 1182
stillo appetere 313
stilum uertere 313
stimulatores boum multi, oratores pauci 410
stimulis fodere 143
stimulum in foramen non licitum trudere 1243
ex stipula cognoscere 593
strabus inter cæcus regnat 1244
stragula semper conuoluta habeto 34
strobilis carcini fortunatior 1154
strumā dibapho tege 1757
strychnum bibit 499
stultior praxillæ Adonide 1032
stultior Melitide 1547
stulto ne permittas digitum 1254

G stultus

ſtultus malo acce, ſapit 57
ſtultus opportuna loquens 337
ſtultus qui patre cæſo liberis pepercit 598
ſtultus ſtulta loquitur 105
ſtupa ſeniculus 1051
ſuadæ medulla 955
ſuadeo quod ipſe facturus eſſem 1407
ſuade lupis, ut inſaniant 1526
ſuam quiſque homo rem meminit 1446
ſub aliena arb. fructum 1642
ſub alis quæ fiunt 734
ſub cultro liquit 1093
ſubere leuior 812
ſuber 1295
ſuber immerſibile 812
ſubitum remedium periculi 1381
ſubligaculum, ſeu brachas oſtentare 1233
ſub manu naſci 98
ſubmiſſis alis gallus 704
ſub omni lapide ſcorpius dormit 245
ſub pallio habere manum 1074
ſub pollice ducere 1155
ſubuentanea parit 1347
ſub unam Myconum omnia 834
ſuccedunt mala malis 1408
ſucco ſuo uiuere 1019
ſuem irritat 988
ſuem Veneri immolauit 1112
ſuem repoſcis pro malo cane ſ 1290
ſuere capiti malum 1122
uffenus, aut Meuius tibi neſis 861
ſuffragium optimum 1706
ſui cum amaricino nihil 247
ſui tibicen 891
ſulcum profundum 1474
ſummam manum addere 32
ſummaria indicatura 1037
ſummis ingredi pedibus 1511
ſummis labijs 567
ſummis uelis uti 761
ſummuis unguibus ingredi 700
ſummo animo inhærere, id eſt deuiter 585
ſummo digito 569
ſummo digito caput ſcalpere 488
ſummo pede 1713
ſummum cape, & medium habebis 761
ſummum faſtigium imponere 132
ſummum ius, ſumma iniuria 584
ſuo gladio iugulari 74
ſuo iumento ſibi malum accerſere 74
ſuo ipſius laqueo capi 75
ſuo ipſius iudicio periit ſorex 208
ſuo quiſque ſtudio gaudet 1409
ſuorum obliuiſci 833
ſuper a pio certamus 1093
ſuperauit dolum Troianum 1723
ſuperatus es a gallo quopiã 1489
ſupercilium attollere 497
ſupercilium ponere ibid.
ſupercilium contrahere 1277
ſupercilium ſalit 1716
ſuperius impari numero 30
ſuper te hæc omnia Lepage 1477
ſupinus 480
ſupremum fabulæ actum addere 132
ſurculus ſurculum ferens 1767
ſurculum defringere 1782
ſurdaſter cum ſurdaſtro litigat 1241
ſurda teſtimonia 1279
ſurdo canis, fabulam narras 265
ſurdo oppedere 251
ſurgens è lecto, ueſtigium corporis confundito 36
ſurſum uerſus ſacrorum fluminum feruntur fontes 178
ſus acina dependens 1224
ſus agreſtis ubi peperit, non pluet 873
ſus commeſſatur aut ſaltauit 1277
ſus cum Minerua certamen ſuſcepit 66
ſus inmolutabro cœni 1510
ſus Mineruam 65
ſuſpendio deligenda arbor, 583
ſuſpende te 996
ſuſpicax vulgus 1410
ſus quiuis non hoc ſciet 864
ſus periit 1471
ſus ſui pulcher, aſinus aſino 1739
ſus per roſas 1348
ſus ſub fuſtem 992
ſuſtine & abſtine 952
ſus tubam audiuit 246
ſutorium atramentum 1278
ne ſutor ultra crepidem 349
ſutrium ire 1540
ſuum cuique pulchrum 118
ſuus cuique crepitus bene olet 1117
ſuus rex reginæ placet 83
ſybariſſare 725
ſybaritiæ periplateas 727
ſybaritica calamitas 726
ſybaritica menſa 724
ſybaritica oratio 380
ſybaritici ſermones 1634
ſybari qui mori nolit ante tempus 163
ſycophante morſus immedicabilis 913
ſydera addere cœlo 1481
ſyloſontis chlamys 610
ſyloſontis opera ampla regio 611
ſyluã multam portas 1304
ſyluæ ligna inferre 443
ſymphoniacus bonus malus choraules 1709
ſyncerum uas incruſtare 212
ſyncretiſmus 44

ſyracuſana menſa 727
ſyracuſanorũ ne decima quidem pars 833
ſyrbenæ chorus 971
ſyrorum olera 500
ſyrus quum non ſis, ne ſyriſſa 1207

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

SAcrum ignem inflare nefas 1871
ſalaminia nauis 2034
ſalem nequidem dederit 1952
ſal fatuus 1946
ſabula leonem excipere 1989
ſaliuas & paludem emere oportet 2034
ſalmoneus alter 1789
ſal patriæ pluris faciundus, quam hoſpitis menſa 2014
ſal quemadmodum carni 1946
ſanguis & anima 1851
ſannione domi non relicto 1996
ſanitatis mater indigentia 2015
ſapientes ſunt qui ueteri uino utuntur 1990
ſapientia in exitu canitur 2006
ſapienti ratio pro neceſſitate 2015
ſapede uidemur 1813
ſaxeus homo 1277
ſcaperdam trahere 1876
ſchema & gradus 1976
ſcommata Dionyſiaca 1852
ſcribere in cinere 1958
ſcriptor proletarius 2003
ſcripturæ & uentis in aqua credere 1834
ſcytha equum 1913
ſemel in laqueum vulpes 1830
ſenator abſque prouocatione, legatus ſine mandatus 1988
ſenis ira 1935
ſenex tripuet 1972
ſerpens in gremio 2035
ſerram per eandem lineam reciprocare 2005
ſex congios capit 194
ſicula aula 2040
ſiculę menſę 2028
ſicyonei calcei 1991
ſimia pulchra apud pueros 2004
ſimiæ, ſanguinem profudiſſe 2000
ſimonidis lacrymæ 1348
ſimulacrum pictum 1842
ſinapi Iſthmum bibit 1957
ſine perſona laſciuire 2008
ſine pulchritudine formoſus 2007
ſine ſanguine cæna 2020
ſine uino uinalia expediri non poſſunt 2006
ſiphnia arra 1871
ſirenas præternauigares 1984
ſirenem pica imitans 1876
ſiticuloſi ſilentio bibunt 1936
ſmyrnei mores 1906
ſolis radios lippus oculus nõ fert 1917
ſolitudo Nauclidis 1825
ſol ne quidem ſciet 1936
ſol non inuidet ueſpere 1829
ſol omnium dierum nondũ occidit 1995
ſomnium Oreſtis narrare 2010
ſoracus malorum 2009
ſociarum & Tybiorum in numerum referre 1968
ſparſis redemerunt crimina nummis 2005
ſphingis ænigmata diſſoluit 1895
ſpice legium relinquere 2004
ſpina colligens 1909
ſpinæ non inſunt in communi piſce 2011
ſpinoſum aliquid in prato 2035
ſpintharus non minus quam Phryx 1818
ſpongia medebitur 1953
ſtatua viatores omnes intuẽs 1911
ſternutauerunt amores 2031
ſtipulæ ignem admouere 1812
ſtudium generat ſtudiũ &c. 2014
ſtupidior praxille Adonide 1032
ſtultior Coræbo 1051
ſtupa ſeniculus 1051
ſua fronte 2010
ſua cuique rei tempeſtiuitas 2032
ſuaue me ſuffocet 2214
ſub pallio condere 2013
ſub tunica & ſinu 2013
ſubula Leonem excipere 1989
ſuccidia altera hortus ibid.
ſuæ domi quiliber rex 2036
ſuflaminare 2016
ſuilla abſumpta bouem non expectes 1796
ſuilla harmonia 1909
ſuilla in nare annulus aureus 2032
ſummaria indicatura 1036
ſummis auribus inſidet 1942
ſupra cleſpydram dicere 1933
ſupra fumum clauus 1967
ſycaminorum calathum in malis habere 2010
ſyri aduerſus pœnices 1805

T

TAcito pede 631
taciturnior Areopagita 1726
taciturnior Pythagoreis 1512
tanarium malum 1270
talaria induere 137
talia gignit bellum 1740
tales reddimur, qualia ſunt noſtra colloquia 606
talum reponere 1717
talpa cæcior 203
talpa Goronea 1292

tam in proclini quam imber 1544
tam multa quam sapiens 1685
tam perit quam extra faba 1548
tanagræus cetus 1637
tangere ulcus 392
tanquam ad aram 1706
tanquam cõchylium discerpere 1007
tanquam de narthecio 1557
tanquam heros in clypeo excipere 977
tanquam in phiditijs 1009
tanquam in speculo, tanquam in tabula 779
tanquam meum nomen, tanquam digitos 853
tanquam suber 1295
tantalicæ opes 352
tantali horti 653
tantali lapis 1031
tantali pœnę 906
tantali talenta 352
tarditas consilio adiuta 449
tarichus assus est, simulatq; uideris ignem 799
tarichus boni consulitur, ubi desunt carnes 843
tarichus non feret se digna 799
tauricum tueri 1355
taurum tollet, qui uitulum sustulerit 145
taurus in sylua 67
technam hanc in te struxisti 75
tecum habita 396
teipsum inspice 1502
teipsam laudas 970
teipsum non alens, canes talis 893
telam hic texuit, ille diduxit 1614
Telamonis canit cantionem 1221
telegoræ citius donarim 804
telemachi olla 1451
telluris onus 426
telenicia echo 1504
telenico pauperior 1504
tellenis cantilenas cane 903
telum ingens necessitas 770
telum, & meum cuspidem habet acuminatam 162
temesseus genius 95
tempori parere 708
tempus longum uitiat lapidem 1179
tempus arguit amicum 638
tempus index morum 638
tempus nosse 451
tempus omnia reuelat 817
tempus omnium pater ibid.
tempus omnium sapientissimum ibid.
temulentus dormiens non excitandus 1312
tenebræ apud quercum 683
tenedia bipennis 540
tenedius homo 1431
tenedius patronus 1432
tenedius tibicem 894
tenens teneris 407
teneri calidis balneis 113
tenuem nectis 1028
tenuem sensum uenter pinguis non gignit 1292
tenui filo 933
tenui uena, tenui canale 934
tentantes ad Troiam peruenerunt Græci 708
ter 1029
ter abstergere 400
ter absterso dii dant meliora 497
terebintho stultior 1504
tergora tueri 701
termeria mala 96
terniones apud inferos 1042
terra amat imbrem 788
terra defossum habes 1213
terræ filius 517
terræ intestina 894
terræ onus 426
terra, mariq́ue 240
terram pro terra 756
terra non profuit 1198
terram uideo 1672
terra uolat 185
terrestria balnea 1029
tertium caput 1372
tertius Cato 519
teruntium non insumpsit 477
tesseram hospitalem confringere 596
testa collisa testæ 1350
testaceum flagellum 1617
testa non fit lutum, nisi tundatur 1196
testa tenax odoris, quo primum imbuta 574
testimonia surda 1279
testis domesticus 752
testudinem equus insequitur 1547
testudinem Pegaso comparas 511
testudines edendæ, aut non edendæ 529
testudines ipsi edite, qui cepistis 94
testudines uincunt sapientiam, & uirtutem 851
testudo intra regumen tuta 1195
testudo non curat muscam 1026
testudo leporem citius 516
testulę transmutatio 656
Thetidem, & Galateam simul amare nõ potes 1198
tetigit lapidem a cane morsum 1569
te tua, me mea delectãt 119
theutidum more 1602
tales pro sapiente 1349
thasium infundis 1150
thassus bonorum 189
theagenis hecathæum 1200
theagenis pecuniæ 1030
theocrines tragicus 1505
theonina dente rodi 719
thericlei amicus 1199
thersitæ facies 1514
thesaurus carbones erant 541
thesaurus cinis ibid.
thesaurus malorum 186
thessala mulier 177
thessalorum alæ 176
thessalica bucca 1791
thessalicus saltus ibi.
thessalica equa decernetur 1438

thessalo-

thessalorum commentum 176
☉ Præfigere 310
traces fœdera nesciunt 940
tracium commentum 585
trasybulo Dionysium dicitis esse similem 1023
trioboli multi, uates pauci 410
thriorum complurũ strepitum audiui 612
thripes mali 1075
thunicum enthymema 940
thuriffare ibi.
thurium lemma 1619
thus aulicum 197
thus pedere 1351
thylaco non ferendum, sed manu 1121
thymbra uictitans 1567
thmuitarum hircus 1861
thessalus missus 1987
theuthidum more 1602
thinni more 1255
thyrsigeri multi, Bacchi paucí 409
tibiam tubæ comparas 511
tibicem uapulat 1645
tibicines mente capti 1429
tibicinis uitam uiuis 767
tibijs aperti 335
tibiis magnis spirat ibi.
tibiis longis canere ibi.
timidi mater non flet 1601
timidi nunquam statuerunt trophæum 912
timidior es prospiciente 525
timidior pisandro ibi.
ubi timor, ibi pudor 154
timidus Plutus 1338
tinctura Cyzicena 1421
tinctura Sardonica 1025
tineas pascere 1024
tiresia cæcior 204
titanicus aspectus 933
titanib. & Crono antiquiores 1007
titanas imploras 775
tithymallus Laconicꝰ 1025
thithoni senecta 385
titiuillitium 1667
titio ad ignem 1024
tollat te qui non nouit 456
tolle calcar 705
tolle digitum 1222
tolle tolle mazam scarabæo 1065
tollenda mali occasio 1415
tollenti onus auxiliare 30
tollere cristas 507
tollere cornua ibid.
tolosanum aurum 617
tonsoribus omnibus notum 387
tondere pecus non deglubere 1343
tonsore egere 397
torronęo portu surdior 1032
tota erras uia 73
tota hulcus est 174
tota manu 1107
toto cœlo errare 73
toto organo 1115
trabem baiulans 1686
trabs in omnibus 1634
tragicæ execrationes 446
thriorum ego strepitum cõplurium audiui 612
tragica simia 1024
tragice loqui 871
tragicum malum 1506
tragicum spirare 718
tragicum tueri 871
tragicus rex 888
tragœdias agere aut insanire 1164
tragœdias excitare 1023
tragœdias in nuge agere 1023
tragœdos amicos æmulatur 1314
tragœdos alios prouocare 1715
tragulam iniicere 1022
tranquillo mari quilibet gubernator est 1557
tranquillum æthera remigas 257
transuersum agere 1023
trasybulo Dyonisium esse dicitis 1023
trahor lyngue 1601
transuerso calamo 312
tredecim cubitorum 1037
trepidas ante tubam 1017
trepidat in morem galli 704
tressis homo 477
tria cappa pessima 1511
tria mala 714
ad Triarios res rediit 51
tria ex curia 1185
tria saluberrima 1546
tria uides e duobus 1103
tribulis factus serua ordinem 1488
tribus bolis 1356
tribus minis insumptis duodecim imputat 828
tribus uerbis 1551
tributis potiora 1024
tributum uel a mortuo auferre 665
tricæ, apinæ 138
triceps Mercurius 1374
tricinus quæstus 138
trimestres filii 431
triobolares 476
trioboli homo 477
ex tripode 465
tristis nota 309
tristis scytale 692
trium dierum commeatum 1022
trium literarũ homo 1022
trœzenem nauiges 809
trochi in morem 1675
troianos uereor 149
troianum dolum superauit 1723
tropheum incruentum 611
trophonii antrum 458
trutina eadem pensari 280
trutina lustrus 890
tuam ipsius terram calca 1526
tua res agitur, quum proximus ardet parios 1307
tuas res tibi habeto 1699
tu in legione, ego in culina 1749
tuis coloribus te pingam 254
tuis uestigiis 1473
tumultus dormiens nõ est excitando 1311

tumul-

tumultus post bellum 1498
tunicati 1556
tunica pallio propior est 219
turbas me ut unda inaniter 1205
tuo te pede metire 396
turdo surdior 1032
turdus malum cacat sibi 76
turpe silere 946
turpis iactantia 1401
turture loquacior 291
tussis pro crepitu 384
tutorem esse alicui 830
tute hoc intristi, omne tibi excedendum erit 94
tute lepus es 343
tuum tibi narro somnium 481
tyro antiqua 1373
tyrotarichus 1752
tyria maria 1548

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

TAbernariam exercet fronte 2007
tabis propheta 1971
talenta Pythiæ Mysii 2030
talis quisque es, quale quibus cum familiaris 2003
tamquam Gorgone conspecta 1943
tamquam ouis meridianus 1979
tamquam pauo se circunspectans 1911
tamquam super spinas incedere 2008
tantali mensa 1904
tantali philotesia 1842
tela araneæ 1824
telephus e perula 1818
telum ira facit 2029
tempestiuitas, sua cuique rei 2031
tempore pacis de bello cogitandum. 2016
temporibus seruire decet 2019
tenedia regula 1860
terra citius ætherem conscendet 1947
terram eburneis rastris uertere 2001
terram & aquam poscere 2005
terram ligonibus aureis fodere 2001
terram ne legas nauigando 1869
terricolæ lamiæ 1997
tersex iacit 1892
testes facit Deos absentes 1990
testudo uolat 2001
teucrum Pacuuii ediscere 1991
theagenis munificentia 1798
theatrum simul & aperit, & claudit 1893
thermas Heronianas refrigerat 1828
thesauris clausis incubare 1991
thessalica buccea 1791
thessalicum numisma 1792
thessalicus saltus 1791
thessalus-missus 1987
thiodamas, uel pygmei cum Hercule 2019
thmuitarum hircus 1859
threicia hirundo labiis instrepit 1836
thyestea cena 1886
thymo nemo uescitur, ubi adest caro 1820
tibiam utranque inflare 2038
tibiæ galeam, fronti ocream 1988
tibi ipse calendas edicito 1969
tonderi pecus, non radi debet 2018
totam spirare Arabiam 2007
tonitrus imbrem antecedit 2024
tragici cothurni strepitus 1870
tragicos choros moleste fert 1981
triacadas inferorum 1842
tria theramensis cauenda 1966
triobolus & figura 1954
tripuer senex 1972
troia conando Græci potiti sunt 2030
troia non producit Thracem 2036
troianus equus 1991
tuber ibi, ubi uber 2033
tudiculam expoliuit 1798
tunc canunt cygni quando tacuerunt graculi 1996
turbinem felix prospecta 1923
turtur cantat 1919
tydeus corpore, animo Hercules 1882

V

VAcuam abstergere 1502
uel muscas metuit, preter uolitantes 318
vacuam inhabitare 1630
uale charum lumen 961
ualeat amicus cum inimico 1533
uæ uictis 901
ualentes recte consulunt ægrotis 386
uallus uitem decepit 703
ualere pancratice 1021
uapula papyria 1549
uasis instar 1663
uas malum non frangitur 1494
uatem dixisse puta 467
uates optimus qui bene cõiicit 797
uates secum auferat omen 1740
uatem omitte 1050
uatinianum odium 743
uati non conuitiandum 1771
uatum genus auarum 1772
ubi amici, ibi opes 184
ubi bene es, ibi patria est 743
ubi cerui abiiciunt cornua 885
ubi cognitum est quod erat occultum 1415

vbi p harma fulguratit 329
vbi timor, ibi pudor 154
ubi tu Caius ego Caia 1677
ubi non sis qui fueris, non est cur uelis uiuere 494
ubi paueris impera 1529
ubi quis dolet, ibidem & manum habet 712
uela uentis permittere 244
uela uertere, funem reducere 556
uelatis manibus orare 1766
uel acum inuenisses 1347
uel puero perspicuum ibid.
uel capra mordeat nocentem 522
uelitari 1776
uelle suum cuique 173
uel Megaram vsque 1617
uelis equisque 237
uelocem tardus assequitur 449
uel muscas metuit perturbationes 318
uel mus mordeat improbum 522
uelut e specula 1520
uelut in cratere ibid.
uenari in mari 260
uenatio datur & malis 858
uenatum præmouere 1256
ueneratio debetur antiquis 1411
ueneris cestum habent 1156
ueneri suem immolauit 1212
uenereum iusiurandum 853
ueniat hospes quisquis pro futurus est 963
uenia primum experienti 557
ueni in regionem 1056
uenimus ad summam lineã 1358
uenter auribus caret 1021
uenter pinguis non gignit sensum tenuem 1292
uenti campus 884
uento loqueris 265
uentorum stationes 884
uentos colis 255
uento uiuere 1698
uentum perendinum prædicere 1302
uentus neque manere finit, neque nauigare 864
uentrem mihi objicit 946
uenter pleno melior consultatio 1355
uentus neque manere finit, neque nauigare 864
Venus friget sine Cerere, & Baccho 807
uera fronte 811
uerba importat Hermodorus 904
uerba pro farinis 907
uerberare lapidem 886
uerbigerari 1079
uerbis pugnas, non re 1394
uerbis coquinariis 1695
uerborum strepitu, ne quid moueare 1394
uerbotenus amicus 1416
uerecundia inutilis uiro egenti 945
uer ex anno tollere 1584
uer hyemem sequitur 852
ueriora ijs, quæ apud Sagrã acciderunt 535
uerisimiliter mentiens 1418
ueritas odium, obsequium amicos parit 1047
ueritatem aperit dies 819
ueritatis simplex oratio 218
uero uerius 1698
uerrucis offendi qui tubera habet 397
uersatilis Artemon 1433
uersator magnus in negocio leui 1240
uersus Homeri prouerbiales 1385
uersis gladij pugnare 1283
uertumno inconstantior 731
uerueęea statua 1753
ueru signare 312
ueruri calidam partem 939
uespacicadæ obstrepens 508
uespero quid uehat nescis 409
uespertilio 1078
uestę circũferens ignẽ 1492
uestigijs omnibus inquirere 1473
uestis uirum facit 1123
ueterata uaticinari 1727
uetulo cane latrante 151
uia depellere, reducere, mõstrare, facere, sternere, aperire, &c. 73
uia cum adsit semitam quæris 1469
uiam qui nescit ad mare, fluuium sequatur 979
uias nouit quibus effugit Eucrates 1020
uiam rectam ingredi 1257
uia publica nemo &c. 1262
uicino opta ut habeat 1254
uicinia falsuginosa 368
uicinus malus aut bonus 59
uicinus uocandus 800
uicissitudo rerum iucundissima 448
uicissitudo rerum omnium 446
uicti non audent hiscere 1514
uictitant succo suo 1019
uictoria ἐ τεραλκὴς 447
uictoria meliorum 358
uictoria nõ incruenta 1392
uictis dolor 899
uideris mihi Lada 1460
uideberis, me uidens, plane Martem uidere 1222
uilis cœna non gignit debachationem 1568
uincere sine sanguine 91
uinaria angina 1667
uincula Tyrrhena 1488
uinculo maniuoro 1072
uinculum Herculanum 549
uindemiam impune facere 700
uindicta tarda, sed grauis 1396
uindicta uelox 1771
uineta propria cædere 394
uinaria angina 1667
uini gutta 1484
uino inscribere mulieris iusiurandum 254

uino sapientia obumbratur 722
uino subsidere, supernatant uerba 660
uino uendibili suspensa hedera nihil opus 908
in uino ueritas 415
uinum animi speculum 416
uinum caret clauo 778
uinum dementat sapientes ibid.
uinum equus poetæ 901
uinum noueris 1748
uinum,& ueritas 415
uinum quum adsit, acetum bibit 1102
uinum,senem etiam uel nolentem, saltare compellit 759
uir fugiens haud moratur lyræ strepitum 591
uir fugiens, denuo pugnabit 592
uirgiferos sequi 979
uirgines semper furiæ 1033
uirgula censoria 312
uirgula diuina 104
uirgultea scaphula Aegæũ transmittere 661
uiri aurei 463
uiri boni lachrymabiles 973
uir in discrimine apparet 1380
uiri in fortunati, procul amici 1019
uiri iureiurando, pueri talis fallendi 1196
uiri senis astaphis caluaria 1016
uirorum candidorum nulla utilitas 1296
uiro esurienti necesse furari 1276
uiro Lydo negocium non erat 976
uiro malo ne comes uiæ fueris 524
uiro ornat magistratum 607
uiros bonos omnia decent 1049
uiro seni maxillæ baculus 907
uirum improbum, uel mus mordeat 522
uirtus gloriam parit 1689
uirtus simplex 1668
uirtutem,& sapientiam uincunt testudines 851
uir uidebatur nauis supplicans scopulo 1276
uita doliaris 505
uita & anima 801
uita macerata 506
uita molita 1494
uite contemptum inuadunt 1387
uita iucundissima in nihil sapiendo 1092
uita mortalium breuis 1418
uitandæ potentum offensæ 1416
uita spinosa 506
uita sponsi 1053
uiteliana cicatrice stigmosus 1279
uitiat lapidem longum tempus 1179
uitiosa nuce non emam 476
uiua uox 121
uiuere in diem, ex tempore 506
uiuerram tenes 1300
uiuit,aut mortuus est 966
uiuit,incende ignem 1020
uiuorum meminisse oportet 145.1748
uiuum cadauer 810
uiuum noueris 1748
uiuum sepulchrum 810
uiuus, an mortuus sit nescio 405
uiuus fueris,uel cepe solum accipiens 1186
uiuus,uidensque 1513
uixit dum uixit bene 1276
ulciscetur Deus 1403
ultra catalogum 1275
ultra Eurybatum 161
ultra fusum, uel pensum 386
ultra Gades 1261
ultra Hyperbolum 1509
ultra linum 1115
ultra malleum 349
ultra peram sapere 1275
ultra res Callicratis 1017
ultra uires nihil aggrediendum 1389
ultro Deus suppeditat bona 1018
ululas Athenas 113
Vlysses pannos exiuit 1018
Vlysseum commentum ibid.
Vlyssis remigium 1084
umbra amici, panis &c. 565
umbra fumi 810
umbrę in morem sequi 1357
umbræ uolitant 782
ne umbram quidem eius nouit 565
umbram suam metuere 317
umbra pro corpore 1178
umbra territas 369
una cum ipso canistro 683
una cum ipsis manipulis 912
una cum templis, & aris 1554
una domus non alit duos canes 703
una hirundo non facit uer 469
una lauabor 980
una myconus omnia 834
una nauis non uehit 1453
una pertica 1577
una scutica omnes impellit 1085
uncis unguibus, quæ sunt ne nutrias 31
unctius 1777
undarum in ulnis 1612
undas numeras 251
undecũque lucrum captant 1406
unde excoquat senum 1368
unguem medium ostendere 855
unguento mortuum perungis 1192
ungues arrodere 1315
ungues demorsos sapit ibid.
ungui notate 312
unguium, criniumque præsegmina ne commingito 30
unico digitulo scalpit caput 487

Vnica filia duos parare generos 408
vnicum arbustum haud alit duos erit hæcos 702
vnicum duobus non est pugnandum 1783
vni naui ne commit. omnia 1523.
vni malo quã duobus 1479
vnione signare 309
vnius manus infirma pugna 807
vnius peccatum tota ciuitas luit 60
vno collyrio 1543
vno die consenescere 1211
vno digitulo 1550
vno dignus 478
vno fasce complecti 344
vnum ad vnum 710
vnus contra multos 298
vnum e tribus malis 1276
vnus Deus, & plures amici 1242
vnus homo non facit ciuitatem 469
vnus multorum 761
vnus multorum instar 1384
vnus vir haud cernit omnia 807
vnus uir,nullus uir 300
vocales 1777
vocatus atque non uocatus deus aderit 765
vocem omnem mittere 1617
volam pedis ostendere 1737
volam da lapidi 1688
volare sine pennis haud facile 1282
volantia sectari 534
volaticũ iusiurandum 1489
volens nolente animo 979
volentem bouẽ ducito 1441
voluitur dolium 1496
voracior purpura 799
vorare hamum 887
vota senum, consilia mediocrium facta iuuenum 1252
voti compos 1384
vrbanus nihil æqui cogi 1213
vrinãdi artem docui te 1241
vrceum in foribus 662
vriæ literæ 936
vrit absque torre 1524
vrsus quũ adsit uestigia quæris 589
vrsi nasum fumantẽ ne tentaueris 1276
vsque ad aras amicus 1147
vsque ad rauim 1457
vsura ante vsuram 1008
vsura currit citius quã Heraclitus 940
vsuræ nauticæ 1713
vsus est altera natura 1705
vt Bagas constitisti 1374
vtere curru,de asinis nihil laborans 1341
vterque ambo 1507
vt canis è Nilo 564
vt ex bulga matris 1761
vt fici oculis incũbunt 1015
vt herba solstitialis 1723
vtilis nec sibi nec alijs 877
vti foro 98
vtinam domi sim 1018
vtinam male, quemadmodum inuenisti, eijcias ibidem
vtinam mihi contingant ea, quæ sunt inter Corinthũ & Sicyonem 336
vt in uelabro olearij 1369
vt lupus ouem 1664
vt luti baiuli 1683
vt Phrygius amauit Pieriam 1741
vt possumus quando vt uolumus non licet 492
vtranque paginam facit 817
vtraque manu adesse 239
vtrem cædis 257
vtrem excorias 257
vtrem mergis uẽto plenum 1227 369
vtrem uellis 258
vtres Thylaci 1615
vtre territas 369
vtroque claudicare 1200
vtroque nutãs sentẽtia 1311
vtroque pollice laudare 495
vulcani tripodes 787
vulcanus tibi uaticinatus est 887
vulcanium vinculum 1017
vulgus suspicax 1410
vulpe pellace benigni 495
vulpes annosa haud capitur laqueo 582
vulpes bouem agit 912
vulpes cum leonibus cõgregare 533
vulpes multa,echinus vnum nouit 281
vulp.haud corrumpitur muneribus 582
vulp. non iterum capitur laqueo 865
vulpes quam facile pyrum comest 1277
vulpi esurienti somnus obrepit 927
vulpina pellis assuẽda,si leonina non sufficit 1281
vlpinari cum vulpe 129
vultur si es, cadauer expecta 413
vultu sepe lædit pietas 1702
vulturis vmbra 980
vxor seni sponso regina est 474

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

VAletudinario in eodem iacere 1990
vbi Atridarum scapha 1956
vbi vber, ibi tuber 2006 2033
velo leuato de caussa cognoscere 2034
veluti Mineruæ calculus 1893
venari in ollis 1987
ventis, & mare,& ignis seruiunt 1965
ventis, & scripturæ, in aqua credere 1834
ventos pascere 1860
ventura per dioptram prospicit 1832
verba sine penu, & pecunia 1869
veriora Bacidis dictis 1912
versari circa radices montis 1919

vespere sol nõ inuidet 1829
vespertinum amant, matutinum oderunt 1838
veteris monetæ 1907
vicini ne quidem sentiunt 1978
vicinum semper inuenies 2003
vinalia sine vino expediri nõ possunt 2008
vincat tuus tripes 1943
vinculis Hippocratis adligare 2007
vino veteri qui vtuntur, sapientes sunt 1990
virum ferrum trahit 2006
vita Charadrij 1994
vita suilla 1967
vitex floret, & botrus maturescit 1962
vitulus pauperi castrum est 2035
vltra pedem 2016
vlyxis uinculum 1970
vmbræ, me prohibent 1887
vna clamore Neadas superat 1976
vnum alueare 1904
vnum nidum una in arbore 2031
vola nec uestigium 1953
volsellis pugnare, non gladijs 1995.2008
voluptas malorũ esca 2020
vomentum in numero 1930
vomer humo teritur 2021
vrbe amissa, recipit pugionẽ 1825
vrceus pro amphora 2037
vt Aedituus responsa numinis prædicat 2011
vt egeni eruum 1858
vti nutrices Lamiam 1898
vtramque inflare tibiã 2038
vter 2002
vter fastu plenus 1884
vt sportũ furunculus captare 2007
vulgari pisci non insunt spinæ 1971
vulpes archilocheæ 1988
vuæ passæ similis 1914
vulpes pilum mutat non mores 2039
vulpis reliquiæ 1813
vulpes semel in laqueum 1830

X

XEnocratis caseolus 1264

INDEX APPENDICIS PROVERBIORVM.

XEnocratis testimonium 1970

Z

ZAleuci lex 1084
Zenone moderatior 610
zenonium est & lentem coquere 1639
zoili 859
zonam perdidit 280
zopiri talenta 1085

FINIS.

INDEX GRAECORVM PROVERBIORVM.

ΑΒίωτος βίος 1005
Αγεωμέτρητος ὐδεὶς εἰσίτω 1202
Αδαμαντοπέδιλος κίων 1822
Αεργᾶς ἀεὶν ἑορτὴ 2026
Αἰγυπτίασιν 1266
Αιδέομαι τρῶας 212
Αικάλλειν 1443
Αιξωνιῶται 1732
Ακάπνα θύειν 579
Ακηρύκτος πόλεμος 1210
Ακροθώρακας 1621
Ακροχειρίζειν 568
Αλαοσκοπιὴ 491
Αλιπήριος 1458
Αλλοφροσάλλος 102
Αλλοτριοφάγοι 1514
Αμας ἀπήτειν 715
Αμνησία 687
Αμισολογίας 841
Αμπιλουργεῖν 2012
Αμφαξονεῖν 1870
Αμφιθαλὴς ἴρος 1471
Αμυδὶ πίνειν 1478
Ανάγκη Parcarum mater 771
Αναιματὶ 325
Αναπεμπάξειν 1363
Ανδρὰ παῖδες 1467
Ανεμοφόρυτα 1348
Ανεμωλία ibid.
Ανίδρωτι 325
Αντιπελαργεῖν 573
Ανω ποταμῶν 178
Αοινα συμπόσια 388
Αοινος μέθη 170
Απ' ἀκροφυσίων 1477
Αποσκυθίσαι 1638
Απύθμενα 587
Ασαλαμίνιος 1182
Ασκληπιεῖ δεῖται 1816
Ασπιδαποβλὴς 565
Ασπόνδος πόλεμος 1210
Αταύροτος βίος 70
Ατιμαγελεῖν 68
Αὔθις αὖν 655
Αυτοβοεὶ 1054
Αὐτοβυᾶν 1671
Αὐτόθεν κατάβαλλε 1257
Αὐτολήκυθοι 1540
Αὐτόχθονες 517
Αχνη 579
Αχονιτὶ 324
Αχρειόγελως 1471

Β

Βαλανοφάγοι 1191
Βαλλὴ ἔτως 824
Βασιλικῶς pro magnificè 1021
Βαταλίζειν 346
Βατακάρας 1489
Βαπταρίζειν 1367
Βεργαΐζειν 1713.1986
Βλαξ 847
Βαλύτιον 699
Βομβύλιος 932
Βελιμιᾶν 560
Βεφάγος 707
Βυσσοδομεύειν 1469
Βωμολοχεύειν 1361
Βωμολοχὸς ibid.

Γ

Γηγενὴς 517
Γηροβοσκεῖν 575
Γοργὸν βλέπειν 1221
Γρύζειν 677
Γύης 1426

Δ

Δημοπιθήροι 1280
Διακαδωνίζειν 1728
Διονυσιοκόλακες 728
Δὶς διὰ πάσων 152
Δολόπολυς 1036
Δόρεος ἵππος 1468
Δωριάζειν 1787
Δωροδοκησὶ 873
Δωροδοκεῖν 965

Ε

Εγκεῶτις ἡμέρα 1433
Εἶα αὖ 1133
Ελίσσος ἐν φέρυγγι 1823
Εκλινίσαι 1265
Εκπερδικίσαι 1258
Εκπίνακος καὶ πιλαίας 2026

Ἑλλάδος ἑλλὰς 854
Ἐλλεβορίζειν 499
Ἐν πλάτει 1657
Ἐν τετράδι θυθήναι 2027
Ἐξονυχίζειν 333
Ἐξορχεῖσθαι 1729
Ἐξωκακῶν 2013
Ἐπαύλια δῶρα 1490
Ἐπιθυμοδεῖπνος 1360
Ἐπικωθωνίζειν 1623
Ἐπιμηθὺς 59
Ἐπαβόειος 1437
Ἐπάφονος 42
Ἐρυμοδίκια 325
Ἐσκιμαλίχθαι 1212
Ἐστέτε νιῶ μοὶ 1755
Εὖ κακῶς 2011
Ἐχεμυθία 291
Ἐχιναλώπηξ 904

Ζ

Ζάθεος 337
Ζοφοροδόπιδες 1330
Ζωροποτεῖν 779

Η

Ἡ ψελλὴ ἐπὶ πέδῃ 375
Ἡμερόκοιτος 1523
Ἡ τὰν ἐπὶ τὰς 1255

Θ

Θ. Præfigere 310
Θαλλόφορος 1872
Θεῖος ἀνὴρ 337
Θράττειν 1684
Θυμβροφάγοι 875
Θωπεύειν 1443

Ι

Ἰαλεμίζειν 1094
Ἰαμβίζειν 1626
Ἰὴ παιῶν 1571
Ἰλλέας 291
Ἱππομένειν 1137
Ἰσαμιάζειν 1083
Ἰσόθεος 337
Ἰσον ἴσῳ 1620

Κ

Καιρὸς Deus 452
Καθημεροροβαοι 506
Καπνὸς 1200
Καρβάζειν 514
Καρδαμίζειν 502
Καρδαμογλύφοι 632
Καρδοπεῖον 1164
Καρηβαρῦντες 1490
Καταπιεῖν 1098
κατὰ χερρῶν ὕδας 1541
κεραυνοβόλος 1518
κίβδιλος 1218
κιβδηλεύειν ibid.
κιγκλίζειν 942
κιλλιτήρ 1371
κίλλιζειν 942
κιχλισμὸς 1152
κλειτοριάζειν 1150
κορυβαντιᾶν 1253
κορυβαντιεῖς 599
κριόμιζοι 2009
κρονόληροι 658
κρυνοχυτρολύραιον 1611
κρώζειν 355
κυάμος 27
κύειν ibid.
κύκλῳ περίελκειν 1648
κυναλώπηξ 1694
κωνώπης 545
κώθων 1236
κωθωνίζειν, καὶ μωθωνίζεσθαι ibid.
κωθωνισμὸς ibid.
κωμωδοτραγοδία 2017

Λ

Λακόπλυτοι 1604
Λαρυγγίζειν 1723
Λέπεσθαι λεπίζεσθαι, λωπίζω 1498
Λέχαι pro nugis 388
Λικμπατίας 1462
Λυκοπύγοι 650
Λῆρος 815
Λιμωδωριεῖς 1356
Λογοδαίδαλος 2786
λυδίζειν 942

Μ

Μαγαδίζειν 486
Μαπύαζειν 1497
Μέγαπνεῖν 718
Μέγα φρονεῖν ibid.
Μελλονικιᾶν 1692
Μητρόπολιν 1203
Μινωθαδίοι 1139
Μικρολογεῖν 1705
Μυησικαυῆσαι 686
Μονόγραμμοι 1531
Μυκτηρίζειν 481
Μυοσόβαι 1638
Μυσικαρφὶ 1624
Μύτης ibid.
Μωροκλέπται 942

Ν

Ναυκιασυρδεῖν 1613

Νεκρὸ

Νεκρὸ ζωλῶ 1451

Ο

Οβελίσκω λύχνιον 793
Οβελίζειν 312
Οἴκοθεν οἴκαδε 1984
Οἰκότριβδα 1165
Οἰκουρία 1195
Οἰμώζειν 845
Οἰνόπαι 596
Οἰολύκος 1613
Οἰστροπλῆγος 1012
Ολοέχεινος 1768
Ολμος ὀπολμὸς 1013
Ομοτέχνοι 643
Οσράκισμος 656
Οτρώσας καὶ ἰασέται 2023
Οτακοῦσαι 109
Οὐδὲν πρὸς τ' ἄλφυτα 1296
Οψίνος 59
Οψοδαίδαλος 786

Π

Παπάλημα 960
Παλαίστρια 1280
παλίμβολον 960
παλίμπαιδες 295
παραλοῦς 381
παυσικάπιλα 1064
παχυσομία 514
πενταπλόα 1624
περιστίμμα 1434
περιφόριτος ibid.
πιθηκίζειν 1360
πλυνομὼ ποιεῖς 597
πολυκοιρανίη 948
πολυφιλία 1298
πομπεῦειν 1714
πόνος πόνῳ πόνον φεῦγει 766
προσελήνοιοι 1191
προτάλοις 819
πτερυγίζειν 1186
πτωχαλαζῶν 396
πτωχομούσος 2009
πύγαργοι 650
πυρριχίζειν 1366

Ρ

Ρυπακόνδυλος 1461

Σ

Σάπροι cum simus 1814
Σκοροδίζειν 1158
Σκύτη βλέπει 701
Σοροδαίμονας 658
Στηνιῶσαι 1630
Σκληβδῶ 344
Συρακυσιῶν δεκάτη 833
Σύφαρ 54
Σχινοτρῶγες 487

Τ

Τελχῖνες 876
Τρεχετείπνος 1360
Τρικυμία 362
Τρίμινα 431
Τρυγόβιοι 1622
Τυμβογέροντας 659
Τύπος 1815

Υ

Υθλεῖς 267
Υπερμαζᾶν 934

Φ

Φαινοπροσωπεῖν 1759
φαλάρισμος 612
φελλίνας 1620
φειδίτια 1011
φίλαυτοι 221
φρυᾶς ἀδὼν 460
φυσύματα 1804

Χ

Χαριγλωπεῖν 1284
Χαρωνίται 1788
Χειροδίκαι 963
Χειροτονεῖν 952
Χηναλώπηξ 1694
Χρησολόγος 598

Ψ

Ψελλὴ οὐ πυτάλιν 375
Ψαλύπυρα 1229

Ω

Ωκύμοροι 552
Ωτακυσᾶς 109

T E Λ Ω Σ.

INDEX PROVERBIORVM IVXTA LOCOS, AC IVXTA NVMEROS PRIMI INDICIS,

Cuius quidem numeri huic indici respondent.

A BERRANDI.

EXtra calcem quis aberret
toto cęlo erras
tota erras via
pugna consilia scindit
a lineis excidere

Ab initio ad finem.

Ab ipso lare
a capite ad calcem
prora & puppis
venimus ad summum
a carcere
a carceribus
ab ouo vsque ad mala
a linea incipere
ab incunabulis
a teneris unguiculis
principium dimidium
quodcunqne in solum
exordiri telam
scindere glaciem
ea tela texitur
toto organo
a cęlo ad terram
ne inter appia quidem
saliua prima
ianuam, fenestram aperire
schema & gradus

Absurda indecora seu præposterа.

Fluuius quæ procul &c.
frustra habet
asinus auis
herculis cothurnos
lumen soli mutas
ranæ aquam
soli lumen
sus Mineruam
mercurius infans
sus cum Minerua
pica cum luscinia certat
vespa cicadæ obstrepens
currus bouem trahit
cancer leporem capit
velocem tardus
virgultea scapha
silurus putris in quadra argentea
mali viri honesta oratio
archilochi melos
agninis lactibus alligare canem
eodem collyrio mederi omnibus
ante pilos sapere
odi pueros præcoci sapientia
calceus pede maior
aratro iaculari
sus saltauit
mulgere hircum
iungere vulpes
nocte lucidus
cum aqua fauces strangulet
primas iactare hastas
operarij
omissis fontibus insectare riuulos
in herba luxuries
tuum tibi narro somnium
nil intra est oleam
iuppiter orbus
iugulare mortuos
mortuũ unguento perungis
ad consiliũ ne accesseris antequam uoceris
aduersus solem ne loquitur
more carico
accepta candela
lanam in officinam fullonis
nec aures habeo, nec tango
syncerum uas incrustare
iuxta fluuium puteum fodit
per parietem loqui
priusquam assa sit farina
priusquam mactaris
prius antidotum antequam uenenum
capra nondum peperit, hædus autem &c.
anulus aureus in narib. suis
in mari aquam quæris
umbram suam metuere
furari littoris arenas
canem excoriatam excoriare
nudo uestimenta detrahere
nudo mandas
caput artis
gallos quid execas
in aere piscari
piscem natare doces
lupi alas
boue uenari leporem
serenitati nubem inducit
dum uirent genua
ceruus canes trahit
aquam igni miscere
faber cum sis
elephantum ex musca
ebur atramento candefacere
exacta uia uiaticum
qui sese non habet, samum petit
leonis exuuium super croco ton
cantherium in fossa
ex natali emortualem facere
ocandum ut seria agas

post

post rem deuoratam ratio
trabem baiulans
solem adiuuare facibus
tarditas consilio adiuta
caligare in sole
teipsum nõ alens, canes alis
mari aquam e fossa infundis
mus non ingrediens
ad mensuram aquam
aliorum medicus ipse vulneribus scatet
anus eriphus
anus saltat
anus cothonisat
in toga saltantis personam inducere
camelus saltat
lucernam adhibes
claue findere ligna, & securi fores aperire
canidas paleas
vulpes bouem agit
ante barbam doces
dasypus carnes desiderat
tute lepus es, & pulpamentum queris
sydera addere cęlo
in pace leones
smaragdus in luce
nec uola, nec uestigium
delphinis in terra uires
manũ peteris & pedem porrigis
eburneis rastris solũ uertere
lingonib. aureis terrã fodere
fronti ocream, tibiæ galeam applicat
orestis somnium narrare
pistillum exornatum
flumina in terram commutat
priusquam pinsueris, farinam subigis
fulmenta lectum scandunt
nouus istæ palæphatus
a cauda ad os transferre
inter Sosias & tybios referre
fluuij cursus non detorquendus
crocum in ciliciam
tãquam super spinas incedere
aufidus Adriam retrofugit
calcei Sicyonij
uinalia sine uino expediri nõ possunt
alcinoo poma dare
de scammate egredi
testudo uolat

Accessio pusillæ aut nimia.

Cræsi pecuniæ teruno
piscis sale eget
holerum additamenta
gleba aruum
gutta vini
ne maior thylaco
cubitale
mantissa obsonia vincit

Ad rem pertinatia.

Nunc in regionem
ipsum ostij limen
rem acu tegisti
aedibus in nostris
omissis nugis rem
ab unguibus incipe

Adulatio.

Mercenarium præconium
saluere equorum filię
uerbis coquinarijs
in hostio formosus
refutantis laudem
haud quaquã difficile Athenienſem
cura esse quod audis
herculna scabies
ficum cupit
de fera comedisti
cauda blandiri
præstat habere
benignior pellace
letale mulsum
iopeam
polycrates matrem
ipse semet canit
magis ipse Phryx
climacides
glossogastores
gallonius

Aequalitas.

Aequa concertatio
in eadem lancea imponere

Aequanimitas.

In re mala
magistratum gerens
iactare iugum
ad finem ubi perueneris

Alijs alia placent.

Felix Corinthus
quot homines, tot sententię
suum cuique pulchrum
balbinum Polypus agnæ delectat
suus rex reginæ placet
te tua, me mea delectant
uelle suum cuique est
asinus asino, & sus sui pulcher
ad Syrenum scopulos consenescere

Alibi diminutum, alibi redditum.

Claudus optime
non omnia possumus omnes
facta iuuenum, consilia senũ
marinam auditione fluuiali abluit
quod alibi diminutum
subijce seni iuuenculam
non omnis fert omnia tellus
senum consilia, iuuenum
fructibus non stadiis certare
spicilegium relinquere
paludem & salinas emere oportet

Aliena curantis.

Bellum cononi curæ fuerit
in alieno choro
ne depugnes in alieno negotio
quæ supra nos nihil ad nos
aedibus in nostris, quę praua, aut recta gerantur
utere curru, de asinus nihil laborans
stultior Morycho

Alieno periculo.

Coctum de alio edere
de alieno ludis corio
non est meum negocium
alienam metis messem
innocuus alium aspiciam, meum &c.
faber cadit cũ ferias fulloné

Aliena a re.

Nihil aduersum
nihil ad fides
nihil ad Bacchum

mira

mira de lente
quid ad farinas
alia menecles
neque cęlum, neque terram
quid ad Mercurium
ego tibi de alijs
falces postulabam
extra chorum saltare
vltra septa transilire
extra oleas fertur
incita equum iuxta nyssam
haud contra ostium
meos corymbos
omissa hypera
de curru delapsus
me mortuo terra
mihi istic nec seritur, nec metitur
nõ luctu, sed remedio opus in malis
respublica nihil ad musicũ
quam in tragædia comici
equus sessorem rapit

Alijs sapere.

Alijs prospiciens
facile cum ualemus recta cõsilia ægrotis damus
quarta Luna nati

Amicitia.

Amicus non cogendus
amicitia stabilium
ama tanquam osurus
amantium iræ, amoris redintegratio
amici mores noueris, non oderis
nouos parans amicos
non potes Thetidem
vnus Deus, & plures amici
neque nulli sis amicus
ne cuius dextram inijce
nemo sibi nascitur
amicorum communia omnia
de manu in manum
amicitia æqualitas
amicus amico
amicus magis necessarium quam &c.
naera & charmione
qui circa salem ac fabam
salem & mensam ne prætereas
intempestiua beneuolentia
præstat habere acerbos
non sunt amici, qui degunt procul
multas amicitias
abijt & taurus in syluam
ubi amici, ibi opes
vsque ad aras amicus
amicorũ est admonere mutuum
animo ægrotanti, medicus est, &c.
in ære meo est
syncretismus
conciliant homines
cum amico non certandum æmulatione
queruli in amicitia
amicus lingua
felicitas multo habet amicos
felicium multi cognati
mensa communis
panis fractio
ad felicius latus inflectere
nauigare cum felicibus
tempus arguit amicum
ne rebus prosperis mihi uenias
feruet olla, uiuit amicitia
ipsis, & chijs
uultu sæpe læditur
sal & mensa
philotesius crater
salute tenus amici
amicus certus in re incerta cernitur
ollæ amicitia
uiri infortunati procul amici
plures adorant Solem Oriẽtem, quam &c.
ad felicem parietem
nudæ gratiæ
sapientes Tyranni
amicitias immortales esse oportet
amicus cum uitijs ferendus
amere frustra, odio ne sis frustra
fac nidum in una arbore
tantali philotesia

Amor.

Caunius amor
liberorum amantior
iniuria soluit amorem
mansum ex ore
medullitus
omnes intus
ut lupus ouem
ut Phrygius amauit
cestum habet ueneris
ex aspectu nascitur
paruus semper tuus
aureæ compedes
musicam, docet amor
capite gestare
qui non zelat
e creta raptus
lyge trahor
non soli Atride uxores amant
sanguis & anima
sternutauerunt amores
amor fit ira iucundior
capra cinnamomum

Anceps, & dubius.

Necessarium malum
neque cum malis
Polypi caput
gaudium dolori iunctum
plus alos
quid primum, aut ultimum
etiam capillus unus umbrã habet
ad utrumuis paratus
vtroque nutans sententia
uolens nolente animo
mala bona
vnica filia duos parere generos
inter pueros senex
aut cucurbitæ florem, aut cucurbita
oportet testudinis carnes, aut edere, aut &c.
aut mortuus est, aut docet literas
aut quinque bibat, aut tres, aut ne quatuor
excubias agere, aut ditari
in triuio sum
ancipitis animi
hasta caduceum

Delphicus gladius
ijsdem e literis
qui nocere potes
nauis aut galerus
tertium caput
triceps Mercurius
psecas aut ros
altera caduceum, hastam altera
gemina cordas ferit

Aperte, & crasse.

Præmansum in os inserere
crassa Minerua
crassiore tuus
canibus ossa proda
vomentum in numero
sua fronte

Approbandi.

Præmere pollicem
album calculum addere
creta notare
pedibus in sententiam discedere
momo satisfacere
omne tulit punctum
punctis singulis
calculis omnium
unione signare
alba felicia
alba faba
rectam instans uiam
ne Iuppiter quidem
seruum haud ueho
si tibi amicum

Arrogantia, iactantia.

Mira de lente
sine incolumis redeat
arcem e cloaca facere
gallus in suo sterquilinio
tollere cristas
attollere supercilium
nauphracton tueri
tollere cornua
arrogantia non ferenda
sybaritici sermones
tuo pede te metire
ultra peram
hamixæa
Sophocles Laudicæni
altius Oromedonte
ampullacea
basilica facinora
campana superbia
dea excogitauit
laureolam in mustaciis quærere
palmarium facinus
peristomata campanica
pulchrum sepulchri elogio
phaniæ ianua
sybaritæ per plateas
cicadis pleni
ex academia
ingredi Iunonium
summis unguibus
cœlum territat armis
ex uno multa facere
cœlum digito attingere
iouis sandalium
imperitus subligaculum indutus
fastuosus maximus
tanquam argiuum clypeum
homo bambylius
de pulmone reuellere
ipse dixit
auro loquente
ne mihi suffenus essem
pennas nido maiores extendere
ne sutor ultra crepidam
cœnei hasta
gigantum arrogantia
magis sibi placet
hic Rhodus, hic saltus
Atticus in portum
Calliphanes
bullatæ nugæ
uino uendibili suspensa hedera non opus
rellissare
diuinum excipio sermonem
ampullas loqui
annum in mensem contrahit
ne Samnione domi relicto
Salmoneus alter
Briareus, alias lepus
Io Saturnalia
coturnicis naturam induere
utur fastu plenus
Delphinum patina non capit
Mithecut cum sit Agamemnonem simulat
antronius asinos
fortes in tabula
orus, & Othus
rusticanus Oenomanus
grossus maturus ęsui ineptus
ocyma cantate
nescit se ipsum
Telephus è perula
Pisandri galea, & supercilium
Ioui patria intonat
tragici cothurni strepitus
lapitha

Assiduitas.

Minutula pluuia
assidua stila saxum excauat
bis septem plagis polypus
contusus
dicendo dicere discunt
latum unguem
taurum tollit, qui uitulum sustulerit
uelut umbra sequi
ne altero quidem pede
saxum uolutum non obducitur musco
multis ictibus deiicitur quercus
exercitatio potest omnia
ne genu quidem flectere
studium generat studium &
gutta cauat lapidem
polypus scopulo affixus

Asperitas, morositas.

Ferreus, ahæneus
uersatilis Artemon
cornea fibra
scytharum oratio
pandelitias sententias
thymbra uictitans
scabrosior leberide
totus echinus asper
durus alloquiis
echino asperior
corinthus, & collibus surgit & uallibus deprimitur
etiam quercus bacchatur
Agamemnonis hostia
matiolæchus
ne moue festucam
a lasso rixa quæritur
indurum, & implacabilem
scyta malus

gratijs

gratiis lita
reperit patella operculum

Attentio, & contra.

Purgatis auribus
mens peregrina
præsens abest
erecti
ausculta, & perpende
consulendum, & consiliis parendum
ceram auribus obdis
summis auribus insidet
fluctibus obloqui

Audacia.

Neque terræ motus timet, neque fluctus
fortes fortuna adiuuat
animus heptabocus
aqua præterfluit
martis pullus
alter Hercules
Achilles
Achilleum argumentum
non abiicit animum
ne quid moueare
in discrimine apparet, qui vis
non cedendum malis
qui cum contemptu uitæ in uadunt
improbitas muscæ
megabyri sermones
vbi uber, ibi tuber,
gyaro dignum
qui cælocem regere nequit, onerariam petit
cum musis certare

Auxilium infirmum.

Lunæ radiis non maturescit bottus
per fluuium traducere
sacer manipulus
coriaceum auxilium
ficulnum auxilium
fabula Leonem excipere
iolaum implorat
istis vellus non carpitur

Beneficium corruptum.

Perdisti uinum
capra Scyria
panis lapidosus
canina uictitans, cynocephalum oppugnas

Bibacitas.

Angina uinaria
madusa
parthi quo plus biberint, plus sitiunt
ranarum more
nec elephantus ebiberet
cothonissare
calicum remiges
argenteus puteus
colaria cadauera
in ollis uenari
mensura aquam bibens
Hectorem imitaris, ab Ilio nunquam recedis
quatuor habens capita

Bonæ fortunæ, copiæ, felicitatis, aut ominis.

Asinus in paleas
in uoti compotem
nunc illa aduenit Datidis cãtilena
procridis telum
albæ gallinæ filius
aut picem olet. aut florem
uirgula diuina
gygis anulus
orci galea
bonis auibus
omnia ex sententia cedunt
datyli dies
diis hominibusque plaudentibus
semper feliciter cadunt Iouis taxilli
sapiens sua bona secum fert
contingit, & malis venatio
iecit Achilles duas tesseras, & quatuor
ex astris delapsus
mortalis Deas
ilias bonorum
cumulus meritorum
plaustra bonorum
rex sum
sale, & aceto
sale nihil vtilius
supercilium salit
tranquillo quilibet gubernator est
effugi malum, inueni bonum
inueni non quod pueri in faba
sardis uenales
thassus bonorum
bonorum aceruus
horna messis
bonorum myrmecia
dathus bonorum
gargara bonorum
bona terræ
bonorum glomi
copiæ cornu
lac gallinaceum
extis pluit
capram cœlestem orientem conspexerunt
bonæ fortunæ, siue boni genij
oculus dexter mihi salit
bona spes ostensa
Deus undecunque
lux affulsit
noctua uolat
laureum baculum gesto
midas in tesseris
boues messis tempus expectantes
bos apud aceruum
bos ad præsepe
felicitas a Deo
primum recte ualere
Deum esse
lacinia obtinere
quæuis terra patria
mare animum non indiget
achaicum telum
ter sex iacit
Italicæ mensæ

Breuiloquia.

Tribus bolis
pauci loquus, sed eruditus
minore finire pomerio, & his similia
uno fasce complecti
tribus uerbis
chilonius modus

Cæcutientia.

Lolio uictitant
saturniæ lemæ

cucurbitas lippis
ollas lippire
hypsea cęcior
talpa cæcior
cæcior leberide
tiresia cęcior
in canis podicem inspicere
cimmeriæ tenebræ
cæca speculatio
cæcus cæco dux
neque cæcum ducem, neq. amentem consultorem
palpari in tenebris
è duobus tria uides
puluerem oculis offundere
nox humida
lippus oculus solis radios non fert

Calumnia.

Theocrines tragicus
aborere aliena captant bona
sycophantæ morsus
argiua calumnia
boliti pęnem
cydi pęnam debet
chius
pattæcione calumniosior
crater litium
frustra Herculi
samij mores
abydeni
falsum probrum
hoc municeps, aut uicinus nunciauit
fumus è ficu bus.

Carpentis se ipsum.

Domesticum thesaurum
propria uinera cædere
asciam cruribus illidere
carpathius restem
aranea nescit sobolem

Causa indefensa.

Heteromolie caussa
deserta caussa
ne de lite pronuncies
haud impune uindemiam facies
desertum uincere, capere, accusare

Cedendum multitudini.

Ne Hercules quidem
cedendum multitudini
extra publicam uiam ne deflectas
plurium calculus
contra duo contraria pugnare difficile
vnus contra multos
vnus uir, nullus vir
uni cum duobus nõ est pugnandum
tria Theramenis cauenda

Citra laborem.

Citra sementem
dormienti Dij conficient
citra puluerem
sub aliena arbore fructum
citra arationem
ultro deus subijcit bona

Clamosus.

Septem conuiuium
clamosior lauro
usque ad rauim
claudiana tonitrua
apertis tibijs
cyclobori uox
sarpedonium littus
stentore clamosior
abydena illatio
columnas rumpere
absit clamor in colloquio, aut lusu
iube factu procliuia
una clamore Neadas superat
suilla harmonia

Commodum interuersum.

Alii sementem faciunt, alii metent
mazam pinsuit a me
palmam præripere
absens hæres non erit

Commodo magno emptum.

Vale charum lumen
salamina nauis

Conatus.

Omnibus
aut terra, aut mari
commouere sacra
cominus & eminus
manibus pedibusq. & neruis omnibus
omnem uocem mittere
omni telorum genere
remis velisque
ancoras tollere
omni pede standum
cum hasta, cum scuto
omni certaminis genere
summis uti uelis
in magnis, & uoluisse sat est
miscebis sacra prophanis
mare cęlo miscere
terra mariqúe

Concordia.

Velut in cratere
concinere
dorice concinnere
eadem queri
pariter remum ducere
concordia fulciuntur opes
etiam exiguę
mutua defensio
tradunt operas mutuas
vt in uelabro olearij
acum & filium sumens rupturam consue
balneum ingressus depone odium

Coniectura.

Leonem ex unguibus æstimare
e fimbria de texto iudico
de gustu cognosco
de fructu arborẽ cognosco
æthiopem ex uultu diiudicare
cauda de uulpe testatur
ex fronte perspicuum
ex stipula cognoscitur
e culmo spicam
e cantu dignoscitur auis
effęminatorũ etiam oratio effęminata
stellis signare

obelo

obelo notare
unus homo non facit ciuitatem
multis irundinibus opus
unus nummus non facit diuitem
ex uno omnia
domi coniecturam facio
prima facie
cribro diuinare
signum bonum, aut malum
una hirundo non facit ver
omnibus uestigijs inquirere
qui bene conijciet
rem acu tetigisti
scopum attingere
crepitu probabis
qualis uir talis oratio
e pelle apparet
protinus apparet
leonem uidere, hostium prę lia portendit
mortuos uidens
mortuus per somnium uacabis curis
mittere lineam
hirundo ęstatem loquitur
conscientia crimen prodit

Consilium.

nihil est miserius, quam animus conscius
res sacra consultor
suadeo, quod ipse facturus essem
cosæ consilium
nox gubernatorem prudentem terret
ratio sapienti pro necessitate
nunquam crateri lagenam impone
quod dubites ne feceris
vt egeni eruum
archilochi vulpes
cum aquila esse queas &c.

Contagiomorum.

Ne gustaris quibus nigra est cauda
a bonis bona disce
oscitante uno
corrumpunt mores
si iuxta claudum
talis est qualis cum familiaris
ignẽ stipulæ admouere non tutum
studium generat studium &c.
cum uulpe habens commertium
elige uitam optimam

Contemptus & uilitatis.

tineas pascere
homo tressis
ne crepitu quidem digiti dignum
concha dignus
ne ligula quidem
tithymallus laconicus
semper me tales hostes &c.
incus maxima
aquila non capit muscas
elephantus non capit murem
cœnum barbaricum
cassa glande
fumus
fungus putidus
mithragyrtes non Daducus
nummo addicere
nummus plumbeus
non magis quam canem
nihil est, aut nihil curæ est
aquila tripas aspiciens
aquilam cornix prouocat
asinus compluitur
manum non uerterim
quod non est opus, asse carum est
uapula papyria
asinus esuriens negligit fustem
pili non facio
quam curat testudo muscam
nauci non facio
ne turuncium quidem
ne nummus quidem plumbeus
ne umbram quidem
ne alij quidem caput
ne terra quidem innuit
ne ramenta quidem
nihil sacri es
nihil sanum
homo trioboli
exiguum oboli precium
holerum appositio
Syrorum multa hollera
huius non facio
quatuor obolis
thrycæ, apinæ
nebulæ in pariete
trium literarum homo
uitiosa nuce
etiam chorchorus
inter indoctos
mandare laqueum
medium ostendere digitum
minimo prouocare
antehac putabam te habere cornua
non pluris quam sim
plumbeo iugulare gladio
hoc noueram priusquam
theognis natus est
locrensis bos
scarabæi umbram
bos homolottorum
septimus bos
generosus ex crumena es
indignus qui ille calceos detrahat.
obolo dignus
ut luti baiuli
titiuillitium
scraptæ
ficulna mens
dupondij
tobolates
cassa nuce
ne teruncium quidem insumpsit
attagen
sale emptum mancipium
ficulus miles
seruorum ciuitas
de fece haurire
garica musa
asinos non curo
pomarius Hercules
malum Hercules
leuidense munus
cicernus Bacchus
ollaris deus
foterichi lecti
cecidis & bulphoniorum
ficulnus
ficulnus gladius

in

in foribus vrceum
si cum Mercurio
merx ultronea putet
numerus
telluris onus
abominandus Scarabæus
minus de istis laboro
indus elephantus
cocleare crescit
connæ calculus
megarenses neque tertij, neque quarti
rusticanum oratorem
e flamma cibum petis
nysorum postremus
caricus hircus
indoctior Philonide
calabri hospitis xenia
principatus Scyrius
ciceris emptor
cubito emungere
canis uiuens è magdalia
non est curæ hippoclidi
non admodum misces
indignus qui illi matulam porrigat
tanquam conchylium
tragicus rex
uterque ambo
pannus lacer
quis usus cepis
inutilior blace
nec utilis, nec inutilis
indignus quem aspiciat

Carmina Homeri.

Extritum ingenium
barbam uellere
nihil cotio est
non pluris quam simias
fumi umbra
fulgur ex pelui
oppedere contra to
dionis gry

Appendicis.

Lutea progenies
arundinea crura, & tabi propheta
ager quam multos habuisti dominos &c.
annulus aureus in mare suilla
cinerem querere
proletarius scriptor
quadrante dignum
quidquid licet minus
desideratur

Contra.

Cantherium in fossa
in puteo constrictus
inuita Minerua

Contrarium philautiæ.

Non est beatus esse, qui se nesciat

Crudelitas & contra.

Opera sylosontis
phalaridis imperium
omnis herus seruo monosylabus
budoro more
lemnia manu
crudelis Bacchus
non magis parcemus
lutum sanguine
non est oleum in lecytho
boni uiri lachrymabiles
bupali odium
bupalia pugna
agrestis apis
licynij & licynium fulmen
marsyę mors
thyestea cena
sicula aula
neptuni filij

Cum auxilio citra auxilium.

Frater uiro adsit
sine ope diuina
ne gladium tollat
non absque Theseo
duobus pariter
nihil profuerit bulbus
tradunt operas
alieno auxilio potentes
alieno ferox præsidio
titanas imploras
ancora domus
columen familiæ
nostro Marte
sine cortice
vnus uir nullus uir
multæ mauus onus læuius reddunt
re opitulandum
chordę vice
uiuus fueris
papyri fructus
copiis nostris
sine cantibus & retibus
si Deus uoluerit
pecunia absque peculio
tanquam heros in clypeo
in pisa animum confirma
deo preęunte nullus officit obex
deus si modo faueat, quorsum amicis opus

Curiositas.

Canes venatici
scit quomodo Iunonem duxerit Iuppiter
nihil dulcius quam omnia scire
mylus omnia audiens
nihil inanius quam scire multa
Zenonium est, & lentem coquere
coryceus
multę regum aures
nodum in scyrpo
aliud homini, aliud humanitatis satis
inferorum triacadas
vbi Atridarum scapha
tudicam expoliuit
spinas colligens

Damnandi.

Notari vngue
carbone notare
contra retiarium ferula
ni pater esses
calculo mordere
æquales calculi
non probantis
ne vomen quidem
⊖ præfigere
in absurde locutum
abijciendum procul
niger infamis
spongia corrigere
limam addere
veru signare
aristarchus scriptorum ibi
cerulæ miniatulæ

Decretum.

Murus aheneus
domesticus testis
nullus dies omnino
ventis & mare & ignis seruiunt

uiunt
Xenocratis testimonium

Degenerantium in peius.

Se ipsum uincere
ab equis ad asinos
mandrabuli more
hæroum fili noxe
haud canit paternas
quis parentem laudat
a cesias medicatus
taurum tollet, qui uitulum ustulerit
eamus Athenas
tripuer senex
Troia non producit Thracē

Deprecantis, abominantis.

Despuere malum
uates secum auferat omen
in capras sylueſtres
bœon malus piscis
si quid mali in pyrrham
procul ab auribus nuncius ueniat
abhorrentis, ac detestantis
dulcis cubitus
felix & faustum sit lumen
Iuppiter plue mel

Derisio.

Rhinocerotis nasus
e sublimi me derides
naso suspendere
postica sanna
in eo ipso stas lapide
loripedem rectus

Desperatio.

Actum est
pinus in morem
perierunt bona
ad restim res redijt
suspendio deligenda
ad porcellum
a quinque scopulis
omnibus armis prę fidijsque destitutus

Difficultatis.

Non est cuiuslibet corinthū adire
nauigatio ad mensam
non huc nauigatur ab honestis uiris
non sus quiuis hoc sciet
difficilia quæ pulchra
cum principe non pugnandū
ire per extentum funem
clauam extorquere
nemo malus hoc sciet
non omnibus contingit
ægre quidem, sed facimus tamen
præter sybillam leget nemo
centum plautri trabes
azanea mala
capere prouinciam
capere ciuitatem
omnes laqueos effugere
trabs in omnibus
archimedicum problema
inter orci cancros adhæsit
non est cuiusuis rectè cōdire
scaperdam trahere
amoris pharmacis, amara bilis prouoluitur
nox gubernatorem prudentē terret
vbi vber, ibi tuber
camelus pyrrhicam didicerit
teucrum Pacuuij edisceré
argitumulus
literarum radices amare
fructus dulces

Differentiæ.

Pilus in medio
quisquis is fuerit
mysorum, ac phrygum termini
seiucta sunt Merrhæ
quid distant æra lupinis
ualeat amicus cum inimico
pastillos rufillus
fulicam cigno comparas
coruus absente graculo pulcher

Differentia.

Pauper diuiti dans poscit
mali uiri munera inutilia
ne fidei credendum
rara fides
simul & da & accipe
nemini fidas
fiducia pecunias
confringe tesseram
non persuaseris, etiam si persuaseris
ne Mercurio quidem crederem
cæca dies, oculata dies
oculatæ manus
pluries oculatus testis
unus, qum auriti decem
quot seruos habet &c.
hostium munera, non munera
homo homini lupus
etiam si cato dicat
lydus ostium mouet
tuam ipsius terram
syri aduersus phœnices
nox gubernatorem
prudentem terret
vespertinum amant, matutinum oderunt.

Dignitatis.

Canis, digna sede
digna canis pabulo
dignus obelisco
digna cedro
dignus Argiuo
dignum propter quod
dignus qui cum
quauis re dignus
regia uacula
batti silphium
decernetur equa
bos in ciuitate
sapientum octauus
vtramque paginam facit
esto promus
iuppiter aquilam
glaucus comesa
antiquior codro
myrteam coronam
roscius
medicus multorum instar
aurea barba dignus
iniurato credere
nectar spirat
Daphnis inter pastores primus
cera & ære nobilis
dignus qui ranis ministres

Diligentiæ.

Adamussim
thynni more
iuxta melam
ad vnguem

re-

refringere
recoquere
ad libellum debere
feniculum ad lapidem
factum transactum
pleno gradu
pluteum cędere
demorsos ungues sapit
in quadrum redigere
in nocte consilium
ruminare negocium
fixis oculis intueri
in occipitio oculos gerere
vnum ad vnum
incudi reddere
ruris fons
ithorus
caput scabere
Aristophanis, & Cleantis lucerna
oler lucernam
non vna manu capere
metiri digitis
atator nisi incuruus præuaricatur
non nauiges noctu
somnus absit ab oculis
neque quantu luscinię dormiunt
uel acum inuenisses
grues lapidem deglutientes
frons occipitio
arripe negotij curam
mihi curæ erit hoc negotium
mihi ista curæ
ex perpendiculo
folia cadunt post cadent arbores
transuersum vnguem
digitum transuersum
puncto non descedere
non omnia per bouem obtinebis
omni fune remisso
gallinaceus Euclionis
conando Græci Troia potiti sunt

Discordia.

Beta gammam persequitur
res tuas tibi habeto
bellum omnium pater
domesticum dissidium
discidij pomum
mappam mittere

Discriminis.

Apio opus est
sub cultro liquit
sus sub fustem
in Pithij templo
vtinam domi sim
fuge procul a viro
fuga tutior
post folia cadunt arbores
nunc contingat
de tuo capite
e canis podice
ascisce ad extremum sciētiā
in eadem est naui
de pilo pendet
periculum proræ
inter sacrum, & saxum
a fronte pręcipitium, a tergo lupi
flamma fumo est proxima
tua res agitur tunc
per ignem incendis
in neruum ire
nocuit, & nocebit
inter malleum, & incudem
in acie nouaculæ
res est in cardine
e nassa escam petere
ruta opus est
longæ rerum manus
fortiorem te vita
ne vni naui
vndarum in ulnis
filum contentionis
caluum quum sis
ouem lupum committis
obijcere canibus
ne in melampygum
ne temere Abydum
adscolon nec profisceris ipse
caue thoracem
ęgæum nauigat
ne in neruum erumpat
a bis septem undis
ne puero gladium
gladium acutum auertas
perque enses, perque ignem oportet irrumpere
non certatur de olea
maleam legens
per hastæ cuspidem
lepus pro carnibus
ex ore lupi
certamen non accipit excusationem
corpore effugere
in periculoso negocio
ingens discrimen
pyrrhonia hæsitatio
nihil ad persium
imbrij, & lemnij

Dissimilitudinis, & incongruentiæ.

nihil graculo cum fidibus
nihil cum amatacino sui
nihil aduersum
nihil ad fides
nihil ad Bacchum
asinus ad Lyram
quid cæco cum speculo
asinus ad tibiam
aliud noctua sonat
aliter catuli longe
alia voce psitacus
graculus inter musas
syrus cum sis
asinus in unguento
asinus portans mysteria
feli crocoton
cibum in matulam
ex diametro oppositus
alia res sceptrum
caluus comatus
simia in purpura
leonis exuuium induere
ne puero gladium
in eburnea vagina plumbeus gladius
in lente vnguentum
congregare cum Leone
aufer Mothonem
canis in pręsepi
seruus cum sis
extra oleas
extra camionem
extra organum
quæ semel ancilla
in agro surculario
asinus in pelle Leonis
simia in pelle Leonis.
asinus auriculas mouens
bos ad lyram
scarabeo unguentū inuisum

alabastrus putet huic
tu in legione, ego in culina
charixene non sunt ista
tunc canunt cycni, quando tacuerunt graculi
orimalides cum Acylis, ne contuleris
pica Sirenem imitans
quid delphino, & boui commune
quid lecytho, cum strophio
quid coturnus cum claua
quid barbiton crocoto loquitur
quid lyra cantalicæ
pigmeum imponere colosso
hercules πρωκοτοφόρος

Diuitiæ.

Cræso, Crasso ditior
midę diuitiæ
lysistrati diuitias
pactoli opes
cyniræ opes
pelopis talenta
ad ambas usque aures
ne decima quidem
vltra res Callicratis
zopyri talenta
diues aut iniquus
sacietas ferociam parit
quantum non miluus
tantali talenta
noctuæ laureoticæ
dextro Hercule
quantum habet quisque pecuniæ uir
unde excoquat
diuitiæ non semper
uestis virum facit
magnum os anni
nullius indigens
euparyphus ex comœdia
attagine nouilunium
arabum gazæ
persici apparatus
tantalicæ opes
herculis quęstus
ad pedes ad caput
pythiæ Mysii talenta
pauperi vitulus castrum
alcinoi horti
lydia arena
darij opes
herculis cornu
mare amnium non indiget

Diuitum prærogatiua.

Felicibus sunt, & trimestres liberi
multitudo Imperatorum
citius Telegore donarim
nemo bene imperat, qui non &c.
bonus dux bonum reddit comitem
arbore deiecta
viua vox
annus producit
alijs lingua, alijs dentes
dij trephes doliares habens alas

Diuturnum.

Lapis ad funiculum

Docilitas.

Aperte musarum ianuę
bos alienus subinde
vtinam domi sim
duro flagello mens docetur rectius.

Domi uiuere.

Testudo intra tegumen
domi manendum
domus amica
domus optima

Elabendi.

Casses rodere
omnes laqueos effugere
reperire rimam
extra callem
plaustrum perculit
formicæ semitam canit

Error in initio.

In limine deficere
in portu impingere
cantherius in porta
de limine offendere

Excellentia, inæqualitas.

Aquilam noctuæ comparas
cicadæ apem comparas
rana cum locusta
rosam cum anemone
acanthida uincit cornix
cancros lepori comparas
testudo pegaso
senecta leonis præstat
victoria meliorum
deteriorum victoria
chorus maior & concinnentior
ius in manibus
græsi pecuniæ teruncium
optima quidem aqua
bipedalis
camelus uel scabiosa
crotoniatarum postremus
plus apud campanos
aquilæ senecta, Corydi iuuenta
equis albis præcedere
culicem elephanti comparas
multis parasangis
testudinem equus insequitur
pica certat cum luscinia
bubo canit luscinia
si tanti vitrum
sedecim pedibus
tibiam tubę comparas
quanto asinis præstat
fluuius cum mari
hirundo totos schænos
hinnulus leonem
mineruę felem
nihil ad Parmenonis suem
post lesbium cantorem
nihil aliæ ciuitates
indignus qui illi porrigat &c.
nec dignus qui me intueatur
celmis in ferro
aquila in nubibus
manica
multi discipuli
solus sapit
formica camelus
hercules cum simia
nanus cum sis cede
hęc potior
corui luscinijs
seruus seruo præstat
antiquis debetur
a carnici equi
inter cæcos regnat
qui probus Athenienſis
unus multorum instar
alabanda fortunatissima
alpha penulatorum
accessei, & Heliconis oper

ambrosia alendus
gorgonem aggreditur
lydius currus
ne caprea contra leonem
prodico doctior
quo properas
alius alijs in rebus
non omnia possumus omnes
diuinum sermonem excipio
friuolæ ciuitates reliquæ ad crotenem
dij omnia possunt
nec ad Adonia quidem
num uitat humum, nubes & inania captat
gratia musis commiscere

Execrandi.

Tragicæ execrationes
diris agere
deuotionis templum
oedipi imprecatio
phocentium execrationes
in omni fabula Dedali execratio

Execratio.

Res palestræ & olei
umbratilis, & domestica exercitatio
nitor ac palestra
e schola cantilenam
puteus si auriatur

Ex euentu iudicium.

Mali principij malus finis
mox sciemus melius
cocta numerabimus exstare
res indicabit
magistratus uirum indicat
rem factã stultus cognoscit
piscator ictus sapiet
post acerba prudentior

Exitium honestum.

De pulchro ligno uel strangulare
sapientia in exitu canitur

Exilium.

Seruabis bouem
testaceum flagellum
terram pro terra

Experientia, seu periclitationis.

In care periculum
in dolio figulariam
in arenam descendere
primas iactare hastas
velitari
quanta mus apud pisam
omnem mouere lapidem
omnem rudentem mouere
respublica uirum docet
omnem iacere aleam
aut ter sex, aut tres tessere
rex aut asinus
vela uentis permittere
deo, fortunæ quæ committo
res ad triarios redijt
sacram ancoram soluere
mouebo talum a sacra linea
semper tibi pendeat hamus
fabri fabrilia tractant
asinus sedet
rex sum
tentantes ad Troiam peruenerunt Græci
& post malam segetem serendum est
multum nauigauit aquæ

Ex sese.

Domi habet, domi nascitur
domesticum malum
nihil passus graue
emere malo, quam rogare

Facundia.

Attica musa
lepos Atticus
cygnea cantio
tunc canent cygni, cum tacebunt graculi
nestorea eloquentia
nihil ex agro ducis
nunc ipsa uiuit sapientia
nunc ipsa floret
musarum aues
mella poetica
incantatione quauis efficatius
corinthia uerba, & Ionica
byssina uerba
luscinia musarum
mercurij typus
musarum fauus
mercurij catena
os duodecim salientum
præ nili cataractis

Fames.

Fames, & mora
miserrimum fame mori
molestus interpellator uenter
cestreus ieiunat
non interpellandus famelicus
ventre pleno melius
etiam bætylum deuorares
manduces
ære & rore pastus
choros tragicos moleste fert
thessalica buccea

Festinationis.

Nauibus atque quadrigis
citis quadrigis
iouis quadrigis
equis albis præcedere
talaria induere
citius quam asparagi coquãtur
celerius quam butes
simul & dictum, & factum
duobus pedibus
in foribus adesse
uelis equisque
vir fugiens aut moratur lyræ strepitum
ocyor accipitre
pegaso uelocior
salaminia nauis
parit puella etiam si male absit uiro
ignem palma
aphya ad ignem
ne nimium calidum
intra septimam
prius quam gallus iterum ecinerit
uiuit, incende ignem
a subeunte portum naui
matura satio
prior occupat
sacra celerius absoluere
lupinum potum
vt canis e Nilo
duobus clauis figere
alienis vti soleis
crisonem Imæreum præcurrere
quantum pedibus potes

Festinatio præpropera.

Qui nimium properat
canis festinans cęcos parit catulos

catulos
ante victoriam encomium canis
ante lentem augere ollam
ęstate penulam deteris
muscum demetere
siculus omphacissat
præmouere uenarum
odi puerulos prękoci sapientia
non statim finis
festina lente
citius quam formicæ papauer
dedaleum remigium
ante pilos sapis
imberbis senes doces
ergini cani
uno die consenescere
facilius quam morbum deuicerint Bęoti
quam facile canis exta edit
citius quam gradatim

Fides, & grauitas

Folium sibyllę
ex tripode
bonus magnusque
priscis credendum
suffragium optimum
semper aliquem uirum magnum
oraculum
ex adyto
iniuriato eredere
legatus non cæditur, neque uiolator
eo Iouis tabulis
atticus testis
attica fides
iouis lapidem iurare
rhadamanti iusiurandum
uiri iureiurando
iouis suffragium
amphictionum consessus
pollicẽtis se promissa re prę stiturum
dictum ac factum
mineruę suffragium
ueriora his quæ apud sagrã
oculis magis habenda fides
domesticus testis
uenereum iusiurandum
dignus qui cum in tenebris mices
de manu in manum
manu longa seu breui
censorium supercilium

Feminæ.

Femina nihil pestilentius
ignis, mare, mulier
sublata lucerna
mulieri ne credas
nec mulieri, nec gremio credendum
mulierem exitia
mulieris oculus
mulier pudica ne sola sit usquam
qui non litigat, cælebs est
tamquam Chalcidica
tessala mulier
in triclinio choa
in cubiculo nola
intus Hecuba, foris Helena

Focus.

Focus Inculentus

Forma deformitas.

Ominabitur aliquis
a furiis oriundus
leporem non edit
myconius caluus
pistillo caluior
multam syluam gestas
pronomi barba
træxenem nauiges
quod pulchrum, idem amicum
callipygos
perdicis crura
ex ouo prodijt
pulchrorum etiam autũnus pulcher est
simia est simia
thersitæ facies
corytheo deformior
simiarum pulcherrima deformis est
fumus pulchriorem persequitur
herculis clypeus
tanquam pauo se circumspectans
cadaueris instar uenustus

Fortitudo.

Masculum
achilles
achilleum argumentum
naxia cos
adamantinus
aut manenti uincendũ, aut moriendum
thurium lema
mœnia ferrea
infligę plagam
in lypsidrio pugnas
solæ, Lacenæ uiros pariunt
achillea arma
deorum liberi sunt inuulnerabiles
tydeus corpora, animo Hercules
murus semiramidis
pallenicum tueri
atticus miles

Fortunæ commutatio.

Testulæ transmutatio
alia uita, alia diæta
nunc pluit, & claro nũc Iuppiter ęthere fulget
cum deo quisque & gaudet, & flet
ipsa dies quandoque parens quandoque nouerca
omnium rerum uicissitudo
multę rotæ uoluentur
fortuna æstuaria
res in foro nostro
flos cinis
catastrophe fabulæ
bene natis turpe est male uiuere
ubi non sis qui fueris, non est cur uelis uiuere
ad pristina præsepia
a remo ad tribunal
dionysius corinthi
nemo mortalium omnibus horis sapit
pitana sum
fors domina campi
inter manum & mentum
multa in medio
mars communis
circulus res mortalis
quod aliter cõdiuit coquus aliter condiam

bona nemini hora est
osculana pugna
per manus tradere
de manu in manum
cedrus cecidit
cras cerdo, hodie nihil
computatorum digiti
nauficlidis solitudo, nec ver, nec amicos
victoria ἑτεραλκὴς

Fortunata stultitia.

Athenienſium incõſultate meritas
dormientis rete trahit
in nihil ſapiendo iucundiſſima vita
malum vas non frangitur

Fraus ab amico.

Vallus vitem decipit
canis mendico auxilians
aſcoliſſare
agamemnonium epulum
vulpis reliquiæ
nodorum vincula texentes

Frugalitas.

Phormionis thori
a colo non fico
allium in retibus
oliuam ne comedas
cilicii Imperatores
vita doliaris
ſycion arrodens uxor lacernam texe
tanquam in phiditiis
hecatæ cęna
thymbra uictitans
ſalem lingere
ſi caſeum haberem
xenocratis caſeus
aſpera vita ſed ſalubris
ſalem & caſeum edo
anima ſicca ſapientiſſima
hecales cęna
in agrum ſeruus
cappari victitas, qui potes Anthia
eſt modus matulæ
hortus altera ſuccidia
indigentia mater ſanitatis

Fruſtrata ſpes.

coruum deluſit hiantem
theſaurus carbones errant
bolus ereptus e faucibus
murem oſtendit pro leone
concupiuit aſſam
ne per ſomnium quidem
aliena iacis
larus parturit
cepphus parturit
parturiunt montes
lupus circumputeum
lupus hiat
aurificem te futurum
quærens obſonium
ne quære mollia
duos inſequens lepores
hic funis nihil attraxit
inani ſpe flagrat
ſtuuius non ſemper fert ſecures
ſpem precio emere
ſemper agricola in nouum annum diues
cretenſes ſacrum
nucleum amiſi, reliquit pignori putamina
præuertit ancoræ iactum deus
in caducum parietem inclinare
fædum eſt manſiſſe diu uacuumque rediſſe
non omnia cueniat, quæ in animo
ſcipioni arundineo
ab alno ſpectat
argiuos armat oraculum
minnunt præſentia famam
ſuilla abſumpta, bouem nõ expectes
da panem & pugnum

Fuerunt non ſunt.

Stultus opportuna loquut⁹
iam illi iam non ſunt, at qui ſunt mali
fuere quondam ſtrenui
fuimus Troes
omnia bonos uiros decent
ſępe etiam eſt holitor ualde
opportuna locutus
ſummaria indicatura
bubulcus antea, nunc caprarius.
leo prius, nunc leporẽ agit
olim Pelaſgi, Danaidæ poſtea

Fucus.

Lecitum habet in malis
oleo nitidiu
ſchenicolæ
theſſalicum numiſma
aliud quidpiam exorna
cathatum ſicaminorum in malis habere
formos⁹ ſine pulchritudine
caracalle nummi
geometriam exercere in cilio

Garrulitas.

Archytę crepitaculum
arabicus tibicen
turture loquacior
prolixius Iliade
cornicari
daulia cornix
hirundinum muſca
luſciniæ nugis inſidientes
in mentem quidquid venerit
ad uinum diſerti
cicadę ſine canent
citeria
muſarum aues
tam multa quam ſapiens
dodonęum ęs
caute loquacior
littore loquacior
cicada uocalior
non eſt eiuſdem & multa & opportuna dicere
homo ſemper contradicens
tanquam ſuber
teleuitia echo
balneator
moſcus canens Bœoticum
ſi coruus poſſet tacitus paſci
quicquid in buccam venerit
quicquid in linguam venerit
citra vinum temulentia
meliacum nauigium
interſecta muſica
linqua quo vadis
leuiſſima res oratio
ſaburratus
cane Tellenis
farcire centones
ſine capite fabula
chius choum loqui nõ finit cicade

cicade humi canunt
treicia hirundo labijs inſtrepit
ſupra clepſydram dicere
turtur cantat

Gratitudo.

Merces amico conſtituatur
qui lucerna egent, infundũt oleum
lingua pręconi præciditur
pro bonis glomi
ſyloſontis chlamys
lingua ſeorſum inciditur
gauia in ſtagnis
immortales gratiarum horti

Hærædipetæ.

Si vultur es, cadauer expecta

Honos indigno hauitus.

Bos in quadriga argentea
bos ſeptimus
aſinus in pelle Leonis
ſimia purpurata
malus choraules, bonus ſymphoniacus
ſtrumam dibapho tegere
ornamentum in luto, dignitas indigno

Hoſpitalitas.

Haud unquam arcet oſtium
ſemper aliquis in cydonis domo
hoſpitis habenda cura
fores habet tritas

Ignauia, & inſcitia.

Neque compluitur, neque ſole aduritur
neque latare, neque literas
neque tria quidem Steſichori noſtri
libethrijs in elegantior
barbarus e triuio
nec ſibi, nec alijs utilis
claudi more tenere pilam
equi ſenecta
anus uelut equus
ab aſino delapſus
liberæ capræ
næ ęſopum quidem triuiſti
nullam hodie lineam duxi
neglectis utenda filix innaſciturag ris
domi pugnas more galli
ſupinus
ameles angulus
ignauis ſemper feriæ
mulieris podex
qui domi compluitur
ne uidit quidem oleum
pigris ſemper eſt feſtum
ignarus habenas non tractet
circa montis radices uerſari

Ignoratio.

Nullius coloris
in alieno foro litigare
in tua ipſius arena
albus in ater ſis neſcio
non nouit natos
ne pictum quidem nouit
late uiuens

Illecebra mali.

Lotum guſtauit
periculoſum eſt canem inteſtina guſtaſſe

Impoſſibilia.

Prius lupis ouem ducat vxorem
prius duo echini amicitiam ineant
prius locuſta bouem pariet
mare prius uitem tulerit
prius teſtudo leporem præuerterit
ſurſum uerſus ſacrorum fluminum feruntur fontes
fontes ipſi ſitiunt
citius in naui cadens a ligno exciderit
aquilam teſtudo uincit
terra uolat
citius elephantum ſub ala celes
capram portare non poſſum & imponitis bouem
ab aſino lanam
ſimul ſorbere, & flare
ſine pennis uolare
ſtatuam faucibus colas
nunquam efficies, ut recte ingrediantur cancri
ſambucum citius
lenticulam angulo tenes
ex arena funiculum nectis
aſini cauda non faciat cribrũ
augiæ ſtabulum
veſte circumferes ignem
lupo agnum eripere
luſciniæ deeſt cantio
quid ſi cœlum ruat?
bos porrecto vltra Taygeton capite
nec Deus, nec homo
vento viuere
ſcarabæus citius faciet mel
mulieri deſunt uerba
tantali menſa
atlanticum mare cotyla exſorbere
priuſquam ignitus lapis enatarit
andromachen ex anguibus concinnare
rete inflas
amnis curſum cogere
citius terra ætherem conſcendet
in aceruum metere
myricæ citius poma ferent

Imperitia.

Dulce bellum inexpertis
operarij
uocales

Impoſturæ.

Dare uerba
addere manum
os ſublinere
obtrudere palum
fucum facere
circum tondere comam
noua hirundo
perſonam mauult, quam faciem
in laqueum inducere
obolum reperit parnætes
epheſiæ literæ
embarus es
planus ſemel ctura fregit

Improbi.

Lydi mali
lerij mali
ætoli
mali commatis
bipedum nequiſſimus
tenedius tibicen
phrynondas alter
noui Simonem, & Simõ me beſtia beſtiam nouit

ambrones

ambones
ballio
eurybatissare
vltra Eurybatum
tria cappa pessima
duplex cappa
diagoras melius
non capit somnum
lupi decas
cum sacco adire
onobatis
cercopum cœtus
cercopissare
magis impius Hippomene
mare proluit omnia
qui omni in re, & in omni tempore
seruilis capillus
ulyssis remigium
dii dent tibi tuam mentem
nones laudandus
compendiaria res est improbitas
insania non omnibus
sacrum ignem inflari nefas
siphnia arra
annulus aureus in nare suilla
durei equi speciem præfert

Impudicitia.

Osce loqui
onobatis

Impudentia.

Manci pera
faciem præficare
nudo capite
atticus aspectus
lingua non redarguta
personam non faciem gerit
sine persona lasciuire
tabernariam exercet fronte
ilio indigna uerba
lynges

Inanis meius.

Vmbra territas
utre territas
da lapidi uolam
mure obstrepente, etiam timet
panicus caseus
metum inanem metui
multa in bellis inania
theagenis hecatæum
canes timidi vehementius latrant
aspersisti aquam
leporem frondium crepitus terret
lamiæ turris
vti nutrices lamiam

Inanis operæ.

asinum tondes
ab asino lanam
vtrem uellis
caluum uellis
æthiopem lauas
mortuum flagellas
aquam e pumice postulas
mortuo uerba facis
littori loqueris
bulbos quærit
aquilam uolare doces
delphinum natare
delphinum cauda ligas
nebulas diuerberare
asini caput ne laues nitro
de asini prospectu
ad fractam canis
de fumo disceptare
de asini umbra
arenam metiris
arenæ mandas semina
de lana caprina
in aqua scribis
reti uentos uenaris
ignem dissecare
isthmum perfodere
in arena ædificas
parieti loqueris
cribro aquam haurire
in aqua sementem facis
danaidum dolium
fimo suffitum facere
bos ad ceroma mittis
ocnos funem
nudus nec à centum uiris spoliari potest
operam & retiam perdere
sterilem fundum ne colas
eundem calceum omni pedi
in saxis seminas
utrem mergis
in aqua sitire
inter lapides pugnabant, nec lapidem tollere poterant
cauam Arabiam serere
aranearum telas texere
arare littus
e multis paleis parum fructus colligi
ouum adglutinas
penelopes telam retexere
oleum & operam perdidi
perijt sus
ollam exornas
ollas ostentare
quid opus erat longis canere tibijs
nihil agere
cum dijs non pugnandum
asinum sub fræno currere doces
apud nouercam queri
ferrum natare doces
cauda tenes anguillam
austrum perculi
cui nullum negotium erat Hermenem muro cinxit
milium terebrare
uacuam inhabitare
in frigidum furnum panem immittere
coruus albus
lapidi loqueris
linum lino nectis
surdo oppedere
laterem lauas
anthericum metere
lapidem elixas
surdo canis
utrem cædis
uerberare lapidem
impete peritum artis
laborem serere
a lupi uenatu
alienum arare fundum
hylam inclamas
hic funis nihil attraxit
hydram secas
cotem alis
cum coryco luctari
cum dijs pugnare
cum plurimum laborauerimus, eodẽ in statu sumus
cum laruis luctari
canis

vtre territas
senex psitacus negligit ferulam
mortuo mederi
senem admonere
vmbra territas
mari aquam addere
inaniter aquam consumis
vndas numeras
in cœlum iacularis
in eodem hæsitas luto
voluitur luto dolium
ululas Athenas
in syluam ligna ferre
contorquet piger funiculum
tranquillum ethera remigas
ventos colis
vento loqueris
nugas agere
actum agere
aquam in mortario
volantia sectari
saxum voluere
ex inanibus paleis
frustra canis
milium torno sculpere
obturbas frustra
memorem mones
cancrum ingredi doces
apud fimum odorum vaporem spargis
inuitis canibus venaris
inuitos boues plaustro inducere
contra torrentem niti
contra stimulum calces
leonem larua terres
senis mutare linguam
senis doctor
herculei labores
quasi sutrium eant
asinus balneatoris
mare exhauris
exurere mare
phrynichi lucta
muscas depellere
aues quæris
humi auris
excubiarum caussa canens
influit, quod exhauritur
e tantali hortis
dentem dente rodere
oresti pallium texere
ver ex anno tollere
barbam i ab ulnis puerorum uellere
caprarum nomina
dormienti loquor
ventos pascere
in cinere scribere
araneæ tela
accessorium operis loco

Inæqualis pensatio.

Ne uerba pro farina
pro perca scorpium
vmbra pro corpore
palumbem pro columba
pilos pro lana
pro malo cane suem
malo bono pensare
diomedis, & glaudi
ad fractam canis
conos artoxya
si vinum postule, pugnos illi dato
in parte uel ignem prædetur aliquis
amisit vrbem, & pugionem recepit

Incertus euentus.

Mars communis
inter os & offam
multa caduut inter calicem & suprema labra
in herba esse
nescis quid serus uesper uehat
nullo scopo iaculari
si crebro iacias, aliud alias iceris
sol omnium dierum, nondum occidit

Incitare.

Alas addere
cithara incitat ad bellum
classicum canere
stimulus fodere
cubito stantem tangere
fodere latus
aurem uellere
cur cessatum est?
frigidam aquam suffundere
feri puer
ignarium dare
ad scamma producere
hinnulus ne cum leone partiatur

Inconstantiæ, perfidiæ, uersutiæ.

Ventorum statio
panagæa Diana
cothurnus
vnica filia duos parare generos
chimæra
lachryma nil citius arescit
modo palliatus, modo togatus
pedibus utrisque claudicare
utroque nutans sententia
venti campus
mutabilior Methra erisichthonis
chamæleonte mutabilior
polypi mentem obtine
mulieris animus
euripus homo
cnips in loco
cothurno versatilior
aliud stans, aliud sedens
duabus sedere sellis
duos parietes de eadem dealbare fidelia
duplices viros
de toga ad pallium
duodecim artium
thessalorum commentum
phœnicum pacta
locrense pactum
thracium commentum
hoc calciamentum consuit Histiæus, Aristagoras induit
thraces fœdera nesciunt
quibus nec ara, neque fides
altera manu fert lapidem, altera panem obstentat
repariazare
maritimi mores
lingua iurauit
punica fides
græca fide
non idem sunt scriptura, & leucæus
dædali opera
admirabiles in nectendis machinis ægyptij
multa nouit vulpes

magnus uersator in re pusilla
simia non capitur laqueo
volaticum iusiurandum
semper adfert lydia mali quippiam
semper africa noui aliquid apportat
verisimiliter mentiens
lampon iurat per anserem
magis uarius, quam hydra
sisyphi artes
pyrrhandri commentum
megaricum machinamẽtum
vlyssium commentum
vias nouit, quibus effugit Eucrates
libyca fera
e poculo perforato bibere
expedit habere plura cognomina
si leonina pellis non satis est, vulpina addenda
non chius, sed cius
vespertilio
trochi in morem
fons Dodoneus
vtroque claudicare
proteimore
dextrum pedem in calceo, sinistrum in pelui
multa noris oportet, quibus Deum fallas
ex eodem ore calidum, & frigidum efflare
ex se fingit uelut araneus
obliquus cursus
cantharo altior
cassioticus nodus
pardi mortem adsimulat
sphondyla fugiens
vulpis reliquiæ
pergea Diana
pardalis exuuium induere
deos absentes testes facit
senis ira

Inculpatus.

Ratio quidem apparet, &c.
aurum indice exploratum
purior clauo
a puro pura defluit aqua
aurum igni probatur
aurum colophonium
ne momus quidem ipse posset carpere
sol non inuidet uespere
massilienses mores
amicus Plato, magis amica ueritas

In delitijs.

Porcellus acarnanius
mus albus
melitæus catulus
alexandrinę delitiæ
agri podex
ex cubitis cenare
expumicare
crispiores apio
totam spirare Arabiam
siculę mensæ
pigris semper est festum
quem cos non nutrit, illum nec Ægiptus
byssina uerba

Indeprehensos.

Folio siculno tenes anguillam
medius teneris
decipula murem cæpit
in laqueos lupus
in area latitas
in easdem ansas uenisti
laqueus laqueum cæpit
laciadæ
hinc illæ lacrymę
ubi cognitum est, quod erat occultum
hęc Helena
culleo dignus
hydrus in dolio
tempus omnia reuelat
cuculus
anguilla in strigmenzo
determinare fossam

Indiligentiæ.

Princeps indiligens
si quis iuxta ciuitatem clipeus.
malus ianitor
phani ostium
a limine salutare
vt canis e Nilo
per transennam inspicere
per satyram
summo pede
summis labijs degustare
extremis digitis
primoribus labijs
molli brachio, leui brachio
compressis manibus
pulmo prius uenisset
oculis clausis agere, vel perstringere
de paxillo suspendere

Industria.

Dij facientes adiuuant
cum Minerua manum moue
manu admouenti fortuna imploranda
ni purges & malas, non comedes
neque mel, neque apes
qui uitat molam, uitat farinam
manum admouere
optimum obsonium labor se nectuti
lutum nisi tundatur, non fit urceus
serere ne dubites
qui arat oliuetum
quid tandem non efficiant manus?
probæ materia est, si probum adhibeas artificem
artem quæuis alit terra
ex umbra in solem
muli Mariani
ars porticus miseriæ
multis brachijs æqualis
aurum e stercore coilligendum

Infacundia.

Canere ad myrtum
ialemo frigidior
peius Babys canit

Infortunij siue exitij.

Asinus inter simias
nouacula in cotem
uita spinosa
aqua & terra reddamini
asinus inter apes
in apes induxisti, irruisti
tria e curia dicas
ad aquam malus
canis in uincula
mitte in aquam

adcy-

ad cynosarges
ad coruos
in puteo cum canibus pugnare
in beatam
in orciculum
charontis ianua
terrestria balnea
aurum habet Tolosanum
equam habet Seianum
tragicum malum
mostelam habes
cadmea uictoria
fortunatior Strobolis
issa
nens læua
genius malus
mala ultro adsunt
per medium anulum traharis oportet
e tribus malis unum
extrema extremorum mala
ogygia mala
diolygium malum
labore laboriosius
lemnium malum
magnetum male
malis mala succedunt
tenarium malum
tam perit, quam extrema faba
viuus uidensque
ilias malorum
lerna maiorem
semper Ilio mala
sybaritica calamitas
alio relinquente fluctu, alius excipit
cyrbes malorum
noctua inter cornices
hodie nihil succedit
malorum thesaurus
malorum panegyri
per tenebras quæ apud quercum
grauiora Sambyco
malo asino uehitur
miserior monomachis
quæ ex antiqua
cuiusmodi portento me inuoluit fortuna
my sortitus es
seruabis bouem
inus dolores
niobes mala
antiopę luctus
cythnicę calamitates
cyrnea iactura
argyeollis
arda damicum bellum
ardens uestis
aegypti nuptiæ
militauit cum Erasiuade
qui multum obfuit
excubias agere in Naupacto
lepus apparens
rupta ancora
commune naufragium
obedientia felicitatis mater
mariandinus tibicem
simiæ sanguinem profudisse
tenedia regula
orestis insaniam insanire

Ingenij malitia & institutio.

Lupus pilum mutat, non mores
naturam expellas furca tamen ipsa recurrit
lignum tortum, haud vnquã rectum
aethiops non albescit
qui semel scurra nunquam paterfamilias
podex lotionem uincit
occasione dũtaxat opus improbitati
saliuam imbibere
quo semel est irabuta recẽs seruabit &c.
parcus maculas nõ deponit
colossi fragmenta
eloquentia male siue moribus discitur
intestina adolens, ipse carnes deuorat
figura & triobolus
vulpes pilum mutat non mores

Ingratitudo.

Viuum noueris
ale luporum catulos
aries nutricationis mercedẽ persoluit
qui canem alit externum
hirũdines sub eodem tẽcto ne habeas
pro beneficentia Agamemnonem ulti sunt Achiui
pro perca scorpium
nemo bene merito bouem immolauit &c.
simul & misertum est, & interijt gratia
in seneta ne quid beneficiũ collocaris
arietis ministerium
numeros licet perdas aquã in comendo

Ingrata ob uetust.

Piscis nequam
piscis repositus
quantum ex Bacchanalibus
antiquiora Dipththera loqueris
ab aborigenum seculo
a nannaco
res cannacæ
antiquior quam claos
per antiquum diem
pellenæa tunica

Initium laudatum.

In hoc calciamento pedem habet
operi incipienti fauendum
cum paruula est, bona uidetur spina
primum aegina pueros optimos alit
primum Mars in filiis laudatus est

Iniustitia.

Stateram ne transgrediaris
malum lucrum, æquale dispendio
fabarum arrosor

Insalubritas.

Qui mori nolit sybari ante tempus
herculanus morbus
harculana scabies
cadaueris instar uenustus

Insidiæ.

Canis ad cibum
cauentis clãcularias insidias
oportet omnibus corydalis
tragulam iniicere
ab transenna cibum
in transennam inducere

L pul-

pulchre fallit vulpem
cuniculis oppugnare
punicis malis omnibus granum aliquod putre
equus Troianus

Instans.

Ante pedes
in manibus esse
conclamare uasa

In stupidos.

Ede nasturtium
nihil ab elephante differs
poreus obesus
sacer piscis
tanagræus cetus
mamacuthæ
loquax talpa
bos marinus
nihil differs à cherephonte
mens non inest centauris
becceselenus
saturni podex
caput uacuum cerebro
margites
rana gyrina sapientior
ouium nullus usus
ouium mores
fœnum esse
tibicines mentecapti
ne quis unquam Megarensibus
midas auriculas asini fungus
ant regem, aut fatuum nasci oportet
stultior Melitide
nescit capitis, & inguinis discrimen
uir uidebatur nauis
terræ intestina
larus hians
lucerna pinguior
bœotica sus
bœticum ingenium
bœotica auris
asinus stramenta mauult, quam aurum
colophonium calciamẽtum
in nauibus educatus
uasis instat
ueruecia statua
tredecim cubitorum
antiquiores crono & Tiranibus fuistis
falsitudo nihil inest illi
bibe elleborum
strychnum bibit
porcum immola
squillas e sepulchro
minus habet mentis, quam Dithyramborum &c.
pistilio retusius
embarus sum
phryx plagis emendatur
seruilior Messana
stultior corębo
stultior Morycho
stupidior praxillæ
corpus sine pectore
antronius asinus
archadicum germen
arcadas imitans
asinum in rupes
feles Tartessia
stulto ne permittas
non inest illi dentale
septennis cum sit, nondum edidit dentes
stultitia est Iouem putare esse
vt Bagas stas
desertum obtueri
terebintho stultior
cæcus auribus
bis pueri senes
saturniæ lemæ
auris Bataua
abderitica meus
neronianas thermas refrigerat
archigenis indiget
pulmonis uitam uiuit
phryx non minus, quã spintharus
ne Mercurius ipse quidem sanarit
alba præcordia

Intemperantia, libido.

Myconius uicinus
unico digitulo scalpit caput
baceli similis es
hermiosus usque ad gulam
batalus
tibicinis uitam uiuis
samiorum flores
sponsi uita
melle te ipsum perungis
samiorum larua
samium comatum
sardanapalus
uale charum lumen
lesbiis digna
lesbiari
corinthiari
lydus in meridie
lydus cauponatur
pepones
lydo more
uidere mihi labda
adonidis horti
ut corinthia uideris
agathonia cantio
summo digito scabere
chalcidissare
phicidissare
siphniassare
clisthenem uideo
sinopissas
sus per rosas
aries comibus lasciuiens
caprarius in æstu
quæ sub alis fiunt
emassilia uenisti
complura masculi canis cubilia
lentiscum mandare
pernicissare
nil boni cogitat uir arrigens uira charadrii
circulator cybelius
uoluptas malorum esca
lumbos fractus, ut Mysius asinus
utramque inflare tibiam
caricum schema

Intempestiua, inepta.

Saturnalia non semper
ibyci equus
in crastinum seria
simulare cupressum
intempestiua beneuolentia
in lente unguentum
aestare pernulam deteris
mense Maio nubere malæ
mentam belli tempore neque seriro, &c.
rosam, quæ præterierit, ne quæres iterum

foras

foras cares, non amplius anthisteria
anus hircissans
anus bacchatur
feli crocotou
apage hospitem
quid de pusillis magna procemia
tragœdias in nugis agere
annosam arborem trãsplantare
ne unquam uiris senis
molestum sapientem apud stultos loqui
malum est bonum
in pace leones
mira de lente
cum Euandri matre loqui
alabandicum opus
inter lugentes iocari
monitor capras age
morsimi uersus quis descripserit
clypeum post uulnera sumere

Internicio.

Funditus, radicitus
ne ignifer quidem reliquus est factus
ne bolus quidem relictus
pinus in morem
perdere naulum
cum cane simul & lorum
fuimus Troes
qui iure perierunt
omitte uatem
rudens omnis disruptus est
multores reipublicę pestis
hippodromica bona

Inuidia, æmulatio.

Cognatio mouet inuidiam
esurienti ne occurras
inuidus, uicini oculus
figulus figulo inuidet
inimicus & inuidus uicinorum oculus
unicum arbustum non alit duos erithacos
una domus non alit duos canes
zoili
edentulus uescentium dentibus inuidet
expertes inuidentiæ
iactantiæ comes inuidia
turpesilere
optat ephippiabos piger, optat arare &c.
fertilior seges est in alieno aruo
præstat inuidiosum esse quã miserabilem
alauda non est sine crista
matteæ beluam alit
a uipera morsum calpas

Ira.

Lucernam accendere possis
in fermento iacere
fluctus mutus
iracundior Adria
mordere frenum
mordere labrum
telum ira facit
bilis in naribus
herculis ira

Iteratio citra tędium

Bis terque quod pulchrum
honesti nulli sacietas
unedones

Iteratus error.

Eadem oberrare
iterum ad lapidem eundem offendere
nõ licet bis in bello peccare
uulpes non iterum capitur laqueo
cauendum ab eo, qui semel imposuit
uenia primum experienti
sus in uolatubrum
canis reuersus ad uomitum

Iudicandi.

In quinque iudicium genibus situm est
panidis suffragium
sus tubam audiuit
auris Bataua
coruus albus
cęci præscriptio
quod index auro, id aurum homini
lydius lapis
gnomon, & regula
tenedius homo
tenedius patronus
manum ferulæ subduximus
nouit quid album, qd nigrũ
nouit mala & bona
purpura iuxta purpurã diiudicanda
amussis alba
lesbia regula
nasus
censoria uirgula
ueteris mouetæ
pulchra apud pueros simia
postes transcendere
omnem lapidem nitidum adorantes

Iuuenta.

Iuuenta uiribus pollet
iuuenari

Iustitia.

Æqua lance
rhadamanti iudicium
orphica uita
rectam instans uiam
uirtus simplex
partitio non præfocatio
homines frugi
exigua res ipsi iustitia
trutina iustius
iustitiæ oculus
iustitia iustior
mars rex
bachyris
eadem pensare trutina
rhamnusius
prienensis iustitia
rectam ingredi uiam
dum clauum rectum tenean
ad amussim
ne moueto lineam
ex æquo partire
æqualitas haud parit bellũ
quæ non posuisti, ne tollas
a sacris abstinendę manus
nemo quemquam ire prohibet publica uia
zaleuci lex
dat ueniam coruis
quod alij uitio uertas, ipse ne feceris
urbanus nihil æqui cogitat
draconis leges

Lacessentis.

Arietem emittit
cominus atque eminus

non ut prior lædam
nunquam enim meos abegerunt, nec equos
tangere hulcus
temulentus dormiens non est excitandus
thunissare
irritare crabrones
ut lupus ouem
insuere in saccũ, uel culeum

Lætitia, uide Tristitia.

Languor, uide Vehementia.

Laudata.

Cianis in lingua
silentij tutum premium
mulierem ornat silentium
alia committenda, alia celanda
qui obticescit
qui continet archanum
muti citius loquentur
areopagita taciturnior
ueluti Mineruę calculus
sapientes sunt, qui ueteri uino utuntur
mare amnium non indiget
primus, secundus, tertius
primus, medius, nouissimus
ne sol quidem sciet
ne uicini quidem sentiunt
qui sitiunt silentio bibunt

Lautitiæ.

Iouis cerebrum
iouis lac
deorum cibus
attica balnaria
herculana balnea
in coryla gestaris
mellis medulla
optimum condimentum fames
afra auis
anima, & uita
cotunissare
Lydorum caricæ
qui possum ab hoc epulo abesse
thasium infundis
nectaris flos
ueneris lac
cæna popularis
in leporinis
non ab Hymetto
laconice cęnat
thessalus missus

Libenter.

Accipit & glebam erro obuijs ulnis

Liberalitas.

Quod recte datum est
pingui mensura
pleno modio
bis dat, qui cito dat
ambabus manibus
promus magis, quam condus
larus in paludibus
coladi chœnix
bona porsenæ
de alieno liberalis
plena manu
communis Mercurius
theagenis munificentia
charitate septum esse oportet

Libertas, ueritas.

In uino ueritas
quod in corde sobrii, in lingua ebrii
uinum animi speculum
lingua lapsa uerum dicit
emendus cui impenes
oracula loqui
uera fronte
uero uerius
de plaustro loqui
iubentis aperte loqui
obsequium amicos, ueritas odium parit
byzeni libertas
& fama fuit, & eras
aperte simpliciterque loqui
ueritas simplex oratio
ad cribrum dicta
curtum os
in uino ueritas
ficus ficus, ligonem ligonem
uocat
audi quæ ex animo dicuntur
profundum sulcum
os inest orationi
libera corcyra
liberi poetæ
ter
alba linea
ueriora Bacidis dictis
libera in cynadra: qua ad Scirrhonem tendere
amicus Plato, magis amica ueritas
in cauea non canit luscinia
libertas Romana
latina libertas
domi suæ, quilibet rex
leuato uelo de caussa cognoscere
quod sal carni

Longeuitas.

Nestorea senecta
ultra pensum uiuere
ultra catalogum
ultra linum
cornicibus uiuacior
hesiodi senecta
tithoni senecta
phęnice uiuacior
sibylla uiuacior
facies tua computat annos
alterum pedem in cymba charontis habere
uiri senis astaphis caluaria
maturæ fias senex
mala senium accelerant
sexagenarios de ponte deiicere
uitiat lapidem longum tempus
mors optima rapit
in sola sparta expedit senescere
fatale uitæ tempus
senex bos non lugetur
uiuum cadauer
danace
epimenidum corium
idem Accii, quod Titii
uiro seni maxillæ baculus sene-

senescit bos
phenicis instar reuiuiscere

Lucrum ex scelere.

Vsuræ nauticæ
tributis potiora
lari uita
aquæ furtiuæ dulciores sunt
briarei manus iniicere

Luxus & mollicies.

Vita macerata
pontificalis cæna
pergręcari
semper leontini iuxta pocula
thericlei amicus
sale perunctus hic adiuuabitur
e clibano boues
thessalorum alæ
sapientia uino adumbratur
sine Cerere & Baccho friget Venus
heterognathus
siculissare
ficus auibus gratæ
asini mandibula
choreæ Ionicę
matrem sequimini porci
ionice
porcus Troianus
græco more bibere
decempes umbra
uenter auribus caret
uentrem mihi obiicit
utres Thylaci
pyreus non fert uasa inania
bos in stabulo
herculani lecti
abronis uita
episcythissare
sybaritica mensa
syracusana mensa
uixit dum uixit
nauiges in Massiliam
teneri calidis balneis
amazonum cantilena
amphidromiam agere
ex amphitheto bibere
maschalam tollere
uinum senem etiam uel nolentem saltare &c.
uinum caret clauo
coronam quidem gestans, cęterum siti proditus
cerylus euadam
binis tonderi forficibus
ne Dæon piscis molestus sit
dorice incedere
alexandrinæ delitiæ
nemo comatus, qui non pręciditur
hercules in Lydia
in communi pisce non insunt spinę
thessalicus saltus
suaue me suffocet
thmuitarum hircus
ad oculos magis, quam ad uesicam pertinet
uolsellis pugnare, non gladiis
nectar spirat

Magnifica promissa.

Aureus in olympia stato
aureos montes polliceri
solidos e clibano
charetis pollicitationes
album panem pinso
modio demetiar
uerba importat Hermod.
alybantis hospitis munera
hesperidum mala
cillicon bona
nicostrati more
sponde, noxa præsto est
montes frumenti
theagenis hecateum
theatrum simul & aperit, & claudit

Magni momenti.

Vel Megaram usque
dignum propter quod uadimonium deseratur
sal patriæ pluris faciendus, quàm hospitis mensa

Maledicentia.

Execrationes serere
mesonica dicteria
ultra hyperbolum
archilocum calcas
cuminum serere

Mali retaliatio.

Neoptolemi uindicta
termeria mala
dedi malum, & accepi
qui quæ uult dicit, quę non uult audit
eodem bibere poculo
pro pede xenium

Malum conduplicatum, aut renouatum.

Ignem igni ne addas
ignis non extinguitur
oleum camino addere
oleo incendium restinguere
hydram secas
malum malo medicari
morbum morbo addere
lutum luto purgare
pro cæco exoculatus
præstat uni malo obnoxium esse quam duobus
post Marathonem pugna
lis litem serit
de fumo ad flammam
litem parit lis
est Pylus ante Pylum
fallacia alia aliam trudit fallaciam
illico hyems erit
tumultus post bellum
addere gangrenam
neque phasis mala eluat
foracus malorum
in eodẽ ualetudinario iacere

Malum uertens bene.

Nunc bene nauigaui cum naufragium feci
laqueus auxiliari uidetur
bellum haudquaquam lachrymosum
e tragico comicum drama

Malum assuetum.

Callum ducere
neque enim ignarus sum
nota res mala

usus

usus est altera natura
scarabęo citius faciet mel
Malum accersitum, aut retortum.
Ilienſis tragędum conduxit
ſuo iumento ſibi malum accerſere
qui inſpuerit in cauernam fornicarum
ſuo ſibi hunc iugulo gladio ſuo telo
ſuo ipſius laqueo captus eſt
ſuo ipſius iudicio periit ſorex
incidit in foueam quam fecit
captantes capti ſunt
in uenatu periit
hanc techram in te ipſum ſtruxiſti
ex ipſo boue lora ſumere
talia gignit bellum
ſecurim iniicere
ſibi parat malum qui alteri parat
nemo læditur niſi a ſeipſo
chius dominum emit
uiro Lydo negocium non erat
mala attrahens, ut cęcias nubes
ne quid ſuo ſunt capiti
arcadiam me poſtulas
in cęlum expuis
in tuum ipſius malum lunã deduces
lunam detrahere
eurycles
dares entellum
ipſe ſibi perniciem accerſiuit
accerſitum malum
atlas cælum
coruus ſerpentem
omnes attrahẽs, ut magnes lapis
bis interimitur qui ſuis armis perit
colubrum in ſinu fouere
hoſtis domeſticus
pyrauſte gaudes gaudium
capra gladium
prudens in flammam mitto manum
calidum prandium comediſti
malum conſilium conſultori peſſimum
bœotis uaticinare
camelus deſiderans cornua etiam aures &c.
ſibi malum reperit
cæno puram aquam turbãs, nunquam &c.
bellorophontes literas
ale luporum catulos
phoci conuiuium
puer glaciem tractat
turdus ipſe ſibi malum cacat
tute hoc intriſti, omne tibi exedundum
faber compedes quas fecit, ipſe geſtet
ipſe ſibi mali fontem reperit
ipſi teſtudines edite
bos aduerſum ſe ipſum pluuerem mouet
echinus partum differt
noſtris ipſorum alis capimur
eenoe charadram
capra contra ſe cornua
carpathius leporem
calidam ueruti partem
cornix ſcorpium
cornutam beſtiam petis
cicadam ala corripuiſti
iritare crabrones
octipedem excitas
anagrym commoues
ſuem irritat
leonem ſtimulas
fontibus apros immittere
leonem radere
malum bene conditum
mouere camarinam
pyrauſtæ interitus
ipſa olera olla legit
ipſo cratere
docui te urinandi
fecem bibat, qui uinum bibit
de fumo ad flammam
iſthmum ſinapi bibit
aſciam cruribus illidere
icciens ictus eſt
ſemel in laqueum uulpes
formicarum nidos inſpirauit
proteruia ignominiam præcedit
pauca male parta, multa bene comparata perdunt
Malum male uitatum.
Fumum fugiens ignem incidi
de fumo ad flammam
euitata charybdi in ſcyllam incidi
ne cinerem uitans, in prunas incidas
cucurret quiſpiam ne pluuie, &c.
Malum immedibile.
Chironium uulnus
podex lotionem uincit
aceſias medicatus eſt
non liberat podagra calceus
inſanus appenſis pellibus nõ curatur
decumani malorum fluctus
Malus uicinus.
Salſuginoſa uicinia
aliquid mali propter uicinum malum
ſi iuxta claudum habites, diſces &c.
Manſuetudo.
Mactata ueniet lenior oſtia
auricula infima
ſedens columba
ſpongia mollior
appio mollior
oleo tranquillior
mitior columba
cera tractabilior
pepone mollior
mitior malua
cinædo mollior
Memoria.
Iucunda malorum præteritorum memoria
ſtimulis fodere
fodere latus
cubito tangere
ignarium dare
iucundi acti labores

quæ

quæ dolent, ea moleſtum eſt contingere
ubi quis dolet, ibi & manũ habet
aurem uellere
tanquam meum nomen
ex Ilio me ducis
adamante notare
Metus ex conſcientia.
Fures clamorem
lupus aquilam fugit
lupus ante clamorem feſtinat
conſcientia mille teſtes
fures ipſi accuſant
Metus pœnæ.
Funiculũ fugiunt miniatum
metus infamiæ
manum de tabula
abſque baculo ne ingredior
cautus enim metuit &c.
in tempore cauenda pœna mali
ſamiorum mala metuis
volam pedis oſtende
Minantis.
Aeacidinæ minæ
ferrum & flamma
& meum telum
ſi tibi machæra eſt
complurium thriorum
ollam alere
calcar tollere
qui paratus ad reſiſtendum
ne mihi vacuam abſtergas
Mira noua.
Agamemnonii putei
annus clibanum
cyziceni ſtateres
carnici poemata
cornicum oculos
glauci ars
cercyrea ſcutica
tenui filo
agas aſellum
ad id quod erat opus
magna ciuitas, magna ſolitudo
vt Aedituus reſponſa numinis prædicat
ab aula receſſit
Mixta.
Copię cornu
centones
aurum e ſtercore colligendum
Modeſtia, modusq;
Noſce te ipſum
in ſe deſcendere
intra tuã pellem te continere abſtergere
ſecum uiuere
emungens acrius elicit ſanguinem
furor fit læſa ſępe patientia
bonus animus læſus grauius multo iraſcitur
contrahere vela
in tuum ipſius ſinum inſpue
tecum habita
efficimus pro noſtris opibus mœnia
manu ſerendum, non thylaco
ita fugias ne præter Caſam demittere ſeſe
arabius tibicen
ne uicies muſicam
nihil minus expedit
ne quid nimis
dimidium plus toto
ubi paueris impera
domus recta
neque Lydorum carycas
neque peſſimus, neque primus
funem abrumpere
ne ſupra pedem calceus
meſſe tenus propria uiue
iucundiſſima nauigatio
iucunda uiciſſitudo rerum
iniquum petendum
ſummun cape, & medium habebis
paſtillos Rufillus
arcus tenſus rumpitur
oportet agrum imbecilliorẽ eſſe quam agricolam
lapides ad filium
mel ſummis digitis delibandum
eſt modus matulæ
muſicus apparatus
Moleſti, intolerabiles.
Lippo oculo ſimilis
ne beſtiæ quidem ferre poſſent
tota hulcus eſt
muſcæ improbitas
onus nauis
quos non tollerent
aegyptius laterifer
in culmo arare
anno ſenior
ut fici in oculis
athos celat latera
maniuoro uinculo
æthna Athon
Multi.
Non vna uehit nauis
quod ilicis folia
quod fluctus inſulæ
Munerum corruptela.
argentaginam patitur
bos in lingua
bouem in faucibus
lupi illum uidere priores
malis ferire
muneribus uel dij capiuntur
uirtutem & ſapientiam uincunt, &c.
dorica muſa
munerum corruptela
muneribus res agitur
argentis haſtis pugnare
qui multa rapuerit, pauca ſuffragatoribus, &c.
vulpes haud corrumpitur muneribus
ſaluete equorum filiæ
pecunioſus dominari non poteſt
frumentum in populum
lepus leonem trahit aureo laqueo
manus in Aetolis habet
Munus, non munus.
Mali uiri munera inutilia
pauper diuiti dans, petit
cyclopis donum
hoſtium munera, non munera
malum munus
cum Delphis ſacrificauerit, ipſe carnes abſumit
Munus aptum, aut ineptum.
Ranis uinum
non noſtrum onus

negocium

negocium non aptum
non quo uis ligno Mercuri⁹ fiat
officium humilius
apta prouincia
nauis annosa non nauigabit per mare
putre salsamentum
ad pedem
iuxta nauem
pigmeorum acrothinia colosso adaptare
veneri suem
bos sub iugum
a Deo facti
ad hoc nati, sculpti, facti labra non palatum rigat

Munus boni consulendum.

Munerum animus
nihil recusandum
donum quodcunque
arripienda quæ offeruntur
equi dentes inspicere
thymo nemo uescitur, ubi adest caro
gubernatori somnolento ne benefacito

Mutandæ sententiæ.

Palynodiam canere
calculum reducere
vertere uela
funem reuertere
consilium in melius commutandum
imitabor nepam
talum reponere
antica exclusum, postica recipere
capræ anniculæ pera
spongia medebitur
æqualia reddere capita in pugna
duro flagello mens docetur rectius
flamma persequeris, quem genueras

Mutati instituti.

Nuces relinquere
Longum ualere iussit
rudêres & remos cum armis commutauit
pro eleganti medico malus poeta
de calcaria in carbonariam
de toga ad pallium
a Dorio ad phrygium
maritimus cum sis ne uelis fieri terrestris
vlysses pannos exuit
ad bonam frugem
qui multum obfuit
circeo poculo

Necessitas.

Necessitas magistra
nemo cogendus amicus
fatum immutabile
fatis imputandum
diomedes necessitas
ingens telum necessitas
feras non culpes, quod uitari non possis
quod factum est, infectũ reddi non potest
transuersum agere
uocatus atque non uocatus
nec dii quidem a morte liberant
mors omnibus communis
omnia esculenta
lepori esurienti etiam placente fici
uiro esurienti necesse est furari
adactum iusiurandum
uolentem bouem ducito
nemo cogendus amicus
officium ne collocaris in inuitum
necessitas molesta
sontica caussa
panis prior prora
eodem iugo urgeri

Nobilitas obscuritas.

Virtus gloriam parit
auis ex auibus
cymbalum mundi
iouis germen
generosior Codro
generosior Sparta
ne patris quidem nomen dicere possit
terræ filius
matris ut capra
lychnobii
in astragalis nobilitas
cera & ære nobilis

Non solus ille.

Brasidas quidem
multi Manii Ariciæ
multique bonique

Notus.

Hoc iam & uates sciunt
rumor publicus
intus & in cute
principes inter se, noti

Nouitas.

In folle offendere
nouitas grata

Homericus versus.

Aliud genus remi
grata nouitas
quis modus equitum
pulchra apud pueros simia
cælaturam olet
asinus de Aesopi puteo

Nugalia.

Nugę theatri
cantilena ex scholis

Nunquam.

Cum nibas occysauerit
ad Græcas calendas
cum mula pepererit
plenilunio fiet
per harma

Nupera.

Heri nudiustertius
da mihi hodiernum, tu sume castrinum

Nusquam.

Nec apud homines, nec in mari
vbi cerui abijciunt cornua in Aphannis

Nuncius lætus.

Haud annuncias bellum
prouoluitur ad miluum
quid tibi Apollo cecinit?
vulcanus tibi vaticinatus est
sirenem amicum nunciat, apis hospitem
helenę crater

Obliuio.

Hac non egredietur uerbum
vino inscribere mulieris iusiurandum
obliuionis campus malorum

malorum obliuio
ne malorum memineris
odi memorem compotorẽ
ex libro gubernat
viuorũ oportet meminisse
olle vestigium in cinere turbato
imis ceris eradere
bibere mandragoram

Obscuritas.

Per nebulam
delius natator.
numeris Platonicis
Dauus sum, non Oedipus
bœoticum enigma
in canis podice inspicere
ne Apollo quidẽ intelligat
non sum diuinus
lex Africani
problema Archimedicum

Obsecundantis.

Ad digituli crepitum
lex & regio
Deum sequere
non statuar lecnam
obedientia felicitatis mater
insanire cum insanientibus
bubulum obtueri

Obtrectatio, & maledicentia.

Mortui non mordent
mortuus non cõuitiandum
cum laruis luctari
iugulare mortuos
non impetam lingua
tuis te pingam coloribus
sphęram inter se se reddere
infixo aculeo
vulgus suspicax
pellem caninam rodere
zoili
archilochum teris
dente Theonino
carpet citius
genuino mordere
dentata charta
hipponactum præconium
archilochi patria
etiam in deorum cætu
archilochia edicta
plaustra conniriis
naues onustæ conuiciis
morsus aspidis
nystricis seta
cum protogne mortuo bellum gerere

Occasio.

Repagula aperire
ianuam aperire
capere crines
occasio premenda
ansam quærere
eximere è manu
fenestram aperire, & similia
gladium dedisti
tollenda mali occasio
nunc tuum ferrum in igne est
non semper erit æstas

Ocium.

Liber non est, qui non aliquando nihil agit
nihil agere
rurestris locusta
tanquam ouis meridiana
pigris semper esse festum

Occulta.

Fauere linguis
terra defossum
occultæ musices
qui apud inferos
nisi si quia uidit auis
attici Eleusinia
in tenebris saltare
monstrum alere
muris circumcurrentibus
summis ingredi pedibus
in aurem dicere
ostium obdite prophani
in simpulo
in angulo
admoto capite.
vrit absque torre
sphyngis enigmata dissoluit
sub tunica & sinu
sub pallio condere

Occupatio ocium.

Ne ad aures quidem scalpendas ocium est
nullum ocium seruis
festum multas habens
vincula tyrrhena
cum licet fugere
pigris semper est festum
æsopicum onus

Odium.

Odium agreste
odium vatinianum
odium nouercale
oderint dum metuant
odit cane perus
empedoclis simultas
archidamicum bellum
cui ista arrident
ne uia quidem eadem
fratrum inter se iræ
ira omnium tardissime senescit
cui placet obliuiscitur, cui dolet meminit
a te, litæ
& Scellij filium abominor
non magis quam canem
ut lupus ouem
principum fauor

Ominandi.

Si tu proreta
cum musis
adsint dii beati
mercurio dextro
in morbo consumat
in tuum ipsius malum lunam deduces.
introite, nam & hic dii sunt

Omnia.

Angustum & latum
dulce, & amarum
nec animans, nec inanime
ioca, seriaque
etiam mater, & sorores
eleusina seruat, qd ostendat

Originis.

Ex tardi gradis asinis equus prodijt
ex quercubus nati
nunquam ex male patre bonus filius
e squilla non nascitur rosa
ex minimis initijs maxima
exiguum malum, ingens bonum
bonæ leges ex malis moribus procreantur
hinc belli initium.
piscis primum a capite fœtet

Ab impiis egressas est iniquitas
male corui malum ouum
è circulo
generosioris arboris statim planta cum fructu est
magnorum fluminum nauigabiles fontes
hinc illæ lacrymæ
etiam è uite rubus nascitur
ex eodem lare
etiam rosæ inter vepres nascuntur
troia nõ producit Thracem

Parasiti.

Muscæ
olla feruet
myconiorum more
quadra propria
ad solarium uersari

Paupertas.

Obolum non habet
leberide nudior
iro, codro pauperior
nudior paxillo
telenico pauperior
nudus tanquam ex matre
araneas eiicere
cum exossis suum rodit pedem
macilenta manu pinguem pedem
pedem ybi ponat
cinclus
pistillo nudior
paupertas sapientiam sortita est
pauper sed ingeniosus
multa docet fames
zonam perdidi
animam deber
saguntina fames
meliæa fame
famis campus
aquam bibens
non est dithyrambus
pausone mendicior
qui eget, in turba uersetur
hæcala pauperior
fames magistra
ad incitas
centro & spatio circumscripta
ne tempestas quidem
non habet cui indormiat
omnia præter animam
tunicati
mendico ne parentes quidem amici sunt
bipedalis
canalicolæ
theagenis pecuniæ
cleomenes superat
certissima paupertas
cæna sine sanguine
mugilis uitam degere
cæna terrestris
agrestibus oleribus victitat
araneis abundat
crateris poetica
aranearum plenus aluus
in prato spinosum aliquid
centum uiri unum spoliare non possunt

Pensatio beneficij, uel officij.

Manus manum fricat
botrus oppositus
da mihi mutuum testimonium
senes mutuum fricant
pro Delo calauriam
fricantem refrica
eodem cubito
eadem mensura
par pari referre
hostimentum est opera pro pecunia
pro bonis glomi
vt sementem feceris
benefactis pensare delicta
gratia non ducitur pœnitentia
qui honorat, se ipsum honorat
in paro frigida quidẽ aqua, sed pulchræ mulieres
benefacta benefactis aliis pertegito &c.

Perficiendi, siue absoluendi.

Tenedia bipennis
colophonem addidit
colophonium suffragium
summum fastigium imponere
circulum absoluere
summam manum
supremum fabulæ
ad vmbilicum ducit
ad coronidem vsque
seruatori tertium
domum imperfectam ne reliquas
domum cum facias, ne reliquas impolitam
omnia octo
ad Herculis columnas
ad phasim usque
omni deuorato boue, incauda defecit
bellicum canere
receptui canere
hic telã texuit, ille diduxit
filum neuisti, & acu opus est
summum suere centonem
lunæ radiis non maturescit botrus
nihil potest nec adi, nec adimi
quadratus homo
vltra gades
classicum canere
rudem accipere
rude donare
finem uitæ specta
prouinciam capere
cursu lampada tradere
polycleti norma

Perfidia.

Superauit dolum Troianũ
græca fide
punica fides
altera scabit, altera ferit
ex eodem ore calidum, & frigidum efflare
magadari
altera manu fert aquam, altera ignem
altera manu fert lapidem, altera panem ostentat
ventis & scripturæ in aqua credere

Perplexus.

Ventus neque manere finit neque nauigare
auribus lupum teneo
gangamon

in

in aqua hæret
in puteo constrictus
perplexus, animique consternatus
ne Execestides quidem
labyrinthus
de gradu deijcere
peribis, si non feceris
nec currimus, nec remigamus
nec caput, nec pedes
edentulæ maxillæ
mithrij pœnas sustinere
tanquam Gorgone conspecta
statua uiatores omnes intuens

Perspicacitas.

Lynceo perspicacior
serpentis oculus
odorari, & similes
manubrium eripere
abaridis sagitta
ventura per dioptram prospicit
pharus

Perspicuitas.

Et puero perspicuum
notum lippis ac tonsoribus
tanquam in speculo
rudius ac planius
electro lucidio
velut e specula
archimedes nõ poterat melius describere
mens uidit, mens audit

Pertinacia.

Alios tragœdos prouocat
ostrei in morem
mordicus tenere
toto corpore, omnibus unguiculis
gladiatorio animo
nisi crura fracta fuerint
vincat tuus tripes
gradum figere

Philautia.

Non uidemus manticæ, quod in tergo est.
quod volumus sanctum est
papæ Myxus
amicus tragœdos æmulatur
tragice loqui
turpis iactantia
ne magna loquaris
argenti fontes loquuntur
fœnum habet in cornu
colophonia ferocia
oleum in auricula
ab Eteobutadis
ne intra uestibulum quidẽ
aut minus animi, aut plus potentiæ
mendax atraphaxis
verrucis offendi, qui tubera habet
auris supina
quæ, quis ipse facit
suum cuique pulchrum
suo quisque studio gaudet
festucam ex alieno oculo eijcere
suus cuique crepitus
pedere thus
in armis accissat
& me mater &c.
te ipsum laudas
te ipsum inspice
patriæ fumus
multi te oderint
sine riuali diligere
sapere uidemur cum simus

Potentes.

Preces armatæ
pisces magni paruulos comedunt
deorum liberi sunt inuulnerabiles

Prælongi.

Porcus obesus
caliga Maximini
clematis Aegyptia
amens longus
nullus malus magnus piscis
pinguis uenter
pusillus quantus Molo

Præter spem bonum, aut malum.

coturnix Herculem
omnia secunda
homo homini Deus
Deus ex improuiso apparẽs
mercuriale
deorum manus
negotium ex ocio
faciũt sphaceli immunitatẽ
mopso nisa datur
glaucus poto melle resurrexit
lauares peliam
subitum remedium
ne hoc quidem male
pro uirgine cerua
matulæ modus est
mansum male reijcias
non propter pedis cum lyra discidium
deorum dona sæpe non dona

Probrum gloriam.

Fractis auribus
non omnino temere
sutorium atramentum
scarabæo nigrior
cythonymi probrum
cerite cera dignus
hic bonorum uitorum est morbus
quem fortuna pinxit
uitelliana cicatrice stigmosum
probrum honestum
cur non suspendis te
smyrnei mores
uerba sine penu, & pecunia

Procliuitas.

Currentem incitare
bene plaustrum perculit.
a uicinis exemplum
in planiciem equum
mustellæ seuum
calcar addere currenti
una scutica omnes impellit
lydum in planiciem
sphera per præcipitium
uno digitulo
suade lupis ut insaniant
in numerato habere
tarichus assus est
titio ad ignem
maturior moro
olla lenticulam attigit
ignis ad torrem
incitare currentem
quam facile vulpes pyrum comest
tam in procliui quam imber
tanquam de narthe

mercator nauiga
vna pertica
monitor adiuuas
ignem ne gladio fodito
musas hortari, ut canant
præsente arbore ligna omnes colligunt

Proficientium in melius.

Ab asinis ad boues
diues factus desijt
satis quercus
effugi malsi, inueni bonum
iuxta cubitum profecit
meliores nancisci
melius nobis est quam heri
ex bono in bonum
fuit & Mandroni ficulna nauis
hodie nullus, cras maximus
i modo venare
etiam inter vepres rosæ nascuntur
etiam vetus arbustum transferri potest
benefacta benefactis alijs pertegito &c.
cubitis adolescere

Profusio.

Calliæ defluunt pennæ
opus ad opus
gallorum incusare ventres
proterniam fecit
relinque quippiam
e dolio hauris
vna cum ipso canistro
largitio non habet fundum
plena manu
cupidinum crumena
festo die si quid prodegeris
bello parta
glaucus alter
caricum sepulchrum
cui multum est piperis etiã oleribus immiscit
non nauigamus
drachmæ grando
qualem demens ille clamydem dispersit?
fundo carens calix
nonquã crateri lagenam impone

Proprij commodi studium.

Tunica pallio propior est
intus canere
aspendius citharædus
ne quicquam sapit, qui sibi non sapit
ad suum quenque quæstum equum est esse calidum
anguillam captare
vna lauabor
manum admouere
vndecunque lucrum
genu sura propius
omnes sibi melius esse malum quam alteri
sibi quisque amicus
simonidis cantilena
mihi ipsi balneum
sibi canere
astutior coccyce
opta uicino, ut habeat
veniat hospes
suam quisq. homo rem meminit
mercator est
ciuitates ludimus
qua in re clarus quisque est ad eam properat

Proximis utendum.

Viam qui nescit ad mare, & cætera
vt possumus, quando ut uolumus non licet
bona est etiam offa, post panem
si nõ adsunt carnes, taricho contentos esse oportet
auledus sit, qui citharœdus esse non potest
si bouem non possis, asinum agas
præsentem fortunam boni consule
quæ dantur
præsentem mulge
quod datur accipe
quod adest, boni consule
pro incerta spe, certa præmia

Prudentia.

Mus non vni fidit antro
alter ianus
sapiens diuinat
non oportet hospitem semper hospitem esse
homo Thales
acetum habet in pectore
sapiens non eget
in holmo cubabo
perendinum uentum
amyris insanit
non pluit post noctem, quasus agrestis peperierit
lesbius prylis
timidi mater non flet
qui bene conijciet
omnis uirtus est mediocritas
familiaris dominus fatuum nutrit seruum
bibliotheca animata
in paguro sapientia
anima sicca sapientissima
crania bina gerit
manu ignauus, mente præsens
melanurum perca sequitur
sirenas præter nauigare
turbinem felix prospecta
vulpes semel in laqueum
tempore pacis de bello cogitandum

Prudentia senilis.

Vetulo cane latrante
multorum Iouis festorum glandes comedit
annosa vulpes
eum ausculta
anus subsultans
prudentia senum

Homerici uersus.

Ætate prudentior
fine cortice nabis
senesco semper multa addiscens

Prudentia coniuncta uiribus.

Consilijs simul & facto ualens
prudentia coniuncta virib.
imperator bonus, & idem robustus miles

Pudicitia.

Hippolytum imitabor
melanione castior

Pudor.

Ad mensam verecundari ne minem oportet
pudor in oculis
pudebat recusare
pudor & metus
verecundia inutilis, uiro egenti
tinctura Sardonica
tinctura Cyzicena
ubi timor, ibi pudor

Puniri pro alio.

Tibicem uapulat
canis peccatum sus depẽdit

Rapacitas & Auaritia.

A mortuo tributum exigere
laudare equum, capere plus
olitorem odi, qui radicitus herbas excidat
malum lucro coniunctum, non est malum
lucrum undecunque captat

Homerici versus.

Exigit a statuis
nec omnia, nec passim, nec ab omnibus
lucri bonus odor ex re qualibet
fabarum arrosor
mendici pera
mendicorum loculi
larus
feles Tartesia
fele rapacior
nondum sacrificatum cibũ a chytropode rapias
a patella
a veru rapere
a sartagine
communis tanquam Sisapo
nullam corporis partem
veterata vaticinari
lauerniones
vna cum ipsis manipulis
cum puluisculo
lucrum pudori præstat
manticulari
charybdis barathrum
megaricę sphinges
boni pastoris est tondere pecus non deglubere
canis circum intestina
rapina coticijs
ne a chrytopode
per sæpe sacra non sacrificata deuorat
vulturis vmbra
uoracior purpura
nouit hæc Pylea
edax currus
laudant ut pueri
atticus moriens porrigit manum
pamphili furtum
non curat numerum lupus
argiui fures
vorare hamum
polypi
candidum linum
nutricum more
pecuniarum cupidi
dolium inexplebile
larus hians
labrax Milesius
butus obambulat
serpens ni edat
priusquam sortiaris communia deuoras
bona porsenæ
partitio non præfocatio
aquam plorat, cũ lauat fundere
cyreneus uideris
vicinum semper inuenies
vt sportum furunculus captare
sparsis redemerunt crimina nummis
gutta fortunæ præ dolio sapientiæ
tonderi pecus, non radi debet
hydrargyro furacior
nihil hydropico siccius
quantum ubique possunt
duo oboli
corticem ne quidem dederit
mulgens hircos sanguinem ducit
plus verrere quam serere
manus in Aetolis, mens in clopidis

Raritas.

Phęnice rarior
vbi per armas fulgurarit
lac gallinaceum
rara auis
alba auis
nocturnum ouum
rarum carum
pulegium apud Indos pipere preciosius

Refugium.

Quo curris potius quam ad Ephebum?

Repellentis.

Aliam quercum excute
tollat te, qui non nouit
quære hospitem
fatuos non inuenit
philoxeni codicillus

Rigor.

Summũ ius summa iniuria
ex syngrapha agere
ad libellam debere
censoria virgula
olitorem odi, qui radicitus herbas excidat
ad uiuum resecare
radit usque ad cutem
duro flagello mens docetur rectius

Risus.

Ionice choreæ
ionice
intra labia risit
risus Ionicus
risus Megaricus
risus Chius
risus Sardonius
Aiacis risus
risus syncrusius
stultior Melitide
emori risu
mandibulis alienis ridere

Rixosus.

Rhodij sacrificium
spirat cœcias
insana laurus adest
lindij sacrum
litem mouebit
eretriensium Rho.
canina facundia
litem incipere

ne allia comedas
ptolemaica lis
syrbenæ chorus
ultra hyperboreum
tetigit lapidem à cane mor sum
ignis in uepribus

Salubritas.

Crotone salubrior
cucurbita sanior
ualere pancratice
saniores pisce
tria saluberrima

Scurrilitas.

Equitandi peritus ne cãtet
a sexaginta uiris uenio
scommata Dionysiaca

Secundæ experientiæ.

Posterioribus meliora
posterioribus cogitationes meliores
danda uenia lapso
destitutus uentis remos adhibe
nummum quærit pestilentia &c.
multum nauigauit aquæ

Securitatis & tutæ rei.

Ad asylum confugere
ara
bonum est duabus nitiancoris
extra summum, & vndam
è terra spectare naufragium
mortuo leoni & lepores insultant
ne si ad Iouis quidem aulã
primus apes abigendæ
pugno tenere
tanquam ad aram
testudo intra tegumen tuta
in vado
duabus ancoris
in portu nauigare
medus his non insidiabitur
ociosus esto
chænici ne insideas
thymbra victitans
hermionis vice
in terra pauperem
mœnia Semiramidis
in tuo regno
in tuo luco & fano
in tuas præsepes
aliud cura
in diem uiuere
canis tanquam delum
porrectis dormire pedibus
in vtramuis dormire aurem
in dextram aurem
in utrumuis dormire
halcedonia
vita molita
equus me portat
extra lutum pedes habere
extra periculum
procul a pedibus equinis
extra telorum iactum
porro a Ioue atque fulmine
post principia
non uulgari ancora
quid Achiuos ex turre iudicatis
quasi millus cani
mater timidi non flet
legatus non ceditur, neque uiolatur
clausis Thesauris incubare
dormire in portu
intra quatuor esse
vlissis vinculum
vinculis Hippocratis adligare
a laudæ in nido latet gramẽ
quorsum opus amicis, si modo faueat Deus
supra fumum clauus
pro aris & focis

Semper.

Nõ hodie, aut heri institutũ
noxa capit sequitur
tonitrus imbrem antecedit
domi militiæque

Senium prematurum, aut mors.

Præstat canem irritare quã anum
vno die consenescere
senium accelerant mala
erigni cani
vuæ passæ similis
omnia omnibus annuit

Sera pœnitentia.

Sero sapiunt phryges
cumani sero sapiunt
malo accepto stultus sapit
piscator ictus sapiet
factum stultus agnoscit
mus picem gustans
post acerba prudentia
sera in fundo parsimonia
quod dedi, datum nollem
satius est recurrere, quam male currere
optimũ frui aliena insania
hedera post anthisteria
post bellum auxilium
atqui non est apud arã consultandum
mortuis mederi
in meridiæ uitæ philosophãtes

Serum remedium, aut tempestiuum.

Satius est initijs mederi, quam fini
sero venisti
post bellum auxilium
senem erigere
mortuis mederi
aquam infundere cineri
in meridie uitæ philosophãtes

Seruire tempori.

Seruire scenæ
vti foro
aut bibat, aut abeat
gladiator in arena
polypi mentem obtine
spartam nactus
omnium horarum homo
sub manu nasci
aut abi, aut exuere
temporibus seruire decet
gutta cauat lapidem &c.
sua cuique rei tempestiuitas

Seruitus.

Argentũ accepi, imperium uendidi
spartæ serui maximè serui
leo eborcula vinctus
famij literati
cum sarcinis enatare
retibus confert, nihil tamen capiti

capiti
asino gramen, & baculus

Similitudinis, & congruentiæ.

Notræ farinæ
nos eras in hoc albo
non sum ex istis heroibus
patris est filius
aphyarum honos
terra amat imbrem
scopæ dissolutæ
boni ad bonorum conuiuia vltro accedunt
simile gaudet simili
malus cum malo colloquescit uoluptate
æqualis æqualem
æqualem tibi uxorem quære
cicada cicadæ charta
ouum ouo simile
quam apum apes similes
non tam aqua similis aquæ
gregis nostri
eiusdem notæ
vxor seni sponso regina est
vno collyrio mederi omnibus
non tam lac lacti similis
furemque fur cognoscit
semper similem ducit deus ad similem
semper graculos assidet graculo
similior ficu
aut ipse fuisti
omnia similia
crobyli iugum
eadem cera
ficum post pisces
ouo prognatus eodem
catulæ dominas imitantes
similes habẽt labra latucas
qualis hera, talis pedissequa
aspis vipera
aut piscem olet, aut florem
sequitur percasepiam
arator nisi incuruus præuaricatur
patella coperculum dignũ reperit
matellæ immittere
conto nauigare
surdaster cum surdastro litigat
cascus cascam ducit
omnia idem puluis
omnia sub unam Myconũ
idem Accii quod Titii
attabas conuenerunt
eundem calceum omni pede adaptare & inducere
nauson Naucrati
noui Simonem, & Simonme
cretensis cum Ægineta
cretensis cum cretense
ver hyemen sequitur
cretensis Cretensem
chius ad Coum
vulpinari cum vulpe
clauum clauo pellere
cum care carissas
thrypes mali
balbus balbum rectius intelligit
e sernius cum Pacidiano
bithus contra Bacchum
non filius Achillis
ab vno diagammate
eodem in ludo docti
musæ eiusdem æmuli
iisdem uescentes cepis
bonus cantor, bonus cupediarius
mars haud concutit sua ipsius arma
stultus stulta loquitur
inanium inania consilia
malo nodo, malus cuneus quærendus
pares cum paribus facile cõgregantur
formica formicæ chara
ubi tu caius, ego caia
asinus asino, & sus sui pulcher
aut abi, aut exuere
doribus dorice loqui fas est
nouum cribrum nouo paxillo
mons cum monte
mores hominum regioni respondent
uinalia sine uino expediri non possunt
adulter ad adulterum trahit
ferrum uirum attrahit
mulum de asino pingere
ars amat fortunam, fortuna artem
beta sapientum
ex eodem præsepi
idem furnus idem duxit trochus
qualis hera talis, & canis
paruis parua dant Dii
unum alueare
canis in eadem dormitat regula

Simulatio, dissimulatio.

Salem & fabam
plures triobolos
thyrsigeri multi
multi qui boues
non omnes qui habent citharam
asinus apud cumanos
flere ad nouercæ tumulũ
megarensium Lachrymæ
accissare
hæsitantia canteris
tussis pro crepitu
cretensis mare
simia fucata
simia barbata
fileni Alcibiadis.
vulpi esurienti somnus obrepit.
audiens non audit
illo respiciẽs sed hic remitte bona
patrocli occasio
melle litus gladius
altera manu fert aquã, altera ignem
barbatenus sapiens
alia Lacon, alia asinus illius portat
paries dealbatus
demens felix
charadrium imitans
de re quia quæritur
non omnibus seruio
non omnibus dormio
lepus dormiens
mortuus iacet pendens croco-

crocodili lacrymæ
beneuolus trucidator
extra quærere
æsopicus gratulus
aurum subærarum
diu dissimulatum
simia in purpura
scytha asinum accisans
postico discedere
bifrons Mercurius
equum scytha
canis clanculum mordens
patroclum sub specie

Solitudo.

Ne musca quidem
nullum animal
scytharum solitudo.

Solicitudo.

Tantali lapis
meus est in tergoribus
animus est in coriis
similes videntur captiuis ex Pilo
arctum anulum ne gestato
cor ne edito
in uia ne seces

Sommolentia.

Endymionis somnus
ultra epimenidem
salem uehens dormis
non decet principem solidam dormire noctem

Sordes, & parsimonia.

Tribus minis insumptis duo decim imputat
cumini sector
ficos diuidere
nullus emptor uilis bonũ edit obsonium è Patroclis domo
cocleæ uita
philippide gracilior
cradophagus
macilentior Leotrophide
immunem
lapsana uiuere
nihil de uitello
chœnici ne insideas
epelleo
in uentrem
luto lutulentius
pediculi Platonis
lingere salem
rore pascitur
victitant succo suo
patrocho sordidior
nephalium sacrum
caninum prandium
cereri sacrificant
cyprio boui merendam
tolle tolle mazam
psyrice facta
paruo emptas carnes
psyra Bacchum
sacrum sine fumo
nephalia ligna
carica uictima
phaselitarum sacrificium
in sinu manum habere
lari sacrificant
canens uitæ palmum
tantali pęnę
conuiua non conuiua
sacra nihil sunt
ne salem quidem dederit
fabilibus uictitat
oleo fraudare lucernas
ieiunium olet.
icci cęna
uita suilla

Spes pertinax.

Aegroto dum aia est spes est
spes alunt exules
adhuc cęlum uoluitur
adhuc aliquis Deus respicit nos
spes seruat
ab ipsa messe discedam
in herbis
nondum omnium dierum sol occidit
nihil desperandum, & nulli rei fidendum

Stupidi.

Simulacrum pictum
agasonem uincit
hyppocratis liberis cedit
niobes archetypum
uitam pulmonis uiuit
rore pascitur
ne Mercurius quidem sana rit
pituitam a naribus deterge re
sex congios capit
lapis molaris

Reliqua uide in stupidos.

Subitum exitium.

Occasionis ala
muris interitus
eadem tibi & Pythia & Dalia

Subitus interuentus.

Mercurius superuenit
lupus in fabula
etiam si lupi meminisses
repente tanquam procella

Sumptuosa.

Hipparchi murus
cęna popularis
edax triremis
in beato omnia beata
saliares cęnæ
italicæ mensæ
ultra pedem
argentea fame cõuiuari
medica mensa.

Surditas.

Surdior Toroneo
surdior turdo
in asini aures canere
hylam uocare.
campas dictis abigi
fluctibus obloqui

Taciturnitas laudata, uide Laudata.

Taciturnitas illaudata.

Bacchæ more
magis mutus quam piscis
rana Seriphia
caput sine lingua
muti magistri
ne gry quidem
mutus magis, quam scasa
mutus Hypparchion
acanthia cicada
reddidit Harpocratem
statua taciturnior.

taci-

taciturnior Pythagoreis
amydas perdidit silentium
doryphorematis ritu
iunco sicco

Tedium ex iteratione.

Longum procœmium audiendi cupido
terram uideo
iterum atque iterum
iterum tranquillitatem
lens deus
iouis corinthus
cambre bis posita
eandem tundere incudem
cantilenam eandem canis
eadem per eadem
hyperi uertigo
date mihi peluim
parui scaphula
sardi uenales
callicyriis plures
non missura cutem, nisi &c.
linum lino nectis
ad restim funiculum
rhodiorum oraculum
mel satietatem gignit
per eandem lineam serram reciprocare

Tarditatis, & cunctationis.

Nemo nos insequitur
plenilunio fiet
per arma
agones
gralatorius aut testudineus gradus
romanus sedendo uincit
festina lente
pedetentim
manu ferendum
placide bos
caudę pilos equinæ uellere
tacito pede
non statim decernitur
celerius elephanti pariunt
bunas iudex est
accessei luna
laconica luna
machinas post bellum afferre
sero uenisti
cuculus
quisquis tarde uenit ad cœnam
coruus aquat
profectus ad apaturia
post festum uenisti
callipides
diu delibera
sic est ad pugnam
ad aras
a mæa Azesiam
hercules hospitatur
expecta bos
expecta anus filium meum te osculaturum
hyperberetæa
inter cæsa & porrecta
quæ sero contingunt
mysorum ultimus
interuallo perit fames, & optime perditur
summis ingredi pedibus
pulmo prius uenisset
agnum demettere
terram ne legas nauigando
sufflaminare
in meridie uitę philosophantes

Temeritas.

Exitii nulla ratio
ne præceps fueris ad iurandum
oportet remum impellere, quid didicit
quam quisque norit artem in ea se exerceat
cænare mo doce
illotis manibus
adilitatem gerit
inscitia confidentiam parit
ne incalceatus in montes
asciam cruribus illidere
herculis ædem mulier non intrat
pro amphora urceus
senator absque prouocatione, Legatus sine mandatis

Tenacitas.

Auarus nisi cum moritur, nihil recte facit
itidem ut Acheronti

Temperantia.

Zenone moderatior
neque defraudat, neq. marginem excedit

Tempestiua.

Herniosi in campum
alia æstate, alia hyeme
nunc leguminum messio
bæta tum hyeme, tum æstate bona
cum cessat boreas
nosce tempus
aliam ętatem alia decent
capra ad festum
munus exiguum sed opportunum
audi chelidonem
oleum & salem
iouis tergus
nihil homini amico
domi Milesia
phallus Deo
sacra hæc non aliter constãt
uitex floret, & botrus maturescit
sua cuique rei tempestiuitas

Timiditas.

Vmbram suam metuit
timidior es prospiciente
timidior pisandro
opeo timidior
plutus timidus
timidi nunquam statuerunt trophæum
abiecit hastam
uel muscas metuit
rheginis timidior
ante tubam trepidas
ignaui uertitur color
in pulicis morsu deum inuocat
mulier Imperator
ceruinus uir
gallus insilit
uir fugiens denuo
leonis uestigia

 initio

initio confidens
linguabellare
cum adſit urſus ueſtigia quæris
cum adſit uia
numquam expugnabit urbem
in fugitiuum
ne my quidem facere
corinthijs non indignatur Ilium
uerbis pugnas
in pedes retrocedere
myſorum præda
animus in pedes
trepidat in morem
quem mater amictum dedit obſeruare
nulla candidorum uirorum utilitas
teuthidum more
non incedis per ignem
domi leones
coturniculæ animus
abenas ignatus non tractet
in ſalemos adſcribendus
nondum incuruam ceruicē Iuppiter habet
canum pedis oſtendere

Tolerantia.

Socratis callus
chalcenterus
adamantinus
patere legem quam tu ipſe tuleris
pigmei uel Thiodamas cum Hercule

Torpitas.

Non e quercu, aut ſaxo
origanum tueri
martem tueri
titanicum tueri
areopagita
pallenicum tueri
quaſi Nuplius Capharco rediens
Iemnius obtutus
uter

Totum ut nihil reliqui.

Omnia chnaumata
cum puluiſculo
una cum ipſis manipulis
una cum templis
ruta cæſa
cum ramento
& prædam, & præmium
mæandri
principium medium finis
tibi ipſi calendas edicito

Triſtitia, letitia.

Irriſibilis lapis
ſinapi uictitat
animus habet in auribus
in antro Trophonii
harmodii cantilena
argiuos uides
admeti nęnia
arctum anulum ne geſtato
cor ne edito
ne ſi ad Iouis quidem aulam
canere de Telamone
Iityeiſam cantionem
tragicum tueri
tauricum tueri
atrei oculi
titanicus aſpectus
cepas edere
ſuperatus es a gallo quopiã
triſtis Scytale
areopagita
erinnys ex tragœdia
ne ſis patruus mihi
frontem exporrige
magis gaudet
contrahere ſupercilium
ſanguine flere
ſarone magis nauticus
lachrymæ Simonidis

Tuta, uide Securitatis, & tutæ rei tumultus.

Tyria maria

Vanitas.

Quæ apud inferos
cilix haud facile verum dicit
cretiſſa cum Cretenſe
mendacem memorem eſſe oportet
mentiuntur multa cantores
fumos uendere
ne ſi bos quidem uocē edat
liberæ neniæ
epiphyllides
tantali horti
thus aulicum
in foro ueritas
ne inſciens quidem uerum dicit
neque dicta, neque facta
ſomnium hybernum
alcinoi apologi
anicularum deliramenta
aſini mortes
ſubuentanea parit
cypariſſi fructus
cęcum inſomnium
calidum mendacium
doſones
angularis bombyx
fabula Mileſia
oreſtis ſomnium
phænicium mendacium

Vehementia, languor.

Oeſtro percitus
non contis, aut ramulis
martem tueri
pyrrhichen oculis
manum habere ſub pallio
uulgari piſce non inſunt ſpinæ
miſorum more in clama
flamma ſine uulcano

Veneficia.

Manci pera
theſſala mulier
iyngem habet
dardaniæ artes
umbræ me prohibent

Vices officij.

Penſum perſoluere
contribulis factus

Victoria utrinq. triſtis.

Fiet uictor
teſta colliſa teſtæ
uictoria non incruenta

Vincere, ut uinci.

Palmam ferre
ſolus currens

extremum

extremum occupet ſcabies
inuulnerabilis ut Geneus
herbam dare
arena cedere
haſtam abijcere
mea eſt pila
quid niſi victis dolor
victi non audent hiſcere
tolle digitum
quaſi locum in balneis occupare
manuarium æs
puluere extrito decertat

Vltio malefacti.

Canis vindictam
ornatus ex ſuis uirtutibus
reperit deus nocentem
ſero iupiter diphtheram inſpexit
ſemper virgines furiæ
mali bibunt improbitatis fecem
ſus acina dependens
placiadę
hipparchorum tabulæ
habet
longæ regum manus
ſcarabæus aquilam quærit
promeri canes
ciſſamus cous
improbi conſilium
ibyci grues
dij laneos habent pedes
oetæus genius
aderit Temeſſæus genius
adraſtæa Nemeſis
ad deorum aures peruenit
bos læſus fortius figit pedem
euenit malo male
ſalis onus unde uenerat illuc abiit
habet & Muſca ſplenem
ductus per fratoras
inuitus Iuppiter nouit
in tergore bouis deſedit
inest & formicæ & ſerpho-bilis
ſtultus qui patre cæſo liberis peperit
nunc dij beati
ſuper te hæc omnia
anus ſimia ſero quidem capitur
boliti pœnam
vel capra mordet
in me hæc cudetur faba
qui prior læſit
ſortem & vſuram perſoluere
eſopicus ſanguis
deus ulciſcetur
flagitiorum turpis exitus
uirum improbum vel mus mordeat
male parta, male dilabuntur
malis ter mala
miſeram meſſem metere
canis ſæuiens in lapidem
canis peccatum
fortis in alium fortiorem incidit
ne ſpina quidem vulnerabit bonos
ſui cuiq̃ mores
fumantem naſum
uindicta tarda
uitandæ potentum offenſæ
aratro iacularis
dulce pomum
ſero molunt deorum molæ
dum uides

Vinculum inſolubile.

Vulcanium uinculum
herculanus nodus

Vis iniuſta.

In rupes
ne quis malos ingreditor
chordas non mouendas mouere
ferro diuidere
ius in manibus
capillis trahere
cyclopum more
oculum excludere
prophani fores
leonis catulum ne alas
lex in manibus
leonina ſocietas
atticus aduena
mars rex
rus ciuitas
hoſpes indigenam
priuſquam fortiaris, communia deuoras
non mouenda moues
in antrum haud legitimum ſtimulum impingis
abſtinenda uis
ceſcon habitas
cyclopica uita
cyrnia terra
martis campus
in caput præcipitare

Vita hominis miſera, & breuis.

Homo bulla
ſpitama uitæ
dimidio uitæ
fictilis homo
ſtupa ſeniculus
uita mortalis breuis
ephemeri uita
ut herba ſolſtitialis
ſalillum animę
dies digitus

Votum.

Vtinam contingat mihi
omnes æs alienum cepæ
alia dantur, alia negantur
canis panes ſomnians
etiam dormiens ſomniat
ne contra bouem opta
adoraturi ſedeant
non quoduis cōtingit quod optaueris
quæcunque in ſomnio uidētur
qui amant, ipſi ſibi ſomnia

fingunt
quid non fies, profectus arbelas
semper superioris anni proueuntus melior
quæcunque mentiuntur somnia
arenæ copia
voti compos
expiatis bona obtingunt

Vsura.

Citius usura currit
est Pylus ante Pylum
felix qui nihil debet
animam debet
semel rubidus, ac decies pallidus
echinus parturiens cunctatur

FINIS.

LOCI SECVM CONGRVENTIVM, ET PVGNANTIVM MATERIARVM,

Quæ in hoc Indice continentur.

Diuitæ
paupertas
munerum corruptela
forma, deformitas
tædium ex iteratione
iteratio citra tædium
molesti intolerabiles
ingrata ob uetustatem
nupera
iteratus error
error in initio
garrulitas
breuiloquentia
clamosus
rixosus
taciturnitas illaudata
laudata
infacundia
facundia
munus, non munus
exitium honestum
malum immedicabile
industria
ignauia, inscitia
ingratitudo
gratitudo
simulatio, dissimul.
libertas, ueritas
seruitus
uanitas
curiositas
crudelitas & contra
timiditas, ignauia
inanis metus
audacia
fortitudo
cedendum multitudini
liberalitas
tenacitas
hospitalitas, & contra
profusio
rapacitas, auaritia
sordes & parsimonia
perficiendi, absoluendi
ab initio ad finem
similitudinis, & congr.
dissimilitudinis, & incongruentiæ
munus aptum aut inept.
infortunij, exitii
bonæ fortunæ copiæ felicitatis, aut ominis
malum accersitum
sera pœnitentia
serum remedium
damnandi
approbandi
iudicandi recte
alia aliis placent
aberrandi
cæcutientia
perspicacitas
perspicuitas
obscuritas
surditas
attentio, & contra
obsecundantis
correctio dicti
commodum interuersum
impossibilia
absurda, indecora, ppostera
inanis opera
difficultatis
procliuitas & contra
nunquam
semper
nusquam
pensatio beneficii, uel officii
malum conduplicatum, aut nouatum
malum male uitatum
malum assuetum
mali retaliatio
inæqualis pensatio
alibi diminutum, alibi redditum
frustrata spes
desperatio
præter spem bonũ aut malũ
malum vertens bene
subiti interuentus
magnifica promissa
votum
spes pertinax
excellentia, inęqualitas
differentiæ
æqualitas
uincere & uinci
uictoria utrinque
non solus ille
securitas, & tutæ rei
contemptus & uilitatis
dignitatis
proximis utendum
incõstãtię, perfidiæ, uersutiæ
mutandæ sententiæ
mutati instituti
fortunę commutatio
temperantia
intemperantia, libido
modestia modusque
arrogantia, iactantia
philautia
contrarium philautiæ
mansuetudo
asperitas, morositas
occasio
sumptuosa
frugalitas
luxus & mollities
lauticię
fames
festinationis
festinatio præpropera
tarditatis

tarditatis & cunctat.
ſalubritas
inſalubritas
diuturnum
hæredipetæ
ſenium præmaturum , aut mors
longæuitas
iuuenta
uita hoïs & miſera, & breuis
prudentia ſenilis
prudentia
alii ſapere
prudentia coniuncta uir.
inſtans
anceps,& dubius
perplexus
decretum
in deprehenſos
metus & conſcientia
uinculum inſolubile
ultio malefacti
metus pœnæ
aliena a re
aliena curantis
ad rem pertinentia
laceſſentis
inſidiæ
coniecturæ
calumnia
obtrectatio & maled.
cauſa indifenſa
carpentis ſeipſum
neceſſitas
triſtitia,lætitia
ſollicitudo
nuncius lætus
minantis
uehementia, languor
amor
amicitia
adulatio
in delitiis
odium
ira
inuidia, æmulatio
diffidentia
fraus ab amico
diligentiæ
aſſiduitas
indiligentiæ
ſomnolentia
occupatio,ocium
iuſtitia
iniuſtitia
rigor
vis iniuſta
inculpatus
temeritas
pudor
impudentia
pudicitia
impudicitia
originis
nobilitas, obſcuritas
degenerantium in peius
initium laudatum
proficientium in melius
proprii commodi ſtud.
lucrum ex ſcelere
internitio
ſubitum exitium
totum ut nihil reliqui
obliuio
memoria
elabendi
ex ſeſe
domi uiuere
fœminæ
æquanimitas
ſolitudo
ignoratio
nouitas
notus
occulta
uices officii
fides & grauitas
perfidia
conſilium
cum auxilio, citra auxil.
intempeſtiua, & inepta
tempeſtiua
ſeruire tempori
deprecandi, abomin.
execrandi
ominandi
beneficium corruptum
riſus
deriſio
impoſturę
fortunata ſtultitia
ciria laborem
incitare
diſcriminis
alieno periculo
experientię, ſeu pericl.
ſecundæ experientię
imperitia
conatus
pertinacia
incertus euentus
ex euentu iudicium
multi
in ſtupidos
prælongi
improbi
ingenii malitia & inſtit.
malus uicinus
aperte & craſſe
raritas
concordia
diſcordia
fuerunt, non ſunt
exilium
acceſſio puſilla, aut nim.
focus
vſura
probrum, gloria
munus boni conſul
libenter
refugium
docilitas
diuitum prærogatiua
repellentis
mira noua
omnia
illecebra mali
exercitatio
contagio morum
commodo magno
tumultus
potentes
magni momenti
ſcurrilitas
auxilium
bibacitas
honos indigno
maledicentia
nugalia
mixta
paraſiti
puniri pro alio
beneficia
tolerantia
toruitas
fucus
ocium

FINIS.

POSTERIOR HIC INDEX RES, ET VERBA ſcitu digniora toto opere contenta, demonſtrat.

A

ABarmentari 68
abdera a quo cõdita 1608
abdera unde dicta ibid.
aborigenum ſcribendi mos 1863
academia diſputationum locus 1126
acanthis auis affinos habet inuiſos 516
acarnanes & Aetoli quomodo euerſi 60
achilles appellati inſigni fortitudine duces 434
aciei Romanæ ordo 52
acopi fructex 80
acrea Iuno 78
acyla 2032
adagia unde ſumantur 3
adagium unde dictum ibid.
adeſſe gaudet, ſed laboranti Deus 736
adoleſcenturire 1462
adoleſcentia & uinum duplex uoluptatis incendium 113
adorans uacuus, & rei diuinæ intentus 36
adulterij pœna apud cumanos 1607
adulterii pœna apud uarias gentes ibid.
ægyti oppida peculiaria numina habuerunt animalium 1860
ægyptiorum ſimulacrum 168
ægyptij muſici dictum 1848
æmilii Paulli dictum 1035
æmulatio honeſta qualis 129
æqualitas amicitiæ mater 571
aer momenti multum habet 71
æſculapius medicinam excoluit 1817
æſchyli dictum 1938
æſchyli mors 1321
agaſo 1372
agaſonis fabula 350
ageſilaii dictum 530
agreſte, quod non purgatum 35
agri fecundi imitandi 63
alabando, Cariæ urbs vnde dicta 1941
alabandeorum vecordia ibid.
albutii ſententiæ 91
alceſtis mors 910
alcibiades tibias abiecit de ſpecta oris deformitate 428
alcibiadis ingenij dexteritas 100.1434
alcibiadis mores ibid.
alexandria πόλις dicta per excellentiam 1999
alexandri dictum 982
alienis malis prudentior 60
aliterij 1458
alegoria metaphoræ ſpecies 4
amaltheæ capræ fabula 339
amaltheæ cornu 1854
amaracinus 247
amazonum mos 1045
ambroſia deorũ cibus 1940
ambroſia ſecundum quoſdam mel nouies dulcedine ſuperat ibid.
amerinæ ſalicis natura 1962
amicitia non dirimenda 35
amicorum abſentium, non minus, quam præſentium memores eſſe oportet 146
amoris mater ſimilitudo 126
amphicratis ad Seleucianos dictum 1829
amphictryones unde 1263
amuſſis 1623
anacharſidis dictum 416 1730
anagyraſionis lucus 81
anaxagoræ opinio 82
anaxagoræ ſententia de infinito 41
ancæi fabula 270
angeronia 1134
angeronię ſimularum ibid.
anima quid ſecundum Empedoclem 125
anima quid ſecundum Platonem ibid.
anima quid ſecundum Zenonem ibid.
animã Dei iniuſſu e corporis præſidio decedere nefas 1786
animalia quę apud quoſque ſint ſacra 1323
animalium inter ſe inimicitiæ ibid.
animalium inter ſe amicitiæ ibid.
animum vnumquodq; minatur his armis quibus a natura eſt inſtructum 1766
animus fortis & conſtans 226

animus principis 167
animi sedes quæ 1581
animi peculiaris sedes in oculis 159
annus magnus 328
anser Romanis sacer 1324
anticyre 1817
antigeridas tibicem 1656
antimachus poeta ψεκὰς dictus 1044
antinoi casus 271
antigoni de Alexandro dictum 2004
antiopę fabula 1235
antron cauernis, & specub. abundat 883
anthisterion 154
anuli superstitiosi 102
apaturia 1227
apellis dictum 182
apellis & Protogenis factũ aphe 324 (236
aphia veneri sacra 699
applauda 1622
apologus de simiis 411
apologus de fele ibid.
apologatio ἀένος græce 6
apollo Lucius 943
apollo ἐνόλμος cur dictus 1013
apollinis simulacrum 174
appianus & Plutarchus eadẽ ętate floruerunt 1801
aprilis ueneri sacer 234
aqua si hauriatur dulcescit 1864
aquila auium regina 1318
aquila cur Ioui fulmina ministrare fingatur 1492
aquilarum natura 1318
aquilarum & vulpium inimicitiæ 1323
aquilæ in Romano exercitu vexillum 1325
arati Thessali votum 178
archidami dictum 1493
archimedes ἑκατέγειρος cur dictus 1806
archyta in mecanicis excellens 964
archytæ dictum 1971
areopagum causarum capitalium iudicium 1716
aristagoræ historia 1229
aristotelis dictum 456
aristidee adagiorum scriptor 7
aristippi dictum 1687
aristomenis Messenii mirauis 763
aristomanis historia ibid.
aristoteles prouerbia scripsit 7
arrogantia sacrum morbum 824
ars citharędiça 428
ars inopię portus ibid.
artemon 1433
artemon cur περιφόρητος ibid.
artes liberales vnde dicantur 775
arthemesius εὐοσίχθων, & περιπνδράνυος cur dictus 1790
artifex quisque suo delectatur opere 118
arulator 1501
asciæ inuentor Dedalus 1805
asinus Cnidius Pisander cur dictus 1926
aspidis uenenum uenenorũ pessimum 1132
aspis 1578
asparagi 1342
asphodelus 569
assiduitatis uis 1182
assis 477
assyagis crudelitas 1956
atalantæ fabula 846
athenienses rei nauticæ studiosi 753
athenienses lucri cupidissimi 965
athenienſium numisma 90.113
athonis montis altitudo 1535
atlantes 1596
atlantis fabula 82
atriplex 1510
attaginum fabula 1216
attagen 1513
attica regio Oggygia olim dicta 1046
attici Mothones cur dicti 1165
auaritia in senibus insanabile uitium 814
aures Memoriæ Deæ sacræ 443
auri uires 983
auscultationis peculiaria commoda 122

B

Baccho ferula, & obliuio consecrata 407
bacchus e Iouis femore genitus 563
bacchus ἀσταλαμίνος dictus 1583
bacchus quare dictus Morychus 1026
bacchus obliuionis filius 407
bacchus fici & uitis arborũ inuentor 1026
bacchus διθυράμβος dictus 1509
bacchus cur dictus ἐρεβίνθειος 1026
bacchi simulachrum ibid.
bacchanalia celebrantium mos 78
bętylus 1494
balnea apud veteres habita sacra 789
banda 691
barbam auream quibusdam signis antiqui addere consueuerunt 479
barba Trezenis portus 809
barbarũ unde dicatur 1665
barbiton quid 1939
barbiton unde dicatur ibid.
bassiani imperatoris lachrymæ 842
bataui qui nunc ollandi 1610
bellũ cur κυδιάνειγον 1889
beneficium ingratum, quod diu inter manus dantis hęsit 519
beneficia quomodo multi collocant 60
beneuolentia ciuium ad res gerenda

gerendas non mediocre telum 770
betylus 1494
blitei 847
bocchiris instituta 973
bęoti corporum exercitamẽtis ualent 753
bœoti ὕ̓αυτες cur dicti 1968
bona quæ uere bona nostra industria parantur 858
bonæ Deæ templum viris ingredi nefas 1932
bonorum consuetudo 62
bos ad ceroma 257
bos Apollini sacer 418
bottięi 1608
brabantes agricolę industrii 258
brenni dictum 900
briareus unde dictus 1875
bruti spectrum 87
bucolicum carmen unde dictum 1951
bulga 1761
bulla 776
buthus solidos boues uorare solitus 933
buphonia 1215
buxus materies maxime æterna 875
byontini & Carthaginenses inimici 62
byssina uestis principatus insigne 1838
byssum quid ibid.

C

Caduceus Mercurii mõstrifica uirga 104
cęca testimonia 487
cęcum 1185
cænei historia 1225
cænei fabula 1460
calauria 1499
calendæ diis superis dicatæ 30
calidum 876
calones 1269
calippi historia 1825
callinous elegiaci carminis inuentor 1893
callirhoes Athenienſium fons 1823
calistenis ad Alexandrum dictum 1816
calumniæ morsus perniciosissimus 914
camelus unde dictus 1905
campæ 2024
canalicolæ 1358
cãcer exuit sæpius anno 44
canes a Lygurgo prolati 72
canendi artem ingenui non discebant 441
canes eos amant, quorum saliua gustarint 821
canes ueruli temere non latrant 175
canis fabula 439
canis habens oculos, cor cerui 497
cannacus, seu Annacus supra annos trecentos uixit 997
canterius 323
canum genera 1541
capræ cerebrum contra infantium morbos 527
capro deo salsamentis rem diuinam faciunt Phaselitæ 959
capparo cani de publico pastus decretus 439
cappari canis cura sacerdotibus mandata ibid.
capua de principatu cũ Roma contendit 1670
caracis fabula 537
cares tibiis in luctu utuntur 114
carius nihil emitur quã quod roganti datur 182
carmenta Euandri mater cur sic dicta 1863
carmenta Nicostrata appellata ibidem
carmenta Themis dicta ibid.
carneadis academici factum 499
carpathus insula leporib. deuastata 1876
carum mores 346
castor & Pollux 226
cataractes Nili 1928
catena Homeri quid 775
catonis dictum 1021
cælio ceres monstrauit agriculturæ rationem 1734
cęlum 74
celox nauigii genus unde dictum 1960
cerastæ 1149
ceres amæa dicta 977
ceres etiam ἀλιτήρια dicta 1456
ceroma 257
cescus ciuitas mentis inops 938
cestreus 184
cestrei piscis natura 1265
chabriæ dictum 1923
calcis unde dicta 1087
charadrii auis proprietas 1994
chamaleon aere uiciitat 1699
charetis dictum 938
charybdis 274
cherophon cur noctua dictus 1060
chirographus quomodo differat a singrapha 1660
choenix quid 24
choenice seruis cibus distribuit 25
chrisippus prouerbia scripsit 7
cicadæ mutæ in Rhegino agro 280
cicadæ rore pascuntur 2030
ciceronis mensa 1878
ciceronis ad Hortensium dictum 1895
ciconia pietatis symbolum 574
ciconiæ Aegyptiis sacræ 84. 1323
cii nec meretrices, nec tibicinas in ciuitate recipiebant 697
cilicia croco abundantissima 1925
cilicium 1154
cinesias cur φιλύρινος dictus 1972
cinesiæ gracilitas 1658
cinnamomum 1908
cipressi descriptio 1498

citeria 966
citharædi præmium 62
claudi cur cæteris salaciores 146
clauium usus à Laconibus inuentus 1971
cleantes prouerbia scripsit 7
clearchus adagiorum scriptor 7
cleon Athenienſis capta Pylo ſuam ipſius ciuitatem furto ſpoliauit &c 398
coarmentari 68
cocio 1500
coccyx 1591
cœli conditio 71
collionymus piſcis qui, & cur ita dictus 1913
colonetæ 1034
colophon 774
colores naturales duo tantũ apud priſcos 405
coloſſica pro ingentibus 1938
coloſſus unde dicatur ibid.
columnæ Herculis 1261
columnæ Dodoneæ 41
combes fecunditas 1086
comædice pro ſuauiter 1506
commoditas incommoditati coniuncta 384
commutatio Phenicum 994
comus temulentorum deus 1696
concordiæ ſymbolum 214
concupiſcentiæ ſedes iecur 65
confugium in egeſtate eſt ars 428
conſilium ſacra res 117
conticinium 1363
conuiuarum numerus 224
conniuij ſpecies 1006
coqui dicaces 1650
coqui dictum Dionyſio ius nigrum comedenti 976 1012
corbitæ 1064
corinthiorum ſacrificium 77
corinthij χοινικομέτραι cur dicti ab oraculo 25
coronas geſtare mos erat in compotationibus 698
coronis 1605
corſica 1127
corui ſalutatoris, fabula 256
corycei 139
corycum 141
corycus ciciliæ urbs 1926
cos inſula unde dicta 1844
coturnicum pugna 1798
crabro 78
crabronum ictus ibid.
cras 1130
cramben ante omnia ſumere apud Aegyptios, & Sybaritas ſolenne 297
M. Craſſi ad Deiotarum Regem dictum 1800
cratetis dictum 875
cratinus Epeus dictus 1010
cretenſes quales 130
criſon Himeræus 1662
crocodili natura 842
crocoton matronę diuites utebantur 157
croton 832
cteſiphontis Pancratiaſtæ factum 198
cuculus Aegyptiorum rex 1692
cumani leonem ignorant 209
cunila 1568.1619
curſus ſecundarius 1684
cyclaminon 772
cyma 1533
cynadra cur dicatur 1917
cynocephalus 1820
cynoſarges Græcarum gymnaſium 1126
cypſelide dicuntur reges corinthi 480
cyrenei curribus ualent 753
cyri dictum 1502
cyrnus 1373
cyzicenorum nummi 1127

D

Danaes fabula 1088
danaidum puellarum fabula 255
daduchiæ in honorem Minerua 137
demon adagiorum ſciptor 8
danunt pro dant 1756
daphnidis hiſtoria 1951
daphnis cur βουκολος dictus ibidem
dardanus magus 2028
darii dictum 975
dearmentar 68
decumanus fluctus 363
dedalus aſciæ inuentor 1806
defunctorum laudes in cęna 950
deglubere 1343
delphinus in natando uelox 169
delphines antiquis ſacri 1323
demetrius cur Polionetes dictus 1797
deiotari dictum in M. Craſſum 1801
dei uice fungitur, qui graui periculo ſuccurrit 84
demetrii dictum 711
democritus ſibi oculos ademit 159
democriti dictum 788
demonactes feſtiuiter dictũ 199
demochatis dictum 875
demonibus corpora aerea tribuunt Platonici 1000
demoſthenis cognomẽ 345
demoſthenis dictũ 57.227
demoſthenis factum 418
demonacis dictum 402
dentale 1426
dentes lentiſci ſucco figuntur 487
dentium cura probro olim delicatis data ibid.
depontani ſeues 297
deſiſtendum a luxo cum ad huc eſt iucundum 850
deum inuocandi in initium operis apud antiquos mos 1950
deum antiquitas quem exiſtimabat 84
diana Munychia 1422
diana Neleida 1744

dianæ Ephæſiæ de collo cur pagurum ſuſpenderetur 1956
dibaphum 1758
dictum in Cleonem 246. in Pompeium & Cęſarem 338 in Cæſarem, & Ciceronem 408. in Stratonicũ citharœdum 426. Ariſtotelis in mendaces 456. in Lampen. Eginetam 562 Coqui Dionyſio ius nigrum commedenti 1011. 986. Alexandri 982. Philippi Macedonum regis 984. Platonis 1661
didimus Chalcenterus qua re dictus 1619
didymus grammaticus cur adamantinus dictus 435
dies albus 308
digitare 1604
digiti Mineruæ ſacri 431
dignitatis ſplendor hominum calumnias deterret 1757
dij ſupinis manibus fingebantur 1406
dii trephes 1694
diluculum 1363. Dioclis dictum 421
dinonis Tarentini ſententia 357
diobolare 1028. Diogenis dictum 721.847
diogenianus adagiorum ſcriptor 8
dionyſius Siracuſanorum tyrannus, Corinthi pueros docuit 93
dionyſius Siculus Aeſculapio auream barbam detraxit 846
diphthera 287
diſcendum quandiu uiuas 505
diuinatio prudentium tantum eſt 797
diuinatio & auguria a metu & ſpe reperta 802
diuitiæ cæcæ 285
diuortium quibus uerbis peragereturr 751.1700
dodonea ſylua 250
dolij duo in limine Iouis 508
draco piſcis 57
dubium 1565

E

Eccleſia 1665
echini terreſtris, & marini hiſtoria 282
educatio ad uirtutem 71
elarotæ 1155
elegantis eſt ſcire quid cui conueniat 422
elegiæ ad ſepulturam canebantur 1893
elegiæ inuentor Simonides ibidem
ellebori uſus 408
elleborum pro inſania 1817
elephanti partus 528
eleuſina ſacra 455
elogium ſtatuæ Neronis appoſitum 1704
empedoclis mores 925
empuſa 731
ephemerus 1492
ephialtis proceritas 1864
ephorum magiſtratus de cõtractibus cognoſcebat 33
epicuri imago in tabulis, & anulis 146
epichyſis 730
epimenidis cretenſis ſomnus 559
epimonidis uaticinium 1684
erebinthus 29
erebus unde dictus ibidem
eruditio nemine contigit, niſi labore parta 858
eſurienti offa carior auro 843
eteoclis fabula 918
euander ſcripſit deos octo rerum ſummæ imperare 423
euentus ſtultorum magiſter 57.1421
euphorbi fabula 904
euripidis mors 434
europæ fabula 1161
exarmare 1923
execrationis templum 160
exilium Apollinis 909
exorbitare 73
ex præſcripto uiuere 1876
extemporanea dictio uitanda 1931
extremum 97

F

Fabarum apud Aegyptios religio 28
fabarum uſus in ſuffragiis 27.28
fabas tangere, aut nominare Flamen dialis prohibitus 28
fabæ apud Romanos Funeſtæ ibidem
fabæ crudę etiam eſurienti ſaccarum ſapiunt 975
fabis Pythagoras ueſci ſolitus 28
fabij pictoris ſententia 349
fabula proſpicientis Herculem 526
facium uſus in certaminibus 135
facies truculentæ & horrendæ depingi in clipeis ſolent 701
facta rectę, ſunt prædicanda 521
fama a factis uelut e fonte naſcitur 1784
fames iracundiam exaſperat 1736
famem eijcere 560
fata numinum toleranda 177
fauentia 1258
ferocia ex ſatietate 92
ferula Baccho, & Sileno ſacra 930
ferula cedebantur & pueri, & milites 889
ficulnum 1579
ficulnus deus 464
ficus Mercurio ſuſpendi ſolita 1016
ficus oculorum uitium ibid.
fidem facientia apud Ciceronem 417

figura corporis relucet in oratione 106
fimi vsus apud diuersos homines 1318
flaccus, flacidus, flacescere 1458
flamen Dialis quid gestare uetitus 1722
flamini Diali anulum solidum gestare non erat concessum ibid.
flamini Diali hederam tãgere nefas ibid.
floces 1622
fœnus 529
folijs olim suffagia ferebantur 1734
fons Azaneæ 903
fontes perniciosi 77
formicæ prægrandes 188
formicę serpentum carne uescuntur 1847
fortes uiros ob robur leoni, ob prudentiam vulpi Plutarchus comparat 866
fortuna mediocris patet inuidiæ 1759
fortuna rectæ institutionis, persuasionis, & prouidentiæ soror 826
fortuna omnis in sensu sapientis habitat ibid.
fortuna nemini dat bonam mentem 815
fortuna secunda nocentior aduersa 451
fortunati dies 308
fortunæ tribuitur, quod accidit præter animi destinationem 1720
fraces 1622
frequens quod affixit usus, perpetuum quod indidit natura 1705
frigere 808
frons animi ianua 811
frons genio sacra 432
frons pudori sacra 496
frons tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index 497
frugalis 1574
frugi ibid.
fumum accerrimum ex ficulno ligno 463
fundamentum prima, fastigium suprema operis pars 1817

G

GAlbæ cuiusdam fabula 341
gallicinium 1363
galli gallinacei post pugnã suam decantant victoriã 892
gallorum auiũ natura 1362
gallus sacer 35
gargara mons 1606
generis claritas quasi fax addita 1786
genua Misericordæ sacra 431
genus hominum quale in cõuiuijs coniungi, aut non coniungi debeat 129
geradæ dictum 1485
gladiatoris sors 215
glande vescebantur antiqui 1494
glans apud Hispanos in delitijs habita 328
glauci historia 1510
glauci fabula 1455
gorgon animal Libycum 1944
gorgonum fabula 1944
graculus 247
gralæ 1754
græci absque soleis accumbebant 1698
græcia nequaquam nouit fidem 483
græcorum cõpotationes 62
gygis fabula 103

H

HAbitus Lacedemoniorum in bello 1422
halcyon 926
harmarij modi 1656
harmoniarum quinque species 153
harmoniæ genera 1803
harpocrates 1450
hæreditas quinque modis sacris astringitur 204
hebræi 1155
hecatæ sacra urtica marina 36
hecatæ triglantina 1566
hecalus Iuppiter cur dictus 1955
hederam tangere Flamini Diali nefas 1722
hecuba in canem conuersa 1946
hegesias ἀγρία μέλισσα cur dictus 1881
helotæ 1707
heraclitus aqua iter cute laborauit 1872
heracliti opinio de sole 1665
hercules adonidis imaginẽ contempsit 1489
hercules quarta luna natus 90
hercules idem cum Mercurio 1856
hercules quo ornatu descendit ad inferos 210
hercules quadraginta tres uarro enumerat &c. 433
herculis cum Hydra pugna quid 1800
herculis templa feminis ingredi nefas 1932
herculis columnæ 1261
herculis fabula 86
herculi lucri partem decimam uouere plerique solebant 1747
herculi malum sacrificatur 945
hermæum 1633
hermione templum Cereri, & Proserpinę sacrum 883
herodicus 1617
herodis Attici dictum 409
hesychius Adagia scripsit 7
hippola 1476
hippurus piscis nulli pretij 419
histæi historia 1230
historia unde dicta 106
hominis mensura 397
homo somnium, umbræ 778

honestarum rerum nulla satietas 144
horarum nuncius gallus 35
horatij Coclitis statuę historia 115
honor uirtutis præmiũ 521
hostimentum 816
hostis ibid.
humor marinus 253
hyberni hominis non illepida fabula 1674
hydra Herculis 186
hydragiri natura 1633
hylæ fabula 259
hymettus mons mellificio nobilis 148
hypanis flumens 1492
hyperę 1232

I

IAlemus qui & Linus 1873
iãbi pedis proprietas 1627
ianuæ Musarum candidæ 161
ibyci poetæ mors 534
ictis 1300
ichnusia 1252
idea 1203
idus dijs superis dicati 30
iecur anseris in summis delitijs erat 1694
ignis cœlestis ferula a Prometheo exceptus 930
imbrus 1914
impius abnegare uirtutis diuinitatem 217
improborum ciuitas 1036
inæqualitas discordiæ belliq́ue mater 571
inducię bellũ nõ finiũt 1763
infelicitas stultitiæ comes 825
ingenia summa sæpe in occulto latent 338
ingenui canendi artem non discebant 427
ingenui tribus nominibus, quæ tribus literis notabant, vsi sunt 1022
insania antiquitus squillis expiabatur 771
insanus pro magno 1534
insomniorum portę 926
intercessio 951
inus fabula 1091
inus a Megarensibus Leucothoe dicta ibid.
ionica consuetudo 319
iouis in culculum uersi fabula 1528
iouis summa mens omnia complectes 1001
ister Germaniæ fluuius 1872
isthmij ludi in Palemonis honorem instituti 1890
itis auis quæ & phasianus 1300
ityphallus 1204
itys 1300
iudices cur sententiam latuli sedant 1948
iudicum imago apud Thebanos 1329
Iulius Cæsar maluit in frigidulo oppido primus esse, quam Romę secũdus 773
iumentum 74
iunius mensis iunoni dicatus 234
iuno Acræa 77
iunonis Teliæ simulacrum 1528
iuppiter cur Hecalus dictus 1955
iuppiter ἀκιτήριος 1460
iuramentum 914
iuuenum affectus immoderati 402
iyngis usus in ueneficijs 1879
iyngis fabula ibid.
iynx quæ & motacilla ibid.
iynx 1601

L

LAbyrinthus unde dicatur 1081
lacedemones circa leges diligentes 753
lacedemoniorum responsum 93
laconis cuiusdam dictũ 715
lacte, & mola salsa rusticijs sacra faciunt 947
lactes 1723
lęna 619
lagena 1235
lactuca marina 1026
lagophthalmi qui 1832
lais Corinthia 227
lamachi dictum 1113
lapithę unde dicti 1878
lapsana 1532
lapsus primus casui, iteratus stultitię tribuitur 278
laribus primitię immolabantur 394
lathyrus 29
latomiæ 1945
laudare uita defunctum 950
laudes fortium uirorum tibicines olim decãtabãt 892
laura Sami angiportũ 1371
laurios auri uenis frequens 1001
laurus aduersa uenenis 91
laurus fulmine non tangitur ibid.
laurus in amatorijs maleficijs incendebatur 956
lauretum liuiæ quando exaruit 91
lectionis peculiaria commoda 121
leges sumptuariæ 547
legumina uenerẽ irritãt 40
lemnij cur Sintiens dicti 1857
lemuria 233
lentisci succus 487
leotrophides 1812
leporariæ aquilæ 1320
lesbij & Cumani stolidi 210
lethę unde dictus 29
lethum 145
leuidensa uestis 1260
libertas seruis in Saturnalibus 154
libes Psaphoni rem diuinam faciunt 167
lina 1265
lindonium 920
lingua a maledictis temperare 784
linus qui & ialemus 1873
literæ apud Samios inuentę 1603

literæ muti præceptores 122
liuiæ Augusti Veientanum reuiscenti quid accidit 91
londinum 920
londini ciuitas origo ibid.
longinus Cassius Porphyrij præceptor 1927
longurio 1737
loquacitas in mulieribus insanabile morbum 824
lucas 1683.1693
lucernæ symbolo uita repræsentata 978
lucius Apollo 943
lucius Sicinius Dentatus, qua de caussa Achilles appellatus 434
luporum interfectoribus Attici præmia dabant 704
luscinię non nisi libero aere cantant 1952
lyceum græcorum gimnasium 1126
lydi primi omnium caupones & institores extiterunt 328
lygurgi lex 328
lygurgi institutio in conuiuijs 407
lysimachus Aristidis filius a virtute paterna degenerauit 1009
lyte 1233

M

MActus uirtute 882
meander lydiæ fluuius unde dictus 1801
magicæ voces quæ 1010
magistratus officium 393
mala amoris symbolum 847
mala ueneri sacra ibidem
mancipia laudatissima 488
mandragora 1585
mane 978.1363
marcus Tullius M. Tullii filius plurimum a paternis uirtutibus degenerauit 1009
margetis dictum 794
margitis matrimonium 794
mare salsum esse ut discas nihil opus est totum ebibere 544
manes asphodelo uictitant 570
mansuetudo par pietatis 35
manticulari 1369
manuum gestus uelut altera lingua 183
manumittendi Athenis serui capitis pilos deradebant 762
marii interitus 76
maritima usura 1714
mars ἐνυάλιος 1647
marullus mimographus quo tempore floruerit 1952
marsyæ interitus 1844
mariandinæ tibię 1891
massilia unde dicta 809
mathematicæ disciplinæ 229
matrimonii ceremoniæ 1678
mausolei descriptio 1496
melancholicorum insomnia diuinatione carent 115
melanurus piscis latine oculata 24
melesias Thucydidis filius a uirtute paterna degenerauit 1009
melia arboris genus 1067
melicerta à Corinthiis Palemon dictus 1090
mellis infima laudatur pars 724
mendaces quid lucri faciant 456
mendicitas inexplebilis 876
menedemi dictum 149
mensa apud antiquos sacra 801
mensam inanem tolli apud Romanos nefas erat 546
mercurii plura cognomina 1356
mercurii sigillum buxi ligno scalpendum 875
mercurius & Hercules idem 1858.
mercurius φῶρος dictus 1933
menson personæ inuentor 1649
metius & Polymnestor 179
metragyrtæ 1980
metus & spes diuinationem, & auguria repererunt 802
micare 482
midas uermiculus 1059
midæ fabula 211
milesiorum luxus 232
milo adagiorum scriptor 7
milonis Crotoniatæ factum 145
miluus apud Britannos sacer 1323
minerua ingenii tutrix 65
minerua disciplinarum preses 66
mithecus rei coquinariæ scriptor 1985
mithras Persis sol. 1685 1981
misericordiæ ara 919
modiperator 596
moly herba 384
momus 321
mores principis 334
mores hominis deus, sine fortuna 826
morsimus tragicus poeta ineptissimus 1926
mortales Deum imitantur cum sunt benefici 84
morycus poeta tragicus 1028
mos in funeribus 145. in iudiciis 259. Thracum in sacrificiis 438. Athenie. in Leneo festo 455. gentis Thraciæ 461. Apud Argiuos 479. Phœnicum in Luctu 513. Romanorum 546. apud Græcos 567. Sybaritarum 724. in sacrificiis 801. in uictoria 846. In solutionib. æris alieni 891. gallorum gallinaceorum 891. Romanorum in epulis 908. Atticorum 950 Phaselitarum in sacrific. 959. Regis Persarum 985

in

in conuiuijs 1001. 1002 Scytharum 996. Athenieñsium 1727. Heliogabili 425. Eudionis 424. antiquorum 411
motacilla quæ & lynx 1879
motacillę usus in ueneficiis ibidem
mothon 1166
mothones cur Attici dicti ibidem
motus uitæ argumentum 121
mulæ partus 227
mulier irata 78
mulier mala malorum thesaurus 187
muli perpetuarii 1551
mundus suis cultoribus dat uerba 305
munus exiguum a tenui amico missum ut maximum accipiendum 947
munichia Diana cur dicta 1826
mus acrius audit 211
mugilis inter pisces uelocissimus 450
musica 1695
musices nomine omnem liberalem eruditionem designabant ueteres ibid.
mustella in uenatione infelix omen 157
myrtea corona utebantur reges 1499
mysus Dianæ sacerdos 1272 in sacris 335. Romanorũ in ludis 342. Macedonum 344. incompotationibus 378. Athenienſium & Boœtorum ibidem Phocensium in fœderibus ibidem. in sacris 394. mulieris abominantis inuidiam 408

N

NAres indicium iracundiæ 1014
nart hecium 1556
nasuti 481
natrix 1429
nauium uaria insignia 1063
naupactus 160
naxia cos durissima 435
neadas 1513
necessarii 772
necesse esse 1556
necessitas dea parcarum mater 771
natura molesta 1705
necessitas ferijs caret 771
nectar deorum potus, uel cibus secundum alios 1940
nefas gustare Heroum reliquias 34
neida in auem sui nominis mutata 1976
neleidam Diana 1742
nemesis dea iactantiæ ultrix 717.917
nemini mortalium datum est ut cuncta noscat 806
nemini sua fortuna satisfacit 492
nemo sapiens nisi sanus 500
nepa 1466
neptumni filij truces 1745
neptumni fabula 493
nequam 1574
nessi centauri fabula 1098
neronis statuæ elogiũ 1703
nicostrata Euandri mater 1863
niuem non esse albam dixit Anaxagoras 562
noctis diuisio apud Romanos 1362
noctu cur acrius quam interdiu soni audiantur 1567
noctua Mineruæ sacra 90
noctuæ uolatus 90113
non omnibus idem pulchrum 173
nonœ dijs superis dicatę 30
nox pudore uacat 962
nubere mense Maio Romanis inauspicatum 233
nulla ætas ad discendum sera 151
numerare preteritas undas 150
numeri impares efficaciores 749
numidica auis 1348
numisma Athenienſium 419.1001
numisma Peloponesiorum 852
numisma Tenedi regis 540
nuptiarum ceremoniæ apud Athenienses 294
nuptiarum pompa qualis 1490

O

OBelisci & pyramides summis uiris erigebantur 478
obscena 1551
occasiones mali uitandæ 137
occultare natiuos mores difficile 953
ocni fabula 264
octo certaminum species olympiis 424
octo deos esse Euander scripsit ibidem
oculi in amore duces 159
oculum appellant amantes, quod charum unice est 1763
oculus domini saginat equum 123
oeneus Meleagri pater 289
oenomaus histrio 1833
oenomaus Pisæe rex ibidem
ostrum 1012
officium officio prouocatur 61
offuciæ 306
ogygia Thebanorum regio dicta 1046
olere probitatem senes decet 1680
olei summa pars laudatur 724
oleum mare tranquillat 429
oleum nitorem addit 1747
ollæ 1611
olympias Marsyæ discipulus 1727
olympius quidam cur Δεκάς dictus 1044
omnes cupimus, at non licet

cet ditescere 492
omnium dulcissimum est accipere 182
onager 738
opes magnæ sunt bonam habere mentem 1687
opiniones de anima secundum Platonem, Empedoclem, & Zenonem &cæt. 125
oppido 1728
opportunitatis uis 452
opus esse 1556
optima a teneris eligenda 1706
oracula Delphis quomodo reddi solita 1967
oratio animi speculum 375
origenes Theologus adamãtinus dictus 1619.435
orestis iudicium 1894
orimalides 2031
oryges contrario sunt pilo 199
osiris mors 37
osiris sol dictus apud Assyrios 1981
ossifragæ aquilæ 1318
othis & Ephialtis proceritas 1864
oues laudatæ 139
ouum aceto maceratum 527

P

PAguri natura 1954
pagurus cur de collo Dianæ Ephesiæ suspẽdatur ibid.
palęsta 729
palma 171
palme corona 170
palenum qui & Melicerta 1090
pallas e Iouis cerebro genita 161
pallas Atheniensium protetrix 1705
pallas Poliades 928
pallas σκίππας 1624
palamedes belli Troiani scriptor 1794
palamedis poema ab Homero abolitum ibidem
pallium Græcorum uestimẽtum 1669
pallium 1579
palpare 1295
palpones ibi.
panderæ nomen unde 58
pandoræ pyxis 189
panegyris 1073
panionium concilium 1423
paralus Periclis filius stupidus 1009
parasiti conuiuiæ fabula 225
paræmia a sententia quomodo differat 5
parẽmiæ quæ optimæ 2
paræmiæ quid proprium 3
paræmiarum genus antiquissimum 9
parricidium 1704
parricidii pæna ibid.
pasetes magus 958
passiphes fabula 192
pauper numquam probus 1004
pax finit bellum 1764
pecunia ut pecuniam pariat præter naturam est 529
pecunia uelut altera hominis natura 803
pecunia amissa exanimis est homo 1748
pecunia traiectitia 1714
pecuniæ uires 964
pectis 513
palasga gens errabunda 1908
panestæ 1155
petheus sero Bacchum reuereri cæpit 57
persona 1341
personæ inuentor quis 1650
perdicia 509
perdicis astutia 1259
pericli concionanti noctua aduolauit 90
perpetuarii muli 1651
perpetuum quod indidit natura 1705
persarum mores 1303
persarum immanitas 1843
persæ per Mithram iurare soliti 1981
pertica 1577
pes 1232
pharus 2016
phasiani ab Ægyptiis oriundi 836
phasis Colchidis fluuio 1871
phegra ciuitas, quæ & pallene 1840
phidiæ uenus 1195
phileta 1638
philetę gracilitas ibid.
philippi Macedonum regis dictum 984
phocensium factum 379
phoci historia 1005
phænices & Cares tibiis in luctu utuntur 513
phænices Herculi coturnicem sacrificant 86
phœnicum commutatio 994
phœnix Achillis formator 1955
phęnix cur πάγουρος dictus ibidem
phœnis auis mors & ortus 1900
phorci filiarum fabula 1088
phrygis fabula 962
phynes dictum 1688
phrynes cur κλαυσίγελος dicta 1983
phines altera cur σαπέρδον cognomen fuerit ibidem
pica auis Baccho sacra 1515
pictura muta poesis 122
pieriæ historia 1742
pietas secundum Plutarchũ 403
prioris dictum 1853
pipolo 1667
pireus unde dictus 1422
pisander asinus Cnidius dictus 1926
pisces uocales 291
pistores Romę quando esse cæperunt 1171
pittheus Thesei auus 1679
platonis nobilis sententia 149.218
platonis dictum 1662

platonis

platonis philosophia numeris obscurata 64
plutarcus prouerbiorum collectanea scripsit 7
plutarchi opera adagiis scatent 8
plutarchus & Appianus eadẽ ætate floruerunt 1801
pluto diuitiarum deus 286
poesis muta pictura 122
poesis philosophiæ admixta 164
poesis non absque fabula & mendacio 852
poetarũ uersus in conuiuiis cani soliti 4
polite sacellum 95
polignoti Thassii pictura 264
polypi natura 98
polypus nitium narium 119
posterior dies prioris est discipulus 505
præficæ 950
primitiæ diis antiquitus consecratæ 356
princeps dei imago 168
princeps solidam noctẽ dormire non debet 983
principis animus 167
principis officium 857
prisci hominibus, locis, ædibus binos attribuebant genios 87
prisci philosophi a uero aberrauerunt 73
promethei, & Epimethei fabula 58
proserpina Azesia dicta 977
protagoræ sophistæ fabula 537
protogenis, & Apellis factũ 236
prouerbia qui olim scripserunt 7
prouerbia unde sumantur 318
prouerbia mutilata 12
prouerbia ad quæ conducãt 9
prouerbiorum usus antiquissimus 8
prudentia uitæ usu, multaq; experientia paratur 506
prudentia sua unicuiq; deus 826
pseudarbata reg. oculus dictus 109
psitachus quando discat 151
pudicitia thesauris incomparabilis 1664
pueri Athenis, & Romę qd discebant 236
pueris qualis honos apud Argiuos 479
pumicis proprietas 261
pustulæ in naso mendacibus adnascuntur 1600
pygmei 1464
pygmei unde dicti 1797
pylus 1008
pyramides, & obelisci summis uiris erigebantur 478
pyrrhichia saltationis genꝰ apud Spartanos 1405
pyrrhichia unde dicta ibid.
pyrrhi dictum 90
pyrrhonis facta 1916
pyrrhonii cur Ἐπορῆ; & ἀπορηματικοὶ siue ἀπορητικοὶ nuncupati & Σκεπτικοὶ ibidem
pythagoras fabis uesci solitus 28
pythagoræ auctoritas 892
pythagoricorum iusiurandum 1039

Q

QVare homines dii dicti sunt 337
quadrangulus sui similis 1679
quadrantalis 790
quercus ioui sacra 250
querna Dodonea sylua ibi.
quæ ocyssime consenescunt 412
quæ consenescunt tardissime ibid.
qui Herculi decimam consecrat &c. 88
quiritari 775
quod bonum idem simplex 723
quod malum id uarium est ibid.
quo ornatu Hercules descẽdit ad inferos 209

R

RAtio non omnium paris habenda 220
raiæ piscis natura 449
ranunculi herbę proprietas 1247
recipere 1534
regulus qui & trochilus 1322
remuria 233
res mortalium circulus 447
responsa Delphici oraculi 401.423
rhadamanthi consilium Luciano datum 26
rhamnusia 919
risus interdum improbum demonstrat 202
robur in neruis 237
roma per excellentiam urbs dicta 1999
romanorum iusiurandum 914
rosa priscis in precio 920
rosę sumus habitus olim homos ibid.
rubicon flumen 243

P

SAcra Eleusina 456
sacra in honorem Cereris 883
sacra in honorem Bonę deæ ibid.
sacra facere pro salute laborantis uel in parentalibus 204
sacra res consilium 116
sacrificia in honorem Hylæ 259
sacrificia sine uino quibus deis fierent 1062
sacrificium Fecialis 48
sacrorum mos 16

P sala-

salacitas murium mira 948
salaconia paupertas 1768
salmoneus mechanicarum artifex 1790
salpę torpor 399
sal seruat 35
salsum 781
salsitudo uitibus inimicissima 847
salsuginosa uicinia 253
sambici pœna 92
sambuca 1269
samæna 1603
samos insula cur ἀνθέμουσα, & παρθένια dicta 1036
sanctus Romanorum Deus 1678
sansucum 247
sapientes septem apud Græcos 519
sapientiæ mysteria obtecta 64
sapiens in eodem bis non labitur 280
sapientum filii vt plurimum stupidissimi 1009
sarcinator, unde dictus 1763
sardanapali sepulcrum 1636
sardanapali epitaphiũ 1349
sardo, siue Sardon insula 1025
saronicum mare unde 1182
saturno quomodo sacrificabatur 819
saturno quare antiquitus sacrificia fiebant ibid.
satyrii herbæ proprietas 2078
scarabæi natura 1325
scarabæi omnes mares 1329
scarabæi in Aetna mõte præ grandes gignuntur 1331
scipio fossa & uallum aduersus uim carthaginensium 44
sciron 1979
scopeliani dictum 1952
scorpio piscis 57
scytharum de uitę felicitate iudicium 996
scythæ supra modum iracundi 768
scythæ equino sanguine, & cibo, & potu utuntur 1913
scythia cur feris abundet 1285
scyllæ Nisi regis filiæ fabula 273
scylle Phorci, & Crateidis filiæ fabula ibid.
secundarius cursus 1684
senectæ uitium 74
senectuti sors, ocium, & quies 150
senes probitatem olere debent 1680
senes depontani 297
sensuum iudicium fallax 1663
sentẽtia manuum porrectione antiquitus comprobata 952
sæpia corde caret 1602
sepulturæ agna apud uetereres religio 529
sepulchra, & sacella mouere nefas 382
sertorii factum 315
seueritas lacedęmoniorum 232
sermo hominis indicium 106
seruis dimidium ingenii aufert Iuppiter 1952
seruorum nomina disyllaba e monosyllaba 1214
sibillæ Erithræę uaticinium 911
sibillæ tres, & earum nomina 1912
sicophantæ unde dicti 1819
siculi natura dicaces 721
silicernium 658
silphium 685
silurus piscis qui, & sturio 1457
silurus piscis aura uictitat 1698
simia 1024
simiæ natura ridiculæ 1281
simiarum copia in Mauritania 844
simiarum honos apud Pithecusios 2000
similitudo amoris mater 116
similitudo morum, & instituti beneuolentiam conciliat 1739
simonides elegiæ inuentor 1893
simulacrum Aegyptiorum 168
simulacrum Apollinis 174
simulatio diuturna esse non potest 544
sinope meretrix Abidus dicta 1604
sinties Lemnii cur dicti 1857
siphnus insula 1873
sisapo 1668
socrates subtilium nugarum antistes 267
socrati peculiaris genuis 87
socratis effigies, mores, & encomium 1180
socratis iuramentum 914. 1038
socratis dictum 387. 916 976
socratis dictum de proprio amore 118
sophocles μέλιτταν & νέαν σειρῆνα dictus 1828
sophocles unde dicatur 764
sophon mimographus adagiis scatet 1799
solem deorum summum per se iudicant 1685
sol mundi oculus a philosophis appellatur 1936
sol ἡμεροδρόμος 1662
solis apud uarias gentes uariæ appellationes 1981
solonis sententia 192
solonis lex 408
solonis apophtegma 24
solonis dictum 798
somni dei regia 916
somniare 207
somniare sperandi genus ibid.
somnia amantum spes ibid.
somnia turbulenta 420
somnus primus &c. 481
somnus famem, & sitim extinguit

extinguit 927
sordes 1461
sordidi ibid.
sors ingenium probi non vitiat 71
sortes 310
spartanorum mores 1015
spartanorum habitus 1801
sparti genera 1769
speculi quomodo imagines reddant 780
sphyngis simulachra pro tẽplis ab Aegyptijs dedicata cur 1895
sphyngis fabula ibid.
sphyngis symbolum 1849
spissigradissimus 1754
splendor 1531
spurius 1118
staphilius uinum ostendit aqua diluere 744
stater 1127
statera Aequitanis symbolum 24
stephanus Thucydidis filius stultus 1009
sterculeus Saturni cognomen 1328
stercutus Fauni filius ibidem
studio suo quisque ducitur 119
stultitiæ comes infelicitas 825
stylus graphiarius 313
suasum 1735
subulcos Aegyptij nec in templa respiciunt, nec ad matrimonium admittunt 248
suffragia folijs olim ferebantur 734
suffragia ferebantur fabis 27
suidas prouerbia scripsit 8
supercilia superbiæ sedes 2000
supplicandi mos apud Persas 1519
sutus 1767
sus abominandus apud Aegyptios 248
sybaritæ gallum gallinaceũ non alunt 725
sybillæ cumęę fabula 1449
sycophantæ siculnei gladij dicti 1015
syllæ dictum de Mario 1960
symbolum pietatis ciconia 573
symbolum 1194
sympuuium 730
sinanche 418
singrapha quomodo differat a chirographo, tabulis, & codicillis 1659

T

Talentum Atticum minus sexaginta, magnum octoginta libras ualebat 353
tali fabula 1247
talis suffragia olim ferebantur 990
talorum lusus 975
talus 1247
tanaquil, quæ & Caia 1678
tantali fabula 906
tarcotellæ uis 1247
tauri in Epiro quando non appareant 69
telchines 876
telegoræ fabula 804
temperantiam sectari, intemperantiam fugere 1663
templum execrationis 160
temporis & opportunitatis obseruatio 451
tempus omnium sapientissimum 818
tenedi lex 1432
tenedi regis numisma 540
tenæ fabula ibi.
tessera 596
testudines in Carnania 95
tetragonum ex omni parte sui similis 1785
thaletis ad Solonem dictum 1825
thaletis dictum 386
thalia vna gratiarum vnde dicta 1899
tharion pictor 1975
theætetus adagiorum scriptor 8
themis Euandri mater 1863
themistocles fuit notus 1126
themistocles cur habitus indoctior 908
themistoclis dictum 60. 714
theophrastus adagia scripsit, quæ Zenobii nomine circumferuntur 7
theonidis mulierculæ fabula 974
theotimi fabula 962
theramenes cur κόθορνος dictus 101
theramenis pœnæ 1966
thericles 1199
thessali equestris rei studiosi 753
thessali magi & uenefici 177
thiodamantis fabula 2019
thracia Martis domicilium 2036
thræsilai dulcis insania 1092
thurini Verconii supplicium 196
thiestes filiorum noia 1886
thymbra 875. 1568
thynnus 940
tibiarum in luctu usus 513
timallus 1572
timocreontis epitaphiũ 426
timotheus Atheniẽsium imperator mars rex dictus 1431
timotheus cantor 142
titan Achemoniis sol dictus 1981
tithonis fabula 385
titiuillitium 1667
tmolus Siciliæ mons croco abundantissimus 1925
toga Romanorum, pallium Græcorum uestes pacis, saga aũt belli. 1579. 1669
torpedinis natura 1265. 450
tradere 1575
traiectitia pecunia 1714
triarii sextus ordo 52
tria aurea pręcepta 404
tricari 38
tricoues ibid.
tricterica 1438

triglan-

triglantina Hecate 1556
triobolus munisma 114
trochea 1434
trochilus qui,& regulus 1322
troiani quando de reddenda Helena consultare cæperunt 56
tuciæ uestalis uirginis factum 255
tibii populi qui 1661
tyrannus portentum 109
tyrotarichus 1752
tyrrhenorum superstitio 24

V

VAdum 72
M.Varro argumenta fabularum a prouerbijs sumpsit 8
uatum genus irritabile 540 1766
uectii ualentis dictum 1923
uelabrum 1369
uelitari 1776
uenationi infelix omen mustellæ nomen 157
ueneris iactus in talorum lusu felicissimus 115
uenus Phidiæ 1195
uerecundia in lecto,&in conuiuio 1751
ueritas temporis filia 818
ueritate nihil robustius 11
ueritatis consideratio 366
uermis e uetustiore niue nascitur 552
uerum a pueris, ebriis,& insanis auditur 416
uesica 2017
uestę fabula 394
uestigia domini agris stercus optimum 123
uexilla Romanorum quibus animalibus insignita 1325
uiaticum honestissimum honesta ars 428
uictoriæ symbolum 90
uictimas fas non erat contingere,nisi peractis mysterijs 801
uigilantia Epaminondæ 984
uindiciarum forma 1781
vini in cibis appositis infusio 1001
uini temperatura 748
uinum pueris a Platone prohibitum 112
vinum & adolescentia duplex incendium uoluptatis 113
uinum in medio saluberrimum 724
uinum lac senum 556
uinum lac ueneris 808
uirgis famem ex ædibus Græci eijciebant 560
uiri boni deorum sunt amici 21
virtutis aliquid simile in bestijs inest 65
uirtus ad beate uiuendum se ipsa contenta est 1744
uirtute nihil pulchrius ibid.
vipera 1578
uipera bis exuit 54
uita curis non abbreuianda 35
vita infelix ubi 260
vita quid significet 1005
vitę indicium motus 1686
viticis proprietas 1962
vitis carica 1613
vitijs seruire grauissimum 775
vitium senectæ 75
viuere 1276
viuerra quæ 1300
viuerra quæ & ictis cur sic dicta ibid.
ulixis & Diomedis factum 526
vmbilici 131
vnda decumana 363
vnguenta amaracina 247
vnus non est numerus secundum Philosophos 478
voca 291
volupia 1134
voluptati mœror comes 507
voluptas quare summum bonum a philosopho dicta 1678.1695
vox nulla piscibus quare 291
vsuræ maritimæ 1714
vitiligatores 1972
vtres sale periuncti meliores 1225
vtris 1236
Vulcani, Martis,Veneris fabula 449
vulgus diligētior iudex 349
vulpinari 130.2368
vultures ex Aegyptiorum opinione omnes fęminæ 414
vultures ex curo concipere putant Aegyptij ibi.
vultus animi indicium 1383
vultus, habitusque interdū insanum demonstrat 487
vxores formosæ aureæ compedes dictæ 823
vxores in alterius inuidiam mortuum maritum laudant 1760

X

XEnia munera 107
xenophanis somnium de sole 1665
xenophon ἀπίκη μέκιπα dictus 1881
xenophon ἀπίκη μοῦσα 514
xerses aquam manibus haustam a rustico libenter accepit 647

Z

ZEnodotus adagiorum scriptor,qui & Zenobius 7
zenonis iusiurandum 914
zenonis dictum 358
zephyro flante canunt cygni 147
zoilus Homeri simulachrū verberare solitus 1789
zythum 832
Ζοφροδόπιδες 1360

FINIS.

ADAGIA,

QVAECVNQVE AD HANC DIEM EXIERVNT, ACCVRATE NVPER EMENDATA.

QVID SIT PAROEMIA.

PAROEMIA, definitore Donato,est accōmodatum rebus temporibusq; prouerbiū. Diomedes autem finit hunc ad modum: Paroemia est prouerbij vulgaris usurpatio,rebus temporibusq; accommodata, cū aliud significatur quàm dicitur. Apud Græcos scriptores uariæ feruntur finitiones. A nonnullis describitur hoc pacto,παροιμία ἐστὶ λόγος ὠφέλιμος ἐντῷ βίῳ, ὑπικρύπτει μετρίαπολὺ τὸ χρήσιμον ἔχων ἐν ἑαυτῷ. idest,Prouerbium est sermo ad uitę rationem conducibilis, moderata quadam obscuritate multam in sese continēs utilitatem.Ab alijs hoc finitur modo. Παροιμία ὅτι λόγος ἐπικαλύπων τὸ σαφὲς ἀσαφεία.i.Prouerbium est sermo rem manifestā obscuritate tegens. Neq; clam est,cōplures alias,& apud Latinos & apud Grēcos paroemiæ finitiones extare: uerum eas oēs hic referre non arbitratus sum operę pretium fore: cū,quòd in hoc opere præcipue propositum sit, breuitatem illam, quam à docēte requirit Horatius,ubique, quoad licebit,sequi: tum,quòd eandem ferè cantilenam canunt, eodemq; recidunt. maxime quod inter tam multas nulla reperitur, quæ uim naturamq; prouerbij sic complectatur,ut nō aliquid uel redundet, uel diminutum sit. Si quidem Donatus, ac Diomedes,(ut interim alia non excutiamus) in omni paroemia requirere uidentur inuolucrum aliquod: ut qui eam allegoriæ speciem fecerint. Deinde γνωμικόν,idest,sententiale quiddam,expectant, cum addunt, Rebus,temporibusq; accommodatum. Grēcorum item quotquot sunt finitiones, aut sententiam ad uitam instituendam conducibilem, aut metaphoræ tectorium admiscent: quædam utrunque cum altero coniungunt. Atqui permultæ reperies apud ἀκινήτους (idest neutiquam uiolandæ auctoritatis) scriptores,prouerbij nomine citata, quę nulla metaphora tegantur. Rursum non pauca, quæ nihil omnino pertineant ad institutionem uitæ,& à sententiæ ratione prorsus ἐν διαμέτρῳ, quod aiunt, dissideant. Exempla p multis duo suffecerint. μηδὲν ἄγαν,ne quid nimis, nemo non ponit inter adagia, nihil tamen habet integumenti. Et, τίς ἂν ἐκ θύρας ἁμάρτοι,hoc est,Quis aberret a foribus? ab Aristotele paroemię titulo refertur: at id non uideo quid conferat ad uitæ rationem. Iam uero non omne prouerbium allegoria quapiam tegi, uel ex Fabio liquet,cuius hæc uerba sunt, libro Instit.5. Cui confine est παροιμίας genus illud, quod est uelut fabella breuior. Videlicet palam indicat & alia paroemiarum esse genera, quæ non sint allegoriæ confines. Quamquam haud inficias iuerimus, maximam adagiorum partem aliqua metaphoræ specie fucatam esse. Tū optimas fatemur eas,quæ pariter & translationis pigmento delectent, & sententiæ prosint utilitate. Verum multo aliud est, commendare paroemiam, & quænam sit optima demonstrare: aliud, quid ea sit in genere,definire. Nobis(quod grāmaticorum pace fiat) absoluta & ad nostrum hoc institutum accommodata paroemię finitio tradi posse,videtur ad hūc modum, Paroemia est celebre dictum, scita quapiam nouitate insigne. Vt dictum,generis: celebre, differentiæ: scita quapiam nouitate insigne,proprij uicem obtineat. quando quidem his tribus partibus perfectam constare definitionē, dialecticorū consensus est.

Quid Paroemiæ proprium,& quatenus.

ITAQVE peculiariter ad prouerbij rationē pertinent duo,τὸ θρυλλούμενον, &

UNIVERSITAS

γυμνότης, hoc est, vti celebratũ fit, vulgo q; iactatum. Nam hinc etiam Paræmię Græcis uocabulum, uidelicet ἀπὸ τῆ οἰμῶς τὸ ὁδὸς, ὥσπερ τρίμμα καὶ παροδικὸν, ꝗ passim per ora hominũ obambulet: & adagij Latinis, quasi dicas circumagium, auctore Varrone. Deinde scitum, ut aliqua ceu nota discernatur à sermone communi. Neq; enim protinus, quod populari sermone tritum sit, aut figura nouatum, in hunc catalogum adlegimus: sed quod antiquitate pariter, & eruditione commendetur. id cũ scitum appellamus. Quibus ex rebus accedat nouitas adagijs, mox ostendemus: nũc, quot modis celebritas contingat, paucis indicabimus. Veniunt igitur in vulgi sermonem uel ex oraculis numinum: quod genus illud, ἔτε τρίτοι, ἔτε τέταρτοι, idest, neque tertij, neque quarti. Vel a sapientum dictis, quæ quidem antiquitas oraculorum instar celebrauit. quale est illud: δύσκολα τὰ καλά, hoc est: ardua quæ pulchra. Vel è Poeta quopiam maximè uetusto: ut Homericum illud:

- ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. idest.

Rem factam etiam stultus, intelligit.

Item illud Pindaricum,

Ποτὶ κέντρον λακτίζεμεν. idest,

Contra stimulum calcitrare.

Et illud Sapphus.

Μήτε μοὶ μέλι, μήτε μέλισσα. idest,

Neque mel mihi, neque apis.

Siquidẽ, dum linguæ adhuc incorruptæ manerent: Poetarum uersus in conuiuijs etiam canebantur. Vel è scena, hoc est, tragicorum, & comicorum actis fabulis: quod genus illud ex Euripide, ἄνω ποταμῶν. rursum illud ex Aristophane βάλλ' ἐς κόρακας. Præcipue uero comœdia mutuo quodam commercio & vsurpat pleraq; iactata vulgo, & gignit, traditq; vulgo iactãda. Nonnulla ducuntur ex fabularum argumentis, ut ἄπληστος, πίθος, ex Danaidũ fabula. ἀδῆς καυῆ, Orci galea, ex fabula Persei. Quædam trahuntur ex apologis: è quibus illud: At non uidemus manticæ quod in tergo est. Aliquot ex euentu nascuntur: sicut hoc, ἄλλα μὲν Λεύκων, ἄλλα δὲ Λεύκωνος ὄνος φέρει, i. Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat. Ex historijs aliquot mutuo sumpta sunt: quorũ est illud: Romanus sedendo uincit. Quędam profecta sunt ex apophthegmatis, hoc est, scitè breuiterq; responsis: sicut illud:

Ος αὐτὸς αὐτὸν οὐκ ἔχει, σάμον θέλει:

Qui semetipse non habet, Samum petit.

Sunt, quæ ex uerbo temere dicto sunt arrepta: uelut, οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. idest, non est curę Hippoclidi. Denique mores, ingenium seu gentis, siue hominis alicuius, siue etiã animantis; postremo rei quoque uis quæpiam insignis, ac vulgo nota locum fecerunt adagio: cuiusmodi sunt, σύροι πρὸς φοίνικας, idest, Syri contra Phęnices. ἀκκίζειν, pro eo quod est, fictè recusare quod accipere cupias, & ἀλώπηξ οὐδὲν ὀδοκεῖται, idest, vulpes non capitur muneribus, & δὶς κράμβη θάνατος, Bis crãbe, mors: & κλήματις αἰγυπτίας, Clematis Ægyptia.

Quibus ex rebus accedat nouitas Paræmiæ.

Iam, quod de nouitate diximus, id neutiquam simplex est. Nam hanc nõnunquã ipsa res secũ adfert, ut κροκοδείλου δάκρυα. Crocodili lachrymæ. Nonnunquam eam figura conciliat: cũ per omnes fermè schematũ species adagium uarietur, quas singulatim persequi non est necesse. eas duntaxat attingamus, quas frequentissime recipit. Metaphora pęne semper adest: multas autem partes ea complectitur. Allegoria non minus crebra: quanquam & hæc quibusdam metaphorę species est. Exemplum prioris: Res omnis in uado est. Posterioris: λύκος ἔχανεν. Lupus hiat. Nec infrequens hyperbole, uelut γυμνότερος λεπιδος. i. Nudior exuuio serpentis. Nonnunquam usq; ad ænigma peruenit; quod, auctore Quintiliano, nihil aliud est, quàm obscurior allegoria. quod genus, πλέον ἥμισυ παντὸς, idest, dimidium plus toto. Nonnunquam allusio uenerẽ adiungit paræmiæ, ueluti, βάλλ' ἔτως, i. Sic ferito. &, σὺ δὲ δυρχομένῳ, idest, Duobus simul euntibus. &

Ο πίσει ἐν μεγάροισι κακῶν τ' ἀγαθῶν τε τέτυκται. idest.

Ædibus in proprijs quæ rectave, prauave fiant.

Aliquotiès αὐτὴ διάλεκτος καὶ ἰδίωμα, i. uerbi proprietas, prouerbij simulachrum addit, ut ὠγύγιον κακὸν, i. ingens malum. Fit interdum, ut ipsum ἀμφίβολον, hoc est ambiguitas, decus apponat prouerbio. Cuius generis est, βοῦς ὀπὶ γλῶσσῃ, idest, Bos in lingua, & ὀσμὴ μῦς ἐν πίσσῃ, idest, Quæcun-

Quæcunque Mus in Pisa. Si quidem bos & animal significat, & numisma. Mus item animantis est nomen, & item athletę cuiusdam uocabulum. Et Pisa nomen Vrbis, accessione literulæ auctum, picem significat, πίσσα. Nonnunquam ipsa eloquendi nouitas paręmiam efficit, ut ἐν οἴνῳ ἀλήθεια, i. In uino ueritas. Nã, si dicas ebrios uera loqui, non uidebitur adagium. Itẽ si dicas: Sine cibo & potu languet libido, nõ habebit adagii faciem. Cõtra: Sine Cerere & Baccho friget Venus, nemo nõ agnoscit adagii speciem. Quanquam hæc ipsa nouitas, ut omnis alia, proficiscitur à figura. Decorat interim & antiquitas, ut ἐγγύα, πάρα δ' ἄτη, Spondẽ, sed pręsto est iactura. Denique in paręmiis omnes τῆ γελοίᾳ, id est, ridiculi, formas inuenies. Sed hæc minutim persequi, molestæ cuiusdam diligentię fortè uideatur. Tametsi de figuris prouerbialibus paulo post aliquanto copiosius dicturi sumus.

Quomodo paræmia differat ab ijs, quæ uidentur illi confinia.

Sunt autẽ quædam affinia paræmiis, puta γνῶμαι, quas nostri sentẽtias appellant: ad hęc αἶνοι, qui à nostris apologi vocantur: tum ὑποφθέγματα, quæ Latine, breuiter ac scite dicta, uertere licebit: præterea σκώμματα, id est, falsè dicta. Denique quicquid allegoriam, aut aliam quam plam figuram prouerbialem, ceu personã, præ se gerit. Ea tametsi difficile non sit ab adagiorum genere secernere, si quis ad finitionem, tanquam ad gnomonem, & regulam, unumquodque norit applicare: tamen, quo faciamus satis etiam imperitioribus, haud grauabimur rudius & pinguiore, quòd aiunt, Minerua rem explicare, ut planè cõstet quid in hoc opere simus secuti. Primum inter sententiam, & paręmiam eiusmodi ratio est, ut utraque cum altera coniungi, utraque rursus ab altera queat seiungi, non aliter, quam album ab homine. Vt enim non statim album quod homo, neque protinus homo quod album: nihil tamen uetat id album esse, quod sit homo: Ita non raro fit, ut sententia paręmiam complectatur: at non statim quod paręmia fuerit, idem erit & sententia, neque contra. velut,

Auaro tã deest quod habet, quàm quod non habet, &,

Pascitur i uiuis liuor, post fata quiescit.

non ut sententiæ sunt, ita sunt & adagia. E diuerso: Ego in portu nauigo, ut est prouerbium, ita sententia non est. Rursum, μὴ παιδὶ τὸ μάχαιραν, id est, ne puero gladium, pariter & paręmię sententięq; rationem complectitur, denique & allegoriæ. Neque defuere tamen, potissimum apud Græcos, qui grauati non sunt operã in hoc genere sumere, γνωμολογίαν, id est sententiarum collectionem, conscribẽtes. αἶνον Aphthonius ĩ Progymnasmatis, simpliciter μῦθον, id est fabulam, uocat. huic sunt, ut ait, uaria ex inuẽtoribus cognomina, συβαρίτης, κίλιξ, κύπριος, αἰσώπειος. Quintilianus αἶνον ait a Græcis appellatũ λόγον μυθικὸν, αἰσωπείειον, a Latinorũ nõnullis apologationẽ, nõ satis in vsũ recepto nomine. Neq. negat; αἶνον, paręmię confinem esse: uerum ita distinguit, vt αἶνος, totus sit apologus, paręmia, ueluti fabella breuior. Exempli loco posuit: Non nostrum onus, bos clitellas? Ad hunc quidem modum usurpauit Hesiodus:

Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω, νοέουσι καὶ αὐτοῖς.

Ὡδ' ἶρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον. i.

Ænõ principibus referã, norint licet ipsi,

Vocalẽ accipiter sic affatus philomelã ẽ.

Vtitur eundẽ ad modũ & Archilochus, & Callimachus. Etiam si Theocritus ἐν κυνίσκαις, αἶνον pro paręmia videt vsurpasse, Αἶνος θυὸν λέγε ταὶ τὶς, ἔβα καὶ ταῦρος ἀν ὕλαν. Iam uerò apophthegmata nõ alio discrimine dissident à paręmiis, quam sententiæ. Quemadmodum enim illud, ὃς αὐτὸς αὐτὸν οὐκ ἔχει, σάμον θέλει, simul & adagiũ est & apophthegma, ita illud Simonidis ad quendam in conuiuio tacentem, εἰ μὲν ἠλίθιος εἶ, σοφὸν πρᾶγμα ποιεῖς. εἰ δὲ σοφὸς, ἠλίθιον. i. Si quidem stultus es, sapiẽtem rem facis; si uerò sapiens, stultam. Itẽ illud: Decet Cęsaris uxorem nõ solum crimine, uerumetiam criminis suspicione uacare, apopthegma quidem est, at nõ item paręmia. Item: Soles duabus sedere sellis, simul & prouerbium & λοιδόριον est. Contra: Mater nunquam, pater periępe. Item illud Turonii: Ad molas sunt, σκῶμμα quidem est, at non item adagium. Quanquam sunt in hoc genere quędam adeo commode dicta, ut facile possint in adagiorum ordinẽ adscisci, velut illud, μέχρι βωμῶν φίλος εἰμὶ, i. Vsq. ad aras sum amicus. Adest

enim simul & breuitas, & sententia, & figura. Hæc paulo uerbosius inculcauimus, ne quod a nobis in hoc expectetur opere, nisi quid sub parœmiæ cadit appellationem, neve quis per negligentiam præteritum existimet, quod prudēter, consultoq;, tanquā ab argumento alienū, prætermisimus.

Commendatio Prouerb. à dignitate.

PORRO autem ne quis hanc doctrinæ partem, tanquam nimium humilem, & impendio facilem, pęneq puerilem, fastidiat, atque aspernetur, paucis exponamus, quantum hæc, sicuti uidentur, minutula apud antiquos illos obtinuerint dignitatis, deinde quantum adferant commoditatis, si quis in loco sciteq. utatur, postremò nō usq. adeo cuiuslibet esse, rectè prouerbiis uti. Principio, cognitionem adagiorū non in postremis habitam apud summos uiros, uel illud sat argumēti est, quòd primi nominis auctores non indigna duxerint, de quibus diligēter uoluminibus aliquot conscriberent. Quorum primus est Aristoteles, nimirum tantus Philosophus, ut unus hic pro multis suffecerit. reliquit is, teste Laertio, de parœmiis uolumen unum. Chrysippus item ad Zenodotum duos de prouerbiis libros conscripsit. Scripsit eadem de re Cleanthes. Quorum uirorum si labores extarent, nobis non fuisset necesse tanto sudore quędam ex minutis istis scriptoribus, & iisdem, ut indiligentibus, ita deprauatissimis etiam, expiscari. Reperiuntur nonnulla prouerbiorum collectanea Plutarchi nomine, sed paucula, eaq. ferme nuda. Inter parœmiographos subinde citatur tum ab aliis, tum ab Athenæo in Dipnologia, Clearchus Solensis, Aristotelis auditor, & Aristides, deinde Zenodotus, qui Didymi, Tarræique parœmias in compendium redegit. Citantur & Theophrasti prouerbia in cōmentariolis Demosthenis. Vnde liquet & illos hisce de rebus commētarios reliquisse. Neque nos fugit, id operis Zenobii nomine circunferi, uerum, quoniam inueniuntur quædam apud Aristophanis interpretem, Zenodoti eius, qui Didymum, ac Tarrhæum in compendium redegerit, nomine relata, quæ ad uerbum in huius commentariis leguntur, circa fraudem esse, quòd is, quocunque fuerit nomine, (quid enim refert?) in hoc opere, Zenodoti titulo adducetur. Hic præter alios Milonem quēdam parœmiographum allegat. Citatur & Dæmon quispiam, cum ab aliis compluribus, tum ab eo, qui dictiones aliquot ex orationibus Demostheni, est interpretatus, qui multos de prouerbiis libros uidetur composuisse. nam citatur liber 40. Extant & Diogeniani collectanea. Hesychii præfatio testatur ab ipso copiosius explicata prouerbia, quæ nudius recensuisset Diogenianus. etiamsi opus ipsum pugnat cum suo prologo, cum is nomenclaturam auctorum profiteatur, & prouerbiorum argumenta, hic ita nudus sit, ut nihil esse possit magis. unde in coniecturam adducimur, opus hoc copiosius ab auctore descriptum, post ab alio quopiam in compendium contractum. Suidas, qui & ipse in hoc numero ponēdus est, Theætetum quēdam adducit, qui de prouerbiis conscripserit. Nec illud argumentum leue, quòd inter bonos auctores ut quisque fuit eruditissimus eloquentissimusq;, ita quamplurimum adagiorū suis libris asper sit. Et, ut a Græcis exordiar, quid de magno illo Platone, ne dicam diuino, παροιμωδέστερον, ut sic dixerim? Aristoteles, serius alioqui philosophus, haudquaquam grauatur suis illis disputationibus parœmias crebras, ceu gemmulas, intertexere. Quem quidem, sicut in cæteris, ita hac quoque in parte Theophrastus est æmulatur. Plutarchus, grauis ac pæne tetricus auctor, quam multis undique scatet adagiis? quem nec piguit inter problemata quasdam parœmias & proponere, & excutere, idque Aristotelis exemplo. Iam, ut ad Latinos ueniamus, omissis utroque in genere grammaticis, ac poetis, (nisi si quis in his M. Varronē existimat annumerandum, qui Menippeis illis suis prouerbiales indidit titulos, ut planè consentaneum sit illum argumenta fabularum nō aliunde, quam a prouerbiis sumpsisse mutuo) Romani Principes non existimarunt inferius esse maiestate Imperiali, ut, magnis de rebus consulti, prouerbio respon derent, quod etiā nunc extat in Digestis, ἔτε πάντα, ἔτε πάντη, ἔτε παρὰ πάντων, id est, Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Apud Græcos hoc adagium fertur, ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκω. idest, E fructu arborem iudico Pittacus philosophus consultorem suum ad pueros

ad pueros turbine ludentes mittit, à quibus de ducenda uxore prouerbio doceatur, audiatq;, τλῶ χ' σαυτὸν ἔλα. Theognides autem:

οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
Οὔθ' ὕων πάντας ἀνδάνει, οὔτ' ἀνέχων, i.
Nō etenī cūctis placeat vel Iuppiter ipse,
Seu mittens pluuiam, seu cohibēs pluuiā.

Quòd si quem mouet antiquitatis auctoritas, nullū doctrinæ genus antiquius fuisse videtur quàm parœmiarum. In his ceu symbolis tota ferme priscorū philosophia continebatur. Quid aliud veterum illorum sapientum oracula, quàm prouerbia? quibus tantum honoris habitum est olim, vt non ab homine profecta, sed cœlitus delapsa viderentur. Et cœlo, inquit Iuuenalis, descēdit, γνῶθι σεαυτόν, i. noscere ipsum. Proinde pro foribus templorum veluti digna dijs inscribebantur: passimq; columnis, ac marmoribus insculpta visebantur, tanquam immortali digna memoria. Quòd si minutula quępiā res videtur adagium, meminerimus ista non mole, sed pretio æstimari oportere. Quis enim sanus non pluris faciat gemmulas, quamuis perpusillas, quā saxa quędā ingentia? & vt, auctore Plinio, in minutissimis animātibus, velut araneolo, culiceq;, maius est naturę miraculum, quàm in elephanto, si quis modo propius contempletur: itidem in re literaria nonnunquam plurimum habent ingenij, quæ minima sunt.

Ad quot res vtilis Paræmiarum cognitio.

RELIQVVM est, vt paucis ostendamus, nō minus vtilitatis inesse prouerbijs, quā olim adfuerit dignitatis. Conducit autem parœmiarum cognitio, cū ad alia permulta, tum potissimum ad quatuor: ad philosophiam, ad persuadēdum, ad decus, & gratiam orationis, ad intelligendos optimos quosq; auctores. Principio, ne cui mirum videatur, q̄ prouerbia dixerimus ad philosophię scientiā pertinere, Aristoteles apud Synesium existimat nihil aliud esse parœmias, q̄ reliquias priscę illius philosophię, maximis rerum humanarū cladibus extinctæ, easq; seruatas esse, partim ob compendium, breuitatemq; partim ob festiuitatem ac leporem: ideoq; non segniter, nec oscitāter, sed pressius, ac penitius inspiciēdas. subesse enim uelut igniculos quosdā vetustæ sapientiæ, quæ in peruestiganda veritate multo fuerit perspicatior, quàm posteriores philosophi fuerint. Plutarchus itē (in commentario cui titulum fecit, Quo pacto sint audiendi poetæ) veterum adagia simillima putat sacrorū mysterijs, in quibus maximæ quæpiam res, ac diuinę minutulis & in specie pęne ridiculis cęrimonijs significari solent. His enim tam breuibus dictis per inuolucrum quoddā eadem innuimus, quę philosophiæ principes tot uoluminibus tradiderūt. Neq; enim aliud sibi uelle parœmiam illam Hesiodiam, πλέον ἥμισυ παντός, quàm quod Plato tū in Gorgia, tum in libris Politicis, tam multis argumentis conatur ostēdere, βέλτιον εἶναι τὸ ἀδικεῖσθαι τοῦ ἀδικεῖν. i. Satius esse iniuriam admittere, quàm iniuriam inferre.

Ad persuadendum conducere Prouerbia.

QVOD si cui satis nō sit ipsum sapere, verum etiā alijs persuadere cupiat, q̄ non inutilis sit hęc prouerbiorum supellex, vel Aristoteles ipse satis declarat, qui non semel in rhetorices præceptis, parœmias inter testimonia connumerat. Quemadmodum, inquiens, si quis suadere velit ne cū homine sene copulet aliquis necessitudinē, vtit huius puerbij testimonio, μήποτ' ἀνδρεῖν γέροντα. idest, Ne vnquā bene facias senī. Rursum, si quis psuadeat, vt liberos item interficiat, qui parentem occiderit, huic vsui futurum est hoc prouerbiū.

Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας, παῖδας καταλείποι. id est,
Stultus, q̄ natos, occiso patre, relinquat.

Quantum aūt adferant ad persuadendi facultatem momenti testimonia, cui non cognitum est? Neque mediocriter conducunt sententiæ. At inter hæc quoque idē prouerbia collocat. Quintilianus in Institutionum libris, compluribus locis, puerbiorum mentionē facit, tanquam non vna ratione ad benedicendum conducentium. Nam quinto libro parœmias exemplis coniungit, vt parem cum illis uim obtinētes, quorum est uel præcipua. Rursum easdem eodem in libro in argumentorum genere collocat, quas Græce κρίσεις appellāt. Quorum & frequentissimus usus, & ad persuadendum mouendumq; non mediocris utilitas. Quin magis ipsa Fabij uerba libet adscribere. Nec hęc quidem, inquit, uulgo dicta, & recepta psuasione populari, sine usu fuerunt testimonia. Sunt enim quodam-

modo, uel potentiora etiam, quòd nõ causis accommodata, sed liberis odio & gratia mentibus, ideo tantum dicta, factaq; quia aut honestissima, aut uerissima uidebãtur, paulloque inferius: Ea quoque, quę vulgò recepta sunt, hoc ipso, quòd incertum auctorem habent, uelut omnium fiunt. Quale est: Vbi amici ibi opes. Et: Conscientia mille testes. Et apud Ciceronẽ: Pares cum paribus, ut est in ueteri prouerbio, facillimè congregantur. Neque enim durassent hæc in æternum, nisi uera omnibus uiderentur. Hactenus Fabij uerba retulimus. Idem autem paullo post deorum oracula parœmijs subnectit, uelut his adfinia, cognataq;. Iam, quid M. Tullius, nonne in actione pro L. Flacco. prouerbio fidem testibus abrogat? id est huiusmodi, ἐν καρὶ τῷ κίνδυνον, idest, In Care periculum. An non in eadem totius gentis Græcorum in ferè dis testimonijs fidem eleuauit hoc prouerbio? Da mihi testimonium mutuũ. Quid, quòd ipsi etiam philosophi passim suas rationes prouerbijs fulciunt? Quo minus mirandum, si frequenter historiographi narrationis fidem ex adagio quopiã petũt. Adeo, quod in literis intercidit, quod titulis, quod colossis, quod marmoribus seruari non potuit, prouerbio seruatur incolume: ut & hanc obiter adagiorum laudẽ indicem, quod τὸ πιθανὸν, idest, probabilitas, ad persuadendum uel primas obtinet partes, quid, quæso probabilius, quàm quod nemo non dicit? Quid uerisimilius, quàm id, quod tot ætatum, tot nationum consensus, & uelut idem suffragium comprobauit? Inest nimirum, inest in his parœmijs natiua quædam, & genuina uis ueritatis. Alioquin, qui fieri potuit, ut eandem plerunque sententiam in centum dimanasse populos, in centũ uideamus transfusam linguas, quæ ne tot quidã sęculis, quibus nec pyramides obstiterunt, uel interierit, consenuerit? ut meritò dictum illud uideatur: Veritate nihil esse robustius. Deinde fit, nescimus quo pacto, ut sententia prouerbio quasi uibrata, feriat acrius auditoris animum, & aculeos quosdam cogitationum relinquat infixos. Nã longè minus tanges animum, si dixeris: Caduca, & breuis est hominis uita: quàm si prouerbium cites, Homo bulla. Postremò quod de risu scribit Fabius, maximas difficultates causarum, quæ nullis argumentis dissolui queant ioco eludi, id uel maximè præstat parœmia.

Ad ornatum conducere Parœmiam.

Porro, quantum uel dignitatis, uel ueneris adiungat orationi tempestiuus prouerbiorum usus, non arbitror pluribus explicandũ. Primũ enim, quis nõ uidet, quantum maiestatis uel ex ipsa antiquitate cõcilient orationi? Tũ, si quod schema, quod amplitudinem ac sublimitatem apponat sermoni, rursum si quod ad gratiam dictionis facit: denique, si qua ratio festiuitatis (cum parœmia, plerunq; per omnes figurarum species, per omnes faceriarum formas uariatur) nimirum quicquid illa solẽt adferre, conferet, ac genuinam quandam, peculiaremq. gratiã de suo insuper adiunget. Proinde, si scitè & in loco intertexantur adagia, futurum est, ut sermo totus & antiquitatis ceu stellulis quibusdã luceat, & figurarum adrideat coloribus, & sententiarum niteat gẽmulis, & festiuitatis cupedijs blãdiatur: deniq. nouitate excitet, breuitate delectet, auctoritate persuadeat.

Ad intelligendos auctores conducere Parœmiã.

Iam, ut non sit alius parœmiarũ usus, certe ad intelligendos optimos quosque (hoc est uetustissimos) auctores, non utiles modò sunt, uerumetiam necessariæ. In quibus cum pleraque sunt deprauata, tum hæ uel deprauatissimæ sunt: propterea q̃ ferè ęnigmaticum quiddam habeant, ut etiam à mediocriter eruditis non intelligantur: tum q̃ plerunque uelut ex abrupto interseruntur nonnunquam etiam mutilatim ut ἄνω ποταμῶν, idest sursum fluminum. Aliquoties unico uerbo notantur, ut apud Ciceronem in Epistolis ad Atticum. Subueni, quęso, dum est ἀρχὴ, idest principiũ. Indicat autem illud prouerbium:

Ἀρχὴ ἥδε τοι πολυλοῖσιν ἡ τελετῶν, i. Principio præstat, quàm fini adhibere medelam.

Hęc itaq. multũ offundunt tenebrarum si ignorentur. At rursum lucis plurimum adferunt, si fuerint intellecta. Denique fit nonnunquam, ut scriptor tacitè ad prouerbiũ adludat: quod si nos fugerit, etiãsi uidebitur intellecta sentẽtia, tamẽ magna uoluptatis pars aberit, ignorata parœmia.

Quod genus est Horatianum illud:

equus ut me portet, alat rex.

Et

Et apud Virgilium:

fatis nunquam concessa moueri,
Apparet Camarina procul.

Subest enim in illo prouerbiũ, ἵππος μεφέρει, βασιλεύς με πρέφει, in hoc, μὴ τῷ καμαρίναν.

Commendatio à difficultate.

Quod si iuxta prouerbiũ, δύσκολα τὰ καλὰ eaque uulgo ceu fastidiuntur, quæcunque facilia uidentur: ne quisquam arbitretur usque adeo procliue, uel intelligere, uel sermoni parœmiam intexere. Siquidẽ ut non mediocris est artificij, gemmulã scitè includere anulo, & aurũ purpurę intexere ita non est cuiuis parœmiam aptè, decenterq; orationi inserere. Quodque Fabius scribit de risu, nihil affectari periculosius, idem de prouerbio nõ iniuria dixeris. Etenim in huiusmodi, quemadmodum & in musica, nisi summum præstes artificem, ridiculus sis: & aut laudem eximiam, aut risum auferas oportet.

Quatenus utendum adagijs.

Proinde, quatenus quibusq; modis uti conueniat adagijs, indicabimus. Ac primo loco meminisse oportebit, ut, quod eleganter Aristoteles in commentarijs rhetoricis admonuit de adhibendis epithetis, id nos in usurpandis adagijs obseruemus: nempe ut illis utamur non tanquam cibis, sed ueluti condimentis, idest non ad satietatem, sed ad gratiam. Præterea ne quouis inseramus loco. quemadmodum enim ridiculum sit, si quibusdam locis gẽmam alligaris: itidem absurdum, si nõ suo loco adhibueris adagiũ. Quod uerò Fabius libro Institutionum 8. de sententijs usurpãdis præcepit, id totidẽ fermè uerbis de parœmijs præcipi queat. Primum, ne, quemadmodum dictum est, nimis crebriter utamur. Densitas. n. earum obstat inuicẽ, quominus eluceãt, quemadmodũ nec pictura, in qua nihil circumlitũ est, eminet, ideoq; artifices ẽt, cum plura in unã tabulam opera cõferunt, spatijs distinguunt, ne umbræ in corpora cadant. Subsitit. n. omnis parœmia, ideoq; post cã utriq. aliud est initium. Vnde soluta ferè oratio est, & è singũlis nõ mẽbris, sed frustis collata, structura caret. Porrò, vt adfert lumẽ clauus purpurę in loco insertus, ita certè neminem deceat intertexta pluribus notis uestis. Accedit hoc quoque incommodi, quod crebras captãti parœmias, nonnullas necesse est admiscere uel frigidas, uel coactas. Non enim potest esse delectus, ubi de numero laboratur. Postremò gratiam amittit quicquid aut immodicũ est, aut intẽpestiũ. In epistolis tñ familiaribus licebit paullò liberius hoc genere ludere: in oratione seria, si cuti parcius, ita ẽt accuratius adhibendæ.

Varius prouerbiorum usus.

Hoc in loco non ab re futurum arbitramur, si paucis indicabimus quibus rationibus uariari queat parœmiarum usus, ut possis idem adagium alia, atque alia forma producere. Principio, nihil uetat interdum, quominus item dictum ad complures sensus accõmodes: ut illud τεθημένος, πίθος, i. pertusum dolium, uel ad obliuiosum, uel ad profusum, uel ad auarum, uel ad futilem, uel ad ingratũ traduci potest. Effluit enim quicquid infuderis in animũ immemoris: apud prodigum nihil durat. auari cupiditas nunquam expletur: futilis, & garrulus nihil continet: perit quicquid contuleris in hominem ingratum. Nonnũquam per ironiam ad contrarias etiam snias deflectitur: quod genus, si de mendacissimo quopiam loquens, dicas: ἄκυε τὰ ἐκ τρίποδος, idest. Audi è tripode dicta. Fit interim ut unius uoculæ cõmutatione diuersis cõueniat, ut ἐκθρῶν ἄδωρα δῶρα, i. Hostium munera non munera: & πενήτων ἄδωρα δῶρα, κολάκων ἄδωρα δῶρα, ποιητῶν ἄδωρα δῶρα, ut idẽ adagiũ ad hostes. ad pauperes, ad assentatores, ad poetas deflectatur. Nam hostium munera pernicię adferre creduntur. &, siquid donant pauperes, aut adulatores, aut poetæ, captationes sunt uerius, q̃ munera. Breuiter ad omnia, in q̃ quocunq; modo hęc similitudo cõpetit, accõmodes licebit. Illa ratio ferme cõmunis omnibus, quoties à persona ad rẽ, aut contra, fit deflexio. Ad personã, hoc pacto: Prouerbiũ ẽ, μηδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύω, idest, ne Hercules quidem aduersus duos: ego uerò, Thersites magis, q̃ Hercules, q̃ possim utriq. respondere? Ad rem torquebitur hoc modo, prouerbio dictũ est, μηδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύω, ego q̃ possim pariter & morbo, & inopię tolerãdę par esse? Varia tur & inuersione puerbiũ, ut dictũ est, μηδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύω, & tu unꝰ cõtra duos Hercules audes congredi? Item hoc pacto:

Contra tritum Græcis prouerbium: Expectatis carbonibus thesaurũ reperi. Et: Cõmutauimus, nõ χρύσεα χαλκείων, i. aurea æreis: sed plane χάλκεα χρυσείων, id est, æra aureis. Præterea nonnunquam explicatur adagium, & confertur; nonnunquam simplex allegoria refertur. Aliquoties ét mutilum proponitur, ut si quo respondente, quod nihil ad rẽ pertineat, dicas ἄμας ἀπήτην, i. falces postulabam. Et apud Ciceronem, τὰ μὲν διδόμενα, i. quæ dantur. Interim satis est unico uerbo allusisse, ut apud Aristotelem, in omnes eiusmodi inter ipsos κεραμεῖς, id est, figuli.

De Figuris prouerbialibus.

RELIQVVM est, ut ad paræmiarum catalogum accingamur, sed prius figuras aliquot prouerbiales ostendemus. Quædam enim dicta sunt specie non magnopere prouerbiali, quædam aũt παροιμιώδει, (id est prouerbiali) figura, ut facilè possint in paræmiarum ordinem coaptari. Igitur in totum, prouerbiorum generi cõfinis est omnis sententia, præterea metaphora, peculiariter allegoria: & in his præcipuè quæ sumuntur à rebus insignibus, & uulgò celebratis: ut à nauigatione, à bello. Quo genus sunt illa: Secundis nauigare uentis, naufragium facere, uertere uela, tenere clauum, & exhaurire sentinã, &, tradere uentis uela, contrahere uela. Item illa; Bellicum canere, & uersis gladijs pugnare, receptui canere, cominus atque eminus pugnare, conferre pedem, conferre manus, atq; id genus alia sexcẽta. Quæ si paullò longius traducantur, abeũt in paræmiarum formam. Item quę ducuntur à rebus notis, ac uehemẽter quotidiano sensui familiaribus, ut quoties corporis gestus ad animi rem transferuntur, cuiusmodi sunt: Premere pollicẽ, pro fauere: corrugare frontem, pro molestè ferre: ringi, pro indignari: exporrigere frontem, pro hilarescere. Præterea quæ trahuntur à sensibus corporis, uelut, Olfacere, pro rescisscere; degustare, pro experiri: Prouerbij ferè faciem habent, quoties quæ sunt artibus peculiaria uocabula, alio detorquentur, vt δὶς διὰ πασῶν, id est, Bis per oia, à musicis; ἐκ διάμετρα, id est, ex dimetiẽte, à mathematicis. Itẽ, sesquipedalia uerba incudi reddere, a fabris ferarijs: Adamussim, a fabris lapidarijs: Nullam lineam duxi, a pictoribus: Extremum actum adiungere, à scenis. Interdum citra figuram tacita adlusio prouerbiale quidam adfert. Eatum erit optima, quoties ad auctorem, aut rẽ spectat magnopere celebrem, nulliq́ue incognitam, qualis est apud Græcos Homerus, apud Latinos Virgilius. Quod genus est illud, apud Plutarchũ, ἐπεὶ μάρτυρές γε τῷ πλάτωνι πολλοὶ τ' ἀγαθοίτε πάρεισιν, i. Qũ quidẽ testes sane Platoni multiq́ue boniq; adsunt. Adlusum est enim ad morem sacrorum, in quibus sacerdos dicere cõsueuit, Τίς τῇδε, id est, quis hic? Deinde, qui aderant, respõdebãt, πολλοί τ' ἀγαθοί τε πάρεισιν, i. multiq. boniq́ue adsunt. Item illud apud Ciceronẽ ad Atticũ: Σὺν τε δυ' ἐρχωμένω, id est: Simul duob. euntibus. Et apud Lucianum: ἰατρῶν παῖδες, id est, medicorum filij, pro medicis ipsis. Accedũt ad puerbij speciem & illa, bucolico carmini familiaria, ἀδύνατα, ἀνάγκαῖα, ἄτοπα, ὅμοια, ἐναντία, i. impossibilia, necessaria, absurda, similia, contraria.

Ἀδύνατα sunt eiusmodi:

Ἀλλ' ἴσος γαρ' ὁ μόχθος ἐπ' ἠόνι κύματα μετρεῖν. id est,

Sed labor adsimilis metiri i littore fluctũ.

Et apud Virgilium:

Ante leues ergo pascentẽ in ęthere cerui,
Et freta destituent nudos i littore pisces.

Ἀναγκαῖα sunt huiusmodi:

Dum iuga mõtis aper, fluuios dum piscis amabit.

Et apud Senecam:

Lucida dũ current annosi sidera mundi.

Ἄτοπον exemplum hoc erit:

Atq; idẽ iũgat vulpes, & mulceat hircos.

Contrarium hoc:

Nũc virides ét occultãt spineta facertos:
Me tamẽ vrit amor. Itẽ apud Theocritũ;

Ἡνίδε σιγᾷ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἀήται.

Ἀδ' ἐμὰ δ' σιγᾷ στέρνων ἔντοσθεν ἀνία. i.

Ecce filet maris unda, silent & flamina venti: & Similium:

Torua leæna lupũ seqt̃, lup⁹ ipse capellã.

Et apud Theocritum:

Haud tamen intra nostra filẽt pręcordia curæ.

Αἶξ τ' κύτισον, ὁ λύκος τ' αἶγα διῶκει. i.

Capra petit cytisum, sequitur lupus ipse capellam.

Sũt & aliæ duæ figuræ maximè cõfines paræmiarum generi, quæ cõstant, vel eiusdem, aut similis iteratione uocis, uel contrarium

contextu. Quod genus sunt, ἀπὸ τοῦ ὁλῶ κακὸν κακῶς. κακῶς κόρακος κακὸν ᾠόν. i. Perdam te malum male. Mali corui malum ouum. Et, θρέμμα σοφῶς σοφόν, id est, Alumnus sapientis sapiens. Id quod est apud Græcos comicos pariter ac tragicos pęne solenne. Et: Eueniunt digna dignis. Amico amicus. Malis malus. Bonis bonus. Vterque vtrique cordi. Suus rex reginæ placet. Et: Manus manum fricat. Graculus ad graculum. Cõtrariorum genus sic hẽt, καὶ δίκαια κἄδικα, δ' καὶ μιαρῶς, i. Et iusta & iniusta, Probe & improbe, apud Aristophanem, ἐκκοσίτε καὶ ἄκκοσι, id est, Volentibusq; & nolentibus, apud Platonẽ. Item, οὐδὲν ἔπος οὐδὲν ἔργον, id est, Nullũ dictũ, neque factum. Apud nostros item, Verum vbi fas uersum atque nefas. Facta atque infecta canebat. Quo tropo sic usus est Valerius Maximus, ut ad uerum sensum non cohæreat, tantum exaggerat: Obtestantem, inqt, se, aduersus omne fas & nefas, cum in summo esset Imperio, à te equite Romano fuisse trucidatum. Nam qui consistit, ut facinus nefarium dicatur esse factũ aduersus omne nefas? Quo iure, quaque iniuria. Quiduis & facere, & pati. Digna, atque indigna. Quid dixit, aut qd tacuit? Domi, belliq́ue. Publice, priuatim. Quod scis, nescis. Clamq́ue, palamq́ue. Iocaque, & seria. Manibus, pedibusq́ue. Noctesque, diesq́ue. Quæ prima, aut ultima ponas. Neque magnum, neque paruũ. Iuuenesq́ue, senesq́ue. Dijs, hominibusq́. plaudentibus. Ad hanc formam pertinent etiam hæc passim apud poetas obuia, παρθένος ἀπάρθενος. ἀνυμφος νύμφη. ἄγαμος γάμος. ἄπολις πόλις. δύσπαρις πάρις. δυσδαίμων εὐδαιμονία. ἄδωρα δῶρα. ἀδεὲς δέος. ἀπόλεμος πόλεμος. ἄκοσμος κόσμος. ἄχαρις χάρις. ἄπλυτος πλῦτος. i. Virgo nõ virgo. Spõsa nõ spõsa. Nuptiæ non nuptiæ. Ciuitas, non ciuitas. Malus Paris Paris. Infelix felicitas. Non dona dona. Non metuendus metus. Non bellum bellũ. Ornatus inornatus. Ingrata gratia. Inopes opes. Hæc ἐναντίωσις nonnunquam accidit & in dictione cõposita, ut μωρόσοφος, id est, stulte sapiens. & γλυκύπικρος, id est, dulciter amarus. Sic etiam, Plutarcho teste, suum affectum uocant amantes ex uoluptate & dolore mixtum, ita ut libenter contabescant. Huc pertinet & illa ἐναντίωσις αἰνιγματώδης, id est, cõtrarietas ęnigmatica, vt φέρων οὐ φέρω, ἔχων οὐκ ἔχω, & Ἀνὴρ οὐκ ἀνὴρ ὄρνιθα οὐκ ὄρνιθα, ἰδὼν τε οὐκ ἰδὼν, ἐπὶ ξύλου οὐ ξύλου. καθημένου, οὐ καθημένου, λίθῳ οὐ λίθῳ, ἐάλλοντα οὐ ἐάλλοντα. i. Portans non porto, hẽns non hẽo, vir & non vir, auem & nõ auem, uidensq́ue & non videns, in ligno & non ligno, sedentem & non sedentem, lapide & non lapide, iaculatur & non iaculatur. Quod ænigma refertur & apud Athenæũ ex Clearcho, & apud Thryphonem; cuius meminit Plato quoque. Huius formę sũt & illa: ἄγλωσσος λάλος, i. eliinguis loquax. ἀρωτὸς ἀρωτος, id est, uulnerabilis inuulnerabilis. δασὺς λεῖος, id est, hirsutus lævis, ἄγονος γόνος, id est, fœtus non fœtus. Cuiusmodi permulta proponit, ac soluit Athenæus libro o. Neque respuit adagiorum ratio ęnigmaticam obscuritatem, quanquam alias improbatam; immo veluti familiarem libenter amplectitur. Quod genus fuerit, si quis parum sanè locutum iubeat, Anticyram nauigare, aut portum cædere, aut squillam è sepulchris uellere, quorum primum est apud Horatium, alterum apud Plautum, tertium apud Theocritum. Proinde & oracula pleraq́ue in ius prouerbiorum abierunt, & Pythagoræ symbola ad paræmiarum naturam uidentur pertinere. Præcipuè peculiaris est adagiorum generi hyperbole. vt, Cœlum territat armis, & Saxa clamore rumpit. & Risu diffluo. maximè si qua metaphorę species admisceatur. Effertur uarijs modis, uel per denominationem, uel per comparationem, uel per similitudinem, uel per epiteton. Exempla sunt: Alter Aristarchus. Et: Noster hic Phalaris. Et: Stentore clamosior. Velut leæna in Machæra. Stentorea uox. Nestorea facundia. Neque uero pigebit ceu fontes aliquot indicare, a quibus genus hoc figurarum duci possit.

Sumitur enim interdum ab ipsa re, quoties hominẽ scelestum, scelus appellamus: dedecorosum, dedecus: pestilentẽ, pestem; lurconem, barathrum: tenebrionem, tenebras: contaminatũ, labem: spurcum, cœnũ: contemptum, quisquilias: impurũ, sterquilinũ: portentosum, portentum: molestũ, ulcus: carcere dignum, carcerem. Quorũ unumquodq; fere potest & per comparationem efferri, vt χρυσῶ χρυσοτέρα, id est, auro magis aurea. &, ipsa nequitia nequior,

quior, cæcitate cæcior, loquacitate loquatior, deformitate deformior, ipsa siti siticulosior, paupertate pauperior, infortunio infortunatior, ipsa infantior infantia. Ad hanc classem pertinent & illa: Pater esuritionum. Et: Omnis eloquentiæ fons. Et: Plus quàm infantissimus. Et: Plus quàm perditus.

Huic proxima sunt, quæ à rebus similibus trahuntur. ut, Melle dulcior. Pice nigrior. Niue candidior. Oleo tranquillior. Infima auricula mollior. Auro purior. Plũbo stupidior. Stipite tardior. Litore surdior. Iracundior Adria. Æquore surdior. Spongia bibacior. Arenis sitientior. Pumice siccior. Ære Dodonæo loquacior. Vitro fragilior. Pila uolubilior. Cothurno instabilior. Clematide Aegyptia gracilior. Alno procerior. Cote durior. Sole clarior. Sydere pulchrior. Buxo pallidior. Sardois herbis amarior. Alga uilior. Aetna æstuantior. Beta insulsior. Trutina iustior. Spina distortior. Ampulla uanior, Pluma leuior. Vento instabilior. Morte odiosior. Barathro capacior. Labyrintho inuolutior. Corchoro uilior. Subere leuior. Dolio pertuso incontinentior. Laterna perlucentior. Clepsydra pestilentior. Fonte purior. Eurypo mobilior. Oculis charior, Luce lucidior. Vita antiquior. Rubo arefacto præfractior. Crambe recocta molestior. Clauo purior. Floralibus licẽtiosior.

Itẽ ab animantibus: vt, Muliere loquacior. Passere salacior. Hirco libidinosior. Ceruo uiuacior. Cornice annosior. Graculo magis obstreperus. Luscinia uocalior. Dipsade nocẽtior. Vipera uirulẽtior. Vulpe fraudulẽtior. Echino asperior, Porcello Acarnanio lenior. Anguilla magis lubricus. Lepore timidior. Limace tardior. Pisce sanior. Pisce magis mutus. Delphino lasciuior. Phœnice rarior. Scropha fęcũdior alba. Nigro cygno rarior. Hydra magis uersipellis. Albo coruo rarior. Vulture edacior. Scorpius improbior. Testudine tardior. Glire somniculosior. Sue indoctior. Asello stolidior. Hydris immitior. Dama pauidior. Hirudine bibacior. Cane rixosior. Vrso hispidior. Tipula leuior. Cuiusmodi quædam congerit & Lucianus. ὀργιλότεροι μὲν ᾖ κωνιδίων ὄντες, δειλότεροι δὲ ᾖ λαγῶων κολακευτικώτεροι δὲ ᾖ πιθήκων, ἀσελγέστεροι δὲ ᾖ ὄνων, ἁρπακτικώτεροι δὲ ᾖ γαλῶν, φιλονεικότεροι δὲ ᾖ ἀλεκτρυόνων, i. Cum sint iracũdiores catellis, timidiores leporibus, adulantiores simijs, libidinosiores asinis, rapaciores felibus, contentiosiores gallis gallinaceis. Itẽ Plutarchus aduersus usurã. ἀπιθανώτερος ὢν κολοιῶ, ἀφωνότερος τρόχιλος, καὶ κωφὸς ἀγενέστερος. idest. Cũ minus fidei tibi habeatur, quàm graculo, magis mutus sis, quàm perdix, abiectior, seruiliorq; cane.

Ducũtur à personis deorum: Diana intactior. Ipsis Charitibus humanior. Priapo salacior. Venere formosior. Mercurio facundior. Momo mordacior. Vertumno inconstantior. Proteo mutabilior. Empusa magis uarius.

A personis fabulosis: Tantalo sitientior. Atreo crudelior. Cyclope immanior. Oreste insanior. Vlysse dolosior. Nestore facundior. Glauco stupidior. Iro pauperior. Penelope castior. Nireo formosior. Tithono uiuacior. Erisichthone esurientior. Niobe fœcundior. Stẽtore clamosior. Tiresia cæcior. Busiride illaudatior. Sphinge inuolutior. Labyrintho intricatior. Dædalo ingeniosior. Icaro audacior. Gigantibus elatior. Gryllo stultior. Lynceo perspicacior. Excetra pertinacior.

A personis comœdiarum: Thrasone Terentiano gloriosior. Demea iurgiosior. Mitione facilior. Gnathone adulantior. Phormione confidentior. Dauo uersutior. Thaide blandior. Euclione parcior.

A personis historiarum: Zoilo inuidentior. Catone seuerior. Timone inhumanior. Phalaride crudelior. Timotheo felicior. Sardanapalo nequior. Numa religiosior. Phocione iustior. Aristide incorruptior. Cræso ditior. Crasso nũmatior. Codro pauperior. Aesopo luxuriosior. Herostrato ambitiosior. Fabio cũctantior. Socrate patientior. Milone robustior. Chrysippo acutior. Trachalo uocalior. Curione obliuiosior. Nostri temporis Aristarchus. Item, Præposterus Cato.

A gentibus: Pœno pfidior. Scytha asperior. Scythotauris inhospitalior. Cretensi mẽdacior. Parthis uanior. Thracibus bibacior. Thessalo perfidior. Carę uilior. Sybarita fastuosior. Milesijs effœminatior. Arabis ditior. Pygmęo breuior. Arcade stolidior.

Ab officijs: Lenone magis periurus. Cinędo mollior. Milite gloriosior. Areopagita tristior. Tyranno uiolentior. Carnifice immanior.

De

De præmollienda Paræmia.

IAM illud, tametsi minutulum humiliusq; uideatur, tñ, posteaquã docendi munus suscepimus, non grauabimur pp imperitiores admonere: uidelicet, ut in vsurpãdis adagijs meminerimus, quod in uerbis nouatis, aut durius translatis fieri Fabius iubet, id quod ait à Græcis elegantissimè præceptum esse, videlicet, προεπιπλήττειν τῇ ὑπερβολῇ., ita nos oportebit προεπιπλήττειν τῇ παροιμίᾳ, hoc est, petulãtiore, & velut occurrere paręmiæ, si qñ uel obscurior, uel alioq durior videbit. Recipit n. hoccen', sicuti paulo supius ostẽsũ est, & metaphoras quantumlibet duras, & nouationes nocum licentiosas, & hyperbolas parũ pudẽtes, & allegorias ad ęnigma vsq; obscuras. Grę. προεπιπλήττειν his ferme modis, καὶ τῇ παροιμίαν. ὥς φασι. φασί. τὸ λεγόμενον. τὸ τῆς λόγου. ὡς παλαιὸς φησιλόγος. ὥσπερ λέγουσιν. ὡς λέγεται. ὡς λέγομεν παροιμιαζόμενοι. ὡς λέγουσιν οἱ παίζοντες, καλῶς εἴρθαι i. Iuxta prouerbium, ut aiunt, aiunt, quod dicitur, quod dici solet, ut antiquum ait dictũ, ut dicũt, ut dicitur, ut dicimus prouerbio, ut dicunt iocãtes, rectè dictum est. Ijsdem fermè orationibus utũtur Latini, Aiunt, ut aiunt, ut est in veteri prouerbio, iuxta uulgo tritum sermonem, quemadmodum vulgo dici cõsueuit, vt vetus uerbum usurpem, ut adagio dictũ est, uere hoc dicunt.

PROVERBIVM.
Amicorum communia omnia.

TA. φῶν φίλων, κοινὰ, i. Amicorũ cõia sunt omnia. Ex hoc prouerbio Socrates colligebat, omnia bonorũ esse virorũ nõ secus, ꝗ deorũ. Deorũ, inquit, sunt omnia. Boni viri deorũ sunt amici. Et amicorum inter se cõmunia sunt omnia. Bonorum igitur uirorum sunt omnia. Refertur apud Euripidem in Oreste,

-κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων. i.

Inter n. amicos cuncta sunt communia. Idem in Phœnissis,

-κοινὰ γὰρ φίλων ἄχη. i.

Communis omnis est amicorum dolor, Idem in Andromacha,

φίλων γὰρ οὐδὲν ἴδιον, οἵτινες φίλοι Ὀρθῶς πεφυκάσι, ἀλλ' κοινὰ χρήματα. i.

Nam verè amicis propriũ prorsus nihil. Sed inter ipsos cuncta sunt communia.

Terentius in Adelphis: Nam uetus quidem hoc uerbum: Amicorum inter se communia esse omnia. Testatur & apud Menandrum fuisse in eadẽ fabula. M. Tullius lib offi. 1. Vt in Græcorum, inquit, prouerbio est, Amicorum esse omnia communia. Citatur & ab Aristotele lib. Moralium 8. & à Platone de Legib. 5. Quo loco conatur demonstrare, felicissimum reipub. statum, rerum omnium communitate constare, πρώτη μὲν τοίνυν πόλις τε ὅτι καὶ πολιτεία καὶ νόμοι ἄριστοι. ὅπερ τὸ πάλαι λεγόμενον ἂν γίγνηται καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν ὅτι μάλιστα. λέγεται δὲ ὡς ὄντως ἐστὶ κοινὰ τὰ φίλων. i. Prima quidẽ igit ciuitas est & rei publicę status, ac leges optimę, ubi q iã olim dr, per oẽm ciuitatẽ q̃ maximè fieri põt obseruabit. Dictũ est aũt uere, res amicorum cões esse. Idẽ ait, felicem ac beatã fore ciuitatem, in qua non audirẽtur hęc verba: Meum, & non meũ. Aristoteles li. Polit. 3. temperat Platonis sentẽtiam, uolens possessionem ac proprietatẽ esse penes certos, cęterum ob usum, uirtutem, & societatem ciuilem, oĩa communia, iuxta prouerbiũ Martialis lib. 2. iocatur in quendam Cãdidum, cui semper in ore fuerit hoc adagiũ, cum alioqui nihil impertiret amicis.

Candide κοινὰ φίλων, sunt hæc tua Candide πάντα,

Quæ tu magniloquus nocte dieq. sonas.

Atque ita concludit epigramma:

Das nihil, & dicis Candide κοινὰ φίλων.

Elegãter Theophrastus apud Plutarchũ in cõmẽtariolo, cui titulus: περὶ φιλαδελφίας. Εἰ κοινὰ τὰ φίλων ἐστὶ μάλιστα δὲ ἐν κοινοῦς τῶν φίλων εἶναι τοῦς φίλους, i. Si res amicorum cões, maximè conuenit, ut amicorũ item amici sint cões. M. Tullius lib. de legibus primo uidetur hoc adagiũ Pythagoræ tribuere, cum ait: Vnde enim illa Pythagorica vox, τὰ φίλων, καὶ κοινὰ, καὶ φιλίαν ἰσότητα, i. Res amicorũ communes, & amicitiam æqualitatem. Præterea Timæus apud Diogenẽ Laertiũ, tradit hoc dictum primũ a Pythagora profectũ fuisse. A. Gellius Noctium Atticarum lib. 1. cap. 9. testatur Pythagoram nõ solum huius sententiæ parentem fuisse, uerum etiã huiusmodi quandam uitæ, ac facultatum communionem induxisse.

Amici-

Amicitia æqualitas. Amicus alter ipse.

HAEC quoq. ad Pythagoram auctorem referunt, quòd eandē complectantur sententiam, τὴν φιλίαν ἰσότητα εἶναι, καὶ μίαν ψυχὴν τῶν φίλων, ἕτερον αὐτόν, i. Amicitiam æqualitatem esse. & eandem animam. Et: Amicum, alterum ipsum. Neq. enim quicquam non cōmune, ubi fortunarum æqualitas, neque dissensio, ubi idem animus, neque diuortium, ubi coagmentatio duorum in unum. Aristoteles magnorum Moralium li. 2. ὅταν βελώμεθα σφόδρα φίλων εἰπεῖν, μίαν φαμὲν ψυχὴν ἡμῖν καὶ τοῦτο, i. Quoties uolumus uehementer amicū dicere, una, inquimus anima mea, & huius. Idem eodē lib. ἔστι γὰρ, ὥς φαμεν, ὁ φίλος, ἕτερος ἐγώ, i. Est enim, ut dicere solemus, amicus, alter ego. Plato lib. de legibus 6. citat tanquam uetus dictum, & ceu prouerbio iactatū. παλαιὸς γὰρ ὁ λόγος ἀληθής, ὧν ἰσότης φιλότητα ἀπεργάζεται, μάλα μὲν ὀρθῶς εἴρηται καὶ ἐμμελῶς. i. Nā uetus illud uerbū & uere, & eleganter dictū est, æqualitatem amicitię auctorem esse. Neq. tamen id sentit Plato, iuuenibus ac semibus, doctis atq. indoctis, stultis ac sapientibus, robustis ac debilibus omnia æqualia exhibenda esse, sed cuique pro sua dignitate distribui oportere. Alioquin, quemadmodū ait inibi Plato: τοῖς ἀνίσοις τὰ ἴσα ἄνισα γίγνοιντ' ἄν. i. Inęqualibus ęqualia, erunt inæqualia. Et, ut summū ius in summam iniuriam uertitur, ita summa æqualitas, summa fit inæqualitas. Quemadmodū festiuiter dixit Plinius, æqualitatem inferendis sentētijs nihil inueniri posse inęqualius. Quanquam hoc quoque quidam ex Homero sumptum existimāt, apud quē illud aliquoties, ἴσον ἐμῇ κεφαλῇ. i. Aeque atque meum ipsius caput. Atque hæc omnia Aristoteles lib. Moralium 9. prouerbij titulo citat.

Pythagorę Symbola.

SED, quandoquidē in Pythagoræ mentionem incidimus, non grauabimur, & reliqua illius symbola, priscis illis oraculorum instar celebrata, adscribere, quæ quidem in præsentia licuit apud Gręcos inuenire scriptores. Nā ea tamersi prima (quod aiunt) fronte superstitiosa quæpiam, ac deridicula uideantur, tamē, si quis allegoriam eruat, uidebit nihil aliud esse, quam quædā rectè uiuendi pręcepta. Nihil enim opus est Tyrrhenorum imitari superstitionem, qui hęc etiam citra ullam allegoriā obseruant, ut testatur in Symposiacis Plutarchus. Idem in uita Numæ tradit quædam huius generis symbola Numæ conuenisse cum Pythagoricis.

Ne gustaris, quibus nigra est cauda.

Μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων, i. Ne gustes ex ijs, quibus est nigra cauda. Interpretatur Plutarchus in commentariis De liberis instituendis, ne commercium habeas cum improbis, & ijs, qui sunt nigris, ac infamibus moribus. Tryphon grammaticus inter ęnigmatis exempla hoc quoque cōmemorās interpretat hoc modo, ψεύδηλόγον μὴ προΐεσθαι. τὸ γὰρ ψεῦδος ἐν τοῖς ἐχάτοις μέρεσι μελαίνεται, καὶ ἀμαυροῦται. idest, Ne mendacē sermonē protuleris. Mēdacium enim in extremis partibus nigrescit, & obscuratur. Quidam ad sepiam piscem referunt, qui atramēto, quod in cauda gestat, semet occulit. Quanquam Plinius lib. 32. capite ultimo, Melanurum inter pisces recenset. cum de sepijs multa prioribus libris disseruerit, ut uideatur nō idem esse Piscis Melanurus, & Sepia. Theodorus Gaza Melanurum occultatam uertit, quem piscem nominat tantum eo loco, quem modo indicauimus.

Stateram ne transgrediaris.

Μὴ ζυγὸν ὑπερβαίνειν, idest, Staterā ne transilias, hoc est, ne quid facias prętęr ius & æquum. Nam stateram olim æquitatis symbolum habuisse uulgo, uel Doricum illud prouerbiū indicat, σαχάνης δικαιότερος, id est, trutina iustior. Ad eum modum interpretatur Demetrius Byzantius apud Athenæum libro Dipnosophistarum decimo.

Chœnici ne insideas.

Χοίνικι μὴ ἐπικαθίσαι, idest, Chęnici ne insideas. Interpretatur diuus Hieronymus, de uictu ne fueris sollicitus in diē crastinum. Est enim Chœnix demensum, & cibus diurnus, ut apud Homerū Odysseas τ.

Οὐ γὰρ ἀεργὸν ἀνέξομαι. ὅς κεν ἐμῆς γε
Χοίνικος ἅπτηται.

Namq; operæ immunē haud patiar quicunque meam unquam.
Chœnica contigerit.

Eodem

Eodem pacto Laertius & Suidas exponūt. Porrò seruis olim cibo diurnus chęnice distribuebatur, ut illi uicissim operis pensum persoluerent, quam ob causam Apollo Pythius Corinthios χοινικομέτρας appellauit, quòd seruos possiderent quadragies sexies mille. Auctor Athenæus libro sexto. Plutarchus autē longe diuersius, puta, nō indulgēdū ocio, sed industria prospiciēdū uictū, ne desit ī posterū. Idē in Symposiacis huius symboli meminit, his qdem uerbis: μετὰ τῆς πυθαγορικῆς κοίνικος, ἐφ' ἧς ἀπηγόρευε καθῆσθαι, διδάσκων ἡμᾶς, ἀεί τι τοῦ παρόντος εἰς τὸ μέλλον ἀπολείπειν, καὶ τῆς αὔριον ἐν τῇ σύμερον μνημονεύειν, hoc est, Vna cū Pythagorica chęnice, in qua ve tuit desidere, docēs nos ut ex eo, quod prę sens est, semper aliquid in futurum relinquamus, & crastini diei in hodierno meminerimus. Existimat autem idem maiores significare uoluisse, quibus religiosum habitum est, mensas inanes tollere. Demetrius Byzantius apud Athenæum interpretatur, non oportere spectare tantum quæ præsentis diei sunt, quin crastinum semper esse expectandum, propemodum cum Plutarcho consentiens.

Ne cuiuis dexteram inieceris.

Μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν. i. Ne cuiuis porrigas dexterā, hoc est. Ne temere quēlibet in familiaritatē admittas, sed deligas quē diligas. Idem citatur atque exponit a Plutarcho, ἐν τῷ περὶ τῆς πολυφιλίας. Conuenit cū illo Solonis apophthegmate, qd ex Apollodoro refert Diogenes Laertius, φίλους μὴ ταχυκτῶ, ὃς δ' ἂν κτήσῃ μὴ ἀποδοκίμαζε, i. Amicos ne cito, pares, quos autem paraueris, ne reijce.

Arctum anulum ne gestato.

Μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον, i. Arctum annulū ne gestato, hoc est, interprete diuo Hieronymo, Ne uixeris anxie. Et ne te met ipsum seruitutē coniicias, aut in eiusmodi uitæ institutū, unde te nō queas extricare. Siquidē quisquis anulum angustū gestat, is sibi quodammodo uincula iniicit.

Ignem ne gladio fodito.

Πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν, i. Ignē gladio ne fodito, hoc est, Ira percitum ne lacessas, quin magis cōcedere cōuenit, & blādiis uerbis tumidū animū placare. Ita diuo Hieronymus, & apud Athenæum Demetrius Byzantius. Diogenes Laertius exponit, potentium & ferocium iracundiam non esse conuitiis exagitandam, propterea quòd flamma, quo magis exagitatur, hoc magis atque magis inualescit. Neque dissentit ab hoc interpretamento Plutarchus. Quanquam Plato libro De legibus sexto sic usurpauit, ut de iis dici solitum uideatur, qui frustra moliuntur, quod efficiri nullo pacto queat, ostendens id lusus genus quoddam fuisse, ut ignem gladio dissecarent. Ad eundem ferme sensum retulit diuus Basilius in epistola ad nepotes, ut idem sibi uelint, Ignem gladio dissecare, & Cribro haurire aquā. Huc nimirum adlusit Lucianus in secundo Veratū narrationum libro, cum ex insulis fortunatis dimitteretur, fingens se a Rhadamantho admonitum, ut, si quando rediret in hunc nostrū orbē tria quædā obseruaret, μὴ πῦρ μαχαίρᾳ σκαλεύειν, μήτε θέρμας ἐσθίειν, μήτε παιδὶ ὑπὲρ τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη πλησιάζειν. i. Ne gladio ignē diuerberaret, ne lupinis uesceretur, ne se puero decimumoctauum annum egresso adiungeret. Si quidem horum meminisset, futurū, ut aliquādo ad eam insulam reuerteretur. Horatius hoc dicto uidetur indicare crudelitatem cum insania cōiunctam. Amor. n. p se furor est, qui, si erumpat in pugnas ac cędes, ignis gladio perfoditur. Libro Sermonum, secundo, satyra 3.

-his adde cruorem,
Atque ignem gladio scrutare.

Cor ne edito.

Μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν, i. Cor ne edito, hoc est, ne curis tuum ipsius animū exrucies. Ad hūc modū enarrat Demetrius Byzātius apud Athenæū. Aut, Ne sollicitudinibus uitā reddas breuiorē. Aristot. enim libro De partibus animalū tertio narrat, cor esse fontē omnium sensuum, uitæque ac sanguinis. Aristophanes in Nebulis.

Ὅμως ὁ θυμὸν δακὼν ἔφυν. i.
Animum tamen mordēs meū, sic inquā.

Item Theognis.

Καὶ δάκνομαι ψυχῶ, καὶ δίχα θυμὸν ἔχω, i.
Et rodor mentē, sumq, animi ambiguus.

Videtur ex Homero sumptum, apud quē est Iliados ξ.

Ἤτοι ὁ κατπεδίον τὸ ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,
Ὀγθυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Solus

Solus at ille quidē uacuis errabat ī agris
Cor adedens curis, hominum uestigia vitans. Et Ω.

Σῶ ἔδεαι κραδίλω, id est, tuū edis cor.

Item Odyssea ι.

Ἐνθα δύω νύκτας, δύο τ' ἤματα συνεχὲς αἰεὶ
Κείμεθ' ὁμῶ, καμάτῳ, τε καὶ ἀλγεσι θυμὸν ἔδοντες, i.

Hic soles, noctesq. duas consedimus, vsq.
Rodentes animū curis simul atq. labore.

Item Iliados α.

Σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις. i.
Tu intus præcordia rodes.

A fabis abstineto.

Κυάμων ἀπέχεσθαι, i. A fabis abstineto. Huius ænigmatis uaria reperitur interpretatio. Plutarchus in commentario De liberis educandis, ad hunc enarrat modum: Abstinendum a tractandis reipublicæ muneribus, propterea q̃ antiquitus in creandis magistratibus suffragia per fabas uice calculorum ferebantur. Quanquam idem in Problematis diuersam adfert causam: nempe q̃ omnia legumina uentum & humorem impurū adferant corporibus, atq. hanc ob causam ad Venerem incitent. In eadem sententia M. Tullius item fuisse uidetur, qui in libro De diuinatione primo, scribit ad hunc modum: Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorē animis perturbationemq. adferat. Ex quo etiam Pythagoreis interdictum putatur, ne faba uescerentur, quæ res habet inflationem magnam. Is cibus trãquillitatem mẽtis quærentibus constat esse contrarius. Aristoxenus tamen apud A. Gellium libro quarto, capite vndecimo refellit hanc opinionem, affirmans Pythagoram nullo legumine sæpius vsum, quam fabis, quòd is cib. & aluū sensim subduceret & læuigaret. Porrò Gellius de cyamo non esitato, causam erroris fuisse putat, quòd in Empedoclis carmine, qui disciplinas Pythagoricas sectatus est, uersus hic inuenitur:

Δειλοὶ πάνδειλοι κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἐλέσθαι. id est.

Ah miseri à cyamo, miseri subducite dextras.

Opinati enim sunt plerique, κυάμον legumentum uulgo dici. Sed, qui diligẽtius scitiusque carmina Empedoclis arbitrati sunt, κυάμους, hoc in loco testiculos significare dicunt: eosq. more Pythagoræ aperte atq. symbolice, κυάμους appellatos, quasi sint. εἰς τὸ κυεῖν δεινοὶ καὶ ἄτιοι τοῦ κυεῖν, i. ad ferendū uterum efficaces, causæq. ferendi uteri, & genituræ humanæ uim habeāt. Idcirco Empedoclem uersu isto nō a fabulo edendo, sed a rei Venereę proluuio uoluisse homines deducere. De causis interdictæ fabę hęc ex Aristotele refert Laertius, φησὶ δ' Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ τοῦ κυάμου, παραγγέλλειν αὐτὸν ἀπέχεσθαι τοῦ κυάμου, ἢ τοι ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι, ἢ ὅτι ἅιδου πύλαις. ἀγόνατον γὰρ μόνον, ἢ ὅτι φθείρει ἢ ὁλοῖ τῇ τοῦ ὅλου φύσει ὅμοιον, ἢ ὅτι ὀλιγαρχικὸν κληροῦται γὰρ αὐτοῖς. i. Ait aūt Aris. in li. De fabis, illū iussisse a fabis abstineri, uel qd̃ pudẽdis essent similes, uel qd̃ inferorum portis. unum. n. hoc legumen expers genituræ. uel quòd corrumpat, uel q̃ uniuersi naturæ simile, uel q̃ ad oligarchiam pertineat. Nam fabis sortiuntur. Cum eo, quod postremo loco attigit Aristoteles, conuenit quorundā sententia, qui putant Pythagoram hoc ænigmate deterruisse a capessenda republica. nobis magis etiam arridet, quod additis, qui historias, quas Gregorio Nazianzenus attigit, collegit, Edere fabas, qui lucro corrupti ferunt suffragia. Plutarchus apud eundem Gellium testatur, Aristotelem scriptum reliquisse, q̃ Pythagoras μήτρας καὶ καρδίας, καὶ ἀκαλύφης, καὶ τούτων τινῶν ἄλλων ἀπήχετο, i. uuluæ, corde, & marina urtica, atq. id genꝰ qbusdā aliis abstinuerit. Theō grammaticus apud Plutarchum in Sympo siacis narrat, apud Ægyptios tantam esse fabarum religionem, ut eas neque serant, neque comedant, immo nec aspicere fas sit, Herodoto teste. Quin & apud Romanos inter funesta habebantur fabę, quippe quas nec tangere, nec nominare Diali Flamini liceret, quòd ad mortuos pertinere putarentur. Nam & lemuribus iaciebantur laruis, & parentalibus adhibebantur sacrificiis, & in flore earum literæ luctus apparere uidentur, ut testatur Festus Pompeius. Plinius existimat ob id a Pythagora damnatam fabam, quod haberet sensus, & pariat insomnia, uel quòd animæ mortuorum sint in ea. Qua de causa & in parẽtalibus assumitur. Vnde & Plutarchus testatur, legumina potissimū ualere ad euocandos manes. Varro ob hoc Flaminem ea non uesci tradit, quoniā & in flore eius literæ lugubres inueniuntur. Cæterum, q̃ Plutarchus in problematibus rerū priscarū inter cætera refert, ob id dãnatas fabas, q̃ Lethes, & Erebi sint cognomines, qd si bi uelit, nō satis intelligebamus, nisi q̃ cōsultis Græcis codicibus cōperimus tandẽ uel librarii, uel interpretis errorem. Siquidẽ & Græca habent: ποτέρου ὡς οἱ πυθαγορικοὶ τοὺς μὲν κυάμους ἀφωσιοῦτο διὰ τὰς λεγομένας αἰτίας, ἢ ὃ λάθυρον καὶ ἢ ἐρέβινθον, ὡς παρωνύμους τοῦ ἐρέβους καὶ τῆς λήθης, i. An q̃ Pythagorici fabas quidem, abominabantur ob causas, quę feruntur, Lathyrum autem & Erebinthum, quod nomen à Lethe & Erebo deductū habeāt? Hactenus Plutarchi uerba retulimus. Lathyrus aūt & Erebinthus ciceris genera sūt. Lethe Græcis obliuionem sonat. Erebus à caligine nomen habet inauspicatæ voces sapientię studiosis. Hic lapsus in hoc profuit, vt Latini codicis mendū ostenderimus, ne qs ad eundem impingat lapidem.

Cibum in matellam ne immittas.

Σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν, i. Cibū ī matellam ne immittas. Interpretatur Plutarchus, ne sermonem urbanū immittas in animū hominis improbi. Nam oratio cibus est animi: Is corrumpitur & putrescit, si in animum insyncerum inciderit. Hoc est, quod apud Gelliū admonet Epictetus, etiam atque etiam uidendum, in cuiusmodi animū immittamus sermonē. Etenim, si in uas insyncerum immiserimus, in acetū, aut lotium uerti. Huc adlusit Horatius.

Syncerum est nisi uas, quocunque infundis, acescit.

Ad finem ubi peruenieris, ne uelis reuerti.

Μὴ ὀπισρέφεσθαι, ἐπὶ τοὺς ὅρους ἐλθόντα, i. Ne reflectas, ubi ad terminos pueneris. hoc est interprete Plutarcho, cū aderit fatalis dies, uiderisq; uitæ finē adesse, æquo animo feras, neq; turpi uitę cupiditate eximeris. In uita Numę paulo secus refert, βαδίζοντας εἰς ἀποδημίας, μὴ μέταστρέφεσθαι. hoc est, qui peregrinationē ingressi sunt, ne reuertãtur. Hieronymꝰ aliter: Post mortem hãc, ne desideres uitam. Quemadmodum uulgo quosdã dicentes audimus Virgilianum illud:

O mihi præteritos referat si Iuppiter annos.

Superis impari numero, inferis pari sacrificandum.

Τοῖς μὲν ἐπουρανίοις περισσὰ θύειν, ἄρτια δὲ τοῖς χθονίοις, i. Superis quidem, imparibus sacrificãdum; inferis uerò, paribus. Sed refert tantum, ut ęnigma Pythagoricum, nō interpretatur. Cæterum in problematibus Romanarum antiquitatum, docet apud veteres primum mensem diis cęlestibus habitum sacrum, secundum vero diis inferis, in quo & lustrationibus quibusdã utimos erat, & mortuis parentabant. Quinetiam totius mensis tres dies principes & auctores esse uoluerunt, Calendarum, Nonarum, & Idūum, quos festos, ac sacros habebant ueluti diis superis dicatos: qui hos sequerentur, hoc est, postridie Calendas, Nonas, & Idus, diis manibus attribuebãt, ac proindè nefastos, ac religiosos iudicabant. Sic & apud Græcos tertius crater sospitatori Ioui, secundus semideis ac dæmonibus tribuebatur. Principium autem omnis numeri est ἑνὰς cui aduersaī δυάς, inter pares numeros primus, nec finem habens, nec perfectus, cum ternio sit absolutus. Ac de numerorum quidem mysteriis multa reperias apud Platonem, & Pythagoricos, nonnulla etiam apud priscos Theologos. Quod ad explicãdū huius symboli sensum attinet, arbitror illud significatum Deum, quoniam mens est simplicissima. & in seipso perfecta, dotibus animi potissimum delectari. Nam, quæ corporis sunt, composita sunt, ac propagatione in immensum multiplicantur, cum animus sit simplex, immortalis, & seipso contentus.

Per publicam uiam ne ambules.

Διὰ τῆς λεωφόρου μὴ βαδίζειν, Per publicā uiam ne ambules. D. Hieronymus exponit: Ne vulgi sequaris errores. Nūquam enim tam bene cum rebus humanis actum est, ut optima plurimis placuerint. Vnde quidam hoc sic efferunt: Viam regiam declinato, per semitas ingreditor.

Tollenti onus auxiliare, deponenti nequaquã.

Φορτίον συγκαθαιρεῖν, μὴ δὲ συνεπιτιθέναι. D. Hieron. hoc ita refert: Oneratis superimponendum opus, deponẽtibus non connitendum. Putatq. hunc esse sensum, Ad uirtutem incedentibus augẽda præcepta,

Sauau
to Microto
or

pta, tradentes se ocio relinquendos. Vnde proferendum hoc pacto, φορτίον συγκαθαιρεῖν, μὴ ὑποσωποτιθέναι, i. Tollenti onus auxiliandum, haud adiuuãdus tamẽ qui deponat. Hoc admonendum putauimus, quod in quibusdam impressis codicibus deprauatum est hoc symbolum.

Ollæ uestigium in cinere turbato.

Χύτραν ἴχνος συγχεῖν ἐν τῇ τέφρᾳ, i. Ollę uestigiũ in cinere turbato. Plutarchus in Symposiacis interpretatur, nullum euidens iracundiæ uestigiũ oportere relinqt: sed simulatq; deferbuerit, atque resederit animi tumor, omnem præteritorum malorum memoriam penitus tollendam esse.

Vnguium, criniumque præsegmina ne commingito.

Ἀπονυχίσμασι καὶ κειραῖς μὴ ἐπουρεῖν, μηδὲ ἐφίστασθαι, i. Vnguiũ criniumq; prę segmina ne cõmingito, neq; insistito. Huius nullũ adhuc interpretamentũ reperimus. Verũ conijcimus sensum hunc esse, si quos habeamus affines, aut cognatos humiles & inutiles, eos tamen non esse usquequaque spernendos, & contumelijs insectandos.

Exira publicam uiam ne deflectas.

Ἐκτὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν, i. Extra uiã publicam ne ingrediaris. Hoc quoque refertur inter Pythagorica symbola à Diogene Laertio, tametsi superiori diuersum. Neque est, q̃ hanc miremur pugnantiam: quandoquidẽ, ut recte pręceptum est, Loquendum ut plures, sapiendum ut pauci: ita sunt quędam, in quibus cum vulgo cõuenire, dexteritatis est: sunt rursum, in q̃bus à vulgo quàm maxime dessidere uirũ bonum oportet. Rectè Flaccis:

Interdum & vulgus rectum uidet, est vbi peccet.

Quæ uncis sunt unguibus, ne nutrias.

Γαμψώνυχα μὴ τρέφειν, i. Quæ sunt unguibus uncis, ne nutrias. Rapacitatem fugito, interprete Tryphone. Equidẽ arbitramur conuenire cum illo Æschyli dicto, quod suo reddemus loco, Catulum leonis non esse alendum in rep hoc est, non admittendos δημοβόρους, ut ait Homerus, βασιλέας, reges populi deuoratores, aut factiosos, & prępotentes, qui opus ciuium ad paucos contrahunt.

Aduersus solem ne loquitor.

Πρὸς τὸν ἥλιον τετραμμένον μὴ λαλεῖν, Aduersus solẽ ne loquitor, hoc est, Manifestis ne repugnes. Nã, q̃d maxime cõstat, maximeq; in cõfesso est, id sole clarius dicimus. Ergo cõtra solẽ loquit, qui dicit. Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.

Gladium acutum auertas.

Ὀξεῖαν μάχαιραν ὑποστρέφειν, i. est, Ensem acutum auertas.

Opinamur innui, a periculosis negotijs abstinendum. Nam fertur & aliud prouerbium, μὴ παιδὶ μάχαιραν, Ne puero gladium, subaudiendum, committas.

Aduersus solem ne meijto.

Πρὸς τὸν ἥλιον τετραμμένον μὴ ὀμιχεῖν. i. Aduersus solem ne meijto. Commẽdatur uerecundia. Tametsi Plinius supstitiosam huius rei causam reddit lib. 28. cap. 6. uerba ipsius sunt: Auguria ualetudinis ex vrina traduntur. Si mane cãdida, deinde rufa sit, illo modo concoquere, hoc cõcoxisse significatur. Mala signa rubrę, pessima nigræ. Mala bulantis & crassę: in qua quod subsidit, si album est, significat circa articulos aut uiscera dolorem imminere. Eadẽ viridis, morbum uiscerum. Pallida, bilis. Rubẽs, sãguinis. Mala, & in qua ueluti furfures atq; nubeculæ apparẽt. Diluta quoq; alba, uitiosa est. Mortifera uero crassa, graui odore. Et in pueris tenuis ac diluta. Magi uetãt eius rei causa cõtra solẽ lunamq; nudari, aut umbram cuiusquam ab ipsa aspergi. Hesiodus iuxta obstantia reddi suadẽt, ne Deum nudatio aliquem offendat. Locus hic, quẽ Plinius citat, & ex quo symbolum Pythagoræ sumptum apparet, est in opere, cui titulus: Ἔργα καὶ ἡμέραι.

Μηδ' ἄντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν,
Αὐτὰρ ἐπεὶ κεδύη, μεμνημένος, ἐς' ἀνίοντα.
Μήτ' ἐν ὁδῷ, μήτ' ἐκτὸς ὁδοῦ προβάδιν ἀρήσης.
Μηδ' ἀπογυμνωθεὶς. μακάρων τοῖ νύκτες ἔασιν,
Ἑζόμενος δ' ὅγε θεῖος ἀνὴρ τεπυμένα εἰδώς,
Ἡ ὅγε πρὸς τοῖχον πελάσας ἐυερκέος αὐλῆς. idest,

Aduersus solẽ rectus ne meijto, uerũ vt Occiderit, donec redeat facere ista memento,
Sed neq; pgrediẽs, lotiũ disperseris vnq;,

In

In ve vijs, extrave uias, neque membra re nudes Micturus, siquidem diuis nox sacra beatis. At qui vir fuerit prudẽsq. priusq;, recumbens, Siue domus muris admotus corpore, meiet.

Hirundinem sub eodem tecto ne habeas.

Ὁμοροφίους χελιδόνας μὴ ἔχειν, hoc est Hirundines ne hẽas sub eodẽ tecto. Divus Hieronymus, Aristotelis auctoritatẽ secutus, interpretatur abstinendum à commercio garrulorum, & susurronum. Verũ hoc interpretamentũ refellitur apud Plutarchum Symposiacõn decade octaua. Nã haud æquum uideri, ut auem domesticã, & humani cõuictus citra noxam amantẽ, perinde ut sanguinariam, & rapacem propellamus. Quod enim de garrulitate causantur, id esse frinolum: cum gallos, graculos, perdices, picas, cumq. his alias cõplures multo magis obstreperas nõ arceamus à domestico cõtubernio: immo nihil pęnè minus hirundini cõuenire, quàm garrulitatem. Ne id quidem accipiẽdum videtur, quòd quidam Pythagoricum symbolum ad tragędiam, quæ de hirundine fertur, referũt, quasi triste omen secum adferat. Nã hac ratione philomelam item eijci oportere, ut quæ ad eandem pertineat tragędiã. Itaq. uero propius uidetur, ob id improbatam hirundinem, q̃ eodem malo videat obnoxia, quo infames habentur aues aduncis vnguibus. Siquidem carnibus uiũtitat, & cicadas, animal maximè uocale, ac musis sacrum, uenatur: præterea humi uolans minutis animantibus insidiatur, dein de sola anium in testis uersatur, nullã adferens utilitatem. Nam ciconia, cum ne tecto quidem utatur nostro, tamen haudquaquam mediocrem contubernij gratiã refert bufones, serpẽtes, hostes hominum è medio tollens. Contra hirundo, postea quàm sub nostro tecto suos educauit pullos, abit, nulla relata gratia communicati hospitij. Denique, quod est omnium grauissimum, duo duntaxat animalia domestica sunt, quæ nunquam humano conuictu mansuescunt, neq. tactum admittunt, neque consuetudinem, neq. vllius rei, aut disciplinæ communionẽ. Musca semper pauitat, ne quid mali patiatur, ob hanc causam indocilis, ac semifera. Hirundo item natura uidetur hominem exosum habere, proinde nec cicurãt, utpote diffidens semper, semperq. suspicans mali quippiam. His de rebus rectè Pythagoras cõuictorem ingratum, parumq. firmum, hirundinis symbolo monuit ablegãdum. Huiusmodi fermè Plutarchus eõ, quẽ ostendimus, loco. Quibus illud unum uidetur addendum, Ciceronẽ, seu quisquis is fuit, in rhetoricis ad Herennium, infidæ amicitiæ similitudinẽ ab hirundinibus mutuari, quæ verè ineunte præsto sint, hieme instante deuolent.

Stragula semper conuoluta habeto.

Τὰ στρώματα ἀεὶ συνδεδεμένα ἔχειν, i. Stragula sp conuoluta habeto. Id his quoque temporibus inelegans, & inurbanum habetur, si quis stragula lecti non componat. Quid autem sibi uelit hoc symbolũ, alijs diuinandum relinquimus. Tametsi suspicamur commendatam uerecundiam, etiam his in rebus, quibus cogimur naturę necessitati satisfacere.

In anulo, Dei figuram ne gestato.

Ἐν δακτυλίῳ, θεοῦ εἰκόνα μὴ περιφέρειν, i. In anulo Dei imaginem ne circumferas. Fortassis admonet, non passim admiscendam Dei mentionem.

Vea Sed digito —

Sellam oleo ne absterseris.

Ἐλαδίῳ εἰς δικὸν μὴ ὀμόργνυσθαι, i. Ne sedẽ absterseris oleo. Nec huius interpretamentũ occurrit. Forsan innuitur, non esse abutendum rebus optimis ad ea, quibus neque dignæ uidentur, neque vtiles.

Coronam ne carpito.

Στέφανον μὴ δρέπεσθαι, i. Coronam ne carpseris. D. Hieronymus aduersus Rufinum interpretatur, urbiũ leges obseruandas esse, non uiolandas, neq. reprehendendas, quòd urbium turrita mœnia coronarum speciem præbeant.

Quæ deciderint, ne tollito.

Τὰ πεσόντα μὴ ἀναιρεῖσθαι, i. Quæ deciderit ne tollas. Admonet, ut assuescam moderatius cibũ sumere. Aristophanes in Heroibus, teste Laertio, superstitiosam huius symboli causam adfert. Heroum. n. esse quæ ceciderint è mẽsi, eoq. nefas gustare, Alij sic efferũt: μὴ δὲ γεύεσθαι ἃ ἂν ἐντὸς τῆς τραπέζης καταπέσῃ, i. ne gustate, quæcunque in mensa deciderint.

A gallo candido abstineas.

Αλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι λευκοῦ, idest, Albo gallo ne manum admoliaris, ꝓ Mēsi sacer sit, utpote horarum nuncius.

Panem ne frangito.

Αρτὸν μὴ καταγνύειν, idest, Panem ne frangito. Admonet; non esse dirimendam a micitiam.

Salem apponito.

Τὸν ἅλα παρατίθεσθαι, idest, Salem apponito: Admonet, iustitiam, & æquitatem omni adhibendā negotio. Sal enim quicquid occupauerit seruat, & ex rebus purissimis constat, aqua, & mari.

In uia ne feces ligna.

Εν ὁδῷ χίζειν ξύλα, idest, In uia ne feces ligna. Quidam exponunt, non esse discruciandam, & abbreuiandam vitam curis, & anxijs cogitationibus.

Ne libaris dijs ex uitibus non amputatis.

Μὴ σπένδειν θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτων, i. Ne libarijs dijs ex uitibus non amputatis. Hoc ænigma Plutarchus tribuit Numæ in ipsius uita, diuinans eo mansuetudinē cōmendari, quæ pars sit pietatis. Quod enim purgatum non est, agreste est: & farina condæcit leniendis ijs, quæ dura sunt.

Ne sacrificato sine farina.

Μὴ θύειν ἄτερ ἀλφίτων, i. Absque farina ne sacrificato. Hoc ænigma morum mānsuetudinem commendat, ut dictum est.

Adorato circumactus.

Προσκυνεῖν περιφερόμενος, idest, Adorandum circumactu corporis. Nimirum ad imitationē cęli perperua uertigine circumacti. Cęlum autem Deum antiquitas credidit. Plutarchus & hoc tribuit Numæ, ceu peculiare. Ac meminit quidem de cęli circumactu, cæterum addit & alias interpretationes: videlicet, cum sacra spectent exortum solis, qui adorat uertens se circumacto corpore ad orientem, uidetur semet ad Deum conuertere, factoq; circulo per utranque mundi partē uota facere. Subijcit & tertiam, quam videtur maxime probare, Corporis uertigine significari rotas Ægyptias. sentit de hieroglyphicis, quibus illi significabant, nihil in rebus humanis esse stabile, aut perpetuum.

Adoraturi sedeant.

Καθῆσθαι προσκυνήσοντας, i. Adoraturi sedeant. significat uota certa cōcipere oportere, & in his, quæ sunt optima, perseuerare. Et hoc Plutarchus adscribit Numę, addens id fuisse velut augurium uota rata, fir maq; fore. Addit quibusdam hanc quietē videri distinctionem actionum, tanquam qui priori actioni finem imposuerint, sedētes apud Deos, initium alterius actionis ab ijsdem auspicentur. Quidam arbitrātur alium subesse sensum, ꝓ oporteat eos, qui sacris operantur, non obiter, ac uelut aliud agentes, hoc facere, sed uacuos, ac totos rei diuinæ intentos. Vnde Plutarchus idē tradit, quoties pontifex auguria, seu sacra aggrediebatur, præcones clamabant, Hoc age. Ea uox hortabatur, vt, q sacra adirent, reuerenter, & attente id facerēt. Idem in Problematibus rerū priscarum refert, qui dijs uota fecissent, in templis manere, & quietē agere solitos, ꝓ actiones huius uitę frequēter inuoluant hominem molestijs.

Surgens è lecto, vestigium corporis confundite.

Ανασὰς ἐξ εὐνῆς συνταράττειν τὰ στρώματα, i. Cum surrexeris, stragulas confundito. Videtur idem cum superiore de stragulis complicandis.

A piscibus abstineto.

Ιχθύων μὴ γεύεσθαι, i. Pisces ne gustato. Quamobrē Pythagoras ab vrtica marina iusserit abstinere, fortassis illud in causa fuit, ꝓ is piscis Hecatæ sit sacer, ꝓꝓ mysterium ternionis, quem aiunt huic deæ dicatum. Sed, qua gratia reliquorum item piscium esum interdixerit, non æquè promptum fuerit expedire. Quanquā apud Plutarchum in Quæstionibus conuiualibus, quispiam huiusmodi causam adfert, Pisces quodāmodo Pythagoricæ disciplinæ cōtubernales videri, ꝓꝓ ἐχεμυθίαν, i. silentium. ita, vt ēt in prouerbium abierit, ἀφωνότερος ἰχθύος, i. Magis mutus, quam piscis. Theon grammaticus apud eūdem Plutarchum diuersam rationem allegat. Nam piscem maris indigenam, & alumnum esse, elementi videlicet non solum alienissimi, verumetiam

verumetiam inimicissimi naturæ hominis. Neque enim Deos hinc ali, quemadmodū de stellis opinantur Stoici, quin parentem & seruatorem regionis Aegyptiorum Osiridem in hoc deiectum perisse. Proinde nec aqua maris ad potū utuntur, nec quicquam eorum, quæ in eo gignuntur, alunturq;, purum, & ad hominis usum accommodatum existimant, ut cum quibus nec aerem communem, neque regionem habeamus communem. Quinimmo aer hic, per quē reliqua omnia uiuunt, alunturq;, illis perniciem adfert, tanquam præter naturam, citraq. usum & genitis, & uiuentibus. Neque mirum, inquit, si ab animantibus abstinent, propter elementum maris ab humana natura alienis, nec ob id idoneis, quæ cum nostro spiritu, ac sanguine misceantur, quando neq. nautas alloqui dignantur Aegyptij, si quando fiāt obuij, quippe qui ex mari uictum sibi parēt. Rursum Sylla eodem in loco causam aliam adducit: nempe Pythagoram fere uesci solitum ijs, quæ fuissent Dijs immolata, primitijs illis dicatis. Atqui nullus piscis idoneus ad sacrificium. Plutarchus ipse rationes superiores ita refellit, ut dicat, hoc ipso nomine magis oportere uesci piscibus, quòd peregrini generis esse uideantur. Im mane enim, planeq. Cyclopicum esse, si, quæ sunt eiusdem generis, mutuo laniatu pascantur. Nam, quod narrant, aliquando Pythagoram empto retium iactu, pisces captos emisisse, non eos contempsit uelut hostes, & alienigenas, sed tanquam amicis iam factis, & captiuis pepercit, persoluto illorum nomine pretio. Reddit autem duplicem causam, quare Pythagoræ nō probaretur piscium esus, partim quòd res cum iniustitia cōiuncta uideretur, persequi, occidere, uorare animal, quod ipsa natura nullo pacto lædat hominē, aut lædere possit. Deinde, ꝓ non ad necessitatem, sed ad luxum, superuacaneamq. gulæ uoluptatē pertineat piscium esus. Hinc esse ꝓ Homerus fecerit, non Græcos solum, cum circa Hellespontum militarent, a piscibus abstinentes, uerumetiam Phæacas ipsos, alioqui heluones. Ne procis quidem lurconibus marinum obsoniū apposuit, cum utrique insulares essent. Nam apud hos maiorem fere uidemus tum immanitatem, tum luxum. Neq. socij Vlyssis unquam aut hamo, aut retibus usi sunt, donec farina suppeteret. Verum, omni commeatu absumpto, paullo prius, quàm sacros Soli boues deuorarent, piscari cœperunt, non obsonij causa, sed ob famem depellendam. Commemorantur hoc loco apud Plutarchum & alia nonnulla de piscium abstinētia. sed hæc ad symboli interpretationem satis esse visa sunt. Tribuitur Pythagorę & illa nobilis sententia, teste Plutarcho in commētario De exilio, ἐλεῖν βίον τὸν ἄριστον, ἡδὺν ἑαυτὸν ἡ σωφήθεια ποιήθεια ποιήσει. i. Optimā uitæ rōnem elige, eā iucūdā reddet consuetudo. D. Hieronymus hoc ēt dogma Pythagoricum refert, quo uir ille totius moralis philosophiæ summā cōplexus vī. Δεῖ φυγαδεύειν πάντα τρόπον καὶ ἐκκόπτειν τὴν νόσον ἀπὸ τοῦ σώματος, τὴν ἀπαιδευσίαν ἀπὸ τῆς ψυχῆς, τὴν ἀσέλγειαν ἀπὸ γαστρός, τὴν στάσιν ἀπὸ πόλεως, τὴν διαφωνίαν ἀπὸ τῆς οἰκίας, καὶ κοινῇ ἀπὸ πάντων τὸ ἀκράτες. id est: Fugare conuenit, ac modis omnibus resecare morbum a corpore, inscitiam ab animo, luxuriem a uentre, seditionem à ciuitate, discordiam a familia, in summa ab omni negotio intemperantiam.

Non bene imperat, nisi qui paruerit imperio.

Οὐκ ἔστιν δὲ ἄρξειν μὴ ἀρχθέντα, i. Fieri nō ꝑt, ut bene gerat imperiū, q nō tulerit imperium. Manet hoc adagiū, hodieque uulgo celebre, neminē rectè dominū agere, qui non ante ministrum gesserit. Citat aūt Aristoteles Politicorum li. 3. διὸ λέγεται καὶ τοῦτο καλῶς, ὡς οὐκ ἔστιν δὲ ἄρξειν, μὴ ἀρχθέντα. i. Quapropter illud ēt rectè dicit, Neminem bene imperium gerere, q non ipse prius sub imperio fuerit. Rursum eodem lib. τόν τε γὰρ μέλλοντα ἄρχειν καλῶς, ἀρχθῆναί φασιδεῖν πρῶτον, i. Eum. n. qui bene sit administraturus imperiū, aiunt imperium ferre prius oportere. Magis puerbialiter extulit Plato, li. de Legib. 6. δεῖ δὴ πάντ' ἀνδραδιαγοεῖσθαι περὶ ἁπάντων ἀνθρώπων, ὡς ὁ μὴ δουλόσας οὐδ' ἂν δεσπότης γένοιτο ἄξιος ἐπαίνου. i. Iā illud oportet unūquenq. de mortalib. uniuersis cogitare, q non seruierit, eum haud quaq; dōm fore laude dignū. Plutarchus in Ducē imperitū, οὔτε γὰρ πίπτοντος ἐστὶν ὀρθοῦν, οὔτε διδάσκειν ἀγνοοῦντος, οὔτε κοσμοῦντος κοσμεῖν, οὔτε τάττειν ἀτακτοῦντος, οὔτε ἄρχειν μὴ ἀρχομένου. id est: Neque enim lapsi pares sunt alios erigere, neque

inscij docere, neque incompositi componere, neque ordinare, inordinati, neq; imperare, qui imperium non sit passus. Idem hoc laudis peculiariter tribuit Agesilao, ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἄρχειν μὴ ἀπαίδευτον τοῦ ἄρχεσθαι. i. Venisse ad imperium nõ indoctum parere imperio. Seneca libro de ira. 2. Nemo regere potest, nisi qui & regi. Natũ adagiũ à nobili illo Solonis apophthegmate, quod in eius uita refert Diogenes Laertius. ἄρχε, πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι. id est, Imperiũ gere, sed ubi prius imperiũ ferre didiceris. Itaque referri potest vel ad eos, qui prius alieno parendo imperio discunt imperium in alios gerere: vel qui prius cupiditatibus imperant suis, quàm in alios exerceant imperium.

Adonidis horti.

Ἀδώνιδος κῆποι, id est, Adonidis horti, de rebus leuiculis dicebatur, parumq; frugiferis, & ad breuem, præsentemq; modo voluptatem idoneis. Pausanias testat, Adonidis hortos olim in delicijs fuisse, lactucis potissimũ, ac fœniculis frequentes, in quibus semina haud aliter atque in testa deponi consueuerint: eoque rem in prouerbium abijsse, contra futiles, ac nugones homines, & voluptatibus ineptis natos: cuiusmodi sunt cantores, sophistæ, poetæ lasciui, cupediarij, atque id genus alij. Erãt autem ij horti Veneri sacri, propter Adonidem eius amasium, primo ætatis flore præreptum, atque in florem conuersum. Horum mentionẽ facit Plato in Phædro: ὥνπερ ἔχων γεωργός, ὃν σπέρματων κήδοιτο, καὶ ἐγκαρπαβόλοιτο γενέσθαι, πότερα σπουδῇ ἂν θέρους εἰς Ἀδώνιδος κῆπους ἀρῶν, χαίροι θεωρῶν καλοὺς ἐν ἡμέραισιν ὀκτὼ γιγνομένους, ἢ ταῦτα μὲν δὴ παιδιᾶς τε καὶ ἑορτῆς χάριν δρῴη ἄν, ὅταν τι καὶ ποιῇ; i. Nũ agricola, q sapiat, semina q̃ curę hęret, q̃q; cuperet aliquã fructum adferre, æstatis tempore, summo studio in Adonidis hortos mitteret, gaudetq; spectare eos intra dies octo iam pulchros effectos: an ea quidẽ per lusum, ac festi gratia faciat, si quando tamen fecerit? Item Plutarchus in commentario, cui titul°, περὶ τοῦ βραδέως ὑπὸ τοῦ θεοῦ τιμωρουμένου, i. de eo, qui à numine sero punitur: ἀλλὰ μικρός τις καὶ κενόσπουδος ὁ θεός ἐστιν ὥς τε μηδὲν ἡμῶν ἐχόντων θεῖον ἐν αὐτοῖς· μὴ δὲ προσόμοιον ἀμοσγέπως ἀκείνῳ καὶ δυνατὸν καὶ βέβαιον, ἀλλὰ φύλοις, ὡς ὅμηρος ἔφη, παραπλησίως ἀπομαραινομένων πανταχᾷ πασι καὶ φθινόντων ἐν ὀλίγῳ, ποιεῖσθαι λόγον τοσοῦτον, ὥσπερ αἱ τοῦ ἀδώνιδος κῆπους, ἐπ' ὀτράκοις τινὶ τιθηνούμεναι καὶ θεραπευόμεναι καὶ κόμαι, ἐφήμερους ψυχὰς ἐν σαρκὶ τρυφερᾷ καὶ βίῳ ῥίζαν ἰσχυρὰν οὐ δεχομένῃ βλαστανούσας, εἶτα ἀποσβεννυμένας ἀεὶ τῷ τῆς τυχούσης τροφάσεως, id est, Immo morosior ęspiã, & leuicularũ rerũ curiosus est Deus, q, cũ nihil habeamus diuinũ in nobis, neq; qd̃ vllo mõ ad illius similitudinẽ accedat, quodq; cõsteat, ac stabile ppetuũq; sit, quin magis foliorum ritu, quemadmodũ ait Homerus, vndequaque marcescamus, intereamusq; breui: tantã nostri curã habeat: non aliter, quã mulieres, q̃ Adonidis hortos, ad dies pauculos vernantes, in testulis quibusdam nutriunt, fouẽtq; animas breui duraturas, in carne tenera, & solidam vitæ radicẽ non recipiẽte suppullulantes, ac mox ad quamuis occasionem interituras. Meminit & Theocritus Idyllio Θ.

Παρὰ δ' ἀπαλοὶ κῆποι πεφυλαγένοι ἐν τα-
λαρίσκοις.
Αργυρέοις.
Adsũt & teneri calathis cãdẽtib° horti,
Seruati.

Effertur parœmia etiã hoc modo ἀκαρπότερος τῶν ἀδώνιδος κήπων. i. Infructuosior Adonidis hortis. Non dissimili figura Isæus apud Philostratum iuueniles voluptates appellat, ταυτάλου κήπους, q; vmbris, ac somnijs persimiles sint, nec expleant hominis animum, sed irritent potius. Similiter Pollux sophistæ Athenodoris dictionẽ appellabat Tantali hortos, q iuuenilis esset, ac leuis; speciem præ se ferens, quasi esset aliquid, cum nihil esset.

Infixo aculeo fugere.

Βαλὼν φεύξεσθαι δεῖ, i. Iaculo immisso fugiturum te putas? Metaphora prouerbialis, vbi quis, dicto conuitio, seu maleficio quopiam peracto, statim subducit sese, ne vel tueri cogatur quod dixerit, aut ne mutũ recipiat. Eryximachus medicus in cõuiuio Platonis, Aristophani, discedere parãti, ne cogeret & ipse laudare Cupidinẽ, ac iocis quibusdã poeticis eludẽti: Βαλὼν γε φάνει, ὦ ἀριστοφάνες οἴει ἐκ φεύξεσθαι, ἀλλὰ προσέχε τὸν νοῦν καὶ ὕτως λέγε ὡς δώσων λόγον. ἴσως μέντοι ἂν δόξῃ μοι ἀφήσω σε. i. Vt vĩ, iq̃t, Aristophanes, imisso i nos iaculo

culo fugiturũ te credis? Quin tu animũ aduerte, atq. ita loquere, tanquam rationem redditurus. Sanè, si mihi videbitur, fortassis te dimittam. Vtitur item in Phædone, & in primo De rep. libro, quanquam hoc loco mutat metaphoram, & ad balnea orem iniecta aqua descẽdentẽ refert, ταῦτα εἰπὼν ὁ θρασύμαχος ἐν νῷ εἶχεν ἀπιέναι, ὥσπερ βαλανεὺς ἡμῶν καταυτλήσας χύδην ὕδατων ἀδρόον καὶ πολὺν τὸν λόγον. id est, Hæc locutus Thrasymachus, in aio habebat discedere, ceu balneator quispiã, offasis in aures copiosis, ac multis uerbis. Ac mox eodẽ i loco, οἷον ἐμβαλὼν μόγον, ἐν νῷ ἔχεις ἀπιέναι. i. uelut iniecto dicto paras discedere. Respexit ad prouerbium Plutarchus in cõmentario De ijs, q tarde puniuntũ, ut a numine: ἀλλ' εἰ δεῖ βαλὼν, εἴπεν ἀπιλλάγη καλῶν εἶχε θεωρῶν τὸ βέλος ἐγκείμενον. i. Quinetiã, si discessit, inquit, immisso iaculo, nõ conuenit telũ inhærens negligere. Adlusit ad hãc parœmiã Aristoteles in tertio Naturaliũ auditionũ libro. Refellens. n. Anaxagorę sententiã, q dixisset, infinitum immotũ esse, & in seipso conquiescere, negat satis esse dixisse tãtum, & aufugere, cum causam etiam redde re debuerit, quamobrem infinitum mouerī nõ posset, οὐ γὰρ, inquit, ἱκανὸν τὸ ὕτως εἰπόντα ἀπιλλάχθαι. Quadrabit igitur i eos, qui uelut oracula quędã pronunciãt, alijs coniectandi materiam ministrãtes, vt qui non interpretentur, quamobrem ita senserint. Translatum uidetur ab apibus, aut uespis, quæ, infixo aculeo, statim aufugiunt. Id enim innuit Plato in Phędone. Põt & ad Parthos referri, qui, iaculo cõiecto in hostẽ, mox equis uersis se fuga proripiunt, nec audent cominus congredi. Simillimum est huic, quod est apud Ciceronem libro de finibus bonorũ quarto: Scrupulũ, inquit, abeunti, sed videbimus. Solet enim scrupulus esse molestus ambulantibus. Idem apertius in oratione pro L. Flacco: Flacco uero quid profuit? qui ualuit tãdiu, dũ huc proditet, mortuus est aculeo iam dimisso, ac dicto testimonio.

Dodonæum æs.

Δωδωναῖον χαλκεῖον. i. Dodonæum cymbalum, aut tintinnabulum. In hominem dici consueuit improbę, atque importunæ loquacitatis. Zenodotus citat ex Aristophoro Menandri. Tradit autem in Dodona duas fuisse sublimes columnas, in altera positam peluim æream, in altera pensile pueri simulacrum, flagellum ęreum manu tollentis, quoties autem uentus uehementius flauerit, fieri, ut, scutica impulsa, crebrius lebetem feriat, isq; percussus tinnitum reddat, ad multum etiam temporis resonantem. Alii referunt ad æra Corinthia, quæ præ cæteris clarius tinniant: Meminit huius adagij Stephanus in dictione Dodone. Iuuenalis ad adagium adlusisse videtur, cum ait:

Tot pariter pelues, tot tintinnabula credas Pulsari.

muliebrem garrulitatem taxans. Suidas diuersam adagij adfert interpretationem ex Dæmone. Ait enim oraculum Iouis, quod olim erat in Dodona, lebetibus æreis undiq. cinctũ fuisse, ita, ut inuicem sese cõtingerent. Itaque necessum erat fieri, ut, uno quopiã pulsato, uicissim & oẽs resonarẽt, sonitu per contactum ab alijs ad alios succedente. Durabatq. in longum tẽpus tinnitus ille, videlicet in orbẽ redeunte sono. Putatq. parœmiam dictam in sordidos, & quãtumuis pusilla de re querulos. Verum Aristoteles hoc commentum ut ficticiũ refellit, adferens aliud interpretamentum, quod modo retulimus, de colũnis duabus, & simulacro pueri, Plutarchus in cõmentario περὶ τῆς ἀδολεχίας indicat, i Olympia porticum quandam fuisse, ratione mathematica ita compositã, ut pro una uoce multas redderet, atq. ob id ἐπιφώνον, appellatã, Cumq. hac cõfert homines impendio loquaces, quos si uerbulo tãgas, continuo referunt tantum verborũ, ut nullus omnino sit garriendi finis. Meminit huius adagionis & Iulius Pollux libro sexto, capite de loquacibus, his uerbis. Τὸ ἐκ Δωδώνης χαλκεῖον.

Prora, & Puppis.

Πρῴρα καὶ πρύμναι. i. Prora & puppis, M. Tullius libro Familiarium epistolarũ ultimo, scribens ad Tironem suum, parœmiam hanc refert his uerbis. Mihi prora, & puppis, ut Græcorũ prouerbiũ est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes meas explicares. Prora itaque, & puppi, summam consilii nostri significamus: propterea q a prora, & puppi, tanquam a capite, & calce, pendeat tota nauis. Apud Græcos inuenio pronũciatum hoc pacto, τὰ ἐκ πρῴρας,

ρας, καὶ τὰ ἐκ πρύμνης ἀπόλλυται. idest, A prora pariter, atq; à puppi pereunt: siue, prora pariter, ac puppis perit, hoc est, ad internecionem. Philostratus in Heroicis: Ἀλλὰ δεῖ προσδεδέσθαι τῇ νηί, καθάπερ ἡ ὀδυσσέα. εἰ δὲ μή, καὶ τὰ ἐκ πρώρας, φασὶ, καὶ ἐκ πρύμνης ἀπολεῖται. i. Sed oportet Vlyssis in morem naui alligatum esse, aliò qui & prora, quod dici solet, & puppis perit. Neq; diffidet hinc illud Theocriticum in Encomio Prolemæi:

Ἀνδρῶν αὖ Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι δ' λεγέσθω,
Καὶ πύματος καὶ μέσσος. idest,
Aſt hominum in numero decantetur Prolemæus,
Primus, & vltimus, ac medius.

Item Virgilianum illud:

A te principium, tibi desinet.

Huc pertinet, quod Demosthenes pronunciationem, τὸ πρῶτον, τὸ δεύτερον, καὶ τὸ τρίτον esse dixit, uniuersam eloquentiã intelligens. Plato De legibus li. 4. ὁ μὲν δὴ θεὸς, ὥσπερ καὶ ὑπαλαιὸς λόγος, ἀρχὴν τε, καὶ τελευτὴν, καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων. i. Iam Deus quidem ipse, quemadmodum uetusto uerbo dicitur, tum initiũ, tum finem, tum medium rerum omnium complectens. Plutarchus in commentario De liberis educandis: Ὅτι ἓν πρῶτον, καὶ μέσον, καὶ τελευταῖον ἐν τούτοις κεφάλαιον ἀγωγὴ παιδεία, καὶ παιδεία νόμιμός ἐστι. i. Quã una res, primũ, & mediũ, ac postremũ hic caput est, proba institutio, legitimaque eruditio. Aristoteles libro Rhetoricorum tertio refert ex Alcidamante quodam, qui philosophiam, legum uallum, ac fossam appellarit, omne legum præsidium in philosophia situm innuens. At philosophus eã metaphoram tanquam duram, ac frigidam damnat: quasi uero non durior sit illa superior, πρώρα, καὶ πρύμνη. Verum in oratione seria, fortassis uitiosæ fuerint: in adagijs nõ item offendit durities, ut quæ sæpenumero uel ænigmatum simillima sint, eaq; ferme laudatissima uideantur, quæ paulo lõgius detorta fuerint. Proinde, quoties summam totius negotij, & omne momẽtum, præsidiumq; significabimus, prorã, & puppim, aut fossam, & uallum dicemus. Quibusdam omnium rationum prora & puppis est pecuniæ. Aduersus Carthaginiensium uim Scipio fossa pariter, & uallũ erat, idest, præcipuum tutamentum.

Nihil ad Parmenonis suem.

Οὐδὲν πρὸς τὸν παρμένοντος ὗν, idest, Nihil ad Parmenonis suem. De æmulatione dictum, quæ longo interuallo abesset ab eo, qd imitaretur. Plutarchus in Symposiacis, quintæ Decadis secundo problemate, quo pacto natum sit adagium narrat ad hanc fermẽ sententiam: Parmeno quispiam fuit ex hominum eorum genere, qui nostris etiam tpibus uarias animãtium, & hominum uoces ita scitè imitantur, ac repræsentant, ut audientibus tantum, non et uidentibus, ueræ, non imitatæ uoces uideantur. Neque desunt, quos hoc artificiũ maiorem in modum delectet. Parmenon igitur hac arte vulgo ut iucundissimus, ita etiam celeberrimus fuisse perhibetur: quẽ cum reliqui conarentur æmulari, ac protinus ab omnibus diceretur illud: ἓν μόνον, ἀλλὰ δὲν πρὸς τὸν παρμένοντος ὗν, hoc est, Rectè quidem, uerum nihil ad Parmenonis suem, quidam prodijt, ueram suculã sub alis occultatam gestans. Huius uocem cum populus imitatitiam esse crederet, statimque, sicut solent, reclamarent, τὶ ἔν, αὕτη πρὸς τὸν παρμένοντος, i. Quid hæc ad Parmenonis suem? uera sue deprompta, ac propalam ostensa, refellit illorum iudicium: vtpote non ex uero, sed ex imaginatione profectum. Meminit idem Parmenonis, ac suis adumbratæ, in commentarijs De audiendis poetis. Nec intempestiuiter utemur hoc adagio, quoties aliquis, opinione deceptus, de re perperam iudicat. Veluti, si quis epigramma parum eruditũ, ac neotericum, supra modum admiraretur, persuasus antiquum esse. Rursum, si, quod antiquum esset & eruditum, ceu nuperum damnaret. Tantum enim ualet hęc imaginatio, ut eruditissimis etiam uiris in iudicando imponat.

Syncretismus.

Συγκρητισμὸς. Cretico prouerbio dicebatur, quoties fieret, ut, qui modo uidebantur hostes acerrimi, repente in summam concordiam redigerentur. Id quod frequẽter euenire solet, maxime si quando malum aliquod inciderit utrisque commune. Plutarchus in commentario, Περὶ φιλαδελφίας, idest, de fraterna caritate, recenset, simulq; explicat paremiam his uerbis:

Ἔτι

Ἔτι τοίνυν ἐκεῖνο δεῖ μνημονεύειν ἐν ταῖς πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς διαφοραῖς, καὶ φυλάττειν τὸ τοῖς φίλοις αὐτῶν ὁμιλεῖν καὶ πλησιάζειν τότε μάλιστα, φεύγειν δὲ τοὺς ἐχθροὺς καὶ μὴ προσδέχεσθαι, μιμούμενον αὐτὸ τὸ γοῦν τοῦτο τὸ κρητῶν, οἱ πολλάκις στασιάζοντες ἀλλήλοις καὶ πολεμοῦντες, ἔζωθεν ἐπιόντων πολεμίων διελύοντο καὶ συνίσταντο. καὶ τοῦτο ἦν ὁ καλούμενος, ὑπ' αὐτῶν συγκρητισμὸς. id est, Præterea oportebit, & illud meminisse, fratribus inter se dissidentibus, obseruareq;, ut potissimum eo tempore consuetudinẽ habeas, & cõuictum cum illorum amicis. Rursum: Inimicos fugias, neque admittas ad familiaritatẽ, illud uidelicet Cretensiũ exemplum secutus, qui frequenter cum factionibus, & bellis intestinis inter sese pugnarent, inuadẽtibus aliuñ hostibus, omissa contentione cõiuncti sunt: atq. is erat, quem illi syncretismum appellabant. Hactenus Plutarchus. Simile quiddam refert de Sudracis & Mullis Q. Curtius libro 9. quos alias bellare inter se solitos, periculi societas iunxerat, imminente Alexandro. Pertinet huc, quod alias ex Aristotele referemus: συνάγει τοὺς ἀνθρώπους τὰ κακὰ, i. Conciliant homines mala. Adagium recte accommodabitur & in illos, qui amicitiam ineunt: non quòd sese ex animo diligant, sed q̃ alter alterius opis egeat: aut quo ueluti coniunctis copiis communem inimicum pessundent. Refertur & ab Apostolio quodam Byzantino, recentissimo apud Græcos prouerbiorum coaceruatore.

Qui circa salem, & fabam.

Περὶ ἅλα καὶ κύαμον. id est, Iuxta salem, & fabam. In eos dicebatur, qui se simularent scire, quod nescirent. Siquidem diuini responsuri, fabam, & salem apponebãt. Vnde, qui inter sese de rebus arcanis communicarẽt, τοὺς περὶ ἅλα καὶ κύαμον appellabãt. Ad hunc quidem modum scriptum legitur in Diogeniano, reliquisq; Græcarum paræmiarum collectoribus. Verum Plutarchus in Symposiacorum problematum decade quarta, non fabam, sed cuminũ scribit, nisi fortè deprauatus est codex: Ἐκεῖνο δέ πως ὑμᾶς λέληθε τοὺς περὶ ἅλα καὶ κύμινον, ὅτι τὸ μὲ ποικίλον ἐστὶ, τὸ δὲ ἡδύ. i. At illud fortasse uos fugit, quod aiunt, qui iuxta salem, ac cuminum, quòd illud quidẽ lautius, hoc suauius. Rursum eiusdẽ operis decade quinta: Ἐζήτει φλῶρος, ἐστιωμένων ἡμῶν παρ' αὐτῷ, τίνες ἂν εἶεν οἱ περὶ ἅλα καὶ κύμινον ἐν παροιμίᾳ λεγόμενοι. i. Quærebat Florus, cum apud ipsum cenaremus, quinam essent, qui in prouerbio iuxta salem & cuminum dicerentur. Apollophanes autem grãmaticus sic eam quæstionẽ dissoluit, ut dicat adagium summam familiaritatem significare. Siquidẽ, qui magnopere inter se familiares sunt, hi uel salem, uel cuminum unà cœnant, neq. requirunt apparatũ ullum ciborum. Vnde & ille iocus est Octauii Cęsaris ad quendam, à quo fuerat conuiuio perparco, frugaliq; acceptus: Nesciebam me tibi esse tam familiarem. Huc pertinet etiam illud, quod suo loco referemus: ἅλα καὶ πράπεζαν μὴ παραβαίνειν. i. Non oportet transgredi salem, & mensam, hoc est, amicitiæ ius, quod his rebus conciliatur, non est uiolandum. Porrò salis nomine frugalem victum innui, passim ex poetis licet cognoscere. Horatius in Odis:

Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum.

Idem in Sermon.

-Modò sit mihi mensa tripes, &
Concha salis puri.

Verum in diuinationibus uſ magis religionis causa solitus apponi. Cur autẽ hic honos sali potissimum sit habitus, quæritur apud Plutarchum in eo, quẽ modò citaui, loco. Nã & Homerus salem diuinum appellat, & Plato scripsit salem rebus diuinis amicissimũ, familiarissimumq;. Proinde Ægyptii honoris causa prorsum a sale abstinẽt, adeo, ut, ne panibus quidẽ uescãtur sale conditis. Tametsi Plutarchus arbitratur Aegyptios hac gratia potius abstinuisse, si quando pure uiuere uellẽt, quòd præcipuè libidinem irritare putetur, idq. propter calorem. Præterea nõ est ueri dissimile, illos abdicasse sibi salem, tanquam condimentum omnium suauissimum, ita, ut non immeritò, obsoniorum obsonium appellari possit. Nam sunt, qui hac de causa salem gratiam nominarint, quòd citra hunc omnia uideãtur insipida, ingrataq;. Quanquam illud maxime diuinum in se sal habere uidetur, quòd a corporibus uita destitutis putrefactionẽ, ac tabẽ arcet, neq. finit prorsum interire, diu morti uelut resistẽs, animæq;, quoad licet, uice fungens. Huius ut est officium animantia tue

ri, continereq;, neque finere compaginem dilabi, itidem sal, animę exemplo, cohibet corporum harmoniam ad tabem tendentium, & membrorum inter sese amicitiã conseruat. Hac eadẽ ratione fulguris ignẽ sacrum, ac diuinum arbitramur, q̃ ictorũ corpora multo tempore perdurent, neque putrescant. Habet & illud quasi diuinum sal, quòd uim quandam gignendi genuinam habere credatur, uel hoc argumento, quòd, sicuti paullo superius dictum est, seminalem uigorem expergefacit, acuitq;. Proinde, qui canibus alendis dant operã, salsis carnibus, ac salsamentis eos pascunt, quo ad gignendum reddantur alacriores. Accedit huc, quòd è nauibus marinis immensa murium uis soleat enasci. Neq; desunt, qui dicant, mulieres etiam citra uirilem operam fieri grauidas, si salem lingãt. Præterea putant huc adlusisse poetas, qui non sine causa finxerunt Venerem, genituræ principem, è salo natam fuisse, quam etiam ἁλιγενῆ, idest, saligenam cognominant. Quin iidem deos omnes marinos fœcundos, & plurimorum liberorum progenitores faciunt. Denique nullum est animal, neque terrestre, neque uolatile, perinde fœcũdum, ut sunt omnia marina. Huiusmodi fermè multa de sale disseruntur apud Plutarchum.

Duabus anchoris fultus.

Ἐπὶ δυεῖν ὁρμεῖ, id est, Duabus nixus in portu sedet, subaudiendũ anchoris. De firmis, & immotis, & qui rẽ suã probe constabilierunt. Ductum a nauibus intra portũ tutò manentibus, a prora simul, & a puppi iectis anchoris. Meminit Aristides in Panath. Ab eadẽ metaphora ductũ est, qd̃ aduersus Ctesiphontẽ dixit Demosthenes: Οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς, subaudiẽdum ἀγκύρας, id est, Haud eadẽ anchora nixus est, qua uulgus hominum.

Sine capite fabula.

Ἀκέφαλος μῦθος, i. Sine capite sermo, dr̃ imperfect⁹, ac mutil⁹. Plato li. de Legib. 6. Οὔκουν δὴ πυλέγων γε ἂν μῦθον ἀκέφαλον ἱκανὸν καταλίποιμι, πλανώμενος γὰρ ἂν ἀπεύκτῃ τοιοῦτος ὢν, ἄμορφος φαίνοιτο. id est, Nequaquam profecto, postea quam dicendi partes suscepi, sermonem absq. capite libens reliquerim. Etenim, si oberrans talis occurrat alicui, fœdus uideretur. Rursus in Gorgia: Ἀλλ' ἐ' ὅ τε μύθος φασὶ με ἀξιοῦ θέμις εἶναι καταλείπειν, ἀλλ' ὅπῃ θέμις κεφαλὴν ἵνα μὴ ἄνευ κεφαλῆς φοιτῶ. i. At ne sermones quidem interim aiunt fas esse deserere, quin potius imponẽdũ illis caput, ne sine capite obambulent. Fortassis adlusit ad id, quod refert Plutarchus in dialogo De defectis oraculis. Apud Cretenses festum quoddam nouis, & absurdis cærimoniis agebatur, ostenso hominis simulacro sine capite. Hunc aiebant Homeioni patrem fuisse, qui, constuprata p vim Nympha, sine capite fuerit repertus. Prouerbium refertur à Zenodoto.

Inter sacrum, & saxum.

Tyndarvs apud Plautum, alter è captiuis, cum iam proditis dolis esset deprehẽsus, nec haberet, quanam arte posset elabi. Nunc ego, inquit, omnino occidi. Nunc ego inter sacrum, saxumq. sto, nec quid faciã scio. Appuleius Asini sui libro undecimo: Plurimum ergo duritia paupertatis intercedẽte, quod ait uetus prouerbium, inter sacrum, & saxum positus cruciabar. Explicat autem Appuleius allegoriã adagii, uidelicet adludens ad sacerdotũ, cui erat initiandus, & paupertatem saxo duriorem, per quam non suppetebant sumptus. Sumptum apparet ex priscis fęderis feriendi cerimoniis, in quibus Fetialis porcũ saxo feriebat, hæc interim pronunciãs. Qui prior populus fędus rumpet, Iupiter ita eum feriat, quemadmodum ego porcum hoc lapide ferio. Sed, uedecunq. fluxit adagium, satis liquet dici solitum in eos, qui perplexi, ad extremum periculum rediguntur,

Inter malleum, & incudem.

Μεταξὺ τοῦ ἄκμονος, καὶ σφύρας, id est, Inter incudem, & malleum. Huic nõ dissimile refertur ab Origene, his quidem uerbis; nam Græca desideramus: Iam quoddam est apud nationes tritum uulgi sermone prouerbiũ, ut de his, qui anxietatibus, & ingentibus malis premuntur, dicant: Inter malleum sunt, & incudem.

In acie nouaculæ.

Nec abhorret a superioribus illud, quod, ab Homero sumptũ, maximisq. celebratum auctoribus, in adagionem abiit, ἐπὶ ξυρῷ ἀκμῆς, i. In nouaculæ cuspide, sine

sine acie, pro eo, quod est in summo discrimine. Sic enim in Iliadis decimo loquitur Nestor.

Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυρῷ ἵσταται ἀκμῆς,
Ἠμὲ λαυγρὸς ὄλεθρος ἀχαιοῖς ἠ ἐβιῶναι. i.

Nunc etenim cunctis sita res in cuspide ferri est.
Viuant ne, an tristi exitio absumantur Achiui.

Sophocles in Antigone:

φρόνει σεβοῦς αὖ νῦν ἐπὶ ξυρῷ τύχης.

Sunt aũt Tiresiæ uatis uerba, Creontẽ admonentis, ut sapiat, in tanto constitutus periculo. Rursum in Epigrammatibus:

Εὐρώτης ἀσίης τε δορυσθενέες βασιλῆες,
Ὑμῖν ἀμφοτέροισιν ἐπὶ ξυρῷ ἵσταται ἀκμή. id est.

Europę, atq. Asię reges Mauorte potẽtes
Nunc vobis utrisque nouaciæ in acumine res est.

De Menelao, ac Paride, singulari certamine decernentibus, uter Helena potiretur, Theocritus in Dioscuris:

Ἀνθρώπων σωτῆρας ἐπὶ ξυρῷ ἤδη ἐόντων. i. Certa salus hominum iam ferri in cuspide stantum.

Sumptũ uidetur à circulatoribus, qui in cuspide gladiorum ingrediuntur, aut ab ijs, qui ferrum manu cõtrectant, ut admonent in hunc auctorem edita scholia.

Res in cardine.

Hvic non omnino diuersum est illud: Res est in cardine, quod Seruius prouerbiũ esse admonuit, enarrãs illud Maronis:

Haud tanto cessabit cardine rerum.

Putatq. perinde ualere, quasi dicas: Res est in articulo. M. Tullius: In eo cardo rei uertitur, dixit, pro eo, qd̃ est, ex hoc tota res pendet. Quintilianus lib. 12. Nam, ut taceam de negligentibus, quorum nihil refert, ubi litiũ cardo uertatur. Idem li. 5. Nã si fatetur, multis ex causis potuit cruẽta esse uestis, si negat, hic causæ cardinem ponit, in quo si uictus fuerit, etiam in sequentibus ruit. Sumptum ab ostiis, quæ cardinibus sustinentur, uoluunturque.

Nouacula in cotem.

Ξυρὸς εἰς ἀκόνλω, i. Nouacula in cotẽ. Dici solitum in eos, qui fortè in eas reciderunt, in quas minime uolebant. Neq. nouacula potest incõmodius cadere, quã si in cotem incurrat. Ab hoc non ita multum abhorret illud Horatianum:

Et fragili quærens illidere dentem,
Infringet solido.

Rectè accommodabitur & in eum, quie lædendi cupidus, tandem hominẽ nactus est, à quo uicissim lędatur, cum illi nocer, non possit. Siquidem nouacula, si in molle quippiam inciderit, dissecat, si in cotẽ retunditur. Huc respexit Tarquinius, qui dixit sibi in animo esse, ut Actius Nauius augur nouacula cotem discinderet, significãs in cotem nihil posse nouaculã. quanquam ab augure factũ, quod ille fieri posse non credebat, refert Liuius li. j.

Caliga Maximini.

Caliga Maximini, vulgò dictitatũ est, in homines insulsos, & immodicæ proceritatis. Id adagii refert Iulius Capitolinus, in uita Maximini Imperatoris. Nam, cum esset, inquit, Maximinus pedum, vt diximus, octo & prope semis, calciamentum id est, campagium regium, quidam in luco, qui est inter Aquileiam, & Arziam, posuerunt, quod cõstat pede maius fuisse hominis uestigio, atque mensura. Vnde etiã uulgo tractum est, cum de longis, atq. ineptis hominibus diceretur: Caliga Maximini. Hactenus Iulius. Ergo prouerbium rectius usurpabitur, si cum odio, contemptuve dicatur, ꝓpterea q̃ is Maximinus, uñ natum esse cõstat, inuisissimus esset pariter & populo Romano, & Senatui: quippe Thrax natione, deinde sordido genere, postremo moribus barbaris, ac feris. Quin etiam nunc homines insignitæ proceritatis uulgo malè audiunt, tanquam socordes, atque inertes.

Clematis Aegyptia.

Hvic cõsine est, quod a Phalereo Demetrio refertur, κλήματις αἰγυπτία. i. Clematis Ægyptia. Id ait ioco dici solitũ in eos, qui corpore præter modũ procero, atque atro colore essent, natum haud dubie ab eius herbæ specie, de qua meminit Dioscorides libro quarto. Plinius libr. 24. cap. 15. Itali, inquit, centunculum uocãt, rostratis foliis, ad similitudinem capitis pęnularum, iacentẽ in aruis. Græci autẽ clematidem appellant. Sed, cum clematidis multæ sint species, quas inibi recenset Plinius, una dũtaxat prouerbio locum fecisse uidetur, ea nimirũ, quę clematis Aegyptia cognomine dicitur. Dicitur autem, quòd hanc

hanc maximè gignat Ægyptus, folio lauri longo, tenuiq; , aduersus serpentes, & prinatim aspides, ex aceto pota efficax, quę eadem ab aliis daphnoides, ab aliis polygonoides uocatur. Laertius in uita Zenonis, ex auctoritate Apollonij, scribit, Zenonẽ gracili fuisse corpore, statu procero, atra cute. Deinde auctorem citat Chrysippum, qui in secundo prouerbiorum suorũ libro scripserit, ob eam causam à quodam clementidem Aegyptiam fuisse dictum.

Res ad triarios redijt.

ROMANVM exrat adagium, elegans cum primis, & annotãdum. Res ad triarios redijt. Eo licebit vti, cum significabimus rẽ eo periculi redactã esse, ut extremo conatu, summisq. uiribus sit enitendum, & ad suprema confugiendum consilia, quibus si nihil proficiatur, iam nihil reliquum esse nideatur, unde subsidiũ sperare possis. Veluti si in disceptatione quapiam literaria, mediocribus ambigentibus, ad unum aliquem summæ doctrinæ uirũ rem deferre cogeremur. Aut in ancipiti negotio, potẽtissimorũ amicorum opem implorare cõpelleremur, quos non nisi maxima quadã ducti necessitate soleamus interpellare. Deniq;, si, cum uulgaribus illis cõsilijs res explicari nequit, ad nouũ aliquod, & egregie callidum cõfugitur. Quemadmodum Terentianus ille Phormio in sui nominis fabula, cum significaret neq. in Antiphone, neque in Phædria, neque in Geta satis esse præsidii ad retundẽdam senis sæuitiã: Ad te, inquit, Phormio summa redit. Natum est adagium à ratione, modoq. componendi Romani exercitus. Refertur autem pariter, & explicatur à T. Liuio, primę decadis lib. 8. cuius uerba libuit subscribere: Postremo in plures ordines acies distribuebat. Ordo enim sexagenos, siue, vt alij legunt, sexcenos milites, duos cẽturiones, uexillarium unũ habebat. Prima acies hastati erant, manipuli quindecim, distantes inter se modicum spatium. Manipulus leues uicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat. Leues autem, qui hastã tantum, gæsaq. gererent, uocabãtur. Hæc prima frons in acie, floré iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen. Hos sequebantur scutati omnes, insignibus maxime armis. Hoc triginta manipulorum agmen, antepilanos appellabant, quia sub signis iam alii quindecim ordines locabãtur, ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat. Earum unamquamque primum pilum uocabant. Tribus ex vexillis constabat. Vexillum centũ octoginta tres, ut alii, sex homines erãt. Primum uexillum triarios ducebat, uetera nũ militem spectatæ uirtutis. Secundũ rorarios minoris roboris ætate, factisq;. Tertiũ accensos, minimæ fiduciæ manũ. Eò & in postremã aciem reiiciebantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omniũ primi pugnam inibant. Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes, in interualla ordinũ principes recipiebant. Tum principum pugna erat, hastati sequebãtur. Triarii sub uexillis considebant, sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas subrecta cuspide in terrã fixas, ut haud secus quã uallo sæpta inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoq. haud satis prospere esset pugnatum, à prima acie ad triarios sẽsim referebantur, inde rem ad triarios redisse, cũ laboratur, prouerbio increbruit. Triarii consurgentes, ubi in interualla ordinum suorum principes, & hastatos recepissent, extemplo cõpressis ordinibus uelut claudebant uias, unoq. continente agmine, iã nulla spe post relicta, in hostem incidebãt. Id erat formidolosissimum hosti, cum uelut victos insecuti nouam repente aciem exurgẽtem auctam numero cernebant. Hactenus T. Liuius. Cuius ex uerbis satis arbitror liquere prouerbiũ, ut nostra interpretatione iam non sit opus. Itẽ Vegetius de re militari lib. 2. declarat post omnes acies solere collocari triarios, omni armorũ genere instructos, qui genu posito subsidebant, ut, si primam aciẽ uinci contigisset, ab ijs integrato prælio victoria repararet. Modestus in libello de uocabulis rei militaris: Sextus, inquit, ordo post omnes a firmissimis, & scutatis, & omni genere armorum munitis, bellatores tenebat, quos antiqui triarios appellabant. Hi ut requieti, & integri acrius inuaderent hostes, post vltimas acies sedere consueuerũt, &, si quid in primis ordinibus accidisset, de eorũ uiribus reparaturis spes tota pendebat. Flauius Vopiscus in uita Firmi imperatoris, indicat robustissimum quenq. militem in triarios allegi solitum, docens eum neruis robu-

robustissimis fuisse, hoc argumento, quòd triarium quoque uinceret.

Sacram anchoram soluere.

HVIC finitimum est illud, quod apud Græcos celebratur: ἱερὰν ἄγκυραν χαλάζειμι, idest, Sacrã soluere anchorã, quoties ad extrema præsidia confugitur. Translatũ à nautis, qui maximã, ac validissimam anchoram sacram uocant, eamq; tum demũ mittunt, cum extremo laborant discrimine. Lucianus in Ioue tragœdo: Ἀκέσον δὴ ἱερὰν, φασὶν, ἄγκυραν, καὶ ὦ δεμιᾶ μηχανῇ ἀπορρήξεις. i. Audi iam sacrã, vt aiunt, anchoram, quamq; nulla ui queas abrumpere. Sic enim appellat argumentũ insolubile. Rursum Drapetis: Ἔδοξεν ἓν σκοπευμένοις ὑς ἁτίω ἄγκυραν, ἣν ἱερὰν, οἱ ναυτιλλόμενοί φασι, καθιέναι. i. Visum est igitur, re perpensa, extremã anchorã, quam nautę sacram nominant, demittere. Rursum in Apologia: Μία μοι ἴσως ἐκείνη ἄγκυρα ἔτι ἄβροχος. i. Mihi fortassis vna illa anchora adhuc superest integra: idest, Illud mihi adhuc superest, quo possim confugere. Euripides in Helena:

Ἄγκυρα δήμου τὰς τύχας ὀχεῖ μόνη. i.

Mihi ab vnica fortuna pendet anchora, hoc est, Vna dumtaxat spes mihi superest. Aristides in Themistocle: Καὶ ὥσπερ τῆς ἱερᾶς ἀγκύρας τῆς ἐκείνου φωνῆς ἐχόμενοι. idest. Ac uelut à sacra anchora de illius voce pendentes.

Mouebo talum à sacra linea.

IDEM pollere putat Diogenianus, κινῶ ἀφ' ἱερᾶς. i. Sacræ lineæ talum moueo. De ijs, qui extrema parant experiri. Id Iulius Pollux libro nono exponens, ait à ludo quopiam tesserarum natũ esse adagium. Lusum autem fuisse huiusmodi, vt vtrique ludentium essent calculi quinque, totidem impositi lineis: unde & Sophocles dixerit: πέντε πεντάγραμμα, i. tesseræ quinq; linearum. Inter eas lineas, utrinq; quinas, unam fuisse mediam, quam sacram uocabant: vnde, qui talum mouisset, is sacræ lineæ calculum mouere dicebatur. Id vero nõ fiebat, nisi cũ res posceret, ut ludẽs ad extrema cõfugeret auxilia. Vsurpat hoc adagiũ Plato lib. de Legib. quinto: καθάπερ πεσῶν ἀφ' ἱερᾶς. i. Tanquam à sacra tessera. Plutarchus in libro, qui inscribitur: An seni sit gerenda Resp. Τελευταίαν ὥσπερ ἀφ' ἱερᾶς ἐπάγουσιν ἡμῖν τὸ γῆρας i. Postremam nobis, tanquam à sacra linea senectam allegant, hoc est, veluti causam grauissimã. Idem commentario de cõparatione terrestrium, ac marinorũ: Φέρε, κινήσαντες ἀφ' ἱερᾶς, βραχέα περὶ θειότητος αὐτῶν καὶ μαντικῆς εἴπομεν. i. Age moto talo à sacra linea, paucis de diuinitate eorum, & diuinatione dicamus. Rursum idem aduersus Colotam Epicureum: Εὐθὺς ἓν ἀφ' ἱερᾶς κεκίνηκεν ὁ κολώτης. i. Protinus igitur talũ a sacra mouit Colotes. hoc est, statim id quod est grauissimũ, aggressus est, vt impugnaret Apollinis de Socrate iudicium. Idem in uita Marcij Coriolani de ciuitate Romana ob Coriolani minas perturbata: ἄρα ἀφ' ἱερᾶς ἀφῆκεν. idest, Sublatam à sacra linea tesseram misit. Desperatis enim rebus ad Deorum religionem confugiebat, supplicatum missis sacrificijs, æduituis, initiatoribus, auguribus, &c. Huc adlusit & Theocritus in Bucoliastis:

Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον. idest,

Atque à lineola lapidẽ mouet. De quo nobis & alias facta mentio.

Nudior Leberide.

Γυμνότερος λεβηρίδιος, i. Nudior Leberide, de uehementer tenuibus. Leberis enim serpentis exuuium significat, quo nihil esse potest inanius. Accidit autem hoc omnibus fere, quæ cortice integũtur, sed mollioré: uelut stellionĩ, lacertæ, præcipue serpentibus, atq; hæc fermè bis exuunt, uere, & autumno, præsertim uipera. Serpenti primum ab oculis incipit decedere pellis, ita, ut obcæcari uideatur ijs, qui rẽ non intelligunt: atq; una nocte & die, senectus tota exuitur a capite usque ad caudam. Ex insectis reiuuenescunt filpha, & culex: eaque, quorum pennæ uaginis obteguntur, vt scarabei, item locustæ, & cicadę. In genere marinorum exuit & cancer, idq; sæpius anno. Atq; hoc exuuium Græcis etiam σύφαρ dicitur: cuius mira sentitur tum leuitas, tum siccitas, vniuerso humore in nouum fœtũ consumpto. auctor Aristoteles lib. de natura animantium octauo. Ait Suidas, Leberidem hominem fuisse supra modum pauperem: ita, ut vulgari sermoni locum fecerit. Athenæus in Dipnosophistis. σαυτὸν ἀποφαίνεις κενώτερον λεβηρίδιος. i. Ostendis teipsum inaniorem leberide.

Qui

Qui quæ vult dicit, quæ non vult audiet.

SI dixeris quę uis, quæ non uis audies. Diuus Hieronymus in Rufinum nominatim prouerbij loco citat: Nihilque super hoc audies, inquit, nisi illud è triuio, Cum dixeris quæ uis, audies quæ non uis. Terentius in Andria:

Si mihi pergit quæ vult dicere, quæ non vult audiet.

Rursum in prologo Phormionis:

Benedictius si certasset, audisset bene.

Eodem adlusit in prologo Andriæ:

Desinant maledicere, malefacta ne noscant sua.

Obscurius etiam in prologo Eunuchi: Tum, si quis est, qui dictum in se inclementius existimet esse, sic existimet: sciat, respõsum, non dictum esse. Responsum enim uocat, conuicium cõuicio redditum. Primus huius adagij patet Homerus fuisse uidetur, apud quem hic uersus est in Iliadis Y.

Οποῖον δ' εἴπυθα ἔπος, τοῖον δ' ἐπακούσας. idest,

Talia dicentur tibi, qualia dixeris ipse.

Itẽ Hesiodus lib. cui titulus, Opera & dies:

Εἰ δὲ κακὸν τ' εἴποις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσας. idest,

Fors male dicenti dicẽtur plura uicissim.

Rursus in eodem:

-Εἰ δ' ἔκεν ἀρχῃ,
Ητοι ἔπος εἰπὼν ἀποθύμιον, ἠὲ κ' ἔρξας
Δὶς τόσα τίνυσθαι μεμνημένος. idest,
-Si quod prior ipse.
Aut uerbum, aut factum, dicasve, gerasve molestum.
Ad te cũ duplici rediturũ fœnore noris.

Euripides in Alcestide:

-Εἰ δ' ἡμᾶς κακῶς
Ερεις, ἀκούσῃ πολλὰ κ' ἐν ψευδῆ κακά. i.
-Si dixeris nobis male,
Mala inuicem permulta, nec falsa audies.

Longe uenustius idem extulit Sophocles, scilicet ante Plutarcho:

φιλεῖ γὰρ γλῶσσαν ἐκ χέας μάτην,
Ακων ἀκούειν ἐς ἑκὼν εἴπῃ λόγους. idest,
Etenim solet qui dicta temere iecerit,
Audire nolens uerba, quæ dixit uolens.

Refertur ex Sophocle:

φιλεῖ δὲ πωλλὼ γλῶσσαν ἐκ χέας μάτην,
Ακων ἀκούειν ἐς ἑκὼν εἴπεν κακῶς. i.
Qui multa temere uerba fudit, is solet
Audire nolens, quæ uolens dixit male.

Quinetiam his nostris tẽporibus eiusmodi quiddam vulgo dictitant: Vt salutabis, ita & resalutaberis: hoc est, ut tua fuerit oratio, ita tibi respondebitur. Plautus: Contumeliam si dices, audies. Cæcilius in Chrysio, apud Gellium: Audibis male, si male dicis mihi. Eodem pertinet Euripideum illud apud auctores passim obuium:

Αχαλίνων σομάτων, ἀνόμα τ' ἀφροσύνης
τὸ τέλος δυσυχία. i. Infrænis oris, & iniquæ uecordiæ hnis, seu vectigal, calamitas. Celebratur & hoc inter Chilonis apophthegmata: Μὴ κακολογεῖν τοὺς πλησίον, εἰ δὲ μή, ἀκούσεσθαι ἐφ' ὅις λυπήσεσθαι. i. non esse maledicendum ijs, quibus cum agimus, alioquin audituros, quæ molestiã adferant. Huc arbitramur ascribendum uersiculum, quem Quintilianus ut vulgo iactatum citat:

Nec male respondit, male enim prior ille rogarat.

Serò sapiunt Phryges.

HOC prouerbium ex uetustissima tragœdia Liuij Andronici mutuo sumptum est, quæ inscribitur, Equus Troianus: Serò sapiunt Phryges. Vsurpatur a Cicerone in epistolis familiaribus, In Equo, inqt, Troiano scis esse: Sero sapiunt Phryges. Conuenit in eos, quos stulte factorum serò pœnitet. Si quidem Troiani, tot iam acceptis cladibus, uix decimo demũ anno de restituenda Helena consultare cœperunt: quã si statim initio reposcenti Menelao reddidissent, innumerabilibus sese calamitatibus subduxissent. Euripid. in Oreste:

Οψέγε φρονεῖς ἔυ, τότε λιποῦ σ' αἰχρῶς
δόμους. idest.
At nunc profecto serius sãpis bene,
Cum tunc penates turpiter reliqueris.

Nã uerba sunt ad Helenam Electræ. Refertur & a Festo Põpeio prouerbij titulo. Demades, auctore Plutarcho, dicere solebat, Athenienses nunq̃ decernere pacem, nisi pullis uestibus indutos, innuẽs eos bellãdi cupidiores, quàm sat esset, nec nisi clade suorum admonitos de pace cogitare.

Piscator ictus sapiet.

EANDEM habet sententiam illud apud Græcos celebratissimum: ἁλιεὺς πληγεὶς νόον οἴσει. i. Piscator percussus sapiet. Idq; erũt ab huiusmodi quodã euentu natum: Cum piscator quispiã piscibus, quos intra rete

rete tenebat, manum admouisset, atque à scorpio pisce feriretur, ictus, inquit, sapiã, Itaq. suo malo doctus, cauit in posterum. Plinius libro trigesimosecundo demõstrat id esse peculiare draconi, & scorpio pisci, ut lædant aculeis, si manu tollat. Zenodorus ait parœmiã extare apud Sophoclem.

Factum stultus cognoscit.

IDEM aliter effertur ab alijs, ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. i. Rem peractam stultus intellexit. Sumptum est autem ex Homero, qui pluribus locis hanc usurpauit sententiam. Vt in Iliados Π. & Ψ.

Μήτ' ἀντίος ἴσασ' ἐμοῖο,
Πρὶν κακοὶ παθέειν. ῥεχθὲν δέ τε νήπιος
ἔγνω. id est.
-Mihi obuius ire caueto, prius quam.
Noxæ aliquid capias: nam factum nouit & excors.

Huc adlusit Euripides in Bacchis:

Κακῶ γὰρ ἐγγὺς ὢν ἐμάνθανεν, i.
Nam didicit affinis malo.

De Pẽtheo, qui sero, nec nisi sua pernicie doctus, cœpit reuereri Bacchũ. Neque huic diuersum est, quod admonet senarius ille, inter Græcanicas sententias celebris:

Η δὲ μετάνοια γίγνετ' ἀνθρώποις κρίσις, i.
Tum iudicant homines, ubi iã pœnitet.

Eodem pertinet Virgilianum illud.

Discite iustitiam monti, & non temnere diuos.

Item illud Demosthenicum: Non emo tanti pœnitere. Vnde perquàm eleganter Fabius apud Titũ Liuium, Euentum, stultorum magistrum appellat: Nec euentus docet hoc, inquiens, qui stultorum magister est, sed ratio. Plinius in Panegyrico, quem Traiano dixit, huiusmodi seram, & in frugiferam prudentiam, miseram uocat: Terror, inquit, & metus & misera illa ex periculis facta prudẽtia, monebat, ut a rep. (erat autem omnino nulla respub.) oculos, aures, animos auerteremus.

Malo accepto stultus sapit.

PAVLO diuersius extulit Hesiodus, eandem tamen sententiam, cum ait in libro, cui titulus, Opera, & dies:

-Δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει,
Εἰς τέλος ἐξελθοῦσα, παθὼν δέ τε νήπιος
ἔγνω. id est.
-Tandem sua pœna nocentem.

Cõsequitur, passusq. sapit tũ deniq. stultus.

Ad quam sententiam uidetur adludere & Homerus in Iliados Δ. ἵνα γνοίης ὀπατέρων, i. Vti tuo dãno cognoscas. Plato in Sympos. ἀ δὴ καί σοι λέγω, ὦ ἀγάθων, μὴ ἐξαπατάσθαι ὑπὸ τούτου, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ἐμοῦ τε καὶ τῶν παθημάτων γνόντα φυλάττεσθαι, καὶ μὴ κατὰ παροιμίαν, ὥσπερ νήπιον, παθόντα γνῶναι, i. Quæ sane tibi quoq. dico, Aga hon, ne ab hoc fallaris, sed, excognitis his, q̃ nobis acciderunt, caueas: nec, iuxta prouerbiũ, ueluti stultus post acceptum malũ sapias. Huc referendum & Plautinũ illud in Mercatore: Feliciter is sapit, qui alieno periculo sapit. In eandem sententiã Tibullus Elegiarum lib. tertio:

-Felix, quicunque dolore
Alterius, disces posse carere tuo.

Huc adludunt & illæ sero sapientiũ uoces: Nunc scio, quid sit amor. Nunc ego & illam scelestã, & me miserum esse sentio. Ah, uix tandem sensi stolidus. Videtur adagium ex illa uetustissima fabula manasse, de duobus fratribus, Prometheo, atq. Epimetheo, quæ quidem refertur apud Hesiodum, ad hanc fermè sententiam: Iupiter iratus Prometheo propter ignẽ furto sublatum è cœlo, ac mortalibus redditum: cupiensq. illum simili retaliare dolo, Vulcano negotium dat, ut è luto puellæ simulacrum quanto maximo posset artificio fingat. Id simulatq. factũ est, singulos Deos, deaq. monet, ut ei simulacro suas quisq. dotes adiungerent. Vnde & uirgini Pandoræ nomen affictum apparet. Hanc igitur, omnibus formæ, cultus, ingenij, linguæq. dotibus cumulatam, Iupiter cum pyxide pulcherrima quidem illa, sed intus omne calamitatum genus occulente, ad Prometheum mittit. Is, recusato munere, fratrem admonet, ut, si quid muneris sese absente mitteretur, ne reciperet. Redit Pandora, persuasoq. Epimetheo, pyxidem donat. Eã simul ac aperuisset, euolantibusq. morbis sensisset Iouis ἄδωρα δῶρα, sero nimirum sapere cœpit. Vbi Hesiodus palam ad adagionem adludens ait:

Αὐτὰρ ὁ δεξάμενος ὅτε δὴ κακὸν εἶ χ' ἑνόησεν. id est.

Accepit: tactusq. malo, tũ deniq. sensit. Idẽ significat in Theogonia: Hæc, inquit, peperit προμηθέα.

Ποικίλον αἰολόμητιν, ἁμαρτίνοον τ' ἐπιμηθέα.

Prometheũ uafrum nominans, ac uariis instructum

instructum cõsilijs, Epimetheum, post erratum sapientem. Vnde & Pindarus in Pythijs, appellat illum ὀψίνοον, quasi serò sapientem. Quod ipsa eriam iudicant uocabula. Nã προμηθεὺς Græcis eũ significat, cui prius, q̃ re aggrediatur, suppetit consilij: ἐπιμηθεὺς, cui, re peracta, tũ demũ consiliũ in mentẽ venit. προμηθεύεσθαι, est cõsilio malis imminentibus occurrere. Lucianus in dialogo quodã, ex comico quopiam citat hunc uersiculũ, dictũ in Cleonẽ, q̃ fero, nec nisi confecto negotio saperet.

Κλέων προμηθεὺς ἐστὶ μετὰ τὰ πράγματα. id est.

Rebus peractis est Cleon Prometheus.

Idẽ in calce eiusdem dialogi: ἐπὶ τό γε μεταβουλεύεσθαι, ἐπιμηθέως ἔργον, οὐ προμηθέως ἐστίν. i. Nam illud quidem post rẽ consulere, Epimethei est, nõ Promethei. Efferitur etiam ad hunc modum parœmia: παρὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος. i. Post mala prudentior. Rursum hoc pacto: ἐξ ὧν ἔπαθες, ἔμαθες. id est, ut sententiam magis, quàm uerba reddã, Quæ nocent, docent. At multo consultius est, alienis malis prudentiorem reddi, iuxta Græcam sententiam:

Βλέπων πεπαίδευμαι εἰς τὰ τῶν ἄλλων κακά. id est.

Aliena spectans, doctus euasi, mala.

Circunfertur & illud nostrati uulgo iactatum: Mortales pudore, & iactura doctiores euadere.

Aliquid mali, propter uicinum malum.

LYSIMACHVS apud Plautũ in Mercatore: Nunc ego uerum esse illud uerbũ experior, aliquid mali esse propter uicinũ malum. Quibus ex Plauti uerbis satis liquet, hãc sententiã uulgari sermone fuisse celebratam. Eam Hesiodus eleganter expressit in opere, cui titulus, Opera & dies:

Εἰ γὰρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται,
Γείτονες ἀξωσείειον, ζώσαντο δὲ πηοί.
Πῆμα κακὸς γείτων ὅσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὀνείαρ.
Εμμορέτοι τιμῆς, ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐθλοῦ.
Οὐ δ' ἂν βῶς ἀπόλοιτ' εἰμὴ γείτων κακὸς εἴη.

Si qua domi inciderit tibi res, tunc illico omissis.
Adsunt uicini zonis cinguntur at ipsi
Affines. noxa est, uicinus ut iprobus, ingẽs:
Contrà ita maxima commoditas, si commodus adsit.
Deest honor huic, bona quem vicinia deficit, ac nec.
Interea bos, ni uicinus ubi improbus adsit.

Neq. tãtum inter priuatos uicinos hęc sententia locum habet, uerumetiam experimentis obseruatum est, populos à uicinis subuersos. Quemadmodum Ætolis, & Acarnanibus euenit, qui se mutuis cladibus euerterunt, inter se finitimi. Item Carthaginiensibus, & Byzãtinis, quarum historiarum meminerunt Hesiodi interpretes. Huc uidetur leuiter adlusisse Virgilius in Eclogis, cum ait.

Nec mala vicini pecoris cõtagia lędẽt. Et:
Mantua, uæ miseræ nimium uicina Cremonæ.

Admonet aũt parœmia, uti bonorũ conuictum, & consuetudinem expetamus, à malis nos, quàm maxime possumus, abducamus. Proinde scitum est illud Themistoclis apud Plutarchum: qui, cum prędium quoddam uẽderet, hoc quoque pręconem addere iussit, ὅτι καὶ ἀγαθοὺς ἔχει γείτονας. id est, quòd uicinos etiam haberet bonos. quasi uicini commendatione futurum esset longe uendibilius. Neque multum abhorret hinc illud eiusdem Hesiodi carmẽ: Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ. i.

Sępe mali malefacta uiri populus luit oĩs.

Manus manum fricat.

SOCRATES in Axiocho Platonis ait Prodico sophistæ hunc Epicharmi comici uersiculum semper in ore fuisse:

Χεὶρ χεῖρα νίζει, δός τι κἀλάβοις τι. i.

Affricat manum manus, da quiddã, & aliquid accipe: uidelicet, hominis quæstũ facere taxãs, qui neminem gratis doceret, & à quo se quoq;, quæ tum dicturus esset, didicisse affirmabat, at ne id quidem gratuito, immo numerata mercede. Sententia digna tum homine Siculo, tum uafro poeta. Sic enim illum appellat Cicero. Monet autem, neminem fermè mortalium inueniri, qui uelit in quempiam beneficiũ collocare, à quo non speret aliquid emolumẽti vicissim ad se rediturum, sed officiũ inuitari officio, beneficium beneficio prouocari. Idẽ adagium effertur & hoc pacto: χεὶρ χεῖρα νίπτει, i. Manum manus lauat. Idem pollet utraq. metaphora. Nam mutua cõmoditas est, quoties uel fricat, uel abluit manus

manus manum. Circumfertur inter Græcanicas sententias huiusmodi distichon:

Ἀνὴρ γὰρ ἄνδρα καὶ πόλις σώζει πόλιν.
Χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλός τε δάκτυλον.

i. Vrbs seruat urbẽ, seruat itidẽ uir uirũ.
Manus manũ, digitumq; digitus abluit.

Vtitur eo & Seneca in Iudicro libello de morte Cl. Cæs.

Gratia gratiam parit.

EANDEM sententiam Sophocles simpliciter extulit in Oedipo Coloneo:

Ἡ χάρις χάριν φέρει. i. Gratiã adfert grã.

Rursum apud eundem in Aiace Mastigophoro:

Χάρις χάριν γὰρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί. idest,

Beneficium semper beneficium parit.

Quòd Hesiodus velut enarrans in j. Geor.

Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι.
Καὶ δόμεν, ὅς κεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν, ὅς κεν μὴ δῷ.
Δώτῃ μέν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' ἔτις δωκεν. i.

Æquum ut ametur amans: qui accedit, iungitor illi.
Da, tibi qui dederit; qui non dederit tibi, ne da.
Danti aliquis dedit, non danti non dedit ullus.

Quibus significatur beneficium inuitari beneficio, & officium officio prouocari. Euripides in Helena:

Χάρις γὰρ ἀντὶ χάριτος ἐλθέτω. idest,

Beneficium beneficio respondeat.

Par pari referre. Ισον ἴσῳ ὀπφέρειν.

TERENTIVS in Eunucho parœmiã vsurpat, superiori nõ admodũ dissimilem: Par pari referto. Qua monemur, ut tales simus in alios, quales in nos illos experimur. Ac, iuxta Medeam Euripideã, amicis simus amici, inimicis infesti, in perfidos pfidi, parcos parci, clamosos clamosi, impudentes improbi: deniq; utcunq; meritum merito simili retaliemus. Idem in prologo Phormionis: Quod ab ipso allatũ est, sibi id esse relatum putet. Nõ inconcinnè tum quoq; usurpauerimus, si quando uerba verbis, blãditias blanditijs, promissa promissis pensamus. Huc pertinet illud nõ illepidũ, quod refert Aristoteles libro moraliũ nono: Dionysius citharędum accersiuerat, ut sibi caneret in nuptijs: atque cum eo his pactus est legibus, ut, quo doctius, meliusque caneret, hoc copiosiorem ferret mercedẽ. Annixus est omni artificio citharędus, uti quàm scitissimè caneret, sperans amplissimum præmium. At postridie pactam mercedem reposcenti musico, qui conduxerat ait iam persoluisse sese, quod esset pollicitus, nẽpe par pari retulisse, proq; uoluptate reposuisse uoluptatẽ, spem lucri significans: quæ quidẽ hoc maior fuerat, quò magis ex arte cantasset. Verũ hoc loco negat philosophus par pari relatum: propterea, q̃ alter id, quod uolebat, accepit: alter eo, q̃ expetebat, frustratus est. Huc uidetur respexisse Euripides, cũ ait in Andromache:

Σώφρων καθ' ἡμᾶς, σώφρον' ἀντιλήψεται,
Θυμούμενος δὲ ζεύξεται θυμουμένων. i.

Modestus in nos sentiet modestum item,
Commotus autem nos reperiet cõcitos.

Porrò prouerbiũ natum uideri potest à compotationibus ueterum Græcorũ, apud quos æqualibus cyathis bibere mos erat. Archippus in Amphitryone secunda apud Athenæum libro decimo:

Τὶς ἐκέρασε σφῶν ὦ κακόδαιμον ἴσον ἴσῳ. i.

Qui par scelestè miscuit uobis pari?

Item Cratinus in Pytine:

Τὸν δ' ἴσον ἴσῳ φέροντ' ἔγωγ' ἐκτίσομαι. i.

At par pari reddenti, ego respondero.

Item lib. 6. Οὐ διὰ τοῦ ἐν τῇ ῥώμῃ ἴσον ἴσῳ τοὺς ἰχθῦς πωλοῦντων. idest, Nõ per eos, qui Romæ piscẽ uendunt, parem pari: sentiens singulos pretio æstimatos uendi. Erat hæc uox ἴσον ἴσῳ, solennis inter propinandum, ut ex eodem auctore facile liquet. Ea significabant, aut pares esse cyathos, aut tãtundem additum aquæ, quantum inesset uini. Huius formæ sunt illa: paria facere, pro pensare ex æquo: & parem calculum ponere. Plinius ad Flaccum: Accepi pulcherrimos turdos, cum quibus parem calculum ponere, nec urbis copijs ex Laurentino, nec maris iam turbidi tempestatibus possum. M. Tullius lib. de Oratore ad Brutum: Par pari retulit ad schema rhetoricum, quo membra orationis pari syllabarum numero sibi respondent. Nam, inq̃t, Cum aut par pari refertur, aut contrarium contrario opponitur, aut quæ similiter cadunt uerba, uerbis comparantur, quicquid ita concluditur, plerunque fit, ut numerosè cadat.

Eadem mensura.

QVOD modo retulimus, videtur pariter & ad

& ad officii,& ad iniuriæ relationem pertinere,uerum ad beneficii pensationem magis referendum, quod ait Hesiodus.

Αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λωΐονος, αἴκε δύνηαι, i.
Aut mēsura eadem,aut melius quoque,
si qua facultas.

Quo docet, officiū remetiēdum esse eadem mensura,aut etiam copiosiore,si suppetat facultas:prorsumq; hac parte imitandos esse fęcundos agros,qui sementem depositam multo cum fęnore reddere consueuerunt . Citatur à Luciano prouerbii uice in Imaginibus:αὐτῷ μέτρῳ, φασὶ, καὶ λωΐονος,idest, Eadem mensura,quod aiunt, aut melius.M. Tullius Epistolarum ad Atticum lib. 13. Ego autem me parabam ad id,quod ille mihi misisset, ut αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λωΐονος, si modo potuissem.Nam hoc etiam Hesiodus adscribit, αἴκε δύνηαι.

Crassa Minerua : Pingui Minerua.

MINERVA, iuxta poetarum fabulas, artibus, atque ingeniis præsidet . Vnde & illud fluxit: Inuita Minerua . Pręterea illud:Pingui, seu crassa Minerua,quod quidem iam olim Prouerbij uice celebratur. Columella lib. De re rustica duodecimo capit. 1.In hac autem , inquit, ruris disciplina non consideratur eiusmodi scrupulositas , sed , quod dicitur, pingui Minerua,quantumuis utile continget uillico tēpestatis futuræ præsagium. Idem in primi libri præfatione : Potest enim nec subtilissima , nec rursum , quod aiunt , pingui Minerua res agrestis administrari . Idem libro 10.Nec tamen Hipparchi subtilitas, pinguioribus, ut aiunt, rusticorum literis necessaria est. Dicitur pinguiore Minerua fieri,quod inconditius, simpliciusque, quasiq; indoctius fit, non autem exquisita arte,nec exactissima cura.Vnde & Priapus ille,cum rem obscęnam, quam poterat urbanius per inuolucra verborum petere,nudis uerbis rogat.

Crassa,inquit,Minerua mea est.

Et Horatius, Philosophum describens, non exactis illis Stoicorum rationibus, atque argutiis instructum,sed ueluti citra artem, philosophiam moribus exprimentē, neque tam disertum, quàm simplicem, ac syncerum.

Rusticus,inquit,anormis,sapiens,crassaq; Minerua.

Aulus Gellius lib.14. cap.1.Nequaquā tamen id censebat in tam breui , exiguoq; uitæ spatio, quātonis hominis ingenio comprehendi posse, & percipi : sed coniectari pauca quædam,&,ut uerbo ipsius utar, παχύτερον,id est,crassius,& pingui Minerua.

Crassiore Musa.

Παχυτέρᾳ μούσῃ,id est,Crassiore Musa. Eandēm parēmiam sic extulit Quintilianus , Institutionū oratoriarum libr. 1. Libet propter quosdam imperitiores etiam crassiore,ut uocant , Musa,dubitationem huius utilitatis eximere.Inuenitur aliquoties apud scriptores non inidoneos, Pinguiore formula,pro eo,quod est,planius, atq. intelligibilius . Dictum est, & Latinè loqui, pro eo quod est,Apertè, & simpliciter.M. Tullius in Verrem , Latinè me scitote,non accusatoriè, loqui.Idē in Philip. Sed ut solent ijs , qui planè, & Latinè loquuntur.In Priapeiis.

Simplicius multo est, da prædicare,Latinè Dicere.

Rudius,ac planius.

INELEGANTIVS quidē est illud apud Græcos, sed idem tamē pollet;ἀμαθέστερον, καὶ σαφέστερον εἰπὲ, quod apud eundem refertur Gellium:Nosti enim,inquit, credo uerbum illud uetus, & peruulgatū, ἀμαθέστερον εἰπὲ καὶ σαφέστερον, idest,Indoctius,rudiusq. quodammodo loquere, & apertius , ac clarius fare. Sumptum apparet ex Aristophanis comēdia , cui titulus, Βάτραχοι,idest,Ranæ.

Ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ καὶ σαφέστερον,idest,
Indoctius proloquitor,atque clarius.

Quo carmine Bacchus Euripidis obscuritatem taxat . Suidas, & interpres admonent,subesse prouerbium , quod hunc ad modum feratur.

Σαφέστερόν μοι κ' ἀμαθέστερον φράσον, i.
Apertius mihi loquere , atq. indoctius.

Inde sumptum, ꝓ antiquitus illi σοφοὶ, quos uocant , solebant mysteria sapientiæ quibusdā ænigmatum inuolucris data opera obtegere,Videlicet , ne profana turba, ac nōdum philosophiæ sacris initiata,posset assequi.Sic Plato numeris suis obscuraiuit suam philosophiam . Sic Aristoteles multa mathematicis collationibus reddidit obscuriora.

Sus

Sus Mineruam.

TRISTISSIMVM apud Latinos auctores adagiū, ὗς τὴν Ἀθηνᾶν, i.Sus Mineruam, subaudiendum,docet,aut monet dici solitū , quoties indoctus quispiam, atq. insulsus eum docere conatur,a quo sit ipse magis docendus: aut,ut Festi Pompeij uerbis utamur, cum quis id docet alterū, cuius ipse est inscius. Propterea ꝓ Minerua artium,& ingeniorū,ut diximus,tutela tribuitur à poetis.Porrò sue nullū aliud animal magis brutum,magisq; sordidum, ut quod stercoribus impense gaudeat,uel ob iecoris magnitudinē,quæ sedes,est cōcupiscentiæ; ac libidinis:uel ob nariū crassitudinem,& olfactum hebetem, unde fit, ut non offendatur fętore: tum adeo pronum,ciboque deditum, ut,si forte sursum aspicere cogatur , protinus stupore sileat ob insolentiam,vt tradit Alexāder Aphrodiseus.Nec est aliud magis indocile,proinde non ad usum aliquem, quemadmodum pecudes nonnullæ , sed ad epulas dumtaxat à natura donatum videtur . Cui rei testis est Plinius lib. 8.cap. 51. Animaliū, inquit, hoc maxime brutum, animamque ei pro sale datam,non illepide existimabatur. Idem affirmat Varo lib. De re rustica secundo: Suillum, inquit,pecus donatum à natura dicunt ad epulandum.Itaque his animam datam pro sale, quæ seruaret carnem . Atque hæc quidem uerba quid sibi uelint explicat M. Tullius lib.De finibus bonorum quincto: Etenim omniū rerum, inquit,quas & creat natura,& tuetur,quę aut sine animo sunt,aut non multo secus; eorum summum bonum in corpore est, ut non inscito illud dictū uideatur in suē, animum illi pecudi datum pro sale,ne putrescereet.Sunt autem bestiæ,in quibus inest aliquid simile uirtutis,ut in leonibus, ut in canibus, ut in equis,in quibus,ēt animorum aliqua ex parte motus aliquos uidemus. Vulgo insipidos istos,& quasi uentri atq. abdomini natos, sues,appellare cōsueuimus. Quin & Suetonius in catalogo illustrium grammaticorū refert,Palæmonem arrogantia tanta fuisse,vt M.Varronē porcum appellaret,secū &natas,& moritu ras literas . Pręterea,si quid indoctū atq. illiteratū significare uolumus, id ex hara profectum dicimus.Quemadmodū M.Tullius in Pisonē: Ex hara productę,nō scho la.Hinc igitur natum adagium sus Mineruam L.Cęsar apud Ciceronem lib.de Oratore secūdo:Sic ego,inquit,Crasso audiente,primū loquar de facetiis,& docebo sus, vt aiunt,oratorem eum,quē cum Catulus nuper audisset,fęnū alios aiebat esse oportere.Idem Cicero lib.de Academicis quęstionibus primo:Nam,& si non sus Mineruam,ut aiunt,tamen inepte quisquis Mineruam docet. Hieronymus in Rufinum: Prætermitto Græcos,quorū tu iactas sciētiam,& dū peregrina sectaris, pęne tui sermonis oblitus es,ne vetere prouerbio,Sus Mineruam,docere uideatur . Vsurpat idē uerbis cōmutatis in epistola ad Marcellā, cuius initium,Mensuram caritas non habet.M.Varro, & Euhemerus adagiū ad fabulas retulerūt,id quod ex Festi uerbis licet conijcere. Quā rem,inquit,in medio, quod aiunt,positā,ineptis μύθοις inuolue re maluerūt,quam simpliciter referre.Celebratur à multis Demosthenis scōma,q cum Demades uociferaretur in eū: Δημοσθένης ἐμὲ βούλεται διορθῶσι ὗς τὴν Ἀθηνᾶν, i. Demosthenes uult corrigere sus Mineruā:rūdit: Αὐτοί μέν τοι πέρυσιν ἡ Ἀθηνᾶ μοιχάδα εἰλήφθη. i. At qui nuper hęc Minerua in adulterio fuit deprehensa.Dictum adlusit ad Mineruam uirginem.

Sus cum Minerua certamen suscepit.

CVM hoc,aut idem,aut certe quam maxime finitimum , quod apud Theocritum legitur in Hodęporis:

Ὗς ποτ' Ἀθηναίαν ἔριν ἤρισε. id est,
Cū diua est ausus sus decertare Minerua.

Quoties indocti,stolidiq;,&depugnare parati,nō verentur summos in oī doctrina uiros in certamen literarium prouocare. Theocriti enarrator sic efferri uulgo παροιμίαν scribit, Ὗς ὢν πρὸς Ἀθήνλω ἐρίζεις. i.Sus cum sis , cum Minerua contendis. Scholiastes aliquis addit, eos ἐρίζειν dici, qui uerbis certant, ἐρεΐδειν,qui factis quo magis ridiculum est,si sus indocilis certet cum Minerua, disciplinarum præside.

Inuita Minerua.

LATINIS & illud est celebratissimum, Inuita Minerua,pro eo quod est,refragāte ingenio,repugnante natura,non faueente cęlo.Cicero in Officiis:Inuita,ut ait,Minerua. idem libro epistolarum familiarū duodecimo; Quinquatribus, frequenti se

C natu,

natu, caussam tuam egi, non inuita Minerua. Rursum eiusdem operis, lib. 3. Idque, quoniam tu ita uis, puto me nõ inuita Minerua facturum. Horatius:

Tu nihil inuita dices, faciesve Minerua.

Huc adlusit Seneca cum dixit: Malè respondere coacta ingenia.

Abijt & taurus in syluam.

Εβα καὶ ταῦρος ἐν ὕλαν, i. Abijt & taurus in syluam. Pastorale prouerbium, allegoria subturpicula, significans diuortium, ac neglectum ueteris amicæ. Tametsi licebit in usum verecundiorem trahere hoc modo, si per iocũ accõmodabitur ad eos, qui pristinos amicos negligere uidẽtur, & à familiariũ, congerronumq; grege desuescere. Aut in illos etiam, qui à solitis desciscunt studijs, diuersumq; uitæ sequũtur institutum. Theocritus in Idyllio, cuius titulus est Thyonyco, nominatim etiã prouerbij vice refert:

Αἶνος τὶν λέγεταί τις, ἔβα καὶ ταῦρος ἐν ὕλαν.

Fertur & hoc olim, in siluam secedere tantum.

Quæritur autem amãs, se iam pridẽ ab amica relictum, plurimumq; iam esse temporis ostẽdit, quòd Cynisca, idest, Catella (nam id erat nomen puellæ) se Lyco quodam oblectet, neque omnino curet ad pristinam redire consuetudinem: non magis, quàm tauri, qui & ipsi nonnunquam à uaccarum armentis secedunt, & aut reliquis aggregãtur tauris, aut solitarij per nemora uagantur, nullo fœminarum desiderio tacti. Eum secessum, eumq. uaccarum neglectum, quasiq. diuortium pastores peculiari uerbo uocãt ἀτιμαγελεῖν, voce nimirũ cõposita ἐκ τοῦ ἀτιμεῖν, τὸ ἀτιμάζειν, καὶ καταφρονεῖν, quod est despicere, negligereq;, ac pro nihilo ducere: & ἐκ τοῦ ἀγέλη, quod armentũ sonat. Ac tũ ἀτιμαγελεῖν, dicuntur tauri, cum, segregati à uaccarum cõmercio, adeo non curant illas, ut nõ modo coitũ non appetant, sed ne pascuis quidem ijsdem uti uelint. Hũc animantis morem, simulq. uocem ipsam ei tributam rei demonstrat Aristoteles lib. de natura aãliũ sexto, his uerbis: Ὁ δὲ ταῦρος, ὅταν ὥρα τῆς ὀχείας ᾖ, τότε γίνεται σώνομος, καὶ μάχεται τοῖς ἄλλοις, ἢ δὲ πρότερον κρόνον μετ' ἀλλήλων εἰσὶν, ὃ καλεῖται ἀτιμαγελεῖν. πολλάκις γὰρ οὐ γε ἐν τῇ ἠπείρῳ, ἐφαίνοντα τριῶν μηνῶν, ὥλως δὲ τὰ ἄρχια πάντα ἢ τὰ πλεῖστα, ἐ σωνέμονται ταῖς θηλείαις πρὸς τῆς ὥρας τοῦ ὀχεύειν. Ea verba nos appendemus magis, quàm annumerabimus, hoc modo: At taurus, cum tempus coitus adfuerit, tum demum incipit communibus cum uaccis pascuis uti, cumque reliquis tauris dimicat. nam ante id temporis inter sese pascuntur, quod quidem appellant ἀτιμαγελεῖν. Sanè, qui sunt in Epiro prouincia tauri, sæpenumero trium mensium spatio non apparent. porrò fera animantia, aut omnia, aut certe pleraque ante tempus coeundi non aggregantur ad communes cum fœminis pascuas. Illud admonitu dignũ usum est, in uersione Theodori Gazæ, p Græca uoce ἀτιμαγελεῖν, q̃ Romana lingua nullo pacto reddere potest; scriptũ esse Coarmentari. Idq. uerbi doctis etiam uiris non parum caliginis offudit; ita ut deprauatũ apud Aristotelem locum existiment, commutataque lectione longe diuersum sensum inducant; putentque Theodorum in transferendo non mediocriter allucinatũ. At nos, tota re diligentius pensiculata, videre uidemur Aristotelicorum uerborum sententiam citra ullius uocis commutationem adamussim quadrare: uidelicet, taurum aggregari cum uaccis, & in ijsdẽ uersari pascuis, appetente coitus tempore, eiq; non conuenire cum reliquis taurorum armentis, sed bellum cum alijs gerere: reliquis aũt temporibus tauros cum tauris socialiter ijsdem uti pascuis, neque fœminarum conuictũ sequi, sed inter sese agere: quod idẽ accidat in feris fermè omnibus. Hanc autem taurorum cum tauris societatem, neglectis uaccarum armentis, uocari ἀτιμαγελεῖν. Quęso, quid hic seruipuli, cur Aristotelicam lectionem mutandam existimemus? nisi si quid offendit mutatus numerus in ταῦρος, & εἰσὶν, id quod Aristoteli præsertim eo in opere pœne familiare deprehenditur? Dictionem autem illam Coarmentari, non germanam, sed suppositiam esse, dubium non est, & aut librariorum incuria, aut alicuius parum eruditi temeritate inductam: legendum esset uel Dearmentari, uel Abarmentari. Neque enim adduci possumus, ut credamus, Theodorum, hominem tam in omni doctrinæ genere absolutum, fuisse lapsum, præsertim in uoce, neque magnopere prodigiosa, nec inusitata Græcis auctoribus: utpote cuius uim uel ipsa statim indicat etymologia: præterea q̃ apud Theocritũ auctorem usque adeo notum, vulgatumq; legatur: ἐν νομεῖ, ἢ βωκόλοις, id est, in pastore, siue bubulcis.

Χοὶ μὲν ἀμᾶ βόσκοιντο καὶ ἐν φύλλοισι πλανῶντο

Οὐδὲν ἀτιμαγελοῦντες.

Atque hi pascuntur simul, inq; comantibus herbis.

Errant, & nõ ulla gregis diuortia quęrũt.

Ad hęc Suidas ostẽdit: Ταῦρον ἀτιμάγελον appellatũ ἢ τῆς ἀγέλης καταφρονῆτα, i. qui negligeret armentũ. Huc uidetur nõnihil adlusisse Virgilius in Sileno:

Ah, uirgo infelix, tu nunc in montibus erras:

Ille latus niueũ molli fultus hiacyntho,

Ilice sub nigra pallẽtes ruminat herbas:

Aut aliquam in magno sequitur grege. claudite, nymphæ

Dictææ, nymphæ nemorum iã claudite saltus.

Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris

Errabunda bonis uestigia: forsitã illum,

Aut herba captum uiridi, aut armenta secutum

Perducant aliquæ stabula ad Cortynia uaccæ. Cum enim ait:

Ille latus niueũ molli fultus hiacyntho

Ilice sub nigra pallẽtes ruminat herbas:

taurum innuit ἀτιμάγελον. Itẽ, cum ait: Errabunda bouis uestigia. Significat autẽ poeta taurum, quem adamabat Pasiphae, aut prorsus ἀτιμαγελεῖν, aut eatenus ἀτιμαγελεῖν, ut, suo armẽto neglecto, vaccas alias sequeretur. Porrò de pugna taurorũ inter ipsos coitus tempore meminit idẽ Maro libro Georg. tertio:

Nec mos bellãtes una stabulare, sed alter

Victus abit, longeq; ignotis exulat oris,

Multa gemens ignominiam, plagasq; superbi

Victoris, tũ quos amisit inultus amores.

Et stabula aspectãs, regnis excessit auitis.

Mos quidẽ arbitramur hãc ipsam uocẽ, si deflectatur aliò, prouerbialem esse, quẽadmodum sunt & illæ καπρᾶν, & ἱππομανεῖν, ad eamq. potissimũ respexisse Theocritum, cum ait prouerbio dici: Εβα καὶ ταῦρος ἐν ὕλαν. Scholia, quæ feruntur in Theocritũ, habent ἔβακεν ταῦρος pro καὶ cõiunctione copulatiua, mutata κεν expletiua: addunt esse prouerbium de his dici solitum, qui abessent non reuersuri. Taurus enim, si semel aufugerit in siluam, capi non potest. Vnde non inconcinnè quis dixerit maritum, diutius ab uxore secubãtẽ, ἀτιμαγελεῖν, & eũ, qui familiares desierit inuisere, ἀτιμαγελεῖν, &, qui diuti à Musis, ac librorum abstinuerit cõtubernio, ἀτιμαγελεῖν. Item, qui à cõuictu hominũ abhorreat, secumq. uiuat, ἀτιμάγελον licebit appellare. Et, qui a legitimo cõtubernio aberrarit, secesseritq; , nõ ineptè dicetur ἀτιμαγελεῖν. Nec prorsus abhorret ab hac forma, quod est apud Aristophanem in Lysistrata:

Οἴκοι δ' ἀταυρότη διάζα τ' εἶον. id est,

Domi absque tauro cęlibem uitã exigã.

Sic enim significauit uitam cęlibem fœminę negligentis taurum, id est, maritum. Sic & Horatius:

Pereat male quæ te

Lesbia quærenti taurũ, mõstrauit inertẽ.

Annus producit, non ager.

Ἔτος φέρει, οὐχὶ ἄρουρα, i. Annus producit segetem, non aruum. Hemistichion prouerbiale, quod refertur a Theophrasto, lib. de Plantis octauo: Πρὸς αὔξησιν δὲ καὶ προφὴ μέγιστα μὲν ἡ τοῦ ἀέρος κρᾶσις συμβάλλεται, καὶ ὅλως ἡ τοῦ ἔτους κατάστασις. (αἱ καίρων γὰρ οὐδ' ἄτων καὶ αἱ δι' ὧν καὶ χειμώνων γινομένων, ἅπαντα δ' φορὰ καὶ πολύκαρπα κἀν ἐλμώδεσι καὶ λεπτογείοις ἢ. διὸ καὶ παροιμιαζόμενοι λέγουσιν, οὐκ ἄλλως, ὅτι ἔτος φέρει οὐχὶ ἄρουρα) μέγα δὲ καὶ αἱ διαχῶραι φέρουσιν. i. Ad incrementũ aut, alimẽtumq; plurimũ quidẽ cęli tẽperies, & in totũ anni cõditio iuuat. Etenim, si imbres, serenitates, & hyemes accidãt opportunæ, cuncta felicius, atq. uberius proueniunt, etiã in salsuginosis, ac parum pinguibus agris. Vnde nõ ab re est, quod prouerbio dicũt. Annum producere fructum, non aruum. Veruntamen nõ parui refert, quæ sit regionum ratio. Hic illud obiter admonendum duximus, in impressis exemplaribus legi, οὐ καλῶς, id est, non rectè: atque hoc ipsum, ut nostra quidẽ est opinio, οὐ καλῶς, partim, quòd Theodorus Gaza uerterit hoc loco: Nõ perperam: partim quòd non perinde quadret ad Theophrasti sententiam. Nam is fatetur uerum esse, plurimum habere momenti cęli conditionem,

ditionem, id quod etiam prouerbio testatum sit, quo non sine causa tota prouētus ratio tribuitur aeri, tamen nōnihil etiam discriminis situm esse in ipso soli ingenio. Proinde legendum suspicamur pro ἐ καλῶς, ἐκ ἀλλως, id est, non temere. Quanquam uidemus & illud ἐ καλῶς, utcunq. posse defendi. Nimirum ut Theophrastus improbet uulgare dictum, quod cęlo momentum omne tribuit, cum & a soli ratione magna pars pendeat. Nobis tamen superior lectio magis adridet, atque huic nostræ sententiæ doctos calculum suum addituros existimamus. Repetit idem adagiū libro de causis plantarum tertio, rationē reddēs, cur in frigidis pariter & calidis regionibus triticum proueniat, haud negās agri naturam nonnihil conferre ad fertilitatem, sed multò maximum momentum habere aerem circunfusum, & cuiusmodi cęli uentorumq. temperies cōtingat, tū ad quos flatus oppositus sit ager. Meminit & Plutarchus Sympossiacis, decade septima, problemate secundo. Porrò, si libebit usum prouerbii dilatare, non intempestiuiter accommodabitur in hanc sententiā, si quis dicat, ad uirtutem educationē longe plus adferre momenti, quam genus, ac planè perparui referre, quibus maioribus sit natus, sed multo maxime, quibus rationibus educatus, quibusq. moribus sis institutus. Nam cęlum uelut educat, quod progignit terra. Ad hoc adagii uidetur adlusisse Euripides in Hecuba, quam illa loquentem facit.

-Οὔκοων δεινὰν, εἰ γῆ μὲν κακὴ
Τυχοῦσα καιροῦ θεοῦ θέν, ἀ σάχων φέρει.
Χρηστὴ δ' ἀμαρτοῦσ' ὧν χρεὼν αὐτὴ τυχεῖν,
Κακὸν διδοῦσι καρπὸν, ἀνθρώποις δ' ἀεὶ.
Ὁ μὲν πονηρὸς, ἐ δὲν ἄλλο, πλὴν κακὸς,
Ὁ δ' ἐσθλὸς, ἐσθλὸς, ἐ δὲ συμφορᾶς ὑπὸ
Φύσιν διέφθειρ', ἀλλ' χρηστὸς ἐς ἀεὶ.
Ἀρ' οὖ τεκόντες διαφέρουσιν, ἢ τροφαὶ,
Ἐχεγγέτοιτι κ̓ τὸ τρεφθῶμαι καλῶς
Δίδαξιν ἐσθλὸ. id est.

-Non nouum ergo, si mala
Fauente cęlo terra fert segetem bonam,
Bona, destituta quibus opus fuerat, malū
Fructum edit. At mortalium quisquis malus
Nil possit aliud esse, quā semper malus,
Frugi, usq. frugi. Sors nec ingenium uiri
Aduersa uitiat, sed pbus semper manet?
Vtrum id parētum, an educantiū magis?

Rectè educari scilicet nonnullam habet Doctrinam honesti.

Videtur Hecuba plusculum tribuere genituræ, quam institutioni, miraturque, proinde non idem euenire in mortaliū moribus, quod in prouentu segetum accidat. Porrò, quanto plus ualeat institutio, quàm genus, Lycurgus eleganter ostēdit, prolatis apud multitudinem duobus canibus, quorum alter ingenerosa matre natus, propter institutionem gnauiter ferā est insecutus, alter generosis ortus parentibus, quod institutus non esset, turpiter relicta fera, ad odorē panis, ac cibi restitit.

In uado.

Metaphora prouerbialis, In uado esse, pro eo, quod est, In tuto, citraq. discrimen, sumpta à natantibus, aut nauigantibus. Terentius: Omnis res in uado est. Plautus in Aulularia: Hæc propemodum iam esse in uado salutis res uidetur. Vadum autem est aquæ fundus, in quo quisquis constiterit, is iam effugit periculum ne mergatur.

In portu nauigare.

Affinis est huic allegoria, ἐν λιμένι πλεῖν, id est, In portu nauigare, qua significamus nos iam a periculo abesse. Propterea quòd, qui mediis adhuc in fluctibus nauigant, uentorum, & æstus arbitrio nauigant. Contra, qui iam intra portum sunt, nihil habent negotii, cum undis, ac ventis. Vnde uulgati sima metaphora, hominē, in cuius præsidio conquiescimus, portum appellamus. Et, qui sese ad tranquillam tutamq. aliquam uitæ rationem traducūt, in portum se recipere dicuntur. Terentius in Andria. Nunc huius periclo fit: Ego in portu nauigo. Maro paullo diuersius in Aeneidos libro septimo:

Nunc mihi parta quies, omnisq. in limine portus.

Bos lassus fortius figit pedem.

Divvs Hieronymus oppido quam elegans adagium usurpauit, ad beatum Aurelium Augustinum scribens, eumq. deterrere cupiens, ne iuuenis senē prouocet. Propterea q̄ tardius quidem ad pugnam excitanē hi, q̄ iā sunt ętate quasi fessi: verū ijdē grauius seuiunt, atq. vrgēt, si qn̄ senilis illa uirtus irritata recaluit. Memento, inquit, Daretis

Daretis & Entelli, & vulgaris prouerbij quòd bos lassus fortius figat pedem. A veteri triturā more ductū apparet, cum, circumactis à bubus super manipulos plaustris, grana excutiebantur: partim a rotis in hoc armatis, partim a taurorum vagulis. Potest ad lusum uideri & ad hoc, quòd iuuenes corporis agilitate præpollent. Senes in stataria pugna, ac uiribus superiores sunt. id quod & Virg. in Daretis, & Entelli congressu declarat. Nec admodum hinc abludit illud, quod in Græcorum collectaneis positum reperitur, ἀ τρέμας βῶς, idest, Lentè bos, subaudiendum, mouet pedem. Nam sensim quidem mouet, at grauius premit.

Tota erras via.

Τῇ πάσῃ ὁδῷ ἀφαμαρτάνεις, i. Tota ab errare uia. Prouerbium est in eos, qui uehementer aberrant. Terentius in Eunucho: Tota erras via, Translatum à uiatoribus, qui nonnunquam ita solent aberrare a uia, ut non sine dispendio quidem, tamen, quò tendebant, perueniant: nonnunquam sic aberrant, ut longè diuertant, & in diuersum tendant. Vnde & Exorbitare dicuntur, qui à uero aberrant. Aristoteles in Ethicis: Haud tota aberrant uia. Idem Naturalium lib. 1. scribit priscos illos philosophos naturalium causarum scrutatores, exorbitasse, ac uelut è uia depulsos, prorsus aberrasse a uero. Sumptum est ex Aristophanis Pluto:

Η τῆς ὁδῆ τὸ παράπαν ἡμαρτήκαμεν:
Via ne tota prorsus exerrauimus?

Quinetiam hodie dictitant, eos in uia esse, qui recto consilio quippiā instituūt; extra uiam, qui qua non oportet ratione rem aggrediuntur. Sunt fermè prouerbiales & illæ metaphoræ doctis usitatissimę. Depellere a uia, reducere in uiā, monstrare uiam, facere uiam, sternere uiā, aperire uiam, præcludere uiam, intercludere uiam. Cicero in prima Philippica: Quod si putas, totam ignoras uiam gloriæ. Celebre habetur & illud apophthegma: Bene currunt, sed extra uiam. Καλῶς μὲν τρέχουσιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ τῆς ὁδῆ.

Toto cœlo errare.

Hvic confine est, quod usurpat Macrobius Saturnal. lib. 3. Nunquam ne, inquit, Prætextate, tibi uenit in mentem, toto, vt aiunt, cœlo errasse Virgilium? Sumptum uidetur ex Aristophanis Ranis:

Εὐ δυ᾽ς γὰρ ἡμάρτηκεν ὁ ἄντου γ' ὅσον.

Ab Euripide dicitur in Æschylum, qui plurimum errasset in his, quæ dixerat. Metaphora ducta, uel a Phaetontis, aut Cereris fabula, uel a nauigantibus, qui cœli, syderumque obseruatione cursum moderantur: proinde naucleri, cum uehementer aberrant, in cœli parte longe diuersa Cynosuram imaginantur nonnunquam, totoque aberrant cursu. Nisi malumus cœlum pro regione accipere, velut Horatius:

Cœlum, non animum mutant, qui transmare currunt.

Suo iumento sibi malum accersere.

Qvi ipse sibi malorum est auctor, suo iumento sibi malum accersere dicitur, tāquam suo sumptu, suaq; opera, quasi suopte plaustro, malorum sarcinam adportet sibi. Plautus in Amphitryone: Ipse homo sibi a me malam rem accersit iumēto suo. Sumpta metaphora a plaustris onerariis. Nam id quoque significat iumentum, auctore Gellio lib. 20. cap. 1. aut certe ab animalibus tergo uectantibus onera.

Suo sibi hunc iugulo gladio, suo telo.

Svo Gladio, suove telo iugulari dicitur, qui suis ipsius dictis reuincitur, aut q̄ suopte inuento, dolove capitur: denique in quem quocunque modo, seu dictum, seu factum retorquetur, quod ab ipso profectum sit: ueluti, si quis exemplo Protagoræ antistrephon dilemma in eum, q̄ proposuerit, retorqueat: aut si, quemadmodum Phalaris, Perillum, mali repertorē, suo inuento conficiat. Itaque in Adelph. Terentij, Mitio senex, fratris Demęę sęuitiam increpans, huiusmodi utitur sententia: Hoc unum affert uitij senecta, attentiores ad rem sumus, quàm oportet. Eandem Demea paulo post in fratrem retorquens: Postremo, inquit, non meum illud uerbum facio, quod tu Mitio bene & sapienter dixit dudum. Vitium commune omnium est, quòd nimium ad rem in senecta attenti sumus, Hanc maculam nos decet effugere. Hac ratione cum Mitio constringeretur, adigeretur que, vt agrum, quem rogabatur, daret: tum Demea, Suo,

inquit, sibi hunc iugulo gladio, Translata metaphora ab his, qui in pugna suis ipsorum telis aliquoties cõfodiuntur. Plautus in Amphitryone: Atque hunc telo suo sibi, malitia sua, a foribus pellere. Cicero pro Cęcinna: Aut tuo, quemadmodum dicitur, gladio, aut nostro defensio tua conficiatur necesse est. Huc adlusit Ouidius in epistolis Heroidum:

Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires:
Heu patior telis vlnera facta meis.

Eodem pertinent & illa Ciceronis: In tuum ipse mucronẽ incurras, ñecesse est. Rursum. Hic est defensionis tuæ mucro, in eum incurrat oratio tua, necesse est. Neq; uehementer hinc adludit Liuianum illud lib. 2. de secundo bello Punico: Sentiebat Annibal suis se artibus peti. Lucianus in Piscatoribus, ὡς παρ' ἡμῶν τὰ τοξεύματα, ὡς φησ, λαβὼν, καθ' ἡμῶν ἐτόξευσας. i. Quæ quidem tela a nobis, ut fateris, sumpta, aduersus nos iaculatus es. Tradit Plutarchus, Brasidam ducem, educto è corpore telo, eodem confodisse eum, qui miserat. Marius, unus è triginta tyrannis, a milite quodam interemptus narratur à Trebellio Pollione, qui adoriens dixerit: Hic est gladius, quem ipse fecisti: nam Marius ante imperium faber ferrarius fuerat, & eius militis opera in fabrili officina usus. Hunc igitur uere suo gladio dixeris iugulatum.

Incidit in foueam, quam fecit.

TRANSLATVM vel ab his, qui, foueis effossis, aut reliquis id genus decipulis, insidiantur feris; uel à bellis, in quibus aliquoties suffossis cuniculis hostis hostẽ captat.

Suo ipsius laqueo captus est.

NOTA metaphora, nẽpe mutuo sumpta ab his, qui instructis pedicis, auibus, aut feris insidias tendunt.

Hanc techniam in teipsum struxisti.

EANDEM sententiam aliter expressit Lucianus: Ὥστε σόφισμα κατ' σαυτῆ σωτέθεικας. i. Itaque commentum in tuum ipsius exitium reperisti. Dum hæredipeta, qui, quum diuitem ex asse hæredem scripsisset, ac testamentum protulisset, quo diuitem ad idem faciendum prouocaret, tecti ruina subito oppressus est, ac sua reliquit illi, cuius facultatibus inhiarat. Vtendum erit, cum dolus, in alterum excogitatus, in caput auctoris recidit, ita ut non rarò consueuit accidere.

Turdus ipse sibi malum cacat.

HIS simillimum est illud Græcorum adagium: Κίχλα χέζει αὐτῇ κακόν. idest, Turdus ipse sibi malum cacat. In eos dici solitum, qui sibi ipsis ministrarent exitij causam. Siquidem uiscum, auctore Plinio, non prouenit, nisi maturatum in ventre, ac redditum per auium aluum, maxime palumbium, ac turdorum. Cuius rei meminit & Seruius in sextum Æneidos. Aristoteles item lib. De natura animantium nono, tria turdorum genera facit, quorum primo ἰξοβόρον uocatum ait: aut, ut Atheneus, ἰσοφάγον, nimirum, quòd uisco uescatur. Quoniam autem uisco capiuntur aues, ipsę sibi malum cacant uidelicet. Plautus paullo diuersis extulit: Ipsa, inquiens, sibi auis mortem creat. Quanquam non dubitemus affirmare, a Plauto Cacat, non Creat fuisse scriptum: deinde locum a quopiam semidocto, & Græcanici prouerbij ignaro, deprauatum, suppositа uoce adulterina Creat. Sophocles in Antigone:

Ος τὶς δ' ἀνωφὲ λησαφυτεύει τέκνα
Τὶ δ' ἂν εἴποις ἄλλο, πλὴν αὐτῷ πόνους
Φύσαι, πολὺν δ' πυῖσιν ἐχθροῖσιν γέλων. i.

Inutiles quicunque liberos serit,
Quid aliud hũc, quàm sibi creare dixeris
Ipsi dolores, atque risum maleuolis?

In hos igitur quadrabit parœmia, aut in eos, qui potentes sibi generos adsciscunt, a quibus postea per uim opprimantur.

Ipse sibi male fontem reperit.

EXTAT itẽ apud eosdẽ senarius prouerbio celebratus, Αὐτὸς γὰρ ἔυρε τοῦ κακοῦ τὴν πηγύαν. idest, Ipsius mali sibi reperit coagulum. Aut, Αὐτὸς ἔυρε τοῦ κακοῦ πηγὴν, idest, Ipse reperit mali fontem. Sic Æschylus in Persis:

Νῦν κακῶν ἔοικε πηγὴ πᾶσιν ἐυρῆ δυσφίλοις idest,

Nunc mali fons est repertus, ut uidetur, omnibus.

Versus est Trochaicus. Sũt enim & perniciosi fontes, quorum aqua gustata mortem,

tem, aut insaniam adferat, quos præstiterat non reperisse.

Capra gladium.

EODEM ferme pertinet, αἶξ μάχαιραν, id est, Capra gladium, subaudi, reperit. In eos dicitur, qui ipsi reperiunt, quo pereant. Ortum est autem adagium ab huiusmodi quodam euentu. Olim, cum Corinthi Iunoni Acrææ (nam id illi cognomen) rem diuinam facere pararent huius Iunonis statuam aiunt a Medea positam fuisse: atque hi, qui ad præbendam hostiam erant conducti, defosso sub terra cultro, oblitos sese assimularent, capra pedibus excalpens, eũ eruit, prodiditque: itaque mactata est. Quidam sic efferunt paremiam: αἶξ δῦσα τὴν μάχαιραν, id est, Capra cultrum præbens. Quidam hoc pacto: Οἷς τὴν μάχαιραν, id est, Ouis cultrum.

Cornix scorpium.

HIS cõfine est & illud, Κορώνη τὸν σκορπίον, id est, Cornix scorpium, subaudi, rapuit. Quadrat in hos, qui parant eos lædere, unde tantundem mali sint uicissim accepturi. Quemadmodum cornix, correpto scorpio, arcuata illius cauda, uulnus accepit lethale, perijtque. Extat super hac re Græcum epigramma Archiæ, quod non grauabor adscribere.

Εν ποτὲ ταμφαίνοντι μελάντερος αἰθέρι ναίων,
Σκορπίον ἐκ γαίης εἷλε θορόντα κόραξ,
Ὃν μάρψας ὤρυσεν. ὁ δ' αἰζαντος ἐπ' ἴδας
Οὐ βραδυς, δικένησεν πέζαν ἔτυψε δὲ λεῖ
Καὶ ξωῆς μιν ἄμερσεν. ἰδ' ὅσον ἔτ' ἀχεῖ
ἐπ' ἄλλῳ,

Εκ κείνου τλήμων αὐτὸς ἔδεκτο μόρον. i.

Scorpius è terra prorepserat, idq. uidente
Coruo, qui cœlo victitat in liquido.
Corripuit uisum, fugitque: sed hic ut humum ales
Contigerat, telo mox ferit, atque necat.
Ecce tibi, quod in hunc auis insidiosa parabat,
Inde sibi acciuit ipsa necem misera.

Atque id in rebus humanis frequenter usu uenire solet, vt, qui cepisse uideatur, ipse captus sit. Quemadmodũ & Horatius; Græcia capta ferum victorem cepit.

Calidum prandium comedisti.

HVC adludere uidetur & Plautinum illud; Calidum hodie prandium prandisti, idest, Fecisti, quod tibi magno malo sit futurum. Ab his sumptum, qui se noxijs, ac letiferis ingurgitant cibis, postea uentris tormina sensuri.

Irritare crabrones.

Τὰς σφηκιὰς ἐρεθίζειν, i. Irritare crabrones. Ad hanc sententiam referendum est & illud, quod est apud Plautum in Amphitryone, Irritabis crabrones. Id dictum est à poeta in mulierum ingenium: quibus iratis si repugnes, magis prouoces, neque sine tuo malo discedas. Est autem Crabro insecti genus, affine uespis, pertinacissimum, aculeoque pestilentissimo. Siquidem refert Plinius Naturalis historiæ lib. 11. cap. 21. crabronum ictus haud temere sine febri esse. Additque, traditum a quibusdam, ter nouenis huius animantis punctis interfici hominem. Aristoteles lib. de partibus animalium nono, præter alia, quæ de crabronibus commemorat, illud quoque tradit, cum in apum genere quædam aculeis careant, ut fuci, & reges, vespæ quoq. nonnullæ sine aculeis inueniantur, nulli crabrones reperiuntur non armati aculeo. Quanquã de duce, num aculeatus sit, nonnihil addubitat. Vtitur hoc adagio diuus Hieronymus in quadam episto. Eandem sententiam sic idem extulit Plautus, mutata allegoria;

Bacchæ bacchanti si uelis aduersarier,
Ex insana insaniorem facies: feriet sæpius.
Sin obsequaris, una te soluas plaga.

Nam mos erat, uti Bacchanalia celebrantes obuios thyrsis ferirent. Aristophanes in Lysistrata, nam hoc titulo inscriptam comperi:

Ην μή τις, ὥσπερ σφηκιὰν βλίπῃ με κ' ἐρετίζῃ.

Nisi si quis uti uesparium, fraudet me, stimuletque.

Adlusit huc, qui scripsit epitaphium Archilochi, poetæ maledici:

Ηρέμα δὴ παράμειψον ὁδοιπόρε, μή ποτε τοῦδε
Κινήσῃς τύμβῳ σφῆκας ἐφεζομένους. i.

Ne fors crabrones, qui huic insedere sepulchro,
Irrites, tacitum carpe uiator iter.

Xenophon. lib. 4. indicat, unde natũ sit; nimirum ab ijs qui studẽt eximere vespas

ab antris suis. ὁρῶ δ' ἔγωγ', ἔφη, κἀ ὁπόσοι σφῆκας ἐξαιρεῖν βούλονται, ἐὰν μὲν ἐκθέοντας τοὺς σφῆκας πειρῶνται θηρᾶν, ὑπὸ πολλῶν τυπτόμενοι. i. Et ego, inquit, uideo et eos, quicunq. crabones excipere uolunt, siquidem euolãtes conentur venari, à multis feriri crabronibus.

Leonem stimulas.

CONSIMILEM vim habet, qd à Diogeniano refertur: τὴν λέοντα νύττεις, i. Leonem pungis, seu uellicas. De ijs, qui potentem, ac ferocem in suum ipsius exitiũ prouocant, atque extimulant. Notior est metaphora, quam ut sit explicanda.

Malum bene conditum ne moueris.

IDEM pollet & illud: μὴ κίνει κακὸν κεκρυμμένον. i. Ne moueris malũ bene cõditum, siue quiescens. In eos, qui sua stultitia sibi turbas excitant: aut qui mala iam tẽpore sepulta resuscitant, renouantq; Prouerbium retulisse uidetur Theognis hoc uersu:

Πολλάκι γὰρ τὸ κακὸν κατακείμενον ἔνδον ἄμεινον. id est,
Nam persæpe malum præstat domi habere repostum.

Huic similimum est illud:
-Sopitos suscitat ignes.

Octipedem excitas.

CRATINVS in Thrattis apud Suidam, ὀκτάπουν ἀνεγείρεις. i. Octipedem excitas, nimirum scorpium: cui pedes sunt octo, ac plerũque sub saxis abditus cubat, quem non nisi tuo periculo suscites propter uenenum, quod in cauda gestat.

Mouere Camarinam.

Κινεῖν τὴν καμαρίνην, i. Mouere Camarinam, est sibiipsi malum accrescere. Lucianus de Apophra le: ὁρᾷς ὡς ἄμεινον οὖν σοι ἀκίνητον τὴν καμαρίνην ἐᾶν. i. Vides, quãto satius tibi fuerit, Camarinam immotã sinere. Vnde natũ sit adagiũ, Seruius grammaticus explicat, Virgilianum illum locũ enarrans in tertio Æneidos:

-Et fatis, nunquam concessa moueri
Apparet Camarina procul.

Camarina, ĩq uit, palus est iuxta oppidũ eiusdem nominis, quæ cum olim, siccata, pestilentiam creasset, consuluerunt oraculum, an penitus eam deficcare præstaret. Vetuit Deus Camarinam moueri. At illi exiccarunt, non obtemperantes oraculo, & cessauit quidem pestilentia, sed per eam ingressis hostibus pœnas dederunt neglecti oraculi. Eadem ferme commemorat & Suidas, illud insuper addẽs, quibusdam Camarinã esse fruticem, cuius ramos si quis commoueat, quatiatque, tetrum quendam odorem edere. Verum nobis superior sententia magis uidetur ad verisimilitudinem accedere. Meminit huius adagii Stephanus quoque uersu heroico, effertq; ad hunc modum:

Μὴ κίνει καμαρίνην· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.

Ne moueas Camarinam. etenim non tangere præstat.

Ait autem Camarinam oppidũ, & eiusdem nominis paludem esse in Sicilia. Meminit & Silius libro 14. Maronẽ imitatus,

Et cui non licitũ satis Camarina moueri.

Anagyrim commoues.

SVPERIORI neutiquã dissimile uidetur illud apud Græcos celebratũ, ἀνάγυρον κινεῖς, i. Anagyrum commoues. In eos qui sibiipsis malorum auctores essent: quique in suam ipsorum perniciem quempiã irritarent. Vnde ducta sit parœmia, uarie narratur ab auctoribus. Alii ad fruticis naturam referunt, cuius meminit in tertio libro Dioscorides, quem quidam magyrũ, quidam anagyrum appellent: nõnulli acopon, medicamentis quidem efficacem, verum odore maiorem in modum graui, maxime si manu teratur: cuius fructus gustatus uehementem vomitum promouet. Vnde uel ab odoris molestia, quę carpentem cõsequitur, adagium ductum uideri põt, quandoquidem & acopi uocabulum indidem apparet repertum: uel à cõcitandi uomitus efficacia. Meminit huius & Plinius libro vicesimoseptimo, cap. quarto. Sunt, qui dicãt Anagyrum locum esse in Attica, qui ad tribum pertineat Erectheidem, auctore Stephano, ubi frutex quidã grauissimi odoris plurimus proueniat: ut Anagyrum pro frutice non secus accipiamus, q̃ Anticyrã pro elleboro: Rursum alii Anagyrum genium quendam existimant, qui propter uiolatum sacellum suum vicinos omnes funditus euerterit. Arq. huius adagij

gij mẽtionem fieri apud Aristophanem in Lysistrata. Et sanè apud Aristophanem locus sic habet:

Πόθεν εἶσιν, ἀναγυρόντόθεν νὴ τὸν Δία.
Ὁ γὰρ ἀνάγυρός μοι κεκινῆσθαι δοκεῖ. i.
Vnde aduenit? ab Anagyro. ergo p Iouẽ
Anagyrus esse motus apparet mihi.

Suidas huiusmodi ferme commemorat Anagyrasium quendam genium fuisse, sic à loco, quẽ diximus, cognominatum, qui senem urcinum, quod lucum suum incidisset, hunc ad modum ultus sit. Senis concubinæ insanum quendam amorem immisit in illius filium, quæ cum adolescentis animũ pellicere non posset, eum ultro apud patrem detulit, quòd sese de stupro non desineret interpellare. Pater, persuasus à muliere, filium è tecto præcipitem dedit, ac interemit. Deinde, facti pœnitens, semetipsum laqueo præfocauit. Postremo mulier sese in puteum abiecit.

Capra contra sese cornua.

Ἡ αἴξ καθ' ἑαυτῆς τὰ κέρατα, id est, Capra cõtra se metipsam cornua. Ad superiorum classem pertinet, ab apologo natũ. Capra quæpiam, cum esset iaculo vulnerata, circumspectans, unde nam id mali sibi euenisset, arcum contemplans caprinis cornibus compactum, dixit ad hunc modum, καθ' ἑαυτῆς ἔφυσα τὰ κέρατα. i. In meã ipsius perniciem produxi cornua.

Atlas cœlum.

ΑΤΛΑΣ τὸν οὐρανὸν, id est, Atlas cęlum, subaudiẽdum, ὑπεδέξατο, id est, suscepit. Dici solitum de ijs, qui sese magnis, & molestis inuoluunt negotijs, ipsiq̃ sibi malum accersunt. Nam hic cęlum hospitio excepit. Deprehensus autẽ, quòd illi struxisset insidias, præceps datus est in mare Atlãticum. Porro notior est, quam ut hoc loco sit referenda de Atlante fabula, cęlum humeris & uertice sustinente.

Deus ex improuiso apparens.

Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανεῖς, i. Deus ex improuiso apparens. In eos dicitur, quibus, in rebus perplexis, præter spẽ exoritur aliquis, qui salutem adferat, negotijq̃ difficultatem expediat. Sumptum est à consuetudine tragœdiarum, in quarum plerisque, machinis quibusdam Deus aliquis ostendebatur: idq; non in scena ipsa, sed è sublimi, qui repente commutatis rebus fabulæ finem imponeret. Id quod testatur & M. Tullius lib. de Natura Deorũ primo, ut, cum sic ait: Quod quia quemadmodum natura efficere sine aliqua mẽte possit, non uidetis, ut tragici poetæ, cũ explicari argumenti exitum non potestis, confugitis ad Deum, cuius operam prorsus non desideraretis, si immensam, & interminatam in oẽs partes magnitudinem regionum uideritis. Nec dubium est, quin Tullius imitatus hic sit illud ex Platonis Cratylo: Εἰ μὴ ἄρα δὴ, ὥσπερ οἱ τραγῳδιοποιοὶ, ἐπειδὰν ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς ἀποφεύγουσι, θεοὺς αἴροντες. i. Nisi sane, quẽadmodum tragœdiarũ scriptores, sicubi hæserint, ad machinas cõfugiunt, Deos sustollentes. Quem Platonis locum, ob ignoratum prouerbium, Latinus interpres perperam, aut certe obscure, uertit, nimirum hunc in modum: Nisi forte, quemadmodum tragici, quoties ambigunt, commentitijs quibusdam machinamentis ad Deos cõfugiunt. Ad eundem lapidem impegisse uidetur, qui Lysandri uitam transtulit è Plutarcho. Cum enim Lysander instituisset innouare remp. perpenderetque negocium esse difficilius, quam vt vulgaribus cõsilijs posset expediri, fecit quod poetæ solent in tragœdia, fictis oraculis ac deorum religione studuit quod constituerat efficere. Græca sic habet, ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ μηχανὴν ἄρων πρὸς τοὺς πολίτας λόγια πυθόχρηστα καὶ χρησμὸς συνετίθει καὶ κατεσκεύασεν. i. Quemadmodum in tragœdia machinam tollens apud ciues, responsa uelut à Pythio reddita & oracula cõponebat apparabatq̃. Idẽ subobscure, sed sanè q̃ elegãter indicat Aristoteles lib. 1. περὶ μετὰ τὰ φυσικά. Αναξαγόρας τε γὰρ inquiens, Μηχανῇ χρῆται τῷ νῷ πρὸς τὴν κοσμοποιΐαν. ὅταν γὰρ ἀπορήσῃ διὰ τίνα αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης ὄντ', τότε ἕλκει αὐτὸν ἐν ᾧ τοῖς ἄλλοις πάντα μᾶλλον αἴτια ἢ γιγνομένων ἡ νοῦν. Quę qdẽ uerba sic licebit uertere: Nã Anaxagoras mẽte pinde quasi deo quopiã tragico, q̃ repente solet ostẽdi, utitur ad condẽdũ mũdũ. Etenim, cum hęret in explicãda causa, quare necessario sit, tum illam adducit. Porrò reliquis in rebus, quiduis potius causam faciteorũ quæ fiunt, quàm mentem. Vnde in Græcorum tragœdiis illud pœnè solemne esti

Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων. i. Multæ formæ deorum, &c. cum inducto numine fabulam explicant: ueluti in Oreste Euripidis, Apollo in medijs tumultibus apparens res turbatissimas subitò componit. Huius rei exemplum uidetur ab Homero ductum, qui, quemadmodum Iliad. primo, Palladē inducit, ut ferocientē Achillē compesceret, ita compluribus aliis locis numen aliquod allegat. Quod quidem Horat. in Arte poet. uetat in comēdiis fieri, nisi rerum difficultas maior sit, quam vt possit humana ope explicari: Nec Deus interfit, nisi dignus uindice nodus Incideritit. Qua ratione Plautus in Amphitryone Iouem induxit, eoque tragicomēdiam uocat. Lucianus: in Philopseude: Καὶ τὸ τοῦ λόγου, θεὸν ὄντα μηχανῆς ἐπεισκληθῶ αἰ μοι τοῦτον ᾤμην ὄντα τῆς τύχης. i. Ac, iuxta prouerbiū, arbitrabar hunc mihi perinde quasi deū quempiā repente apparentem, à fortuna fuisse adductum. Adiusit eodem in libro De mercede seruientibus, Οἰκεῖοι γὰρ τῆς τοιαύτης τραγῳδίας ἔ τοιγε, ἢ τὶν ἄλλον ἐκ μηχανῆς θεὸν ἐπὶ τῶν καρχησίῳ καθεζόμενον. i. Nā hi peculiariter ad huiusmodi tragēdiā pertinēt. Aut aliū Deum quempiā de repēte exortum, atque in antennis confidentem. Huc respexit Euripides in Iphigenia Aulidēsi, θεὸς ἐγὼ πέφηνά σοι μέγιστος. id est, Equidem Deus tibi maximus apparui. Lucianus ī Sectis, Ἐπιστὰς, τὸ τῶν τραγῳδῶν τοῦτο, θεὸς ἐκ μηχανῆς ὀπφανεὶς. i. Assistens, iuxta tragēdorum prouerbium, Deus ex improuiso ostensus, Apud Athenēū lib. sextō. Iurconem quendam querentem facit poeta nescio quis, q piscium uenditores uix ostensos pisces statim subducerēt.

Καὶ θᾶττον ἀποπέμπουσι τοὺς ὠνημένους.
Ἀπὸ μηχανῆς πωλοῦντες, ὥσπερ εἰθεοί. i.
Et uenditos mox eximunt aspectui,
Venduntq;, tāquā è machina, ritu Deū.

Proinde quoties salus ex insperato ostēditur, id Deo solet adscribi. Ita Plinius li. 25. Quippe etiam in repertis alias iuenit casus, alias, vt vere dixerim, Deus. Idē libro uicesimoseptimo. Hic ergo casus, hic est ille, qui plurima inuenit in uita Deus.

Homo homini Deus.

Non admodū hinc abludit & illud: ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον. i. Homo homini Deus. Qd dici solet de eo, q subitā, atq. insperatam attulit salutē, aut qui magno quopiam beneficio iuuit. Antiquitas enim nihil aliud existimabat esse deum, quam prodesse mortalibus. Vnde frugum, uini, legum auctores, & quicunque ad uitæ commoditatem aliquid attulisset, eos pro Diis habebat adeo, ut & belluas quasdam pro numinibus coluerit, uelut apud Aegyptios Ciconiam, quòd serpentes, qui certo anni tempore ex Arabicis paludibus subuolant, obuiam profecta, arcere, conficereque credatur: apud Romanos Anser colebatur, quòd Capitolinam arcem expergefactis clangore custodibus, ab irruptione Gallorum seruauit. Quod indicat M. Tullius, cum libro de natura Deorum primo scribit. Concludam, Belluas a Barbaris propter beneficium consecratas. Quin &, auctore Prodico Chio, corpora quædā inanima pro Diis habita sūt, uelut sol, luna, aqua, terra, quod ad uitam conducere uiderentur, quodque horum commoditate mortales maiorem in modum delectarentur. Scythæ, quemadmodum in Toxaride testatur Lucianus, per uentum, & gladium, tanquam per Deos, iurant, propterea quod ille spirādi sit auctor, hic mortis. Sed quoniam, ut inquit Cicero, plurima homini ab homine uel cōmoda, uel incommoda, solent oriri, & Dei proprium est uel seruare, uel benefacere: idcirco, q in graui periculo succurrit, qui ve ingenti quopiam afficit beneficio, quoniam Dei quasi uice fungitur, ei, cui prodest, Deus dicitur extitisse. Huic adstipulatur illa solēnis apud Homerū, atq. Hesiodum clausula:

Θεοὶ δοτῆρες ἐάων. id est,
Dij bonorum largitores.

Et, qd ait Strabo libro decimo: Rectè dictum est, mortales tunc maxime Deos imitari, cum benefici sunt. Idem libro decimo septimo tradit, Aegyptios quosdā duplicem facere Deum, immortalem, qui rerū omnium sit auctor, & mortalem ignoti nominis: tum a quibus beneficio sint affecti, eos ferme pro Diis colūt. Præterea uulgo quoq. qui in rebus perplexis, ac desperatis, aut ancipiti periculo seruantur, a Deo quopiam aiunt sese seruatos. Horatius,

Sic me seruauit Apollo.

Rursum ī Odis, ī bello per Mercuriū, & iterū ab arboris ictu sese Fauni ope seruatum scribit. Eodē adlusit Iuuenalis, cū ait:

Quadraginta tibi si quis Deus, aut similis dijs,
Et melior fatis donaret homuncio.

Item Virgilius in Tityro:

O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit;
Nāq. erit ille mihi semp Deus: illius arā
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnis.

Deinde reddit causam, quare sit Cæsarem loco numinis habiturus, beneficium subtexens:

Ille meas errare boues, ut cernis, & ipsū
Ludere quę uellē calamo pmisit agresti.

Plinius Secūdus, lib. Naturalis historiæ secundo, manifestius Græcam παροιμίαν indicauit, sed tā impiè sentiēs de Diis, quā paullo post de animarū immortalitate, deque corporū resurrectione desipiēter. Nā, cum & multitudinem Deorū irrisisset, & uni illi summo, quē aut mundū hūc, aut naturam esse putat, prorsus ademisset curā mortalium; Deus est, inquit, mortali iuuare mortalem. Et hæc ad æternam gloriā uia. Hac proceres iere Romani, hac nūc cę lesti passu cum liberis suis uadit maximus omnis æui rector Vespasianus Augustus, fessis rebus subueniens. Hic est uetustissimus referendi bene merentibus gratiam mos, ut tales numinib. adscribant. Quippe & omniū aliorum numina deorum, & quæ supra sydērū retuli, ex omnium nata sunt meritis. Hactenus Plinius. Ouidius:

Cōueniens homini est hominem seruare uoluptas,
Et melius nulla quæritur arte fauor.

Plutarchus in cōmentario, quem inscripsit aduersus principem indoctum, negat, Deos hoc nomine felices esse, quòd quam diutissime uiuāt, sed q uirtutis sint principes & auctores, Fieri potest, ut huiusmodi adagii sic usus neq. improbus, neq. incōcinnus, si quis hoc modo dicat. Cum tātis malis premerer, ut nemo mortaliū aut uellet, aut posset opitulari, tu unus mihi prēter spē extitisti, tuoq. beneficio me nō seruasti modò periturū alioqui, uerumetiā ornatiorē aliquāto fecisti, quam antea fuerim. Vt aut omnino nusquā, aut in nobis certe duobus, locū habeat uetus illud Grēcorū adagium, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον. Aut hoc modo: Literis debeo oīa, etiam vitam, sed ipsas tibi debeo literas, qui mihi tua liberalitate suppeditas, alisque ocium meū. Quid aūt est qd Græci dicūt, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον, si hoc nō est? Aut hoc pacto: Qui mediocri beneficio iuuat, sit sane amicus, uerū, qui arte sua, singulariq. cura, atque industria uitā iam iā fugiētem retinet, ac restituit, id quod utiq. facit medicus, quid aliud est, q qd Græci dicūt, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον. Aut sic: Eum in locum res erat deducta, ut ne ipsa quidē salus posset auxiliari. Ibi tu mihi ueluti præsens quoddam numen extitisti, &, mira celeritate depulsis incōmodis, in pristinū locū restituisti, nec sperantem, nec expectantem. ut intelligerē illud non tenere dictū à Græcis, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον. Aut sic. In reliquis quidē rebus mihi semper amicissimus fuisti, in hac uero causa nō amicissimus modo, uerumetiā pęnè dixerim, quod Grēci dicūt, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον.

Homo homini lupus.

Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ λύκος, i. Homo homini lupus. Superiori quasi diuersum est, ac uelut hinc effictum uidetur, quod usurpauit Plautus in Asinaria: Homo homini lupus. Quo monemur, ne quid fidamus homini ignoto, sed perinde, atque a lupo caueamus. Lupus est, inquit, homo homini, non homo, qui qualis sit, non noui.

Coturnix Herculem.

Ὄρτυξ ἔσωσεν ἡρακλῆ τὸν καρτερόν, i.
Seruauit Herculem coturnix strenuū.

Senarius est Grēcis, prouerbii vice celebratus, quē tamen Zenodotus negat apud ullum ueterum scriptorum inueniri. Cęterū dici solitū, de iis, qui in periculo seruati essent ab iis, a quibus minime sperarāt. Adagionis originem ad huiusmodi fabulā referunt: Coturnicem quādam Herculi in deliciis fuisse, cuius nidore cum uiua incēderetur, ille mortuus sit in uitam restitutus. meminit huius fabulæ Atheneus quoque libro nono, scribens, Herculem Iouis, & Asteriæ filium, in Libyam profiscentem à Typhone fuisse interemptū; reuocatū autem in uitam odore coturnicis, illi ab Iolao admotæ, & ob eam causam Phęnices Herculi coturnicem sacrificare.

Genius malus.

Et qd modo retulimus, Homo homini Deus, cōtrariū uī, Genius malus, quē Græci dicūt ἀλάστορα, quo noīe uocamus eos, quibus

quibus incommodorum nostrorum maximam partem acceptam ferimus, idq; etiã hodie vulgato sermone. Sunt enim omnino quidam his aut illis ita inauspicati, ut tanquam fatum quoddam malum, atque in perniciem illorum nati, iure uideri possint. Porrò prouerbium apparet à priscorum opinione profectum, qui singulis binos genios attribuunt, quos dæmones vocant: neque hominibus modo, uerumetiã locis, atque ædibus, quorum alter perniciẽ nobis moliatur, alter iuuare studeat. cuius sententiæ fuit Empedocles, citante Plutarcho in libello de Animi trãquillitate. Quò pertinet illud Bruti, quod in eius vita memorat idem Plutarchus. Nam Bruto cum dies ille fatalis imminueret, & in Asia nocte fermè intempesta ex more uigilaret in tabernaculo, lucerna iam emoriente, uidere uisus est personam quandam tragicam, & humana specie maiorem. Atque ille protinus, vt erat animo interrito, percũtatus est, quis nam esset aut hominum, aut deorum, Cui illa cũ murmure: Tuus sum, Brute, genius malus, Philippis me videbis. Eadem itaque imago rursus apparuit confligenti Philippis, quę quidem illi pugna postrema fuit. Huic consimilem quandam fabulam idem refert de M. Antonio, atque Augusto: videlicet hos, reliquis quidem in rebus amanter, summaque inter sese concordia agitasse: cæterum in ludis, quos ad ęmulationem quandam edebant, Octauium semper superiorem esse solitũ. Eam rem Antonium non mediocriter discruciasse. Fuisse autem in Antoniano comitatu magum quempiam Ægyptium. Is, seu quòd uere nosset eius fatum, seu quòd ad gratiam Cleopatrę fingeret, eum admonuit, ut à Cęsare se quantum posset seiũgeret: q̃ ipsius genius, alacer alioqui, geniũ illius reformidaret: quoque propius accẽsisset, hoc humilior deiectiorq; uideretur. Testatur & Plato, Socrati peculiarẽ quendam fuisse genium, de quo scripsit Apuleius, & Plutarchus. De genio sensisse videt Terentius, cũ ait in Phormione: Mihi usu venit, hoc scio. Memini relinqui me, Deo irato meo. Bonum geniũ explicat Næuius in Stalagmonis apud Donatũ: Adeo meo propitio meus homo est. Idẽ Persius: Dijs iratis, genioq; sinistro. Postremo puerbiũ resipiũt in genere omnia illa: Iratis Dijs, Propitijs dijs. Terentius Andria: Nescio, nisi Deos iratos fuisse mihi satis scio, qui auscultauerim ei. Horatius in Sermonib°:

-Immeritusq; laborat
Iratis natus paries Dijs, atque poetis.

Idem rursum:

-Vertumnis, quotquot sunt, natus iniqs.

Idem in Odis:

Diuis orte bonis optime Romule
Cũstos gentis abes. Homerus Iliados ε.
Θεός τίς τοι κοτέει. idest,
Deus quispiam iratus est. Et Virgilius:
Dijs equidem auspicibus reor, & Iunone secunda.

Eodem pertinent & hæc: Solus a Dijs diligitur Antipho. Et: Dij nos respiciunt. Et Modo Iuppiter adsit. Et: Si quem numina læua sinunt. Et: Dexter adsit Apollo; atque id genus sexcenta passim apud poetas obuia. Erit autem uenustius, si ad speciem descenderis. Vt: Hic scribit carmina, Musis, quotquot sunt, iratis. Canit irato Apolline. Eam causam egit ineptissimè, planeque irata Suadela. Marte sinistro pugnauimus. Neptuno propitio nauigauimus. Mercurio, opinor, irato, cum hoc veteratore sum pactus. Irata Venere dat operam liberis, de eo, qui deformes filios progeneret. Inuita Minerua, qui parum feliciter artem exerceat.

Dextro Hercule, aut amico Hercule.

Eiusdem est generis, sed obscurius, quod apud Horatium legitur:

Diues amico Hercule.

Et item apud Persium: O si
Sub rastris crepet argenti mihi seria, dextro Hercule.

Quod quidem in eos competit, qui in accumulandis opibus sunt bene fortunati. Idq; inde natum existimant, q̃ Hercules moriturus dixerit, eos opulentos futuros, qui sibi decimam bonorum suorum partẽ cõsecrassent. Proinde locupletes pleroq; ita facere solitos. Tametsi Plutarchus in problematis, huius consuetudinis aliã adfert causam, puta quòd ipse quondam Hercules, boum, quos Geryoni abstulerat, in Palatino decimam partem immolarit, vel quòd Romanos ab Etruscis decimari solitos liberarit.

Dijs hominibusq; plaudentibus.

Proverbialis est & illa hyperbole Dijs, hominibusq; plaudẽtibus: pro eo, quod

quod est, Feliciter, atque auspicato. Cicero ad Q. fratrem: Vatinium, à quo palám oppugnabatur, arbitratu nostro concidimus, Dijs, hominibusq; plaudentibus. Idẽ libro Epistolarum familiarium primo: Neque solum dixi, sed etiã sic facio, Dijs, hominibusque approbantibus. Rursus ad Q. fratrem lib. 3. in diuersam sententiam uertit prouerbium: Nisi noster, inquit, Pompeius Dijs, hominibusq; inuitis negocium inuertere. Quanquam hoc ipsum per se, Deos, homines que prouerbiale nimirum est ob figuram, atq; apud poetas pœne solenne: Deum, atque hominum fidem, Dijs atque hominibus inuisus. Neque Deos, neque homines metuit. Homerus:

Αθάνατοί τε θεοί, θνητοί τ' ἄνθρωποι. i. Numina nescia mortis, Mortalesque homines. Rursum.

-Πατήρ ἀνδρῶν τε, θεῶν τε. idest,
-Parens hominumque, Deumque.

Bonis auibus. Malis auibus.

Ad hoc genus pertinet & illud: Bonis, aut malis auibus: cum rem feliciter, aut secus cedere significamus. Ab augurum obseruatione sumptum. Horatius in Odis:

Mala soluta nauis exit alite,
Ferens olentem Menium. Et rursum:
-Mala ducis aui domum.

Quam multo repetet. Græcia milite.

Atque iterum alibi:

Scriberis Vario fortis, & hostium
Victor Mæonij carminis alite. Homerus Iliados α.
-Μὴ δέ μοι αὐτὴ Ὄρνις ἐνὶ μεγάροισι κακὸς πέλοι.
Neve auis hic infausta mihi perrexeris esse.

Verba sunt Priami ad uxorem dehortãtem, ne solus in castra Achillis proficiscetur, Hectoris cadauer auro redempturus, ac multa tristia, ita ut assolent mulieres, ominantem. Auersa aui dixit Latinus quispiam tragœdiarum scriptor, qui ab Agamennone contra auspicia soluente ita loquitur: Soluere imperat, secundo rumore, auersaque aui. Refertur a M. Tullio libro De diuinatione primo. Ad hanc formam referenda sunt & illa: Fausto omine, Bene ominata, Bonis auspicijs, Inauspicato, Felicibus augurijs, atque id genus alia, quæ ab augurum arte sumpta in communem sermonem abierunt.

Noctuæ uolat.

Ex eadem superstitione manauit. & illud Græcanicum: γλαὺξ ἵπταται, siue ἵπτατο, i. Noctua uolat, siue uolauit. Nam priscis Athenienſibus noctuæ uolatus, uictoriæ symbolum existimabatur: propterea quòd auis hæc Mineruæ sacra crederetur, quæ quidem dicta est etiam malè consulta Athenienſium benè fortunare. Qua de re copiosius aliquanto dicemus in prouerbio, Athenienſium inconsulta temeritas. Inde, rebus felicius, atque ex animi sententia succedentibus, dici consueuit: Noctua uolat. Auctores Zenodotus, & Suidas. Non illepidè dicitur uolasse noctua, quoties res non uiribus, sed pecuniarum interuentu confecta creditur, quòd Athenienſium numisma noctuam haberet insculptam. Vnde & illud: Laurioticæ noctuæ, quod alibi recensetur. Plutarchus in uita Periclis tradit, illi, è superiore nauis tabulato concionanti, noctuam ad dextram aduolasse, ac malo insedisse: quod omen effecit, ut omnes irent in illius sententiam.

Quartæ luna nati.

Εν τετράδι γεγεννῆς, i. Quarta luna nati, dicuntur, qui parũ feliciter nati sunt, ut auctor est Eustathius in librum Iliados secundum, propterea, quòd Hercules hac luna natus feratur, cuius omnis uita uoluptatum omnium expers, ac laborum plena fuit. Dici potest, & in eos, qui laboribus sibi neutiquam frugiferis fatigantur, Herculis uidelicet exemplo, qui iuuandis alijs studuit, sibi inutilis. Pyrrhus apud Lucium Florum dicebat, se sibi uideri Herculis fidere natum: quòd, quò pluribus uictorijs Romanos concideret, hoc acriores in ipsum coorirentur. Id quod Horatius eleganter transtulit ad Annibalem:

Vt hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem.

Albæ gallinæ filius.

Contra, feliciter natum, albæ gallinæ filium dicimus. Iuuenalis:

-Quia tu gallinæ filius albæ.

Vel quòd læta, atq; auspicata Latini alba uocant: uel q̃ prouerbium adiudicat ad fatalem illã gallinam, de qua meminit Suetonius Tranquillus in Galba, his quidem uerbis Liuij: olim statim post Augusti nuptias

ptias Veientanum suum reuisenti, præteruolans aquila, gallinam albam, ramulum lauri rostro tenentem demisit in gremium. Cumq; nutriri alitem, ac pangi ramulum placuisset, tanta pullorum soboles prouenit, vt hodie quoq; ea uilla ad gallinas vocetur. Tale uero lauretum, ut triumphauri Cæsares inde laureas decerperent. Fuitque mos triumphantibus, alias confestim eodem loco pangere. Et obseruatum est, sub cuiusque obitum, arborem ab ipso institutam languisse. Ergo nouissimo Neronis anno, & sylua omnis exaruit radicitus, & quicquid ibi gallinarum erat, interijt. Conueniet igitur adagium in eos, qui rara, & fatali quadam felicitate, successuq; rerum utuntur. Huic diuersum est illud apud eundem Iuuenalem:

Nati infelicibus ouis.

Nō abhorret huic, quod scribit M. Tull. lib. epistol. familiarium septimo ad Curiū: Cum enim salutationi nos dedimus amicorum, quæ fit ex hoc etiam frequentius, quam solebat, quòd quasi auem albam uidentur bene sentientem ciuem uidere, ab do me in bibliothecā. Veteres enim, quod inauspicatum haberi uolebant, atrum, aut nigrum uocabant; quod felix, album. Vnde apud Senecam Asinius Pollio, albutij sententias, quòd inaffectatæ essent & apertæ, solitus est albas appellare. Quin & Græcis λαμπότερον εἰπεῖν dicitur, qui clarius rem explicat.

Laureum baculum gesto.

Δαφνίνῳ φορῶ βακτηρίαν, i. Laureum porto baculum. Suidas tradit, ita solere loqui eos, qui essent ab aliquibus insidijs appeti, feliciterq; periculū effugissent. Propterea quòd laurus credita est aduersus venena remedium habere. Plinius lib. 15. demonstrat laurum lustrationibus adhiberi solitam. Videtur & aduersus fulmen huius vis tueri, quando quidem arborum una nō icitur fulmine. Id adeo uerum credidit Cæsar Tiberius, ut nunquam non gestaret capite coronam lauream, ut in ipsius uita prodidit Suetonius.

Græuiora Sambico patitur.

Ἀτρότερα σαμβίκου πάσχει, i. Atrociora Sambico patitur. In eos, qui cruciatibus exquisitis torquentur, aut quibus insignia mala accidunt. Prouerbium Plutarchus refert in Problematis Græcanicis, atq; huiusmodi quandam adfert causam. Sambicus quispiam Eleus, una cum socijs aliquot, nō paucas apud Olympia æreas statuas concidit, vendiditq;. Deinde maiora etiam ausus, Diuæ præsidis templum diripuit. Est enim illius in Elide templum, quod Aristarcheum nominant. At ille mox comprehensus, dum socios prodere recusat, annū perpetuum exquisitis cruciatibus dilaceratus est, inter quos etiam animam efflauit. Atque hinc vulgo nata paræmia.

Fœnum habet in cornu.

In homines maledicos, ac feroces dicitur: Fœnum habet in cornu. Horatius in sermonibus:

Fœnum habet in cornu, longe fuge.

Inde translatum, vt Acroni placet, q; antiquitus Bobus cornipetis fœnū pro signo in cornu appenderetur, quo sibi cauerent, qui forte occurrissent. Idq; ideo fieri solitum Plutarchus in Problematis autumat, quòd copiosiore pabulo, non modo boues, sed & equi, & asini insolētiores, ac ferociores reddantur. Vnde extat & Sophoclis dictum in tumidum quempiam, ac præferocem; Tu, inquit, serues, quasi pullus pabuli copia. Huic adstipulatur illud Solonis dictum apud Laertium: Τὸν μὲν κόρον ἐκ τοῦ πλούτου γεννᾶσθαι, τὴν δὲ ὕβριν ἐκ τοῦ κόρου. hoc est, satietatem nasci ex opulentia, ex satietate ferociam. Dictum est autem ali quando, ut idem testatur Plutarchus, in M. Crassum, quòd in cornu fœnum haberet, propterea q; haudquaquam impune lacesseretur, homo prediues, ac potens, & simultatum persequentissimus. At postea Cæsar dictus est el fœnum detraxisse: quòd omnibus illum, ut cornipetam taurum fugientibus, ac formidantibus, ipse primus ausus fuerit illi resistere. Vsurpat adagium hoc etiam Diuus Hieronymus in epistola quadam, minitans ijs, à quibus forte esset lacessendus.

Cornutam bestiam petis.

Consimilem ferme sensum habet Plautinū illud: Cornutam bestiam petis, de eo, qui lacessit eū, qui paratus sit retaliare iniuriam, quemq; non nisi suo malo prouoces.

ces. Huc spectauit Horatius in Odis: Para ta tollo cornua.

Dionysius Corinthi.

Διονύσιος ἐν κορίνθῳ, i. Dionysius Corinthi. Prouerbialis allegoria, qua significamus aliquem è summa dignitate atque Imperio, ad priuatam humilemq; redactum fortunam, quemadmodum Dionysius Syracusarum tyrannus expulsus Imperio, Corinthi pueros literas, ac musicam mercede docuit. Cicero epistolarum ad Atticum lib. 9. De optimatibus sit sanè ita ut uis. Sed nosti illud: Διονύσιος ἐν κορίνθῳ. Quintilianus Instit. orat. li. 8. Est in exemplis allegoria, si non prædicta ratione ponantur. Nam, ut Dionysium Corinthi esse, (quo Græci omnes utuntur) ita plura similia possunt. Hic Cicero, cū ait: Nosti illud. & Quintilianus: Quo Græci omnes vtuntur, nimirum uterque ulgo iactatum fuisse significat. Cæterum, unde natum sit adagium, Plutarchus aperuit in libello, cui titulus, Περὶ τῆς ἀδολεσχίας, i. De futili loquacitate. Laudans enim, breuiter, & grauiter dicta commemorat & illud a Lacedæmonibus responsum Regi Philippo, bellum minanti, ferocientiq;: Διονύσιος ἐν κορίνθῳ. Quib^o ubi rex rescripsisset, siquando in Laconiam duxisset exercitum, euersurum se Lacedæmonios, uerbo duntaxat responderunt, αἶκα, id est, Si Plato ter nauigauit in Siciliam, non sine sinistri rumoris aspergine. Vnde Molon, qui inimicum in Platonem gerebat animum, dicebat, non esse mirum, si Dionysius esset Corinthi, sed si Plato in Sicilia. Regem enim urgebat necessitas: Platonem sollicitabat ambitio.

In me hæc cudetur faba.

Terentius in Eunucho: At enim isthęc in me cudetur faba: hoc est, Donato interprete, in me malum hoc recidet, in me hæc uindicabitur culpa. Translatū vel a faba, quæ cum siliquis exuitur, ac batuitur, aut fustibus intertunditur, ita ut fit in areis more rusticorum, non ipsa perinde laborat, sed id demū, in quo cuditur. Alii malūt ad male coctam fabam referre, quę si quando non maduerit, sed dura permanserit, ab iratis heris supra coqui caput saxo nonnunquam comminui consueuit, tanquam fabam ulciscentibus, non coquum: cum uniuersum interim malum ad coquū peruenieat.

Tute hoc intristi, omne tibi exedundum est.

Non diuersum superiori Donatus admonuit illud, quod apud eundem poetā legitur in Phormione: Tute hoc intristi, tibi omne est exedēdum. Verba sunt Phormionis parasiti, qui quoniā fuerat auctor consilii de ducenda puella, æquum esse putat, ut suo periculo rem itē expediat. Trāslatum putat ab alliato rusticorum mortario. Quæ quidem sentētia, uel hodie quoque uulgo nostrati in ore est. Et altera huic simillima: Colo qd aptasti, ipsi tibi nondum estis. tu incipiundi auctor extitisti, nunc idem explices oportet.

Faber compedes, quas fecit, ipse gestet.

Ausonius in Trochaicis suis Terentiano prouerbio confine quoddam subnectit, & poetæ metaphoram altera quadā interpretatur metaphora:

Tu molestus flagitator lege molesta carmina.
Tibi quod intristi, exedundum est, sic uetus uerbum iubet,
Cōpedes, quas ipse fecit, ipsus vt gestet faber.

Competit in eos, qui sibiipsis auctores sunt malorum. Videtur autem è Theogni de poeta sumptum, qui ait:

Οὔτις ἀνὴρ φίλε κύρνε πέδας χαλκεύεται αὐτῷ. id est,

Vincula nemo sibi cudit charissime Cyrne.

Huic simile quiddā, humili^o quidē, sed tamen aptum vulgo dicitur: Flagellum ipse parauit, quo vapularet. Idq; sumptum a pueris, aut seruis, qui coguntur aliquoties ipsi parare uirgas, quibus uapulent.

Ipsi testudines edite, qui cepistis.

His cōfine prouerbium refertur à Græcis scriptoribus.

Αὐτοὶ χελώνας ἐδίεθ' οἵπερ εἵλετε. i.

Qui prendidistis, ijdem edite testudines.

In eos iacitur, qui posteaquā incōsulte quippiā adorti sunt, aliorū implorant auxilium, quos suo negocio admisceant. Paremiam ex huiusmodi quodā apologo natā existimāt. Piscatores aliquot, iacto reti, testudines eduxerūt. Eas cū essent inter se partiti, neq. sufficerent omnibus comedēdis. Mercuriū forte accedentē inuitarūt ad con-

conuiuium. At is intelligens se nequaquã humanitatis gratia uocari, sed ut eos fastidito cibo subleuaret, recusauit, iussitque ut ipsi suas testudines ederent, quas cepissent. Sunt autem, auctore Plinio, in Carmania populi, qui testudinum carnibus uictitent, unde & nomen illis attributum, χελωνοφάγοις. i. Apud quos affirmãt inueniri testudines tanta magnitudine, ut carum testis casas integant.

Aderit Temesæus genius.

STRABO libro Geographię sexto refert Temesam ab Lao primam Vrbem esse Brutiæ, ipsius ętate dictam Tempsam, quã ab Ausonijs conditam, Thoantis comites Ætoli deinde tenuerint, atq. his expulsis Brutij, demum Annibal & Romani funditus euerterint. Iuxta hanc sacellum fuisse oleastris circũsæptũ Politæ cuidã ex Vlyssis comitibus sacrũ. Hunc, q̃ esset a Barbaris violatus, graues iras in eo exercuisse: adeo, ut in prouerbiũ abierit, diceretque cauendũ, ne Temesæus genius immineret: deinde Locrẽsibus Epizephyreis urbe potitis, Euthymũ quẽdã, vt inquit Aelianus, ex Italia illuc uenisse pugilẽ inclytũ, & insigni robore, qui & lapidẽ ingẽti magnitudine gestauerit, qui Locris ostendi soleat. Hunc cum Polite congressum, ac uictorẽ à certamine discessisse, atque ita finitimos huius opera liberatos a tributo, quod ille consueuerat extorquere. Quin & compulisse illum, vt, quod per uim abstulerat, redderet etiam cum fænore. Atque hinc prouerbium natum putant, ijs, qui sordidos & iniustos quæstus faciunt, adfore Temesæum genium. quo significabant, aliquando dependenda cum fęnore, quę præter ius, & fraude, seu ui rapuissent. Pausanias in Eliacis paullo diuersius rem narrat: nempe comitem quendam Vlyssis, ob uirginem constupratam occisum fuisse, atque ob id laruas eius, nisi quotannis oblata uirgine placarentur, grassari solitas, ac perniciem adferre omni sexui, atq. ætati. Atque hunc quidem eius loci genium vulgo fuisse creditũ, quem Euthymus pugil Temesam reuersus compescuerit, uirginem quam deuouerãt, liberata, atque in matrimonium accepta. Apud Straboneṁ locus in codice Græco vt non uacare menda. Sic enim legimus: ὥστε τοὺς περιοίκους δεισιδαιμονεῖν αὐτῷ κατὰ τὸ λόγιον, καὶ παροιμίαν εἶναι πρὸς αὐτοὺς, μηδ' εἰς τὴν ἥρωα τὴν ἐν τε μέσῃ λεγόντων ἐπικεῖσθαι αὐτοῖς. Fortasse tolerabilior erit lectio, si tolles cõiũctionẽ καὶ, & pro λεγόντων reponas λεγόμενον. Cæterum cũ Strabo recenseat prouerbiũ priusquam referat cohibitum heroem, indicat potius in eos dici solitum, qui potẽtiorem se lacessunt. Etiam si nihil uetat prouerbium ad varios usus accommodari.

Termeria mala.

Τερμέρια κακά, id est, Termeria mala. Veteri prouerbio dicuntur ingentia, maxime, quoties mala, quæ quis in alios impegerit, aliquando in ipsius caput retaliantur. Huius adagii meminit Plutarchus in uita Thesei, qui cum Herculis exemplo terras obiret, nocentes, quos superasset, eadem pęna solitus est afficere, quam illi per sæuitiam in alios exercuissent. Nã Hercules Damascum de rupe editissima præcipitem dedit. Busyridem parentauit. Antæum palæstra superatum occidit. Cygnum gladiatorum more confecit. Denique Termerum, humana capita confringentem, uerberibus itidem contudit. Vnde in eos, in quos sua malefacta retorquẽtur, prouerbio dicitur, Termerium malum. In hanc ferme sententiam Plutarchus in uita Thesei. Est autem supplicii genus, uel in primis fauorabile, cum pæna sceleri respondet, quemadmodum de Thurino fumi uenditore, fumo necato legimus. Et Perillo, quem Phalaris, æneo impositum tauro, suo ipsius inuento perdidit. Illud perquam festiuum, quod in uita Gallieni Imperatoris refertur. Cum quidam uitreas gemmas pro ueris Imperatrici uendidisset, atque ea re deprehensa, uindicari flagitare: ille uenditorem rapi iussit, tanquam leonibus obiiciendum: deinde caponem emittit, ac cunctis rem tam ridiculam admirãtibus, per præconem denunciari iussit: Impostura fecit, & passus est, atque ita negotiatorem dimisit. Sed de Termeriis malis Suida multo aliam adfert interpretationem: nempe locum quendam esse in Caria, cui nomen Termerio, quo tyranni interdum pro carcere soleant uti. Situm autem esse inter Melum, & Halicarnassum. Ex hoc cum postea prędarentur latrones, neque depelli possent, quòd esset locus admodum munitus, abiisse in prouerbium. Quanquam

Stephanus

Stephanus Termeram urbem in Lycia ponit, quam ait a Termero sortitam uocabulum. Postremo Termeria mala dicta uideri possunt, quasi extrema mala. Nam τέρμα, Græce, finem significat, & τερμέριαν ἡμέραν extremum uitæ diẽ uocant. Porrò Latini, quod summum uideri uolunt, ac maximum, id extremum appellant. Vt extrema dementia, extrema insania. Neque secus Græci, ἔσχατον κακὸν, extremũ malum pro maximo dicunt. Et ἐσχάτων ἔσχατα, extremorum extrema, quasi plus quã maxima.

Neoptolemi uindicta.

Νεοπτολέμειος τίσις. i. Neoptolemi ea uindicta. Superiori simillimum est, vbi quis eadem patitur, cuiusmodi patrauit in alios. Id Pausanias in Messeniacis refert, & exponit his uerbis: Περιῆλθε μέντοι καὶ αὐτὸς κατὰ δαιμονίου ἀναχρόνου ἡ νεοπτολέμειος κατάλυσις τῆς. νεοπτολέμῳ γὰρ τῷ Ἀχιλλέως ἀποκτείναντι πρίαμον ἐπὶ ἀκρατῆ τῆς ἑρκίου, συνέπεσε καὶ αὐτὸν ἐν δελφοῖς πρὸς τῷ βωμῷ τῷ ἀπόλλωνος ἀποσφαγῆναι καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ παθεῖν ὅποῖόν τις καὶ ἔδρασε, νεοπτολέμειον τίσιν ὀνομάζουσιν. i. Sanè peruasit Lacedæmonios progressu temporis Neoptolemea, sicut uocant, uindicta. Siquidem Neoptolemeo, Achillis filio, qui Priamum in ipsis palatij focis occiderat, uicissim euenit, ut & ipse apud Delphos ad Apollinis aram occideretur: atq; hinc ortum, ut, ubi quis idẽ patitur, quod in alios fecit, Neoptolemeam uindictam appellent. Euripides in Oreste sub persona Apollinis de Neoptolemo.

Θανεῖν γὰρ αὐτῷ μοῖρα δελφικῷ ξίφει. i.
In fato eni illi est Delphico gladio mori.

Seruire scenæ.

M. Tullius seruire scenæ dixit, pro eo, quod est seruire temporibus, & rebus præsentibus sese accommodare. Translata ab histrionibus fabularum metaphora, qui non suopte iudicio agunt, sed hoc unum spectant, ut quouis modo populi oculis placeant, alioqui explodendi, exhibilandiq;. Sic enim scribit ad Brutum: Tibi nunc populo, & scenæ, ut dicitur, seruiendum est. nam in te non solum exercitus tui, sed omnium ciuium, ac pœne gentium coniecti sunt oculi. Quadrabit & in eos, qui negotium aliquod susceperunt illustre, unde necesse sit, aut cum summa laude, aut summa cum infamia discedere propter plurimorum expectationem. Porrò tempori seruiendum esse uiro sapienti, monuit & Phocylides.

Χαιρῶ καιρῷ εἶναι, μὴ τ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισιν. id est.
Temporibus semper cautus seruire memento,
Nec reflare uelis aduersum flamina vẽti.

Porrò metaphora hæc ducta est a nauigantibus, quos necesse est semel ingressos mare uentorum atque ęstus arbitrio ferri, frustra conaturos, si uelint aduersus ista pugnare.

Vti foro.

HVIC affine est, τῇ ἀγορᾷ χρῆσθαι, uti foro, pro eo, quod est, Præsentem rerum statum boni consulere, & utcunq; sese obtulerit fortuna, ita animum applicare. Terentius in Phormione: Scisti uti foro. Donatus vulgare prouerbium admonet esse, ductamq; metaphoram a mercatoribus, q̃ non ante locum commercij præscribunt quanti uendant, quæ aduehunt, sed secundum annonam fori, quam deprehẽderint, consilium de non uendendis, aut uendendis mercibus sumunt. Seneca: Vtamur foro, &, quod fors ferret, æquo feramus animo. Idem epistola 72. Sub mãnu nasci dixit, pro ex tempore. Ergo consilium, inq̃t, sub die nasci debet, & hoc quoque tardũ est nimis, sub manu, quod aiunt nascatur.

Polypi mentem obtine.

EXTAT apud Græcos adagiũ in hunc ordinem referendũ, πολύποδος νόον ἔχε, idest, Polypi mentem obtine. Quo iubemur pro tempore, alios atq; alios mores, alium atque alium vultum sumere. Quod in Vlysse videtur Homerus laudare, qui eũ πολύτροπον appellat. idest, moribus uersatilibus. Adagium natum est a piscis huius ingenio, de quo meminit Plinius lib. 9. cap. 22. Præterea Lucianus in sermone Menelai, ac Prothei: scribuntque colorem mutare maxime in metu. Nam persequentib⁹ piscatoribus, petris affigit sese; &, cuicunque petrę adhæserit, eius colorem corpore imitatur: videlicet, ne queat deprehendi. Quin, ut refert Basilius magnus, pisces, imagine falsa decepti, nonnunquam adnatant, ultro sese prædoni offerentes.

Porrò prouerbium sumptum est ex Theognide, cuius hoc distichon est de polypo. Citaturq; a Plutarcho in libello περὶ πολυφιλίας.

Πολύποδος νόον ἔχε πολυπλόκου, ὃς πότι πέτρῃ,
Τῇ προσομιλήσῃ, τοῖς ἰδεῖν ἐφάνη. idest,
Mēte habeas vafri polypi, q̃ ꝓtinus illa,
Se quibus admorit, saxa colore refert.

Clearchus in prouerbijs, teste Athenęo, citat hoc distichon, tacito auctoris nomine:

Πολύποδός μοι τέκνον ἔχων νόον ἀμφίλοχ' ἥρως.
Τοῖσιν ἐφαρμόζων ὧν κ̃ πρὸς δῆμον ἵκηι.

i. Polypi ingenio mihi sis nate Amphiloche heros,
Vt temet populo, quemcunque accesseris, aptes.

Citat idē carmē Plutarchus ex Pindaro. Vnde & uersus ille prouerbialis celebrat: Ἀλλοτε δ' ἄλλοῖος τελέθειν, κ̃ χώρυ ἕπεσθαι. i. Proq̃. loco nūc hūc fieri, nūc expedit illū.

Qui nos admonet, vti nos ad oēm vitæ rationem accommodemus, ac, Proteum quēdam agentes, prout res postulabit, in quamlibet formam transfiguremus. Plutarchus item ἀλλοῖος γίνομαι, dixit, p eo, quod est, in diuersam eo sentētiam. Quod quidem notat & Aristophanes in Pluto, qui monet uiuendum esse πρόποις ὅπ χωρίοις, i. moribus regionis, ac uernaculis. Eodē pertinet & illud, νόμος κ̃ χώρα, i. Lex etiam ipsa regio. Quo significatū est, unicuique regioni quēdam peculiaria esse instituta, quæ hospites non damnare, sed pro uirili nostra imitari, atque exprimere debeamus. Neq; quisquam existimet hoc adagio doceri fœdam adulationem, qua quidam omnibus omnia assentantur, aut uitiosam morum inęqualitatem, quā Horatius eleganter taxat in sermonibus, quāque historici notant in Catilina, atque in Anedio Cassio Imperatore. Nam in Alcibiade dubites, uitio ne, an laudi danda sit: certe felicissima quædam & admirāda fuit morum, & ingenij dexteritas, qui sic polypū agebat, ut Athenis, dicterijs, & salibus luderet, equos aleret, comiter & elegāter viueret. Idē apud Lacedæmonios radebatur, palliū gestabat, frigida lauabat. Apud Thraces belligerabatur, ac potabat. Vbi vero peruenisset ad Tiaphernē, delicijs, mollicie, fastuque iuxta gentis morem est vsus. Sed est quēdam difficilis, ac prefracta, morosaque simplicitas imperitorum, qua postulant, ut omnes ubique ipsorum duntaxat moribus uiuant, & quicquid alijs placet, id damnant. Rursum est honesta quædam ratio, qua boni uiri nonnunquā alienis moribus obsecundant, ne uel odiosi sint, uel prodesse non possint, aut ut è magnis periculis semet, aut suos eximant.

Quemadmodum fecit Vlysses apud Polyphēmum multa simulans, apud procos mē dicum agens. Item Brutus adsimulata stoliditate. Quanquam nihil uetat in notandis uitijs usum adagij latius trahere, nempe in homines uersatili quodam ingenio natos, qui talem ubique persōnā induunt, quales sunt ij, cum quibus contigit agere. Quod genus eleganter descripsit Plautus in Bacchidibus: Nullus, inquiens, frugi esse potest homo nisi qui bene & male facere tenet. Improbus cum improbis sit, harpaget, furibus furetur quod queat: Versipellem frugi conuenit esse hominem, pectus cui sapit: bonus sit bonis, malus sit malis. Vtcunque res sit ita animum habeat. Eupolis apud Athenæum:

Ἀνὴρ πολίτης πολύπους ἐς τ̃ πρόπον. i.
Vrbanus homo, qui moribus sit polypus.

Plutarchus in causis naturalibus citat ex Pindaro uersus hos.

Πόντιε θηρὸς χρωτὶ μάλιστα τ̃ νόον προσφέρων, ταῖς πάσαις πολιέων ὁμιλεῖ. i.
Marinæ belluæ colori maximē mentem accommodans, cum omnibus ciuitatibus consuetudinem habet. Atque eodem in loco causam reddit, cur id huic accidat pisci. Similem quandam metaphoram Aristoteles a chamæleonte duxit, primo moralium libro. Ait enim si quis a fortuna pendeat, cum illa subinde mutetur, futurum, ut ueluti chamæleon quispiam identidem uarietur, nunc felix, nunc miser, utcunque fors alio, atque alio vultu respexerit, ita hunc quoque vultum atque animum mutare. De chamæleonte meminit Plinius libro uigesimooctauo, capite octauo, scribens hoc animal magnitudine ferme par esse crocodilo: cæterum spinæ acutiore curuatura, & caudæ amplitudine distare. Nullum, inquit, animal pauidius existimatur; & ideo uersicoloris esse demutationis. Plutarchus in commentario De adulatione, scribit chamæleontem quemuis imitari colorem, præterquam candidum. Idem in Symposiacis

posiacis conatur causam reddere de polypo, quamobrem non tantum mutet colorem, quod & hominibus accidit in metu: uerumetiam sese ad saxi, quodcūq. id fuerit, colorem accōmodet. Sunt & aues quædam, quæ colorem pariter, & uocē mutēt pro temporibus anni, ut auctor est idem Plinius libro 10. cap. 29. & Aristoteles libro de natura animantium nono. In uoce mutanda principatum obtinet luscinia. Vnde & apud Euripidem Hecuba Polyxenam imitari luscinam iubet, seseq. in omnem uocē uertere, si quo modo queat Vlyssi persuadere, ne perimatur.

Cothurno uersatilior.

Εὐ μεταβολώτερος κοθόρνυ, i. Versatilior cothurno, dictum est in hominē parum constantem, lubricaque fide, qui ve incertæ & ancipitis esset factionis: similitudine ducta a calceamēto, q̃d Græci κόθορνον, Latini mutata literula cothurnum vocant? quo mos erat uti tragędiarum actoribus. Erat autē τετράγωνον κ̃ ἀμφοτεροδέξιον, hoc est, quadrangulum, & utrilibet cōueniēs pedi, quodq. uel dextro, uel sinistro pedi poterat accōmodari. Suidas addit eiusmodi fuisse, ut uiris pariter ac mulieribꝰ cōgrueret. Q̃d idē testat̃ illud Maronis:

-Alte suras uincire cothurno.

Prouerbiū autē duobus effertur modis, per comparationem, ὁ μεταβολώτερος κοθόρνυ, & per denominationem, ut hominē ipsum, qui se diuersis applicat partibus, κόθορνον appellemus. Sic. n. uocatus est Theramenes rhetor Athenienſis, Prodici Chij discipulus: propterea q̃, quasi duabus sederet sellis, idem & populi, & triginta uirū partibus studēs, & nunc huius, nunc illius factionis esse uideretur, uel potius utriusque. Plutarchus in præceptis ciuilibus, ἀλλ' ἐν ταῦθα δεῖ μάλιστα τ̃ θηραμένης κόθορνον ὑποδούμενον ἀμφοτέροις ὁμιλεῖν, κ̃ μηδετέροις προσίθεσθαι. i. Sed hic oportet maximē Theramenis cothurnū induentē, cū utrisque uersari, & neutris accedere. Lucianus in Amoribus, ὡς κ̃ ἐγὼ γ' ἂν δεξαίμην, εἴπερ ἐν δωματῷ, γενέσθαι θηραμένης ἐκεῖνος ὁ κόθορνος, ἵνα ἀμφω νενικηκότες ἐξισοι βαδίζοιτε. i. Itaq. optarim sanē, si modo fieri possit Theramenes ille fieri, q̃ cothurnus est dictus, ut ambo ex æquo uictores discederetis. Idē in Pseudologista Καὶ ὁ μὲν κόθορνόν τινα εἶπεν, εἰκάσας αὐτὸν τ̃ βίον ἀμφίβολον ὄντα τοῖς τοιῦ τοις ὑποδήμασιν. i. Et alius ei cothurni nomē imposuit: nimirū mores hominis incōstantes & ancipites, id genus calceamētis cōferēs. Plutarchus indicat & Niciæ ducī ob morū uafriciē cothurni cognomē fuisse uulgo tributū. Male audiit hoc nomine Marcus ēt Tullius. Homerus Martē, ni fallimur, subinde mutātē partes, nouo uerbo ἀλλοπρόσαλλον appellat. Nihil aūt uetat, quo minus adagiū in bonā trahatur partē, ut si qs hominē facilibus moribus, & quadā ingenii dexteritate, cū quominus hominū genere congruentē κόθορνον appellet: q̃ ob cā Homerus Vlyssem πολύτροπον dixit, quòd quamuis personam apte gereret, ducis, mendici, patrisfamilias.

Magis uarius, quàm hydra.

Ποικιλώτερος ὕδρας, i. Magis uarius, q̃ hydra, De callidis, ac dolosis, q̃ hydra serpēs sit uersicoloribus notulis distincta. Apte dicetur in uafros, ac uersipelles, aut ēt parum sibi cōstātes. Refertur senarius hic apud Athenęum libro Dipnosophistōn tertio:

Ἐποιήσατ' αὐτὸν ποικιλώτερον ταῶ, idest,
Fecistis hunc pauonibus uariū magis:

His affine est, quod Mnaseæ Colophonio poetę Salpę cognomen populari ioco fuit inditum, eo q̃ in carmine uarius esset. Nā is piscis mire picturatus est, aureis rubentibusq; lineis a ceruice ad caudā usq. per argentea latera certis interuallis deductis, cum alioqui sit illaudati saporis.

Gygis anulus.

Γύγου δακτύλιος, i. Gygis anulus. Quadrat uel in homines inconstantibus moribus, uel infortunatos, qui ueluti uirgula diuina, quicquid optāt, id suo arbitrio cōsequūtur. Huius adagii mētionē facit Lucianus in Votis, ubi q̃spiā optat sibi cōplures anulos eiusmodi, quales habebat Gyges, aliū quo ditesceret, aliū quo gratus & amabilis redd̃rēt, aliū p quē liceret volare, quocunq. libitū esset. Nā priscorū superstitio plurimum tribuit anulorū efficaciæ, ita ut uēditarent incantamētis uarie efficaces: alii contra morsus ferarū: alii aduersus calumniā, alii ad alia, uel depellenda incōmoda, uel commoda cōciliandā ijs, qui gestarēt. Vnde apud Aristophanem in Pluto:

Dicæus Sycophantæ minanti iudicium:
Οὐδὲν προτιμῶσι. εἰ φορῶ γὰρ πριάμωμας

Τὸν δακτύλιον τόνδε παρὰ δ' δάμα δραχμῆς. idest.

Non facio te huius, qñ gesto hũc anulũ,
Pretio drachmæ, mercatus ipsum ab Eudama.

Et rursum in eadem fabula:

Αλλ' ἐκ ἔνεστι συκοφάντου δίγματος. idest,

Attamẽ ad ictum Sycophantæ non inest.

Subauditur remedium. De anulo loquitur, adludens ad ferarum morsus. Natum est autem prouerbium ex huiusmodi quadam fabula, quam nõ grauatus est referre Plato libro de republ. secundo. Neque nos item pigebit hoc loco recẽsere. Gyges quidam, Lydi pater, pastor quispiam erat mercenarius, eius regis, qui per id tẽporis imperabat Lydorum populo. Cũ autem esset aliquando sæuissima tempestas coorta, imbrium maxima uis accidit, fulgura deniq; terræ etiam quassatio, ita ut in ea regione, in qua tum Gyges forte pascebat armenta terra ingenti hiatu sese diduceret. Quod cum ille animaduertisset, solus (nam cęteri pastores territi diffugerant) in hiatũ descendit, atq; ibi tum alia quædã dictu mira conspexit, tum equum quendã æneum ingentem, ac cauum. Inerat fenestra in equi latere, per eã uidit ĩ eius aluo cadauer hominis, maius humana specie. Huic nihil aderat uestiũ, aut gestaminũ, præter aureũ anulũ digito impositum. Eum ubi sustulisset, regressus è specu, paucis post diebus ad pastorũ cętũ redijt, in quo legatus de peculiorum rationibus, ad regem in mensęs singulos referendis, creandus erat. Hic, cũ apud alios assedisset, animaduertit, ut, si qñ fortè gemmam anulo inclusam introrsum uerteret, repente fieret, ut à nemine conspiceretur, ac perinde quasi non adesset: ita de eo reliqui fabularentur. Quod quidem factũ admiratus, rursum anuli palam extrorsum cõuertit, moxq. pastoribus cõspicuus esse cępit. Eius rei cũ ille diligẽtius, & sæpius fecisset periculum, iamq. sat exploratum haberet, hanc inesse uim anulo, ut, uersa ad se gemma, inconspicuus esset, uersa ad alios, conspicuus, effecit ut pastorum nomine legatus ad regem mitteretur. Profectus & uxorem regiã stuprauit, & de rege trucidando, cũ ea consiliũ inijt. Denique, confecto illo, ipse, regina in matrimonium ducta, è pastore repente factus est rex, idq. anuli fatalis beneficio. Meminit eiusdẽ lib. de rep. 10. Refert & M. Tullius libro de officijs tertio. Porrò Herodotus lib. 1. rem multo aliter narrat, nec ullã anuli facit mentionem. Huic simillimum illud: ἀδε κωνῆ, i. Orci galerus, quod alio reddemus loco.

Virgula diuina.

Ab hoc non admodum dissidet virgula diuina, quoties, quicquid optamus, id citra humanã operam, quasi diuinitus nobis significamus contingere. Propterea quòd antiquitas, quemadmodum in anulis, ita & in uirgis ferendis existimauit aliq̃ fatalem, ac ceu magicam inesse uirtutem. M. Cic. lib. de Officijs primo: Quod si nobis oĩa, q̃ ad uictum, cultumq. pertinent, uirgula, ut aiunt, diuina suppeditarentur. Citatur aliquoties & apud Nonium Marcellum, Varro in Virgula diuina. vt appareat hunc fuisse titulũ alicuius ex Menippeis, qui nimirũ & ipsi pleriq. feruntur prouerbiales. Adagium natum uideri potest potissimum ab illa uirga Homerica, q̃ ille Palladi tribuit, adeo celebri, ut de ea Antisthenes Cynicæ sectæ conditor, librũ conscripserit, eam cum suo, ut conijcio, baculo conferẽs. Huius locis compluribus meminit Homerus, cum Vlyssem è sene squalido repentè in iuuenem uertit, nitidumque facit, ac formosulum, Odisseæ N.

Ὡς ἄρα μιν φαμένη ῥάβδῳ ἐπεμάσατ' ἀθήνη.

Sic effata uirũ uirga demulsit Athena.

Eundẽ rursus ex iuuene uertens in senẽ, Odysseæ π.

Αγχι παριστάμενη λαερτιάδῃ ὀδυσῆα
Ῥάβδῳ ὄπιπλυγῦ ἀ πάλιν ποίωσε γέροντα. idest,

Cominus assistẽs Ithacęsẽ Pallas Vlyssẽ
Restituit senio diuinæ uerbere virgæ.

Rursum in eodem libro, cum eũ iuuentuti reddit, ac robur adauget:

Η ῥ' χρυσείῃ ῥάβδῳ ἐπεμάσατ' ἀθλώη. i.

Dixit, & aureola uirga demulsit Athene.

Eũdem ad modum Mercurio quoq. ut incantatori uirgam monstrificam tribuit, quam caduceum uocant, Odisseæ ω.

Ἔχε δ' ῥάβδον μετὰ χερσὶν
Καλὴν χρυσείην, τῇ δ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
Ων ἐθέλει τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. idest,

Tum manibus uirgam capit aureolam, atque decoram.
Hac, qb. est uisũ, demulcet lumina sõno,

Atque

Atq; alijs rursum dissoluit lumina sõno.

Eadẽ ferme repetit Odysseę E. & Iliad. Ω.

Αὐτίκ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα
Αμβρόσια, χρύσεια, τά μιν φέρον ἠμὲ μετ' ἐφ' ὑγρὴν
Η δ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν, ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο.
Εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
Ων ἐθέλει· τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. idest.

Mox, ubi iã pedib° talaria subdidit aurea.
Pulchraque & ambrosiam spirantia, quæ simul illum
Aera per liquidũ, simul ampla per æquora uastæ
Telluris, uenti flatu comitante, ferebant
Tum virgam capit, hac demulcet lumina somno (eadem.
Quorumcunq; velit, somnũ quoq; pellit
Hunc imitatus Maro, sic eiusdem caduceum describit Æneidos quarto:

Tum uirgam capit. hac animas ille euocat orco
Pallentes alias sub tristia tartara mittit.
Dat somnos, adimitq;, & lumina morte resignat.
Illa frenis, agit uentos, & turbida tranat Nubila.

Neque Circæ ad sua monstra peragenda uirga defuit in transformandis socijs Vlyssi Odyss. K.

Ῥάβδῳ πεπληγυῖα κατ' συφεοῖσιν ἐέργνυ.
Οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς. idest,

Compulit in numerum porcorum uerbere uirgæ
Percussos, & erant illis capita ecce suilla.

Rursum paullo inferius,

Οπποτέκεν κίρκης· ἐλάσει σημήνει ῥάβδῳ. idest,

Circę ubi te feriet plõgę uerbere virgę.

Aliquãto pòst, Vlysses solus, epoto Circes poculo, non transformatus in pecudẽ,

Αὐτὰρ ἐπεὶ δωκέντε καὶ ἐκπίον, οὐδέμ' ἔθελξεν
Ῥάβδῳ πεπληγυῖα. idest.

Verum, ubi porrectum poculum ebiberã, neque uirga Ictum me demulsit.

Deniq;, cum ad gratiam Vlyssis, socios pristinæ restituit figuræ, virgæ ministeriũ adhibuit. Fortassis huc pertinet, q̃ regibus etiam uirga tribuebatur, quam sceptrum uocant. Vnde apud Homerum aliquoties, Σκηπτοῦχοι βασιλῆες, i. Sceptrigeri reges. Eodem respicit, quod alibi retulimus, Laureum porto baculum.

Stultus stulta loquitur.

Euripides in Bacchis, Μωρὰ γὰρ μωρὸς λέγει, i. Nam stulta stulti oratio est. Totidem uerbis Esaias eam sententiam extulit. Seneca ad Luciliũ: Apud Græcos, inquit, in prouerbiũ cessit: Talis hominibus fuit oratio, qualis uita. Hoc cuiusmodi fuerit, parum liquet, nisi quòd tale quoddam carmen extat, Græcis celebratum:

Ανδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται. i.

Hominis figura oratione agnoscitur.

Democritus Philosophus apud Laertiũ orationem εἴδωλον τοῦ βίου, idest, vitę simulacrum, quandamq; uelut umbram esse dicebat. Qua quidem sententia nihil dici poterat uerius. Nã nullo in speculo melius, expressiusq; relucet figura corporis, quam in oratione pectoris imago repręsentatur. Neque secius homines ex sermone, quàm ærea uasa tinnitu dignoscuntur.

Oculis magis habenda fides, quàm auribus.

Ωτίων πιστότεροι ὀφθαλμοί, i. Oculis credendum potius quàm auribus. Quæ cernũtur, certiora sunt, quàm quæ audiuntur. Item Horatius:

Nec retinẽt patulę cõmissa fideli° aures.

Idem in Arte poetica:

Segnius irritant aĩos demissa per aurem,
Quàm quę sunt oculis subiecta fidelibus,
Ipse sibi tradit spectator. (& quæ

Quamquã id quidẽ paulo alienius. Propius huc pertinet, q̃ Plautus manus Lenę uocat oculatas, non auritas, vt quæ id demum crederent, quod viderent. Rursum, q̃ historia quam gestarum rerum esse uolunt, dicta sit παρὰ τὸ ἱστορεῖν, quod est uidere. Postremo figmentũ illud Virgilianũ de duab° apud inferos portis: Eburna, qua significant ea, quæ per os exeunt, ob dentiũ eburnũ candorẽ; Et Cornea, qua, quæ conspiciuntur oculis, uolunt intelligi, ob popularũ nigrorem. In summa, ad cognitionẽ magis faciunt aures, ad fidem faciendam certiores sunt oculi. Vnde & vulgo, si quis fabulã narret, parũ uerisimilem, rogare cõsueuimus, num ea conspexerit. Quod si neget, uerũ audisse modo, ridetur. Prouerbiũ refertur in epistola Iuliani ad Leõtiũ: ὁ λόγος ποῖος ὑ θύριος, ὥστε εἶπεν ἀνθρώποις ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα. i. Sermo q̃dã Thurius dixit, aures hõminibus minus

esse fideles, quàm oculos. Thurium appellauit, indicans Herodotum dicti auctore, uel ob impetum diuinum, uel quòd is scriptor apud Thurios uixit, & mortuus est. Sumptum est autem ex Chione, ὥστε γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισιν ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. idest, Nam hominibus minus fideles sunt, quàm oculi.

Diomedis, & Glauci permutatio.

QVAE refertur apud Homerũ Diomedis, & Glauci permutatio, in prouerbium abijt, quoties inæqualem commutationẽ significamus, hoc est, deteriora pro melioribus reddita, χρύσεα χαλκείων, i. aurea pro æreis. Nã li. Iliados sexto, poeta Glaucum quempiam inducit, Hippolochi filiũ Lyciorum ducem, iactãtiusculum & ostentatorem magis, quam pugnacem. Contrà Diomedem uastum, callidumque. Hi duo congrediuntur μονὸ μαχησόμενοι, idest, singulari certamine inter se dimicaturi. At Glaucus, rogatus a Diomede, quis nã hominum, aut deorum esset, longa oratione natalium suorum seriem exposuit, patriam Lyciam, ciuitatem Ephyram indica uit. Mox Diomedes, utpote Græcus, hominis barbari stuporem ex orationis arrogantia intelligens, illudendum magis ratus, quàm occidendum, respondit suis maioribus cum illius progenitoribus uetus hospitium, ac necessitudinem intercessisse, muneraq; hospitalia, quæ xenia uocãt, inter ipsos ultro, citroq; data. Iamq; defixa humi lancea, cœpit hortari, ut omissa pugna, maiorum suorum amicitiam inter ipsos renouarent, alterq; alteri in Lycia, alter in Argo hospitem præstaret, simulatq; incolumes in patriam redissent. Interim, si qñ forte fortuna occurrissent, armis inuicẽ abstinerẽt, inter se duntaxat religionẽ hospitij custodientes, in reliquos nihilominus iure belli usuri. Tum, ne id videamur, inquit, proditionẽs magis, quàm hospitij obseruantia facere, arma inter nos permutemus, quo reliquus exercitus intelligat, nos maiorũ necessitudine deuinctos esse. Quibus dictis, uterque ex equo desiliũt, datis dextris, ac, fide pacta, ueluti fœdus quoddam hospitij sanxerunt, permutatis armis, sed admodum inæqualibus.

Ἐνθ' αὖτε γλαυκῶπις, inquit Homerus, κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
Ὃς πρὸς τυδείδην διομήδεα τεύχε' ἀμείβε.
Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι ἐννεαβοίων.

Iuppiter hic stupidum spoliauit pectore Glaucum,
Qui cũ Tydide mutarit ptinus arma, &
Aurea donarit, sibi reddenti ærea, centũ
Bobus emenda daret demens, pro uilibus, atque
Quæ uix esse nouem dicas redimenda iuuencis.

Vsurpatum est adagium passim a laudatissimis auctoribus. Plato in Phædro, faciens Socratem Alcibiadi suo more respõdentem, quòd lucri cupidus formam corporis, forma mentis meliore commutare uellet, καὶ τῷ ὄντι χρύσεα χαλκείων διαμείβεσθαι νοεῖς. i. Et cũ his, quæ uere aurea sunt, æreis commutare cogitas. Quãquam interpres pro æreis, uertit aurichalcum. Item Aristoteles quinto Moralium libro de iustitia, Qui uero dat sua, quẽadmodũ Diomedi arma sua dedit Glaucus, ut dicit Homerus, χρύσεα χαλκείων, & reliqua. Plutarchus, aduersus Stoicos scribens, eleganter huc torquet, ut dicat, non admodum iniquam fuisse permutationem Glauci, propterea quòd arma ferrea nõ minus usui sint pugnaturis, quàm aurea: sed, qui corporis ualetudinem anteponit honesto, aut uirtutem relinquit ob bonã corporis ualetudinem, is uere permutat χρύσεα χαλκείων. Cicero in Epistolis ad Atticum lib. 6. Habes ad omnia non, ut postulasti, χρύσεα χαλκείων, sed paria paribus respondimus. Vtrunque prouerbium esse significat Cicero, Par pari, de æquali pensatione, χρύσεα χαλκείων, de inæquali cõmutatione. Plinius iunior in epistola ad Flaccum: Recipiens epistolas steriles, & simpliciter ingratas, ac ne illam quidem solertiam Diomedis in permutando munere imitantes. Martialis in epigrãmatis:

Tam stupidus nunquã nec tu puto Glauce fuisti,
Χρύσεα donanti, χάλκεα qui dederas.

A. Gellius Noctiũ Atticarum li. 2. Ceciliana translationẽ cũ ipso Menandro, quẽ uerterat, cõponẽs, atq; expẽdẽs, ostẽdensq; quantũ a Græcanica uenustate degeneret: Diomedis, inquit, hercle arma, & Glauci, non dispari magis pretio ẽstimata sunt. Fit huius adagij mentio ẽt in prœmio Pãdectarum iuris Cæsarei, his uerbis. Nostris temporibus talis legum inuenta est pmutatio, qualem apud Homerum patrẽ omnis

nis virtutis, Glaucus, & Diomedes inter se faciunt, dissimilia permutãtes. Nam ille significat pro relictis inutilibus, ac fastidiendis voluminibus, recepta tum meliora, tũ breuiora, hoc est, permutationẽ factam uehementer inæqualem. Ergo cõueniet uti, quoties officium aut munus longe impari munere pẽsatur, aut contrà. Aut quoties aliquis rem pecuniariam auxit, sed dispendio famæ: magistratum assecutus est, sed iactura bonæ mentis: lautam fortunam reperit, sed amisit animi tranquillitatem.

Multæ regum aures, atque oculi.

Ὦτα καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέων πολλοί, i. Aures, atque oculi regum multi, q̃ per exploratores obseruent, quid quisque dicat, faciatve. Idem refertur a Luciano in libello, cui titulus, De mercede seruientibus, ac rursus, aduersus ineruditum. Eiusdem meminit & Aristoteles in tertio Politicorum. Hoc genus homines Græci uocant ὠτακουστάς, quos primus Darius minor adhibuit, sibi diffisus. Dionysius Syracũsanus addidit προσαγωγίδας, id est, exploratores, auctore Plutarcho. Allegoria inde ducta est, quòd regibus complures ubique sunt exploratores, atque ob id oculi regum dicuntur, complures auscultatores, quibus uelut auribus utuntur. Neque desunt manus, & pedes quamplurimi, fortassis ne uentres quidem. Vide, cuiusmodi portentum sit tyrannus, & quàm formidandum, tot oculis, ijsque emissitiis, tot auribus, ijsque tam asininis, ac longis, tot manibus, tot pedibus, tot ventribus, ne reliqua parum honesta commemorem, instructum. Aristophanes in Acharnensibus, Pseudartabam, regis oculum appellat, q̃ per eum cognosceret, quid ageretur. Aliter autem Andromache apud Euripidẽ, filium uitæ oculum uocat:

Εἷς παῖς ὁ δ' ὢν μοι λοιπὸς, ὀφθαλμὸς βίου. i. Erat relictus gnatus hic mihi unicus, Vitæ oculus.

Propterea quòd unicum esset in uita oblectamentum. Nam oculo nihil carius. Vnde, quos adamamus, oculos uocamus.

Longæ regum manus.

QVOD ab Ouidio scriptum est:

An nescis longas regibus esse manus?

Etiam uulgo in ore est: A regibus cauẽdum, quòd eis prælonga sint brachia. Nimirum, quòd per suos, quibus brachiorũ uice vtuntur, possint etiam procul dissitos affligere. Potest & ad tempus referri, q̃ reges, etiam si diutius dissimulent, soleãt tamen aliquando pœnam sumere de iis, quibus infensi fuerint: uel Homero teste, apud quem Iliados A. Calchas ad hunc loquitur modum:

Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηι.
Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ ἀτυῆμαρ κατα μείνῃ,
Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ, id est,

Rex Deus est, quoties succẽsuit inferiori.
Quanquam etenim in præsens feruẽtem concoquit iram,
Post odit tamen, usque odium dum expleuerit ultus.

Clauum clauo pellere.

Ἧλῳ τὴν ἧλον ἐκκρούειν, i. Clauum clauo pellere. καὶ παππάλλον παππάλῳ ἐξέκρουσας id est, paxillum paxillo pepulisti, id est, malum alio malo depulisti. Lucianus ĩ Philopseude, καὶ ἥλῳ, φασὶν, ἐκκρούεις τὴν ἧλον. i. Et clauo, quod aiunt, extundis clauum. Idem in Apologia: Δέδοικα μὴ πρὸς τῇ ὑπεφερομένῃ κατηγορίᾳ κολακείας αἰτίαν προσλαβὼν κτ. διόρισκωμαι, ἥλῳ, φασὶν, ἐκκρούων τὴν ἧλον, τῷ μείζονι τὴν σμικρότερον. i. Vereor, ne, si ad intentatum crimen, etiã adulationis accusationem adiunxero, clauum, quod aiunt, clauo pellere uidear, maiore minorem. Aristoteles libro Politicorum quinto, capite penultimo, scribit, tyrannis amicos esse uiros improbos, & adulatores. Nam hos demum illis utiles esse, quippe malos ad mala. καὶ χρήσιμοι οἱ πονηροὶ, εἰς τὰ πονηρὰ· ἥλῳ γὰρ ὁ ἧλος, ὥσπερ ἡ παροιμία. i. Clauus enim clauo, subaudi, truditur, ut habet prouerbiũ. Synesius ad Olympium: Λυπῶσι τὴν ἐκκλησίαν ἀλλότριοι πονηροὶ, διαβεβηκότες καθ' αὑτήν· παππάλοι γὰρ παππάλους ἐκκρούονται. i. Ecclesiam uexant externi improbi, illos inuade. Nam paxilli paxillos excutiunt. D. Hieronymus ad Rusticum monachum: Philosophi sæculi, inquit, solent amorem uetterem amore nouo, quasi clauum clauo, pellere. M. Tullius Tusculanarum quæstionum libro quarto: Loci denique mutatione tanquam ægroti non conualescentes sæpe curandus est, etiam nonnunquam

quodam amore ueterem amorem, tanquã clauum clauo eijciendum putant. Iulius Pollux in nono libro scribit, adagium esse natum à lusu quodam, qui κυβαλισμὸς uocetur, quo paxillum argillosæ terræ in fixũ, altero impacto paxillo excutiebant: Citatq; senarium hunc prouerbialem:

Ἡλῳ τὴ ἧλον, παπάλῳ τὴ πάπαλον. i.

Clauumq. clauo, perticamq. pertica.

Locus igitur adagio, non modo cum uitium uitio, malum malo, dolum dolo, vim vi, audaciam audacia, maledicentiam maledicentia retundimus: uerumetiam, quoties rem, vtcunque molestam, diuersa molestia profligamus: ut, cum libidinum incitamenta, laboribus obruimus: curam amoris alijs maioribus curis domamus. Eusebius in Hieroclem: Δαίμονας γὰρ ἀπελαύνει, ἄλλον ἄλλῳ, ἥ φασι, δαίμονι, i. Dęmones enim abigit, alium alio, quemadmodum aiunt, dæmone. mirum ni adludens ad hoc prouerbium. Nec abhorret his ille Publij Mimus:

Nunquã periclum sine periclo uincitur.

Malo nodo malus quærendus cuneus.

Ad hanc sententiam adludit & illud: Malo modo malus est quærendus cuneus. Ita diuus Hieronymus ad Oceanum: Interim iuxta uulgare prouerbium, malo arboris nodo malus cuneus requirendus est. Eo licebit uti, quoties malum simili malitia retundimus. Sumptum à sectoribus roborum, qui, siquando durior in ligno nodus inciderit, nolunt in eo periclitari securim, verũ cuneum quẽpiam durum magis, quàm bonum inserunt. Congruit huic illud Sophoclis apud Plutarchum: ἐν τῷ περὶ τῆς ἀθυμίας.

Πικρὰν χολὴν κλύξοισι φαρμάκῳ πικρῷ. i.

Remedio amaro bilem amaram diluunt.

Malum malo medicari.

Τὸ κακὸν κακῷ θεραπεύειν, i. Malũ malo medicari. Est malũ aliud alio malo tollere. Sophocles in Aiace Mastigophoro:

Εὔφημα φώνει, μὴ κακὸν κακῷ διδοῦς
Ἄκος, πλέον τὸ πῆμα τῆς ἀτης τίθει. i.

Bene ominata loquere, ne malum malo
Medicans, & hancce noxã adaugeas tibi.

Dehortat Aiacẽ Tecmessa, ne malo ísanię addat alterũ maiꝰ malũ, spõtaneã cędẽ sui. Et Herodotus in Thalia: μὴ τὸ κακὸν τῷ κακῷ ἰῶ. id est. Ne malo medearis malo.

Morbum morbo addere.

Morbvm morbo addere, idest, conduplicare malum. Euripides in Alcestide:

Μὴ νοσοῦντι μοιχόσον
Προσθῇς. ἄλις γὰρ συμφορᾷ ζαρύνομαι. i.

Ne tu mihi morbo laboranti alterum
Appone morbũ; nã sat hoc premor malo.

Eiusdẽ figuræ est Homericũ illud Iliad ξ.

Μή πῃ τὶς ἐφ' ἕγκει ἕλκος ἀρηται. i.

Vulneri uti nequis uulnus tibi forsitan addat. Sophocles item:

Δεύτεραν ἔπαισας ἐπὶ νόσῳ νόσον. i.

Morbo quidẽ morbũ addidisti tu alterũ.

Non alienum est ab hac forma, qd' est apud Homerum Iliados H. αἰνῶθεν αἰνῶς, cum indicamus acerbis addi acerbiora. Sic enim ibi loquitur Menelaus:

ἦ μὲν δὴ λώβη τάδε γ' ἔσεται αἰνόθεν αἰνῶς. i.

Dedecori res ista pfecto dedecus addit.

Ignem igni ne addas.

Μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ, id est, Ne incendium incendio addas. Vsurpatur à Platone. Sensus liquet. Ne calamitatem adiungas calamitati, ne commotum magis etiã commoueas. Diogenianus putat à carbonario quodam esse natum, qui inualescente incendio conflagrarit, clamans interim, μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ. Plato libro De legibus secũdo, uetat, ne pueri ad annum usque duodeuigesimum uinum bibant, ne, si uini calor accesserit ad feruorem ætatis, ignem igni suggerere uideantur. Idem Plutarchus in Præceptis coniugalibus: μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ γύνηται, idest, Ne ignis ad ignem accedat. Vtitur idem, cum alijs aliquot locis, tũ in pceptis De ualetudine: ἵνα ἓν μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ, ὥς φασι, πλησμονὴ τὶς ἐπὶ πλησμονῇ καὶ ἄκρατος ἐπὶ ἀκράτῳ γένηται. i. Vt ne igitur ignis ad ignẽ, quẽadmodum prouerbio dicitur, expletio ad expletionem, merum ad merum addatur.

Oleum camino addere.

Affinem huic habet sententiam, Oleum camino addere, pro eo, quod est: Malo fomentum, ac uelut alimoniam suppeditare, quo magis ac magis augescat. Horatius in Satyris:

Adde poemata nunc, hoc est, oleũ adde camino. Idest, Adde maioris insaniæ materiam. Vsurpat hoc diuus Hieronymus ad Eustochium: Vinum, & adolescentia duplex

duplex est incendium uoluptatis. Quid oleum flammæ adijcimus.

Oleo incendium restinguere.

Ἐλαίῳ πῦρ σβεννύεις, i. Oleo restinguis incendium, dici solitum, ubi quis ea admouet remedia, quæ malum magis ac magis exacerbent: Veluti, si quis animi tristitiam fœdis uoluptatibus obruere conetur. Aut si quis offensum, iurgiis, & conuiciis uelit placare. Quod si dicatur εἰρονικῶς, nihil differet a proximo. Huc respexit Lucianus in Timone, cum ait: Si quem aspexerit incendio conflagrantem, pice, atque oleo se velle restinguere.

Vlulas Athenas.

Γλαῦκας εἰς ἀθήνας, idest, Vlulas Athenas: subaudiendum, portas, aut mittis. Cõueniet in stultos negotiatores, qui merces eo comportant, ubi per se magis abundãt, ut si quis in Ægyptum frumentum; in Ciliciam crocum inuectet Venustius fiet, si metaphora ad res animi transferatur, ut si quis doceat doctiorẽ, carmina mittat poetę, consilium det homini cõsultissimo. Cicero ad Torquatũ: Sed rursus γλαῦκας εἰς ἀθήνας, qui hæc ad te. Idem ad fratrẽ: Et tibi versus, quos roga, hoc est, Athenas noctuam mittam. Aristophanes ἐν ὄρνισιν.

Τί φῄς, τὶς γλαῦκ' ἀθήνας ἤγαγε, i.

Quid ais? quis, oro, uehit Athenas noctuam?

Vsurpant idem atque exponit Lucianus in Epistola ad Nigrinum: Porrò parœmia inde fluxit, quòd noctua ĩ Attica plurima est, ei regioni quasi peculiaris. Fertur autem uersari in Laureo Atticæ loco, ubi auri metalla sunt, unde & Laureoticæ noctuæ uocantur. Hæc auis Atheniensium populo quondam erat gratissima, ac Mineruæ sacra habebatur, propter oculos cęsios, quibus etiam in tenebris perspicit, quæ uulgus auium non uidet. Vnde, & auspicata consiliis credebatur, id quod indicat prouerbium, γλαῦξ ἵπταται, id est, Noctua uolat. Dictum est & illud de Minerua, quòd Atheniensium male consulta, in bonum exitum uerteret. Dæmon autem apud Aristophanis interpretem existimat, non ob id solum dici, noctuas Athenas, quòd Athenis noctuarum sit copia, sed quod in nũmis etiam tum aureis, tum argenteis Atheniẽsium noctua insculpi solebat, una cum facie Mineruæ. Porrò nummus appellabatur τετράδραχμον, id est, quatuor drachmarum, cum antea soliti fuissent uti nomismatibus didrachmis, quorum insigne erat bos: unde etiam natum est prouerbium illud: Bos in lingua. Sunt, qui tradunt apud eosdem fuisse triobolum, quod & hemidrachmum appellãt. Nam drachma senos obolos cõtinet. Triboli nomisma, ex una parte Iouis effigiem habebat, ex altera noctuæ. Proinde absurdum uidebatur noctuam Athenas deportare, cum illic passim omnia noctuis abundarent. De nomismate Atheniensi testatur & Plutarchus in uita Lysandri, cum de seruo meminit, qui domini sui furtum αἰνιγματικῶς indicans, ait: multas sub te gulis cubare noctuas: ostendens illic abditas pecunias, noctuis insignitas.

Memorem mones, doctum doces, & similia.

Identidem in Plautinis, ac Terentianis comędiis occurrit: Memorem mones, & doctum doces. Idem pollet Græcanicum illud: λαλεῖς πρὸς ἔχοντα τὴν σήμλω, id est, Loqueris ei, qui ipse rem calleat. καὶ εἰδότι λέγεις, id est, Scienti narras. Plato in Hippia maiore, εἰ δότι μὲν ἐρεῖς ὦ σώκρατες, i. Hęc sciẽti Socrates narrabis. Euripides in Hecuba:

Οὐ καινὸν εἶπας, εἰδόσι δ' ὠνείδισας, i.

Dixit nouum nil, sed probe scientibus
Hæc opprobrasti.

Homerus cũ alias aliquoties, tũ Odyss. P.

Γινώσκω, φρονέω, τάγε δὴ νοέοντι κελεύεις. i.

Et noui, & teneo, iã narras ista sciẽti.

Idẽ Iliados Ψ. de Nestore admonẽte filiũ,

Μήθεϊτ' εἰς ἀγαθὰ φρονέοντι νοέοντι καὶ αὐτῷ. i.

Dixit amico aĩo, licet hæc per se sapiẽti.

M. Tullius lib. Epist. ad Atticum nono. Mirandũ enim in modo Cn. noster Syllani regni similitudinẽ cõcupuit εἰ δόσι λέγω.

Si crebro iaciat, aliud aliàs ieceris.

Aristoteles in libello De diuinatione, quæ fit ex insomniis, uersum huiusmodi prouerbialem citat:

Si crebro iacias, aliud alias ieceris.

Quo significatum est, oportere rẽ sępiꝰ tentare, neque defatigari protinus, si quãdo parum ex animi sententia ceciderit. Futurum enim, ut iterum atque iterum periclitanti, felicius aliquando cadat. Aristoteles

lis uerba sunt hęc: ὥσπερ, μὲν καὶ λέγεται. ἂν πολλὰ βάλλῃς, ἄλλοτ' ἄλλοῖον βαλεῖς. Agit aūt de insomniis melancholicorum, in quibus non existimat esse diuinationē ullā, tametsi fit nonnunquam, ut quidam euentus somniis illorum respondeāt. Sed non esse mirandum, cum uitio naturæ plurima, ac uaria somnient, aliquando existere συμπτώματα, id est, casus, qui forte pariter sic eueniant, ut est ab illis somniatum. Themistius hunc locum sic circumloquitur, interprete Barbaro: Nam, qui totum diem iaculantur aliquando collimāt, & præmium capiunt. Vetus adagium est: Si sæpe iactaueris, aliquando Venerem iacies. Sunt, qui putent, nec absurde, metaphoram a sagittariis, non ab aleatoribus esse ductam. Nam & hoc significat βάλλειν. Subesse uero argutiam in eo uerbo, quod in priore parte significat mittere sagittam, in posteriore ferire. Fit autē, ut, qui crebrius iaculentur, uel fortuito aliquando scopum attingant. Tametsi M. Tullius libro De diuinatione secundo, de symptomatis agens, de quibus modo dictum est à nobis, ad utrumque refert metaphoram. Quis est enim, inquit, qui totum diem iaculans non aliquando collimet? Totas noctes somniamus, neque ulla fere est, qua non dormiamus, & miramur aliquando id, quod somniamus euadere? Quid est tam incertum, quam talorum iactus? Tamen nemo est, quin, sæpe iactans, Venerem iaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum, ac tertium. Porrò Veneris iactum in hoc lusus genere fuisse quondam felicissimum, palam arguit apud Suetoniū Octauius Augustus in epistola quadam ad Tiberium: Inter cænam, inquit, lusimus γεροντικῶς & heri, & hodie. Talis enim iactatis, ut quisque Canē aut Senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat, quos tollebat uniuersos qui uenerē iecerat, Hactenus Augustus. Quadrabit & in eos, qui casu, non arte quippiam assequuntur. Extat & hodie uulgo iocus prouerbialis in cæcum, qui cornicem iaculos fixerit.

Malum consilium.

MALVM consilium consultori pessimū. Senarius est prouerbialis in eos, in quorū caput recidit, quod aliis perperam consuluerūt. Siquidem, vt dicunt Græci, ἱερὸν ἡ βουλή, i. Sacra quædam res est consilium. Atque: ut est libenter accipiendum, cum res postulat, ita est religiose, citraque fraudem dandum, si quis egeat. Alioqui non defuturum est numen aliquod, quod pœnas repetat ab eo, qui rem sacram, ac diuinam, perfidia uiolarit: A. Gellius Noctium Atticarum lib. 4. cap. 5. putat adagium hoc ex historia quadā natum, eamque ex annalibus Maximi, narrationibusque Verrii Flacci refert ad hunc modum: Statua Romæ in comitio posita Horatii Coclitis uiri fortissimi de cęlo tacta est. Ob id fulgur piaculis luendum, aruspices ex Hetruria acciti, inimico atq. hostili in populum Romanum animo, instituerant eam rem contrariis religionibus procurare, atque illam statuam suaserunt in inferiorē locum perperam transponi, quem sol op positu circumundique aliarum ędium nū quam illustraret: Quod cum ita fieri persuasissent, delati ad populum proditique sunt: & cum de perfidia confessi essent, necati. Constitità eam statuam perinde, vt ueræ rationes post compertæ monebant, in locum editum subducendam, atque ita in area Vulcani sublimiore loco statuendam. Eaque res bene & prospere reip. cessit. Tunc igitur, quòd in Hetruscos aruspices animaduersum, uindicatumq. fuerat, uersus hic scite factus, cantatusque a pueris, urbe tota fertur:

Malū consilium, consultori pessimum est.

Hactenus quidem Gellius. Porrò Valerius Maximus lib. 7. rem quandam haud dissimilem memorat de Papirio Cursore, qui, cū consul Aquiloniam obsideret, uelletq; prelium cōmittere cū hostibus, nisi si quid auspicia refragarentur, ac cōsultus pullarius suadere, vti cōmitteret, cū aues infausta nunciassent, recognita pullarium in prima acie constituit. Is primo traiectus telo uiolatam religionem expiauit. Meminit huius rei T. Liuius decadis primæ lib. 10. Nec dissimile est quod refert Socrates in historia tripartita, Eutropius Eunuchus, dum studet in quosdam, qui ad templū confugerant, animaduertere, persuasit Imperatori, ut ferretur lex, qua tēpli religio nulli prodesset nocēti. Lata lege, factū est, ut Eutropius, cum offendisset Cęsarē, confugeret sub altare, unde protractus capite plexus est, suo ipsius consilio perditus. Virgilius tacite notauit parœmiam in

Æneidos duodecimo libro, cum ait:

Cadit ipse Tolumnius augur,
Primus in aduersos telum qui torserat hostes.

M. Varrò lib. de Re rust. 3. cap. 2. palam citat adagium his uerbis: Opinor inquā, non solum, quod dicitur, Malum consilium consultori esse pessimum, sed etiam bonū consilium ei, qui consuluit, & qui consuluitur, bonū habēdum. Sophocles in Electra: Βουλὴς γὰρ οὐδὲν ἔστιν ἐχθίον κακῆς. idest.

Res nulla consilio nocentior malo.

noxam ad eum referens, cui consilium datur, Apparet autem senariū hunc Latinū, id quod & Gellius admonuit de Græcis illis Hesiodi uersibus expressum esse, qui legūtur in opere, cui titulus ἔργα καὶ ἡμέραι.

Οἱ αὐτῶν κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων.

Ἡ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. i.

Ipse sibi nocet is, aliū qui lędere quærit.

Cōsultū male, cōsultori pessima res est.

Plutarchus in cōmentario De audiēdis poetis, existimat huius uersiculi eandem esse sententiam, q̄ sit dogmatis Platonis in Gorgia: ubi Socrates dicit, peius iniuriā facere, q̄ iniuriā pati, & dānosius esse malo afficere, q̄ affici. Extat in hanc sentētiam & Apologus Græcus nō inuenustus, nec omnino indignus, quē his cōmentariis adiungamus. Leonem ob senectam ęgrotantem, & ea causa suo in lustro cōtinentē sese, cætera quidē animantia officii gratia uisebāt regē suum, excepta uulpe. Proinde lupus, nactus oportunitatem, accusauit uulpem apud Leonē lęsæ maiestatis, quæ p̄ nihilo haberet eum, penes quē rerū erat summa, nec ob contemptū ad uisendum accessisset: atque interea interuenit in lupi fabula uulpes, & extremam sermonis partem audiuit. Itaq. Leo conspecta uulpe, protinus aduersus eam infremuit. At illa, postulato ad purgandum sese spatio, Et quis, inquit, omniū, qui huc conuenerunt, tantum tibi profuit, quantum ego, quæ quoquo uersū circūcursitaui, tibiq. morbi remediū a medicis reperi? Gumq; Leo protinus edixisset, ut remedium aperiret: Si uiuum, inquit, lupū excories, & illius pellē induas, conualesces. Leo credulus, continuo lupū iuugulauit, & interemit. Quo extincto, risit astuta uulpes, calumniatoris malum cōsilium in ipsius recidisse caput. Carmen aūt refertur à Plutarcho & hunc in modum:

Ὃς δ' ἄλλῳ κακὰ τεύχει, ἑῷ κακὸν ἥπατι τεύχει.

Damna parans aliis, proprio parat e pati damna.

Suum cuique pulchrum.

PROVERBIALIS sententia, Suum cuique pulchrum, in eos, quibus sua, qualiacunque sunt, tamen studio quodam magis, quam iudicio, placent. Est autem a cōmuni mortalium ingenio sumpta, quibus usque insita est illa φιλαυτία, id est, amor sui, ut neminem tam modestum, tam attētum, tam oculatum inuenias, quin in propriis æstimandis, quadam animi propensione corruptus cæcutiat, atq. hallucinetur. Proinde uere scripsit Arist. lib. Rher. 2. ἐπεὶ δ' φίλαυτοι πάντες, καὶ τὰ αὐτῶν ἀνάγκη ἡδέα εἶν πᾶσιν. οἷον ἔργα, λόγους, διὸ καὶ φιλοκόλακες ὡς ὀπτοποιοί. i. Quū aūt oēs sui sunt amantes, & sua cuique iucunda esse necessum est, ut facta dictaq̄: id circo plerumque etiā assentatoribus gaudent, Id tametsi omnibus generaliter uerum est, ut sit, quemadmodum ait Horatius, Cæcus amor sui, tamen in artifices, atque ex his potissimum in poetas, ad hæc in amantes præcipue quadrare uidetur. Etenim rectissime scripsit Aristoteles quarto Moralium libro. Suo quenque artificem opere impensę delectari, non aliter, quam rebus quibusdam ex sese prognatis. Neque secus adamant, sua carmina poetę, quam parentes liberos. Est enim artificis opus, quasi quidam ingenii fętus, de quo Socrates ait, rectius iudicare obstetricem, quam matrem ipsam. Sponsis item amantibus mos est, suam cuique sponsam certatim extollere. Cuius rei sat magnum exēplum extat de Tarquiniis adolescentibus. Vnde & hodie uulgo scitē dicunt. Nullū reperiri deformem amasium. Propterea q̄ amanti uel non pulchro pulcherrima uideantur. Quam sententiam eleganter extulit Theocritus in Ecloga sexta.

Ἡ γὰρ ἔρωτι,
Πολλάκις ὦ πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ καὶ καλὰ πέφαντα. idest,

Etenim haud raro Polypheme,
Quæ minime sunt pulchra, ea pulchra uidentur amori.

Plato prouerbiū extulit in Lyside, sed uerse, καὶ κινδυνεύει, inquit, κατ' ἀρχαῖαν παροιμίαν, τὸ καλὸν φίλον εἶν. i.

Periculum est, ne, iuxtà uetus adagium, amicum sit, quod pulchrum est. Quasi nõ ideo pulchrũ haberi debeat aliquid, quod sit amicum, sed ideo oporteat esse amicũ, quòd sit pulchrum. Huc pertinet & illud, quod scribit M. Tullius libro De finibus quinto: Suo enim quisque studio maxime ducitur. Et rursum in primo Officiorum: Quorum uterque, suo studio delectatus, contempsit alterum. Quanquam hoc uenia dignum, hactenus communem illam φιλαυτίαν valere, vt suis q̃sque liberis, suis artibus, suo instituto, suis inuentis, suæ patriæ paullo impẽsius faueat, nisi eo usq; cæcitatis nos rapiat, ut & uirtutes alienas calumniemur, & nostris blãdiamur vitijs, eaque uirtutum nomine donemus. Ac sibi quisque sit, quod sibi fuit Suffenus Catullianus, aut Meuius Hõratianus. Quod uitii Flaccus in Epistolis notans: Dum mala, inquit, delectent mea me, uel denique fallant. Atque hoc loco Porphyrio indicat Horatium respicere uulgatam sententiam, quòd homines suis malis non solũ non doleant, uerumetiam delectentur: Eaq. de re Græcum adagium esse celebratum, uerum id adagium uitio librariorũ desideratur in scriptura. Eodem pertinet, quod alibi dixit Horatius:

Turpia decipiunt cæcum uitia, aut etiam ipsa hæc
Delectãt, veluti Balbinũ polypus Agnę.

Nam Balbino stulto amanti, etiam polypus Agnæ amicæ, suaue quiddam olere uidebatur. Est autem polypus uitiũ nariũ graue olentium, itidem ut hircus alarum. Vnde & polyposos, & hircosos dicimus. M. Tullius ad Atticum li. 14. Accipe, inquit, à me, mi Attice, καθολικὸν θεώρημα, earũ rerum, in quib. exercitati sumus latis. Nemo unquam, neque poeta, neque orator fuit, qui quenquam meliorem se arbitrare tur. Hoc etiam malis contingit. Quid tu Bruto putas ingenioso, & erudito, de quo etiã experti sumus? Nuper in edicto scripseram rogatu tuo, Meum mihi placebat, illi suum. Quinetiam, cum ipsius precibus adductus pęnè scripsissem ad eum de optimo genere dicendi, non modo mihi, sed etiam tibi scripsit, sibi illud, quod mihi placeret, non probari. Quare sinamus, quęso, quemque sibi scribere. Suam cuique sponsam, mihi meam. Suum cuique amorem, mihi meum. Non scite. Hoc enim Atilius poeta durissimus. Hactenus Cicero. Cuius ex uerbis apparet hos duos uersiculos: Suã cuique, & cætera, ex Atiliana quapiam fabula sumptos esse. Idem Tullius libro Tusculanarum quæst. quinto: Musicorum uero perstudiosum accepimus, poetã etiã Tragicum, quam bonum, nihil ad rem. In hoc enim genere nescio quo pacto magis, quam in aliis rum cuique pulchrum est. Adhuc neminẽ cognoui poetam, & mihi fuit cum Aquinio amicitia, qui sibi non optim⁹ uideretur. Sic se res habet. Te tua, me delectant mea. Eandem sententiã Plautus in Sticho, diuersis uerbis, sed nimis q̃ eleganter extulit. Suus, inquit, rex reginæ placet. Sua cuiq. sponsa sponso. Huc referendum & Theocriticum illud:

Καὶ γὰρ ἔ, κὐκ εἶδος ἔχω κακὸν, ὡς με λέγοντι. id est.

Nec mihi forma profecto mala est, si vera loquuntur.

Id imitatus Maro:

Nec sum adeo informis, nuper me in litore uidi,
Cum placidum uentis staret mare.

Apertius adlusit ad adagiũ Flaccus, in epistola quadam.

Iouis auribus ista
Seruas. fidis enim manare poetica mella
Te solum, tibi pulcher.

Tibi pulcher, dixit, pro tibi ipsi placẽs. Est autem hemistichiũ carminis heroici.

Patriæ fumus, igni alieno luculentior.

Proverbii faciem habet, atque ad eandem pertinet sentẽtiã, quod eleganter scripsit Lucianus in Encomio patriæ. ἡ δὲ τῆς πατρίδος αὐτῷ καπνὸς λαμπρότερος ὁ φθάνων τοῦ παρ' ἄλλοις αὐτοῦ. id est: Ac patriæ fumus luculẽtior homini, videtur, q̃ ignis alibi. Philostratus i Ariadne: ὁ Θησεὺς ἠρᾷ μὲν, ἀλλὰ τοῦ πρὸς Ἀθηναίων καπνοῦ, ἀριάδνης οὐδὲν ἔτι οὐδὲ ἔγνω ποτέ. id est, Theseus uero amat quidem, sed Athenarum fumum. Nam Ariadnen neque uidit adhuc, neque etiamdum cognouit. Apd Homerum, terræ natalis fumum Vlysses optat uidere surgentem, unde & ductum prouerbium. Sic enim legitur Odyssęę A.

Ἱέμενος καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι
ἧς γαίης. idest.

Exoptãs oculis surgentem cernere fumũ
Natalis terræ.

Viua

Viua uox.

Viva vox olim dicebatur, non scripta, sed ab ipso pronunciantis ore percepta quasi uiuida, atque efficax. Nam uiua non nunquam dicuntur, quæ natiua sunt, non factitia, ut Viuo de marmore, & Viuoq; sedilia saxo. Inest autem rebus natiuis aliquid gratię genuinę, quod ars nulla queat imitatione consequi. Porrò scriptura uox quæpiam est, sed quasi factitia. ueræq; uocis utcunque imitatrix. Deest actus, motusq;, hoc est, uita, Siquidem actio, ut auctor Fabius, orationis quasi uita est. Rerum inuentio, ossium instar est, ordo neruos imitatur, elocutio carnem, cutem, coloremq;: memoria spiritus uice fungitur, quibus omnibus accedit pronunciatio, uelut motus quidam uitalis. Nullum enim certius argumentum uitæ, quàm motus. Vnde & flumina uiua dicuntur, & argentum uiuum. Contra mortua, quæ torpent, languentq;. Cicero libro Tusculanarum quęstionum secundo: Licet enim satis exẽplorũ ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen uiua illa, ut dicitur, uox alit plenius, præcipueq; præceptoris. Idem ad Atticũ lib. 2 Vbi sunt nunc, qui aiunt ζώσης φωνῆς; Quanto magis uidi ex tuis literis, q̃ ex illius sermone, quid ageretur. Porrò, quod Cicero protulit abruptum, ac mutilum, hoc quidã suppletum de suo, ad hũc modũ: ζώσης φωνῆς μείζω ἐνέργειαν εἶναι. Plinius Iunior in epistola quadã ad Nepotem: Præterea magis, ut uulgo dicitur, uiua uox afficit. Nam, licet acriora sint, q̃ legas, altius tamen in animo sedent, quæ pronunciatio, vultus, habitus, gestus etiã dicentis adfigit. Seneca Epistola quinta: Plus tamen tibi & uiua uox & conuictus quam oratio proderit. Diuus Hieronym⁹ in prefatione generali: Habet nescio quid latentis energiæ viua vox, & in aures discipuli de doctoris ore trãsfusa, fortius sonat. Hacten⁹ ille. Vnde celebratũ illud Aeschinis, de Demosthene, τί ἂν εἰ αὐτοῦ θιρίου ἠκηκοίειτε. id est, Quid aũt, si ipsam audisse tis belluã? Et illud: In scriptis Demosthenis, magnam Demosthenis partem abesse.

Muti magistri.

Quod modo retulimus, usurpauit & A. Gellius: atq; huic alterum quoddam diuersum adiecit: Quoniam, inquit, uocis vt dicitur, uiuæ penuria erat, ex mutis, quod aiunt, magistris cognoscerent. Mutos magistros libros sentiens, qui loquuntur quidem nobis, ut apud Platonem ait Socrates, sed dubitanti non satis commode respondent. Nec illepidè profectò literæ, muti uocantur Præceptores. Propterea quòd mutorum est non uoce, sed nutibus, signisq. loqui. Identidem & libri, notulis quibusdam, & significantibus figuris nobiscum fabulantur. Quemadmodum enim uoces, sensorũ animi, uelut εἴδωλα quæpiam sunt, auctore Aristotele, sic literarum figuræ, uocum simulacra quædam recte dicuntur. Neque mirandum, si quidem ἀρχέτυπον illud pectoris exẽplar efficacius repræsentat, ac transfundit affectus animi, quam alterum illud, quod non rem ipsam, sed imitationem imitatur. Neque illud temere quæri solet a multis, utrum sit ad eruditionem comparandam cõducibilius ζώσῃ φωνῇ χρῆσθαι, ἢ τοῖς ἀφώνοις διδασκάλοις. hoc est, plus ne conferat lectio, an auscultatio. Et habet res utraq. sua quædam peculiaria commoda. Nam ex libris tum eruditiora ferme sunt, quæ discuntur, tum plura. Tantum enim quisque discit, quantum ingenii celeritate consequi, memoriæ fidelitate complecti potest. Adde, quòd hi pręceptores nunquam grauantur operam suam nobis impertire. Atque horum ut uberior, ita paratior copia. Accedit huc & ocium illud, & cogitationis secretum. Licet pressius inspicere singula, licet retractare, licet expendere. At è diuerso minore iactura, tum ingenii, tum oculorum, tum ualetudinis constant, quæ a præceptore differente percipimus, maxime si is dicat, quem & miremur, & amemus. Deinde insidunt altius animo, & hærent tenacius, & occurrunt promptius. Quare cõsultum erit, alterum studii genus cum altero cõiungere, & vbi uiuæ uocis erit copia, libentius auscultare, quàm legere, si modo mediocri sit eruditione, quem audis. Vbi non erit, libenter, quasi non minus operę precium facturus sis, ad libros confugere, sed optimos. Deniq. ea figura libri dicti sunt muti magistri. M. Tullius legem appellat mutum magistratum, magistratum legem loquentem: & qua Plutarchus poesim appellat picturã loquentẽ: & picturam, mutã poesim.

Frons

Frons occipitio prior.

PRISCIS agricolis celebratum adagium, atque instar ænigmatis iactatum: Frons occipio prior. Quo significauit antiquitas rectius geri negotium, ubi præsens, ac testis adest is, cuius agitur negotium. Prior dictum est, pro potior, meliorque: Alioqui, quis ignorabat frontem priorẽ esse capitis partem, occipitium posteriorem? Tametsi hæc amphibologia cõmendat nonnihil dicti gratiam, quod ob antiquitatem oraculi instar habebatur. Extat autem apud Catonem libro de Re rustica, capite quarto: Si bene, inquit, ædificaueris, libentius & sæpius uenies, fundus melior erit, minusq; peccabitur: fructi plus capies, frons occipitio prior. Plinius item in eandem ferme sententiam, libro historiæ mundi decimo octauò, capite quinto: Eum tamen, inquit, qui bene habitet, sæpius uentitare in agrum, fronteṁq; Domini plus prodesse, quam occipitium non mentiunaur. Rursum eiusdem libri capite sexto: Et ideo maiores fertilissimum in agro oculum Domini esse dixerũt. Aristoteles Oeconomicorum lib. 1. uidetur hãc sententiam ad Persam quempiam referre, subnectens alteram huic similem, quę a Libe quodã sit ꝓfecta. Sed satius fuerit ipsius adscribere uerba, si quis forte desiderabit: καὶ τὸ τῆ πέρσῃ καὶ λίβυος ὑπόφθεγμα οὐ ἂν ἔχοι ὁ μὲ γὰρ ἐρωτηθεὶς τὶ μάλιστα ἵππον πιαίνει, ὁ τῆ δεσπότῃ ὀφθαλμὸς ἔφη. ὁ δὲ λίβυς ἐρωτηθεὶς, ποία κόπρος ἀρίστη, τὰ τῆ δεσπότῃ ἴχνη, ἔφη. i. Atq. illud Persæ, Libysq. responsum, recte seruabitur. Nam alter, interrogatus, quæ res potissimum saginaret equũ: respõdit, oculus domini. Alter, rogatus, qđ stercus esset optimũ, domini vestigia, inquit, Vterque significauit, domini præsentiam plurimũ habere momẽti ad rem bene gerendam. Item Columella putat rẽ malam esse, frequentem fundi locationẽ, peiorem tamen urbanum colonum, qui per familiam mauult agrũ, quã per se colere. Huc pertinet illud, quod refertur a Gellio, ꝓ cũ quidã corpulẽtus ac nitidius equũ haberet macilentũ, ac strigosum, rogatus, quid esset in causa: respondit mirũ nõ debet uideri, si equo suo esset habitior, quãdoquidẽ ipse se pasceret, equũ curaret seruus, Plutarchus ĩ cõmẽtario De liberis educãdis, Κἂν ταῦθα κἀν τὸ ῥυθὲν ἕνεκα τῆ ἱππικόμου χάριν, ὡς ὁ δὲν ὁ τῶ πι αίνει τ ἵππον, ὡς βασιλέως ὀφθαλμὸς. i. Hinc & illud elegãter dictũ ab equisone, nihil pinde saginare equum, ut regis oculum. Huius figuræ est, qđ Aeschylus in tragędia, cui titulus Persę, domini præsentiã, oculum domus uocat:

Ομμα γὰρ δόμων, νομίζω δεσπότῃ παρουσίαν. id est,

Nam domus oculum esse domini iudico præsentiam.

Eodem pertinet, quod per quam uenustè dixit T. Liuius. Non satis feliciter solere procedere, q̃ oculis agas alienis. Innuit tale quiddam & Terẽtius in Eunucho, cũ ait: Ita, ut fit, domini, ubi absunt: significans absentibus heris ministros omnia facere indiligentius, & peccare licentius: nempe hæc omnia eò tendunt, ut quisque suum negotium præsens curet, neque magnopere fidat alienę iduſtrię. Id nulli magis obseruandum, quam principi, si modo principis animum gerat, hoc est, si publicum commodum cordi habet.

Aequalis æqualem delectat.

Similitudo mater est beneuolentiæ, cõsuetudinisq;, & familiaritatis conciliatrix. Vnde uidemus iuuenes inter se libenter conuenire, senes cum senibus congregari, doctos doctorum conuentu capi, improbos congredi cum improbis, bibones cum bibonibus, nautas amare nautas, diuitibus esse necessitudinem cum diuitibus, atque in uniuersum similia similibus gaudere. In hanc sententiam extant aliquot ueterum prouerbia, quorum est illud ἥλιξ ἥλικα τέρπει. i. Aequalis æqualem delectat. Quod usurpans M. Tullius in Catone maiore, Pares autem, inquit, cum paribus, ut est in uetere prouerbio, facillime congregantur. Nam prima familiaritatis conciliatio proficiscitur ab ætatis ęqualitate, quam Græci uocant ὁμηλικίαν. Ad quod adludens Homerus in Odysseæ O.

Ἀτὰρ καὶ ὁμήλικες εἰ μὲν. i.

Quinetiam summus æquęui.

Huc respexit Plato primo De repub. libro, apud quẽ Cephalus, qui se testatũ iã p uenisse ἐς γήραος οὖδος. i. ad senectę limẽ, ait πολλάκις γὰρ συνερχόμεθα τινὲς εἰς ταυτὸ παραπλησίαν ἡλικίαν ἔχοντες, διασώζοντες τ παλαιὰν παροιμίαν. i. Sępe numero pleriq. cõuenim⁹ ferme æquales, ãtiquũ illud seruãtes puer. 1. Aristj. Rhetoricorum

ricorũ lib. recensens, quę quibus sint iucũda, scribit, in totũ ea natura se se inuicẽ delectari, q̃ gñe sint cõiuncta, aut similia, ut hoiem hoie, equũ equo, adolescentẽ adolescẽte. Atq; huc tẽdere puerbia vulgo iactata: ἥλιξ ἥλικα τέρπει. Itẽ id genᵒ alia q̃dã. Verba illius hæc sunt: τὰ συγγενῆ ὑ χ τ φύσιν ἀλλήλοις ἐστὶν, ἅπαντα τὰ συγγενῆ καὶ ὅμοια ἡ δέα ὡς ἔπι τὸ πολὺ, ὅιον ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ, καὶ ἵππος, ἵππῳ καὶ νέος νέῳ, ὅθεν καὶ αἱ παροιμίαι εἴρληται, ὡς ἥλιξ ἥλικα τέρπει. καὶ ὡς ἀεὶ τὸ ὅμοῖον. καὶ ἔγνω ὑ θὴρ θῆρα. καὶ ἀεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν. καὶ ὅσα ἀλλάτοιαῦτα. Theognis ait amicitiã cohęrere iter ęquales, vicinos, & senes.

Πάντες μὲν τιμῶσιν ὅμως, ἴσοι, οἵτε κατ' αὐτὸν

Οἰκεῦσι χώρις, οἵτε παλαιότεροι. idest,

Omnes hi sese venerãtur, amãtq; vicissim,

Vicini, æquales uiribus, atque senes.

Nec alienum est ab hoc prouerbio, qđ Empedocles ait apud Aristotelem libro De anima primo, animam esse quiddam ex omnibus elementis conflatum, immo ipsam horũ quiduis esse, & unumquodq; cognoscere, eò quòd habet affine quiddã cum singulis. unde & Plato in Timæo dicit, animam ex elementis constare. Empedoclis uersus sic habent:

Γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὁ πώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,

Αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἀταρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον,

Στοργῇ δὲ στοργὴν, νεῖκος δέ τε νείκεα λυγρῷ.

Οπώπαμεν δῖον καὶ ἀΐδηλον νείκεα λυγρῷ

Quos uersus quoniam initio desperabamus commodius uerti posse, ab Argyropylo uersos subiecimus:

Terrã nã terra, lympha cognoscimᵒ aq̃,

Ætheraq; æthere, sanè ignis dignoscitur igni,

Sic & amore amor, ac tristi discordia lite.

Quamquã in primo uersu suspicamur a librarijs undã uersam in aquam. Post amicorũ rogatu nostra addidimus qualiacũq;.

Terra quidem terra sentitur, lymphaq; lympha,

Ætherq. ęthere purᵒ, at igni noxius ignis.

Dulcis amore amor, atque odio funesta simultas.

Argyropylus, explendi carminis gratia, pro uno uerbo ὁ πώπαμεν duo reddidit, & cognoscimus, & dignoscit, duo epitheta ꝑtermisit, δῖον, καὶ ἀΐδηλον. Deinde uocis repetitæ gratiam bis perdidit, in aquam, & undam, in discordia, & lite. Sic & Sanè aduerbium de suo attexuit. Nos amori addidimus epitheton, sed quod fuerat additurus poeta, si per metri leges licuisset, quandoquidem uoci contrariæ addidit suũ νείκει λυγρῷ. Non hæc dñr, ut sugillemus uirũ de studijs optimis optime meritum, sed ut iudicio proficiant adolescentes, quibus hæc potissimum scribuntur. Philosophorũ quispiã, Zenon, ni fallimur, apud Augustinũ prodidit, aĩam ipsam esse numerum seipsam mouentẽ, atq; hanc ob causam rebus numerosis, natura capi deliniriq; : ueluti musicis modis afficiuntur & pueri, cognato quodã naturæ sensu, cum prorsus nesciant, quid sit musica. Aristoteles hoc ipso, quẽ modo retulimus, loco, definitionem hanc adducit, tacito auctoris noię.

Simile gaudet simili.

Ομοιον ὁμοίῳ φίλον, i. Similẽ gaudet simili. Aristoteles libro Moralium octauo: ὅμοιον ὁμοίῳ ἐφίεται. i. Simile appetit similẽ. Item lib. 9. Ομοιον ὁμοίῳ φίλον. idest, Simile simili amicum. Vnde est & illud: ὁ μοίοτης τῆς φιλότητος μήτηρ, i. Similitudo mater amoris. Quare, ubi absoluta similitudo, ibi uehementissimus amor, id quod indicat fabula Narcissi. Agathon in conuiuio Platonis: ὃ γὰρ παλαιὸς λόγος οὐ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. id est, Scitè quidem ueteri prouerbio fertur, simile simili semper hærere. Plutarchus in commentario, cui titulus, quo pacto sit amicus ab adulatore dignoscendus, refert huiusmodi senarios:

Γέρων γέροντι γλῶτταν ἡδίστην ἔχει,

Παῖς παιδὶ καὶ γυναικὶ φόσφορον γυνὴ,

Νοσῶν τ' ἀνήρ νοσαῦτι. καὶ δυσπραξία

Αηφθεὶς ἐπῳδὸς ἐστὶ τῶ πειρώμενῳ. i.

Seni senilis lingua iucundissima est,

Pueroq. puer, & mulier apta fœminæ.

Ægrotus itidem ægroto, & in malis situs

Exercito malis placet, atque congruit.

Diogenes Laertius, ostendens quædam imitatũ Platonẽ ex Epicharmi scripris, adducit & illud, Quod canis cani uidetur pulcherrima, & boui bos, & asina asino, & sus sui. Diximus alibi, Suum cuiq; regine placere regem. Plato lib. de Legib. octauo; φίλον μὲν τοῦ καλεῦμεν ὅμοιον ὁμοίῳ, κατ' ἀρετῆ, καὶ ἴσον ἴσῳ. i. Amicũ quidẽ vocamus simile

simile simili, quo ad uirtutem, & æquale æquali. Quanquam adagium recte transferetur & ad illos, quos similitudo cõciliat uitiorum. In quos est illud Catulli.

Pulchre conuenit improbis cinędis.

Item illud Martialis:

Vxor pessima, pessimus maritus,
Miror non bene conuenire uobis.

Illud item Iuuenalis:

Magna inter molles concordia.

Semper similem ducit Deus ad similem.

POTEST autem adagium ex Homero natum uideri, apud quem Odysseæ P. Melanthius caprarius conspicatus Eumæum subulcum, ipsum Vlyssem secum adducentem, sed habitu specieq. pannosi, scomma iacit in utrunq;, quasi duo inter se similes bene conuenissent:

Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἠγηλάζει
Ὡς αἰεὶ τ' ὅμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τ' ὅμοῖον. i.

Nũc adeo malus ecce malum comitatur, vt vsque
Ad similem Deus adducit, similemq;, paremque.

Aristoteles libro Moralium 8. prouerbii loco refert.

Ὅθεν τ' ὅμοιον φασὶν ὡς τὸν ὅμοιον. i.

Vnde similem aiunt ad similem.

Semper graculus assidet graculo.

Αἰεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν ἱζάνει. i.

Adsidit usque graculus apud graculum.

Refertur à Diogeniano prouerbialis senarius; notaturq. ab Aristotele libro Rhetoricorũ, quem modo citauimus, ubi inter alia complura huius sententiæ prouerbia, hoc quoque commemorat. Item lib. Moralium 8. καὶ κολοιὸς ποτὶ κολοιὸν, idest, & graculus, inquit, ad graculum. Græcis est trochaicus dimeter, haud dubiũ, quin ex poeta quopiam decerptus. Elegãter vsurpauit adagium Gregorius in quadam ad Eudoxium epistola, Κολοιὸν τ' ποτὶ κολοιὸν ἱζάνειν καὶ τῆς παροιμίας ἀκούεις. i. Graculũ autem assidere graculo, audis & a prouerbio. Porrò graculorum conuentus olim notos fuisse, testatur M. Varro li. de Re rustica 3. Vnde Plutarchus in lib. De Polyphilia, οὐκ ἀγελαῖόν ἐστιν οὐδὲ κολοιῶδες, i. non armẽtarium est, neque graculeum. Quin huic aui nomen inditum, à κολάω, quod est cõglutino. M. Varro graculos quoq. Latinis inde dictos uult, quòd gregatim uolent. Quintilianus non probat, asseuerans dictionem ab auium uoce confictam.

Cicada cicadæ chara, formicæ formicæ.

Cæterum, quod Aristoteles in eo loco quẽ modo citauimus, addidit: & si qua sũt id genus alia, dubiũ nõ est, quin senserit illa, q̃ sunt apud Theocritũ Idyllio nono:

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμαξι τ' μύρμαξ,
Ἰξάνες δ' ἴραξιν. id est.

Formicę grata est formica, cicada cicadę,
Accipiter placet accipitri,

Porrò nota est formicarum politia, & cicadarum concentus.

Figulus figulo inuidet, faber fabro.

AB hac forma uelut excipiẽdi sunt q̃ in eadem arte uersantur, propterea quòd inter hos artificii similitudo magis ęmulationẽ conciliat, quam beneuolentiam. Quorum mutuam inter ipsos inuidiã Hesiodus in opere, cui titulus, Opera & dies, compluribus metaphoris indicauit, haud tamen damnans id genus artificum cõcertationem, imò probans, ac laudans: Proposuerat enim poeta duplex æmulationis genus, quorum alterum sit utile, pulchrũq; mortalibus, alterũ fędum, ac perniciosũ. Hoc homines ad rixas, ac bella concitari, propter opum, honorumq. certamina: illo uero tanquã exẽplis propositis, ad industriã, & honestas artes expergefieri. Honestã igitur ęmulationẽ his uerbis describit.

Ζηλοῖ τ' γείτονα γείτων
Εἰς ἄφενον σπεύδοντ' ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσιν,
Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Quos uersus longe elegantissimos in hoc dũtaxat uertimus, ut intelligãtur. Nã uenustatem uix quisquam assequatur, nedum ego.

Semper vicinus vicino est ęmulus, hũc vt
Condere cernit opes properantem gnauiter. atqui
Concertatio conducit mortalibus ista.
Odit ita fabrum faber, figuloq. molestus
Est figulus: mẽdico protinus inuidet alter
Mendicus, cantor cantorem liuidus odit.

Vsurpantur cũ alias frequẽter apud diuersos auctores, tũ apud Aristotelẽ libro Moralium secundo. Rursum eiusdem operis lib. 8. parœmiæ uice refertur, κεραμεῖς πάντας τοὺς τοιούτους ἀλλήλοις φασὶν εἶναι. i. Omnes huiuscemodi figulos inter sese aiunt esse. Figulos inuidos dixit, nimirum adludens ad Hesiodũ adagium. Item Rhetoricorum lib. 1. ὅθεν εἴρηται καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ, i. Vnde dictum est, Et figulus figulo. Citat ibidem & hunc senarium,

Τὸ συγγενὲς γὰρ καὶ φθονεῖν ἐπίσταται. i.

Etenim inuidẽre didicit ipsa affinitas.

At est similitudo, quam in Symposiacis Plutarchus μάχιμον dicit, hoc est, bellacẽ, ac pugnacẽ: qualis est gallorum gallinaceorum: qualisq; est inter sophistas, mendicos, poetas, cantores, & ob hoc uerat id genus hominum in conuiuijs coniungi, nẽ quid oriatur rixæ. Est altera, quã βωμολοχικὴν uocat, cuiusmodi est graculorum inter se. Ad hanc pertinẽt nautæ, agricolæ, venatores, aliptici. Atque ob id recte copulantur in accubitu. Ad hæc amantes, nisi contingat eos eandem amare.

Cretensis Cretensem.

Ο Κρῆς τ' Κρῆτα, Cretensis Cretensem, subaudi, quod erit commodum sententię, prouocat, conatur circumuenire, aut tale quippiam. Quoties improbus agit cum improbo, perfidus cum perfido. Sumptum adagium a Cretensiũ moribus, quos plurimis conuicijs incessuit antiquitas.

Cretensis cum Ægineta.

EANDEM obtinet sententiam, Κρῆς πρὸς αἰγινήτην, i. Cretensis cum Ægineta, subaudiendum, agit. Quadrat in pariter improbos, qui mutuis inter se fallacijs agunt. Nam Æginetæ quoque olim male audierunt, in quos etiam oraculum illud quidam editum putant: οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι. idest, Neque tertij, neque quarti.

Vulpinari cum vulpe.

Αλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα, i. Cum vulpe vulpinare tu quoq; inuicem. Senarius est prouerbialis: Cum astutis astutijs agito. Horatius:

Nũquã te fallãt animi sub vulpe latẽtes.

Aristophanes in Vespis:

Οὐκ ἔστιν ἀλωπεκίζειν. idest,

Non licet vulpinari.

Quod autẽ nos ἀλωπεκίζειν vertimus vulpinari, nequis hoc verbi tanq̃ nostrum, ac nouum aspernetur, citatur ex M. Varrone à Nonio Marcello. Sic enim ausus est dicere Varo vulpinari pro ἀλωπεκίζειν, quemadmodũ Horatius Iuuenari dixit, pro νεανίζειν. Vide prouerbium Βαπαρίζειν.

Cretizare cum Cretensi.

Πρὸς κρῆτα κρητίζειν. i. Aduersum Cretensem Cretiza, i. aduersus mendacẽ mendacijs utere. Vsus est Plut. in vita Lysandri, πρὸς κρῆτα τ' ἄρα τὸ τῆς λόγου κρητίζων. Rursus in uita Pauli Æmilij, Τοὺς μὲν ἐπισταμένους ἀκριβῶς αὐτὸν, οὐκ ἔλαθεν κρητίζων πρὸς κρῆτας, i. Eos quidem, qui hoĩem penitus norant, haud latuit, q̃ cum Cretensibus arte Cretica uteretur: propterea q̃ Cretensium uanitas, de Iouis apud se sepulchro, multaque id genus mentientium, in vulgi fabulam abierit. id quod palãm testatur Epimenidis ille uersiculus:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. idest.

Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.

Huius autem carminis initium, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, usurpauit Callimachus poeta Cyrenensis in hymno, scribẽs aduersus Cretenses in laudem Iouis, ac uanitatis eos arguens, quòd iactitarent illius sepulchrum esse apud se, cum is esset immortalis. Quò respiciens Ouidius: Nec figunt, inquit, omnia Cretes. Vnde κρητίζειν, Graeci pro mentiri dicunt. Suidas aliam adagionis causam indicat, scribens Idomeneũ Cretensem, cum illi negotium esset datũ, ut æs, quod è spolijs ab hostibus detractis collectum erat, distribueret, sibi partem longe optimam delegisse. Vnde congruere uidetur etiã in illos, qui fraudat alios, suisq; commodis impensius ubiq; student. Idem putat adagiũ quadrare etiã in eos, q̃ frustra mendacijs agunt aduersus artificẽ mentiendi. Quemadmodum vulgo dicuntur difficillimum esse furari apud fures, ita difficillimũ mendacijs imponere mendacibus.

Cum Care carizas.

HVIC simillimũ refert Diogenianus, πρὸς κάρα καρίζεις. i. Cũ Care carissas: Rustice agis cũ rustico, barbarę loqueris barbaro, crasse cum crasso. Cares populi sunt Phrygię, de quib⁹ alio loco dicemus, quorum mores, puerbijs aliquot facere locũ.

Cretensis mare.

Ο κρῆς ἡ θάλασσαν, i. Cretensis mare, subaudiendum nescit, aut metuit, Hanc paræmiam refert pariter, atq; exponit Strabo Geographiæ lib. 10. scribens olim Cretenses nauigandi peritia, rerũq; maritimarum usu principatum tenuisse: atque hinc antiquitus increbruisse prouerbium; Cretensis mare nescit, in eos, qui nescire fingerent, quod egregie callerent. Etenim, qui consentaneum est Cretenses, cum sint insulares, ignorare, quo cingũtur undequaque? Vsus est eodẽ & Aristides in Pericle: ὁ κρῆς ἡ πόντον. Zenodotus scribit apud Alcæum extare. His affine est, quod habet Horatius in epist. ad Octauium:

Ipse ego, qui nullos me affirmo scribere uersus,
Inuenior Parthis mendacior.

quòd Parthi tum maxime pugnent, cum fugam simulant.

Ad umbilicum ducere.

EXTANT apud auctores aliquot absoluendi paræmiæ; quarum de numero est illa: Ad umbilicum ducere, pro eo, quod est, librũ finire, atq; absoluere. Sunt enim umbilici, interprete Porphyrione, ornamenta quędam ossea, aut lignea, corneaue, umbilici nostri formam imitantia, quę uoluminibus iam absolutis addebantur; atq; hinc prouerbialem figurã esse natam, Ad umbilicum peruenit, idest ad finem. Horatius in Epodis:

Deus deus nam me uetat.
Inceptũ celeres promissum carmen iãbos
Ad umbilicum ducere.

Martialis in quarto Epigrammatum libro:

Ohe iam satis est, ohe libelle,
Iam peruenimus usque ad umbilicos.

Tu procedere adhuc & ire quæris.

Idem libro quinto:

Qui cedro decorata, purpuraq;,
Nigris pagina creuit umbilicis:

Idem in tertio:

Cedro nunc licet ambules perunctus,
Et frontes gemino decens honore,
Pictis luxurieris umbilicis,

Rursum in undecimo:

Explicitũ nobis usq; ad sua cornua librũ,

Et quasi perfectum, Septitiane, refers.

Verum haud scimus, possit ne prouerbium hoc aliò, quàm ad librũ, aut carmen, transferri, nisi durior fiat metaphora.

Summum fastigium imponere.

ILLVD generalius est: Summum fastigium imponere, pro eo, quod est, rem omnibus suis partibus absoluere. Exempla reperies apud Ciceronem libro Officiorum tertio, apud Plinium in Epist. aliquoties. Trãslatum ab ædificatoribus, qui, perfecto demum ædificio, fastigium aliquod solent imponere. Quibus sicuti fundamentũ prima instituendi operis pars est, ita fastigiũ suprema est iam absoluti. Vnde, quemadmodum, fundamẽta iacere, transferunt ad id, quod est instituere quippiam: itidem fastigium addere, traducũt ad rei perfectionem, summamq;, ut uocant, manum. Huic confine, quod a Græcis dicitur, ἡ κολοφῶνα ἐπέθηκε, i. Colophonem imposuit.

Summam manum addere.

EANDEM uim habet, Summã manũ addere. Mirum, ni metaphora ab artificibus translata, qui primum rude quoddam operis simulacrum effingunt, atque hanc primam appellant manũ, deinde formant expressius, postremo summa cura expoliunt, atq; hanc supremam, seu summam manum uocant. Ouidius,

Nec tũ illa legi poterunt patiẽter ab ullo,
Nesciat his summam si quis abesse manũ.

Mox pro eodem dixit, Vltimam limam.

Ablatũ medijs opus est incudibus illud,
Defuit & scriptis ultima lima meis.

Seneca ad Lucilium: Vino deditos delectat potatio extrema, illa quæ mergit, quę ebrietati summam manum imponit. Eadẽ figura dicimus, nihil deesse prẽter extremam manũ. Exempla crebriora sunt apud scriptores, quàm ut hic referat repetere.

Supremum fabulæ actum addere.

IN eandem formam referendum est illud: Supremum fabulæ actum addere, pro eo, quod est: extremum finem imponere, a poetis comœdiarum, aut tragœdiarum scriptoribus adscitum, qui fabulas suas in actus quosdam distribuunt. Vnde illud Horatianum:

Nec sit quinto productior actu.

Solent autẽ in extremo actu, plurimum artis addere, sicuti scribit M. Tullius ad Quintum fratrem: Illud te ad extremum & oro, & hortor, ut, tanquam poetę boni, & actores industrij solẽt, sic tu in extrema parte

parte, & conclusione muneris, ac negotii tui diligentissimus sis, ut hic tertius annus imperii tui, tanquam tertius actus perfectissimus, atque ornatissimus esse uideatur. Idem ad Atticum libro 13. Etenim hæc decantata erat fabula, sed complere paginam uolui. Cicero in Catone transfert ad uitam peractam. Quemadmodum & Appuleius libro Floridorum 3. de Philemone comico loquens: Renunciauerunt, inquit, Philemonem poetam, qui expectaretur, ut in theatro fictum argumentum finiret, iam domi ueram fabulam consummasse. Enimuero iam dixisse rebus humanis valere & plaudere. Ad hãc formam pertinet, quod apud Nonium ait Lucilius: Sarcinatoris est, summum suere cẽtonem optimè.

Catastrophe fabulæ.

CVIVSLIBET exitũ rei, prouerbiali figura, catastrophen uocamus. Porrò inter figuras puerbiales illud admonuimus, unicuique disciplinæ, atque artificio sua quædam esse peculiaria uocabula, quæ quemadmodum in sacrorum cærimoniis, ac magicis precaminibus fieri consueuit, ac pęnè superstitione quadam usurpantur. Ea quoties in aliud quippiã trahuntur, ferè prouerbii speciem obtinent: uelut ex militari disciplina, receptui canere, & locum deserere, & prima acies, & res ad triarios rediit. Ex musica, præludium pro præfatione, aut ingressum negocii, Summa & ima chorda, pro clamosa & graui uoce. Et eadem oberrare chorda, pro eo, quod est, in eadem re peccare sæpius. Porrò fabula omnis, ut ostendit Donatus, in tres partes distribuitur, in πρότασιν, ἐπίτασιν, καταστροφὴν. Protasis est primus ille tumultus iam quasi gliscens. Epitasis, turba feruidissima. Catastrophe, subita rerum commutatio. Vnde Lucianus eleganter exitum, euentumq; negotii catastrophen appellat, cum alias, tũ in cõmentaria. De mercede seruiẽtib: ἐπὶ πᾶσι δὴ ἡ τῆς αὐτοῖς ἡ καταστροφὴ τοῦ δράματος γίνεται. id est, Post omnia denique, quæ illis catastrophe fabulæ contingit: hoc est, quis exitus seruitii. Et in Alexandro Pseudomãte: τοῦτο τέλος τῆς ἀλεξάνδρου τραγῳδίας. i. Eiusmodi finis tragędiæ Alexandri. Idem in uita Peregrini: αὐθὶς ὁρῶ γελῶντα σὲ ὦ καλὲ κρόνιε ἡ καταστροφὴ τοῦ δράματος. Rursus uideo te, ò bone Cronie, ridentem fabulę catastrophen.

A capite usque ad calcem.

CVM rem totam significamus, a capite usque ad calcem dicimus. Cuius adagii triplex esse potest usus. Aut enim ad corpus referetur, aut ad animum, aut ad rem. quĩ duo posteriores plus obtinent uenustatis, nimirum quo plus habent figuræ. Ad corpus, apud Homerum Iliados ψ.

Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς. i. A capite usq. pedes. Item Theocritus in Bucolisco:

Καὶ μ' ἀπὸ τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τῷ πόδε σωεχὲς εἶδεν. id est,

Me a capite usque pedes lustrauit lumine totum.

Plautus in Epidico, Cõtẽpla, Epidice, ab unguiculo ad capillum summũ. Horatius.

--Talos a uertice pulcher ad imos.

M. Tullius pro Roscio Comædo: Non ipsum caput, & supercilia illa penitus abrasa, olere malitiam, clamitare calliditatem uidentur? Nonne ab imis unguibus usque ad uerticem summum, si coniecturam adfert hominibus tacita corporis figura, ex fraude, fallaciis, mendaciis, totus constare uidetur? Ad rem, ut apud Aristophanem in Pluto:

Ἀκουε τοίνυν, ὡς ἐγὼ τὰ πράγματα
Ἐκ τῆς ποδῶνὲς ἡ κεφαλῶ σοὶ πάντ' ἐρῶ.

Audi ergo, quando totum ego negotium
A pedibus usque tibi ad caput percenseo.

Quanquam hic comicus ioci causa præpostere posuit pedes, & caput. Ad animum hoc pacto poterit transferri. Ego tibi mores, & ingeniũ illius, breuiter, hominẽ quãtus est a summo, ut aiunt, capillo ad imum usque calcaneum depingam. Quanquam exemplũ M. Tulii, quod modo retulimus, magis ad animum, quã ad corpus uidetur pertinere. Quinetiam diuiditur adagium, cum caput negotii uocamus præcipuũ auctorem: perinde ut & fontẽ dicimus. Terẽtius: Te esse huic rei caput. Item apud Græcos, τὸ κεφάλαιον τοῦ πράγματος. Lucianus in Tyrannicidia, τῆς τυραννίδος κεφάλαιον, i. tyrannidis caput. Et Plato lib. De legibus 3. ἡ τῆς στάσεων πηγὴν, dixit, i. seditionũ fontẽ, Et Ad calcem uenire. In calce operis. In extremo literarum tuarũ calce. Ab ipso exordiri capite. A calce ad caput recurrere. Atq. id genus aliæ loquẽdi formulæ, quæ passim apud auctores obuiæ

sunt. Plutarchus aduersus Stoicos: ἐκ παρόδου καὶ ἀρχῆς ἀχρι κορωνίδος. idest, Ab ingressu & initio usque ad coronidem.

Cursu lampada trado.

CVRSV lampada tradere, prouerbialis metaphora, pro eo, quòd est: partes tuas quasi successione in aliũ, atque alium trãs ferre. Lucretius:

Et quasi cursores uitai lampada tradũt.

De animantibus agit, quæ successione propagantur. uita per uices ab aliis in alia transfusa. M. Varro lib. De re rustica 3. cap. 15. Sed, ò Merula, Axius noster, ne, dũ hoc audit, physicam addiscat, quòd de fructu nihil dixi, nunc cursu lampada tibi trado. Quibus uerbis significat, se alteram sermonis partem Merulæ tradere: isq. in dicẽdi uicem succedit. Lucretius uidetur imitatus Platonem, qui lib. de Legibus 6. scribit, ciues oportere liberis generandis, atque educandis operam dare, ut uitam, q̃ ipsi à maioribus accepissent, uicissim quasi tædam ardentem posteris tradant. Eodem pertinet Persianum illud:

Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis?

Aristophanes in Ranis,

Λαμπάδα δ' οὐδεὶς οἵ' ὁστεφέρειν.
Τὴ' ἀγυμνασίας ἔτι νυνὶ. id est,
Iam nemo queat gestare facem,
Quòd non curant exerceri.

Taxat ignauiã, atque inertiam ciuium. Quo loco interpres addit, in tribus certaminibus solere ueteres gestare faces, id est, ut illi dicebant, λαμπαδεύειν, in Prometheis, in Vulcaniis, & Panathenaicis. Porrò Prometheus creditur primus hoc ludorum genus instituisse, hunc quidem ad modum, ut currentes facem ardentem gestarent. Eam defatigatus proximo in manum dabat: Is item defessus alii, ac deinceps alius alii, successione tradebant inuicem, historiæ Prometheæ quasi simulacrum repræsentantes, quemadmodum ferulam, qua cęlestem ignem exceperat, ne rursus extingueretur, perpetuo motu iactarit, in terram deuolans. Huius rei mentionem facit Plato lib. de Rep. primo: significans δαδεχίας etiam in honorẽ Mineruæ solere celebrari. Pausanias autem in Atticis, ritum horum ludorum describit copiosius. Meminit & Herodotus, sed obiter in Vrania, ostendens eum morem a Persis repertum, ut, dispositis equis atque cursoribus, alius alii mandata uelut lampada traderent, quo celerius perferri possent. Auctor rhetorices, ad Herennium: Non enim quemadmodum in palæstra, qui tædas ardentes accipit, celerior est, in cursu continuo, quàm ille, qui tradit, ita melior imperator nouus, qui accipit exercitum, quam ille, qui discedit. Propterea quòd defatigatus cursu, integro facem: hic peritus imperator imperito exercitum tradit. Itaque lampadem tradere dicitur, qui iam uel delassatus, uel emeritus, in alios munus gerendum ab se transfert. Et inuicem lampada tradere, qui, quod ait Terentius, tradunt operas mutuas, & aliis alii uicissim suppetias ferunt.

Principium dimidium totius.

Ἀρχὴ ἥμισυ παντός. i. principiũ dimidium totius. Hoc adagio significatum est, maximam difficultatis partem in aggrediũdo negotio sitam esse. Hemistichiũ est Hesiodi, citante Luciano in Hermotimo. Refertur & ab Aristotele libro quinto Politicorũ: Ἡ δὲ ἀρχὴ λεγέται ἥμισυ εἶναι παντός. Plato lib. de Legib. sexto: ἀρχὴ γὰρ λέγεται μὲν ἥμισυ παντός, ἐν ταῖς παροιμίαις ἔργῳ, καὶ τόγε καλῶς ἄρξασθαι πάντες ἐγκωμιάζομεν ἑκάστοτε Τὸ δ' ἐστίν τε ὡς ἐμοί γε φαίνεται πλέον ἢ τὸ ἥμισυ, καὶ οὐδεὶς αὐτὸ καλῶς γιγνόμενον, ἐγκεκωμίακεν ἱκανῶς. i. Nã in prouerbiis q̃dẽ initiũ totius facti dimidiũ dicitur. atq. illud nimirũ recte cępisse, oẽs undiq. laudibus ferimus. At istud, vt mihi quidẽ uidetur, plus est, q̃ dimidium. Neq. quisquã hoc, ubi recte fit, satis pro merito laudarit. Suidas hęc ex Marino quodã refert: γέγονε δὴ ἡμῖν ἡ ἀρχὴ, οὐκ ἀρχὴ μόνον, οὐδὲ χρὴ παροιμίαν, ἥμισυ τοῦ παντός, αὐτὸ δ' ὅλον τὸ πᾶν. i. Fuit aũt nobis initiũ illud, nõ tantum initium, neque iuxta prouerbium dimidium totius, sed ipsum in solidum totum. Aristoteles item libro Moralium primo: Principium enim plus, quam dimidium totius esse uidetur. Horatius in Epistolis:

Dimidiũ facti, q cępit, habet. sapere aude.

Ausonius;

Incipe, dimidium facti est cepisse. superfit
Dimidiũ, rursum hoc incipe, & efficies.

Plutarchus in libello, cui titulus, Quo pacto sint audiendi poetæ, citat ex Sophocle carmen hoc:

Ἔργε

Ἔργε δ' παντὸς ὧτις ἄρχηται καλῶς,
Καὶ τὰς τελευτὰς εἶκος εὖ ἕτως ἔχειν.
Negotij cuiusq;, si bene cœperis,
Et finem item bonum fore, probabile est.

Satius est initijs mederi, quàm fini.

Ἀρχῶν ἰᾶσθαι πολὺ λώιον ἢ τελευτῶν. i.
Multo quàm finem, meditari initia ꝓstat.

Refertur a Suida prouerbij loco. In eandem sententiam Theognis,

Σητῶν μὲν δ' ἕλκει φάρμακα φυομένῳ. i.
Pharmaca nascenti sunt adhibẽda malo.

Similiter Persius satyra 3.

Elleborum frustra, cum iam cutis ęgra tumebit,
Poscẽtes videas, venicti occurrite morbo.

A que item Ouidius:

Sero medicina paratur.
Cũ mala per longas inualuere moras.

Admonet adagiũ, minore negotio tolli malum statim initio, cum adhuc recẽs est, quàm postea quàm inueterauerit. Pueros a uitijs arcendos, dum adhuc tenera, ac tractabilis ætas: sarciendas protinus offensas, ne in simultatem exolescant. Minima uitanda mala, ex quibus maiora solent pullulascere. Occasiones euitandas, quæ mali quippiam parituræ uideantur.

Serere ne dubites.

RVSTICANVM adagium, sed non indignũ, qd̃ in hoc uolumen referatur: Serere ne dubites. Quo monemur, ne quando pigeat eiusmodi rerum aliquid moliri, a quibus nihil omnino dispendij, plurimũ emolumenti possit proficisci, si non in præsens, certe in posterum, si non nobis, at saltem posteris. Columel. libro De re rustica 12. Quare vulgare illud de arborũ positione, rusticis usurpatum: Serere ne dubites. Nam ędificatio nonnunquam exhaurit fructus: negotiatio pendet a fortuna, neque paucis male cessit. Eundem ad modum, ex alijs aliud, atque aliud est uel incõmodi, uel periculi: sed ex arboribus conserẽdis plurimum capitur commoditatis, neq; magno tamen impendio cõstat. Eandem sententiam Virgilius, addita figura, sic extulit, lib. Georgicorum 2.

Et dubitamus adhuc serere, atq; impendere curam?

Talaria induere.

EXTAT apud M. Tulliũ prouerbialis allegoria: Talaria induere, p eo, quod est, fugã adornare, quasiq; uelle quopiã auolare. Sic enim scribit ad Atticum libro 14. Nemo est istorum, qui otium non timeat. Quare talaria induamus. Sumptum ab Homero, qui Mercurium, auolaturum alique, frequenter adornat talaribus:

Αὐτίκ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα
Ἀμβρόσια, χρύσεια, τά μιν φέρον ἠ μὲν ἐφ' ὑγρὴν,
Ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν, ἅμα πνοιῆς ἀνέμοιο. idest,
Mox, vbi iã pedib⁹ talaria subdidit aurea,
Pulchraq;, & ambrosiam spirantia, quæ simul illum
Aera per liquidũ, simul ampla per ęquora uastæ
Telluris, uenti flatu dominante ferebãt.

Quem Homeri locum Virgilius ueluti interpretans, in quarto Æneidos:

Et primũ, inquit, pedibus talaria nectit
Aurea, quæ sublimem alis, siue æquora supra,
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.

Itaq; Talaria induere dicemus eos, qui parant aufugere. Nam hoc ipsum Auolare, & Reuolare, apud M. Tullium pro fugere, & redire frequens est.

Tricæ, Apinæ.

TRICAS, & Apinas vulgo res futiles, ac nugatorias dicebant.

Martialis.

Quæcunq; lusi iuuenis, & puer quondã,
Apinasq; nostras. Idem alibi:
Sunt apinæ, tricæq; & si quid uilius istis.

Vnde & Tricari simili figura dicebãt nugas agere. Cicero cum aliàs, tũ ad Atticum lib. 15. Tricatur scilicet, ut homo talis. Et rursum: Balbus, inquit, tricatur. Adagium ab euentu natum. Nam Tricam, & Apinã oppida fuisse quondam Apulię, demõstrat Plinius libro Naturalis hist. 3. cap. 11. referens Europæ sinus: Diomedes, inquit, ibi deleuit gentes Monadorum, Dardorumque, & vrbes duas, quæ in prouerbij ludicrum uertere, Apinam, & Tricam. Stephanus ostendit Tricam urbẽ fuisse Thessalię, fortitã id nominis a Trica, Penei filia. Nonius Marcellus tricas impedimenta, & implicationes interpretatur, ἀπὸ τῆς τριχῶν, idest, a pilis, quibus inuoluuntur pulli

gallinacei. Vnde dictum sit extricare, & intricare. Lucilius apud eundem, Tricones appellat, qui nugis homines remorentur. Et Tricinus quæstus, pro tardo, seu sicco. Et Varro tricas Attellanas, nugas impeditissimas. Equidem non negauerim in uoce ad lusum ad pilos. Cæterum ab oppido dictum prouerbium, uero propius est. Plin. lib. 7. cap. 48. ostendit, oues laudari solitas breuitate crurum, & uentris uestitu, quibus is nudus esset, eas apicas appellauit, ceu reticulas, damnatasque.

Corycæus auscultauit.

Κορυκαῖος ἠκροώζετο, i. Corycæus auscultauit. Vbi quis id, quod agit, conatus dissimulare, tamen à curiosis deprehenditur. Vnde natum sit adagium, ex auctoribus adscribemus. Corycus mons est Pamphyliæ præcelsus, ac portuosus, atq; ob id piratarum insidijs opportunus, quos ab eo monte Corycæos uocabant. Hi nouam insidiandi rationem excogitarant. Siquidem dispersi per portus Coryci montis, miscebant sese negotiatoribus, ut quisque forte appulerat, subauscultantes, & quid rerum portarent, & quò nauigare destinassent, denique quo tempore decreuissent soluere. Quæ simulatq; cognouerat, renunciabant piratis, cum quibus societatem maritimorum latrociniorum exercebant. Atq. ita per occasionem simul adorti, nauigantes spoliabant. Quæ res ubi mercatoribus esset comperta, pleraque occultabant, ac dissimulabant, insidiarum metu. Sed, cum ne sic quidem laterent, subodorãtibus omnia Coryceis, res in prouerbiũ abijt, τὸ τὸν κωρυκαῖος ἠκροώζετο, i. Hunc Corycæus auscultauit. De re uehementer dissimulata, deprehensa tamen. Suidas ait, Corycon Pamphyliæ promontorium esse, cui subiecta sit urbs Atalea. Eius urbis ciues, ne uexarentur ipsi a prædonibus, qui sese in promontorij arcem receptabant, per alios portus dissipati subauscultabãt, quinam appulissent, & quò tẽderent, eaq; prædonibus renunciabant. Idem ex Ephoro refert, Corycæos cõuenas quospiã fuisse, qui condiderint oppidulum in Lydia sub cacumine Coryci in mare prospectantis, finitimos Myonesso. Hos solitos sese negotiatoribus in portum appellentibus admiscere, quasi negotiatores essent & ipsi, mercium aliquid empturi: deinde quę cognouissent Myonessijs renunciabant. Myonessij nauigantes adoriebantur, prędam ablatam, aut prccia, quibus sese negotiatores redimebãt, quæ Græci λύτρα uocant, cũ Corycęis partientes. At Stephanus tradit, Corycum montem esse altissimũ, finitimũ Teo Ionię oppido, cui subiectus sit eiusdẽ noĩs portus. Quo loco meminit & de piratarũ insidijs, & puerbio. De Lydię Coryco sentit & Strabo, cuius uerba subscribã ex lib. 14. Πρὶν ἐλθεῖν ἐπὶ ἐρυθρὰς, πρῶτον μετὰ ἔρεσι πολίχνιον ἐστὶ τήϊον, εἶτα κώρυκος ὄρος ὑψηλὸν, λιμὴν ὑπ' αὐτῷ κασύσης, ἄλλος ἐρυθραὶ λιμὴν καλούμενος, ἐφεξῆς πλείους ἕτερα. φασὶ δὲ παράπλοιν τὸν κώρυκα πάντα λῃστήρια ὑπάρξαι τῶν κωρυκάδων καλουμένων, ὁρμούμενον τόπον κοινὸν τῶν ὀπισθεν πλοϊζομένων. κατεσπαρμένους γὰρ ἐν τοῖς λιμέσι, τοῖς καθορμιζομένοις ἐμπόροις προσφοιτᾶν, καὶ ὅτα κοῦσιν τὶ φέροιεν καὶ πῇ πλέοιεν, εἶτα σωλεύοντας ἀναχθεῖσι τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτίθεσθαι καθαρπάζειν. ἀφ' οὗ δὴ πάντα τὸν πολὺν πρόγονα καταλύειν ὁπηχειρεῦντα τῶν λάφυρα καὶ ἐν ἀπορρήτῳ διαλεγομένων, κωρυκαῖον καλοῦμεν, καὶ ἐν παροιμίᾳ φαμεν, τοῦ δ' ἀρὸ κωρυκαῖος ἠκροάζετο, ὅταν δοκῇ τὶς πράττειν δι' ἀπορρήτων, μὴ λανθάνῃ δὲ, διὰ τοῦς κατασκοπεύντας καὶ φιλοπαθοῦντας τὰ μὴ προσήκοντα. i. Priusquam peruenias Erythras, primũ occurrit oppidulũ Eræ Teiũ, deinde Corycus mons excelsus, atq; huic subiectus portus Casystas, mox alius portus dictus Erythræ, dein alij cõplures. Narrant aũt Corycũ præternauigantibus oĩa plena latrocinijs esse quorundam, quos Corycæos appellant. Hi nouũ insidiarũ genus commẽti fuerant in nauigantes. Siquidẽ dispersi per portus, negotiatores, qui fortè appulerant, adibãt, subauscultabantq. quid rerũ ferrent, quò nauigarent: deinde illos in altum reuersos collecti adoriebantur, ac spoliabant: unde factum est, ut quemuis curiosum, auidum auscultandi, quæ clanculum & in occulto dicuntur, Corycęum uocemus, prouerbioque dicamus, Hũc Corycæus auscultauit, quoties aliqs sibi uisus est egisse, dixisseve clam, cum tũ non latuerit, propter eos, q subauscultant, ac sciscitari student, q̃ non oportet. Hactenus Strabo. In cuius uerbis non uidetur abesse deprauatio: una tollet, si pro λῃστήρια legas λῃστῶν: altera, si legas λάφυρα καὶ ἐν ἀπορρήτῳ πραττομένων, καὶ διαλεγο-

διαλεγομένων. sic enim legisse uidetur interpres. Itaq. cũ duæ sint ciuitates eiusdem nominis, ad utrãque referunt prouerbiũ auctores. Stephanus ostendit & in Cilicia ciuitatem Corycum esse, quæ portu, saloque cingitur, ut ait Pomponius Mela, angusto tergore continenti adnexa, cui uicina specus illa multorum literis nobilitata. Iam Cilices piratas fuisse accepimus. Hanc eandem arbitror esse cum ea, quam in Pamphylia ponunt Zenodotus & Suidas, quod Pamphylia Ciliciæ sit contigua, atque olim bona Ciliciæ pars imputabatur in Pamphyliam. Idem Stephanus indicat & insulam fuisse eius nominis. Rursus Cretæ promontorium esse Coryciam, & eiusdem nominis portum Æthiopię. Inducunt & comici Deum quempiam Corycæum, exaudientem, atque auscultantem, quæ gerantur, sicuti Menander in Enchiridio, Dexippus in Thesauro, apud Suidam: quod tribus uerbis attigit & Hesychius, indicans Corycum Græcis sonare uas coriaceum, aut nauim, aut lanceam, Vsurpat hoc adagium M. Tullius lib. ad Atricum decimo, epistola ultima: Itaque posthac non scribam ad te, quid facturus sim, sed quid fecerim. Omnes κωρυκαῖοι uidentur subauscultare, quæ loquor.

Fortes fortuna adiuuat.

CICERO Tuscul. quæst. lib. 2. Fortes enim non modo fortuna adiuuat, vt est in ueteri prouerbio, sed multo magis ratio. Citatur alibi ex Ennio. Vsurpatur in Aeneide Maronis. Atque adeo passim ab omnibus. Ouidius Fastorum lib. 2.

Audentes forsque, Deusq. iuuat. Idem adlusit:

Audaces adiuuat ipsa Venus.

Rursum T. Liuius belli Macedonici li. 4. Fortes fortunam adiuuare aiebant. Admonet adagium, fortiter periclitandã esse fortunam. Nam his plerunque res prospere cedere. Propterea quòd id genus hominibus fortuna quasi faueat, infensa iis, qui nihil audent experiri, sed veluti cochleæ perpetuo latent intra testas.

Curentem incitare.

Τὸν πρέχοντα ὁρόνειν, i. Currentẽ incitare, est, adhortari quempiam ad id, ad quod iam suapte sponte tendit. Atque hac figura mitigamus, uel prędudimus magis, offensam admonitionis. Cicero ad Cassiũ: Vt Cæsarem in Italia uiderem, sic enim arbitrabamur, eumq. multis honestissimis uiris conseruatis, ad pacem currentem, ut aiunt, incitarem. Idem ad Quintum fratrẽ lib. 2. Quare facis tu quidẽ fraterne, quod me hortaris, sed, mehercle, currentem nũc quidem. Rursus ad Atticum: Quod me hortaris, ut eos dies cõsumam in philosophia explicanda: currentem tu quidem. Idẽ in Oratore: Facilius enim est, currentẽ, quod aiunt, incitare, quam commouere languẽtem. Plinius ad Canium: Scio te stimulis non egere, me tamen tui caritas euocat, vt currentem quoque instigem. Ducta est metaphora ab iis, qui cursu certant, quibus acclamatio solet addere velocitatẽ. Lucian° ex Homero citat ad Nigrinũ: Θάρρει δ' γαθὲ τοῦ τοῦ γάρ τοι τὸ τοῦ ὁ μάρε, παρὸ δόντα καὶ αὐτὸν παρακαλεῖς. i. Bono es aio, q̃ do quidem, iuxta Homericum illud, hortaris eum, qui ipse: sua sponte properet. Extat autem Iliados θ.

Αρεῖ δὴ κύδιστε, τί με παρὸ δόντα καὶ αὐτ.
Ορνυεις. idem.

Quid me sponte mea properantẽ maxime Atrida
Extimulas? Eodem adlusit Odiss. ω.

Ος εἰπὼν ὤρεωε πάρος μεμαῶτι ἄν ἀθήνλω. i.

Iandudum promptam, ac cupientem, his Pallada dictis

Excitat.

Itaq. currentem incitamus, cũ ad id uocamus aliquẽ, ad quod suapte cupiditate fertur, ac propendet. Quemadmodum meminit Dion, Timotheum cantorem quempiam certa quadam cantione, quę Palladis uocatur, Alexandri Magni animum repente ad belli cupiditatem incitare solitum. Atq. incitabat ille quidem, sed sponte currentem, ut pote natura sanguinarium, & belli sitientissimum. Alioqui Sardanapalũ illum πάναβρον, id est, mollissimum, iisdẽ modis haud unquam commouisset. Terẽt. in Andria torsit in malam partem, omissa metaphora, si hic non insanit satis sua spõte instiga. Huc pertinent illa M. Tull. familiaria, E cursu reuocare. In principio Topicorum; E cursu ipso reuocauit uolũtas tua. Et in cursu esse, & Cursum interrumpere.

Calcar addere currenti.

EANDEM sententiã, aliũde ducta metaphora, extulit Plinius iunior in epistola

quadam ad Pompeium Saturnium. Flagitabas, ut tibi aliquid ex meis scriptis mitterem, cum ego id ipsum destinassem. Addidisti ergo calcaria sponte currenti. Translatione sumpta ab equitibus, qui nonnunquam etiam sponte currẽtibus equis, quo currant celerius, calcar addunt. Ita nobis calcar addit, qui extimulat languentes: addit currentibus, qui cupiditatem, ac studiũ nostrum auget, acuitq; Ouidius:

Non opus admisso subdere calcar equo.

Sunt autẽ ferme prouerbiales in totum illæ metaphoræ: Subdere calcar, subdere stimulos: quemadmodum & illæ, Inicere frænum, compescere fræno, reuocare fræno. M. Tullius ad Atticum: Adscribit etiã, & quasi calcar admouet. Idem ad eundem lib. 6. Sed alter, ut dixit Isocrates in Ephoro & Theopompo, & frænis eget, alter calcaribus. Plato lib. de Legib. 9. ἄριστ' ὠκλεινία χρεὸν τὶ μὲ ὥσπερ φερόμενον ἀντικρύσας ἀνέγειρες, i. Opportune me, Clinia, impetu currentem retudisti. Et illud Cicronis: E medio cursũ reuocauit.

In triuio sum.

Εν τριόδῳ εἰμὶ λογισμῶν, i. In triuio sũ cõsilii. In eos, qui dubitant, quiq. incerti sunt animi, hæsitantes, quid potissimũ eligãt. Translatum ab iis, qui faciunt iter, &, si quãdo triuium occurrerit, addubitant, quam uiam oporteat ingredi. Nam uiam pro ratione consilii frequenter apud Græcos auctores reperies, ut apud Euripidẽ in Hecuba, σῶν ὁδὸν βουλευμάτων. i. Tuorum uiam consiliorũ. Theognis, ἐν τριόδῳ ἔστηκα. i. In triuio consisto. Adludit huc & Plato lib. de Legibus septimo: uetãs, ne, si qua res admiranda atque inusitata occurrerit, protinus ad eam amplectendam accurramus, sed, perinde quasi ad triuiũ aliquod uenerimus, ignari uiæ, consistamus, neque ante pergamus, quam perueſtigatũ sit, quò quæq. ducat uia Καθάπερ, inquit, ἐν τριόδῳ ψυόμενος.

Bis, ac ter, quod pulchrum est.

Δὶς ἢ τρὶς τὸ καλόν. i. Iterum ac tertio, quod pulchrum est, subaudi, dicẽdum est. Vsurpatur a Platone cũ aliis in locis, tũ in Philebo, εἰ καὶ πρότερον ἐμνήσθημεν, εἰ δ' ἡ παροιμία δοκεῖ ἔχειν, τὸ δὶς καὶ τρὶς τόγε καλῶς ἔχον ἐπαναπολεῖν τῷ λόγῳ δεῖν. i. De quib. & ante meminimus. Cæterũ bene uidetur prouerbio dictũ, quod egregium sit, id iterum, ac tertio in sermone repeti oportere, Idẽ in Gorgia. καὶ δὶς γάρ τοι καὶ τρὶς φασὶ καλὸν εἶναι τὰ καλὰ λέγειν τε καὶ διασκοπεῖσθαι. i. Atqui pulchrum aiunt, ea, quæ pulchra sunt, iterum ac tertio tũ dicere, tum considerare. Rursum libro de Legibus sexto: λέγω δὴ καθάπερ εἶπον νυνὶ δή. δὶς γὰρ τόγε καλὸν ῥηθὲν οὐδὲν βλάπτει. i. Dico autem, quemadmodum modo dicebam. Nam nihil lædit, quod pulchrum sit, bis dicere. Lucianus in Dipsadibus, citãs eundem Platonem, Κόρος, inquit, οὐδεὶς ἢ καλῶν, i. Nulla satietas rerum honestarũ. Omnino ea uis inest rebus egregiis, ut, quo sæpius, ac pressius inspicantur, hoc magis ac magis placeant, ut ait Horatius:

Quæ, si propius stes,
Te capiet magis, ac decies repetita placebit.

Cõtra, quæ fucata sunt, aut uulgaria, nõ nunquã initio adridẽt nouitate ipsa, mox repetita sordescunt. Quemadmodum Pli. lib. 15. c. 14. meminit de syluestri quodã pomi genere, quod unedonem uocãt, propterea q̃ unum tantum edi possit. Est etenim in honorũ, vt ait: atq. hinc nominis ratio.

Fratrum inter se iræ sunt acerbissimæ.

Si quando simultas inciderit inter fratres, ea solet esse atrocior, quam uulgariũ inimicorum. Suppetunt abunde multa ex historicis exempla: Cain & Abel: Romuli & Remi: Iacob & Esau. Antonini Seueri Imperatoris filii in Getam odium, usque adeo sæuum, ac pertinax fuit, ut ne morte quidem illius atrocissima potuerit saturari, quin & in omnes illius amiços sæuiret. Qua de re fertur adagium, idq. cõmemoratur ab Aristotele li. Politicorum septimo, παρ' οἷς γὰρ ὀφείλεσθαι εἶναι τὴν δι' ἐργεσίαν ὑπολαμβάνουσιν, πρὸς τῷ βλάβει, καὶ ταύτης ὑποτρεῖσθαι νομίζουσιν. ὅθεν εἴρηται, καλεποὶ γὰρ πόλεμοι ἀδελφῶν. καὶ, οἱ τὸ πέρας ἐρίζαντες, οὐδὲ καὶ πέρας μισοῦσιν. i. A quibus, inquit, deberi beneficium, existimãt, ab ijsdem nõ solum fraudari beneficio, sed insuper lædi se putãt. Vnde prouerbio dicitur, Acerba enim bella fratrum. Et, qui supra modum amãt, ijdem & supra modum oderunt. Hactenus Aristoteles. Huc respexit Euripides in Iphigenia Aulidensi:

Δεινὸν κασιγνήτοισι γίνεσθαι λόγους

Μάχας

Μάχας θ' ὅταν ποτ' ἐμπέσωσιν εἰς ἔριν. i.

Res dira, verbis inuicem alter carier,
Dictisque fratres dimicare mutuis,
Si quando lis inciderit aut contentio.

Taurum tollet, qui uitulum sustulerit.

Adagium, in fornice natum, uti uidetur, sed quod ad usum uerecundiorem cõmode torqueri possit, si quando significabimus maiora, peccaturum adultum, qui puer uitiis minoribus assueuerit. Extat in fragmentis Arbitri Petronii, his quidem uerbis: Obstupui ego, & nec Gitonem uerecundissimum puerum, sufficere huic petulantiæ affirmaui, nec puellam eius ætatis esse, ut muliebris patientiæ legem possit accipere. Itaque, inquit, Quartilla, minor est, quam ego fui, cum uirum passa sum? Iunonem meam iratam habeam, si me unquam meminerim uirginem fuisse. Nam infans cum paribus inquinata sum, & subinde prodeũtibus annis, maioribus me pueris applicui, donec ad hanc ætatem perueni. Hinc etiam natum est prouerbium illud, ut posse dicatur taurum tollere, qui uitulum sustulerit. Non absurdum uidetur, adagium ad Milonis Crotoniatæ factum referri, qui quotidie uitulum aliquot stadiis gestare solitus, eundem, taurum factum, citra negotium gestasse legitur. Atque ita quadrabit in eos, qui paulatim rebus etiam maximis assuescunt.

Viuorum oportet meminisse.

Viuorum meminisse oportet. Vet' adagium in eos, qui plurimum de uita defunctis loquuntur, id quod uulgo putant ominosum, mortuos in ore habere, eosq. uelut citatos in sermonẽ adducere. Vnde & M. Varro lib. de lingua Latina tertio, putat lethum ὑπὸ τῆς λήθης, i. obliuione, dictum, quasi in obliuionem abire conueniat, qui uita excesserit, atque in funeribus sic quondam a præcone dici solere; Ollus letho datus est. Refertur adagium a Cicerone lib. 5. de Finibus bonorum & malorum, Vbi cum Piso, deinde Q. Cicero dixissent, se uehementer commoueri recordatione clarorum uirorum, ex contemplatione locorum, in quibus aliquando uiui uersati fuissent, & uterque recensuisset, quorum memoria potissimum delectaretur: tum Pomponius Atticus, quasi iocans: At ego, inquit, quem uos, ut deditum Epicuro, insectari soletis, sum multũ equidem cum Phædro, quẽ unice diligo, ut scitis, in Epicuri hortis, quos modo præteribamus, sed ueteris prouerbii admonitu uiuorum memini. nec tamen Epicuri licet obliuisci, si cupiam, cuius imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis, & anulis habent. Hactenus Cicero. Plautus item in Truculento: Dum uiuit, hominem noueris, dum mortuus est, quiescas. Thaletis dictum iure celebratur, Oportet non minus absentium amicorum, quam præsentiũ memores esse.

Cum larui luctari.

Cum larui luctari, dicuntur ii, qui uita defunctos insectantur maledictis. Suida Aristophanem citat, qui scripserit:

Παῦε παῦε ὦ δέσποθ' ἑρμῆ,
Νεκρὸν γὰρ ὄντα τὴν κλέων ἐλοιδόρει, i.

Cõpesce, cõpesce here Mercuri, mortuo enim Cleoni comiciatus est. Lucianus in Sectis: Σκιαμαχῶσι πρὸς ἡμᾶς ἀπόντας. i. Vmbraticam pugnam aduersus nos absentes pugnant. Sentit autem de mortuis, & absentibus. Meminit huius Plinius in præfatione historiæ mundi, ab hunc modũ, Nec Plãcus illepide, q̃ cũ diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quæ ab ipso, aut liberis post mortẽ Planci ederentur, ne respondere posset. Cum mortuis non nisi laruas luctari. Quo dicto sic repercussit illos, vt apud eruditos nihil impudentius uideretur. Aristoteles in rhetoricis citat Platonem ex Politia, qui scripserit eos, qui mortuos adlatrarent, uideri similes catellis, q̃ lapides iactos morderent, ipsos, qui læsissent, non attingerent.

Iugulare mortuos.

Hvic simile videtur Iugulare mortuos, pro eo, quod est, insectari defunctos, & pugnare cũ iis, qui iã extincti sint. Translatũ a bellis, in quibus ignauum, ac ridiculum sit, prostratos, atque interfectos iugulare: rursus cum uiuis congredi, forte. Refertur a Laertio in Menedemo. Is Bionem, cum diuinos studiose insectaretur, ait iugulare mortuos, nimirum iam explosos, & oĩum sentẽtia reprobatos. Aristophanes ἐν ὄρνισι scripsit, τοὺς τεθνηκότας ἀποκτείνειν, id est, defunctos occidere. Fiet lepidior metaphora, si paulo longius detorqueatur. Vt si quis

si quis dicat eum iugulare mortuos, qui libru impugnet, a nullo non damnatum: aut disputet aduersus sententiam, omniũ suffragiis iam olim reiectam: aut si quis uituperet rem, omnibus per se detestatam.

Cygnea cantio.

Κύκνειον ἆσμα, i. Cygnea cantilena. Refertur inter Græcanica prouerbia. Notatur & ab Æliano in opere. De naturis animalium, prouerbii uice. Conuenit in eos, qui supremo uitæ tempore facundè disserunt, aut extrema senecta suauiloquentius scribunt, id quod ferè solet accidere scriptoribus, ut postrema queque minime sint acerba, maximeq. mellitas uidelicet per ætatẽ maturescẽte eloquentia. Porro cygnos, instante morte, mirandos quosdam cantus edere, tam omnium literis est celebratum, quam nulli uel compertum, uel creditum. Nã Lucianus negat, se uel uidisse cygnos, cum in Pado flumine nauigaret. Ælianus addit cygnos non canere, nisi flãte zephyro uento, quem Latini fauonium dicunt. Martialis:

Dulcia defecta modulat carmina lingua,
Cantator cygnus funeris ipse sui.

Neq. desunt philosophi, qui huius rei causam etiam addere conãtur, affirmantq. id accidere propter spiritus per collũ procerum & angustum erumpere laborantes. Diuus Hieronymus, in quodam laudans senilem eloquentiam, commemoratis aliquot scriptoribus: Hi omnes, inquit, nescio quid cygneum uicina morte cecinerunt. Idem in epitaphio Nepotiani: Vbi est ille ἐργοδιώκτης noster, & cygneo canore uox dulcior. Meminit adagii & Athenęus libro Dipnoso. 14. ex auctore Chrysippo: referens quendam adeo impense delectatum fuisse dicteriis, ut cum esset a carnifice trucidandus, dixerit se uelle mori, decantata cygnea cantione: sentiens, opinamur, dictum aliquod falsum, quod fi mul atque proloquutus esset, non attrectaretur emori. M. Tullius præfans in librum De oratore tertium, de L. Crasso ita loquitur: Illa tanquam cygnea fuit diuina hominis uox, & oratio, quam quasi expectantes post eius interitũ ueniebamus in curiam, ut uestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur.

Nestorea eloquentia.

CONSIMILEM ad modum Nestoris Pyliorum ducis facundia in prouerbiũ abiit, si quando senilem suauiloquentiam significamus. Nam huic Homerus, ut tria sęcula, ita plus quam mellitam quandam facũdiam affingit. Sic enim ait in Iliados α.

Τοῖσι δ' ἀνέστω.
Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς πολίων ἀγορητής.
Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. idest.

Post hos assurgit Pylius dux ille disertus Nestor, cuius ab ore fluit uox melle liquenti Dulcior

Quẽ locum imitans Theocritus, auctore Plutarcho scripsit in Bucolicis:

Οὐ νεκὰ οἱ γλυκὺ μᾶσα καὶ ἐκ στόματος χέε νέκταρ.

Propterea, q̃ in os illi prædulce camena
Infudit nectar.

Huc spectat & Horatianum illud:

Fidis enim manare poetica mella
Te solum.

Lepos Atticus. Eloquentia Attica.

INTER reliquos Græciæ populos, lepos quidam, & festiuitas quasi uernacula ac peculiaris adest Atticis, adeo ut & in prouerbium abierit, Atticus lepos, Attica eloquentia, pro summa. Terentius in Eunucho. Dixin' in hoc Atticam esse eloquentiam? Cum insulsum, atque inuenustum militem rideret. Diuus Hieronymus ad Pammachium, Iouinianum, ut opinamur, irridens. Hæc, inquit, Plautina eloquentia, hic lepos Atticus, & Musarũ, ut dicitur, eloquio comparandus. Quanquam illud de Musarum eloquio ad M. Varronis elogium de Plauto celebratum respicit, qui dixit, Musas ipsas, si Latine loqui uoluissent, Plautino ore fuisse locuturas. Huc adlusit & Lucianus in libello De mercede seruiẽtib⁹: καὶν ἔτι σολοικίσαντες τύχωσιν, αὐτὶ τὸ τῆς ἀπικῆς καὶ τοῦ ὑμηπῆ. i. Quod si quando quid etiam rustice dixerint, hoc ipsum mere Atticum, atque ab Hymetto profectũ videri volunt. Est autem Hymettus mons Atticę, mellificio nobilis, Vnde & mel Atticum, & Hymettia mella. Quę precipua fuisse testatur & Martialis in Xenijs:

Hoc tibi Thesei populatrix misit Hymetti
Palladis a syluis nobile nectar, apis.

Mandrabuli more res succedit.

Ἐπὶ μανδραβούλου χωρεῖ τὰ πράγματα, i. Res Mandrabuli ordine succedit, hoc est, i dies in peius labitur. Inde natum, quòd Mandrabulus quidam, cum thesaurum reperisset, primum auream ouem posuit Iunoni Samiæ, proximo anno argenteam, tertio æneam. Lucianus De mercede seruiẽtibus. Ἀλλὰ χαίρεις γε, καὶ σεαυτὸ ἐξαπατᾶς, καὶ ἀεὶ τὰ μέλλοντα βελτίω γενήσεσθαι νομίζεις. τὸ δ' ἐμπαλιν ἀνήλπισας γίγνεται, καὶ ὡς ἡ παροιμία φησὶν, ἐπὶ μανδραβούλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα, καθ' ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, ἡμέραν ὀλιγωρότερον, καὶ εἰς τὔπισω ἀναποδίζον. i. Tu tũ, vtcunq; gaudes, tibique ipsi imponis, semperq; credis meliora futura, q̃ sequentur: atqui id contra, q̃ sperasti, euenit, planeq;, iuxta prouerbium, ad morem Mandrabuli tibi negocium procedit, dum in singulos, ut ita dixerim, dies fit minus, ac deterius, atq; in tergum retrocedit. Alciphrõ i epistola quadã: Καὶ, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἐπὶ τὰ μανδραβούλου χωρεῖ τὰ πράγματα. idest, Iuxtaque prouerbium, ad exemplum Mandrabuli res succedunt. Non intempestiuiter itaq. dicitur in eos, qui in deterius abeunt. Quemadmodum Menedemus apud Plutarchum, permultos Athenas uenire studij causa: principio sapientes, deinde philosophos, postea rhetoras, postremo idiotas euadere. Nec alienum fuerit hic nobilem illam Platonis sẽtentiã adscribere, ex lib. De legib. primo: Τὸ νικᾶν αὐτὸν, πασῶν νικῶν πρώτιστε καὶ ἀρίστη· τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, πάντων αἰσχιστόν τε ἅμα καὶ κάκιστον. idest. Si quis ipse seipsum uincat, omnium victoriarum tum prima, tum optima est. Rursum ipsum seipso inferiorem esse, omniũ & turpissimum est, & grauissimum. Vincit enim seipsum, qui proficit in melius: at seipso inferiorem euadere, est deteriorem reddi.

Maturè fias senex.

MATVRE fias senex, si diu uelis esse senex. Latinorum prouerbium, quo monemur, ut integra adhuc ætate desistamus à laboribus iuuenilibus, ac ualetudinis curã agere incipiamus, si uelimus esse uiuaci, ac diuturna senecta. Nã senectutis sors, otiũ & quies. Vsurpatur à Catone maiore apud Ciceronem: Neque enim, inquit, unquam assensus sum ueteri illi, laudatoq. prouerbio, quod monet maturè fieri senem, si diu senex esse uelis. Hoc quanquã Catoni nõ probatur, homini duro, quique sibi nec extrema senecta remittendis laborib. indulserit, tamen audiendum nobis, maximè si de uitijs iuuentæ sentias, puta libidine, bibacitate, turbulentia uitæ, quæ nisi quis maturè reliquerit, aut nunquã peruenient ad senectam, aut breuem habiturus est senectam.

Senis doctor.

Γέροντος διδάσκαλος, i. Senis doctor. Citatur sæpiuscule titulus hic à Nonio Marcello, inter titulos fabularum Varronis, quem dubium non est prouerbialem esse, sicuti sunt alij plerique. Cõuenit in eum, qui in re sera, atque intempestiua frustra sumit operam. Siquidem, ut est iuuenta docilis, atque in quemuis habitum sequax, ita senecta intractabilis, tarda, atq; obliuiosa. Proinde Theognis.

Μή με δίδασκε, δόλιχος εἰμὶ μαθεῖν. i.
Ne doceas, me ætas iam facit indocilem.

Euripides in Bacchis:

Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ. i.
Senem senex, & ipse te erudiuero.

Atque hic quidem uersus inuentus est in Sophoclis Philocteta, quem celebrem ac prouerbialem fuisse testatur Gellius l. Noctium decimotertio, cap. 17. Varro titulum suum sumpsisse uidetur ex Euthydemo Platonis, ubi Socrates narrat, Connum, præceptorem suum, à quo senex fidibus canere didicit, ludibrij causa à pueris uocatũ fuisse γέροντος διδάσκαλον. Ad hanc sententiam pertinet, quod dixisse ferunt Diogenẽ: Νεκρὸν ἰατρεύειν καὶ γέροντα νουθετεῖν ταὐτὸν εἶναι. i. Mortuo mederi, & senẽ admonere, idem esse. Quanquam inutilis est sententia, quæ senes deterret à discẽdis ijs, quæ nescire turpe est.

Senis mutare linguam.

CVM ad omnẽ disciplinam tardior est senectus, tum potissimum ad discendã linguam, quæ facultas maximè pueris a natura data est. Quapropter etiam vulgò cõpertissimum, pueros facile quamuis exprimere linguam: contrà natu grandiores, aut non assequi, aut parum feliciter imitari. Inde prouerbium, senis mutare linguã, de frustra, atq; intempestiue laborãtibus. Diuus Hieronymus, præloquens in quatuor Euangelia, Pius, inquit, labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris, ipsum

ipsum ab omnibus iudicandum: senis mutare linguam, & canescentem mundum ad initia retrahere paruulorum. Quo significatur, adultam ętatem ad omnia minus esse tractabilem, quam rudes illos, ac teneros annos. id quod eleganti metaphora dictum est à Nasone:

Quæ præbet latas arbor spatiantibus umbras,
Quo posita est primum tempore, uirga fuit.
Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,
Nunc stat, in immensum uiribus aucta suis.

Quare tunc formandi mores, cum mollis adhuc ętas: tunc optimis assuéscēdum, cum ad quiduis cereum est ingeniū. Nā, posteaquam annis iā ceu diriguit animus; & uix dediscimus, quę perperā didicimus; & quæ nescimus, nō sine maximo negotio nobis inculcantur. Neque hæc diximus, ut adultiores a discēdo deterreantur, cum nulla sit ætas ad discēdum sera, sed vt pueros ad discendi studium acuamus. Ne hoc quidem prætermittēdum, quanquam vulgo iactatum: Senex psittacus negligit ferulam. Adagii sensus tametsi per se nō est obscurus, tamen magis liquebit ex Appuleii uerbis, quæ sunt in libro Floridorum secundo de psittaco: Quæ rusticum nostrum sermonem cogitur æmulari, ferrea clauicula caput tunditur, imperium magistri ut persentiscat. Hæc ferula discenti est. Discit autem statim pullus usque ad duos ætatis suæ annos, dum facile os uti conformetur, dum tenera lingua uti conuibretur. Senex autem captus, & indocilis est, & obliuiosus. Hactenus Appuleius Indicat & Plinius lib. 10. cap. 42. miram esse docilitatem huic aui, uerum nō nisi primis duobus uitæ annis. His finitimum est, quod uulgo quidem, attamen haud quaq; ineleganter dicitur: Serum esse, canes uetulos loris assuefacere.

Cascus Cascam ducit.

NEQVE longe hinc diffidet illud, qd Varro refert libro de ligua Latina tertio: Cascus Cascam ducit: quoties similis similem delectat, uetulus uetulam, deformis deformem, improbus improbum. Nam antiquitus cascum dicebatur, quod nos uetus appellamus: idque, ut auctor est idem Varro, lingua Sabinorum, quæ in Oscam usque linguam radices egerit, qua Casnar senex dicitur, eoq; Ennium, ut Oscæ linguæ peritum, scripsisse:

Quā primū casci populi genuere Latini.

Cascos Latinos priscos appellat M. Tullius Tusculanarum quæstionum lib. 1. Itaque unum illud erat insitum priscis illis, quos appellat cascos Ennius. Citat autem Varro adagium, tanquam a Manilio quodam profectum, qui dixerit, non esse mirū, si cascum casca duxisset, quoniam is canoras faciebat nuptias. Videtur esse iocus in anum uetulo nuptam, adlusumq; ad uocē casci, perinde quasi deducatur a canendo. Refertur ibidem epigramma Papinii cuiusdam, quod scripsit in adolescentem nomine Cascam.

Ridiculum est, cum te Cascam tua casca dicit.

Opinor adolescentem duxisse vetulam, proinde absurdum videri, quoties casca, id est, vetula, maritum iuuenē, veluti suo ipsius nomine Cascam vocaret. Fortasse prouerbii iocus ad priscum nuptiarum morē spectat, quem refert Plutarchus in Problematis. Qui deducebant sponsam in domū sponsi, iubebant his verbis alloqui, Vbi tu Caius, ego Caia.

Bis per omnia.

Δὶς διὰ πασῶν, id est, Bis p omnia. Hoc prouerbio discrimen ingens, ac longissimum interuallum significabant. Vnde q̄ pugnantissima inter sese uiderentur, totoque dissidere genere, ea, δὶς διὰ πασῶν inter se discrepare dicebant. Lucianus in li. De conscribenda historia: Καὶ τὸ τῆς μουσικῶν δὴ τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν ἐστὶ πρὸς ἄλληλα. hoc est, Denique, iuxta musicorū prouerbium, δὶς διὰ πασῶν interuallo se se mutuo respiciunt. Idem in Apologia: Ἀλλά μοι ἐκεῖνο ἐννόησον, ὃς πάμπολυ τὰ τοιαῦτα διαφέρει, ἐς οἰκίαν τινὸς πλουσίου ὑπόμισθον παρελθόντα δειλιᾶν, καὶ ἀνέχεσθαι ὅσα μοι φησὶ τὸ βιβλίον, καὶ ἐς δωμάτιον πολιτευόμενον, ἐπὶ τοῦτῳ παρὰ βασιλέως μισθοφορεῖν. διελθὼν δὴ καὶ ἰδίᾳ καταθεὶς ἑκάτερον. σκόπει. δύρησεις γὰρ τὸ τῆς μουσικῶν δὴ τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν τὸ πρᾶγμα, καὶ τοσοῦτον ἐοικότας ἀλλήλοις τοὺς βίους ὅσον μόλυβδος ἀργύρῳ καὶ χαλκὸς χρυσῷ, καὶ ἀνεμώνη ῥόδῳ, καὶ ἀνθρώπῳ πίθηκος. μισθὸς μὲν γὰρ δὴ κἀκεῖ, κἀν-

τοῦθα,

τοῦθα καὶ τὸ ὑπ' ἄλλῳ τάττεσθαι, τὸ δ' πρᾶγμα παμπόλλου ἔχει τὴν διαφωνίαν. i. quin illud mihi iam considera, quam maximo hęc inter sese discrimine distare, videlicet in opulenti cuiuspiam ædes adscriptum, seruire seruitutem, & ea omnia perferre, q̄ libellus ille meus commemorat: & publicē populi negotium gerentem, ac pro uirili remp. administrantem, hoc nomine ab Imperatore salarium accipere. Age, perpende hæc, & utrunq. per se, priuatimq; contemplare. Reperies nimirum, iuxta illud musicorum, prouerbium, δὶς διὰ πασῶν, negotio discrimē inesse. Et has duas uitæ rationes tantum inter se conuenire, quantum affinitatis est plumbo cum argento, æri cum auro, anemonæ cum rosa, homini cum simia. Nam merces quidem accipitur & illic, quemadmodum hic quoque, & utrobique contingit, ut aliis subiectus pareas. Cęterum ipsius negotii nō mediocris est dissonantia. Hactenus Lucianus Adagium, ut is etiam indicauit, ex arte musica mutuo sumptum est. Nam Macrobius commentario in Somnium Scipionis secundo, quinque species harmoniarū cōmemorat: διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε, διὰ πασῶν, διὰ πασῶν, καὶ διὰ πέντε, & δὶς διὰ πασῶν. Ex cōpositis harmonijs: διὰ τεσσάρων, & διὰ πέντε, cōstituitur διὰ πασῶν, cui nominis hoc inditum est, q̄ absolutam reddat symphoniā, ut mihi uideatur huc ēt illud respicere prouerbium, qd alio loco commemorabimus. ἅπαντ' ὀκτώ. Similiter Plutarchus, & quicunq. ueterum, vel apud Grecos, uel apud Latinos, de musicæ disciplina conscripserunt, Harmoniarum metam figunt in ea, quæ uocatur δὶς διὰ πασῶν. Boetius item libro De musica primo, tradit, antiquitus harmonicam rationem heptachordo dūtaxat constitisse, hoc est, fidibus septem, quarum ima, ὑπάτη dicebatur, summa νήτη. Deinde alias chordas adiicientibus aliis, ita creuit uocū numerus, ut ad duplicatum heptachordum peruenireturr. Atque hic progrediendi finis futurus uidebatur, nisi quòd ipse symphoniarum ratio μέσῳ illam, quæ in heptachordo locum nomini congruentē obtinuerat, & utroq. ad extremā relata chordam, harmoniam διὰ τεσσάρων edebat, desiderare uideretur. Hac igitur adiecta, & in suum immissa locum, ad quindecim chordas peruentum est, quarum extremam alteram, προσλαμβανόμενον dixere, altera νήτῃ ὑπερβόλαιον. Ita fit, vt μέσῃ utroq. relata, reddat harmoniā διὰ πασῶν: rursū extremarum utralibet ad μέσῳ relata, eādem constituat harmoniam. Porrò summa relata ad imam symphoniam reddat, quā uocant δὶς διὰ πασῶν, propterea q̄ hac, qua dixi, ratione, bis complectatur eā harmoniam, cui nomē, διὰ πασῶν. Quoniam autem hac fini constitit harmonica ratio, nec ulterius procedere licuit, tractū est in popularem sermonem, ut quæ longissimo discrimine inter se dissita ſsēt, ea δὶς διὰ πασῶν distare dicerent: perinde quasi dicas adeo seiuncta, ut magis seiungi non queant. Cui similimū illud, ἐκ διαμέτρου, i. ex diametro.

Vbi timor, ibi & pudor.

Ἰνα δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς, i. Vbi timor, ibi & pudor. Prouerbialis sententia, quæ hodie quoq. uulgo manet, cui similis illa Terētiana: Oēs deteriores sumus licentia. Et maxima pars hominum formidine fustis à malefactis tēperat Plato libro De legibus q̄nto: Ἡ δ' ἀδεια ἀναυχωτίαν ἐνέτεκεν. i. Audacia uero parit impudentiā. ἀδειαν autem uocant, cum abest metus. Item in Eutyphrone citat ex poeta quopiam. Est enim hemistichion carminis heroici:

Ἰνα γὰρ δέος ἔνθα καὶ αἰδώς, id est.
Vbi enim timor, & pudor illic.

Suidas indicat esse Epicharmi.

Foras Cares, non amplius antisteria.

Θύραζε κᾶρες, οὐκ ἔτ' ἀνθιστήρια. i.
Cares foras: peracta enim anthisteria:

Dici consueuit, ubi quis semper eadem sibi sperat commoda, aut idem semper licitum fore credit, quod aliquando pro tēporis ratione fuerit permissum. Veluti si quis semel expertus cuiuspiam liberalitatem, subinde redeat, aliquid muneris petens: aut cum pueri permissam sibi ad tempus feriandi, ludendique facultatem ultra tempus prorogant. Originem prouerbii tradunt ad hunc modum: Athenienſibus mensis quidam ἀνθιστηριών appellabatur, quòd is plurimos flores progigneret. In hoc festa quæpiam agebantur, & conuiuia liberiora, quemadmodum in Saturnalibus fieri consueuit apud Romanos, in quibus & seruis accumbere licebat,

licebat feriatis interim ab opere. Exactis autem feriis, cum iam ad solitas operas re uocarentur, hoc pacto dicebant heri, Foras Cares, nõ iam amplius anthisteria. Cares autem seruos appellabant, quòd ea gens mercenariis operis quæstum fecitaret, ue lut omnium. serui quicunque cõduxissent. Sunt qui dicant, Cares olim Atticæ regio nis partem obtinuisse. Athenienses autẽ, cum Anthisteriorum solẽnitatem agerẽt, solere Cares in ciuitatem, atque in domos receptos ad festi communionẽ admittere: deinceps, peracto solennitatis tempore, si quos è Caribus offendissent in urbe cessantes, per iocum dicebant,

Θύραζε κᾶρες, ἐκ ἔτ' ἀνθιστήρια. idest, Exite Cares acta enim anthisteria.

Sonat autem ea uox Græca, perinde, quasi dicas, Floralia Latine, quorum licen tia multorum literis notissima est. Non diuersum est, quod ait Seneca in iudicio i Claudium scripto, Non semper erunt Saturnalia, Nam Saturnalibus, seruis quoq. libertas erat.

Fures clamorem.

Οἱ φῶρες ᾖ δοῖω, id est, Fures clamorem, subaudiendum, timent, aut sensérunt. Quadrabit in eos, qui, sibi conscii, metuũt ne deprehẽdãtur: aut qui peracto maleficio fugitant, pauitantq;. Habet autẽ hoc cum omnis malefacti conscientia, tum præcipue furti, ut hominem trepidum red dat, ac lucifugam. Huc adlusit Virgilius:

Et cũ clamarem, quò nũc se proripit ille,
Tityre, coge pecᵒ, tu post carecta latebas.

Funiculum fugiunt miniatum.

Τὸ χοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον, i. Vitant sinopi collitam rectum rubra.

At dicetur, ubi quis pperat officio suo fungi, non ex animo, sed ne in mulctã incidat. Carmen sumptũ ex Aristophane, cuius interpres, & item Suidas huiusmodi ferme commemorant. Atheniensium magistratus uariis modis conati sunt efficere, ut populus quam maxime frequens ad concionẽ uentitaret: obiectis enim repagulis quibus dam uias reliquas occludebãt, quæ nõ ducerent ad forum: tum merces tollebant ex mercatu, ne quid hac gratia ibi cessaretur: deniq. funem pararant rubro colore, quẽ μίλτον, idest, interprete Plinio, minium vocant Latini, nõnulli cinabarim appellant, oblitum. Hoc duo ministri publici populum cingentes, agebant in concionem. Studebat quisque funiculum effugere, ppte rea quòd quisquis colore notatus appareret contagio funis, is mulctam pendere cogebatur. Vnde, qui notam metuunt, eos elegãter dicemus φεύγειν τὸ χοινίον μεμιλτωμένον. i. fugere funiculum miniatum.

Fortunatior Strobilis Carcini.

Εὐδαιμονέστερος καρκίνου στροβίλου, idest Fortunatior Carcini Strobilus. Ironia prouerbialis, in infelicem, & improbum. Carcinus poeta quispiam fuit, cuius filii dicti sunt Strobili ab Aristophane, quos & γλυκυπαχήλους uocat, id est dulciceruicos. Iocus autem sumptus est a nominum adlusione. Nam Græcè Carcinus cancrum, Strobili cochleas significant. Vtrumque genus distortum, ac fędum. Adagium recenseturapud Suidam, & Zenodotum. Extat apud Aristophanem in Pace.

Festo die si quid prodegeris.

PLAVTVS in Aulularia sub persona senis Euclionis. Festo die si quid prodegeris, pro festo egere liceat, nisi peperceris. Schema prouerbiale. Admonet autem, ne in sumptibus solennibus ita profusi simus, ut non suppetat quo feramus quotidianos. Nam festi dies uel sacris offerendis, uel diurnis epulationibus, uel ludis in honorem deorum, uel feriis obseruandis celebrabantur: profesti ad rei priuatæ, publicæque administrationem concedebantur. Accommodabitur non perperam & in eos, qui iuuenes rem prodigunt, esurituri senes, qui ve intempestiue profundunt, postea desideraturi.

Felis Tarteſſia.

Γαλῆ ταρτησσία, id est, Felis Tarteſſia. De magnis, & ridiculis dicebatur. Tarteſſij sũt in Iberia, apud quos feles maximę nasci dicuntur. Fortasse non inepte dicitur & de rapacibus. Aristophanes in Vespis:

Ὥσπερ μεγαλῶν κρέα κλέψασαν
Τηρῶσιν ἔχοντ' ὀζελίσκους. id est,
Nunc uti felem rapta carne.
Obseruant gestantem uerua.

Item Lucianus, cũ ait, ἁρπακτικώτερον ἢ γαλῶν, id est, rapaciores felibus: nimirum & ipse felium significat rapacitatem uulgo notam fuisse.

Feli

Feli crocoton.

Γαλῆ κροκωτόν, idest. Feli crocoton, sub audiendum, das, aut addis. Dici solitum, quoties honos additur indignis, & quos haudquaquam decet. Aut cum datur quippiam iis, qui munere non norunt uti, ueluti si quis a musis alienissimo bellissimũ donaret librum. Crocoton uestis genus est rotundæ, ac fimbriatæ, qua diuites utebãtur matronæ. Apud Nonium in dictione Richa, refertur inter uestes delicatas & crocoton. Sic enim arbitramur legendum, Mollicinam crocotam, chirodatam Richã. Ac, teste Plutarcho, quidam Herculem pingebant κροκωτοφόρον, Omphale seruiẽtem. Sumptum adagium ab apologo Stratidis: quem alio loco narrauimus. Porrò uox hæc γαλῆ, felemne significet, an mustelam, an quem uulgo catum appellant, quoniã inter eruditos controuersum est, aliis iudicandum relinquimus.

Mustelam habes.

Γαλῶ ἔχεις, i. Mustelam habes. In eum quadrat, cui omnia sunt inauspicata, tanquã fatis, ac diis iratis, ut aiunt. Olim creditum est, hoc animal inauspicatum, infaustumq; esse iis, qui haberent, domiq. alerent, ut non admodum dissideat ab illis, Equum habet Seianum, &, Aureum habet Tolosanum. Vnde nunc etiam apud quasdam gentes, nominatim apud Britannos, infelix omen habetur, si, cum paratur venatio, aliquis mustelam nominet, cuius etiã occursus uulgo nũc habetur inauspicatus. Adagium refertur à Diogeniano.

Fastuosus Maximus.

Κόμπος μάξιμος, id est, Fastuosus Maximus, in eum dicebatur, qui sibi plus satis arrogasset in sapientia. Sumptum a moribus Maximi cuiuspiam arrogantis, & sibi immodice placentis. In nonnullis exemplaribus inueni κομπᾶς πάξιμος. Græcis κόμπος arrogantiam, insolentiamq. significat, unde κομπεῖν, καὶ κομπάζειν. Proinde & Euripides γλώσσης τε κόμποι, i. Linguæq. factus, Recensetur & hoc in Diogeniani Collectaneis.

E multis paleis paullum fructus collegi.

Ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγον καρπὸν συλλέγαγον, i. Ex multis paleis parũ fructᵒ collegi, i. multo labore non multũ emolumenti sum consecutus, aut è uerboso sermone paullulum bonæ sententiæ percepi, ex ingenti uolumine minimum doctrinæ retuli. Translatum ab excussoribus tritici.

Oportet remum ducere, qui didicit.

Δεῖ κώπῃ ἐλαύνειν μαθόντα, i. Oportet remũ impellere eũ, q didicerit. Vnumquemq. decet eam artem exercere, quam antea doctus sit. Refertur a Plutarcho in commentariolo, cui titulus, ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή. Idem admonet Horatianũ illud in Arte poetica:

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis.
Indoctusq; pilæ, discive, trochive qescit:
Ne spissę risum tollant impune coronæ,
Qui nescit, uersus tamen audet fingere.

Quin & hodiernis tẽporibus huiusmodi uulgo iactatur adagium: Qui lusus nõ nouit legem, abstineat.

Ex ipso boue lora sumere.

Ἐκ τοῦ βοὸς τοὺς ἱμάντας λαμβάνειν, i. Ex ipso boue lora sumere dicuntur, qui quo lædant quempiam, id ab ipso quem lædunt accipiunt. Veluti si quis uersibus incesseret cum, a quo carminis componendi rationem didicisset: aut tyrannus pecuniam extorqueat à ciuibus, qua satellitiũ ad opprimendam ciuitatem alat, aut si quis rhetorices præsidiis rhetoricem oppugnaret. Metaphora sumpta ab agricolis, q lora cædunt è boum tergoribus, quibus boues uinciunt. Plutarchus in commentario, cui titulus, ὅτι ἐκ ἐστὶ ζῶν ἡ δέος, τί ἂν λέγοι τὶς, ἀρκεῖ γὰρ ἡ φύσις τῆς σαρκὸς ὕλιν ἔχουσαν νόσων ἐν ἑαυτῇ, καὶ τοῦτο δὴ τὸ παιζόμενον, ἐκ τοῦ βοὸς τοὺς ἱμάντας λαμβάνουσα, τὰς ἀλγηδόνας ἐκ τοῦ σώματος. i. Quid igitur dixerit quispiam? Satis est ipsa corporis natura, morborũ materiam in se cõtinens, ac iuxta quod ioco dici solet, tanquam ex ipso boue lora sumẽs, ita ipso corpore dolores.

Ex uno omnia specta.

Ἐξ ἑνὸς τὰ πάνθ' ὅρα, id est, Ex uno omnia specta. Vergil. item:

Et crimine ab uno
Disce omnes.

Admonet adagiũ ex unius euẽtus experimento,

rimento, reliquorum similium coniecturam oportere facere, Refertur a Suida. Tametsi is ostendit in eos dictum, qui perperam ex uno quopiam æstimant omnia. Legit enim non ὁρα, sed ὁρᾶ.

Ex aspectu nascitur amor.

Ἐκ τοῦ εἰσορᾶν γὰρ γίγνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν. idest,

Amor ex uidendo nascitur mortalibus.

Senarius prouerbialis, admonẽs, oculos amorem potissimum conciliare. Nõ enim amatur incognitum: ex conuictu nascitur amor mutuus. Et oculi præcipue sunt ad amandum illices. In his enim peculiaris animi sedes. Et in his aiunt poetæ, Cupidinem excubantem sua iacula mittere. Maro uelut indicauit adagium cum ait:

Vt vidi, vt perij, vt me malo abstulit error.

Rursum in Georgicis:

-Vritq; videndo Fœmina.

Itẽ apud Terentium, Chæreas uisa duntaxat virgine, quàm impotenter cœpit ardere. Iuuenalis prodigij loco refert de cæco amante:

Qui nũquã visæ flagrabat amore puellæ.

Legimus, philosophos quosdam, & inter hos Democritum, sibimet oculos ademisse, tanquam omnium malarum cupiditatũ auctores. Quapropter piorum hominum est meminisse, haudquaquam esse tutum videre, quod non licet concupiscere. Prouerbij meminit Diogenianus.

E sublimi me derides.

Ἀφ' ὑψηλοῦ με καταγελᾷς. i. E sublimi me derides. De eo, qui cum fastu ridet quempiam, ac despectum. Translatum ab ijs, qui ex edito loco uerba faciunt. Vnde & Despicere dictũ a Latinis pro cõtemnere, quòd quisquis in eminenti loco est, is veluti tutior negligit eum, qui stat in humiliore loco.

Extra lutum pedes habes.

Ἐκ τοῦ πηλοῦ πόδας ἔχεις, i. Extra lutũ pedes habes, hoc est, emersisti è periculo, aut extra periculum constitutus es. A viatoribus sumptum. Simile illi, ἔξω βέλους, i. extra iaculum. Et in luto dicuntur hæsitare, qui molestis inuoluuntur negotijs, unde se nequeant explicare.

Ex umbra in solem.

Ex umbra in solem educere, est rẽ prius abditam, & otiosam, in publicum, & in cõmunem vitæ usum deducere. Translatum ab athletis, quibus mos, solis, & pulueris patientia confirmare corporis robur. Delicatorum autem est, in umbra latitare. Venustius fiet, si ad animi rem torqueatur: veluti si quis dicat, philosophiam à Socrate ex umbra in solem esse productam. Exempla passim apud scriptores obuia.

Excubias agere in Naupacto.

Φρουρῆσαι ἐν ναυπάκτῳ, i. Excubare Naupacti. Achiui capta Naupacto, Pausaniam excubijs, custodiæque præfectum interfecerunt, auctore Theopompo. Vnde res in iocum vulgi uidetur abijsse, aduersus eos, qui pereunt ignauia sua, aut qui munus odiosum, ac plenum discriminis administrant. Refertur a Zenodoto. Suidas effert ad hunc modum. φρουρήσεις ἐν ναυπάκτῳ, i. Excubabis Naupacti. Is adfert & aliam adagionis originem. Cum ijs, qui Naupactum præsidio tuebantur, perpusillum salarij dependeretur, atq; illi plurima, quæ ad rem pertinebant, emerent, militari ioco iactatum est, ut apparet, in eos qui frustra sudarent, quos sua spes frustraretur. Naupactus autem, Ætoliæ ciuitas, quamtum Philippus obtinebat, a compingẽdis nauibus dicta, quòd illic Heracliæ primũ nauium extruxerint.

Deuotionis templum.

Ἀρᾶς ἱερόν, i. Execrationis templum. In eos dicebatur, qui crebris execrationibus uti consueuerunt. Erant autem antiquitus etiam publicæ quædam detestationes, velut apud Athenienses, in eum, qui uiã non monstrasset erranti: Item deuotiones hostium, quarum meminit Macrobius, & Horatius in odis.

Diris agam uos dira deprecatio
Nulla expiatur uictima.

Hesychius indicat, templum execrationis fuisse Athenis, cuius meminerit Aristophanes in Horis dici porrò de graui calamitate. Alibi, ni fallimur, nobis dictum ex de execrationibus tragicis, quas Diogenes philosophus iocabatur sibi occurrisse, q; viuere ἀνέστιος, ἄπολις, ἄπατρις, ἄχρημα τος, ἄστατος, καὶ ἐφημερόβιος. i. Carens domo ciuitate, patria, pecunia, nullam habẽs certam sedem, & in diem uiuens. Prouerbium refertur à Diogeniano.

Exper-

Expertes inuidentiæ musarum fores.

Ἀφθόνοι μουσῶν θύραι, i. Candidæ musarum ianuæ. De his dictitatum, qui literaturam suam candide, libenterq; impertiũt alijs, & ad docendum prompti, propensiq; sunt. Neq; male congruet etiam indociles, iuxta id, quod alibi cõmemorauimus, ἀνεωγμέναι μουσῶν θύραι, i. Apertę musarum ianuæ.

Eurybatizare.

Εὐρυβατεύειν, i. Eurybatizare, est improbis uti moribus. Eurybatus ex Cercopibus unus fuit, insignitæ improbitatis homo. Huius meminit Lucianus in Pseudomante: ὑπὲρ τοὺς κέρκωπας ὑπὲρ τὸν εὐρύβατον, ἢ φρυνώνδαν, ἢ ἀριστόδημον, ἢ σώστρατον. i. Vltra Cercopas, ultra Eurybatũ, aut Phrynondam, aut Aristodemum, aut Sostratum. Neque uero unus duntaxat huius nominis fuit, infamis uersutia, morũq; improbitate. Nam & Ephesius quidam Eurybatus fuit, qui, cum à Cræso cum multa pecuniarum ui missus esset, ut exercitum contraheret, ad Cyrum defecit, ut auctor est Ephorus. Alij malunt ad Eurybatum referre, qui fuisse perhibetur alter è Cercopibus, ut diximus. Duris ad Eurybatum refert Vlyssis socium. Nicander prodidit Eurybatũ quendã Æginensem fuisse longe uersutissimum, scelestissimumq;. Neq; uero desunt, qui dicant hoc nomine furẽ fuisse quempiam astutia singulari: is, cum deprehẽsus, captusq; seruaretur, custodes in conuiuio animi causa iusserunt, ut ostẽderet, quibus nam modis consueuerit domos conscendere. Cumq. illum initio renuentẽ, scilicet tanquam inuitus facturus esset, rogarent instantius, ac uix tandẽ persuasissent: ille aptatis spongijs, ac stimulis, ferreisq. retinaculis, quas ἐγκεντρίδας Græci uocant, parietẽ cępit conscendere. Porrò suspectãtibus illis, & artificij nouitatẽ admirãtibus, Eurybatus, prehenso laqueari, p tegulas aufugit, priusquã illi domũ circumire potuerint. Atq. huuc admodũ delusis custodibus periculũ euasit. Meminit huius & Eustathius in primũ Iliados, admonens eã uocem ambigue pronunciari, εὐρύβατον καὶ εὐρυβάτιον, dictum aũt παρὰ τὸ εὐρυβάζειν, quòd late grassaret. Itaq. peculiariter conueniet in eum, qui deprehensus, arte quapiam elabitur.

Faciunt & sphaceli immunitatem.

Καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν, i. Faciunt & sphaceli immunitatẽ. Athenis celebratũ prouerbiũ de his, qui quouis prætextu quod uolunt assequuntur. Natum aiunt ab euentu huiusmodi. Pisistratus tyrannus decimas exigebat ab Atheniẽsibus eorum, quæ in agris prouenissent. Itaque, cum aliquando obambularet, uideretq; sẽnem quendam in saxis quibusdam, hoc est, loco petricoso laborantem, rogabat, quosnam fructus inde colligeret. At is, respondens, Dolores, inquit, & sphacelos, atq. horũ decimas exigit Pisistratus. Porrò tyrannus, admiratus hominis libertatem, decimas Athenienſibus remisit. Ea res in vulgi sermonem abijt, etiam sphacelos immunitatem parere. Sphacelus autem morbi genus est, quod ex immodica defatigatione solet accidere. Quidam putant esse tormina articulorum, quidam ossium tabem. Theophrastus libro De causis plantarum quinto, demonstrat & plantarũ radicibus uitium accidere, quod ab hominum morbo σφακελισμὸς appelletur. Adagium recensẽt a Suida. Hesychius indicatur, quẽlibet dolorem grauem sphacelum dici.

Et meum telum cuspidem habet acuminatum.

Ipsissimam prouerbij speciem habet, quod scriptum est apud Homerũ Iliadis Y. sub Hectoris persona:

Ἐπειὴ καὶ ἐμὸν βέλος ὀξὺ πέροιθεν. i. Telum quando meum quoq. cuspide acuta est.

Recte vtemur, quoties fatebimur nos inferiores quidem esse, uerum non deesse tamen, quo queamus nocere. Cui simile Virgilianum illud:

-Et nostro sequitur de vulnere sanguis.

Item illud apud Ouidium:

Et mihi sunt uires, & mea tela nocent.

Ignaui vertitur color.

Τοῦ κακοῦ τρέπεται χρῶς. i. Ignaui uertitur color. Plutarchus in causis naturalibus problemate, quã ob rem polypus colorem mutet, hoc tanquã prouerbio iactatũ adducit. Διὸ καὶ λέλεκται, τοῦ μὲ κακοῦ τρέπεται χρῶς. i. Ignaui uertitur color. Nam id accidit in metu, ut vulgus exalbescat, maxime timidis, uidelicet sanguine ad vitalia

F refu-

refugiente. Plusculum accedit ueneris, si ad animum trãsferatur: ueluti si dicas, philosophũ nihil omnino formidare eorum, quæ vulgus horret, Τῷ μὲν γὰρ κακῷ τρέπεται χρὼς. i. Vertitur ignaui sane color. Porrò proue rbium natum est ex Homericæ Iliados N. Carmen sic habet:

Τῷ μὲν γὰρ τὲ κακῷ τρέπεται χρὼς ἄλλοτε ἄλλῃ,
Οὐδὲ οἱ ἀτρέμας ἧσται, ἐρευνᾶται ἐν φρεσὶ θυμὸς,
Ἀλλὰ μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει,
Ἐν δὲ τὲ οἱ κραδίῃ μεγάλα στέρνοισι πατάσσει,
Κῆρας ὀϊομένῳ. πάταγος δὲ τὲ γίνετ' ὀδόντων.
Τῷ δ' ἀγαθῷ, ὅ τ' ἀρ' τρέπεται χρῶς, ἔτε τι λίλω
Ταρβεῖ. idest,

Vertitur ignaui color, euariatq; subinde,
Nec mens certa manet, uerũ huc illucq; vacillat,
Ac migrãs è corde pedes in vtroq. residit.
Palpitat & ualide cor ei p̃cordia subter,
Fata putanti animo: occipiunt quoq. stridere dentes.
Cõtra forti, nec uariat color, at neq; valde Horrescit.

Ad consilium ne accesseris, ante quàm uoceris.

Μὴ πρότερον εἰς βουλὴν παρέλθῃς, πρὶν ἂν κληθείης, i. Ad consilium ne accesseris, prius quàm voceris. Hæc snĩa, quæ nũc nomine Catonis celebratur, puerbialis fuisse videtur, uel Plutarcho teste, cuius hęc verba sunt libro συμποσιακῶν primo: Ἀστεῖος μὲν οὖν, ἔφη, καὶ παροιμιώδης μενέλαος, εἴγε συμβούλιος ἐγένετο μὴ παρακεκλημένος. i. Ridiculus igitur, inquit, & prouerbio obnoxius Menelaus, siquidem consultor factus est, non accersitus. Nisi quis mauult hæc ad illam referre parœmiam:

Ἀκλητοὶ δειλοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δᾶιτας ἴασι.

quod aliàs referemus.

Iucundissima nauigatio iuxta terram, ambulatio iuxta mare.

Plutarchus primo Symposiacõ libro, veluti vulgo iactatũ citat, Πλοῦς μὲν ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δὲ ὁ παρὰ θάλατταν ἥδιστος. i. Nauigatio iuxta terrã, rursum ambulatio, q̃ fit iuxta mare, iucundissima est. Recte torquebitur ad eam sententiam, ut dicamus ita demũ esse iucũdissimũ vnumquodq;, si diuersi generis admixtu temperatum adhibeatur: ueluti si in lusibus nõnihil eruditionis aspergas, rursum in studijs aliquid ludicrum admisceas. Similimum est huic, quod ex Philoxeno poeta citat idem in commentario, quem inscripsit, quomodo sint audiendi poetæ: Τῶν κρεῶν τὰ μὴ ἀρεσκαήδιστα ὄζει, καὶ τῶν ἰχθύων οἱ μὴ ἰχθύες. i. Ex carnibus, quæ carnes non sunt, suauissimæ: item ex piscibus, qui non sunt pisces. Itidem philosophia admixta poematis, magis delectat: & poesis admixta philosophiæ, magis capit animum.

Cupidinum crumena porri folio vincta est.

Πράσου φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώτων δέδεται βαλάντιον, i. Porri folio amorũ uincta est crumena. Refert eodẽ in loco, quẽ modo citauimus, sed pstat ipsius verba subscribere: Ὁ δὲ ἄν τις μάλιστα θαυμάσειεν, φειδολὸς ἀνὴρ καὶ μικρολόγος ἐμπεσὼν εἰς ἔρωτα, καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρος ἀνεθεὶς καὶ μαλακθεὶς, ἁπαλὸς καὶ ὑγρὸς καὶ ἥδιον. ὥστε τυχὶ τὸ παιζόμενον μὴ πάνυ φαίνεσθαι γελοῖον. ὅτι πρασοῦ φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώτων δέδεται βαλάντιον. ἐλέχθη δὲ καὶ ὅτι τῷ μεθύειν τὸ ἐρᾶν ὅμοιόν ὄζει. ποιεῖ γὰρ θερμὸς καὶ ἱλαρὸς διακεχυμένος. i. Quodque vel maxime miretur aliquis, uir parcus, & sordidus, simul ac in amorem inciderit, nõ aliter, quàm igni impositum ferrũ, fit mollior, ac tener, lentus ac suauior, ut non vsquequaq. deridiculũ videatur illud, quod ioco populari dr, Cupidinum crumenas porri folio uinctas esse. Dictum est aũt ob eam causam, q̃ amor adsimilis sit ebrietati. Reddit enim calidos, & hilares, & effusos. Plutarchus itaq. sentire vr, prouerbiũ adludere ad porri naturam, cuius uis est calefacere, ciere urinam, irritare Venerẽ, mouere menses, & aluum inflare, quemadmodum docet Dioscorides libro secũdo. Suidas ostendit hoc adagium dictum de ijs, qui per amorem immoderatos faciunt sumptus, luxuque indulgent, quemadmodum solent in comœdijs amantes. Plutarchus in libello, quem inscripsit ἐρωτικὸν, hoc quoque inter cæteras Cupidinis, siue amoris laudes commemorat, quòd è sordido splendidum, è parco liberalem, è tristi ciuilem, è timido audacem reddit hoiem. Proinde Cupidinis loculi, porri folio vincti dicuntur, quòd facile soluantur, uel quòd admodum fragile sit porri folium, vel

uel quòd huius genuina uis, soluere corpus, ac mouere.

Quem fortuna pinxerit.

Ὃν τύχη μέλανα γράφει, τοῦτον οὐ πᾶς χρόνος δυνάσται λευκάναι, i. Quẽ fortuna nigrum scripserit, hunc nõ vniuersum euũ candidum reddere potest. Hoc est, cui fortuna refragatur, huic, quidquid tẽtauerit, infeliciter cedet. Adlusum est ad nigros, & albos calculos suffragiorum. Recenseetur in collectaneis Apostolij.

Qui mori nolit ante tempus.

Athenaeus in sermonibus conuiuialibus, de Sybaritis huiusmodi refert prouerbium: Ὁ Συβάρης ἐν συβάρει, μὴ πρὸ μοίρας ἀποθανεῖν, οὔτε δυσόμενον, οὔτε ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ὁρᾶν δεῖ. hoc est, Qui non uelit apud Sybaritas ante diem fatalẽ mori, eum haud oportet solem conspicere, nec occidentem, nec orientem. Hoc ideo vulgo iactatum scribit, quòd Sybaritarum ciuitas in humili loco, ac uelut in cõualle sita fuerit, ut æstatis tempore mane pariter ac uesperi frigus immensum sentirent, meridie intolerandum ardorem. Cicero libro De finibus bonorum secundo, docet idem dictum in quosdam Asotos, cui gẽti nomen inditum est a luxu uitæ. Nam sub solis occasum erant ebrii, mane stertebãt. Columella in proemio rerum rusticarum, usurpat in ganeones, qui noctes libidinibus & ebrietate, dies somno uel ludo consumunt: Mox deinde, inquit, ut apti ueniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, & exusto sudore sitim quærimus, noctesq. libidinibus, & ebrietatibus, dies ludo, uel somno consumimus. Ac nos dicimus fortunatos, q̃ nec orientem solem uidemus, nec occidentẽ.

Barbæ tenus sapientes.

Ἐκ πώγωνος σοφοί, καὶ ἀπὸ πώγωνος σοφισταί, καὶ ἀπὸ πώγωνος φιλόσοφοι, id est, Barbæ tenus sapientes, & sophistæ, & philosophi. Sic appellabantur, qui præter barbam & pallium nihil haberẽt philosophi. Vsurpatur aliquoties apud Plutarchum in Symposiacis. Huc adlusit Horatius, cum ait:

Iussit sapientem pascere barbam.

Lucianus item subinde iocatur in philosophorum τὴν βαθὺν πώγωνα, idest, profundam barbam. In Eunucho Bagoas ait: Si philosophum oporteat ex barba metiri, hircos primam laudem ablaturos. Similiter Martialis:

Propẽdet mento nec tibi barba minor.

Inter lapides pugnabant, nec lapidem tollere poterant.

Plutarchus quarto decadis Symposiacę. 1. problemate: ἰδὼν δὲ τὸ παιδίον ἅμα τῷ φίλωνι τὸν νέον ἄρτῳ χρώμενον, ἄλλο δὲ μηδὲν δεόμενον, ὡς ἠπάτηκεις ἔφη, τοῦτο ἄρα ἦν τὸ λεγόμενον,

Ἐν δὲ λίθοις ἐμάχοντο, λίθον δ' οὐκ ἦν ἀνελέσθαι. idest.

Vbi uero uideret ministrũ puerum una cum Philone, utentem pane, neque præterea quidquam requirentem: Papæ, inquit, hoc nimirum erat illud, quod vulgo dici solet:

Pugna erat in saxis, neque saxum tollere quibant.

Apparet dictum in eos, qui præsenti cõmodo non fruantur, uel ob ignauiam, uel ob peruersam de rebus opinionem, ut qui uel saxum grauentur ex aceruo tollere, quo repellant aduersarium. Refertur idem carmen apud Athenæum libro decimo: & aliud subijcitur ueluti consimilis sentẽtię:

Δίψῃ δ' ἐξόλλυτο, ὕδωρ δ' ὑπὲρ εἶχε γενείου. idest.

Deperire siti, superante ad labra liquore.

Piscis repositus.

Ἀποκείμενος ἰχθύς, i. Repositus piscis, in prouerbiũ abijsse uidetur, aduersus eos, qui nihil seruant in posterum. Nam pisces olim in deliciis erant. Et prudentis est, è cibis semper aliquid habere sepositum, quò subitum excipiat hospitem. nec Achillem Homericum imitari, ad quem cum accedunt oratores, aut priamus, domum inanem, ac famelicam offendunt. Videtur autem sic efferendum adagium: Τὸν ἀποκείμενον ἰχθὺν, οὐ δεῖ ἐς τὸ μέσον ἕλκειν. i. Piscẽ repositũ nõ oportet in medũ retrahere. Plutarchus i Symposiacis, Ἐγὼ δὲ γελάσας ἐκεῖνον ὦ. εἶπον, ὦ ἑταῖρε τῆς παροιμίας ἀποκείμενον ἰχθὺν οὐχ ἑλκόμενον εἰς μέσον μετὰ τῆς πυθαγορικῆς χοίνικος. i. At ego ridens: quin illum, inq̃, de quo prouerbium fertur, repositum piscẽ, qui in medium nõ trahitur una cum chęnice Pythagorica. Licebit accommodare ad sermonem, aut fabulam, per se non

admodum uenustam, quæ tamen iteretur non sine tædio. Conueniet in parcum ac de crastino sollicitum.

Non est eiusdem, & multa, & opportuna dicere.

Χωρὶς τότ' εἰπεῖν πολλὰ, καὶ τὰ καίρια, i. Seiuncta sunt hæc, multa & apta dicere.

Senarius prouerbii uice celebratus, admonet uitandam multiloquentiam, quòd ferè labi necesse sit, quisquis multum loqui conetur.

Psaphonis aues.

Ψάφωνος ὄρνιθες, i. Psaphonis aues. Vbi quis noua quapiam arte famam captat, vt cum aliquis suborнat, a quibus laudetur. eisq. ueluti dictat encomia, quibus apud vulgus celebrari velit. Natrãt in Libya fuisse quendam nomine Psaphonem, qui, diuinitatis opinionem affectãs, quam plurimas aues cepit uocales, & humani sermonis dociles: eas sonare docuit hęc uerba, Μέγας θεὸς ψάφων, i. Magnus deus Psaphon: atq. ita doctas emisit in montes. At illæ, quæ didicerant, canebãt, ac reliquas item aues sonare hoc docebant. Porrò Libyes, cum ignorarent commentum, credentes id diuinitus accidere, Psaphoni rem diuinam facere instituerunt, ipsumq. in deorum numerum retulerunt. Prouerbium in collectaneis Apostolij reperitur.

Aut regem, aut fatuum nasci oportere.

ANNAEVS Seneca, uir amęnissimi, vt Tacitus ait, ingenii, quod quidem ex eo liquet libello ludicro, quẽ scripsit in Claudium Cæsarẽ, huiusmodi refert adagium, in eo, de quo modo diximus opusculo, Aut regem, aut fatuum nasci oportet. Sed præstat illud ipsius uerbis ascribere: Ego, inquit, scio me liberum factum, ex quo suũ diem obiit ille, qui uerum prouerbium fecerat, aut regem, aut fatuum nasci oportere. Rursum in eodem libello: Occidit in una domo Crassum Magnum, Scribioniã, Bassioniam, Assarios, nobiles tamen. Crassum uero tam fatuum, vt etiã regnare posset. Iterum alio in loco obscurius quidem, sed tamen eodem adlusit carmine,

Abrupit stolidæ regalia tempora uitæ.

Proinde primũ omnium, principis animus omnibus erroribus liberandus est, vt perspiciat, quid uere honestum, quid uere gloriosum, quid uere magnificum. Deinde instillandum turpitudinis odium, & amor honesti, quo uidelicet pspiciat, quid principem deceat, & nihil appetat, nisi quod sit bono, ac salutari principe dignũ. Vt honestum vbi sit uideat, & hoc vno metiatur omnia, nec unquam ab hoc aberret scopo. Atque hanc uocant sapiẽtiam, quanecesse est, ut princeps tanto cæteros antecellat mortales, quanto dignitate, opibus, ornatu, potentiaq. antecedit. Eo spectat, quod Ægyptii simulacrum principis ita repræsentabant, ut oculum pingerent, cum sceptro. Nimirum, quod oculus in corpore, id uerus princeps in republica. Quod sol in cœlo, princeps in populo. Sol oculus mundi, princeps oculus multitudinis. Quod animus in homine, id princeps in ciuitate. Animus sapit, corpus obtemperat. Et imperat quidẽ animus corpori, sed corporis bono, nec sibi gerit regnum veluti tyrannus, sed ei, cui præsidet. Deniq. Dei moderantis vniuersa, salutaris princeps viuam imaginem refert. Atque eo magnificẽtior est princeps, quo propius ad archetypi sui formam accessit. Deus nihil non perspicit, nihil non sentit, nullis corrumpitur affectibus. Ita potentissimus est, ut idem sit optimus. Omnibus bene facit, etiam indignis. Sed ea res, si minus mutari potest, proximum tamen erat, diligenti institutione succurrere: &, si non licet idoneum imperio deligere, enitendum est, ut idoneum imperio faciamus eum, quemcunque fortuna nobis dedit. Videmus, qua sollicitudine, qua cura, qua uigilantia paterfamilias educat puerum, unius fundi dominum futurum. Quanto igitur maiori cura instituendus est is, qui uel magno omnium bono futurus sit bonus, aut magno omniũ exitio malus, & de cuius uniusmutu salus aut pernicies pendebit orbis? Hic nobis iam tum infantulis adhibendus erat artifex quispiam egregius. Non enim recte fingitur princeps, nisi cum se nondum intelligit esse principem. Statim adsciscendus formator, in quo deligendo cõueniet & hoc esse diligentiores, q principem instituere licet. Hic in pectusculũ adhuc vacuũ, ac sequax instillet opiniones principe dignas, muniat optimis de honesto decretis, ostendat discrimẽ ueri principis, ac tyrãni, sub-

subijciat oculis, quàm deo propinqua res est salutaris rex, quã terra bellua, quamq; abominanda tyrannus. Admoneat eum, q sibi gerit imperium, non Reipub. prædonẽ esse, non principem: nihil inter esse inter piratas, & principes piratarum animo præditos, nisi quòd hi, quo sunt potentiores, hoc maiorem adferunt perniciem rebus humanis. Inculcet, quàm multis hominũ millibus, imò quàm uniuerso mundo prodesse queat, si is unum sapientem, ac bonũ præstiterit uirum. Ad hoc, ut princeps sit aliquis, non satis esse natum fuisse, non satis esse uetustas imagines, non sceptrum, non diadema. Animus sapientia præcellens, animus pro publica incolumitate semper solicitus, & nihil spectans, nisi commune bonum, principẽ facit. Præmoneat, ne se uel applausib' stultæ plebeculæ, uel adulatorum laudibus metiatur. Ne quid agat impulsu odij, amoris, iræ, aut ullius affectus instinctu. In creandis magistratibus, in condendis legibus, in cæteris munijs, unicum tantum spectet scopum, nẽpe honestum, & publicam utilitatem. Non satis esse, si ipse nemini faciat iniuriam: officialium quoque suorum integritatem præstandam esse principi. Doceat, ut ad bene merendum de bonis sit propensissimus, ad ignoscendum facilis, ad puniendum non aliter accedat, quàm amicus medicus, mẽbrum deploratũ amputaturus, aut inustus: ut omnia studiose uitet, unde perspiciat reipublicæ magnum malũ fore. Hęc, atq. huiusmodi decreta, sunt animo puerili, sapientum apophthegmatis, & laudatorum principum exemplis insigenda. Sed iam ad rem redeamus. Dictum est igitur: Aut fatuum, aut regem nasci oportère, q huiusmodi ferme fuerint barbari reges apud ueteres.

Minutulæ pluuia imbrem parit.

Ψεκάδες ὄμβρον γεννῶσαι, i. Minutæ guttulæ imbrem parientes. Quoties res initio pusilla crescit in maius. Quemadmodum apud Plautum in Menæhmis:

Nunc in te cadunt folia, post cadent arbores.

Quare in minutis vigilandum, ne paulatim incidamus in maxima incommoda, admonente prouerbiali senario:

Εἰ μὴ φυλάττεις μικρὰ, ἀπολεῖς τὰ μείζονα.

i. Maiora perdes, parua ni seruaueris.

Est enim psecas tenuis irroratio, qualẽ reddunt & nebulæ densiores.

Citra uinum temulentiæ.

Ἄοινος μέθη, i. Ebrietas absq. uino. Theophrastus, ut testatur in Symposiacis Plutarchus, τὰ κυρεῖα ἄοινον μέθῳ ἐκάλει, i. Tonstrinas ebrietatem absque uino uocabat. Proptereа quòd illic desidentes, sermonibus ita temulenti redderentur, ut nõ aliter effutirent quidquid esset in animo, quàm inter pocula solent ebrij, uoces interdum per temulentiam effutientes per iugulum, ut ait Plinius, redituras. Horatius insolentiã ebrietatẽ appellat: Fortunaq. dulci ebria. Vulgò panariã ebrietatẽ appellant arrogantiam, licentiamq. morũ, quæ secundis rebus comes esse consueuit. Et est hæc quidem non paulo periculosior illa, quam uinum adduxit. Siquidem uini æstus pauculis horis, aut etiam somno deferuescit: hæc multis in omnem usque uitam durare consueuit.

Palmam ferre.

PALMAM ferre, & palmam tribuere, & palmam præripere, & his cõsimiles orationes, tametsi pp frequentẽ usum simplices esse uideantur, tamen prouerbiali schemate dictæ sunt. Neq. enim palma per se victoriã significat, sed arborem ἐμπεδόφυλλον, i. perpetuo uirentem frondibus, quam Græci φοίνικα uocant. Cur aũt ab hac potissimum sumpta sit metaphora, illud arbitramur in causa fuisse, quòd, quemadmodum in conuiualibus quæstionibus refert Plutarchus, hæc una fuerit communis omnium sacrorum certaminum corona, cum alioqui singuli ludi peculiares quasdam arbores, aut herbas haberẽt, quibus uictores insigniebantur: ueluti laurum, oleam, myrtum, apium. Præterea sunt, qui putent hãc arborẽ initio Phębo sacrã fuisse ante laurum, & antiquissimũ victoris insigne fuisse palmam, non aliam quampiam arborem. Quamobrem autem hæc arbor potissimũ delecta sit ad eum usum ab antiquis, A. Gellius causam reddit libro Noctium Atticarum tertio, cap. sexto, scribens arborẽ palmæ peculiare quiddam inesse, quod cũ ingenio fortium uirorum conueniat. Nam, si super eius, inquit, lignum magna

pondera imponas, ac tam grauiter urgeas, onereſq́ue, ut magnitudo oneris ſuſtineri nõ queat, nõ deorſum palma cedit, nec in ſrà flectitur, ſed aduerſus pondus reſurgit, & ſurſum nititur, recuruaturq́; : huiusque tam ſtupendæ rei citat auctores, Ariſtotelem in ſeptimo Problematum libro, & Plutarchum in octauo Sympoſiacorũ. Et Plutarchi quidem verba ſuper hac re reperi in eo, quẽ Gellius citat, lib. Φοίνικος γὰρ ξύλον, ἂν ἄνωθεν ὅπῃ θῇς βαρύ, πίεζῃς, ἀνάκαμψιν θλιβόμενον ἐν δίδωσιν, ἀλλὰ κυρτοῦται πρὸς τὴν ἀντίον, ὥσπερ ἀνθιστάμενον τῷ βιαζομένῳ. τοῦτο δὴ καὶ περὶ τοὺς ἀθλητικοὺς ἀγῶνας ἐστὶ, τοὺς μὴ ὑπ' ἀθενείας καὶ μαλακίας εἴκοντας ἀυτοῖς πέξεσι κάμπτοντες. οἱ δὲ ἐρρωμένως ὑπομένοντες τὴν ἄσκησιν, οὐ μόνον τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς φρονήμασιν ἐπαίρονται καὶ αὐξάνται, i. Nam palmæ lignum, ſi ſuper impoſito pondere grauiter premas, haud deflectitur deorſum, uerum in contrarium curuatur: perinde quaſi reſiſtens oneri uim facienti. Hoc ipſum ſanè accidit & in certaminibus athletarum. Etenim, qui per imbecillitatem, animiq́; molliciẽ cedunt illis, eos premendo deflectunt. At, qui fortiter in eo ſtudio perdurãt, hi non modo corporis robore, uerum etiam animi prudentia proueheuntur, atq. augentur. Idem affirmat Plinius lib. 6. cap. 42. Pondus, inquiens, ſuſtinere ualidæ, abies, larix, etiam in tranſuerſum poſitæ. Robur, olea incuruantur, ceduntq́; ponderi: illę renituntur, nec temere rumpuntur, priusq́; carie, quàm uiribus deficiunt. Et palma arborum ualida: in diuerſum enim curuatur. At populus contra omnia inferiora pãdatur: palma è contrario fornicatur. Idem affirmat Theophraſtus libro de Plantis quinto. Hoc uirilis animi robur, cum palmæ gennina ui congruens, Virgilius ſcite deſcripſit, cum ait:

Tu ne cede malis, ſed cõtrà audẽtior ito,
Quàm tua te fortuna ſinet.

Nec abhorret hinc Horatianum illud:

Duris ut ilex tonſa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido
Per damna, per cædes, ab ipſo
Ducit opes, animumq́; ferro.

Non hydra ſecto corpore firmior,
Vinci dolentem creuit in Herculem,
Monſtrumve ſummiſere Colchi
Maius, Echioniæve Thebæ.

Merſes profundo, pulchrior euenit.
Luctere, multa proruet integrum
Cum laude uictorem, geretq́.
Prælia coniugibus loquenda.

Relinque quippiam & Medis.

Λειπέτι καὶ μήδοις, i. Reliquum facito aliquid & Medis. Prouerbialis iocus in eos, q ex conuiuio nihil reliqui faciũt, aut qui facultates uniuerſas abliguriunt. Plutarchus in Sympoſiacis: Ἡμῖν μὲν οὖν τοῖς Βοιωτὶς τὸ, λειπέτι καὶ μήδοις διὰ σωματός ἐστιν: ἐξ οὗ μῆδοι τλῶτε φωκίδα καὶ τὰ ἔσχατα τῆς Βοιωτίας ἄγοντες καὶ φέροντες ἐπέπεχον, i. Nobis quidẽ Bœotis illud in ore eſt: Relinque quippiam & Medis. Ex quo Medi & Phocidẽ ipſam, & extremos Bœotiæ terminos incurſarunt, cĩa uexantes miſcentesq́. populationibus. Subijcit autem, quod etiã vulgo hodie dictitant: λειπέτι καὶ ξένοις ἐπελθῶσιν, i. Relinquito quippiã & hoſpitibus aduenturis. Adagium ad varios uſus trahi poteſt: aut per ironiam, vt ſi dicas diuiti, indignis & ſumptuoſis hæredibus ſuas opes deſtinãti relinquere: Relinque quippiã & Medis, hoc eſt, parce tu quod diſſipẽt ij, qui tibi male uolũt. aut immodice profuſo, aut intẽperantius garrulo, quemadmodũ in Phormione Terentius: Parce ſodes, ut poſſis cum illa.

Deorum manus.

Θεῶν χεῖρες, i. Deorum manus. Olim per ironiam dicebantur efficacia illa pharmaca, quæ plurimis ex rebus, & è longinquo petitis cõficiuntur: quibus hodie tum medici, tum pharmacopolæ vulgo faciunt impoſturã. Plutarchus quarta decade τῶν συμποσιακῶν, ſimul & prouerbium refert, & Eraſiſtratum citat, huiuſmodi medicorum mixturas improbantem: Ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ὅταν μιγνύντες τὰς βασιλικὰς καὶ ἀλεξιφαρμάκους ἐκείνας δυνάμεις, ἃς θεῶν χεῖρας ὠνόμαζον ἐρασίστρατος δὲ ἐλέγχει τὴν ἀπορίαν καὶ βαρβαρικὴν, καὶ θηριακὰ, καὶ τὰ ὑπὸ γῆς, καὶ θαλάττης, εἰς τὸ αὐτὸ συγκεκραμένα πωτὰς καλὸν γὰρ, ταῦτα ἐάσαντας ἐν πίσσῃ καὶ σικύᾳ καὶ ὑδρελαίῳ τὴν ἰατρικὴν πολυπραγμονεῖν. ἀλλὰ νὴ διὰ τὸ ποικίλον ἐξάγει, καὶ γοητεύει τὴν ὄρεξιν, id eſt, Quin multo magis cum regales illas & efficaces uariorum remediorum mixturas conficiunt, quas deorum manus appellarunt. Eraſiſtratus autem coarguit abſurditatem, & curioſitatem eorum, qui ſimul

& metallica, & herbaria, & ferina quæque terra gignit, quæq. mare, in unum commiſcuerunt. At bene haberet, ſi his omiſſis in ptiſana, & cucurbita, & hydrelæo medendi artem finiſſent. Verum per Iouem ipſa rerum uarietas imponit nobis, & appetentiam illicit. Hactenus Plutarchus. Meminit huius adagii Galenus, tractatu 6. citans ex Erophilo. Libet obiter & C. Plinii uerba hoc loco ſubſcribere, quibus medicorũ mixturas taxat. Ea ſunt in præfatione libri 24. Hinc, inquit, nata medicina. Hęc ſola naturæ placuerat eſſe remedia, parata uulgo, inuentu facilia, ac ſine impẽdio, ex quibus uiuimus. Poſtea fraudes hominũ, & ingeniorum capturæ, officinas inuenere iſtas, in quibus ſua cuiq. homini uenalis p mittitur uita. Statim cõpoſitiones, & mixturæ inexplicabiles deeantantur. Arabia atque India in remedio æſtimantur. Hulceriq. paruo medicina a rubro mari imputatur, cũ remedia uera quotidie pauperrimus quiſque cænet. Nam, ſi ex horto aut petatur herba, uel frutex quæratur, nulla artium uilior fiet. Hactenus Plinius.

Quot homines, tot ſententię.

Nihil uel hodie uulgò tritius eſt, quã hæc Terentiana ſentẽtia: Quot homines, tot ſententię. Cui ſimilis eſt apud eundem & illa: Suus cuiq; mos eſt. Perſius item:

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus.
Velle ſuũ cuiq. eſt, nec voto viuitur uno.

Eodem pertinet & illud epigrammaticum, quod dictum eſt, inueniri qui non recuſent agris paternis cedere: qui uelit ingenio cedere, reperiri neminem. Horatius decentiſſimam addidit allegoriam:

Tres mihi cõuiuę, pde diſſentire videntur,
Poſcentes uario multum diuerſa palato.

Idem primam omnium Odam huius argumento ſententiæ cõſcripſit, aliis ſtudiis alios duci, aliis alia cordi eſſe. Adluſit facetiſſimè Terentius in Phormione, cum è tribus aduocatis primus ait, ſecundus negat, tertius deliberandum cenſet. Eam ſententiam Euripides in Phęniſſis latius explicuit:

Εἰ πᾶσι ταυτὸ καλὸν ἔφυ, σοφὸν θ' ἅμα,
Οὐκ ἂν ἐν ἀμφίλεκτο, ἀνθρώποις ἔρις.
Νῦν δ' οὐδ' ὅμοιον οὐδὲν ἔτ' ἴσον βροτοῖς
Πλὴν ὀνόμασι· τὸ δ' ἔργον οὐκ ἔστι τάδε. i.

Cunctis idẽ ſi pulchrũ, & egregiũ foret,
Nulla eſſet anceps hominibus contentio.
At nunc ſimile nil, nil idem mortalibus:
Niſi uerba forſan inter iſtos concinunt,
At re tamen, factisq́. conuenit nihil.

Idem in Hippolyto coronato:

Ἀλλοίσιν ἄλλος θεῶν τεκ' ἀνθρώπων μέλει. i.

Hic is, hic illis, & homo cordi eſt, & de.

Huc reſpexit Homerus in Odiſſeæ ξ.

Ἄλλος γὰρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ὅπῃ τέρπεται ἔργοις. idest,

Namq; aliis aliæ res arridentq́;, placẽtq́;.

Eum auſculta, cui quatuor ſunt aures.

Inter Græcanicorũ prouerbiũ collectanea refertur: ἄκουε τοῦ τὰ τέσσαρα ὦτα ἔχοντος, i. Eum auſculta, cui quatuor ſunt aures. Huius adagionis, huiuſmodi quoddam interpretamentum adfert Zenodotus. Oraculo quondam fuiſſe reſponſum Entimo Cretenſi, & Antiphemo Rhodienſi, ut eum obſeruarent, cui quatuor eſſent aures. Is autem erat prædo quidam Phęnix, quem cauendum eſſe monebat oraculum. Porrò, quòd quatuor aures habere dictus eſt, non ſatis liquet, uere ne habuerit, an per allegoriam ſit accipiẽdum, quòd quatuor locis exploratores haberet diſpoſitos. Verum illi, cum dei reſponſum tanquam ridiculum negligerent, in prædonẽ inciderunt, atque ab eo ſunt extincti: Itaque ex hoc euentu uulgo natam eſſe paræmiam exiſtimant. Sed nobis magis arridet, quod idem ex Ariſtophane grammatico refert. Lacedæmonios Apollinis ſimulacrũ ita ſolere fingere, vt quatuor haberet aures, & manus totidem: uel quòd, ut auctor eſt Soſibius, hac figura uiſus ſit illis apud Amyclas pugnantibus: uel ſignificantes, vt conijcimus, uiro prudenti res quam plurimas tum audiendas eſſe, tum uſu uitæ perſcrutandas. Porrò creditum eſt antiquitus, nulla oracula fuiſſe certiora, quam Apollinis. Vnde iactatum etiã illud, τὰ ἐν πείποδος. Atque ita monet prouerbium, audiendos eſſe illos, qui diuturno complurium rerum uſu præ cæteris ſapiunt, ita vt ferè faciunt ſenes. Vnde & apud Homerũ laudatur Neſtoris oratio, tãquam omniũ auditu digniſſima: & in Odyſſeæ ſecundo libro, Ægyptium heroa ſenem primo loco loquentem facit:

Ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔλω, καὶ μυρία ἤδη. i.

Qui iam incuruus erat ſenio, ſed plurima norat.

Eodem ſpectauit Euripides in Phęniſſis, ad quem lotũ adluſit Lucianus in Hercule Gallico:

Ὦ τέκνων ἐ̓χ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ
Ετεόκλες προσεσιν, ἀλλ' ἡ ἐμπειρία
Ἔχει τι λέξαι τῶν νεῶν σοφώτερον.

Verba ſunt Ioeaſtæ iã anus ad Eteoclẽ adoleſcentem filium. Ea nos ſic uertimus:

O gnate Eteocles, cũcta nequaquã mala
Adſunt ſenectæ: nam per experientiam
Vſumq. rerum, dicere haud nihil rudi
Poteſt iuuenta melius, ac prudentius.

Idem nũc uulgus noſtratium effert, ſub ſordida quidem, ſed tamen apta metaphora, cum aiunt: Proſpectandum uetulo latrante cane: hoc eſt, neqquaquam negligendum, quoties ſenes periculum cauendum admonent. Canes enim uetuli non latrãt temere, quemadmodum iuuenculi.

Semper feliciter cadunt Iouis taxilli.

Αἰεὶ γὰρ δ' πίπτουσιν οἱ διὸς κύβοι, i.
Semper cadunt feliciter tali Iouis.

Senarius eſt prouerbio celebratus, diciq. ſolitus in eos, quibus res omnes perpetuo quodam fortunæ fauore, ex animi ſententia cederent. Apparet translatum a talorũ iactu, ubi fortaſſis antiquitus obſeruatum eſt, Iouis talos feliciores eſſe. Nam mos erat iactibus alearum, ominis cauſa Deorum, aut hominum nomina præfari. Vnde & Veneris iactus inter felices numerantur, uel prouerbio teſte: Si ſæpe iacies, aliquando Venerem iacies. Niſi malumus ad Iouis victoriam, Iunonisq. uictæ fabulam referre. Sunt, qui putent quadrare in eos, qui factis ſuis dignas pœnas dependerint, quaſi Ioue non finente culpam inultam. Sed uidetur non abſurde dici poſſe & in viros fortunatos, ac præpotentes, quorum etiam parum recte factis applauditur, atte ſtante uerſu prouerbiali.

Ὡς ἐ̓ρόλως πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι. i. Quam facile ſemper res cadunt potentiũ.

Ab hac ſententia nõ abhorret illud Euripis in tragędia, cui titulus Phęniſſæ:

Πάντα δ' ἐ̓πετῆ θεοῖς. i.
Sunt cuncta dijs procliuia.

Tum illud Homero frequẽs: Θεοὶ δέ τε πάντα δυνάνται, i. Cęleſtes oia poſſunt.

Theſſalorum commentum.

Θεσσαλῶν σόφισμα, i. Theſſalorum cõmentum, uarias ad res accommodari ſcribit Suidas: tum ad eos, qui in acie locum deſerunt: tum ad illos, qui cultu delicatiore utuntur: tum ad hos, qui dolis quempiam circumueniunt, Natum autem arbitrantur ex huiuſmodi quapiam hiſtoria: Arato, Theſſalo cuidam oraculo reſpõſum eſt, caueret, ne clanculum uinceretur ab ijs, qui maiore, ſplendidioreq. uoto oraculum aduerſus ipſum ambirent. Quod ille ſimulatq. audiuit, uotum nuncupat, ſexcentum hominum capita Deo ſacrificaturum. Deinde poſtea quam ea, quorum gratia venerat, ex animi ſententia confeciſſet, uotum, ac ſacrum perſoluere ſine fine cunctabatur, tanquam neque pium ſatis, neque dignum Appolline. Qua quidẽ ex re natũ aiunt, ut poſtea quotannis hecatomben ei Deo polliceri ſint ſoliti, neque reddere tamen, quod eſſent polliciti. Theſſalorum fraudulentiam notat & Euripides in Phęniſſis:

Καὶ πῶς νοήσας ἐτεοκλῆς τὸ θεσσαλῶν
Εἰσήγαγε τὸ σόφισμ' ὁμιλίᾳ χθονός, i.
At ſentiens hoc Eteocles, mox Theſſalã
Adhibuit artem, gentis ob commerciũ.

Idem alibi:

Πολλοὶ παρῆσαν, ἀλλ' ἄπιστοι θεσσαλοί. i.
Multus quidẽ aderat, lubrica tamẽ fide, Grex Theſſalorum.

Idẽ declarat Demoſthenes ĩ Olynthiaca prima: Εἶτα τὰ τῶν θεσσαλῶν: ταῦτα γὰρ ἄπιστα μὲν ὦ δήπου φύσει καὶ ἀεὶ πάσιν ἀνθρώποις. i. Accedũt, inquit, ad hęc res Theſſalorum, quæ profecto cunctis quoq. mortalibus natura, ſemperque infidæ fuerunt. A quibuſdã ſic refertur hoc adagium: ἀεὶ γὰρ τὰ τῶν θεσσαλῶν ἄπιστα. i. Semper enim res Theſſalorum infidæ. Ariſtophanis enarrator ab Iaſone natum prouerbiũ exiſtimat, quòd is Medęę promiſſam fidem ſoluerit. quod quidem illa illi exprobrat apũd Ouidium in Heroidũ epiſtolis. Prouerbii meminit & is, qui fragmenta nobis Athenæi tradidit.

Theſſalorum alæ.

Θεσσαλικαὶ πτέρυγες, i. Alę Theſſalicę. Prouerbiali ioco quõdam dicebatur in veſtes manicatas, quas Græci χειροδοτοὺς vocant: & hoc genere per luxum, ac delicias uterentur Theſſali. Apud Maronem hoc amictus genus, tãquam parum uirile, Troianis ab hoſtibus opprobatur.

Et

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitrę.

Et apud Plautum quidã cultu Punico, uelut auis exotica, ridetur propter manicas, aut angulos, alarum inſtar, utrinq. propendentes, atque extantes.

Theſſala mulier.

Θεσσαλικὴ γυνή, i. Theſſalica mulier. In ueneficas, malarumq. peritas artium dici ſolitum. Propterea quòd ea gens præter cæteras hoc nomine notata eſt, id qd̃ ex Apuleiano Aſino pluribusq. ſcriptoribus aliis ſatis liquet. Vnde Horatius in Odis:

Quæ ſaga, quis te ſoluere Theſſalis
Magus uenenis, quis poterit Deus?

Plautus in Amphytrione uenẽficum appellat Theſſalum.

Et Strepſiades apud Ariſtophanem in Nubibus conſulit Socratem, an adhibenda ſit Theſſala incantatrix, quæ lunam cęlo detrahat, quo minus ĩ Neomenię cogatur æs alienum reddere. Eam ſuperſtitionem in Theſſalos à Medea profectã exiſtimãt: quæ cum illac fugeret, per aerẽ uecta, ſcriniolum ueneficijs, ac magicis herbis plenũ deiecerit, eaq. ſparſa ſuppullulaſſe. Quin & Plinius libri trigeſimi cap. 1. docet, magiã ad Theſſalos uſque propagatam, diu ab ea gente cognomen obtinuiſſe, adeo, vt Menãder quoque, literarum ſubtilitatibus peritus, Theſſalam cognominarit fabulam, cõplexam ambages fœminarum detrahentium lunam.

Feras, non culpes, quod uitari non poteſt.

A. Gellius ſcribit, Publij Mimi ſententias aliquot, ad communem ſermonẽ accommodatiſſimas, uulgo circunferri ſolitas. è quibus hæc una eſt, quouis philoſophorum dogmate ſalubrior: Feras, nõ culpes, quod uitari non poteſt. Quibus uerbis admonemur, ut mala fatalia, quæ nulla ratione poſſit neq. declinari, neq. propelli, ſaltem animi æquitate leniãtur. Nec aliud, tametſi uerbis aliis, docet Euripides ĩ Phęniſſis, cum ait:

Δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν.
Toleranda fata numinum.

Idem in eiuſdem tragœdiæ calce:

Τὰς γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας δυνηθὸν ὄντα δεῖ φέρειν. i.
Quippe mortalem neceſſe eſt ferre fata numinum.

Homerus Odyſſeæ lib. 9.

Νοῦσόν γ' οὔπως ἐστὶ διοτρεφέος ἀλέασθαι. i.
Nulli fas uitare malũ ex Ioue rege profectũ.

Huc pertinet & illud ſcitũ Varronis dictum. Vxoris vitiũm aut tollẽdum eſſe, aut ferendum. Item adagium, quod ſuo dicemus loco: Μὴ πρὸς κέντρον λακτίζειν. i. Ne contra ſtimulum calcitres.

Surſum uerſus ſacrorum fluminum feruntur fontes.

Proverbialis allegoria, qua quippiã præpoſtere fieri ſignificamus, legitimasq. rerum vices inuerti: quod genus ſit, ſi puẽr ſenem admoneat, diſcipulus præceptorem docere conetur, ſeruus imperare domino. Sumptum eſt adagium ex Euripidis Medea:

Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί.
Καὶ δίκη, καὶ πάντα πάλιν στρέφεται.
Ἀνδράσι μὲν δόλιαι βουλαί, θεῶν δ'
Οὐκέτι πίστις ἄρηρε.

Quibus uerbis chorus indicat, priſtinũ rerum ordinẽ inuerti: uiros iam dolis muliebribus uti, neq. manere promiſſis: cõtra mulieres audere virilia. Vſurpat hanc parę miam Lucianus in Terpſione, ubi heredipeta deluſus Plutonẽ incuſat, & ipſe iuuenis adhuc morte prępreptus eſſet ſuperſtite ſene, quẽ captauerat, idq. contra naturalẽ ordinẽ, ἄνω γὰρ ποταμῶν τοῦ τόγε, inqt. Rurſus idem in Apologia libelli, περὶ σοῦ ἐπὶ μιᾷ δῶ σωόντων. Πολλὴ γοῦν ἡ διαφονία τοῦ νῦν βίου πρὸς τὸ σύγραμμα, καὶ τὸ ἄνω τοῦ ποταμοῦ χωρεῖν, καὶ ἀνεστράφθαι τὰ πάντα, καὶ παλινῳδεῖν πρὸς τὸ χεῖρον, τοῦτο ἂν εἴη, i. Lõge, inqt, lateq; a ſcriptis tua nunc diſſidet uita. Iamq. illud, qd̃ aiunt, accideret, ut ſurſum uerſus incedãt flumina, cunctaq. pariter inuerterent, atq; in deterius recãtarẽtur. Vſurpat & Diogenes Laertius ĩ uita Diogenis Cynici narrãs, quẽadmodũ Diogenes, vbi pinde quaſi dominus eſſet, nõ ſeruus, hero ſuo mãdaret, ut qd̃ erat iuſſus faceret: atq. ille prouerbio reſpondiſſet, ἄνω ποταμῶν ἱερῶν. Atqui, ſi medicũ, inqt ægrotus, eſſes ære tuo mercatus, utrũ illi monẽti pareres, an iſtum admodũ reſponderes ἄνω ποταμῶν. Vſurpat & Ariſtoteles in Meteorologicis. Eodẽ adluſit Virgilius in Aeneide, cũ ait:

Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus undas.

Vbi

Vbi Seruius admonet subesse prouerbiũ de re neque uerisimili, neque consistente. Flaccus in Odis sic extulit:

Quis neget arduis
Pronos relabi posse riuos
Montibus, & Tiberim reuerti:
Cum tu coemptos undique nobiles:
Libros Panæti, Socraticam & domum,
Mutare loricis Iberis
Pollicitus meliora, tendis?

Vbi prouerbium annotauit Porphyrion. Item Ouidius in Heroidum epistolis.

Cũ Paris Oenone poterit spirare relicta,
Ad fonte Xanthi versa recurret aqua.
Xanthe retro propera, versæq; recurrite lymphæ,
Sustinet Oenonen deseruisse Paris.

Item Propertius:

Fluminaq. ad caput incipiunt reuocare liquores.

Ad felicem inflectere parietem.

ARISTOPHANES in comœdia, cui titulus Ranæ, bellissimum usurpat adagiũ, quod utinam in literis dũtaxat extaret, nõ etiam in omnium propè mortalium uita:

Ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρός ἐστι
Νοῦν ἔχοντος καὶ φρένας, καὶ
Πολλὰ πεπλεκτάνου,
Μετακυλινδεῖν αὐτὸ αἰεὶ
Πρὸς τὸ πρέποντα τοῖ χρόνῳ. idest,
Nam viri est prudentis illud,
Atque cordati, catique
Multum aquæ cui nauigatum, vt
Semper ad felicius se,
Cautus inflectat latus.

Prouerbium autem ita commodius effertur: πρὸς τὸ εὐπρέπειαν τοῖ χρόνου ῥέπειν. idest, In felicem parietem vergere. Aristophanis interpres translatum existimat ab his, qui naui uehuntur: qui, si quando nauis alterum latus fluctu deprimatur, protinus in alterum transcurrunt, quod altius extat ab undis. Dicetur & in hos, qui commodi sui respectu semper ad potentiores, ac fortunatiores amicos applicant sese: ac quemadmodum muscæ ad culinæ nidorẽ aduolant, reuolantque, ita fortunam potiorem in amicitia, non fidem sequuntur. Aut qui, dum est anceps exitus belli, quietem agunt: porrò, simul atque iam inclinarit fortuna, ut appareat, utra pars sit uictoriã reportatura, protinus ad eam adiunguntur. Hoc animo legitur fuisse Metius ille Virgilianus, & Polymnestor, qui, uictricia arma secutus, magis quàm hospitij fidem, Polydorum obtruncat, & auro vi potitur. Huiusmodi genus hominum elegãter notat idem Aristophanes in Pluto. Siquidem hic Chremylus iam diues factus, queritur sese obtundi huiusmodi salutatoribus, qui aurum olfecerant:

Βάλλ' ἐς κόρακας. ὡς χαλεπὸν εἰσὶν οἱ φίλοι
Οἱ φανόμενοι παραχρῆμα, ὅτ' ἂν πράττῃ τις δή, idest.

Malã in crucẽ: ut res est molesta, ubi illico
Ad res secũdas demũ amici prouolant.

Eodẽ pertinet Euripideũ illud ex Medea:

Πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκ ποδῶν φίλος. i.
Tenuem, atque egenum cuncti amici deserunt.

Antiphanes in Progonis, citante Athenæo lib. 6.

Μή μοι πάτ' ἔλθῃς ὅτ' ἂν ἐγὼ πράττω κακῶς. i.
Ne tũ mihi adsis, quãdo res cedunt male.

Interpres prouerbiũ subesse admonet, dici solitum in eos, qui tum amicorũ consuetudinem deserunt, cum in periculis versantur. Cæterum poetam uerbis in contrarium versis ad parœmiam adlusisse, quę recte sic efferri consueuerit.

Μὴ μοι πότ' ἔλθῃς ὅτ' ἂν ἐγὼ πράττω καλῶς. i.
Ne tu mihi adsis, quãdo res sunt prospere.

Ad hoc facit & illud apud Euripidem in Oreste:

-Τοὺς φίλους
Εν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν.
Οτ' ἂν δ' ὁ δαίμων δὴ διδῷ, τί χρὴ φίλων:
Αρκεῖ γὰρ αὐτοὺς ὀθνεὸς ὠφελεῖν θέλων. i.
Iuuare amicos rebus afflictis decet.
Quorsum opus amicis, cum benigna sors fauet?
Siquidem ipsa per se sufficit Rhamnusia,
Volens secundis adiuuare fauoribus.

Idem poeta propius adlusit ad adagium in eadem tragœdia, nisi quòd sententiam ad præcones retulit:

Τὸ γὰρ γένος τοῖον δ' ἐς' ἐπὶ πᾶν δὴ τυχῇ
Πηδῶσ' ἀεὶ κήρυκες. ὅδε δ' αὐτοῖς φίλος,
Ος ἂν δύνηται πόλεος ἐν τ' ἀρχαῖσιν ᾖ. i.
Nanq; id genus sunt usque præcones, vti
Feliciorum partibus se accommodent,
Amãtq; demũ hũc, qui sit inter principes,
Reiq. qui temperet habenas publicæ.

Idem in Hercule furente:

Καὶ πᾶν καλῶν μὲν ὅς τις ἀπολαύειν θέλει,
Συμπλεῖν ὃ τοῖς φίλοισιν δυσυχοῦσιν, ἐ. i.
Cui

Cui res secũdæ, huic nauiganti quilibet
Comes ire quærit, non item infelicibus.

Huc pertinet, quod Aristoteles lib. Moralium Eudemiorum 7. prouerbium dictũ ostendit, χρόνον δεικνύναι φιλούμενον. i. Tempus indicare, quis uere amet. Tempestas enim arguit amicitiam, ac fucatos illos amicos detegit.

Amico amicus.

QVOD est apud Terentiũ in Phormione: Solus est homo amico amicus: Donatus indicat esse parœmiam, atque ita legi apud Apollodorũ, cui vtiq. Phormio Græca est: Μόνος ἐπίσταται φιλεῖν τοὺς φίλους. i, Solus nouit diligere amicos. Aristophan. apud Athenæum:

Αλλ' οὐδὲν μέλει
Τῶν σκωμμάτων μοί. πᾶσι φίλων γὰρ ὢν
φίλος
Εργοισι Χρηστὸς, οὐ λόγοις ἕφυν μόνον. i.
At nil moror dicteria,
Amico amicus cum siem, factis, neque
Verbis modo prodesse propositum mihi,
Sed re simul, factisq;

Ipsa figura prouerbium præsefert, quem admodum initio demonstrauimus. Quadrabit in eos, qui nullũ officium refugiũt, modo gratum faciant amicis. Huic affine uidetur illud Euripidis in Medea:

Βαρεῖαν ἐχθροῖς καὶ φιλοῖσιν δὴ μόνῃ. i.
Beneuolam amicis, rursus asperam hostibus. Theocritus in Aita,

Αλλήλους δ' ἐφίλησαν ἴσῳ ζυγῷ, ἢ ῥα τότ' ἦσαν
Χρύσειοι πάλαι ἄνδρες, ὅτ' ἀντεφίλησ' ὁ φιλήδεής. idest.

Par amor ambobus, mortales aurei olim
Viuebant, tum cum redamabat amatus amantem.

Aristoteles apud Laertium crebro solitus est dicere, ὦ φίλοι, φίλος οὐδείς, significãs uerã amicitiã interiisse inter mortales.

Muneribus uel dij capiuntur.

QVOD scripsit Ouidius,

Munera (crede mihi) capiunt homines q;, deosq;.
Placatur donis Iuppiter ipse datis,

Euripides in Medea, uulgi sermone fuisse celebratum ostendit, cum ait:

Πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος.
Χρυσὸς ὑπερέχων μυρίων λόγων βροτοῖς. i.
Donis uel ipsos dicitant flecti deos.
Certe inter homines mille dictis luteũ
Præpollet aurũ prorsus, ac præponderat.

Celebratur & hic uersiculus, quem etiã vsurpauit Plato libro tertio Politiæ.

Δῶρα θεοὺς πείθει καὶ αἰδοίους βασιλῆας. i.
Cum diuis flectunt uenerandos munera reges.

Vnde Seneca, philosophi cuiusdã apophthegma referens, ait: Omnium esse dulcissimum accipere.

Manum de tabula.

M. TVLLIVS in epistola quadam: Heus tu manum de tabula. magister adest citius, quam putaramus. Videtur autem hac prouerbiali figura, Manum de tabula, admonuisse, ut desisteret a scribendis dicteriis. Adlusum autem apparet ad Apellis nobilissimi pictoris dictum, qui, cum Protogenis opus immensis laboris, ac curę supra modũ anxiæ miraretur, ait omnia sibi cũ illo paria esse, aut illi meliora, sed uno se præstare, quòd manum ille de tabula nesciret tollere. memorabili præcepto, nocere sæpe nimiam diligentiã. Hæc Plinius libro 35. cap. 10. Proinde, si quando admonebimus, ut recedat aliquis ab opere, negotiove, quod in manibus habet, iubebimus illum manum de tabula tollere. Peculiariter autem conueniet in quosdam scriptores plus satis accuratos, & morosæ cuiusdam diligentiæ, qui sine fine premunt suas lucubrationes, semper aliquid addentes, adimentes, immutantes.

Emere malo, quàm rogare.

M. TVLLIVS in Verrinis actionibus adagii uice citat, Emere malo, quam rogare. Quo significatum est, haudquaquam gratis accipi, quod precibus emitur, immo nihil emi carius, quam quod roganti datur. Durum enim illud uerbum ingenuis animis, Rogo: nec inter amicos unquam expectãdum, auctore Seneca. Translatum a ueterum consuetudine, qua vicinus a uicino suppellectilẽ commodato rogabat, q̃ ipse forte domi non habebat. Hunc autẽ morem antiquitus fuisse, ex Plauti tũ Aulularia, tum Rudentibus licet cognoscere. L. Appuleius in Floridis: Neque enim leui mercede emit, qui precatur: aut parũ pretium accipit, qui rogatur, adeo, ut omnia utensilia emere potius uelis, quam rogare. Idem innuit, obscurius quidem, sed elegãter, Græcis celebratum prouerbium, quod

qd alio reddemus loco, οὐ χὴ τῷ πλησίον ἔχειν, ἐπὶ πλέον ἢ τὴν χύτραν. i. Præcare ui cino ut habeat, magis autem ollæ. Significat autem, optandum quidem, ut uicinum habeas locupletem, a quo queas utendum sumere, quod ipse domi non habes, uerum multo satius esse, te ipsum domi possidere, quicquid postulat uitæ usus.

Manum non uerterim. Digitum non porrexerim.

PROVERBIALIS hyperbole, Manũ non uerterim, pro eo, qd est, nihil omnino laboro, aut mea nihil refert. Nihil. n. facilius, quam manum uertere. Extat præter alios apud Appuleiũ in Apologia magiæ. Quid de me, inquit, Mezẽtius sentiat, manum non uerterim. Item Cicero libro quinto De finibus: Ne manum quidẽ uersuros fuisse. Idem eius operis lib. 3. Chrysippus quidem, & Diogenes detracta utilitate, ne digitum quidẽ eius causa porrigendum esse dicebant, quibus ego uehemẽter assentior. Agit illic de gloria, siue bona fama, quæ sit omnino contemnenda, si nihil adferat utilitatis, iuxta illud è Satyra:

Gloria quantalibet, quid erit, si gloria tãtum est?

De pollice uerso diximus alibi. Quintilianus libro undecimo scribit: manuum gestus tantum habere momenti in pronũciatione, ut propemodum velut altera lingua pro omnibus uerbis loquatur. Sed admirationi proprie conuenit ille gestus, quo manus modice supinata, ac per singulos a minimo collecta digito, redeunte flexu simul explicatur, atque conuertitur. Interrogationi congruit ille, cum uertimus manum, utcunque composita est. Quin & hodie manum erectã inuertimus, quoties discrimen minimum significamus. In sermone, quem modo citauimus ex Quintiliano, quod est Pro omnibus uerbis, putamus rectius legi, Pro omnibus membris. ut intelligas, quid quid cæterarum corporis partiũ gestu significari potest, id solam præstare manũ. Apud Plutarchum in uita Timoleontis, q dam missus ad Andromachum, post multa inhumaniter, ac barbarice dicta, manum denique porrexit, ac modo supinam, mox pronam ostendit, minitãs hoc gestu se sub uersurum illorum ciuitatem. At Andromachus ridens, nisi quod manu similiter supinata, ac mox uersa, iussit illum quam primum abire, nisi uellet talem reddi nauem ipsius.

Semper Leontini iuxta pocula.

Αἰὲν λεόντιοι περὶ τοὺς κρατῆρας, i. Semp. Leontini iuxta crateres, In uoluptarios quadrabit, aut in eos, qui semper ijsdem studiis sunt addicti. Leontini Siciliæ populi sunt, quos ubi Phalaris expugnasset, ne quando rebellionem pararent, ademptis armis ad compotationes, & uoluptates reiecit: atque hinc natum adagium, quod refertur à Diogeniano.

Cestreus ieiunat.

Κεστρεὺς νηστεύει, i. Cestreus ieiunat. De famelicis, & uoracibus dici cõuenit. Vti &, q fame oscitãt, κεστρεῖς dicunt, & κεστρεύειν quod conuicium olim in Athenienses iactum tradit Hesychius. Alii malũt referre ad eos, qui uitam innocuã agunt, & ab aliorum iniuriis abstinent, nec ullũ emolumẽtum ex sua innocentia ferunt. Etenim Cestreus piscis genus quoddã, quod, reliquis mutua deuoratione uictitantibus, unũ ab aliorum carnibus abstinet, ideoq. nõ capitur esca, sed in limum abdit sese, atque ibi perdurat, &, ut arbitrantur nonnulli, limo pascitur. Quin captus etiã nõ alitur escis, aut ullo animante, cum sit acutis dẽtibus. Quin ipse impune deuoratur a lupo, atq. ob id quia non sit edax, parum est esculentus. In metu uero caput occultat, arbitrãs totum corpus iam esse tutum. Vnde & Aristophanes apud Athenæum.

Ἆρ' ἔνδον ἀνδρῶν κεστρέων ἀποικία i.
Num intus virorum Cestreum colonia?

Adludit ad Cestrinam Chaoniæ partem.

Et apud eundem Diphilus:

Κεστρεὺς ἂν εἴλω εἵνεκα νηστείας ἄκρας. i.
Cestreus futurus ob inediam grauissimã.

Rursum lib. 7. refert ex Anaxandride.

Τὰ πολλὰ δ' εἰπὼν περιπατεῖ, κεστρῆός ὅτι νήστης. i.
In cenis obãbulat fere, ieiunus ille mugil.

Refertur adagium a Zenodoto, Diogeniano, Suida, Athenæo libro Dipnosophistarum septimo, qui quidem præter alia cõplura & illud adscribit, piscem a nõnullis appellari ploten, & a congro deuorari, ut congrum ipsum a muræna. Theodorus Gaza mugilem vertit.

Vbi amici, ibi opes.

PLAVTVS in Truculento: Verum est verbum,

bum quod memoratur: Vbi amici, ibidem opes. Citatur & a Fabio prouerbii vice, lib. Orator. institut. 5. Sensus est, potiores esse amicos, quam pecuniam, & ad uitæ præsidium plus habere momenti amicos citra pecuniam, quam absque amicis opes. Vnde & apud Scythas, auctore Luciano, is habebatur ditissimus, qui certissimos, & optimos amicos possideret. Verum, si quis ad huius sæculi mores respiciat, adagium inuertendum existimabit. Vbi opes, ibi amici. Quandoquidem

Vulgus amicitias utilitate probat. Et:
Illud amicitię quondã uenerabile nomẽ
Prostrat, & ĩ quæstu pro meretrice sedet.

Terra uolat.

Ἡ γῆ ἵπταται, i. Terra uolat. De re uehementer absona, quæque nullo pacto fieri queat. Suidas hoc adfert exemplum τῶν ἀδυνάτων. Iulianus in epistola quadam prouerbii nomine refert, mutato uerbo, κοῦφη γῆ, καθάπερ ὁ λόγος. id est, leuis terra, quemadmodum dicitur. Adagium hoc ad illorum affinitatem pertinet, quę retulimus alibi, ζεὺς ἅπας, id est, Iuppiter orbus. Et,

Nil intra est oleã, nil extra est ĩ nuce duri.

Ilias malorum.

Ἰλιὰς κακῶν, id est, Ilias malorum. De calamitatibus maximis simul & plurimis. Propterea quòd in Iliade Homerica nullũ mali genus non recensetur. Vnde ex hac docti putant tragędiarum argumenta fuisse sumpta, sicut ex Odyssea comędiarum. Est autem opus verbosum, uigintiquatuor uoluminibus uix absolutum. Vnde & quãuis orationem plus satis prolixam, Iliade longiorem uocant, ut Æschines aduersus Demosthenẽ, τοῦτα δ' εἰπὼν δίδωσιν ἀναγνῶναι ψήφισμα τῷ γραμματεῖ μακρότερον μὲν τῆς ἰλιάδος, κενώτερον δὲ τῶν λόγων οὓς εἰώθε λέγειν. i. His dictis decretum scribæ legẽdũ tradit, prolixius quidẽ Iliade, uanius autem uerbis ijs, quæ dicere cõsueuit. Eustathius inuertit adagionem ad hũc modũ, καὶ παροιμία μέν τοι κακῶν ἰλιάδα φησίν, αὕτη δὲ καλεῖ παντὸς ἰλιάς. id est, Iliadem malorum prouerbium ait, at hæc omnium bonorum Ilias. Synesius in epistola quadam ad fratrem: καὶ ὅλως κακῶν ἂν ἰλιὰς περιέσῃ τὴν πόλιν ἡμῶν. id est, In summa, malorum Ilias circumstẽtit urbem nostram. Plutarchus in præceptis coniũgalibus, ὁ δὲ ἐκείνων ἰλιάδα κακῶν ἕλλησι καὶ βαρβάροις ἐποίησεν, i. At illorũ nuptiæ Iliada malorum Græcis, ac Barbaris inuexerunt. Loquitur enim de coniugio Paridis, & Helenæ, quod inæstimabilium malorum fuit causa. Vtitur & M. Tullius in epistolis ad Atticum. Tanta malorum impendet Ilias.

Lerna malorum.

Λέρνη κακῶν, id est, Lerna malorum, de malis item plurimis simul in unum congestis, & accumulatis. Parœmiam Strabo cõmemorat, libro Geographiæ octauo scribens, Lernam lacum fuisse quempiam, Argiuorum ac Mycenæorum agro cõmunẽ, in quẽ cum passim ab omnibus purgamenta deportarẽtur, uulgo natum prouerbiũ, λέρνη κακῶν, id est, Lerna malorũ. In hoc loco poetæ fingunt hydram illam septem capitum constitisse, quam Hercules igni Græco confecerit. Eam autem hydrã Hesiodus scribit ex Echidna & Typhaone progenatã, alitam a Iunone: nimirum in odiũ Herculis. Zenodotus ait, locum quempiã fuisse in Argolica, in quem cum omne sordium genus promiscue coniicerent, fœtidas inde, ac pestilentes nebulas solitas exhalari. Quanquam rectius autumat, ut adagiũ ad Danaidum fabulam referatur. Nam ferũt Danaũ quinquaginta iuuenes, Aegypti filios, quibus totidem filias suas collocarat, omnes eadem nocte trucidasse, atq. horum capita in eum locũ fuisse cõgesta. Hinc ortum esse prouerbium. Neque uero negat fieri potuisse, ut cõtumeliæ causa in eundem locum, in quo capita composuerat, iusserit & purgamẽta comportari. Itaque, quoties hominem significamus uehemẽter infamem, atque omni turpitudinis genere contaminatum, aut cœtum hominum pestilentium, quasiq. sentinam & colluuiem facinorosorum, recte dicemus, λέρνην κακῶν, id est, Lernam malorum. Apud Hesychium Cratinus comicus theatrum. quod ex uaria, mixtaq. hominum colluuie constaret, λέρνην θεατῶν appellauit.

Thesaurus malorum.

Θησαυρὸς κακῶν, id est, Malorũ thesaurus. Ad eundem modum inuenitur eum alibi, tum apud Euripidem in Ione:

Οἴμοι, μέγας θησαυρὸς ὡς ἀνοίγνυται
Κακῶν.i.
Me miserã, ut ingẽs pãditur thesaurus, ac
Penus malorum.

Extat inter Græcanicas sententias huiusmodi senarius.

Θησαυρὸς ἐστὶ τῶν κακῶν κακὴ γυνή.i.
Thesaurus est mulier malorũ, si mala est.

Vsurpauit adagiũ Plautus in Mercatore.
Tu quidẽ thesaurũ huc apportasti mali.

Aceruus bonorum.

Ἀγαθῶν σωρός, id est, Bonorũ aceruus. De opibus ingentibus. Vnde & frequenter extructas dapes, extructas opes, & cumulatas opes pro copiosis legimus, tanquam aceruatim congestas, neque pondere, neq. numero, sed ipso cumulo infusas. Aristophanes in Pluto:

Ἡμῖν γὰρ ἀγαθῶν σωρὸς εἰς τὴν οἰκίαν
Ἐπεισέπαικεν, οὐδὲν ἠδικηκόσιν.i.
Nobis bonorum aceruus influit in domũ
Sine fraude, nemini patrata iniuria.

Idem in eadem fabula:

Ὡς ἀγαθὰ συλλήβδην ἅπαντα σοι φέρω.i.
Vt agminatim cuncta tibi fero bona,

Rursum in eadem fabula per iocum in malam partem flexit:

Δηλοῖς γὰρ αὐτῶν σωρὸν ἥκειν χρημάτων ἔχοντα. id est,

Venisse narras, q̃ ferat pecuniarũ aceruũ.

Verba chori senilis, cui Carion seruus iocans ita respondet:

Πρεσβυτικῶν μ' οὖν κακῶν ἐγώγ' ἔχοντα σωρόν. id est.

Imò senilium ferat qui ad uos malorum aceruum.

Adlusit autem ad senectutem illorum iã capulo uicinã. Nam σωρὸς per ὁμικρὸν tumulum significat sepulcralem, σωρὸς p ὠμέγα cumulum, atque aceruum. Proinde consentaneum est, seruum eius vocis syllabam data opera perperem pronũciasse. Hæc atque id genus alia tũ fiunt uenustiora, quemadmodum iam sæpius admonuimus, si paullo longius à simplici sẽsu detorqueantur. Veluti, si quis dicat, in aliis oratoribus alias atque alias eminere dicendi uirtutes, in M. Tullio uno περὶ πάντων ἀγαθῶν σωρὸν εἶναι, i. Omnium bonorum aceruum esse. Resipiunt huius adagij naturam illa Ciceronis familiaria, Cumulare officiis, Cumulatissime satisfacere, Cumulus meritorum.

Bonorum myrmecia.

Ἀγαθῶν μυρμηκία, id est, Bonorũ myrmecia, de immensis opibus. Nam Myrmecia Græce significat cauernam, aut agmen formicarum. Quanquam ab illis formicis sumptum uideri potest, de quibus meminit Plinius libro undecimo, capite tricesimoprimo: quas ait esse colore felium, magnitudine luporum Aegypti. Eas in septẽtrionali Indorum, qui Dardæ uocentur, regione aurum è cauernis egerere. Erutum hyberno tempore, Indi furantur estiuo feruore, conditis propter uaporem intra cuniculos formicis: quæ tamen odore solicitatæ prouolant, neque raro lacerant, quamuis præuelocibus camelis fugientes. Atque huc videtur respexisse D. Basilius, cum scribit ad nepotes, quicquid ultra necessitatem usus superesset, siue id esset Lydia gleba, siue formicarum auriferarum opus, hoc magis esse contemnendum, quo minus esset eo opus. Quanquam nihil prohibet, quo minus ad nostras formicas referatur, non solum propter innumerabilem agminum multitudinem, uerumetiã propter genuinam quandam animantis in accumulando penore industriam, ore trahentis quodcunque potest, atque addentis aceruo, quemadmodum scripsit Flaccus. Qua quidem ex re factum opinamur, ut antiquitus formicarum cœtus opulentiam portenderit. Quemadmodum testatur Cicero libro de Diuinatione primo: Midæ, inquiens, illi Phrygio cum puer esset, dormienti formicæ in os tritici grana congesserunt. Ditissimum fore prædictum est. Quod euenit, Huc adlusit Theocritus in Encomio Ptolemæi.

Μυρμάκων ἅτε πλοῦτος ἀεὶ κέχυται μογεόντων. id est.

Nec secus, ac formicarum semper properantium

Diuitiæ sunt extructæ. Idẽ in Syracusanis;

Μύρμακες ἀνήριθμοι καὶ ἄμετροι.i.

Formicæ numeroque, modoq. carentes. turbam hominum frequentem significans. Huic affine genere est, q̃d Plato libro de repub. nono, τὸ περὶ ἡδονῶν σμῆνος dixit. i. uoluptatũ examen: & Socrates apud Plutarchũ Cheronensem, ἀρετῆς σμῆνος, i. virtutum examen, pro turba, numeroque immenso. Porrò locus, quem adducit Plutarchus, est in Memnone Platonis. Cõfine est his,

his, quod idẽ adducit in Cratylo, σμικρῶς σοφίας, id est, examen eruditionis. Item q̃d apud Athæneum libro octauo, Alexis scripsit in Pamphila:

Παρέθηκα τὴν τράπεζαν, εἶτα παραφέρων
Ἀγαθῶν ἀμάσας. id est,

Apposita mensa est, plaustra deinceps intulit bonorum.

Dathus bonorum.

Δάθος ἀγαθῶν, i. Dathus bonorum, in eundem sententiam dici consueuit. Est autem Dathus Thassiorũ colonia iuxta Strymonem, cũ alioquin opulenta, ac florens, tum q̃ habet etiam auri uenas, ut hinc in prouerbium abierit, Δάθος ἀγαθῶν, i. Dathus bonorum, de conferta rerum opulentia. Prouerbij præter alios meminit Suidas, apud quem legimus δατὸς nõ δάθος.

Thasus bonorum.

Θάσος ἀγαθῶν, i. Thassus bonorum. Si militer natum adagium, nempe à loci fertilitate. Nã Thassus insula est iuxta Thraciam. Zenodotus huiusmodi quandã fabulam refert: Callistratus orator, demigrans Athenis, persuadere conatus est Atheniẽsibus, ut regionem, quæ ex aduerso erat, incolerent, multa splendida de eius feracitate iactitans, & q̃ auri uenas haberet, & q̃ glebã optimam. Deniq; in summa, inquit, Thassus bonorum est. hinc in vulgi sermonẽ abijisse, θάσος ἀγαθῶν, i. Thassus bonorum, de ijs, qui splendida pollicentur.

Hostium munera non munera.

PRISCORVM superstitio credidit, obseruanda uel maxime munera, a quibus, quo animo mitterentur. Propterea q̃, quæ darentur ab ijs, qui nobis male cuperent, exitio plerumq; fuisse constaret. Ita ut fuit pyxis illa fallax, per Pandoram a Ioue Prometheo missa. Quemadmodũ fuit & vestis, qua Medea nouã nuptã Iasonis donauit. Rursum uestis illa, quã Deianira misit Herculi. Prouerbiorum interpretes existimant hanc parœmiã ex historia natã, quæ refertur apud Homerũ Iliados libro 7. Narrat aũt Hectorẽ, & Aiacem, inita amicitia, dona inter sese permutasse, atque Hectorem Aiaci donasse gladiũ, Aiacẽ Hectori dedisse baltheum: deinde pariter ambobus suũ munus exitio fuisse. Siquidẽ Aiax, uictus ab Vlysse, cognitisq; ijs, quæ p insaniã tũ dixerat, tum fecerat, eodẽ gladio sibi necẽ cõsciuit. Itẽ Hector per occasionẽ balthei occisus est ab Achille iuxta muros Troianos. Adagiũ refertur apud Sophoclem in Aiace Mastigophoro, sed ita refertur, ut non ab Aiace natũ, sed tanquã uetus iam tum ab eo uideat usurpari. Siquidẽ is, posteaquã mori decreuisset, execratur eum gladiũ, quem quondã ab inimicissimo dono acceperat, eumq; sibi fuisse inauspicatissimũ ait, neq; quicquã omnino postea feliciter apud Argiuos successisse. Deinde suspicionẽ hãc vulgato dicto cõfirmãs ait,

Ἀλλ' ἐς' ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία,
Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κ' ἐκ ὀνήσιμα. i.

Quin uerũ idest mortalium prouerbiũ,
Non esse dona, dona quæ ueniant tibi
Ab hoste, uerum inauspicata, ac noxia.

Hac de re fertur epigramma Græcum huiusmodi:

Ἕκτωρ αἰάντι ξίφος ὤπασεν, Ἕκτορι δ' αἶας
Ζωστῆρ, ἀμφωτέρων ἡ χάρις εἰς θάνατος.

Aiaci datus ensis ab Hectore, baltheus Aiace
Hectori, utrique suũ donum erat exitio.

Rursum ex alio quodam epigrammate:

Οὗτος ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα πέμπετο δῶρα
Εν χάριτος προφάσει μοῖραν ἔχοντα μόρου. id est,

Atq. ita ab hoste hosti veniũt lętalia dona,
Quæ studijs pecie fata, necemq; ferunt.

Huc spectat & illud, quod apud Euripidem Medea recusans Iasonis xenia, tanquam perniciem allatura:

Κακὴ γὰρ ἀνδρὸς, inquit, δῶρ' ὀνησιν κ' οὐκ ἔχει. id est,

Lædit, iuuat nil improbi munus uiri.

Seruius ostendit & Virgilium huc adlusisse, cum ait in Æneidos libro quarto,

Ensẽq; recludit
Dardaniũ, nõ hos quęsitũ munus in vsus.

De gladio loquitur ab Æneа relicto, quo Dido sese confodit, quem Æneam hostẽ, & impium eadem uocat.

Huc referẽdus prouerbialis ille senarius,

Λόγον παρ' ἐχθρὸς μὴ ποτ' ἡγήσῃ φίλον.i.

Ab hoste dicta ne unquã amica duxeris.
Et alter huic similis.

Ἐχθροῖς ἀπιστῶν μὴ ποτ' ἂν πάθοις κλέος. id est,

Diffisus hosti, nil feres unquam mali.

Prouerbium accommodari poterit etiã ad illos, qui pauperes munusculis quibusdam captant diuites, ad eum modum liberalitatem illorum uelut elicientes. Neque enim

enim hoc est dare munus, sed flagitare. Vn de Plutarchus in commentariolo, περὶ Εἰ τοῦ ἐν δελφοῖς, probat, quod Dicęarchus Archelao dictum ab Euripide putat,

Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης,
Μὴ μ' ἄφρονα κρίνῃς, ἢν δίδως, αἰτεῖν δοκῶ, idest.

Donare pauper diuiti uelim nihil,
Ne stultus habear scilicet, si muneris
Titulo, atq. specie dona uidear poscere.

Quadrabit & in eos, qui per artes magicas dæmonum utuntur obsequiis. Nam ea demum exeunt in perniciem utentium: & in hæredipetas: postremo, qui quouis officio captant, non ex animo, sed aliud spectantes. Itaque mutatione uoculæ nouabitur paremia: nempe hoc pacto, Κολάκων ἄδωρα δῶρα, & πενήτων ἄδωρα δῶρα. Deniq. ποιήσῃς ἄδωρα δῶρα. quemadmodum admonuimus in operis initio.

Dauus sum, non Oedipus.

Oedipi ingenium scite proponẽdis simul & dissoluendis ænigmatum scyrpis nobilitatum est, propter dissoluta Sphingis problemata, adeo ut in prouerbiũ abierit eius nominis appellatio. Velut apud Terentium in Andria, seruus, dissimulans intelligere quod herus dixerat, Dauus, inquit, sum, non Oedipus. Id quod commutato nomine potest ad quemlibet accomodari: Paulus sum, non Oedipus: Antonius sum, non Oedipus. Quin ipsa per se figura prouerbialis est, potestque ad eundem modum fingi ex quauis uel persona, uel re uulgo nobilitata. Vt, Qui possim hæc omnia meminisse? Petrus sum, non Lucullus. Qui possim tantis sufficere laboribus? Nicolaus sum, non Hercules. Qui potero rem tam duram persuadere? Ricardus sum, non Cicero. Sed Terentiano dicto simile est illud Euripidis in Hippolyto coronam gestante,

Οὐ μάντις εἰμὶ τὰ φανῆ γνῶναι σαφῶς. i.

Non sum augur, abdita scire uti queam palam. Itidem in Hecuba,

Οὔτοι πέφυκα μάντις, ὥστε μὴ πλύων
Ἐξισορῆσαι σῶν ὁ δὸν βουλεύμασιν. idest.

Diuin' haud sum, nec, nisi audiero, queã
Viam tuorum nosse cogitatuum.

Ergo torqueri poterit in eos, q de industria loquũtur obscurius, & αἰνιγματικῶς, aut in eos, qui uel ob imperitiã, uel superstitiosam incognitarum uocum affectationem, stylũ obscurant, ac vate magis egent, quam lectore. Cuiusmodi fuisse Heraclitũ, tũ Plato locis aliquot, tũ Aristoteles Rhetoricæ artis lib. 3. testatur, additq. eam hominis obscuritatem ex ancipiti uerborum compositione fuisse profectam, cum incertum esset, utrũ uerbum aliquod esset referendum, ad superiora ne, an sequentia. Proinde ad huius intelligendos libros Socrates Delio quopiam notatore opus esse dixit. Ad quod adludens Martialis, ita iocatur in Sextum obscuritatis affectatorem.

Non lectore tuis opus est, sed Apolline libris.

Iudice te maior Cinna Marone fuit.

Eundẽ Heraclitũ cũ suo uitio, Iouiniano diuus opprobat Hieronymus. Quamq̃ Laertius scribit eũ philosophũ, si qñ libeat, orõne luculẽtissima uti, ut appareat ex industria affectatã obscuritatẽ: adeo ut discipulis ẽt solitus sit p̃cipere σκώτισον, id est. obscura.

Finem uitæ specta.

Extat apud Herodotum historia longe notissima, quemadmodum Solon Cręso responderit, nemini competere nomen beati, nisi qui feliciter uitę cursum peregisset. Quod referens Iuuenalis.

Quem uox, inquit, facunda Solonis
Respicere extremę iussit spatia vltima vitę.

Hanc sententiam copiosius extulit Sophocles in Oedipo tyranno:

Ὥστε θνητὸν ὄντ', ἐκείνῳ τελευταίαν
Ἰδεῖν
Ἡμέραν, ἐπισκοποῦντα μηδέν' ὀλβίζειν,
πρὶν ἂν
Τέρμα τοῦ βίου περάσῃ μηδὲν ἀλγεινὸν
παθών. i.

Itaq. mortali supremus ille fatorũ dies
Vsq. respectãdus, vt ne quẽ beatũ iudicet,
Quin mali nihil uniuersum passus ęuum exegerit.

Eadem paullo diuersius idem extulit in Trachinijs.

Λόγος μὲν ἐσ' ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανείς,
Ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοι βροτῶν, πρὶν ἂν
Θάνοι τις, οὔτ' εἰ χρηστὸς, οὔτ' εἴτ' ὢν κακὸς. i.

Vetus inter homines extat hoc puerbiũ,
Haud posse quenquã quẽpiã cognoscere,
Bonus, an malus sit, antequam fatalibus
Defunctus annis, ultimum obierit diem.

Consimiliter Euripides in Andromache:

Χρὴ δ' ἔποτ' εἰπεῖν οὐδὲν ὄλβιον βροτῶν
Πρὶν ἂν θανόντος τὰ τελευταῖα ἴδῃς. i.

Ne quempiam pronuncies mortalium

Vnquam

Vnquam beatum, citius, atque mortuo
Illo, supremum uideris uitæ diem.

Idem in Troadibus:

Τῶν δ' δαιμόνων
Μηδένα νομίζετ' εὐτυχῆν πρὶν ἂν θάνῃ. i.

Ne quempiã horũ, quos benignis flatibus
Fortuna prouehit, beatum enuncies
Prius atque uita excesserit feliciter.

Eadem repetit alijs uerbis in Heraclidis:

Τῇ δὲ νῦν τύχῃ
Βροτοῖς ἅπασι λαμπρὰ κυρσάνει μαθεῖν,
Τὸν δ' εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦν, πρὶν ἂν
Θάνοντ' ἴδῃ τις, ὡς ἐφημέροις τύχαι. i.

Cæterum hoc rerum statu
Mortalibus denunciat palàm omnibus,
Docetq;, ne qui prosperis successibus
Vti videtur, hunc beatum existimet
Prius, atque demigrasse uita uiderint.
Vsque adeo sunt mutabiles rerum uices.

Ouidius in Metam. sic extulit:

Sed scilicet ultima semper
Expectãda dies homini est: diciq; beatus
Ante obitum nemo, supremaque funera debet.

Quin hodieq; passim omnibus est in ore,
Ab exitu rem spectandam esse.

Posterioribus melioribus.

Inter Græcanicas paræmias refertur, δευτέρωνα μεινόνων. i. Alteris melioribus. Quo significabant, ea, quę prima experientia parum bene successerant, secunda nonnunquam commodius euenire, & prioris consilij erratum, posteriore consilio corrigi. Quod quidem nonnulli putant à Sacris ortum, in quibus si prima uictima non fuisset litatum, iterabant sacrum, meliora speratẽs. id quod satis indicat leno Plautinus, qui sæpius Veneri cæsa uictima litare non poterat. Plato lib. De legibus 4. uidetur ad talorum iactum, aut lusum consimilem referre. Propterea q̃ non rarò fit, ut, cui lusus incommode ceciderit, is de integro nouari ludum, atque iterari postulet, sperans fore, vt iã felicius ludat. Ait enim, Πάλιν ἄν, οἷον φασινοὶ παίζοντες, ἀμείνονων ἐξ ἀρχῆς δευτέρου ἐπαναπολήσωμεν. i. Rursum igitur, quemadmodũ ludentes dicere consueuerũt, secundis denuo melioribus repetamus. Quãquã & hoc loco παίζοντες referri põt non ad lusum aliquẽ, sed iocũ magis prouerbialem. Sed interpretamento priori Tullius adstipulatur, cui secũdo De diuinatione libro sic ait: Quę est autẽ inconstantia deorum, ut primis minẽtur exitis, bene promittant secundis? Idẽ in Philippicis oratione duodecima: Posteriores enim cogitationes, vt aiunt, sapientiores esse solent. Idẽ ad Quintum fratrem: Ego vero nullas δευτέρας φροντίδας habere possum in Cæsaris rebus; hoc est, nullum idoneum reperio consilium, quo superioribus malis possim mederi. Huc respexit & Dauus ille Terentianus, cum ait:

Hac non successit, alia aggrediamur via.

Quin eodem adlusisse vr & Aristoteles primo περὶ μετὰ τὰ φυσικὰ lib. cum ait: Δεῖ δ' εἰς τοὐναντίον καὶ τὸ ἀμείνον, καὶ τινὰ παροιμίαν, ἀποτελεῦτησαι. Loquitur de ijs, qui, causarũ naturalium admiratione prouocati, acceduntad philosophandum. Quos causis cognitis vult iam desinere mirari, & ad meliora conuerti. Porrò prouerbium uideri potest ex Euripidis ortũ tragœdia, cui titulus, Hippolytus coronatus,

Καὶ βροτοῖς
Αἱ δευτεραίπως φροντίδες σοφώτεραι. i.

Siquidem solet mortalibus prudentior
Posterior esse aliquando cogitatio.

Verba sunt nutricis ad Phædram quasi recantantis, ac palinodiam canentis superioris orationis, posteaquam uidet eam de moriendo cogitare. Respexit huc & in Supplicibus:

Αλλ' ἐν δόμοις μὲν ἤν τι μὴ καλῶς ἔχῃ,
Γνώμαισιν ὑστέραισιν ἐξορθούμεθα,
Αἰῶνα δ' οὐκ ἔξεστιν. idest,

In ædibus si quid parum recte est, licet
Corrigere posterioribus sententijs,
At non item æuum.

Inde & μετάνοια dicta Gręcis, q̃ posterior cogitatio p̃spicit aliter agendũ fuisse.

Actum est.

Proverbialiter his uerbis etiam hodie desperationem significamus, Actũ est. Græce πέπρακται. Euripides in Hippolyto coronato:

Φεῦ φεῦ πέπρακται, βασιλὶς οὐκ ἔτ' ἐστὶ δή. i. Eheu peracta res, hera occidit palàm.

Terentius in Eunucho: Actũ est, ilicet, peristi. Donatus existimat, Actũ est, sumptũ a iure, ilicet a iudicio, peristi a supplicio. Nã hæc tria pariter uerba, increméto quodã indicant desperationem. Quoniam autem fas non erat rescindere iudicũ sententiam, & eadem de re bis iudicium adipiscier, vt ait Terentius, vulgo receptum

G est,

est, ut de negocijs desperatis actum esse diceretur. Etiamsi postea repertũ est, ut quidam per iudicem in integrum restituerentur. Aut certe ideo dictum est, actum est, q̃ quicquid peractum est, hoc iam infectum esse non potest, iuxta prouerbiales sententias, quæ testantur, ne Deo quidem ꝑmissum esse, ut, quod factum sit, efficiat infectum. Plautus: Nisi quid rei præsidium apparas, acta hæc res est. Certum est moriri. Dicimus autem uel absolute, Actum est, uel cum adiectione quapiam huiusmodi: Actum est de Repub. Actum est de tuis omnibus. Actum est de rebus humanis. Actum est de tua salute, ni uigilas.

Fumos vendere.

NIMIS quàm elegans adagium extat apud Martialem: Fumos uendere, pro eo, quod est, principum beneuolẽtiam, simulato commendationis officio, per occasionem familiaritatis, precio uendere. Nam fumus initio quidem magnũ quiddam esse uidetur, uerum euanescit illico. Martialis carmen hoc est:

Vendere nec uanos circũ palatia fumos,
Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.

Vnde & præstigiosam rerum magnarũ spem, atque ostentationem, fumum ac nebulas uocamus. Diuus Hieronymus cõtra Rufinum: De tanta librorum sylua unum surculum, ac fruticem proferre non potes. Hi sunt ueri fumi, hæ nebulæ. Nam Rufinus opprobrarat Hieronymo, q̃ poetarum literas quasi fumos obijceret uirginibus nõ intellecturis. At Hieronymus prouerbij telum imperite tortum, in eum retorquet doctius, indicans eo uerbo non obscuritatem, sed inanem, ac falsam ostentationem significari. Plutarchus de Deo Socratis: ἡ δὲ τύφον ὥσπερ τινὰ καπνὸν φιλοσοφίας εἰς τοὺς σοφιστὰς ἀποσκεδάσας. i. Fastum autem, ceu fumum quendam philosophiæ, in sophistas dispersit. Porrò genus hoc hominum, maximam aularũ regaliũ pestem, Ælius Lampridius eleganter, ac luculenter exponit in Imperatoris Heliogabali uita. Eius uerba libuit subscribere: Zoticus, inquit, sub eo tantũ ualuit, ut ab omnibus officiorum principibus sic haberetur quasi domini maritus esset. Erat præterea idem Zoticus, qui hoc familiaritatis nomine abutẽs, omnia Heliogabali dicta, ac facta uenderet, fumis quàm maxime diuitias enormes sperans, cum alijs atque alijs policeretur, omnes falleret. Egredienq̃ ab illo singulos audiret: dicens, de te hoc locutus sum, hoc de te audiui, hoc de te futurum est. Vt sunt homines huiusmodi, qui, si admissi fuerint ad nimiam familiaritatẽ principum, famam non solum malorum, sed & bonorum principum uendunt: & qui stultitia, uel innocentia imperatorum, qui hoc nõ perspiciunt, infamirumigeratione pascuntur. Hactenus ille. Cęterum adagiũ fecit insignius, Thurini Verconij suppliciũ, q̃d quidẽ in uita Alexãdri Seueri, idẽ Ælius refert ad hunc modum: Solus, inquit, post meridiem, uel matutinis horis, iccirco nunquã aliquos uidebat, q̃ ementitos de se multa cognouerat, speciatim Verconium Thurinum, quem cũ familiarem habuisset, ille omnia uel fingendo sic uendiderat, vt Alexandri quasi stulti hominis, & quẽ ille in potestate haberet, & cui multa persuaderet, infamaret imperium. Sicq̃ omnibus persuaserat, q̃ ad nutũ suũ omnia faceret, denique hac illum arte deprehendit, ut quendam immitteret, qui a se quiddam publice peteret, ab illo autem occulto, quasi præsidium postularet, ut ꝑ se Alexandro secreto suggereret. Quod cũ factum esset, & Thurinus suffragium promisisset, dixissetq̃ se quædam imperatori dixisse, cum nihil dixisset, sed in eo pendere, ut adhuc impetraret, euentum uẽdens. Cumq̃ iterum iussisset Alexander interpellari, & Thurinus quasi aliud agens, nutibus annuisset, neq̃ tamen interim quidquam dixisset: impetratum aũt esset, quod petebatur, Thurinus autem ab illo, q̃ meruerat, fumi uẽditori ingẽtia prẽmia percepisset, accusari eum Alexãder iussit: probatis per testes omnibus, & quibus præsentibus quid accepisset, & quibus audiẽtibus quid promisisset, in foro trãsitorio ad stipitem illum ligari prẽcepit, & fumo apposito, quem è stipulis, & lignis humidis fieri iusserat, necauit, prẽcone dicente: Fumo punitur, qui uẽdidit fumum. At, ne in una tantũ causa uideretur crudelior fuisse, quę fuit diligentissime, antequam damnaret, & inuenit Thurinum sæpe etiam in causis ab utraq̃ parte accepisse, cum euentus vẽderet, & ab omnibus, qui aut prẽposituras, aut prouincias acceperant. Atq̃ inibi paulo post: Nec dedit alicui facultatẽ vel fumorum

morum vendẽdorum de se, uel sibi de aliis male loquendi, maximè occiso Thurino, qui illum quasi fatuum, & væcordem sæpe uendiderat. Quid autem dixerit forũ transitorium, ipse in eiusdẽ uita uidetur explicare, cum alio quodam loco sic ait: Qui de eo fumum uendiderat, & a quodam militari centum aureos acceperat, in crucem tolli iussit. per eam uiam, qua esset seruis suis ad suburbana imperatoria iter frequentissimum. Porrò genus illud supplicii Auidius Cassius imperator primus excogitasse legitur, ut stipitem prælõgum poneret, pedum centum octoginta, id est, materiã, & a summo usq. ad imum damnatos ligaret, & ab imo focum apponeret, incensisque aliis, alios fumi cruciatu, timore etiam necaret, Hactenus ille. Immane profecto supplicium, sed tamen factis tam pestilentibus dignum. Vtinamq̃ nostri temporis principes Alexãdrum Seuerum curent imitari, qui, cum esset ethnicus, præterea Syrus genere, postremo uehementer adolescens, tamen adulatoribus, delatoribus, iudicibus furacibus, fumi uenditoribus, atque id genus aulę pestibus usq. adeo erat infensus, vt uir alioqui moribus placidissimis his demum esset implacabilis.

Anchora domus.

SIMILI figura apud eundem Euripidẽ Hecuba Polydorum familiæ, gentisq̃. anchoram nominat.

Ος μόνος ὄκων ἄγκυρατ' ἐμῶν. id est.
Qui iam solus generis superest anchora nostri.

Porrò anchorã Græcis pro refugio prouerbialiter usurpari solere, alibi notauimus, cum Sacrã anchoram exponeremus. Denique, quidq̃d illud est, cui innitimur, cuiusq̃. fulcimur fiducia, anchoram vocãt, sumpta a nauibus metaphora, quæ cum anchoris fultę sunt, ueluti defensę a fluctib. quiescunt. Vnde & illud apud Aristidẽ in oratione Panathenaica prima: Πάντες ἐπὶ δυεῖν ὁρμεῖν ἔδοξαν οἱ ἕλληνες. i. Oẽs Græci sibi uidebãtur in portu quodã esse, duab⁹ nixi anchoris, quasi gemino fulti ꝑsidio.

Contra stimulum calces.

Πρὸς κέντρα λακτίζειν, i. Cõtra stimulos iactare calcẽ, est frustra repugnare ijs, quos uincere nequeas, aut eos prouocare, q̃ lacessiti noceãt, Aut reluctari satis, & incõmodũ, quod euitare nõ queas, impatienter ferendo, non solũ non effugere, uerum etiam conduplicare. Veluti, si quis uxorẽ nactus rixosam assidue cũ ea litiget, nihil profecturus, nisi quòd illam reddat rixosiorem. Terentius in Phormione: Nam quæ inscitia est aduersum stimulum calces? Donatus παροιμίαν esse admonet cũ eclipsis deesse enim iactare, quod vnico verbo Græci dicunt, λακτίζειν. Plautus in Truculento: Si stimulos pugnis cædis, manibus plus dolet. Euripides in Bacchis:

Θύοιμ' ἂν αὐτῷ μᾶλλον, ἢ θυμὸ' μόνος
Πρὸς κέντρα λακτίζοιμι θνητὸς ὢν θεῷ. i.
Potius sacra illi fecerim, quam calcibus
Stimulos ferire coner, iracundia
Citus in deum, mortalis ipse cum siem,

Pindarus in Pythiis, Ποτὶ κέντρον δέ τε λακτιζέμεν τελέθει. i. Contra stimulum autem calcitrare est. Metaphora ducta est a bobus, quos agricolæ lignis præacutis a tergo fodiunt, unde & βυκέντα, dicuntur in prouerbio.

Πολλοὶ βυκέντα, παῦροι δέ τε γῆς ἀροτῆρες, i.
Multi boum stimulatores, pauci autẽ terræ aratores.

Quòd si quando calcibus repugnent aduersus stimulum, granius etiam læduntur boues: tantum abest, ut stimulo noceant. Plutarchus in cõmentario περὶ τῆς ὀργισίας, cuiusdam meminit Ctesiphontis pancratiastæ, qui per iracundiam mulę calcitranti recalcitrarit.

In aurem dicere.

Εἰς οὖς λέγειν, i. In auré dicere, uel hodie vulgo dictitant, pro eo, quod est, clanculũ, ac secreto committere: Translatũ ab iis, q̃, propius admoti, ad aurem insusurrant, quę nolint ab aliis exaudiri. Vñ & illud apud Homerum aliquoties.

Αγχι χῶν κεφαλῶ, ἵνα μὴ πάθοιά θ' οἱ ἄλλοι. i.
Admoto capite, reliqs ne audire ualerẽt.

Horatius in Sermonibus: In aurem
Dicere nescio q̃d puero, Euripides i Ione.

Δεῦρ' ἔλθ', ἐς οὖς γὰρ τοὺς λόγους εἰπεῖν θέλω. i.
Accede, i auré ut quę uolo tibi eloquar.

Lucianus in Gallo, Πρὸς οὖς τισὶ τῶν συρακουσίων κοινολογούμενος. i. Ad aurem cum Syracusanis quibusdam communicans.

Nec obolum habet, unde restim emat.

PROVERBIALIS hyperbole, i eos, qui maxima rei familiaris inopia laborãt,

Lucianus i Timone, Χθὲς μὲ ἐδὲ ὁ βολὸν, ὥστε πρίασθαι βρόχον, ἐξηκόντας, i. Qui pridie ne obolum quidem habebāt, quo laqueū emerēt. Pauperrimus autem sit oportet, qui tenuitatis tædio sese laqueo præfocare uelit. Porrò plus quam pauperrimus uidetur, cui ne nummulus quidem suppetit, ut restim emat, qua se suspendat.

Hinnulus leonem.

Proverbialis est allegoria, ὄνος βρος τὸν λέοντα, i. Hinnulus leonem: subaudiendum cepit, uicit, aut prouocat, aut id genus aliquid pro ratione sententiæ: quoties præpostero rerum ordine, qui uiribus multo est inferior, superat potentiorem. Lucianus de captatore testamenti, qui, iuuenis a sēne, captatori a captato captus est: τοῦτο ἐκεῖνο τὸ τῆς παροιμίας, ὁ νέκρος τὸν λέοντα, i. Hoc est illud, quod prouerbio dicunt, Hinnulus leonem. Huc respexit quisquis fuit, qui scripsit Megaram Herculis:

Πρότι ἀλγεα πάσχει ἀπείριτα φαίδιμος υἱὸς
Ανδρὸς ὑπὸ ἑτιδανοῖο, λέων ὡσεὶ ὑπὸ νεβρῶ. i.

An quoniam immensis affligitur inclyta proles
A viro inerte, leonem ut si hinnulus urgeat acrem?

Non incōcinne trahetur ad id quoque, quoties fit, ut longe inferior lacessat potētiorem, aut multis partibus indoctior certet cum eruditissimo.

Iungere uulpes.

De re palām absurda dicitur, Ζεύγνυειν τὰς ἀλώπεκας, Vulpes iungere. Virg. i Palæmone,

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui,
Atq. idē iūgat uulpes, & mulgeat hircos.

Est enim uulpes animal ab aratro uehementer alienum.

Mulgere hircum.

Τράγον ἀμέλγειν, i. Mulgere hircum: eundem habet sensum: Lucianus in uita Demonactis, inter huius festiuiter dicta cōmemorat & illud: Cum conspiceret duos quosdam philosophos, utrosque pariter indoctos, inter se discrepantes, & alterum quidem ridiculas quasdam quæstiones proponentem, alterum item aliena, neq. quidquam ad rem scientia respōdentē: Quid, inquit, amici, an non horum alter hircum mulgere uidetur, alter cribrū supponere? Refert a Diogeniano his uerbis: Πότερον ὁ τὸν τράγον ἀμέλγων, ἢ ὁ τὸ κόσκινον ὑπὸ τιθεὶς, ἀφρονέστερος, i. Vtrum stultior, qui mulget hircum, an qui cribrum supponit? cum uterque pariter absurde faciat. Ad hoc sanè non abludit illud: Similes habēt labra lactucas: Et: Dignum patella cooperculum.

De asini umbra.

Υπὲρ ὄνου σκιᾶς, i. Super asini umbra: pro eo, quod est: De re nihili. Sophocles in Cedaliōe apud Suidā, τὰ πάντ' ὄνου σκιά. i. Cuncta asini umbra: hoc est, nugæ, nihiliq; res. Apud eundē Aristophanes in Dedalo, περὶ τοῦ γὰρ ὁ πόλεμος νῦν ὑμῖν ἐστὶ, περὶ ὄνου σκιᾶς. i. Qua de re nunc inter uos bellum est? nimirum de asini umbra. Citatur ab eodē & Aristoteles, ἐν διδασκαλίαις, qui fabulam quandam extare dixerit hoc titulo, ὄνου σκιά, id est, asini umbra, Archippi comēdiam opinor sentiens, de qua meminit Zenodotus. Lucianus in Sectis, πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, περὶ ὄνου σκιᾶς μάχονται οἱ φιλοσοφοῦντες. i. Omnes, ut ita dixerim, de asini umbra depugnāt philosophi. Aristophanes in Vespis, περὶ τοῦ μάχην νῦν περὶ ὄνου σκιᾶς, i. De quo pugna est nobis? de asini umbra. Demosthenes in Philippica quadā, πρὸς ἅπαντας περὶ τῆς ἐν δελφοῖς σκιᾶς κωὶ πολεμῆσαι. i. Cū omnibus in præsentia de Delphica umbra digladiari. Proinde sunt, qui credant, hoc adagii primum ab auctore Demosthene natū fuisse, fabulam huiusmodi referentes: Cū aliquando Demosthenes quendam in causa capitali defenderet, ac iudices haberet parum attentos, sed dicenti obstreperent, ille, Paullisper, inquit, aures mihi præbete, si quidē rem narrabo nouam, ac lepidā, atque auditu iucundam. Ad quæ uerba cū illi iam aures arrexissent, adolescens, inquit, quispiam asinum conduxerat, rerum quiddam Athenis Megaram deportatur. Inter uiam autē cum æstus meridianus ingrauesceret, nec inueniret, quonā umbraculo solis ardorem defenderet, depositis clitellis, sub asino sedēs, eius umbra semet obtegebat. Cæterum id agaso non sinebat, hominem inde depellens, clamansq; asinum

asinum esse locatum, nō asini umbram. Alter item ex aduerso tenebat, asseuerans etiam umbram asini sibi conductam esse. Atq; ita inter eos acerrima rixa in longū producta est, ita, ut etiam ad manus uenerint: hoc pertinaciter affirmante, non conductam esse asini umbram; illo pari contētione respondente, umbram etiam asini conductam esse. Demum in ius ambulant. Hęc locutus Demosthenes, ubi sensisset iudices diligenter auscultantes, repente cœpit a tribunalibus descendere. Porrò reuocatus à iudicibus, rogatusq;, ut reliquum fabulæ pergeret enarrare: De asini, inq;, umbra libet audire, uiri causam de uita periclitantis audire grauamini. Paulo alter narrat Plutarchus in Demosthenis, his quē uerbis: Λέγειν δέποτε κωλυόμενος ὑπὸ αθηναίων ἐν ἐκκλησίᾳ, βραχὺ ἔφη βούλεσθαι πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν. Τοῦ δὲ σιωπησάντων, νεανίας, εἶπεν θέρους ὥρᾳ ἐμισθώσατο ἐξ ἄστεος ὄνον μεγάλα δὲ. μετὰ σης δὲ τῆς ἡμέρας καὶ σφοδρῶς φλέγοντος τοῦ ἡλίου ἑκάτερος αὐτῶν ἐβούλετο ὑπὸ δύεσθαι ὑπὸ τὴν σκίαν. εἶργον δὲ ἀλλήλους, ὁ μὲ μεμισθωκέναι τὸν ὄνον, τὸ τὴν σκίαν λέγων, ὁ δὲ μεμισθωμένος, τὸν πᾶσαν ἔχειν ἐξουσίαν, καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀπῄει. τοῦ δ' ἀθηναίων ὀπτχόντων, καὶ δεομένων πέρας ὀπθεῖναι, εἰθ' ὑπὲρ μὲ ὄνου σκιᾶς, ἔφη, βούλεσθαι ἀκούειν, λέγοντος δὲ ὑπὲρ ὠνοδαίων πραγμάτων τὸ βούλεσθαι. i. Cum in concione dicenti obstreperent Athenienses, ait se breuiter illis uelle narrare quidam. At, silentio facto, Adolescēs, inquit, æstatis tempore asinum mercede conduxerat, ut eo ab urbe Megaram proficiscens uteretur. Porrò meridie cum sol acriter æstuaret, uterq; cupiebat sub umbram asini succedere. Verum alter alterū arcebat, cum hic diceret asinum conductū esse, non umbram. Rursus alter, qui cōduxerat, se plenum habere ius responderet: atque hæc locutus, discedere parabat. Retinentibus autem Athenienſibus, utq; reliquam fabulæ partem adderet, orantibus: Ita he, inquit, de asini umbra audire cupitis, de rebus serijs loquentē auscultare nō uultis? Quidam aiunt, asinum Athenis nō Megaram, sed Delphos fuisse conductum, quod idem apparet ex uerbis Demosthenis, qui Delphicam umbram nominat, in calce orationis De pace: Οὐκοῦν δὴ θῆ καὶ κομιδῆ χέτλιον, πρὸς ἑκάστης καθέρα ἑτοσὶ ἤδη προσεννενεγμένης, περὶ τοῦ οἰκείων, καὶ τοῦ ἀναγκαιοτάτων, πρὸς ἅπαντας περὶ τῆς ἐν δελφοῖς σκιᾶς νυνὶ πολεμῆσαι. i. An non igit stultū, ac uehementer miserū, singulos aduersus singulos ita commissos de rebus proprijs, ac maxime necessarijs, cū uniuersis de umbra Delphica nunc depugnare? Appuleius in Asino, iocatur ex sese natū. Vsurpauit hoc adagiū Menāder in Enchiridio, & Plato in Phædro, cū ait: Oratores imperitos impudenter, ac periculose facere, quoties apud plebē imperitam & ipsam, non umbram asini, rem uidelicet seuē, ac nullius momenti, sed turpia pro honestis laudant; Μὴ περὶ ὄνου σκιᾶς, inquit, ὡς ἵππου τὸν ἔπαινον ποιοῦμθυος, ἀλλὰ περὶ κακοῦ ὡς ἀγαθοῦ. Procopius in Epistola quapiā, Καὶ αὐτὸς ᾖ, οἶμαι, περὶ τῆς τέχνης ὦ σοφώτατε ταναντία φρονῶν, σκωμμάτων ὡς ἔοικε χάριν, ὄνου φασὶ σκιὰν ἐγκαλεῖς. i. Ipse etiam, opinor, doctissime, de arte pugnantia cū sentias, deridendi, sicut uī, gratia, de asini, qd aiunt, umbra litem moues. Vsus est eodem Origenes in præfatione libri tertij, quē scripsit aduersus Celsum. Sed iam dudum tempus, ut ab asini umbra digrediamur, ne quis iure nos rideat, περὶ ὄνου σκιᾶς plus satis curiosos.

De lana caprina.

Huic simillimum est illud Latinorum adagium, de lana caprina, quod a simili quopiam euentu natum apparet, contentiose decertantibus duobus, utrum lanas haberet caper, an setas. Aut alioqui de uillis caprinis dimicantibus, re uidelicet inutili, minimiq; momenti, cuiusmodi iocus fertur & de asini lana. Horatius in epistolis ad Lollium:

Alter in obsequium plus æquo pronus, & imi
Derisor lecti, sic nutum diuitis horret,
Vt puerum sæuo credas dictata magistro
Reddere, uel partes mimum tractare secundas.
Alter rixatur de lana sæpe caprina,
Propugnat nugis armatus.

Loquitur de morosis in amicitia, qui quantumlibet friuola de causa litem cum amico suscipiunt.

De fumo disceptare.

Huic cōsine est illud, quod apud Aristophanē legitur i Nubibus: Καὶ λεπτολογεῖν ἤδη ζητεῖ καὶ περὶ καπνοῦ σενολεσχεῖν. In philosophos dictū, qui de fumo, hoc est, de rebus nihili, nimium anxie disputāt. Inest

autem non parum comici salis in illis ipsis verbis ad iocum conficitis, λεπτολογεῖν, σεμνολεχεῖν: quorum alterum significat de rebus tenuibus, ac friuolis disceptare: alterum, de meris nugamentis sollicitum, & anxium torqueri. Quapropter etiam Socratis scholam φροντιστήριον appellat.

Talpa cęcior.

REFERTVR à Suida, ac Diogeniano, τυφλότερος ἀ ἀπάλακος, i. Cæcior talpa: de ijs, qui supra modũ cæcutiunt, aut qui minime iudicant. Nam iucundior fiet metaphora, si quidem ad animũ transferatur. Plin. vndecimo libro scribit, ex quadrupedũ genere, talpæ uisum deesse, oculorum tñ inesse effigiem, si quis prætentã detrahat membranã. Atq; hinc ortũ adagium.

Cæcior leberide.

AD eandem sententiam pertinet illud, Τυφλότερος λεβηρίδος, i. Cæcior leberide. Citatur ex Aristophane. Est autem Liberis, quemadmodum ostẽdimus & alibi, pellis illa sicca, quam serpentes, cicadæ, & si quod aliud animantis genus, exuunt, quoties sibi iuuentam renouant. In hac enim apparet effigies duntaxat oculorũ, ac mẽbranula quędam tenuissima, qua serpentũ oculi prætegunturSunt, qui tradant, hoc, quod notissimum est de serpentibus, ac cicadis, etiam piscibus quibusdam accidere. Eam uerò pellem Lycophron in iambico carmine Syphar appellat:

Σύφαρ θανεῖται ποντίου φυγὼν σκέπας. i.
Syphar interibit, tectum ut effugit maris.

Syphar aũt συμβολικῶς, idq; suo more, senem appellat, uel quòd ętas ea cæcutiat, vel quòd iam effœta, atq; arida, succo, viribusq; destituta sit. Sophron in Mimis,

Τὶ μὰν ξύστλος, τὶ γὰρ σύφαρ ἀντ' ἀνδρὸς, idest,
Quid enim Xysilus, quid Syphar p viro?

Xysilum appellans aridũ, & pruriginosum senem, παρὰ τὸ ξύειν: aut Syphar, quasi iã non hoiem ipsum, sed pellẽ duntaxat exuccam, atq; inanẽ. Quod quidẽ & ipsum prouerbium resipit. Aiunt aũt leberidẽ proprie significare membranã extremã, qua fœtus uaccarum obtegitur, in qua & ipsa uestigia duntaxat oculorũ apparẽt. Adagium trifariã effertur, τυφλότερος λεβηρίδος, i. Cæcior leberide: & γυμνότερος λεβηρίδος, i. Nudior leberide: & κενώτερος λεβηρίδος, idest, Inanior leberide.

Tiresia cæcior.

A notissima fabula sumptum, τυφλότερος τειρεσίου, i. Cæcior Tiresia. Iuuenalis,

Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse Deorum.

Tiresiam prouerbiali figura pro cęco dixit, quemadmodum Horatius pro paupere Irum: Intererit multum, diues ne loquatur, an Irus.

Hypsea cæcior.

NON dissimili figura dixit Horatius in Sermonibus:

-Ne corporis optima Lyncei
Contemplans oculis, Hypsea cæcior, illa
Quæ mala sunt spectes.

Satis apparet, parœmiam ab Hypsea muliere quapiam infami, notæq; cæcitatis, esse profectam.

Sine sacris hæreditas.

VBI qua cõmoditas de improuiso præter sumptum obiecta esset, veteres sine sacris hæreditatem uocabant. Et omnino, quidquid citra nostram operam alicunde obtigisset lucri, quasi prouerbialiter hæreditatem appellabant. Ergasilus parasitus apud Plautum in Captiuis: Sine sacris hæreditatem sum adeptus effertissimã. Et alibi: Annona est, sine sacris hæreditas. Nam hæredes alioqui uel pro salute laborãtis, uel in parentalibus defuncti, sacra quędã suo sumptu factitare mos erat. Idem Plautus alibi: Mihi tales hæreditates non sępe obueniunt. Cicero in Verrẽ actione quinta: Hic uerres hæreditatem sibi uenisse arbitratus est, q̃ in eius regnũ, ac manus venerat iste. Andręas Alciatus Prętermissorũ lib. 1. maulit adagionis originẽ ad prisci iuris consuetudinẽ referri. Lex em̃ duodecim tabularũ sic habebat: Sacra priuata perpetua manento. Ea verba interpretatur Cicero libro De legibus 2. ut omnis, ad quem patris familias pecunia peruenirет, is teneretur sacra celebrare. Refertq; Sęcuolæ pontificis interpretationem, qua traditum est quinq; modis astringi sacris hęreditatẽ. Proinde ad quos ex iure propinquitatis redibat hęreditas, tenebant̃ communium sacrorum societate. Suauius aũt esse solet, quod inopinato contingit boni, quemadmodum sine sacris hęreditas. Hęc, aliaque doctissime sanè disserit Alciatus.

Porrò

Porrò in Plautino dicto allusum uidetur ad Græcorum illud adagium: ἄθυτα ἱερὰ κατεσθίειν. i. Non sacrificata sacra deuorare. Item ad Hesiodium illud:

Ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἀνελόντα
Εσθίειν. i.
Ante sacrum factum, cibum ab ollis tollere raptum, Atque edere.

Inter cæsa & porrecta.

ELEGANS in primis adagium extat apud M. Tullium in epistolis ad Atticum: Ea multa, inquit, immo omnia, quorũ κεφάλαιον, ne quid inter cæsa, & porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur, aut temporis. Videtur significare cunctationem, & ancipitem hæsitationem, ac uelut interuallum illud, inter omittendum, quod cęptũ est, & incipiendũ, quod nouari oportet. Sumptum est autem è prisco auspiciorũ ritu, in quibus inter cæsa, & porrecta sacerdos cęrimonias quasdam agebat, quemadmodum testatur M. Varro libro De lingua Latina secundo. Nam flamen Dialis, inquit, auspicatur uindemiam, & ut iussit uinum legere, agna Ioui facit, inter cuius exta cæsa, & porrecta flamen prorsus uinum legit. Porrò, quòd exta cæsa prorogationem temporis apud ueteres significauerint, declarat Cicero libro De diuinatione secundo: Quid. n. inquiẽs, habet aruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem?

Pensum persoluere.

PENSVM persoluere, est tuas implere partes, debitoq. perfungi officio. Translatũ a lanificio muliebri, in quo singulis certũ lanæ pondus in opus distribuebatur. Plautus in Persa: Pensum meum, quod datum est, confeci. Idem in Bacchidibus: Ego pẽsum meum lepide accurabo. Et M. Tullius libro De oratore tertio: Nunc ad reliqua progrediar, meque ad meum munus, pensumq. reuocabo. Varro De restica: Nos nostrum pẽsum absoluimus. Hieronymus ad Rusticum: Et operit tui pensa persoluas. Verum, quò longius erit detorta metaphora, hoc erit adagium uenustius. Veluti, si ad sermonem, ad studium, ad officiũ, aut alias animi res referatur.

Ne per somnium quidem.

Οὐδ' ὄναρ, i. Ne in somnio quidẽ. Græcis prouerbialiter dictum est, pro eo quod est, nulla ratione, nullo tempore. Alioquĩ nemo ferè tam omni felicitate destitutus, quin aliquando per quietem uel somniet lætiora quæpiam. Lucianus ἐν τῷ περὶ τῆς ἐπὶ μισθῷ συούντων, Οὐδ' ὄναρ λαθικῆς ποτε ἄρτου ἐμφορηθεὶς. i. Ne per somniũ quidẽ unquam albo pane satiatus. Idem usurpauit in Gallo, cum ait, regibus ne per somnium quidem aliqua re iucũda frui licere, Υφ' ὧν οὐδ' ὄναρ ἀπολαῦσαι τίνος ἡδέως ἐγγίνεται. Rursus περὶ τοῦ ἡλέκτρου, Ὀδόντων δὲ ἡδὺ: καὶ οἷον σὺ φῂς, οὐδ' ὄναρ ἀκηκόαμεν. i. Porrò suauiter canentes, & eo modo, quo tu pdicas, ne per somniũ quidẽ audiuimus. Huc eleganter allusit Theocritus ἐν βουκολίσκῳ, apud quem Eunica puella ciuilis, rusticum, basium dare conantẽ, ab se repellit, dicens tantũ abesse, ut illi datura sit basium, vt hoc ne per somnium quidem oporteat sperare. Carmen sic habet:

Ἐῤῥ ἀπ' ἐμοῖο.
Βωκόλος ὢν μὲ θέλεις κῦσαι, τάλαν, οὐ μεμάθηκα
Αγροίκως φιλέειν, ἀλλ' ἀσυκὰ χείλεα θλίβειν.
Μὴ τύγε μεῦ κύτης τὸ καλὸν σόμα, μήδ' ἐνὸνείροις. id est,
Aufer te hinc procul, inq. malam rem,
Tu mihi suauiolum dare uis, homo rusticus? atqui,
O miser, haud didici dare basia agrestib. unquam;
Sed magis urbanis soleo oscula figere labris.
Non mihi tu nitidum os labris sordentibus unquam
Contigeris, nec per somnum.

Vtitur eodem & M. Tullius in Epistolis ad Atticũ: πολιτικὸς ἀνὴρ, οὐδ' ὄναρ quisq̃ inueniri potest. Theocritus ĩ Megara Herculis uxore, τὸ δ' οὐδ' ὄναρ, ἤλυθεν ἄλλῳ. i. Quod alii ne per somnum quidẽ accidit. Galen⁹ περὶ φυσικῶν δωρεμέων, li. 12. Καὶ ταῦτα οὐκ ἐχρῆν ἀγνοεῖν τὸν ἐρασίστρατον, εἰ περ καὶ κατ' ὄναρ ποτὲ τοῖς ἐκ τῶν φιλοσόφων σωέτυχεν. i. Atq. hæc oportebat nõ esse ignota Erasistrato, si modo uel in somnis unq̃ illi cum Peripateticis incidisset cõsuetudo. Solent autem uel extremæ sortis homines aliquando magnifica quædã somniare, quemadmodum apud Lucianum Micyllus, qui per somnium opulentissimus, experrectus, cerdo quispiam erat Iro pęne pauperior. Nam somniare, sperandi genus

est. Vnde & Virgilius in Bucolicis, spes inanes amantum somnia uocat:

-An, qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Huc respexit & Flaccus in Satyris, cũ ait:

Cùm te seruitio longo, curaq; leuarit,
Et certũ uigilans quartę sit partis Vlysses
Audieris hæres.

Itaque Ne per somnium quidem, perinde ualet, quasi dicas, quod ne sperare quidem audeas. Plutarchus in libello, quem scripsit aduersus Stoicos, adagium extulit paullo diuersius, φὴν οὐδ' ὀνείρατα λαβεῖν μᾶλλον ὅτι παρὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας. i. quorũ ne somnia quidẽ magis capere licet extra communes cogitationes. Diuus Chrysostomus aduersus Iudęos concione tertia sic extulit, ἐδ' ὡς ὄναρ.

Per nebulam, per caliginem, per somnium.

QVARVM rerum ambiguam quandã, ac tenuem, pœneq; euanidam memoriã, aut intelligentiam obtinemus, eas res per nebulam recordari, per somnium meminisse, per caliginem uidere, prouerbio dicimus. Vt, quæ puelli uidimus, senes quasi per somnium recordamur, uix tenuibus quibusdam simulacris rerum inhęrẽtibus animo nostro, qualis est fermè uulgarium insomniorum memoria. Porrò, quod per mediam nebulam intuemur, eius confusam duntaxat imaginem, ac uelut umbram incertam aspicimus. Cuiusmodi sunt, quę per caliginem cernuntur in tenebris. Hinc igitur ducta metaphora. Huiusmodi sermonis formę frequenter obuiæ sunt apud scriptores. Plautus in Pseudolo: Suum, q̃ te uolumus percunctari, quæ quasi per nebulam nosmẽt scimus, atq. audiuimus. Idẽ in Captiuis duobus: In memoriam regredior, audisse me quasi per nebulam. M. Tullius libro De finibus quinto: In infirma ætate, imbecillaq. mente, uis naturę per caliginem cernitur. Plato de legibus libro septimo. ἃ δὴ λέγω, δεικλῶσαι πειρωτέον οἷον δείγματα ἐξενεγκόντα εἰς φῶς. νωὶ γὰρ λεγομένοις ἔοικε κατά τι σκότος. i. Cęterũ, quæ dico, conãdũ est, ut uelut exẽplis in lucẽ prolatis reddamus perspicua. Nã hęc vñr similia ijs, quæ dicuntur per caliginem quandam. Eodem in lib. legitur καθ' ὕπνον, i. per somnum, siue in somnis.

De asini prospectu.

Περὶ ὄνου παρακύψεως id est, De asini prospectu. Vetus adagium dici solitum in eos, qui ridendo titulo quempiam calumniantur, aut de friuolis rebus aliquem in ius uocant. Euentus, qui fabulæ præbuit occasionem, uariè narratur ab auctoribus. Quidam huiusmodi quædam memorant. Figulus quispiã uarias auium formas finxerat, easq. in officina collocatas habebat. At asinus quidam, in obseruantius sequẽte agasone, inserto per officinæ fenestellam capite, pariter & aues, & reliqua uasa deiecit, comminuitq;. Is, cuius erat officina, agasonem in ius uocat. Cumq, rogaretur ab omnibus, quanam de re litem moueret: De asini, inquit, prospectu. Alii aues non fictiles, sed ueras fuisse uolũt, quæ asino, sicuti dictum est, per fenestram immittente caput, disturbatæ perticã ruperunt, reliquaq. uasa subuerterunt. Reliqua fabulæ utcumque conueniunt. Lucianus in asino suo parœmiam hanc fingit ex se natam, φ, dum asinus conaretur obliquato capite per fenestram prospicere, quid ageretur, tum sese, tum dominos suos prodidit. Eamq. rem magno omnium risu exceptam, in adagionem abijsse, ἐξ ὄνου παρακύψεως, id est, ex asini prospectu. Porrò, iuxta Luciani sententiam, magis quadrabit in eos, qui stoliditate sua, dum inepte studẽt dissimulare, ridiculè produntur. Hunc Luciani locum ęmulãs Appuleius in nono Metamorphoseos suę libro, scribit ad hũc modum: Quæ contentione, & clamoso strepitu cognito, curiosus alioqui, & inquieta procacitate præditus asinus, dũ obliquata cernice per quãdam fenestrulam, quidnam sibi uellet tumultus ille, prospicere gestio, unus è cõmilitonibus, casu fortuito cõlimatis oculis ad umbram meam, cunctos testatur in coram. Magnus denique continuo clamor exortus est. Et emersis protinus scalis, iniecta manu quidem me ueluti captiuum detrahunt, iamq. omni sublata cunctatione, scrupulosius contemplantes singula, cista etiam illa reuelata, repertum, productũq. & oblatum magistratibus miserum hortulanũ, penas scilicet pensarum, in publicum deducunt carcerem, summoq. risu de meo prospectu cauillari nõ desinunt. Vnde etiã de prospectu, & umbra asini, natum est frequens prouerbium. Hactenus Appuleius.

Suo ipsius indicio periit sorex.

CVI cõsine est illud Terẽtianũ ex Eunucho:

cho: Egomet meo indicio miser quasi sorex hodie perii. Verba sunt Parmenonis, qui, delusus a Pythia, prodiderat se seni. Donatus admonet, esse prouerbiũ in eos, qui suapte uoce prodũtur. Atque hinc existimat ductam esse metaphoram, quod soricũ proprium sit uel stridere clarius, quã mures, uel strepere magis cum obrodunt friuola, ad quam uocem multi se intendẽtes, quamuis per tenebras noctis transfigũt eos. Vsurpat hoc adagium diuus Aurelius Augustinus in primo De ordine libro erga suum Licentium, qui dum pulsata tabula, soricem strepitu absterret, ipse sese prodebat Augustino, quod uigilaret. Allusit eodẽ Origenes homilia ī Genesim tertia, Sed uidebor, inquit, ipse meis indiciis captus.

Induitis me leonis exuuium.

Ενδύετέ μοι τὴν λεοντῆν, idest, Induitis me leonis exuuium. In eos dici solitũ, qui suscipiunt negotium maius facultate, quique se magnificentius gerunt, quam pro sua conditione. Quidam ab Hercule sumptum putant, cuius hic ornatus erat, ut leonis exuuio tegeretur, deinde altera manu clauam, altera gestaret arcum: atque hoc ornatu descendit ad inferos, Cerberũ extracturus. Huc alludens Aristophanes in Ranis, Bacchum fingit, Herculis instar, leonis exuuio, clauaque instructum, ad inferos descendere parentem, ut Euripidem cum Æschylo certantem audiret. ridetur autẽ ab Hercule, quod id gestaminis neutiquam illum deceret, utpote mollem, & effęminatum. Eodẽ pertinet, quod Menippus ille Lucianicus eodem ornatu se ab inferis redisse adfimulat. Nihil autem prohibet, quo minus prouerbium ad apologum illum referatur, cuius meminit Lucianus in Piscatore: Apud Cumanos asinus quispiam, pertęsus seruitutem, abrupto loro in syluam aufugerat. Illic forte repertum leonis exuuium corpori applicabat suo. Atq. ita pro leone se gerebat, homines pariter, ac feras uoce, caudaq. territans. Nam Cumani leonem ignorant. Ad hũc igitur modum regnabat aliquandiu personatus hic asinus, pro leone immani habitus, ac formidatus. Donec hospes quispiam Cumas profectus, qui sępenumero uiderat & leonem, & asinum, atque ob id non erat difficile dignoscere, aurium prominentium indicio, neque nõ aliis quibusdam coniecturis asinum esse deprehẽdit, ac probe fustigatum reduxit, dominoq. agnoscenti reddidit. Interim autem risum non mediocrem cõcitabat omnibus Cumanis asinus iam agnitus, quos dudum creditus leo, metu propemodum exanimauerat. Cumanos autem hic appellat, nõ qui sunt in Italia, sed qui sunt in Æolide supra Lesbum. Nam & Lesbii, & Cumani notati sunt stoliditatis, ut indicat Stephanus. Vsurpat hoc adagium Socrates Platonicus in Cratylo, negans oportere deterreri sese magnitudine disputationis institutę, postea q̃ semel leonis pellẽ esset indutus. Lucianus in Pseudologista: οὐδὲ δεῖ τίνος, τοῦ ἀποδύσοντος τὴν λεοντῆν, ὡς φανερὸς γένοιο, καυθήλιος ὤν, εἰ μή τις ἄρα ἐξ ὑπερβορέων ἄρτι ἐς ἡμᾶς ἥκοι, ἢ ἐς τοσοῦτον κυμαῖος εἴη, ὡς μὴ ἰδὼν αὐδὺς εἰδέναι ὄνων ἀπάντων ὑβριστότατόν σε ὄντα, μὴ περιμείνας ὀγκωμένου προσέτι ἀκούειν, id est, Nec opus est quopiam, qui tibi leonis exuuiũ detrahat, quo palã fiat te Cantheliũ esse, nisi qs sane ab ipsis Hyperboreis hospes modo ad nos aduenerit, aut usq. adeo Cumanus sit, vt qui uiderit, non protinus intelligat te asinorum oĩum asinum ferocissimũ esse, aut expectet, ut te ptera rudẽtem audiat. Eusebius Cæsariensis aduersus Hieroclẽ, οἱ χήσεται μὲν ἡμῖν φιλόσοφος, ὄνος δὲ τῆς τοῦ λέοντος ἐπικρυπτόμενος δέρῃ. id est, Abibit nobis quidem philosophus, cæterũ asinus leonis intectus pelle. Demutauit nõ nihil de prouerbio Lucianus in Philopseudes cum ait: τοσοῦτον χρόνον ἐλελήθειμε, ὑπὸ τῇ λεοντῇ, γελοιόν τινα πίθηκον περιστέλλων. i. Tantum tẽporis nõ animaduerti eum sub leonis exuuio ridiculam quãdam simiam tectam habere.

Midas auriculas asini.

Μίδας ὄνου ὦτα. i. Midas auriculas asini. Refertur a Diogeniano. Natũ à fabula notissima Midæ, regis Phrygiæ, cui Phębus, quod stolide Panem canentem sibi prætulisset, asininas affixit auriculas. Quas cum diu mitra occuluisset, tãdem à tonsore animaduersum est, ac prolatũ in uulgus. Porrò adagium recte dicetur, uel in stolidos, & crassis auribus, pinguiq̃ iudicio homines, uel in tyrannos, quibus cum aures sint asininarum instar longæ, procul etiã audiunt, uelut auscultatoribus dimissis, qui

qui audita referant. Quos Plutarchus in libro de curiositate, ὠτακουστὰς appellat, & προσαγωγίδας. Eoq; Lucianus in libello, cui titulus, Non esse facile credendum delatoribus, calumniæ depingens imaginē, Midæ aures illi tribuit, propter studium subauscultandi, captandiq;, quid alii rerū faciant: ἐν ᾧ ξιφῶ τὶς ἀνὴρ καθῆται τὰ ὦτα παμμεγέθη ἔχων: μικροῦ δεῖν τῆς τοῦ Μίδου προσεοικότα i. Ad dexterā vir q̃spiam sedet, auriculis maximis, quales ferme Midæ fuerunt. Aristophanes in Pluto:

Μίδας μὲν οὖν, ὦ ὦτ' ὄνου λάβητε. id est.
Midas quidā itaq;, si asini aures sumatis.

Quo loco interpres admonet prouerbii de auriculis asininis, eiusq̃. commenti uarias allegat causas. Quosdam auctores esse, Midam hunc ob contemptum aliquando, uituperatumq; Bacchi numen, in asinum fuisse conuersum. Alii narrant, cum aliquando præteriret asinos huius dei, atq. eos affecisset iniuria, iratum Bacchum, Midæ auriculas asininas addidisse. Sunt, qui dicant, huic aures natura prelongas fuisse, & asininarum instar prominentes, atque hinc fabulæ iocum ortum esse. Quanquam pluribus placet, hac allegoria significatū, Midam, vtpote tyrannum, Corycæos, ac subauscultatores dimittere solitum, per quos quæcunq. per omnem regionem uel fierent, uel dicerentur, cognosceret, nimirum illis utens aurium uice. Proinde, cum vulgus admiraretur, ab illo resciri etiam ea, quę clam, ac procul fierent, occasionem fabulæ dederunt, ut Midas diceretur auriculas asini habere: uel quod nullum aliud animal acrius audiat, quam asinus, excepto mure: uel quod aures habeat omnium longissimas. Persius:

Auriculas asini quis non habet?
Ferunt nonnulli primum a poeta scriptū fuisse:
Auriculas asini Mida rex habet.
Deinde metu Cæsaris scripturam mutasse, Quis non habet?

Hinc illę lacrymę.

Ex Andria Terentiana per allusionem prouerbialiter usurpatum uidetur ab Horatio: Hinc illæ lacrymæ. Vsurpauit ad hūc modum M. Tullius in actione pro M. Cœlio: Hinc illæ lacrymæ, nimirum & hæc causa est horum omnium scelerum, atq. criminum. Dicetur autem de rei causa aliquandiu dissimulata, quæ uere tandem deprehendatur. Sumuntur autem frequenter id genus allusiones a claris auctoribus & in prouerbii uicem transferuntur, etiam si nulla figura prouerbialis adsit. Quod genus illud ex Homero sæpius iteratum in Epistolis Ciceronis ad Atticum, αἰδέομαι τρῶας, id est, Vereor Troianos.

Hæc Helena.

Non dissimili figura dixit Lucianus in Eunucho, Αὕτη ᾗ πάμφιλε ἑλένη, ὑπὲρ ἧς ἐμονομάχουν. i. Hæc ipsa erat Helena, pro qua digladiabantur. Loquitur autem de duobus Peripateticis, mercedis, ac lucri cupiditate turpiter apud iudices contendentibus. Allusit ad monomachiam, id est, singulare certamen, quod inter Menelaū, & Paridem factum describit Homerus Iliadis libro tertio.

Ebur atramento candefacere.

Ebur atramento candefacere, est, genuinæ formæ cultum, atque ornatum externum inducere, quo decus illud natiuū obscuretur magis, quam illustretur. Proinde Iena Plautina puellæ naturali forma præditæ, tamen ceruſſam ad oblinēdas malas postulanti: Vna, inquit, opera ebur atramento candefacere postules. Propterea omne lenocinium rebus natura pulchris dehonestamentum afferat, non venustatē. Veluti, si quis ueritatem, qua nihil est pulchrius, rhetorum pigmentis conetur exornare. Porrò, quemadmodum ceruſſa ad cādorem conciliandum adhiberi consueuit, itidem purpurissa ad tingendas rubore malas. Simili forma dixit in Mostellaria: Noua pictura interpolare uis opus lepidissimum.

Syncerum uas incrustare.

Eodem ferme ptinet Horatiana metaphora, quæ in Sermonum libro primo legitur, Satyra 3.

At nos uirtutes ipsas inuertimus, atque
Syncerum cupimus uas incrustare.

Hoc est, quæ per se recta sūt, ea nominibus alienis impositis deprauamus, atq. obtegimus. Quanquam potest & ad superiorem sententiam eleganter accommodari: hoc est, cum rebus per se decentibus tectorium inducimus, quod tegat, & obscuret natiuum decus, non augeat.

Pulchrorum,

Pulchrorum, etiam autumnus pulcher est.

Τῶν καλῶν καὶ ὁ πώρη καλή. i. Pulchrorū, etiā autumnus pulcher. Metaphora prouerbialis nata ex Archelai apophthegmate, quod ab eo dictū Plutarchus refert in Euripidem, qui iam pubescentem, atque exoletum Agathonem in cōuiuio suauiabatur. Non abludit ab illo Homerico, qđ alio reddemus loco, ἐκ τῆς καλάμης γινώσκειν, i. E culmo cognoscere. Vernis enim mensibus nihil non tenerum, ac nitidum, cum omnia adhuc in flore, aut in herba sunt. Cæterum autumni tempore postea quam iam in culmos, aut caulem excreuerunt, horridiora uidentur. Quadrat igitur in ea, quæ cum natura sint egregia, ne tum quidem fastidienda uidentur, cum maturuerunt. Alioqui nihil fere tam fœdum, quod non aliquando niteat ætate. Dicetur non inelegante & in eos, qui belle portant ætatem.

Magnorum fluminum nauigabiles fontes.

Simili metaphora uidetur dictum & illud, quod refert, ac notat Fabius in octauo Institutionum libro: Magnorum fluminum nauigabiles fontes sunt. Eam sententiam ait se iuuene decantatam fuisse. Significat autem, præpotentiū quantulacunq;, plus pollere, quām uniuersas tenuiū opes. Cæterum notat Fabius hoc sentētiarum genus, quòd palam falsæ uideantur.

Generosioris arboris statim planta cum fructu est.

Simillimam huic eodem loco subijcit: Generosioris arboris statim planta cū fructu est. Quo quidem id innui uidetur, egregia, beneq. nata ingenia, statim maturescere, & ad frugem peruenire. Taxat Fabius & hoc sententiæ genus. Nobis tamen uisum est in adagiorū catalogū has quoque referre, quod vulgo celebres fuisse testatur; & impudentior hyperbole, sicut paulo superius dictum est, non reijcitur ab hoc genere.

Cornicum oculos configere.

M. Tvllivs in oratione pro Muræna scribit ad hunc modum: Deinde etiam si quid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis, id enunciatis uestris mysterijs, totū est contemptum, & abiectum. Posset agi lege, nec, ne pauci quondā sciebant. Fastos enim vulgo non habebant. Erant in magna potētia, qui consulebantur, a quibus etiam dies tanquam à Chaldæis petebantur. Inuentus est scriba quidā Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, & ab ipsis iureconsultis, eorum sapientiam compilarit. Itaque irati illi, quod sunt ueriti, ne dierū ratione pauulgata, & cognita, siue sua opera lege posset agi, notas quasdam composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interessent. Idem in actione pro L. Flacco: Hic Hercule cornici oculū, ut dicitur: nam hūc Hermippum hominem eruditum, ciuem suum, cui debebat esse notissimus, percussit. Porrò prouerbium natū sit ex apologo quopiam, an ex euentu, an ex metaphora sumptū, non satis liquet. Vndecunq; fluxerit, perinde ualere uidetur, cornicum oculos configere, quasi dicas, nouo quodam inuēto ueterum eruditionem obscurare, efficereq;, ut superiores nihil scisse, nihil uidisse videātur. Effertur autem per ironiam. Nec admodum diuerse usurpauit Macrobius lib. Saturnalium septimo. Et qa inquiens, his loquēdi labyrinthis nos impares fatemur, age Vecti, hortemur Eustachium, ut, recepta contraria disputatione, qdquid pro vario cibo dici potest, uelit cōmunicare nobiscum: ut suis telis lingua uioléta succūbat, & Græcus Græco eripiat hunc plausum, tanquam cornix cornici oculos effodiat. Hactenus Macrobius. Illud non ab re fuerit admonere lectorem, ut etiam atque etiā consideret, num cornicum uiuacitas, & concordia huic adagioni locum fecerit. Siquidē cornix antiquitus Cōcordiæ symbolum erat. Eiusdem uiuacitas etiā Græco prouerbio celebrata est. Vt is uideatur cornicum oculos uelle configere, quisqs ea, quæ antiquitas magno consensu approbauit, dānare, ac rescindere conetur. Nec admodum absurdum, si quis in huc modū accipiat, ut dicatur oculos cornicum cōfigere, qui perspicacissimis, oculatissimisq. uisum adimat, offundatq. tenebras: aut rē ipsissimam acu, quod aiunt, tangat: tantus uidelicet artifex, ut nō solum scopum, aut auem, uerum & ipsos oculos iaculo feriat.

Gladiatorio animo.

Proverbii speciem habet, quod legimus

mus in Phormione Terentiana. Hem gladiatorio animo ad me affectant viam. Quo significatur, ita tendi ad nocendum alteri, vt id cum proprio etiam periculo tẽtetur, animo pertinaci, paratoq. uel perdere, uel perire. Nam gladiatori composito ad certamen hæc pugnæ proposita sors est, aut occidere, si occupauerit; aut occumbere, si cessauerit. Aristoteles audaciam huiusmodi, cum propriæ salutis contemptu coniunctam, Celticam appellat.

Frusto panis.

FRVSTO panis, pro re quantumlibet pusilla, ac uili, nostris quoque temporibus uulgo dictitant. M. Cato in oratione quadam M. Cęlio uilitatem opprobrans, non loquendi tantum, uerum etiam tacendi: Frusto, inquit, panis conduci potest, vel vti taceat, uel uti loquatur. Citatur locus ab A. Gellio in Noctibus Atticis. Videtur hyperbole sumpta, vel a canibus, quos frusto panis inuitare solemus, uel a mendicis.

Quem mater amictum dedit, obseruare.

QVEM mater amictum dedit, obseruare, pro eo, quod est, pueriliter ex alieno præscripto uiuere, legitur apud Quintilianum libro quinto. Nam, quid, inquit, illa miserius lege, ueluti præformatas infantibus literas prosequentium, & ut Græci dicere solent, quẽ mater amictũ dedit sollicite custodientiũ? Quibus ex Fabii uerbis apparet, Græcis in prouerbio fuisse. Vsurpat autem, & indicat adagium Lucianus in Nigrino: καὶ πόθεν ὁ τρόπος οὗτος. καὶ τάχα τῆς μητρὸς ἔστιν αὐτοῦ. id est, Et unde hic prauos, atq. fortassis materna uestis est. Dicuntur hæc scommata in eum, qui uersicolore ueste amictus aduenerat. Plutarchus in commentario de Fortuna Alexandri, δίχλωνον παιδὸς, φυλάττοντα τὴν σκεβόλλω, ὡν ἡ πάτριος αὐτῷ στολὴ θεὰ καθάπερ τιθὴ περιέθηκε. i. More puelli seruantem amictum, quem illi patriæ cõsuetudo ueluti nutrix addiderat. Quin hoc ipsum, quo nihil iam tritius, Ex præscripto uiuere, prouerbiali metaphora dictum apparet, tracta uidelicet a pueris, quibus, ut inquit Plato, ἐν τῇ γραφίδι, id est, in tabula graphiaria doctor exẽplar præscribit, qd imitantes, literarum notulas consuescant effingere. Hoc imitationis genus, uelut ad dictum, ac seruile, ridet Horatius:

O imitatores seruũ pecus, ut mihi sæpe
Risum, sæpe iocum, uestri mouere tumultus.

Et Fabius nihil putat ad bene dicendũ inutilius, quàm ita seruire præceptis artis, ut uno ausis digitũ latum ab illis discedere, si quando causæ ratio postulabit.

Quid distent æra lupinis.

PROVERBII faciam habet, quod est apud Horatium in Epist.

Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis.

Id est: nouit discrimen rerum uilium, & pretiosarum. Agit autem Horatius de iis, qui beneficia non ita cõferunt in quosuis, uelut abijciant, sed ita collocant, ut expẽdant, & eius meritum, ac dignitatẽ, cui præstant, & pretiũ muneris, quod largiuntur. Porrò lupini uilitatem prouerbialiter notauit & Iuuenalis.

Tunicam mihi malo lupini,
Quàm si me toto laudetur uicinia pago.

Notat & Lucianus in libello De merce de seruientibus, cum rogat, num usq. adeo defuerit lupini, & aquæ fontanæ copia, ut in eam sese conijceret seruitutem.

Me mortuo, terra misceatur incendio.

EXTAT Græcus senarius παροιμιώδης apud Suetoniũ Trãquillũ in uita Neronis:

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρὶ. i.
Me mortuo conflagret humus incendiis.

Quòd cum à quodam sermone cõmuni diceretur: Nero, respondens, Imò, inquit, ἐμοῦ ζῶντος, id est, Me uiuo, alludẽs ad urbis incendiũ, quod paulo post effecit. Meminit huius prouerbii M. Tullius lib. De finibus bonorum tertio: Quoniamq; illa uox inhumana, & scelerata dicitur eorũ, qui negãt se recusare, quo minus ipsi mortuis, terrarum omnium deflagratio consequatur, quod uulgari quodam uersu Græco pronũciare solent. Item Seneca lib. De clementia secundo, cum dicit, multas uoces magnas, sed detestabiles, in uitam humanam peruenisse, celebresq. uulgo fieri, ut illam, Oderint, dum metuant, Cui, inquit, Græcus uersus similis est, qui se mortuo terram misceri ignibus iubet.

Mare cœlo miscere.

MARE cęlo miscere. Prouerbialis hyperbole est, pro eo, quod est, omnia pertubare, nihilq;

nihilq; nõ facere. T. Liuius: Quid est, quod cœlo terram, terræq; cęlum misceant? Idem alibi: Quid tandem est, cur, cęlum ac terras misceant? Iuuenalis:

Clames licet, & mare cęlo
Confundas, homo sum.

Lucianus i Dialogo Promethei, & Mercurij: τὶ οὖν διὰ τοῦτο ἐχρῆν τὸν τοῦ λόγου, τῇ γῇ τὸν οὐρανὸν ἀναμεμίχθαι. i. Quid igitur oportebat ea gratia, terræ, qd dici solet, miscere cęlum? Virgilius in quinto, de Iunone omnia tentante:

Maria omnia cœlo Miscuit.

Idem paulo diuersius in duodecimo,

Non si tellurem effundat in undas
Diluuio miscens, cęlumve in tartara soluat.

Aristophanes in Lysistrata, nõ dissimili figura dixit:

Τὰ δ' ὑπέρτερα νέρτερα θήσει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης. id est,

Quin & supera infera reddet
Iuppiter altifremus.

Plutarchus in uita Romuli sic usurpat, vt cęlũ terræ misceant, qui ex hominibus deos, ex diis homines faciunt, & quæ sunt hominũ fabulantur de dijs: ἀπογνῶναι μὲν ἐν παντάπασι τὴν θειότητα τῆς ἀρετῆς, ἀνόσιον καὶ ἀγγεννὲς οὐρανῷ καὶ μιγνύειν γῆν, ἀβέλτερον. i. In totum abnegare diuinitatem uirtutis, impium est, & ingenerosum: cęterum cęlo miscere terram, stuporis est.

Miscebis sacra profanis.

CONSIMILI figura dixit Horatius:

Miscebis sacra profanis.

Id est: Nihil non facies. Item, Confundens fasq; nefasq:. Apud ueteres multum erat discriminis inter res hominũ, ac res deorum, adeo, ut Homerus etiam uocabula discernat, quibus Dii cõsueuerunt uti, a uocibus humanis. Et Pythagoras a quibusdam iusserit abstineri, quòd numinibus essent consecrata. Vnde, qui nihil habent pensi, quique nihil non audent, miscent sacra profanis.

Omnium horarum homo.

QVI seriis pariter, ac iocis esset accommodatus, & qui cum assidue libeat conuiuere, eum ueteres omniũ horarum hominem appellabant. Atque ita uocatum Asinium Pollionem, auctor est Fabius. Apud Suetonium Tiberius duos quosdam combibones suos, iucũdissimos, & omnium horarum amicos profiteri solet, etiam codicillis. Eiusmodi amicum eleganter simul, & graphice depinxit Ennius, sub personã Gemini Seruilii. Carmen, quanquam extat apud Aulum Gellium noctium Atticarum libro duodecimo, cap. 4. tamen non grauabimur adscribere:

Hocce loquutus, uocat quicum bene sæpe libenter
Mensam, sermonesq. suos, rerumq. suarũ
Comiter impertit, magna cum lapsa diei
Pars foret, è summis rebus, paruisq. gerundis
Consilio, induforo, lato, sanctoq. senatu.
Cui res audacter magnas, paruasq; iocũq.
Eloqueret: quæ tincta malis, & quæ bona dictu
Euomeret, si quid uellet, tuoq; locaret.
Quocum multa volup, ac gaudia, clamq; palamq;
Ingenium, cui nulla malum sinia suadet,
Vt faceret facinus, leuis tamen, haud malus, idem
Doctus fidelis, suauis homo, facundus, suoq;
Contentus, atque beatus, scitus, secunda loquens, in
Tempore commodus, & uerbum uir paucorum.
Multa tenens antiqua, sepulta, & sæpe uetustas
Quæ facit, & mores, ueteresq;, nouosq; tenentem.
Multorum ueterum leges, diuumq;, hominumq;
Prudentem, qui multa loquive, tacereve possit.

Talis & inter philosophos fuisse traditur Aristippus: qui Dionysij iussu cum cæteris nec in fęminea purpura saltare detrectauit, Platone recusante, addẽs vel in Bacchanalibus oportere pudicũ esse. Hinc Horat.

Omnis Aristippum decuit color.

Contrà, qui suis quibusdam sunt moribus, neq. faciles ad cuiusuis hominis cõuictum, perpaucorum hominum homines dicuntur, ut apud Terentium. Apud Horatiũ aũt, Cõmuni sensu plane caret, inquimus.

Veritatis simplex oratio.

REFERTVR in Diogeniani collectaneis hoc adagium. Extat autem in Phœnissis Euripidis, ad hunc modum:

Ἁπλῆς

Απλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
Κἀποικίλων δεῖτ' ἀνδιχ' ἑρμῶν ῥημάτων
Εχει γὰρ αὐτὴ κἀμόν. ὁ δ' ἄδικος λόγος
Νοσῶν ἐν αὐτῷ, φαρμάκων δεῖται σοφῶν.

.i. Nam ueritatis sueuit esse oratio.

Simplex, uafris nec est egens ambagibus
Interpretum: siquidé ipsa per se cõgruit,
At sermo iniquus, quia p se sit morbid⁹,
Medicamenta exquisita deposcit sibi.

Citatur a Seneca epistola 49. Nam, vt ille ait tragicus, ueritatis simplex oratio est. Prouerbium usurpabitur, uel in rhetores, ac poetas, qui mendacia uerborum lenociniis fucare solent. uel in blandiloquos, q, ꝓ non ex animo dicãt, solent accuratius adornare sermonem, ac ueros affectus hoc diligentius imitari uerbis. quò magis vacãt affectibus:

Vt, qui cõducti plorant in funere, dicũt,
Ac faciunt prope plura dolẽtibus ex animo:

Cum interim simplex illa, rusticanaque veritas, negligat id genus orationis fucos: Τὰ σῦκα σῦκα, ⁊ σκάφιον σκάφιον. id est, Ficus ficus, ligonem ligonem appellãs. Vel in astrologos, qui uaticinia sua uerbis ambiguis efferunt, ne queant deprehẽdi, sitq. rima quæpiam, per quam elabantur. Denique in eos, qui perplexe loquuntur, dum uerum dissimulant. Nam hoc indicio sæpe numero deprehenditur uanitas, uelut in Eunucho Terentiana:

Pergin' scelesta, mecum perplexe loqui?
Scio, nescio, abijt, audiui, ego nõ adfui,
Nõ tu isthuc mihi dictura aperte es, quid quid est?

Tunicæ pallio propior est.

Apvd Plautum in Trinummo legitur allegoria prouerbialis. Tunica pallio propior est. Quo significatum, ex amicis nos aliis, atque aliis magis esse deuinctos, neq. parem omnium habendam esse rationem. Apud veteres primum in officio locum habebant parentes, proximum pupilli nostrę fidei crediti, tertium clientes, quartum hospites, quintum cognati & affines, ut indicat Gellius libro quinto, cap. 13. Præterea quædam negocia propius aliis ad nos pertinere. Pallium extrema uestis apud Græcos, quemadmodum apud Romanos toga. Tunica toga tegebatur, ut frequẽter apud Homerum, χλαῖνα, καὶ χιτῶνες, simul nominantur.

Genu sura propius.

Γόνυ κνήμης ἔγγυον, i. Genu sura propius. Qui Græcas parœmias collegerunt, aiunt, hoc adagium ex euentu quodã esse natum. Cum in prælio quidam conspiceret duos amicos, pariter de uita periclitantes, fratrem, & consobrinum, neque posset utrique simul ferre suppetias, omisso cõsobrino fratrem defendit, atq. hanc interim sententiam pronunciauit, quæ postea transierit in prouerbium, γόνυ κνήμης ἔγγυον. Id refertur ab Aristotele lib. Moraliũ nono: Accedunt, inqt, eodẽ & prouerbia uniuersa, ut Anima una, & Amicorũ communia sunt omnia, & Amicitia est ęqualitas, & Tibia genu propinquius. Theocritus i Idyllio, cui titulus Charites, tribuit hoc adagium uiro tenaci, qui sibi uiuat, neq. quidquam uelit impertiri amicis.

Πᾶς δ' ὑπὸ κόλπῳ χεῖρας ἔχων πόδας αὔξεται ἀθρεῖ
Αργύρος, ἀδέκειν τὸν ὑποτρίψας τινὶ δοίη,
Αλλ' ἀθῦς μυθῶνται, ὑποτέρω ἢ γόνυ κνάμᾳ,
Αὐτῷ μοί τι γένοιτο. id est.

Verum quisque sinu dextram occulit, illud & unum
Cogitat, unde sibi congesta pecunia crescat,
Nec cuiquam abstersa rubigine donet amico.
Immo statim hoc, Mihi sura genu lõgin quior, inquit:
Ipsi malim aliquid detur mihi.

Atheneus libro nono eo deflexisse uidetur, ut dicat de ijs potius, quæ proprius ad rem pertinẽt. Ex hoc igitur Plautus suum illud effinxisse uidetur: Tunica pallio propior. Confinis est huic adagio illa Hesiodi sententia:

Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον. i.

Sed nec germano quisquam est æquãdus amicus.

Est enim inter hos, quos amamus, habẽdus ordo. Nihil autem uetat, quo minus ad rem torqueatur, quod genus, si quis dicat maiorem habendam esse uitę, quam pecuniæ, corporis, quam uestis, animi, quam corporis rationem, recte adduxerit, γόνυ κνήμης ἔγγυον

Omnes sibi melius esse malunt, quàm alteri.

Eandem ferme sententiam Terentius simpliciter extulit in Andria:

Verum

Verum illud uerbum est, uulgo quod dici solet,
Omnes sibi esse melius malle, quã alteri.

Rursum in eadem fabula prouerbiũ ad personam detorsit:

Heus proximus sum egomet mihi.

Aristoteles lib. Moralium Eudemiorum septimo, Δοκεῖ γὰρ ἐνίοις μάλιστα ἕκαστος αὑτὸς αὑτῷ φίλος. i. Nonnullis. n. uidetur quemq; sibi potissimum amicum esse. Idẽ Plato libr. de Legibus. 5. Τοῦτο δ' ἔστιν ὃ λέγουσιν, ὡς φίλος αὐτῷ πᾶς ἄνθρωπος φύσει τέ ἐστι, καὶ ὀρθῶς ἔχει. i. Hoc est aũt, quod aiunt, unumquemq. natura sibi amicum esse, idq. recte fieri. Sed Terentianam sentẽtiam Euripides extulit in Medea:

Ὡς πᾶς τις αὑτῷ τυγχάνει μᾶλλον φιλεῖ. i.

Quod quisque semet plus amico diligit.

Vel sic:

Quod quisq. se plus atq. amicum diligit.

Rursum in Græcarum sententiarũ collectaneis:

Φιλεῖ δ' ἑαυτὸν πλεῖον ἢ δεῖ ἢ δέον. id est,

Nemo seipso diligit quenquam magis.

Φίλαυτοι.

Qvi sibi uehementer placent, quique suis ipsorum commodis impense student, aliorum rebus uel neglectis, uel etiã afflictis, a Græcis elegãter φίλαυτοι uocantur. Vitium ipsum φιλαυτία dicitur. Quod appositè circumloquens Horatius. Cæcus, inquit, amor sui.

Id uitii Plato malorum omnium fontẽ autumat.

Aristoteles 9. Moralium lib. satis indicat hanc φιταύτυ probrosam appellationem. ceu prouerbialem uulgo iactatam fuisse, cũ ait, homines sui supra modũ amantes a multitudine mala audire, quippe qui fędo, infamiq. cognomine uocentur φίλαυτοι. Contra, qui sibi displicent, putidali uocantur. Martial.

Altera rancidula est, altera putidula est.

Est autem id uitium fere insitum, ut sua cuiq. magis probentur, quam aliena, quod tamen eximie uidetur fuisse in Afris. id quod eleganter notat Galenus libro περὶ φυσικῶν δυνάμεων primo: Οὗτος ἄρα δυσαπότριπτόν τε καὶ κακόν ἐστιν ἡ περὶ τὰς αἱρέσεις φιλοτιμία, καὶ δυσέκνιπτον ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ ψώρας ἀπάσης δυσιατώτερον. Adeo de sectis cõtentio malum est, qd ægre excutitur, & cum primis ineluibile, demq. quauis scabie insanabilius.

Extra telorum iactum.

Εξω βελῶν, i. Extra telorum iactum, pro eo quod est, in tuto, citraque periculum. Translatum a bellis, ubi qui nolũt feriri iaculis, longius semouent sese, quam ut possint contingi iactu teli, aut in loco a iaculis defenso se cõtinent. Vnde illud frequẽs apud historicos: Iam ad teli iactũ peruenerant. Q. Curtius libr. 3. Iam in conspectu, sed extra teli iactum utraq. acies erat. Idem lib. 4. Vt extra teli iactum essent. Ac rursum: Nondum ad teli iactum peruenerant. Quod Græci dicunt ἐν τοῖς βελῶν. Neque uero tantum ij dicũtur ἔξω βελῶν esse, qui longius absunt, quàm ut iaculo cõtingi possint, uerum etiam qui utcunque tuti sunt. Seneca lib. De beneficiis 7. simili tropo dixit. Extra ictum: Iniuriam Deo sacrilegus quidem non põt facere, quẽ extra ictum sua diuinitas posuit. Lucianus in Votis: ὀπισκοπεῖν ἔξω βέλους ὑπαιωρούμενον. Optat quispiã pennas, ut è sublimi spectare possit dimicantes, ipse tutus a iaculis. Idem, καὶ ἔξω καὶ βέλους. id est, Iamq. extra teli coniectum erat. Polyphemus de Vlysse, qui iam fugerat, ut cum Cyclops telo assequi nõ posset, Odysseæ K. ad finẽ. Idẽ rursus, αἱ δ' μοῦσαι διὰ τί ἄρωτοι, καὶ ἔξω βελῶν εἰσίν, id est, Cur musas non seris, atqa tuis telis sunt tutæ? Adlusit huc idẽ in Nigrino, καθάπερ ὁ Ζεὺς ⁊ Ἕκτορα ὑπεξαγαγὼν ἐμαυτὸν ἐκ βελέων φασὶν, ἔκ γε ἀνδροκτασίας ἐκθ' ἁματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ, τὸ λοιπὸν οἰκουρῶν εἰλόμην. i. Quemadmodũ Iuppiter Hectorem, ita meipsum a iaculis eximens, ut aiunt. Atque a cęde uirũ, atqa sanguine, deq. tumultu, reliquum uitæ tempus domi sedere destinabam. Est autẽ apud Homerum Iliados ξ.

Εξ βελέων, μήπωτις ἐφ' ἕλκει ἕλκος ἄρηται. i.

Extra tela, uti ne quis uulnus forsitan addit
At uulnus.

Contra, quem obnoxium periculo uideri uolemus, hunc ἐν τοῖς τοῦ βέλους γενέσθαι ὑπομένοντες. id est, Ne tantisper quidem manentes, ut intra teli iactum esset. Virgilius in undecimo.

Iamq; intra iactũ teli progressus uterq;.

Post principia.

Eandem ferme sententiam habet, Post principia. Sumptum item a bellis, in quibus

bus tutissimus locus est post principia. Siquidem in prima acie stabant hastati, in secunda principes, robustior ætas: hoc sequebantur scutati omnes, maxime insignes armis, post hos triarij, & rorarij, quemadmodum indicat T. Liuius Decadis primę lib. 8. Itaq; nullus in acie locus tutior, quam post principia. Terentius in Eunucho:

Tu hosce instrue, hic ego ero post principia.

Inde omnibus signum dabo. Erat autē hic locus timido nebuloni conueniens, id quod ridens Gnatho, Illhuc, inquit, est sapere, ut hosce instruxit, ipsius sibi cauit loco. Idem hoc Pyrrhus factitauit. Donatus admonet eum usum uerbo militari. Porrò Vegetius libro De re militari secundo testatur, principales in acie milites, proprie dici principia. Sic enim ait: Antiqua ordinatione legionis exposita, principaliū militum, & ut proprio uerbo utar, principiorū nomina, ac dignitates secundum pręsentes matriculas indicabo. Axius apud Varronem: Ego uero, ut aiunt, post principia in castris. In prouerbio, Res ad triarios redijt, plura de his comperies.

Procul à pedibus equinis.

Ἐκ τῶν ποδῶν ἱππείων, i. Procul a pedibus equinis. Etiam hodie vulgo dicitur, cum significant fugiendum esse periculū. Hac uoce monere consueuerunt, ut q̄sq; sibi caueret in certaminibus equestribus, ἔξω τῶν ποδῶν ἱππείων, idest, Extra pedes equinos. Eam deinde vulgus prouerbij uice usurpauit.

Porro à Ioue, atque fulmine.

Πόρρω διός τε, καὶ κεραυνοῦ, i. Procul a Ioue pariter, atque a fulmine. Refertur a Diogeniano. Admonet, non esse agendum cum præpotentibus, qui nutu possint perdere si quando libeat, maxime cum regibus, ac tyrannis. Habent enim fulmen, si quando commoueantur. Porro Iouī fulmen attribuunt poetæ, & reges quidā hac effigie suos colossos fingi uoluerunt, auctore Plutarcho. Citatur à Suida huiusmodi hemistichion:

Ἀλλ' ἀπὸ μείζονος ἀνδρός. idest,

Maiorem uitiato uirum:

Refertur & hoc a Diogeniano inter adagia. Monet autem, parū esse tutum habere commercium cum principibus, quibus quod libuit licet, & in quos apposite dixeris illud Græcorum apophthegma: Μέγας ἐν ὁ κίνδυνος βούλεσθαι μὴ δεῖ, τὸ ἀβούλητον ποιεῖν δυνάμενον. i. Ingens periculū, velle q̄ non decet eum, qui possit quicquid voluerit efficere. Huc pertinet, quod Callisthenē admonuit Aristoteles, ut cum Alexandro aut raro loqueretur, aut iucunda. Item, quod refert Plutarchus in vita Solonis: is spretus est a Crœso, q̄ de felicitate nimium libere respondisset. itaque, cum Æsopus fabularū scriptor admoneret illū, ὅτι τοῖς βασιλεῦσι δεῖ ὡς ἥκιστα ἢ ὡς ἥδιστα ὁμιλεῖν, i. q̄ cum regibus aut quā minime, aut quā iucundissime colloquendum esset: Solon retorsit dictum hunc in modū, μὰ δία ἀλλ' ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἄριστα, i. non per Iouem, immo potius aut quam minime, aut quam optime, Adlusit ad prouerbium Ouidius, hoc attactus fulmine.

Viue tibi, quantumq; potes p̄lustria vita.
Sæuum prælustri fulmen ab arce uenit.

Septem conuiuium, nouem conuicium.

Septem conuiuium, nouem conuiciū. Elegans vel ob ipsam προσονομασίαν sententia, qua significatum est, in conuiuium paucos adhibendos esse, alioqui fore tumultuosum, atque insuaue. Quod significans Horatius.

Locus est, inquit, & pluribus umbris,
Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ.

Extabant antiquitus leges, quę pręscriberent simul & moderatum conuiuarum numerum, & sumptus modicos. M. Terentius Varro apud Celsum cēset cōuiuias intra Gratiarum, & Musarum numerū oportere consistere, ne aut plures sint septem, aut pauciores tribus. Sed hoc adagium uetat ad Musarum usque numerum peruenire. Plinius libro uicesimo octauo, capite secundo scribit, Seruium Sulpitium commentum fuisse causam, cur ominosum esset mensam relinquere, quod illis temporibus nondum numerabantur conuiuę plures quinque. Chærephon apud Athenęū lib. 6. uidetur admittere conuiuas usque ad triginta, duntaxat in nuptijs. Cæterum, quibus datum erat negotium numerandi conuiuas, γυναικονόμους appellant. Refert inibi fabulam non illepidam: Parasitus, cum inuocatus uenisset ad nuptias, & postremus accumberet, gynæconomi numeratus

meratis cōuiuis, iusserunt illum abire, qd contra legem, super numerū triginta secutus esset. At ille, Numerate, inqt, denuo, à me sumentes initium. Hoc pacto nō erat futurus supernumerarius. Refertur apud Iulium Capitolinum in uita L. Veri Imperatoris: Et notissimum quidem, inquit, eius fertur tale conuiuiū, in quo primum duodecimus accubuisse dicitur, cum sit notissimum dictum de numero conuiuarum, Septem conuiuium, nouem uero conuicium. Conuicium autem dixit pro clamore, quasi conuocium. Torqueri potest ad polyphiliam, aut ad turbam rationum in argumentando, aut exemplorum in suadendo: aut etiam ad polytechniam.

Quauis in re turba confusionem parit, ac molestiam.

De gradu deijcere.

Proverbialis allegoria, De gradu deijcere: pro eo, quod est, animo consternari, ac uelut a statu mentis dimoueri. M. Tullius Officiorū lib. 1. Fortis uero animi est, & constantis, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantē de gradu deijci, ut dicitur, sed pręsentis animi vti consilio. Consimilis figuræ est, In gradum reponere, quasi in pristinum locum restituere. Quinctilianus institutionum lib. 4. Aut si quid titubauerint, opportuna rursus eius, a quo producti sunt, interrogatione uelut in gradum reponantur. Ad eandem formā pertinent, Mouere loco, Deturbare gradu, Restituere in locum.

Post mala prudentior.

Μετὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος. i. Post acerba prudentior. Vbi quis suo malo fit cautior, non aliter, quàm qui gustato ueneno, non prius intelligunt esse uenenū, quàm noxiam eius uim sentire cœperint. Finitimum est ei, quod alibi dicetur:

Ρεχθὲν δ' ἔτε νήπιος ἔγνω. idest.

At nouit rē factam deniq; stultus. Itē ei:

Κλέων πρεμηθεὺς ὄζει μετὰ τὰ πράγματα. idest,

Rebus peractis est Cleon Prometheus,

Adagiū recēsetur in Collectaneis Apostolij, quē equidem auctorem nō adducerem in medium, nisi cogeret inopia magis idoneorum.

Ex ouo prodijt.

Ἐξ ᾠοῦ ἐξῆλθεν, i. Ex ouo emersi. Aiunt dici solitū de magnopere formosis, ac nitidis: quasi neges communi hoīum more natos, sed ex ouo, more Castoris, & Pollucis. Siquidem est in poetarum fabulis, Ledam Tyndari filiam, ex Iouis concubitu duo peperisse oua, è quorum altero prodiere gemini Castor, & Pollux, insigni forma iuuenes: ex altero nata est Helena, cuius forma literis omnium est nobilitata.

Non est cuiuslibet Corinthum appellere.

Οὐ Υ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἐθ' ὁ πλεῖν. i. Nō est datū cuiuis Corinthū appellere. Vetustū iuxta, ac uenustū adagium de rebus arduis, & aditu piculosis, quasq; nō sit cuiuslibet hoīs affectare. Inde natū, qd, ut refertur apud Suidā, nec facilis, nec satis tutus sit nautis in Corinthiacū portum appulsus. Nam Strabo lib. Geographiæ octauo, aliò refert originem prouerbij, nēpe ad luxum, & meretrices Corinthiorū. Ostendit enim Corinthum, quod in Isthmo esset, duosq; haberet portus, alterum aduersus Asiā, alterū Italiæ oppositū, negociatorum frequentia locupletissimā fuisse. In eadem templum fuisse Veneri sacrum, adeoq; locupletatum, ut plus mille puellas haberet, quas Corinthij Veneri consecrarant, ut in eius honorē prostarent. Itaq; harū gratia frequens in urbem multitudo vndiq; confluebat, unde ciuitas maiorem in modum ditabatur: quin etiā negotiatores, hospites ac nautæ, pp urbis luxū, deliciasq; immoderatos sumptus facientes exhauriebantur. Atque hinc manasse vulgo prouerbium, Cuiuslibet non est Corinthū appellere. Horatius, & A. Gellius ad Laidē nobile scortū referunt adagium. Nam ille in Epistolis ad hunc modum scribit:

Principibus placuisse uiris, non ultima laus est,
Non cuiuis homini contingit adire Corinthum,
Sedit, qui timuit, ne non succederet.

Ad Aristippū uidelicet adludens, quem Laidi consueuisse notum est, & ita consueuisse, ut gloriaretur se unū habere Laidē, reliquos haberi a Laide. Hic, nempe Gellius li. 4. c. 8. ex Phocione Peripatetico huiusmodi refert historiam: Lais, inquit, Corinthia, ob elegantiā, uenustatemq; formæ grandem pecuniā demerebat. Cōuentusq; ad eam ditiorum hominum ex omni Græcia celebres erant, neq; admittebatur, nisi qui dabat, quod poposcerat. Poscebat autē

illa nimiam quantitatem. Hinc aiunt natũ esse illud frequens apud Græcos adagiũ. Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἐσ' ὁ πλοῦς.

Quod frustra iret Corinthum ad Laidẽ, qui non quiret dare, quod posceretur. Ad hanc ille Demosthenes clãculum adit, &, vt sui copiam faceret, petit. At Lais μυρίας δραχμὰς. i. decem drachmarum millia poscit. Tali petulantia mulieris, atq. pecuniæ magnitudine ictus, expauidusq. Demosthenes auertitur, & discedens, Ego, inquit, pœnitere tanti non emo: ἐκ ὀνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν. i. Nõ emo decem drachmarum millibus pœnitudinẽ. Alij malunt in genere ad omnes Corinthiorum meretrices referre, quarum rapacitatem etiam vetus comœdia taxauit, Aristophanes in Pluto:

Καὶ ταὺς γ' ἑταίρας φασὶν τὰς κορινθίας
Ὅταν μὲ αὐτὰς τὶς πένης πηρῶν τύχῃ
Οὐ δ' προσέχειν ἢ νῦν. ἐὰν δὲ πλούσιος
Τὸν πρωκτὸν αὐτὰς διθὺς ὡς τεῦτον τρέπειν.

Quos equidem uersiculos haud grauaremur Latinos facere, si, quàm sunt elegãtes, tam essent ẽt uerecundi. Strabo meminit apophthegmatis cuiusdam meretricij, ex quo licebit earum auaritiam conijcere. Nam, cum matrona quædam cuipiã huius ordinis probro obijceret inertiam, quod nihil ageret operis, nulloq. lanificio exerceretur: Immo, inquit, ego illa qualiscunque sum, iam ternas telas exiguo tẽporis spatio pertexui. Nobis tamẽ non uidetur absurdum, si parœmia referatur ad periculosam in Corinthum nauigationẽ, de qua meminit eodem in libro Strabo. Vt hinc postea deriuata sit ad alios usus. Parasitus ille Comicus eleganter detorsit puerbiũ:

Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐπὶ τραπέζαν ἐσ' ὁ πλοῦς. id est,

Adire mensam, haud hominis est cuiuslibet.

Citatur autẽ a Stobeo, ex Nicolao quodam poeta comico. Meminit, & exponit hanc parœmiã & Eustathius, enarrans nauium catalogum, additq; eam imitatam ex illo uersu Sophocleo:

Οὐκ ἐνθάδ' οἱ πλοῖ τοῖσι σώφροσι τρόπῳ. i.

Non a modestis nauigatur huc uiris.

Extat hic uersus, cuius meminit Eustathius, apud Sophoclem in Philotecta Pro inde duplex erit usus adagij, uel cum significamus rem esse maiorem, quàm pro viribus eius, qui conatur aggredi, veluti si qs parum felici natus ingenio, parumq. uiatico instructus, destinet sequi literas: uel quoties aliquis negotiũ parũ tutũ aggredi parat, qd non temere soleat feliciter euenire, ueluti si quis apud iudices δωροφάγους litẽ instituat nunquã finiendam, aut principum aulis sese addicat, aut bellũ suscipiat. Nihil enim fere horũ ita bene consueuit euenire, ut non pœniteat consilij.

Satis quercus.

Ἀλὶς δρυός, i. Sat quercus. Vetus adagiũ in eos, qui, relicto uictu sordido, ad elegãtiorem, lautioremq. digrediuntur. Inde profectũ, quod prisci illi mortales rudes, atq. inculti, simulatq. Ceres usum frumenti monstrauit, glandibus uictitare desierunt. Quamquam Plin. lib. 16. testatur, & sua ætate multas gentes glande uictitasse: apud Hispanos etiam in delicijs habitam: adeo, ut bellariorum uice secundis mensis inferretur. Huiusmodi nimirum tragemata conueniebant ijs, quibus dentifricij loco lotium esset. Nec inconcinnè quadrabit in eos, qui, relicta antiqua illa uirtute, ad mores, consiliaque sui sæculi sese transferunt, ac recentiorum moribus incipiunt uti. Hunc ad modum uidetur usus Cicero, scribẽs ad Atticum libro secundo in epistola, cuius initium: Multa me sollicitant: Clodij contentiones, quę mihi proponuntur, modice me tangunt, etenim vel subire eas videor summa cum dignitate, uel declinare nulla cum molestia possel. Dices fortassis, ἀλὶς tanquam δρυός. Saluti, si me amas, consule.

Fenestram aperire, & similes metaphoræ.

Aperire fenestram, pro eo, quod est, occasionem ac uelut ansam ministrare. Terentius ἐν ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ: Hui quantã fenestrã ad nequitiã patefeceris. Verum hoc non nisi in malam partem, illud etiã in bonam, Aperire ianuam: Plinius Suetonio tranquillo: Atque adeo illa actio mihi aures hominum, illa ianuã famę patefecit. Plutarchus in libro de Osiride: μεγάλας μὲ τῷ ἀθέῳ λεῷ κλισιάδας ἀνοίγοντας 1. Magna impię plebi repagula aperiẽtes. Eiusdem formę & illud Ciceronis pro Planco: Quanquã qua noluit ianua in causam ingressus sum. Item illa: Aperire uiã, Præstruere uiam, Præcludere uiam, Iacere, fun-

fundamenta: quorum alibi meminimus. Diuerso quidem sensu philosophus quidam Cynicus dictus est δυρεπανοιχτὴς, qd in omnium ædes irrumperet, reprehensurus, si quid displiceret: sed tamen ea uox torqueri potest ad eos, qui cæteris uiam aperiunt.

Ansam quærere, & consimiles metaphoræ.

Ansa est, qua quipplam prehẽditur, ac tenetur. Hinc ducta metaphora, uarias adagiorum formas præbuit. Plautus in Persa: An non uides hunc ansam quęrere? id est, captare occasionem rescindendæ, irritandæq; pactionis. Quod quidem a Græcorum tractum est figura, apud quos frequens est, λαβὴν ζητεῖν, παρέχειν λαβὴν. i. ansam quærere, præbere ansam. Aristophanes in Lysistrata:

Εἰ γὰρ ἐνδώσει τις ἡμῶν ταῖς δὲ κἂν σμικρὰν λαβὴν.
Οὐδὲν ἐλλείψουσιν αὗται λιπαρᾶς χειρὸς γίας. id est.

Si quã per nos uel pusilla data sit ansa fęminis,
Pinguis ipsæ nil relinquunt protinus chirurgiæ.

Plato libro De legibus tertio. καὶ ὁ λόγος ἡμῖν οἷον λαβὴν ἀποδίδωσιν. i. Et ipse sermo nobis uelut ansam prębet. Aristides ī Pericle: τῷ βασκαίνειν δοκεῖν παρέχειν λαβὴν. i. Ansam præbere, ut inuidere uideatur. Idem ad simili figura dixit in Timone: Οὐ δὲ δίδωσι χώραν τῇ βλασφημίᾳ. id est, Neque dat locum conuicio. Rursum Plato libro De legibus septimo: Vt contẽtionis ansas multis prębuerint. Rursum De republica libro octauo, indicat metaphorã sumptam a palæstritis, quorum hęc ars est, sic cõponere corpus, ut prehendi non possint: πάλιν τοίνυν, ὥσπερ παλαιστὴς, τῷ ὦτῳ λαβὴν πάρεχε. i. Rursus igitur tanquã palęstrita eandẽ ansam præbe. Eodem pertinet, In easdẽ ansam incidere, & ansam arripere, ansam præterire, ansam negligere: & si qua sunt alia. Epictetus in Enchiridio suo scripsit, unicuiq. rei binas esse ansas, alteram, qua teneri possit, alteram, qua nõ possit. Arripiẽdum igitur unumquodq. ea qua possit teneri, id est, bona undiq. excerpẽda, mala toleranda. Philosophus quidam adolescentes nullis mathematicis disciplinis instructos noluit admittere, quod diceret illis deesse ansam philosophię. Plutarchus autem in libello De audiẽdis poetis, eleganter scripsit, multas esse corporis partes, per quas sese insinuãt uitia, uirtutẽ uero unicam esse ansam, aures adolescentulorum si puræ fuerint, nullisque assentatorum, & corruptorum hominum sermonibus occupatæ.

Cyclopis donum.

Κύκλωπος δωρεά, id est, Cyclopis munus: pro eo quod est, munus inutile Cuiusmodi sunt ferme tyrannorũ, & latronũ beneficia, qui solent hoc ipsum magni beneficii loco imputare, quod aut minus, aut serius noceant. In hanc sentẽtiã Cicero Philippica 2. Quod est aliud, P.C. beneficium latronum, nisi vt commemorare possint ijs se uitam dedisse, quib. non ademerint, Lucianus ἐν καταπλῶ. Οὐ πάνυ μὲ ἡ τῶ κύκλωπος ἐκείνη δῶρεά, τὸ ὑπισχνεῖσθαι, ὅτι πύματον ἐγὼ τ' ἔ τὶν κατέδομαι. i. Haud admodũ me Cyclopis illud donũ delectat, uidelicet, quod ita pollicetur: Ego Vt in postremũ deuorabo. Verba sunt Micylli Cerdonis, qui, cum esset questus, quod non statim cũ aliis in cymbam Charontis reciperetur, atque hoc ipsum Clothoparca, beneficii vice imputaret, quod interim tantillum moræ lucri faceret, ne descenderet ad inferos, ad hunc modũ respõdit. Neque dubium quin Lucianus Homericum locum retulerit, qui est in Odysseæ lib. 9. ubi Cyclops Polyphemus, delectatus dulci uino, quod illi donarat Vlysses, munus promittit, quo accepto ille sit magnopere grauisurus, ut denuo sibi ministret de sua lagęna. Dedit Vlysses spe muneris iterum atque iterum. Porrò, ubi iam uino delinitum crederet mitius responsurum, reposcit Vlysses munus promissum. Cui Cyclops hunc in modum respondit:

Οὔ τιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι μετὰ οἷς ἑτάροισι
Τοὺς δ' ἄλλους προόδεν. τὸ δέ τι ξεινήϊον ἔσται. id est,

Post socios mihi, postremusque uorabitur Vtis,
At reliqui prius: hoc ex me tibi munus habebis.

Cæterum ἔτις Græce, nullũ significat: quod nomẽ finxerat Vlysses, quo Polyphemum posset deludere.

Tuis te pingam coloribus.

Τυ is te pingã coloribus. i. Talẽ te descrã

bam, qualis. Translatum a pictoribus, qui nõnunquam faciem hominis ita, ut est, expriment, ac repræsentant, nonnunquam alienis fucant coloribus. Aut etiam adlusum est ad Æsopicam corniculam, quæ se coloribus alienis uenditauit. Diuus Hieronymus in Rufinum. Possem & ego te tuis coloribus pingere, & insanire contra insanientem. Ibidem rursum. Scire enim te iactas crimina, quæ tibi soli amicissimo sim confessus, & hæc in medium prolaturum, meisq; me coloribus esse pingendum. Plinius in præfatione historiæ mundi. Et, ne i totum videar Græcos insectari, ex illis nos uelim intelligi, pingiq. coloribus, quos in libellis his inuenies. Et Cicero libro Epistolarum ad Quinctum fratrem secundo, epistola ultima. Tuis coloribus, meo penicillo. Quanquam hoc paullo diuersius.

Ornatus ex tuis uirtutibus.

HINC non multum abludit illa ironia Terentiana. Ornatus ex tuis uirtutibus. In Adelphis. Si regnum possiderem, ornatus esses ex tuis uirtutibus, id est, haberes præmia tuis factis digna. Nam olim reges honorem habebant iis, quis facinus aliquod præclarum edidissent.

Domi Milesia.

Οἴκοι τὰ μιλήσια, i. Domi Milesia. In eos dici solitum, qui ibi domesticum luxũ celebrant, ubi minime probatur. Nam domi liberum est unicuique suo more uiuere. Hospitis autẽ est, ut eorum, apud quos diuersatur, & cultum, & mores tum laudet, cum imitetur, quoad potest, certe sua non iactet, aliena damnans. Id quod facere solent quidam homines imperiti, qui, quotcunque terrarum venerint, omnium omnia uituperant, sua nimis importune laudibus tollunt, etiam uitia pro summis virtutibus efferentes. Refertur adagium ab Angelo Politiano in Miscellaneis, additq. inde natum, quod olim Milesio cuidam hospiti. cum apud Lacedæmonios delicias patrias extollere, ad hunc modũ responsum fuerit: οἴκοι τὰ μιλήσια, μὴ γὰρ ἐνθάδε, i. Domi, non hic Milesia, huius sententiæ citans auctorem Zenodotum quendam adagiorum collectorem. Feruntur quidem Zenobij cuiusdam collectanea, quem an ille Zenodotum appellet, nondum satis liquet, verum in his collectaneis huiusmodi quandam inuenimus fabulam, quam eandem refert Suidas. Aristagoras quidam Milesius Lacedæmonem profectus, postulabat, ut Ionibus a Persis bello uexatis suppetias ferrent. Is autem, cum in concionem prodisset, insolita apud Lacedæmonios uestitus mundicie, aliisque deliciis Ionicis affluens, quidã ex Ephoris eũ hoc dicto submonuisse fertur, οἴκοι τὰ μιλήσια, id est, domi Milesia. Porro Ephorus Lacedæmoniorum est magistratus, cuius munus est de contractibus cognoscere, ut auctor est Aristoteles tertio libro Politicorum: alioqui uox ipsa sonat, quasi dicas inspectorem. Cæterum Athenæus libro 12. causam adagionis secus narrat, nempe Milesios luxum Colophoniorũ imitatos, morbũ suũ finitimis etiam regionibus tradidisse. Hoc nomine cum male audirent, sese admonebant, ut domi suis deliciis uterentur, non etiam traducerent. Effertq. prouerbium ad hũc modum: οἴκοι τὰ μιλήσια κατὰ χώρια: καὶ μὴ ἐν μέσῳ. id est, Domi Milesia, ac uernacula, non in propatulo. Vt autẽ Lacedæmoniorum seueritas multorum literis est celebrata, ita Milesiorũ luxus in hominum sermonem abijt, adeo, ut, quidquid molle, parumq. uirile uelint intelligi, Milesium appellent. Vnde Aristides quidam libro suo, fabulis obscenis scatẽti, titulum indidit, μιλησιακῶν. Et Lucianus in Amoribus, sermones amatorios lasciuos, Milesios uocat. Martianus Capella: Nam certe, inquit, μύλας poeticæ etiã diuersitatis delicias Milesiacas. Quin & Appuleius in carmine iambico, quo asinum suum auspicari uoluit, demulcentes, & purientes narrationes suas, sermonem Milesium uocat. Iulius Capitolinus ĩ uita Clodii Albini, Milesias, inquit, nonnulli eius dicunt, quarũ fama non ignobilis habetur, quamuis mediocriter scriptæ sunt. Et hęc de fabulis Appuleianis dici testãtur ea, q̃ paullo post citat ex epistola Seueri: Maior fuit dolor, quod illum pro literato laudandum duxistis, cum ille næniis quibusdam anilibus occupatus, inter Milesias Punicas Appuleij sui, & ludicra literaria consenesceret. Hactenus Capitolinus. Quod autem sui Appuleij dixit, illuc pertinet, quod & Albinus ipse, itidẽ ut Appuleius Afer esset. Cæterum præcipua Milesiorum mollicies in uestitu, propterea quod apud illos texta essent omnium mollissima. Vnde & Tyrius Maximus

Maximus Milesios διιματοτάτους uocat, nimirum a cultus elegantia. Virgilius in Georgicis, delicatissima uellera, Milesia nominat: Horatius item:

Alter Mileti textã, cane peius, & angue
Vitabit chlamidem:

vestem molliculã, parumque seueram significãs. Aristophanes in Ranis, Σκῴμασι μιλησίοις ἀνατεταραμμένος. i. Stragulis Milesij inuolutus. Horum meminit & Theocritus, & complures alij scriptores. Sed ad intelligendum adagij sensum, iam plus satis. Adlusit ad prouerbium Euripides in Helena:

Οὐκοῦν ἐκεῖ πυσεμνὸς ἦθ', ὡν ἐνθάδε. i.
Magnificus illic forte eras, non hic item:

Adlusit & Antiphanes apud Athęneũ lib. 4. his quidem uerbis:

Ἐν Λακεδαίμονι
Γέγονας, ἐκείνων τῶν νόμων μεθεκτέον
Ἐστὶν. βάδιζ' ἐπὶ δεῖπνον εἰς τὰ φιδίτια.
Ἀπόλαυε ζωμοῦ, καὶ φόρει τὸν βύσακα.
Μὴ καταφρόνει. μηδ' ἕτερ ὀπτίζου καλά.

i. Quando agis apud Lacedæmonem,
Viuas oportet moribus Laconicis
Cœnatum eas in Phiditia Laconica,
Nigro fruare iure, quod ibi apponitur,
Gestesque bystacas; caue contempseris
Quidquã, bonive aliud requiras insuper.

Mense Maio nubunt malæ.

ROMANORVM adagium extat apud Nasonem: Mense Maio nubunt malæ. Dici potest in mulieres intempestiuæ libidinis: aut in eos, qui alieno tempore quidquam faciunt: aut qui parum auspicato quid aggrediuntur. Nam olim inauspicatum existimabatur, mulieres Maio Mense nubere, siue quod eo Mense umbra Remi occisi à fratris Celere, creditur apparuisse nutritio suo Faustulo, atque Accæ Laurentię, manda sseq;, ut manibus suis iusta persoluerentur. (Vnde & Romulo auctore, festa Remuria dicta, posteritas mutata litera Lemuria, uelut a lemuribus appellare cœpit. Et umbris maiorum his diebus parentari solitum: atque ob id dies illi inter ferales habiti, ac nuptijs nefasti. Ouidius in Fastis:

Nec viduę tedis eadem, nec uirginis apta
Tempora, quæ nupsit, nec diuturna fuit.
Hac quoq; de causa, si te prouerbia tangunt,
Mense malas Maio nubere vulgus ait,

Plutarchus in Problematis alias quasdã causas refert, quã ob rem hoc Mense abstineretur à nuptijs) uel qd medius interedat inter Aprilem, Veneri sacrum, & Iuniũ, Iunoni dicatum: (quarum utraq; dea nuptijs præsidet. Proinde pp auspiciũ deę, aut maturantes paullum, nubebant Aprile; aut pusillum prorogantes, Iunio) uel propter funesta quædam piacula, quibus per id temporis utebantur Romani, hominum effigies de ponte in Tiberim præcipitantes, cum antea Græcos consueuissent. Atque ob id Flaminiam Iunonis sacerdotem, quasi luctum illis diebus agere, nec ullo solenni cultu solitam uti. uel quod Maius a natu maioribus, Iunius a Iunioribus denominatus esse uideatur. Porrò nuptijs grandior ętas, ut intempestiua, ita inauspicata. Quapropter scripsit Euripides:

Ἀλλ' ἢ τὸ γῆρας ἢ κύφωσιν χαίρειν ἐᾷ,
Ἢ τ' ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἀχθεται. i.

Verum senecta iubet uale Cypridem,
Et ipsa rursum infensa senibus est Venus.

Ouem lupo commisisti.

Τῷ λύκῳ τὸν ὄιν, i. Lupo ouem. Terentius in Eunucho: Scelesta, ouem lupo commisisti. De Chærea ephebo, cui uelut eunucho uirgo soli credita est. Donatus admonet prouerbium esse, quod contineat fœminam reuerentiam, meretricium sensum. Concinnè hoc utemur, quoties ei seruãdum aliquid committitur, cuius gratia custodem magis oporteat adhiberi. Cicero tertia Philippica: Etenim in concione dixerat se custodẽ futurum urbis, vsq; ad calendas Maias, ad urbẽ exercitũ habiturũ. O præclarũ custodẽ, ouium, ut aiunt, lupum: custos ne urbis, an direptor, & vexator esset Antonius? Vnde quadrare vĩ, quoties inimico negotiũ committitur, quiq; nobis pessime uelit: propterea q̃ lupus, & agnus genuino quodam odio dissident. Id quod ostendit ẽt Homerus in Iliados X.

Ὡς οὐκ ἐστὶ λέοντσι, καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά.
Οὐ δὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν,
Ἀλλ' κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισιν. idest,

Fœdus uti nõ tutũ homini, sæuoq; leoni,
Vtque ouibus prorsum concordia nulla lupisque,

Sed semp cupiũt male. seq; odere vicissim.

Item Horatius in Odis:

Lupis, & agnis quanta sortito obtigit,
Tecum mihi discordia est.

Huc adscribendum illud, quod refert Suidas: Πρὶν καὶ λύκος ὀϊν ποιμανθῆναι. idest, Prius etiam lupus ouem pascet: de re neutiquam uerisimili. Huic confine Plautinũ illud in Milite: Bono cella suppromo credita. Sed propius accedit, quod est in Truculento: Nam oues illius haud longe abiunt a lupis.

Mustelæ seuum.

Ταλῇ σέαρ, i. Mustelæ pingue, subaudiẽdum, das, aut committis. Cum ea dantur, quorum qui accipiunt, natura sunt appetentissimi. Gaudet enim hoc animal præcipue seuo. ueluti si quis laudaret laudis auidissimum: aut ad bibendum prouocaret, natura bibosum: aut ad aleam inuitaret, quibus hic ludus impendio gratus esset. Refertur adagium a Diogeniano.

Nullam hodie lineam duxi.

Τήμερον, οὐδεμίαν γραμμὴν ἤγαγον, i. Hodie nullam lineam duxi. Ab Apelle pictore natum adagium: in eos quadrat, quibus cessatum ab exercitio studij, artisque suæ. Id refertur a Plinio libro 35. cap. decimo, cuius uerba non grauabimur in hoc commentarium transcribere: Scitum est, inquit, inter Protogenem, & eum quod accidit. Ille Rhodi uiuebat, quò cũ Apelles adnauigasset, auidus cognoscendi opera eius, fama tantum sibi cogniti, continuò officinam petit. Aberat ipse, sed tabulam magnæ amplitudinis in machinam apta tã picturæ, anus una custodiebat. Hæc Protogenem foris esse respondit, interrogauitque, a quo quæsitum diceret: Ab hoc, inquit Apelles: arreptoque penicillo, lineã ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam. Reuerso Protegene, quæ gesta erant, anus indicauit. Ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatem, dixisse: Apellem uenisse. Non enim cadere in alium tam absolutum opus: ipsum tunc alio colore tenuiorem lineam in ipsa illa duxisse, præcepisseque abeuntem, si redisset ille, ostenderet, adijceretque hunc esse quem quæreret. Atque ita euenit. Reuertitur enim Apelles, sed uinci erubescens, tertio colore lineas secauit, nullũ reliquẽs amplius subtilitati locum. At Protogenes, victum se confessus, in portum deuolauit, hospitem quærens. Placuit sic eã tabulam posterius tradi, omnium quidẽ, sed artificũ præcipue miraculo. Consumptã eam constat priore incendio domus Cæsaris in palatio, auide ante a nobis spectatam, spatiosiore amplitudine, nihil aliud continentẽ, quàm lineas uisum effugientes, inter egregia multorum opera inani similem, & eo ipso allicientem, omnique opere nobiliorem. Apelli fuit alioqui perpetua consuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, ut non lineam ducendo exerceret artem, quod ab eo in prouerbium uenit. Hactenus Plinius. Cæterum ad hanc lineam, qua protinus agnitus est a Protogene, respexit Statius in Hercule Vindice Epitrapezio, cum ait:

Linea quę veterẽ longe fateatur Apellẽ.

Neque natare, neque literas.

Μήτε νεῖν, μήτε γράμματα, i. Neq; natare, neq; literas, subaudiendum, nouit. In eos dicitur, qui supra modum indocti sũt, nihilque prorsus bonarum artium in puericia didicerunt. Nã hæc duo statim discebant pueri Athenis. Atq. adeo Romę quoque, id quod satis declarat Suetonius in Augusto: Nepotes, inquiens, & literas, & natare, aliaq; rudimenta per se plerunque docuit. Idem de Caligula prodidit, quod ad cętera magnopere docilis, natare tamẽ nescierit, uelut postremum hoc nemo nesciret. Plato libro De legibus tertio: Τοὺς δὲ ἐναντίον ἔχοντας τούτων, ὡς σοφούς τε προσρητέον ἂν, κἂν τὸ λεγόμενον, μήτε γράμματα, μήτε νεῖν ἐπίστωνται: Qui uero cõtra affecti, sapiẽtes appellandi ẽt si neque literas, ut dẽ, neque natare sciant. Item Aristides in apologia cõmuni quatuor oratorum, Ἀλλ' ὡς τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, οὔτε γράμματα, οὔτε νεῖν εἰδότα ἐλέγχειν ἀξιῶν. i. Sed perinde coarguendum existimas, quasi qui, quemadmodum dici consueuit, neque literas, neque natare norit.

Mordere frenum.

Mordere frenum D. Brutus lib. Familiarium epistolarum undecimo posuisse videtur, pro eo, qd est, uel leuiter repugnare seruituti. Si frenũ momorderis, peream, si te omnes, quotquot sunt, conantẽ loqui ferre poterunt. hoc est, si utcunq; significaueris te seruitutẽ iniquo animo ferre. Ad hanc sententiam faciunt, q̃ respondet Cicero: Si timidus, inquiens, essem, tamen ista epistola omnẽ mihi metum absterfisses: sed, ut mones, frenũ momordi. Etenim, qui, te incluso, omnem spem habuerim in te, quid nunc putas? Quanquam Papinius in Epithalamio Stellæ, & Violãtillę in diuersum sensum usurpauit, nempe pro eo, quod est, seruitutem accipere, frenumque recipere:

Fama tace, subijt leges, & frena momordit.

Idest, Admisit vincula matrimonij. Quãquam, an etiam in hunc sensum uerba Ciceronis accipi possint, doctis excutiendum relinquitur. Prouerbiũ sumptum videtur è fabula Æschyli, quæ inscribitur Prometheus, in qua sic loquitur Mercurius:

Τέγγε γὰρ οὐδὲν, οὐδὲ μαλθάκη λίταις
Εμᾶς, δακὼν δὲ σόμιον ὡς νεοζύγης
Πῶλος διάζῃ, καὶ πρὸς ἡνίας μάχῃ. i.

Præcibus nihil mitescis inflexus meis.
Sed frena mordens, pullus indomitus uelut,
Ferociens, pugnas habenas uincere.

Manibus, pedibusq;.

Extremvm conatum significantes, dicimus, Manibus, pedibusq;. Nã per manus declaratur industria conficiendi negotii, per pedes maturãdi celeritas. Dauus in Andria Terentiana. Ego hoc Pamphile tibi pro seruitio debeo, conari manibus, pedibusq;. Vtitur hoc adagio semel atq. iterum Æschines in oratione contra Demosthenem. Homerus Iliados Y.

Αλλ' ὅσον μ' ἐγὼ δύναμαι χερσίν τε ποσίν τε. i.

Immo quidquid ego possum manibus, pedibusq;.

Omnibus neruis.

Evndem habet sensum, Omnibus neruis, id est, summa ui, summoq. studio. Nam robur, iuxta philosophos, in neruis situm. Vnde & neruos intendere, expedire neruos, & neruosa dicimus, q̃ vegeta, validaq;, minimeq. languida. Cicero ad Q. Fratrem: Sic contende omnibus neruis, & facultatibus. Idem lib. 15. Epist. famil. Omnes neruos in eo contendas. Item Verrinarũ actione secunda: In quo omnes neruos ætatis, industriæq; meæ contenderem.

Velis equisq;.

Similem conatum significat, uelis equisq;, ad fugiendum, aut assequendũ magis, q̃ ad efficiendum. M. Tullius ad Q. Fr. libro secundo. Sic ego, qui in isto homine colendo tam indormiui diu, te mehercule sæpe excitãte, cursu corrigam tarditatem, tum equis, tum uelis. Quo quidem loco, in uulgatis exemplaribus, pro Velis, Viris scriptum habetur. Idem Officiorum li. 3. Quibus obsoletis floret Epicurus, eiusdem fere auctor, adiutorq. sententiæ. Cum his equis, uelisq. ut dicitur, si honestũ tueri, ac retinere sententia est, decertandum est. In quibus exemplis usus est eadem metaphora paullo diuersius, vt qui illic respexerit ad celeritatem, hic ad utrunque pugnę genus equestre, ac nauale.

Remis uelisq;.

Hvic simillimum est, Remis uelisq;. Inde trãslatum, quod, cum nauis simul, & remigio, & uelo impellitur, summus est nautarũ conatus. Cicero lib. Tuscul. quęst. 3. Tetra res est, misera, detestabilis, oĩ contentione, uelis, ut ita dicã, remisq. fugienda. Idem in prima Philippica. Tum vero tãta sum cupiditate incensus ad reditũ, ut mihi nulli neque remi, neque uenti satisfacerent. Plautus in Asinaria. Remigio, ueloq; quantumcunque poteris festina, & fuge. Cum remigio nauis impellitur, Græci, δεύτερον πλεῖν. id est, secundarium cursum appellant. cum uelis fertur, dicitur ἰσιοδρομεῖν, cũ secũdis uẽtis, οὐριοδρομεῖν. Vertit in diuersum, hoc est, in significationem tarditatis, metaphorã Aristophanes, ἐν ἐκκλησιαζούσαις.

Νῦν μὲν γὰρ οὔτε θέομεν, οὔτε ἐλαύνομεν. i.

Neque currimus nunc, nec alias impellimur.

Interpres exponit. Neq. uentis, neq. remis nauigamus. Quanquam nihil prohibet ad equestrem cursum referri. Virgilius simpliciter extulit in Aeneidos tertio.

Læuam cuncta cohors remis, uentisq. petiuit.

Ad hanc formã pertinet, quod ait Plato lib. De legib. 9. Τὰς δὲ πρὸς κακῶν ξυνουσίας φεύγε ἀμεταστρεπεί. id est, Malo ũ autem consuetudines fugito irreuersim, hoc est, ne respiciens quidem a tergo. Allusit autem ad Eurydices fabulam, cui lex erat dicta, ne respiceret. Et Virgilius.

Transq; caput iace, ne respexeris.

Nauibus, atque quadrigis.

Pro summo studio, summaq. festinatione,

tione, Flaccus dixit, Nauibus, atque quadrigis, in Epistolis:

Strenua nos exercet inertia, nauibus, atq;
Quadrigis petimus bene viuere, quod petis hic est.

Plutarchus aduersus vsuram: Μηδὲ σύγε ἱππασίας τε μέγειν, μηδὲν ὀχήματα ζεύκτα, κεραοφόρα, καὶ κατάργυρα, ἄτοκοι τα χεὶς καταλαμβάνουσι καὶ παραπρέχουσιν, ἀλλ᾽ ὄνῳ τινὶ τῷ ἰυχόντι, καὶ καβάλλῃ χρώμενος φεῦ γε πολέμιον, καὶ τύραννον δανειστά. i. Ne uero tu aut equitatum oppertus fueris, aut uehicula iugalia cornigera, & argẽto picta, q̃ celeres usuræ assequunt, & ꝓtercurrunt, verũ asino quopiam, quem cunq; forte nactus fueris, aut caballo, fuge hostem, ac tyrannum fœneratorem.

Citis quadrigis, Iouis quadrigis.

CITIS quadrigis fugere, & Iouis quadrigis fugere, pro eo, quod est, quàm ocyssime fugere, legitur apud Plautum. ab Homero translatum, qui dijs quadrigas affingit, quibus quo lubitum sit repente rapiãtur, ex Olympo in terras, rursus è terris in cœlum. Ad quas allusit Cicero, scribens Q. Fratri: Quoniam scribis poema nostrũ ab eo probari quadrigis poeticis, modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, meo penicillo. Plautus in Aulularia: Quod iubeat, citis quadrigis properet persequi. Liuius primæ decadis libro quinto narrat Camillum captis Veijs, ita triumphantem ingressum urbem, ut curru equis albis iuncto veheretur, & ob id eũ triumphum clariorem fuisse, quàm gratiorem, quod Solis, ac Iouis currum æquiparasse moliretur.

Equis albis præcedere.

VBI quem alijs quapiam in re lõge superiorem significabant, lõgoq; anteire interuallo, eum albis equis præcedere dicebant, vel quod antiquitus equi albi meliores haberentur: uel quod victores in triũpho albis equis uectari soleant; uel quod albi equi fortunatiores & auspicatiores esse credantur, vt ad equestre certamen referramus metaphorã. Quod quidem indicat Appuleius, cum ait: Postquam ardua montium, & rosida cespitum, & glebosa lamporum emersi, me equo indigena perbo vehens, iam eo quoq; admodum fesso. Neque enim temere addit, uel indigena, id est, Thessalico, uel albo: nam utrũq; pertinet ad emphasim pernicitatis. Horatius in Sermonibus de Persio quodam:

Durus homo, atque odio qui possit vincere regem.
Confidens, tumidusque adeo sermonis amari,
Sisennas, Barros ut equis præcurreret albis.

Erant autem Sisenna, & Barrus homines quidam insignita maledicentia: etiam si Acron barros legit, ut sit epitheton. Neque dissimile huic Plautinũ illud in Asinaria: Nam, si huic occasioni tempus sese subterduxerit, nunquam ædepol albis quadrigis indipiscet postea. Græci simpliciter dicunt παριππεῦσαι, pro longe antecellere, quod equestris cursus sit expeditior.

Mordicus tenere.

MORDICVS tenere est, summa pertinacia tueri, quod Græci vocãt ὀδαξ. M. Tullius Acad. quæst. lib. 1. Nam ab oibus eiusmodi uisis, perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicemus: Diuus Aurelius Augustinus in epistola quapiam ad diuum Hieronymũ: Illi me plus mouent, qui, cum posterius interpretarentur, & uerborũ, locutionumq; Hebræarũ uiam, atque regulas mordicus, vt fertur, tenerent: non solum inter se non consenserunt, sed etiam reliquerunt multa. In eundem sensum dixit Seneca libro De beneficijs 7. Vtraque manu: Hæc, inquit, Demetrius noster utraq; manu tenere proficientem iubet, hæc nusquam dimittere.

Terra, mariq;.

FACIEM prouerbialẽ habet & illud, Terra, mariq;: quoties extremum conatũ, studiumque significamus. Theognis:

Χρὴ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆ τε, καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Αἰζεσθαι χαλεπῆς κύρνε λύσιν πενίης. i.

Paupertatis enim duræ, terraq; mariq;. Quærere Cyrne aliquod conuenit effugium. Et Horatius:

Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Molli brachio, Leui brachio.

HIS pene diuersum est, Molli brachio, & Leui

Leui brachio, cum indiligentem operam significamus. Cicero epistolarum ad Atticum lib. 1. Quod me quodammodo molli brachio de Pompeij familiaritate obiurgas, nolim, ita existimes. Idem ad eundem lib. 4. Cõsules, qui illud leui brachio egissent, rem ad senatum detulerunt.

Omni telorum genere oppugnare.

REPERITVR apud idoneos scriptores, Omni telorum genere oppugnare, pro eo, quod est, modis omnibus insectari. Metaphora sumpta uideri potest ex illo uersiculo Homerico:

Εν χεῖτ᾽ ἀόριτε μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν. i.

Hastisq;, gladijsq;, & saxis grandibus urgent.

Cui finitimũ est, Cæsim, ac punctim. Nã his duobus modis hostem impetimus.

Cominus, atque eminus.

AD eandem formam pertinet ἐγγύθεν καὶ πόρρωθεν, id est, Cominus atque eminus. Translatum & hoc a bello, in quo nũc conferti pugnant gladiis, nunc machinis procul tela in hostem torquentes. Id si ad animi res transferatur, fiet uenustius. Cũ hominibus habenda pax, cæterum cum uitiis cominus, atque eminus pugnandum. Qui cominus pugnat, συστάδὸν μάχεσθαι dicuntur, qui hastis, διὰ δοράτων μάχεσθαι dicuntur.

Omnem mouere lapidem.

Πάντα λίθον κίνει, i. Vnumquenq. moue lapidẽ, hoc est, omnia experire, nihilq; intentatum relinque. Quod adagium hoc pacto natum esse plerique ferunt: Xerxes, Græcos bello adortus, cum esset apud Salaminem superatus, ipse quidem inde semouit, uerum Mardonium reliquit, qui suo nomine bellum prosequeretur. At, cum hic quoque in Plateis parum prospere pugnasset, fugatusq; esset, fama uulgo inualuit, Mardonium intra ambitum tentorii sui thesaurum ingentem humo defossum reliquisse. Hac spe pellectus Polycrates Thebanus, eum agrum commercatus est. Verum, ubi iam multum, diuq. thesaurum quæsisset, neq. quidquam proficeret. Delphicum oraculum consuluit, qua ratione posset eas pecunias inuenire. Apollo respõdit his uerbis: πάντα λίθον κίνει, i. Vnumquenque moue lapidem. Id simul atq. fecisset, multam auri uim reperisse ferunt. Sunt, qui metaphoram sumptam existimẽt ab his, qui cancros uenantur in litore. Nã hi plerunque sub saxis latitant, quæ mouent, qui cancros quærunt. Effertur adagium, etiam ad hunc modum: πάντα κινήσω πέτρον, id est, Omnem mouebo petram, hoc est, omnia periclitabor. Euripides in Heraclidis: πάντα κινῆσαι πέτρον, sentiens nihil non fieri. Plinius Iunior in quadam epistola: Ego iugulum statim uideo, hunc premo. Premit certe, quod elegit, sed in eligendo frequenter errat. Respondi posse fieri: ut genu esset, aut tibia, aut talus, ubi iugulum putaret. At ego, inquam, qui iugulum perspicere nõ possum, omnia pertento, omnia experior, πάντα denique λίθον κινῶ. id est, Omnem lapidẽ moueo. Diuus Basilius ad nepotes. Ad quod ut viaticum paremus, omnis lapis, vt dici solet, mouendus est. Fortassis huc allusit & Theocriticum illud in Bucoliastis:

Καὶ ἢ ὑπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον.

De Galatea lasciuiente, atq. omnia tentante, quo Polyphemum in se prouocaret, id quod alibi retulimus. Scholiastes admouet, prouerbio dici, significans idem uale re, quod πάντα κάλων σείειν, id est, omnẽ mouere funem. Addit metaphoram sumptam a ludo quopiam, in quo qui non potest alia ratione uincere concertationem, mouet a linea lapidem, qui dicitur rex. Nã quod affert de statua saxea, quam sua forma mouere possit Galatea, coactius est, mea quidem sententia.

Omnem rudentem mouere.

Πάντα κάλων σείειν, i. Omnem funem mouere. Aliunde ducta metaphora, sensũ eundem efficit. Aristophanes ĩ Equitibus:

Νῦν δεῖ σὲ πάντα δὴ κάλων ἐξιέναι,
Καὶ λῆμμα θήριον φορεῖν, καὶ λογῶς ἀφύκτους.

Quorum uersuum hic est sensus,

Nunc te necesse est omnem rudẽtem expedire,
Et lemma ferre uehemẽs, ac rationes inuitabiles.

Lucianus ĩ Pseudomãte: Καὶ πάντα κάλων ἐκίνεν, ἀμυώσασθαι βελόμενος. i. Atque omnem mouebã funem, hominem ulcisci cupiẽs. Appollonius in epistola ad Euphratem: πάντα φασὶ δεῖν ἢ ἔμπορον κάλων σείειν. id est. Negotiatorem aiunt omnẽ funem

nem mouere oportere. Vsurpauit & Plato in dialogo, cui titul°. Sisyphus, σκοπῶμεν δία, ὑπερφυῶς μὲν ἓν τὸ λεγόμενόν γε πάντα κάλων ἐφέντες, καὶ πᾶσαν φωνὴν ἐφιέντες. i. Consideremus itaque, per louem, exacte, omnem qd aiunt rudentē laxātes, & oēm uocem emittētes. Iulius Pollux libro de uocabulis rerū primo, ἐκπλέομεν πάντα ἀνασείσαντες κάλων, καὶ ἅπασι κάλοις. i. Nauigabamus omni moto rudente, & omnibus rudentibus. Ad eum modū significat difficilem nauigationem, in qua sint omnia tentanda.

Omnem iacere aleam.

OMNEM iacere aleā, est, rem uniuersam periclitari, fortunæq; arbitrio committere. Siquidem alea fortunæ ludus est magis, quam artis. Vnde prouerbiali figura, si qñ ancipitem rei euentum significamus, qua si nō ab arbitrio iacientis, sed a fortuna pēdentis, aleam iaci dicimus. Ita Terentius in Adelphis, uitam hominum perinde dixit esse, quasi cū Iudas tesseris, ut, qd iactu nō cecidit, id arte ut corrigas. Lucianus in dialogo, cui titulus, ὑπὲρ τῶν εἰκόνων,

Τολμήσω ἀναῤῥίψαι τὴν κύβον, i.

Audebo tesseram iacere.

Euripides in Phęso.

Χρὴ δ' ἐπ' ἀξίους πονεῖν,
Ψυχὴν προβάλλοντ' ἐν κύβοισι δαίμονος. i.

Par est labore digna ferre præmia,
Quicunque uitam fortis obijcit aleæ.

Aristides ī Pericle: Καὶ εἰς ὑπὲρ πάντων κύβος ἀνεῤῥίπτετο, σωμάτων, χρημάτων, δόξης, ἡγεμονίας, i. Vna super omnib. alea iaciebatur, vita, pecuniis, fama, principatu. C. Cæsar ad Rubiconem, qui fluuius Italiā a Gallia disterminat, paulisper secum hęsitans, animoq; reputans, quam arduam rem moliretur, postea quam ostento est animo additus: Eamus, inquit, quò deorum ostenta, quò inimicorum iniquitas uocat, iacta esto alea. Plutarchus in Apophtegmatis ad hūc modum dixisse refert, πᾶς ἀνεῤῥίφθω κύβος. id est, Omnis iacta sit alea. Ad quod alludens Lucanus:

Cadat alea fati,
Alterutrum mersura caput.

Plutarchus in uita Coriolani, extremā aleam in eundem sensum usurpasse uidetur, ὥσπερ ἔχατον κύβον ἀφιέντι. i. Velut extrema iacta alea. Itē Petronius Arbiter:

Iudice fortuna cadat alea.

M. Tullius lib. De diuinatione 2. Non perspicitis aleam quandam inesse hostis diligendi, prēsertim cum res ipsa doceat. Cum enim tristissima exta sine capite fuerint, quibus nihil uidetur esse dirius, proxima hostia litatur sæpe pulcherrime. Hic Tullius aleam dixit, casum. Prouerbium desumptum uidetur ex Menandro. Nā Athenæus libro decimotertio, hæc citat illius carmina è comēdia, quæ inscribitur Arrhephorus, siue Tibicina:

Οὐ γαμεῖς ἐὰν νῦν ἔχεις, τοῦτον καταλιπὼν Χίον.
Τεγάμηκα γὰρ αὐτός, διὸ τοσοῦτο σοι παραινῶ μὴ γαμεῖν. i.

Siquidem sapis, ne coniugem unquam duxeris.
Duxi ipse, proinde suadeo ne duxeris.

Huic alter respondet:

Δεδογμένον τὸ πρᾶγμα, ἀνεῤῥίφθω κύβος. i.

Decreta res est, esto iacta hæc alea.

Græci uersus apud Athenęum nonnihil corrupti sunt scribarum inscitia, sed nullo negotio possunt restitui. Sic enim scriptos primum arbitror:

Οὐ γαμεῖς εἰ νῦν ἔχεις γε, καταλιπὼν τοῦτον βίον,
Τεγάμηκα γὰρ αὐτός. διὸ τοσοῦτον μὴ γαμεῖν
Νῦν σοῖ παραινῶ.

Plato uitam humanā, teste Plutarcho, similem esse dixit alearum ludo, in quo & iacere oporteat accommoda, & iis, quę ceciderunt, recte uti. Quid cadat, in fortunæ manu est: distribuere uero recte, quæ forte ceciderunt, id in uobis situm est. Quā collationem imitatus fuisse uidetur Terētius in Adelphis.

Vela uentis permittere.

NEQVE dissimili figura dixit Quinctilianus in præfatione Institutionum oratoriarum: Permittamus uela uentis, & oram soluentibus bene precemur, hoc est, editionis ancipitem euētum utcunque cadet experiamur. Simillimum est illud apud Senecam in Agamemnone: Fluctibus dediratem, hoc est, rem fortunæ arbitrio commisi. Theognis.

Οὕνεκα νῦν φερόμεθα καθ' ἱστία λευκὰ βαλόντες. i.

Quare nunc ferimur tendentes carbasa uentis.

Venustæ Græcis πλησίστιος φερέσθαι dicitur, q toto pectore, summoq. conatu rapitur ad aliquid: Ita Plutarchus in Catone seniore de Scipione. Hūc Cato reprehendebat, quod largitione corrūperet. Scipio respondit, sibi non opus esse quæstore nimium diligēti, cum ipse πλησίστιος, i. plenis uelis ad bellum raperetur. Ouidius:

Et, quoniam magno feror ęquore, plenaque ventis
Vela dedi.

Sub omni lapide scorpius dormit.

Υπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος δύδει.

Sub omni lapide scorpius dormit, aut (ut metri quoque ratio seruetur, est enim anapesticus dimeter)

Est sub lapide scorpius omni.

Admonet adagium, cauendum esse, ne quis apud captiosos, & calumniosos temere loquatur: quidquid enim attigerit, periculum esse, ne mordeatur. Constat autem scorpios solere sub saxis cubitare; quæ si quis tollat incautius, fit, ut ictus uulnus accipiat. Conueniet & in morosos, qui quidquis causari solēt, uel in pigros, qui friuola quædam prætexentes suffugiunt laborem. Aristophanes ἐν Θεσμοφοριαζούσαις.

Τὴν παροιμίαν δ' ἐπαινῶ
Τὴν παλαιάν, ὑπὸ λίθῳ γὰρ παντί πω
Χρὴ μὴ δάκῃ ῥήτωρ ἀθρεῖν.

Sermo mi uetus probatur,
Nam decet lapide sub omni
Mordeat ne rhetor, obseruare.

Nicandri commentator, hunc senarium citat ex Captiuis Sophoclis:

Εν παντὶ γάρ τε σκορπίος φρυάσσει λίθῳ. i.

Etenim sub omni lapide scorpius excubat.

Hoc est: nihil tutum, & omnia cauenda.

Asinus ad lyram.

Ονος λύρας, subaudi ἀκροατής, i. Asinus lyræ auscultator. In eos, qui propter imperitiā nullo sunt iudicio, crassiq. auribus. Hunc titulum prouerbialem M. Varro satyræ suæ cuidam indidit. Eiusdem apud Gellium extāt hęc uerba e satyra, cui titulus, Testamentum: Si quis mihi filius vno, pluresve in decem mensibus gignuntur: si eiūt ὄνοι λύρας, id est, asini ad lyram, exhæredes sunto. ὄνος λύρας, appellat īdociles bonarum artium, atque intractabiles. Diuus Hieronymus ad Marcellam. Quos ego cum possem meo iure contemnere, asino quippe lyra superflue canit, tamen ne nos superbiæ, ut facere solent, arguāt. Et idem aduersus Vigilantium. Quanquam stulte faciam, magistro cunctorū magistros quærere, & ei modum imponere, qui loqui ne scit, & tacere non potest. Verum est illud apud Græcos prouerbiū, ὄνος λύρας. Lucianus de his, qui mercede seruiūt. Τί γὰρ κοινόν φασι λύρᾳ καὶ ὄνῳ, id est, Quid. n. cōmercii, quod dici solet, asino cū lyra? Idē aduersus indoctū. ὄνος λύρας ἀκούεις κινῶν τὰ ὦτα, id est, Sed asinus lyram audis, auriculas mouens. Vnde & hoc pacto effertur adagium: ὄνος τὰ ὦτα κινῶν, i. Asinus, auriculas mouens. Rursum ad hunc modū: ὄνῳ τὶς ἔλεγε μῦθον, ὁ δὲ τὰ ὦτα ἐκίνει, i. Asino quidam narrabat fabulā, at ille auriculas mouebat. In eos, qui, cum nihil intelligant, tamen, perinde quasi nihil nō intelligant, ita nutibus adludunt, aut arridēt dicentibus. Est autem asino naturale, subinde mouere auriculas, ueluti significāti se iam intelligere, cum nihil etiam audierit. Aliquando referunt ad asinum nō auscultantem lyram, sed ipsum canere conātem. Lucianus: Καὶ μάλιστα ὁπόταν ἄδῃ καὶ ἁβρὸς εἶναι θέλῃ, ὄνος αὐτολυρίζων φασί. i. Maximè si quādo canit, cupitq; festiuus, ac lepidus uideri, asinus, ut aiūt, ipse lyra canens. Idē in Pseudologista: τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, ὄνου κιθαρίζειν πειρόμενον ὁρῶν. i. Iuxta hoc ipsum, quod uulgo dici solet, asinum cōspiciens cithara canere tentantē. Citatur & hic uersiculus:

Ονος λύρας ἤκουσε, καὶ σάλπιγγος ὗς. id est,

Asinus lyrā auscultauit, & porcus tubā.

Recte torquebitur in eos, qui indecorè tentant artificium, cuius sunt imperiti, & a quo natura abhorrent. Festiuiter inuertit adagium Stratonicus apud Athenęū libro Dipnosophistarū 8. Erat Cleon quispiam, cui nomen inditum boui, is, cum scite caneret voce, ceterum lyra non perinde uteretur, Stratonicus, ubi canentem audisset: Olim, inquit, asinus ad lyram dictus est, nunc uero bos ad lyram.

Sus tubam audiuit.

Σάλπιγγος ὗς ἤκουσε, i. Tubā sus audiuit. In eos quadrabit, qui res quidē egregias audiunt, uerum eas neq. intelligunt, neq. mirantur. Aut in eos, qui ijs, quæ audiunt, neque gaudent, neque commouentur. Equi tubarū clangor concitantur ad bellum:

bellum: ſuem abigat citius, quam animet ad pugnam. Extat apud Suidam huiuſmodi ſenarius:

Ονος λύρας ἤκουσε, καὶ σάλπιγγος οὔς. i.
Aſinus lyram, ſus audijt ſtolidus tubam.

Nihil graculo cum fidibus.

NIHIL graculo cum fidibus, ideſt, Nihil ſtolidis, & imperitis cum bonis literis. Nam graculus auis eſt ineptæ, moleſtæq; garrulitatis, atq. obſtrepera, adeo, ut a uoce, qua ſonat, nomen inditum putent; auctore Quintil. 1. Inſtit. lib. Tum ſui generis conuentus amat, quo mutuo garritu ſtrepitus fiat odioſior porro cithara ſilentium poſtulat, & aures attétas. A. Gellius Noct. Atticarũ extrema lucubratione, ſane quã eleganter hoc adagium torquet in quoſdam pinguiore ingenio homines, ſtolidaque loquacitate præditos, profanos, ἀμούσους, ideſt, à muſarum ſacris alienos.

Nihil cum amaracino ſui.

ΑΓΟΥΕΙ continenter ſimile quoddã ſubnectit: Nihil cum amaracino ſui: hoc eſt, ſtolidis uel optima putent, diſplicentq. Amaracinus herbæ genus, Siculorum lingua a Cinyræ Cyprij Regis eiuſdem nominis filio dictum, quem in hanc herbam conuerſum fuiſſe, fabulis proditum eſt. Cæterum Seruius in primum Æneidos, ſcribit Amaracum puerum fuiſſe regis vnguentarium, qui caſu lapſus dum ferret unguenta, maiorem confuſione odorem creauit, unde & optima unguenta amaracina dici cœperint: hunc poſtea in herbam amaracum fuiſſe conuerſum. Eadem dicitur & ſanſucum, & alijs atque alijs nominibus, ut auctor eſt Dioſcorides in tertio libro, aitque gratiſſimi eſſe odoris, atque totam odoratam. Plin. lib. 13. cap. 1. inter ungenta nobilia, & amaracini facit mentionem, refertque quondam in Coo fuiſſe laudatiſſimum, poſtea eodem in loco prelatum Melinum: deinde docet uarijs unguentis admiſceri ſamſucum, quemadmodum & Telino: quin etiam ex ſimplicis amaraci ſucco nobiliſſimum unguentũ confici. Idem libro 21. cap. 22. ſcribit in Cypro ſanſucum laudatiſſimum, & odoratiſſimũ naſci, eiusq; uaria oſtendit remedia: atque ex eo oleum quoque fieri, quod amaracinum, ſeu ſanſucinum uocetur. Cum igitur huiuſmodi ſit amaracinum, contra ſue nihil immundius, nihil ſordium amantius quamobrem dixit Virgilius:

Immundi meminere ſues.

Præterea Flaccus:

-Vel amica luto ſus. Et:

Lutulenta ruit ſus,

nihil profecto minus conuenit roſtro ſuillo, quam deliciæ unguentariæ; quippe cui id demum dulce olet, quod cœnum olet. Maxime quod inter unguenta, peculiari quadam naturæ proprietate, amaracinum inimicum eſt ſuillo generi, ita, ut illis ueneni inſtar ſit, ſi quidem credimus Lucretio, cuius in 6. lib. hi ſunt uerſus.

Denique amaracinum fugitat ſus, & timet omne
Vnguentum, nam ſetigeris ſubus acre uenenum eſt.

Suem olim Ægyptij belluam vſq; adeo ſpurcam ducebant, ut, ſi quis uel tranſiens contigiſſet, continuo properaret ad flumen, ſe pariter, ac ueſtem abluturus. Subulcos etiã indigenas adeo inuiſos haberi, vt nec in templa recipiãtur, nec ad matrimoniũ, aut affinitates admittantur, auctor Herodotus lib. 2. Ad hoc adagium adluſiſſe uidetur M. Tullius, cum ait: Illi alabaſtrus vnguenti plena putet: i. optima pro peſſimis diſplicent. Simile quiddam dici poſſet de Scarabæo, cui unguentum pro ſtercore eſt, oletum pro unguento: id quod vulgo quoque dici ſolere, propemodum innuit Plutarchus in commẽtario, in quo Stoicorum dogmata cum poetarum dictis componit: λέγονται οἱ κάνθαροι τὸ μύρον ἀπολίπειν, τὰ δὲ δυσώδη διώκειν. id eſt, Aiunt Scarabæos unguentum fugere, graueolentia ſectari.

Aſinum ſub freno currere doces.

ASINVM ſub freno currere doces, hoc eſt, doces indocilem. Nam equus ad curſum idoneus, aſinus ad equeſtrem curſum inutilis. Horatius:

Infelix operam perdas, ut ſi quis aſellum
In campũ doceat parentẽ currere freno.

Acron admonet, prouerbialiter dictum de aſino. Eſt autem diuerſum illi, quod alibi retulimus, τὸν ἵππον εἰς πεδίον, ideſt, Equum in campum.

Alienam metis meſſem.

Ἀλλότριον ἀμᾶς θέρος, i. Alienã metis meſſem. Duplex eſt uſus hui⁹ adagij, q. pe

pe quod pariter, & in eos conuenit, q. commoditatibus aliena partis opera potiũtur: & in hos, qui negotium non ſuum parũ diligenter curant. Ducta metaphora a uetuſto more, quo uicini ruſtici in demerenda ſegete mutuam inter ſeſe operam commodabant. Fit autem hominum more, ut in ſuopte quiſque negotio longe ſit attentior, quam in alieno. Id quod eleganter admonet Apologus ille de Caſſita, quem non pigeret referre, niſi promptum eſſet cuilibet apud A. Gellium legere. Poteſt & eo referri, quod aliquoties fit, vt, eiectis ijs, qui ſementẽ fecerunt, alii in eorum locum ſuccedant, citraq. laborẽ alienis fruãtur ſudoribus. Vnde Maronis illud:

-En queis conſeuimus agros?

Ariſtophanes in Equitibus: Ἀλλότριον ἀμῶν θέρος, id eſt, Alienã mẽtes meſſem. Dictum eſt in Cleonem, qui in rem paratã, multisq. laboribus a Demoſthene prius labefactam ueniens, Pylo capta, gloriã omnem uictoriẽ in ſe tranſtulit, Demoſtheni præter inuidiam nihil relictum. Cui conſine eſt illud Homeri ex Odyſſeæ lib. 1.

Ἐπεὶ ἀλλότριον βίοτον νήπυιον ἔδεσιν. i.
Quandoquidem impune uictum comedunt alienum.

Eandem ſententiam Ariſtophanes in eadem fabula ſic extulit:

Ἐγὼ δ' περιπατῶν γ' ἀπ' ἐργαστηρίου
Ἑψάντος ἑτέρου τὴν χύτραν ὑφειλόμην. i.
Ego obambulans ab officina longius,
Alio coquente, ollam paratam ſuſtuli.

Penelopes telam retexere.

PENELOPES telam retexere, eſt inanem operam ſumere, & rurſum deſtruere quod effeceris. Natum ex Homero, qui libro Odyſſeæ ſecundo fingit Penelopen Vlyſſis uxorem, procos iam urgentes, hac conditione deluſiſſe, ut tum ſe promitteret nupturam, ubi telam, quam habebat in manibus, abſoluiſſet. Quam conditionem poſtea quam illi acceperint, mulier aſtuta, quod interdiu texuiſſet, id noctu retexere cepit.

Ἐνθα καὶ ἡμαθίη μὲν ὑφαίνεσκεν μέγαν ἱστὸν,
Νύκτας δ' ἀλλύεσκεν ἐπὶν δαΐδας παραθεῖτο. id eſt,
Illa diurna quidem ingentem contexere telam,
Verum eadem admotis ſoluebat nocte lucernis.

Vſurpat hoc adagium Plato in Phędone. Item Cicero Academ. quæſt. lib. 2. Quid, quod eadem, inquit, illa ars, quaſi Penelope telam retexens, tollit ad extremum ſuperiora? Sentit autem de dialectica, quę ijſdem illis orationibus, quibus confirmauit aliquid, rurſum ſoluit, ac deſtruit, ut nihil iam actum uideatur. Seneca De beneficiis quincto. Quid enim boni eſt, nodos operoſe ſoluere, quos ipſe ut ſolueres feceris? Ariſtides i defenſione quatuor oratorum: καὶ οὐκ οἶδα ὅντιν' ἰσὸν ἀναλύοντες. ὅσον γὰρ ἐν τῇ πρόσθεν τῆς σοφίας, τοσοῦτ' ἀνταφαιροῦσι μεγάλα φρονοῦντες. i. Et telã neſcio quam retexentes. Quantum. n. faciunt compendij in ſapientia, tantum rurſum diſpendii, dum arrogantes euadunt. Hoc quoniam aliis prouerbiis, quæ mox dicemus, ſubnectit, indicat nimirum & hoc eſſe prouerbium.

Annoſam arborem tranſplantare.

Γεράνδρυον μεταφυτεύειν, id eſt, Vetulã arborem tranſplantare. In eos dicitur, qui ſero, atque exactam iam ętate conãtur deciſcere, quibus diu iuuenes aſſueuerint. Aut ſimpliciter de ijs, quæ fruſtra molimur. Neque enim loco mouenda arbor? ubi iam alte fixerit radices, ſed cum plãtula adhuc eſt. Nam ueteres negabant arborem transferri oportere, uel minorem bima, uel maiorem trima: teſte Plinio. Videtur autem adagium ad quercũ peculiarius pertinere, quæ omnium altiſſimè radices agit: Vt & ἀπὸ τῆς δρυὸς γεράνδρυον. Siue quod hanc arborem omnium primam arbitrantur fuiſſe. Quapropter & Ioui ſacra arbor, & ſylua Dodonæa quercua, fuit, unde prima omnium oracula reddita credũtur. Eleganter uſus eſt hoc adagio Seneca lib. Epiſtolarum 13. Epiſtola prima: Hæc, inquit, ſi nimium triſtia uidebũtur, uillę imputabis, in qua didici ab Ægialo diligẽtiſſimo patrefamilias (is enim nũc huius agri poſſeſſor eſt) quamuis uetus arbuſtum poſſe transferri. Hæc nobis ſenibus diſcere neceſſarium eſt, quorum nemo non oliuetũ alteri ponit.

Arenam metiris.

Ἄμμον πεπρῆς, i. Arenę modum quęris, ſiue metiris. hoc eſt, rem infiniti laboris, atque inexplicabilem inceptas. Aut, fruſtra conaris,

conaris, quod nequeas efficere, Athenęus libro sexto Alexidem quendam adducit, qui innumera dixerit ψαμμακόσια, uelut ęquantia numerum arenarum, ὀνόμασι δὲ ἠρίθμουν Ψαμμακόσιοις. id est, nominib. utens arenaginræ, ut Græca uocis figmentum imitetur. Plato in Theæteto: Μᾶλλον αὐτὴ λέληθεν ἢ οἱ τῆς θαλάττης λεγόμενοι χόες. i. Magis illum latet, quam maris, ut dicitur, arenæ.

Vndas numeras.

Κύματα μετρεῖς, i. Vndas numeras. Eundem cũ proximo sensum habet. Virgilius utranque parẹmiam eleganter attigit lib. Georgicon secundo:

Quem si scire uelit, Libyci uelit ęquoris idem
Discere quam multę zephyro turbentur arenæ.

Aut, vbi nauigiis violẽtior incidit Eurus,
Nosse, quot Ionij veniãt ad litora fluctus.

Theocritus in Charitibus:

Αλλ' ἴσος γὰρ ὁ μόχθος ἐπ' ἄονι κύματα μετρεῖν,
Οὐ ἄνεμος χέρσοντε μετὰ γλαυκᾶς ἁλὸς ὠθεῖ. id est,

Nanque perinde fiet, quasi si numerare labores,
Quod uenti è pelago trudant ad litora fluctus.

Videri potest ab Æsopico quodam apologo natum adagium, quẹ refert Lucianus in Sectis: Olim quendam in maris litore sedisse, conantem singulas undas pernumerare: cumq; , vndas vndis trudentibus, obrueretur, animoq; male angeretur, quod eas numero complecti non posset, adiens callida mulier oportuno cõsilio sic hominem subleuauit. Quid angeris, inquit, propter undas, quæ prætereunt? Hinc numerare incipias oportet, illas missas facias.

Surdo oppedere.

Παρὰ κωφῷ ἐπιπαρδεῖν, i. Apud surdũ crepitũ edere. Dicitur, ubi quid frustra fit. Aut ubi precatur apud stupidos, qui non queant sentire. Siue cum conuiciis incessitur is, qui perinde negligit, quasi non audiat. Refertur à Diogeniano, & à Suida.

Aranearum telas texere.

Τὰ ἀράχνια ὑφαίνειν, i. Aranearũ telas texere. Est in re friuola, nulliusq; frugis, infinitum, atque anxium capere laborem. Refertur prouerbii uice a diuo Basilio in initio enarrationis Hexameron. Vnde & apud Diogenẽ Laertium in uita Zenonis, philosophus quidam rationes dialecticas, aranearũ textis similes esse dicebatur, quæ cum operosum quiddam, atque exactum præ se ferant, tamen nugatoriæ sint, atque imbecilles. Et alius quispiam leges cum aranearum textis comparabat, quæ cum a magnis auibus facile discinderentur, muscas duntaxat irretirent.

Laterem lauas.

Feruntvr huic cõfines aliquot apud Græcos parẹmiæ, quibus operam inanem significamus, veluti πλίνθον πλύεις, id est, Laterem lauas, id quod usurpat Terentius in Phorminione, Loquar ne incendã? Tacean? instigem. Purgem me? Laterem lauem. Theocritus in Charitibus:

Καὶ ὕδατι νίζειν θολερὰν ἰοίδι πλίνθον. i.
Et nigrã silicem lauisse liquẽtibus undis.

Lapidem elixas.

Cvi simillimũ est, quod refertur apud Aristophanem in comẹdia, cui titulus σφῆκες, λίθον ἕψεις, id est, Lapidem decoquis: pro eo, quod est, inaniter laboras. Αλλ' ὅτ' ἂν ἀντιβολοῦντες, κάτω κύπτων ἂν ᾖτο, λίθον ἕψεις, ἔλεγεν. i. Quin, ubi quis obsecra uerit, demisso sic capite, lapidem decoquis, inquit. Neque n. vnquã mollescit lapis, quantumuis diutina coctione. Generaliter conueniet in quamuis inanem operã, speciatim in hominem durum, nulliusq. precibus mollescentem.

Aethiopem lauas. Aethiopem dealbas.

Evndem uim habẹt, αἰθίοπα σμήχεις, id est, Aethiopẽ lauas. Et, αἰθίοπα λευκαίνεις, id est, Aethiopem dealbas. Lucianus in libro contra indoctum: καὶ χρῆ τὸ παροιμίαν, αἰθίοπα σμήχειν ὅπι χειρῶν. id est, Ac, iuxta prouerbium, Aethiopem lauare conor. Nam natiuus ille Aethiopum nigror, quẹ Plinius ex uicini syderis uapore putat accidere, nulla abluitur aqua, neq. ulla ratione candescit. Hoc item peculiariter quadrabit, cum res parum honesta uerborum fucis adornatur, aut cũ laudatur illaudatus, aut docetur indocilis. Adagium ortum uideri

deri potest ab Æsopica fabula. Nam quidam mercatus Aethiopem, & existimãs eũ colorem non natura, sed superioris domini negligentia accidisse, nihil nõ adhibuit eorũ, quibus uestes cãdefieri solẽt: adeoq; perpetuis lotionibus miserum deuexauit, ut illum in morbum impulerit, colore, qui fuerat, manente.

Arare litus.

Αἰγιαλὸν ἀρᾶν. i. Arare litus. Est sterilẽ operam sumere. Ausonius ad Theonem:

Quid geris extremis positus telluris in oris
Cultor arenarum nates, cui litus arãdũ?

Significans, eum inaniter laborare. Huius peculiaris usus erit, cum officium impẽditur in eum, a quo nihil ꝗs fructus aliquando percepturus, uelut, si quis doceat, ὄνον κύρας, aut beneficium collocet in ingratũ. Salsitas enim facit, ut litorales oręferme sint steriles: quod etiam prouerbio testatum est: ἅλμυρὸν γειτόνημα, id est, Salsugi nosa uicinia, pro sterili. Est autem adeo sterilis humor marinus, ut nec arbores ferat: Atque huiusce rei varias adfert causas Plutarchus in commentario De causis naturalibus, primo statim problemate.

Arenæ mandas semina.

Εἰς ψάμμον σπείρεις, i. Arenę mandas semina. Propterea quod steriles Arenæ, maxime littorales, nec idoneæ ad sementem. Oenone Paridi apud Ouidium,

Quid facis, Oenone, quid arenæ semina mandas?
Non profecturis litora bobus aras,

Atqui in Brabantia sunt agricolæ tam industrii, qui sitientissimas arenas cogant & triticum ferre.

In aqua sementem facis.

Εἰς ὕδωρ σπείρεις, id est, In aqua sementem iacis. Theognis.

Ἰσὸν καὶ σπείρειν πόντον ἁλὸς πολιῆς. i.
Par vt qui ęquoreis semina mãdet aquis.

Loquitur de his, qui beneficiũ cõferunt in ingratos, atque improbos homines: idque perinde perire dicit, quasi sementem facias in undis marinis. Aristophanis interpres hoc pacto offert prouerbiũ, κατὰ θαλάττης σπείρεις, id est, in mari semẹtem facis.

In saxis seminas.

Κατὰ πετρῶν σπείρεις, id est, In saxis sementem facis. Nam hoc terræ genus fere sterile est, uel quia non potest aratro proscindi, uel quia, quod satum est, nõ habet, quo radices agat.

Ignem dissecare.

Εἰς τὸ πῦρ ξαίνειν, id est, Ignem diuerberare. Ad hanc formam pertinet, quãquã hoc inter Pythagorica retulimus symbola. Aristides in cõmuni defẽsione quatuor Rhetorum: ἐκελήθεις ὦ ἄρασωφ, ἀπάσης τοῖς παροιμίαις ἐνεχόμενος, εἰς πῦρ ξαίνων, καὶ λίθον ἕψων, καὶ σπείρων τὰς πέτρας. i. No intelligebas autem teipsum omnibus illis prouerbiis obnoxium esse: quod ignem diuerberares, quod lapidẽ elixares, quod in saxis sementem faceres? Taxat Platonem, qui apud Dionysiũ tyrannum nullum omnino fecerit operæ pretium.

In aqua scribis.

Καθ' ὕδατος γράφῃς, ἢ εἰς ὕδωρ γράφεις. i. In aqua scribis, hoc est, nihil agis. Lucianus i Tyrãno: Παίζεις ὦ χάρων, ἢ καθ' ὕδατός φασιν, ἢ δι' γράφεις, παρὰ μικυλλῆ τινὰ ὀβολὸν προσδοκῶν, i. Vtrum ludis, Charon, an iã in aqua, quod aiunt, scribis, qui qdẽ a Micyllo obolũ al quẽ expectes? Plato in Phædro: Οὐκ ἄρα σπουδῇ αὐτὰ ἐν ὕδατι γράψει μέλανι, σπείρων δία καλάμου. i. Num hæc studiose in aqua scribet nigra, seminans calamo? Extat huiusmodi senarius inter sententias Græcas:

Ανδρῶν ὦ φαύλων ὅρκον, εἰς ὕδωρ γράφε. i.
Hominũ improborum inscribe iusiurandum aquæ.

Id ita deprauat Xenarchus in Pentathlo apud Athenæum libro decimo:

Ορκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω. i.
Inscribo vino, si qua iurat fœmina.

Item Catullus:

Mulier cupido quod dicit amanti,
In uẽto, & rapida scribere oportet aqua.

In arena ædificas.

Εἰς ψάμμον οἰκοδομεῖς. i. In arena ędificas. Non consistit, quod super arenam struxeris. Proinde recte usurpabitur, ubi quis negotium aggreditur inutile futurum, utpote non recte iactis ante fundamentis.

Venios

Ventos colis.

Ἀνέμους γεωργεῖς, i. Ventos colis. Colis autem dico, pro eo, quod est, agricolationem exerces. Refertur à Zenodoto, dicitur in eos, qui è suis laboribus nihil fructus reportant.

Ferrum nata redoces.

Σίδηρον πλεῖν διδάσκεις, i. Ferrũ fluitare doces. De ijs, qui rem conantur, quę repugnante natura, nequaquam fieri possit.

Cribro aquam haurire.

Κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖ, ἢ ἐπιφέρει. i. Cribro aq̃ haurit. Quòd etiam in obliuiosos non inconcinnè dicetur. Plautus in Pseudolo: Non pluris refert, quàm si imbrem in cribrum geras. Id aũt olim inter αἴσωα τώτατα habitum, uel illud est argumẽto, quod inter prodigia refertur, Tutiam, uirginem Vestalem, aquam cribro tulisse, anno ab urbe condita sexcentesimonono, teste Plinio lib. 28. c. 2. Cuius meminit Dionysius Helicarnasseus lib. Romanarum antiquitatum secundo. Sumptũ a fabula Danaidum puellarũ, quas Plato scripsit apud inferos hoc pœnę genus pẽdere, ut assidue aquam in dolium pertusum uasis item pertusis inferant. Alciphron in epistola Galeni ad Cyrtonẽ: Καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο εἰς δαναΐδων τοὺς ἀμφορέας ἐκχέομεν πίθους. i. Ac, iuxta prouerbiũ, amphoras in Danaidum dolia infundimus. Lucianus in Timone: Ὥσπερ ἐκ κοφίνου τετρυπυμένου. i. Tãquam è cophino perterebrato. Effertur & hunc ad modum: εἰς πίθον τετρημμένον ὕδωρ ἀντλεῖς. id est, In dolium pertusum aquam hauris. Plautus in Pseudolo: In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

Apud fimum odorum, uaporem spargis.

Εἰς κόπρον θυμιᾷς, id est, In fimũ aromatum odorem spargis. Nam perit omnis fragrãtia, fimiq. fętore uincitur. Et apud Suidam. Conueniet autem in eos, qui rem egregiam indignis adhibent. quod genus est illud: In lente unguentum.

Oleum, & operam perdidi.

Eodem pertinet & illud, quod est apud Plautum in Pœnulo: Tum pol ego & oleũ, & operam perdidi: id est, quidquid insumpsi, seu rei, seu laboris, id frustra insumptum est. Metaphora ducta est a gladiatorum, ac palęstritarum certaminibus, in quibus certaturi, unguentis quibusdam oleaceis perungebantur. Cicero in Epistolis: Nam, quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris? in quibus ipse Pompeius profitetur se & oleum, & operam perdidisse. Quanquam potest & ad lucubrantium lucernas referri, sicuti Cicero fecisse uidetur, scribẽs ad Atticum libro decimotertio. Ante lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo, & opera exaraui nescio quid ad te, & ante lucem dedi. Idem ad eundem alibi: Non desleamus, ne & oleum, & opera nostræ philologiæ perierit: sed conferamus tranquillo animo. Quo quidem in loco plus habet gratiæ, quod ad rem animi translatum sit. Ergo hic oleum pro sumptu positum est. Nam & sic effertur adagium. Plautus in Rudentibus: Et operam, & sumptum perdunt. Eodẽ pertinet etiam illud, quod coruus ille salutator sonare didicerat: Opera, & impensa periit. Cuius fabulæ meminit Macrobius libro Saturnalium 2. Eam (quoniam haud quaquam indigna memoratu uidetur) nõ grauabor adscribere, idq. ipsius uerbis. Sublimis, inquit, Actiatica uictoria reuertebatur Octauius. Occurrit ei inter gratulantes coruum tenens, quem instituerat hoc dicere: Aue Cæsar, uictor, Imperator. Miratus Cæsar officiosam auẽ uiginti millibus nummũ emit. Socius opificis, ad quem nihil ex illa liberalitate peruenerat, affirmauerat Cæsari illum habere & alium coruum, quem ut afferre cogeretur, rogauit. Allatus verba, quę didicerat, expressit. Aue victor Imperator Antoni. Nihil exasperatus, satis duxit iubere illũ diuidere donarium cum contubernali. Salutatus similiter a Psittaco, emi iussit eum. Idem miratus in pica, hanc quoq. redemit. Exemplum sutorẽ pauperem solicitauit, ut coruum institueret ad parẽ salutationẽ, qui, impendio exhaustus, sæpe ad auẽ non respondẽtem dicere solebat, Opera, & impensa perijt. Aliquando tamen coruus cępit dicere dictatam salutationem. Hac audita, dum transit Augustus, respondit: Satis domi salutatorum talium habeo. Superfuit coruo memoria, ut & illa, quibus dominum querentẽ solebat, audire, subtexeret,

xeret, Opera, & impensa perijt. Ad quod Cæsar risit, emiq; auem iussit, quãti nullã adhuc emerat. Hactenus Macrobij uerba reddidimus. Diuus Hieronymus ad Pammachiũ, videtur huic adagio uelut alterũ quoddam adagium subterfuisse: Oleũ perdit, & impensas, qui bouem mittit ad ceroma. Siquidem hoc ipsum bouem ad ceroma mittere, prouerbiũ sapit, pro eo, quod est, docere indocilem: aut ad id muneris quempiam ascisceré, ad quod obeundum minime sit idoneus, videlicet ingenio repugnante. Nam ceroma dicitur unguentum, quo olim ungebantur athletæ, id ex oleo certisque terræ generibus conficiebatur. Porro ad certamina bos inutilis est.

Reti ventos venaris.

Δικτύῳ ἄνεμον θηρᾶς, i. Reti uentos captas. De frustra laborantibus: aut qui stulte sequuntur ea, quæ nulla sit assequendi spes: Aut qui rem inanẽ inaniter captãt. Nam utre contineri uentus potest, reti nequaquam.

Tranquillum æthera remigas.

Αἰθέρα νηνέμον ἐρέσσεις, i. Aere trãquillo remigas. Apud Zenodotum refertur de incassum laborantibus: perinde est, quasi dicas, aerem diuerberas, remigantiũ more.

Mortuum flagellas.

Νεκρὸν μαστίζεις, i. Mortuum flagellas, in eos, qui obiurgãt illos, qui nihil prorsus obiurgatione commoueantur: Aut qui vita defunctos insectantur, ac lacerant.

Ollam exornas.

Χύτραν περιπίλλεις, i. Ollã exornas, siue picturas. De ijs, qui in re uehementer absurda frustra conant. Ineptus enim labor, ollæ uasi cõtempto, & culinarijs vsibus destinato, picturæ lenocinium adhibere. Cui simillimum quiddam vulgo iactatur, bracteis aureis inaurare iuglandiũ putamina.

Ouum adglutinas.

Ὠὸν κολλᾷς, i. Ouum glutino compingis. Refertur a Diogeniano. Ridicule laborat, qui fractum oui putamen glutino sarcire, & coagmentare conetur.

Vtrem cædis.

Ἀσκὸν δέρεις, i. Vtrem cædis, aut Vtrẽ excorias. Extat apud Aristophanem in Nubibus. Ad quod adlusisse uidetur Apuleius in Asino, cum meminit de tribus utribus a se percussis, ac vulneratis. Sumptum uel a Bacchi sacris, uel ab ijs, qui percussis vtribus inanem mouent strepitum.

Vtrem vellis.

Hvic simillimum, ἀσκὸν τίλλεις, idest, Vtrem uellis. Vel quod non sentiat, uel quod pilis careat.

Actum agere.

Terentivs in Phormione: Ohe, actũ, aiunt, ne agas. τὸ παρὰ χθὲν μὴ πράττης. A iudiciorum consuetudine sumptũ, qua fas non est iterum agere causam, de qua iam sit pronunciatum. Plautus: Rem actã agis, idest, incassum laboras. Q. Fabius apud T. Liuium Dec. 3 lib. 8. Scio multis uestrũ uideri, patres conscripti, rem actam hodierno die agi, & frustra habiturum orationem, qui tanquam de integra re, de Africa prouincia sententiam dixerit. M. Tullius libello De amicitia, indicat dici solitum de negotio, quod præpostere geritur. Sed, cum multis, inquit, in rebus negligẽtia plectimur: tum maxime in amicis & deligendis, & colendis. Præposteris enim vtimur consilijs, & acta agimus, quod uetamur prouerbio.

Cotem alis.

Ἀκόνιον σιτίζεις, i. Cotem alis. Dicitur in homines edaces, plurimiq; cibi: qui nihilo tamen habitiores inde reddantur. Nã in Cotis macilentiam hodieq; vulgo iactatur adagium, cum aiunt, tam pinguem, quam cotem, macilentum quempiam esse significantes. Hermolaus Barbarus in epistola quadam ad Picum interpretatur hoc prouerbium pro male collocare beneficiũ, vnde non sit reditura gratia: vt affine sit illi, quod alibi dicetur: Ale luporum catulos, cum ex beneficio redit mala gratia.

Hylam inclamas.

Τλαν κραυγάζεις. i. Hylam inclamas. De frustra uociferãtibus: aut in genere, de nihil proficientibus. Ab huiusmodi casu natum adagiũ. Hylas, Theodamantis filius, cum esset inter argonautas formosus adolescens, adamatus est ab Hercule. Is cum esset in Mysia, forte aquatum egressus, in

fonte perijt: unde & a Nymphis adamatus, ac raptus fingitur. Ad hunc uestigandum missus est Polyphemus, qui ingenti uocifer ratione nomen inclamabat Hylæ, neque quidquam tamen profecit. Atque hinc ortum prouerbium. Virgilius uidetur ad nautarum clamorem retulisse, cum ait:

His adiungit, Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamassent, ut littus Hyla, Hyla omne sonaret.

Meminit huius & Theocritus in Idyl. N.

Τρὶς μὲν ὕλαν αὔσεν, ὅσον ἐβαθὺς ἤρυγε λαιμός.
Τρὶς δ' ἂν ὁπᾶς ὑπάκουσεν, ἀραιὰ δὲ ἶκε το φωνὴ.

Ter quanto potuisset Hylam clamore vocabat,
Mugitũ intendens imo de gutture uocis.
Ter puer audijt, ac tenuis uox perculit aures.

Nihil obstat, quo minus ad sacrorũ consuetudinem referatur, quæ in Hylæ rapti memoriam sunt instituta: in quibus Hylæ nomen inclamabatur. Id fuerit uenustius, atque concinnius, ubi quis rem absentem frustra desiderat, uel deplorãs, uel optans. Vt si quis, ad inopiam redactus, optaret sibi centũ talenta, quæ quondam habuisset. Ad hanc paræmiam respexisse uidetur Aristophanes in Pluto;

Ποθεῖς δ' ὃ παρόντα κἀμάτιω καλεῖς, i. Desideras absentem inaniter uocans.

De Mercurio dictum, placentas illas deplorante, quas in sacris consueuerat aliquando edere.

Inaniter aquam consumis.

Ἄλλως ἀναλίσκεις ὕδωρ. i. Inaniter consumis aquam. In eos quadrabit, qui frustra suadent. A prisco more iudiciorum sumptum, in quibus ad clepsydræ modum dicebatur. Æschines contra Demosthenem, ostendit primã aquam infundi solere actoribus, alterã patronis, tertiam iudicibus, ad pœnã constituendam, nisi primis sententijs reus fuisset absolutus. Et Demosthenes Æschinem prouocat, ut uel in sua aqua, si possit, dicat, quod decretũ fuisset ipso unquam auctore scriptum: ἄνασας καὶ ἐν τῷ ἀρῷ ὕδατι εἰπάτω. Huc adludens Lucianus ἐν τῷ περὶ θυσιῶν, in rhetorẽ quẽdã iocatur, qui apud barbaros in conuiuio dicere, nõ ad aquę, sed ad amphoræ uinariæ modũ. Idẽ in Bis accusato: Ἐκείνης γὰρ τόγε γυῶ ῥέον. i. Nam illius sane in præsentia fluit aqua. Videtur id subindicare Plato in Theęteto, cum ait, quosdam πρὸς μικρὸν ὕδωρ, i. ad pusillum aquę docere posse, quæ gesta sint. Idem in eodẽ: Κατεπείγει γὰρ ὕδωρ ῥέον, i. Vrget enim aqua fluens, quod oratoris sit ad præscriptas clepsydras dicere. Appuleius in Asino aureo: Rursum præconis amplo boatu citatus accusator quidam senior exurgit, & ad dicendi spatium, uasculo quodam in uicem colli graciliter fistulato, ac per hoc guttatim defluo, infusa aqua, populum sic adorat. Plinius iunior Falconi: Et qui iubere posset tacere quemcunque, huic silentium clepsydra indici. Idem Arriano: Dixi horis pęne quinque. Nam uiginti clepsydris, quas spatiosissimas acceperam, sunt additæ quatuor. Quintil. lib. 11. Et si quid ipse tibi sumas, probandum est, & laboratam, congestamq; dierum, ac noctium studio actionem, aqua deficit. M. Tullius in calce secũdi libri Tusculanarum quęstionum, Cras ergo ad clepsydram, sic enim dicimus. Idem de Oratore lib. 3. de Pericle loquens; At hunc, inquit, non clamator aliquis ad clepsydrã latrare docuerat, sed, ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, uir summus in maximarum rerum scientia. Philetas apud Athenęum li. 2. τοσαῦτα, ὥσπερ οἱ ῥήτορες πρὸς ὕδωρ εἶπον. i. Tantum, ut solent rhetores, ad aquam dixi, fuerat aût de aqua sermo. Hinc captata est adlusionis gratia. Demades iocabatur in Demosthenẽ ὑδροποτῶν, qd cęteri quidem ad aquam dicerent, Demosthenes ad aquã scriberet. Philostratus in Adriano sophista τοὺς ἀπὸ κλεψύδρας appellat sophistas, qui aqua exercebant. Porro prisci lineis, & umbris horas distinguebãt. P. Scipio Nasica primus reperit clepsydrã, qua nubilo quoq; die, & noctibus, horę distinguerentur, Nunc pro clepsydris clepsammis, & αὐτομάτοις utuntur horologijs.

In aere piscari, Venari in mari.

Eiusdem generis sunt & illa, quę Plautus usurpat in Asinaria: In aere piscari, & In mari uenari iaculo. Quadrabunt simpliciter in eos, qui frustra moliunt τὰ ἀδύνατα, aut qui præpostere ibi quærunt aliquid, ubi ne sperari quidẽ possit. Vt si quis in magistratibus uitã tranquillam, in voluptatibus beatã, in opibus felicem quærat.

Itaque

Itaque Libanus seruus ab hero suo Demeneto iussus, ut uxorẽ ipsius argẽto defraudiret, significans nulla ratione fieri posse, ut a muliere tenacissima quidquã auferretur: Iube, inquit, una me opera piscari in aere, uenari autem iaculo in medio mari.

Aquam è pumice postulas.

Superiori non admodum diuersum, quod apud eundem poetam legitur: Aquam è pumice postulare, pro eo, quod est, frustra ab alio petere, cuius ipse, a quo petas, maxime sit indigus. Nihil enim pumice lapide siccius, nihil siticulosius. Perinde ac si quis ab indoctissimo doceri postulet, ab inconsultissimo consilium expectet, ab egeno munus, ab inope præsidiũ: denique ab auaro, ac tenaci pecuniã. Plautus: Nam tu aquam è pumice nunc postulas, qui ipsius sitiat. Pumex, inquit idem, non æque est aridus, atque hic senex. Est autem Pumex lapis cauernosus, quo solẽt poliri codices: naturæ adeo siccæ, ut, si in vrceum bullientem immiseris, feruorem extinguat: non solum ad tempus, sed in totum. Nec aliud in causa putat esse Theophrastus, nisi quod uehementissima siccitate spumam totam ad se trahere nitatur. Meminit & de Chio quopiã Eudemo, qui pumice acri conspersо aceto, munire sese consueuerit, ut post septimam ellebori potionẽ, nec balneis, nec uini potatione pro uocaretur ad uomitum.

Nudo uestimenta detrahere.

Ad hanc sententiã pertinet hoc quoq;, quod ab eodem est usurpatum poeta, Nudo vestimenta detrahere, pro eo, quod est, ab eo sperare emolumẽtum, cui ne sit quidem, quod auferri queat. Sic enim idẽ Libanus in Asinaria Plautina admonitus ab hero, ut ab ipso per fallaciam argẽtum abraderet, quo filio emeretur amica, Maximas, inquit, nugas agis, Nudo detrahere uestimẽta me iubes. Adducit & D. Chrysostomus prouerbiũ uulgo iactatum, quo dicebant, nec à centum uiris unũ nudum spoliare posse. Appuleius Asin. lib. j. scripsit nudum nec a decem palęstritis posse spoliari.

Anthericum metere.

Τὸν ἀνθέρικον θερίζειν, i. Anthericũ metere, dicebantur, qui iaborem inanem, ac sterilem caperet. Antherices, herbę genus, quod meti non possit, sed uellĩ manib. necesse est, uelut & linum. Antherices vocantur summa spicarum fastigia, siue atheres. Herodotus Asphodeli caules antherices uocat, teste Suida: quos & tenaciores ait esse, quam ut frangi queant. Antherici meminit & Plin. lib. 21. cap. 17. In Græcorum commentariis est promiscue positum Antherices, & Atherices.

Ex arena funiculum nectis.

Ἐκ τῆς ψάμμου χοινίον πλέκειν. i. Ex arena funiculũ nectere. Est, frustra conari, qd nulla ratione põt effici. Quid n. stultius, q ex arena, quæ nullo modo cohærescit, funem uelle nectere? Prouerbium utrumq;, nempe tum hoc, tum qd proxime retulimus, usurpat Aristides in cõi defensione quatuor oratorũ: Καταδύντες εἰς τοὺς χηραμοὺς, ἐκεῖ τὰ θαυμαστὰ σοφίζοντες, σκιᾷ τινὶ λόγους ἀναπτόντες, ἔφης ὦ σοφοκλῆς, ἢ ἀνθέρικον θερίζοντες, τὸ ἐκ τῆς ψάμμου χοινίον πλέκοντες, ἐκ οἶδα ὅντιν ἱστὸν ἀνάλυοντες. i. Verum abdentes sese in secessus quosdam, illic admirandã illam comminiscuntur sapientiam, umbra quadam attrahentes uerba, quemadmodum abs te dictum est Sophocles, Antherici metentes, ex arena nectentes funiculum, & haud scio quam retexentes telam. Significat his adagiis, umbraticum illud philosophorũ studium nihil omnino fructus adferre. Columella in præfatione carminis De cultura hortorũ. Nam, etsi multa sunt eius quasi membra, de quibus aliquid possumus effari, tamen eadem tam exigua sunt, ut, quod aiunt Græci, ex incomprehensibili paruitate arenæ funis effici non possit, Prouerbiũ peculiariter accommodabitur ad usus huiusmodi, si quis conetur in concordiam redigere, moribus longe dissimillimos, & inter quos nihil omnino conuenit, aut si qs orationem ex argumentis dissonis contexat, quasi Chimeram quandam fingens, & huiusmodi mõstrum, cuiusmodi describit Horatius. Humano capite, equina ceruice, reliquis item membris ex uariis animantiũ generibus ita collatis:

Vt turpiter atrum
Desinat in piscẽ, mulier formosa superne.

Ab asino lanam.

Cui finitimum est & illud, ὀνου πόκας ζητεῖς, id est, Asini lanas quæris. De ijs, q stulte

ſtulte quærunt eo, quæ nuſquam ſunt. Effertur adagium etiam ad hunc modũ: ὄνου πόκας, id eſt, Aſini lanæ. Ariſtophanes: Τὶς εἰς τὸ λήθης πεδίον, τὶς εἰς ὄνου πόκας. i. Aſini quis ad lanas? qui in lethes ſolum?

Per aſini lanam, res uanas ſignificans, & quę nuſquam ſunt. Trimeter Græcis conſtat ſi tollas alterum, τίς.

Aſinum tondes.

EVNDEM ſenſum habet. τὸν ὄνον κείρεις, id eſt, Aſinum tondes. De his, qui rem ab ſurdam, atq. inutilem aggrediuntur, propterea quòd Aſinum neque pectere poſſis propter uillos, neque tondere cum lanam non habeat. Huius meminit Ariſtophanes in Ranis.

Lupi alas quæris.

Λύκου πτερὰ ζητεῖς, id eſt, Lupi alas quæris. De ijs, qui quærunt ea, quæ nuſquam ſunt. Aut ubi quis uerbo duntaxat territat, alio qui re nunquam facturus, quod minatur. Neque enim fieri poteſt, vt lupus alatus inueniatur. Prouerbium recenſetur à Suida.

Quæ apud inferos.

EODEM loco interpres admonet & huius adagii, tanquam eundem habentis ſenſum, τὰ ἐν ᾅδου, id eſt, Ea, quæ apud inferos. Citatq. Ariſtarchum auctorem: idque inde natum putat, quod Cratinus finxerit quendam apud inferos funem torquentẽ, aſinum autem arrodẽtem ea, quæ ille iam torſiſſet, atque ita inaniter laborare, qui torquebat. Quãquam illud, τὰ ἐν ᾅδου, generaliter ad oia pertinet, quę poetarum fabulis traduntur, nulli credita, niſi pueris: unde, cum inania, ſomnijsq; ſimilia ſignificabimus, apte dicemus, τὰ ἐν ᾅδου. Athenęus libro Dipnoſophiſtarum quarto refert, Democritũ ſcripſiſſe uolumẽ, cui titulus fuerit, τὰ περὶ τοῦ ἐν ᾅδου, prodigioſis, vt cõiectandum eſt, refertum fabulis: & hinc poteſt uideri ductum prouerbium.

Contorquet piger funiculum.

HVIC adeo ſimile eſt, ut idẽ uideri poſſit, quã de Ocno, id eſt, pigro aſino, refert Pauſanias in Phocidis, apud Ionas, ut ait, celebratũ: σωάγει ὄκνος τὼ θώμιγγα, id eſt, Torquet piger funiculũ. Ipſius uerba ſup hac re ſubſcribã: Μετὰ δὲ αὐτὸς ἀνήρ ἑζῆ καθήμενος, ἐπίγραμμα δὲ ὄκνον εἶναι λέγει τὸν ἄνθρωπον. πεποίηται δὲ πλέκων χοινίον· παρέστηκε δὲ θήλεα ὄνος ἐπεσθίουσα τὸ πεπλεγμένον ἀεὶ τοῦ χοινίου. τοῦτον εἶναι τὸν ὄκνον, φίλεργόν φασιν ἄνθρωπον, γωαῦκα δὲ ἔχειν δαπανηρὰν, καὶ ὁπόσα συλλέξαι τὸ ἐργαζόμενος, οὐ πολὺ ἂν ἕτερον ὑπὸ ἐκείνης ἀνήλωτο. οἶδα δὲ καὶ ἰώνων, ὁ πότε ἴδοιεν τινὰ πονοῦντα ἐπὶ οὐδενὶ ὄνησιν φέροντι, ὑπὸ τούτου εἰρημένον, ὡς ὁ ἀνὴρ οὗτος σωάγει τοῦ ὄκνου τὸν θώμιγγα. i. Poſt hos ſuir quidã eſt ſedens, titulũ indicat eũ, ὄκνον eſſe. Factus eſt aũt ad hũc modum vt ipſe funiculũ torqueat, aſtante aſella, quę quod tortũ fuerit aſſidue abrodat. Hunc Ocnum aiũt hominẽ eſſe induſtrium, operiq. intẽtum, ſed uxorem habere ſumptuoſam, ac prodigam, ut, quidquid is ſuo labore corraſerit, id mox abſumatur ab illa. Cognitum eſt nobis, ẽt ab Ionibus dici ſolere, ſi quẽ conſpexiſſent in re quapiam elaborantem, quæ nihil afferret emolumenti, hic homo funiculum Ocni contorquet. Videtur argumentum picturæ ſumptũ ab occaſione uocis ancipitem obtinẽtis ſignificatũ. Siquidẽ σωάγειν τὸν βίον, aiunt Græci, pro comparare uictum. Colligit autem, qui rem auget, diſſipat, qui profundit. Atque hoc quidẽ argumentũ apparet olim multorum artificum operibus fuiſſe celebratum. Siquidem Plinius in hiſtoria mundi inter Socratis egregii pictoris argumenta, commemorat, & de aſino ſpartum arrodente. Et piger, inquit, qui appellatur ocnos, ſpartum torquens, quod aſellus arrodit. Fertur idem picturæ genus & Delphis fuiſſe, à Polygnoto Thaſio dicatum. Quo quidem negant deſidam, & ignauum ſignificatum, quemadmodum exiſtimat Varro, immo laborioſum magis, & induſtrium, ſed cui ſit uxor prodiga. Eoq. Pauſanias ait, non marem aſellum, ſed fœminam in pictura fuiſſe. Idem argumentum, marmore cælatum, Romæ duobus uiſitari locis, nempe in Capitolio & ĩ hortis Vaticanis, Hermolaus Barbarus teſtis eſt. Vſus eſt hoc adagio & Propertius:

Dignior obliquo funẽ q torqueat ocno,
Aeternusq; tuam paſcat aſelle fame.

Verum illud interim admirandum, cur Plin. eum ſcripſerit appellatum ocnum, i. pigrum, qui funẽ torqueret, ac non magis aſellum

aſellum arrodẽtem. Maxime cum Propertius nõ eũ Ocnon appellet, qui torqueat, ſed illi torqueri funem: ut aſinum intelligas citius, quam torquentem. Meminit huius adagij Plutarchus in commentario περὶ τῆς δύθυμίας, Ἀλλ' ὥσπερ ἐν ᾅδου ζωγραφήμωνος χοινοπλόκος, εἴ τινι παρίησιν ὀπτβοσκομένῳ καταναλίσκει τὸ πλεκόμενον i. Sed, quemadmodum apud inferos depictus is, qui funem torquet: cui adeſt, qui depaſcens abſumit id, quod tortum fuerit.

Littori loqueris.

Αἰγιαγῷ λαλεῖς, i. Littori loqueris. Refertur à Græcis adagiorum collectoribus. Dictum in eos, qui fruſtra uel ſuadent, uel orant: perinde quaſi ſurdo loquantur. Nã littora propter aſſiduum fluctuum fragorẽ ſurda dicuntur. Ouidius:

Surdior ille freto clamãtẽ nomẽ Oreſtis,
Traxit inornatis in ſua tecta comis.

Vento loqueris.

SVIDAS addit & hoc, Ἀνέμῳ διαλέγῃ, ideſt, Vento loqueris. Pro eo, quod eſt, inaniter. Nam uentus omnia diſſipat, cogitẽq; euaneſcere. Vnde & Auris diſcerpta mandata dixit Virgilius, quæ abierant in obliuionem. Plautus in Moſtell.

Hic neſcit quidẽ niſi fęnus fabulari vẽto.

Conſimili figura apud Athenęum legitur: γῇ καὶ ἀέρι λαλεῖν. ideſt, Cœlo ac terræ loqui.

Mortuo uerba facit.

Νεκρῷ λέγεσα μύθους εἰς ἓς, ideſt, Mortuo ad aurẽ fabulam narrãs. Plautus, Mortuo verba nunc facio. Terentius: Verba fiũt mortuo. Rurſum Plautus: Nihilo pluris refert, quam ſi ad ſepulchrum mortuo dicatiocum. Pertinet huc, quod eſt apud Aeſchylum in Agamemnone.

Ἔοικα θρῶεῖν ζῶσα πρὸς τύμβον μάτην.

Fruſtra ad ſepulchrũ uiua ploro mortui.

Surdo canis. Surdo fabulam narras.

EANDEM vim habet, κωφῷ ᾅδεις, ideſt, Surdo canis. Virgilius in Bucolicis.

Non canimus ſurdis, reſpondent omnia ſyluæ.

Horatius:

Narrare putaret aſello.

Fabellam ſurdo,

Terentius in Heautontimorumeno: Nę ille haud ſcit, quam mihi nunc ſurdo narret fabulam.

Item T. Liuius de bello Macedonico libro 10. Quæ uereor, ne uanis auribus ceciderint. Aeſchylus in ἐπτὰ ἐπὶ Θήβας:

Ἤκουσας ἢ οὐκ ἤκουσας, ἢ κωφῇ λέγω, i.

An audiſti, an non audiſti? num ſurdo loquor?

Adluſit huc Ouidius Amorum lib. 3.

Quid iuuat ad ſurdas ſi cantet Phemius aures?
Quid miſerum Thamyram picta tabella iuuat?

Ortum uidetur à ridiculo caſu, quo ſæpe fit, ut hoſpes incidat in ſurdum, quem percunctetur multa, ridentibus ijs, qui ſurdum nouerunt.

Fruſtra canis.

Ἄλλως ᾅδεις. i. Fruſtra canis. Πρὸς κενὸν ψάλλεις, i. In uanum cantas. De ijs, q fruſtra ſuadent. A cantoribus dictum, qui, cũ ingrati ſunt auctoribus, inaniter canũt, cum à nemine audiantur, aut qui canunt, ſuo ſumptu, nihil auferentes præmij. Nam cantilenam Græci prouerbiali metaphora frequenter appellant orationem. Inde eſt illud in Euripidis Hecuba: Ἥξει τὶ μέλος, ideſt, Veniet aliqua cantilena. Et Eandem cantilenam canis, & Ad aures occinere, & παρὰ τὸ μέλος φθεγξάμενος, ideſt, præter cantum ſonans. Vſurpauit adagium hoc, acſimul expoſuit Lycophron poeta:

Τοὶ γὰρ ψαλάξεις εἰς κενὸν νάρας κτύπον
Ἀσίτα, καὶ ἀδώρητα φορμίζων μέλη. i.

Itaque ciebis irritos fidium ſonos.
Ieiuna, & in donata pulſans carmina.

Interpres addit prouerbium ad hunc etiam efferri modum: Εἰς κενὸν κρούεις τὰς χορδάς. ideſt, Fruſtra pulſas chordas. Sumptum autem à citharœdis, qui ſic canunt, ut nihil accipiant muneris, & domi cibum capiant, hoc eſt, ſuo ſumptu, ſuoq; uictu, quẽadmodum ait Plautus, alijs cantent. Niſi cui uidebitur ad apologũ Aeſopi referendũ, de tibicine fruſtra piſces inuitãte cantilenis. Nam audierat Arionis fabulã.

Lapidi loqueris.

Λίθῳ διαλέγῃ, Lapidi loqueris. Eũdem ſenſum habet. Et apud Terẽtium in ἑαυτ. lapis pro ſtupido, brutoq; homine ponitur aliquoties. Non inſcitum eſt, quod refert

Laertius: Cuidam interroganti, qua nam in re melior esset euasurus filius, si erudiretur, Si nihil aliud, inquit Aristippus, certe in theatro non sedebit lapis super lapidem.

Parieti loqueris.

Πρὸς τοῖχον λαλεῖς, i. Parieti loqueris. Et hoc quoque refertur a Græcis collectoribus. Effertur & ad hunc modum, Διὰ τοίχου λαλεῖν, i. Per parietem loqui. Dici consueuit, ubi quis rei quippiam faceret uehementer absurdæ. Fortassis ab amantibus sumptum: qui ad fores, ac fenestras, aut etiam parietes amicarũ perinde loquuntur nonnunquam, quasi sensus aliquis illis adsit. Plautus in Truculento vsurpat pro eo, quod est taciturõ loqui: Ego, inquit, ero paries, loquere tu.

Nugas agere.

LATINIS perinde: atq; Græcis tritum adagium, Nugas agere, pro eo, quod est, rẽ friuolã, ac nihil facere, seu frustra conari; λῆρον ληρεῖς, Atticis familiare, i. Nugas nugaris. Aristoph. in Nebulis, Socratẽ subtilium nugarum antistitem uocat, quasi friuolarum argutiarum auctorem, Σύ τε λεπτοτάτων λυρῶν ἱερεῦ. λῆρος μακρὸς dixit Galenus lib. περὶ διωάμεων φυσικῶν 2. Λῆρος ἡ μακρὸς ἐστὶν ἅπασα τῶν πόρων ὑπόθεσις εἰς φυσικὴν ἐνέργειαν. i. Magnæ igitur nugæ sunt omnis pororũ suppositio ad uim naturalẽ. Iucundius fit, cum refertur ad personam, uelut apud Athenæum li. 6.

Οἱ δὲ ποιηταὶ, φησὶ, λῆρος εἰσὶν. i.

Porro poetas nugas esse prædicat.

Dicunt & ὑθλεῖς, i. deliras, ac desipis, quẑ est translatum ab aniculis, quæ postea quã ætatis uitio cœperint desipiscere, futiles quasdam nugas blaterare solẽt. Ausonius ad Paullum:

Phœbus iubet uerum loqui.
Et si Pierias patitur lirare sorores,
Nusquam ipse torquet ἄυλακα.

In quibus uerbis obscurior est adlusio, ac prope inepta. Nã homo bilinguis pariter ad utrunq; sermonẽ, & duplicẽ nominis significatum respexit. Siquidem λῆρος Græcis nugas significat, & liræ, seu porcæ Latinis uocantur sulci. Nam agricolę primum proscindunt, deinde comminuunt glebas, postremo lirãt. Proinde subtexuit, nunquã ipse torquet ἄυλακα. Olim enim agricolatores delirare dicebantur, qui a recto sulcorum ordine deflecterent. Inde transumptum ad eos, qui desipiscunt.

In cœlum iacularis.

Ἐς οὐρανὸν τοξεύεις, i. In cœlum sagittam torques. Est apud Zenodotum, ac Suidam, de ijs, qui frustra laborant; aut qui audent eos lacessere, quos non possunt lędere. nihil enim ferire potest, qui in cœlũ torquet, nisi quod diuos uidetur petere. At non raro fit, ut iaculum in ipsum mittentem recidat.

Delphinum cauda ligas.

Δελφῖνα πρὸς οὐραῖον δεῖς, i. Delphinum cauda alligas. In eos, qui quippiam incassum conantur. Propterea quod Delphinus cauda sit lubrica, nec ea parte teneri queat, aut quod cauda sit ualida, cui agitatione fertur & naues aliquando subuertere, ut hac parte sit inuictus. Quadrabit & in eos, qui ea uia quempiam aggrediuntur, qua nequaquam possit superari.

Cauda tenes anguillam.

Απ' οὐρᾶς ἔγχελυν ἔχεις, i. Cauda tenes anguillã. In eos apte dicetur, q̃ bus res est cum hominibus lubrica fide, pfidisq;, aut qui rem fugitiuam, atq; incertam aliquam habent, quam tueri diu non possint.

Folio ficulno tenes anguillam.

HVIC diuersum est illud, τῷ θρίῳ ἔγχελυν, i. Folio ficulno anguillam, subaudiendum, tenes. Vbi quis, alioqui fugax, & lubricus, arctiore nodo tenetur, quam possit elabi. Nam fici folium scabrum est, ut cui nomen etiã inditum ab asperitate scripserit Plutarchus: atque ob id ad retinendam anguillam natura lubricam, uel maxime idoneum.

Medius teneris.

HVIC sententiæ confine est illud apud Aristophanem in Ranis, νῦν ἔχῃ μέσος, i. Nunc medius teneris. De eo, qui sic tenetur, ut extricare sese nulla ratione possit. Translatum a palęstritis, atq; athletis, qui, si quẑ mediũ corripuerint, facile uincunt. Sunt autem uerba Æaci ad Bacchum: Ἀλλὰ νῦν ἔχῃ μέσος. i. At nunc medius tenere. Eodem pertinet illud apud Terentiũ: Sublimem medium arripiere.

Delphi-

Delphinum natare doces.

Δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις, i. Delphinum natare doces. In eos competit, qui monere quempiam conantur in ea re, in qua cũ sit ipse exercitatissimus, nihil eget doctore. Nam Delphinus in natando perniciissimi impetus est, ita, ut non modo superet omne natalitium genus uelocitate, uerum etiam terrestrium animantium, ut auctor Aelianus libro duodecimo. Quin & nãues transilit, seq;, contento spiritu, teli in morem eiaculatur.

Aquilam uolare doces.

Αετὸν ἵπταται διδάσκεις. i. Aquilã uolare doces. Diuersa metaphora sentẽtiam eãdem declarat. Quod enim Delphini inter pisces, id Aquila inter uolucres. Quibus id etiam cõmune, quod uterq. παιδεραστὴς esse narratur. Allusisse uidetur huc Gregorius in epistola quadã ad Eudoxũ rhetorẽ, Τοὺς πολλοὺς ἐα χαίρειν, καὶ εἶναι κολοιοὺς πᾶσιν αἰετοὺς δοκιμάζοντας. Sine uolare uulgus, sine esse graculos, qui uolatũ aquilarum probent.

In eodem hęsitas luto.

TERENTIVS in Phormione: In eodem hæsitas luto. In eos competit, qui sic implicantur negotio cuipiam, ut se nequeãt extricare. A uiatoribus trãslatum, qui, simul atque in lutum inciderint, cum alterum pedem conãtur educere, altero altius immerguntur. Rursum, ut hunc extrahaut, alter quem eduxerant, denuo est infigẽdus. Eodem alludens Horatius:

Ne quidquam, inquit, cœno cupiens euellere plantam.

Huic simile est: In eodem hęsitarẽ vestigio. Q. Curtius lib. 4. Tertium diem metuẽs ãgues, iam armis suis oneratos in eodem uestigio hærere.

In aqua hæret.

VSVRPATVR huic nõ dissimile prouerbium à M. Tullio lib. Officiorum 3. Dicit ille quidẽ multa multis locis, sed aqua hæret, ut aiunt. Significat autem Epicurũ parum secum in disputando constare, seq. ipsum inuoluere, dum ea, quæ dicit alibi, pugnant cum ijs, qui dixit alibi, atque ita quasi fluctuare, neque in solido consistere. Id quod euenire solet ijs, qui, cum aberrẽt a uero, uerborũ fucis rem inuoluunt. Trãslatum apparet uel a fluitantibus, qui, uado destituti, huc atque illuc iactantur; quoq. magis se commouent, hoc maiore periculo laborant. Aut certe ab oratorum clepsydra, de qua menimimus alibi, ut eum in aqua hærere dicamus, qui sese, destillata iã aqua, tamen è caussa non potest expedire. Cicero ad Q. Fratrem li. 2. Quod idibus, & postridie fuerat dictum de agro Campano actum iri, non est actum. In hac caussa mihi aqua hæret. Incertum, utrum significet, eam actionem integram sibi relinqui, aut caussam esse inextricabilem. Huc referendum illud, quod paullo superius ex Quintiliano citauimus. Et laboratã, cõgestamq. dierum, ac noctium labore actionem, aqua deficit. Nec abhorrent ea, quæ post dicemus in prouerbio, Hæret in uado.

Multa cadunt inter calicem, supremaq; labra.

SVLPICIVS Apollinaris grãmaticus apud Aulum Gellium in noctibus Atticis lib. 13. 17. duo quædam adagia notat, alterum Græcum, alterum Latinum, quorũ amborum eadem sit sententia. Græcus est uersiculus, inq̃t, hexameter παροιμιώδης.

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. i.

Multa cadunt, inter calicem, supremaq; labra.

Quo monemur, nihil tam certum sperari, neq. quidquam tam esse uicinum, quod non repentinus aliquis casus queat interuertere. Adeoq; non esse tutum uenturis fidere, ut uix etiam illa sint certa, quæ manibus tenemus. Originem adagii quidem ad huiusmodi fabulam referunt. Ancæus Neptuni, & Astypaleæ Phęnicis filius, cũ uitem sereret, grauiterq; ministris instaret, urgeretq;: quidam, operis tædio commotus in herum, negauit futurũ, ut ex ea uite herus unquam uinum gustaret. Post, ubi uitis prouenisset feliciter, atq. vuę maturuisset, herus exultans, ac gestiens, seruum eundem accersit, atque, ut sibi uinum infundat, iubet. Deinde, iam calicem admoturus ori, seruo, quæ dixisset, redegit i memoriam, quasi uanam exprobrans diuinationem. At ille sententiam hanc hero respondit. Inter calicem, ac summa labia, multa posse interuenire. Seruili sententiæ fauit euentus. Nam inter loquendũ priusquam

quam ille uinum hauriret, alter quidam minister ingressus, nunciat uinetum ab apro quopiam immani uastari. Quibus auditis, Ancæus, deposito poculo, protinus in aprum fertur, à quo inter uenandũ percussus interijt. Vsurpauit hoc adagii Lycophron in Iambicis.

Ἐγὼ δ' τλήμων σὺν κακῷ μαθὼν ἔπος
Ὡς πολλὰ χείλους καὶ δι' παστραίων πόσις
Μεσῷ κυλίνδει μοῖρα παμμήτωρ ἐρόσῃ.

i. Miser ast ego meo dicta cognoscẽs malo,
Vt plurima inter poculum, ac labrũ solet
Vertisse fatum, res agens mortalium.

Interpres citat Aristotelem auctorem, qui & ipse de Ancæi fabula meminerit, in qua illud uariat, Ancæo, uitem instituẽti, uatem accersitum quempiam prædixisse, non futurum unquam, ut ex ea uinum gustaret, &, expresso in calice uino, uatem irrisisse tanquã ψευδόμαντιν. Reliqua cõueniũt cum ijs, quæ ex aliorum retulimus commentarijs. Festus Pompeius ab augure quopiam uicino, qui forte præterierit, prædictum indicat. Lycophrõ autem alio detorsit, nempe ad Agapenorem patrem, & Ancæum, Actoris, & Eurythemistidis filiũ, & ad aprũ Calydoniũ. Dionysius apud Zenodotũ, mauult parẽmiam ad Antinoũ referre, de quo meminit Homerus i Odyssea 21. Is Antinous erat unus ex procis Penelopes, cui, poculum tenenti, iamq. bibere paranti, Vlysses iugulum telo transfixit. Atque ita manibus elapso poculo, concidit, atque interiit. Sed non ab re fuerit, Homericum carmen adscribere:

Ἠ, καὶ ἐπ' ἀντινόῳ ἰδνώθετο πικρὸν ὀϊστὸν.
Ἠ τοι ὁ καλὸν ἄλεισον ἀναιρήσεσθαι ἔμελλε,
Χρύσεον, ἀμφωτον, καὶ δὴ μετὰ χερσὶν ἐνώμα
Ὠφρα πίοι οἴνοιο. φόνος δ' οἱ ἐκ ἐνὶ θυμῷ
Μέμβλετο, (τίς κ' οἴοιτο μετ' ἀνδράσι δαιτυμόνεσσι,
Μοῦνον ἐπὶ πλείονεσσι, καὶ εἰ μάλα καρτερός εἴη,
Οἶ τάδ' ἔξειν θάνατόν τε κακὸν καὶ κῆρα μέλαιναν
Τὸν δ' ὀδυσεὺς κατὰ λαιμὸν ἐπὶ χόμβους βάλε ἰῷ.
Αὐτικρὺ δ' ἀπαλοῖο διὰ αὐχένος ἤλυθ' ἀκωκή,
Ἐκλίνθη δ' ἑτέρωσε, δέπας δ' οἱ ἔκπεσε χειρὸς
Βλημένου αὐτίκα δ' αὐάνα ῥῖνας πα-
χὺς ἦλθεν
Αἵματος ἀνδρομέοιο. i.
Telũ, hęc fatus, i Antinoũ cõtorsit amarũ.
At pulchram is pateram iam iam tollebat, vtrinq;
Auritam, atque auro nitidam: iam iamq; manu illam
Admotabat uti bibere: neq. pectore cẽdẽ
Voluebat pauido (quis enim fore crederet vnquam,
Vnus ut in tãto cõuiuarũ agmine, quãq;
Viribus anteeat, mortẽ sibi, nigraq. fata
Moliretur) at huic iugulũ cõfixit Vlysses
Tollenti caliçẽ, iaculũ penetrauit acutũ,
Et contra è ceruicibus exijt ærea cuspis.
Voluitur in latus ille, calix simul excidit icto
E manibus: mox inde cruor de naribus ingens Emicat.

Nec alienum est hoc loco meminisse, quod Iulio Cæsari uelut exprobranti uaticinij uanitatem, responsum est: Venisse Calendas Martias, non etiam præterisse.

Inter os, & offam.

LATINVM est huiusmodi, Inter os, & offam. Quod à cibis sumendis sumptum est, quemadmodum Græcanicum illud à potu. Nam olim Romani uictitabant offis, ut testis est Valerius Max. Itaque perinde ualet inter os & offam, quasi dicas inter os & cibum. Porro prouerbiũ refertur apud Gellium ex oratione quadam Catonis, de ædilibus uitio creatis, his quidem uerbis: Nũc ita aiunt, in segetibus, & in herbis bona frumenta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Sæpe audiui, inter os & offam multa interuenire posse. Verum inter offam, atque herbam, ibi vero longum interuallum est. Festus ita refert adagium, Inter manum, & mentum.

Ita fugias, ne præter casam.

EXTAT apud Terentiũ in Phormione cum primis uenustum adagium: Ita fugias, ne præter casam: quo quidẽ admonemur, ne sic aliquod uitiũ fugiamus, ut in aliud maius incauti deuoluamur. Nostraprte culpa facimus, inquit, ut malos expediat esse, dum dici nimium nos bonos studemus, & benignos. Ita fugias, ne præter casam, quod aiunt. Verba sunt Demiphonis senis, semet accusantis, quod, dum auari famam plus satis cupide fluderet effugere, stulti reprehẽsionem incurrisset. Donatus adagii metaphoram hũc ad modum enarrat,

rat, si modo commẽtum hoc Donati uidetur esse. Ita fugito, ne tuam casam prætermittas, quæ sit tibi tutissimum exceptaculum. Aut ita fugias, ne præter casam, ubi custodiri magis & prehendi fur, & mulctari uerberibus potest. Aut uerbum erat, inquit, furem exagitantis, & interea prouidẽtis, ne ante casam transeat, ne in prętereũdo etiam inde aliquid rapiat. Hanc ueluti diuinationem, incerta, ac uaria coniectantium quis ferret, nisi uideremus & iuris interpretibus & Græcorum adagiorum enarratoribus hunc eundem esse morem? Prima interpretatio nobis magis arridet. Quidam enim calore fugiẽdi, etiam ea prẽter currunt, ubi commode poterant quiescere. Quod unica uoce Græci παραφέρεσθαι uocant, id est, perperam præterire, ac praeruehi, ab eo, quod amplectendam erat, aberrantem. Opinamur ad hoc adagium respexisse Lucianũ in Nigrino, cũ scribit, καὶ τοῦτο δ' ἐν ταῖς τραγῳδίαις, καὶ κωμῳδίαις λεγόμενον, ἤδη καὶ παρὰ θύραν βιαζόμενοι. i. Et hoc, qd in tragẽdiis, & comẽdijs dicitur, Iam & præter casam inicitati.

Euitata Charybdi in Scyllam incidi.

Τὸν χάρυβδιν ἐκφυγὼν, τῇ σκύλλῃ πεσεῖν. Iambici sunt dimetri ἀκέφαλοι, quos casu sne effuderit, an ars finxerit, incertũ. Horum hic est sensus. Euitata Charybdi, in Scyllam incidi, hoc est, dum uito grauius malũ, in alterũ diuersum incidi. Sumptum adagium ab Homerica fabula, quæ narrat, Vlyssem, dum metu Charybdis propius ad Scyllam nauem admouet, sex è comitũ suorum numero perdidisse. Quidam aiunt Scyllam Nisi, Megarẽsium Regis, fuisse filiam, quæ propter aureũ crinem ademptum patri, in monstrũ hoc marinum conuersa sit, ut meminit Pausanias in Corinthiacis. Cui uidet assentiri Virg. in Bucolicis, cum ait:

Quid loquar, aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est
Candida succinctam latrantibus inguina monstris,
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis?

Seruius indicat, Scyllam Phorci, & Crateidis nymphæ filiam. Hanc cum amaret Glaucus, Circe, quæ illius amore tenebatur, quod eum in Scyllam propensiorem esse uideret, fontem, in quo nympha laua re consueuerat, magicis uenenis infecit. In quem cum illa descendisset, pubetenus in uarias mutata est formas. Nam id Circę peculiare, in ferarum figuram homines uertere. Horrens itaque suam deformitatem, se se in mare præcipitem dedit, ac fabulę prębuit argumentum. De rei ueritate, diuersa est scriptorum opinio. Sallustius putat esse saxum in mari prominens, quod procul uisentibus muliebrem formam imitetur, in quod illisi fluctus, quoniam & luporum eiulatum, & canum latratum uidẽtur imitari, finxerunt illam à pube huiusmodi feris succinctam esse. In Græcorum commentariis inuenimus, triremem fuisse quãdam miræ pernicitatis, cui nomen fuerit inditum Scillæ, παρὰ τὸ σκυλδύειν, quod hac grassantes piratæ marẽ Tyrrhenũ, ac Siculum infestarent, reliquasq. naues, quotquot præteriissent, dispoliarent, atque hinc natam fabulam. De Charybde uero narrant poetarum fabulæ, hanc fęminam fuisse uoracissimã, quę, quod Herculis boues rapuisset, à Ioue fulmine icta, in mare præcipitata est, & in huiusmodi uersa monstrum, quod adhuc pristinam seruat naturam. Absorbet enim uniuersa, quæq. absorbuerit, ea circa Tauromenitanum egerit litus, ut Sallustius est auctor. Vnde tanquam prouerbio scortum uorax, & auiditatis nunquam satiatæ, Charybdim appellat Horatius:

-Ah miser
Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flamma.

Seruius ait Scyllam in Italia esse, Charybdim in Sicilia. Virgilius in Aeneidos lib. 3. transitum hunc inter duo pericula angustum eleganter describit,

Hęc loca, inquiens, ui quondam uasta cõuulsa ruina
(Tm̃ęui lõginqua ualet mutare uetustas)
Dissiluisse ferunt, cum protinus utraque tellus
Vna foret, uenit medio ui pontus, & undis
Hesperium Siculo latus abscidit, aruaq. & urbes
Littore diductas, angusto interluit æstu.
Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis
Obsidet. Et idem alibi,
Inter utranq. uiã leti discrimine paruo,
Ni teneant cursus.

Homerus

Homerus Odyssea M. periculum utrunq; multis uerbis describit, facitq; Circen admonentem Vlyssem, ut ad Scyllam potius inflectat cursum, quam ad Charybdim, propterea quòd præstet sex è socijs deside rari, quam pariter omnes interire, declarans nimirum plus discriminis esse in Charybdi, quam in Scylla,

Μὴ σύγε κεῖθι τύχῃς ὅτε δοιβδήσειεν,
Οὐ γὰρ κὲν ῥύσαιτό σ' ὑπ' ἐκ κακὸς, εἰ δ' ἐνοσίχθων
Ἀλλὰ μάλα σκύλλης σκοπέλῳ πεπλημένος ὦκα.

Νῆα πάρεξ ἐλάαν, ἐπεὶ ἢ πολὺ φέρτερόν ἐστι
Ἑξ ἑτάρους ἐν νηὶ ποθήμεναι, ἢ ἅμα πάντας.i. Absit ut illic tum sueris, cum faucibus vndas
Illa resorbuerit, neque enim è discrimine tanto
Ipse vel eripiat Neptun°, verũ age Scyllę
Vicinus scopulo, celeri pteruche cursu,
Quandoquidem comites sex multo perdere prestat,
Quam ut semel exitium quotquot sunt, auferat omnes.

Adagio trifariã uti licebit, uel cum admonebimus, si quando in eas rerum angustias deuentum fuerit, ut citra dispendium discedi nõ queat, è duobus malis, id, quod leuius est, eligamus, uidelicet Vlyssis exẽplo, & magis in eã uergamus partem, ubi minus sit iacturæ. Quod genus, si quis pariter & de salute & de pecunia periclitaretur, malit propior esse pecuniæ, quã uitæ periculo, propterea quod facultatũ iactura vtcunque sarciri potest, uita semel amissa nunquã restituitur. Vel cum ostẽdemus negotium anceps, & periculosum, in quo summa moderatione fit opus, ut in neutram preces partem. Hic iam non habebitur ratie, utrum maius sit periculum: uerũ hoc tãtum intelligitur, ingens utrobiq; discrimen subesse. Prioris exemplum fuerit: Memento longe satius esse in dispẽdij Scyllam incidere, quã in ualetudinis Charybdim. Præstabilius est in rei pecuniariæ iacturam, uelut in Scyllã incurrere, quam in infamiæ Charybdim incidere. Posterioris hoc: Curãdũ, ut ita populo studeas, ne principis offendas animum. Caute, circũspectęq. rẽm gerito, memor tibi inter Scyllam, & Charybdim esse cursum. Tertius fuerit modus, si inuertas, hoc pacto. Dum parum eruditus uideri times, in arrogãtis opinionem incurristi: hoc est plane, quod dicitur, dum Scyllam uitas, in Charybdim incidisti. Celebratur apud Latinos hic uersiculus, quocunque natus auctore, nam in præsentia non occurrit:

Incidit in Scyllam, cupiens uitare Charybdim.

Fumum fugiens, in ignem incidi.

Κάπνόν γε φύγων, εἰς τὸ πῦρ περιέπεσον, .i. Dum uito fumum, flammã in ipsam decidi. Senarius est prouerbialis, superiori sententię finitimus. Lucianus in Necyomãtia, ἐλελήθειν ἢ ἐμαυτὸν ἐς τὸ αὐτὸ φάσι τὸ πῦρ ἐκ τοῦ κάπνου βιαζόμενος.i. Ignoraueram autem, quod iuxta prouerbium, ex fumo in ipsum ignem compellerer. Vtitur & Plato libro De repub. octauo, cũ ait, populum, dum recusat ingenuis seruire, quasi uitato fumo in flammam incurrere, uidelicet, ut seruis ẽt seruire cõgatur. Huc allusit Horatius, cum ait in Sermonibus:

-Nam frustra uitium uitaueris illud,
Si te alio paruum detorseris.

Et in arte poetica:

In uitium ducit culpæ fuga, si caret arte.

Plutarch°, περὶ δυσωπίας. Τῇ δ' δυσωπίᾳ συμβέβηκεν ἀτεχνῶς φεύγοντα κάπνον ἀδόξοις, εἰς πῦρ ἐμβάλλειν ἑαυτῷ.i. Ineptę aũt uerecundiæ illud haud dubie accidit, ut fumum fugiens infamiæ, in ignẽ conijciat sese, id est, in aliud maius.

Latum unguem, ac similes hyperbolæ prouerbiales.

Transversvm digitum, aut unguem discedere, frequẽter est apud Ciceronem, pro eo, quod est, quam minimo spatio. Fit autẽ festiuior metaphora, quoties his uerbis perfectam imitationem, ac plenum undequaq; consensum significamus, ut Academicarum quæstionum lib. 2. Ab hac regula mihi non licet transuersum, ut aiunt, unguem discedere. Ibidem: Vbi enim aut Xenocrãtem sequitur, cuius libri sunt de oratione loquendi, multi & multum probati: aut ipsum Aristotelem, quo profecto nihil est acutius, nihil politius? A Chrysippo pedem nunquam. Loquitur de Antiocho, qui, reliquis cõtemptis, Chrysippum pet omnia sequeretur. Rursus Academicarum quæst. lib. 2. Quibus cõcessis digitum progredi non possunt. Idem ad Atticum:

Mihi

Mihi certissimum est, ab honestissima sententia digitum nunquam. Rursus ad eundem libro 13. Curandum est, atque hoc in omni uita sua quenque, a nostra conscientia transuersum unguem non oportere discedere. Idẽ in Epistolis familiarib° : Vrge igitur transuersum unguem, quod aiunt, a stylo. Sunt illa quidem minus figurata, sed tamen prouerbialia, quæ loquitur Plautinus Euclio in Aulularia. Si tu hercle ex isthoc loco digitum transuersum, aut unguem latum excesseris. Et Cicero in Verrem: Digitum non discedebant. Idem ad Atticum libro 13, epistola prima. Pedẽ adhuc è uilla egressi nõ sumus, ita magnos, & assiduos imbres habebamus. Idem Academicarum quæstionum libro 2. Non quęro ex his illa initia Mathematicorum, quibus non concessis, digitum progredi non possunt. Metaphora partim sumpta uidetur ab ijs, qui tabulam, aut saxum, aut simile quippiam digitis latis metiũtur, quoties exquisitè rei modus spectatur, nam reliqua cubitis metiri solemus. Minima mẽsurarum, latus digitus est. Partim à iugerum mensoribus, qui stadijs, passibus, &, ut minima mensura, pedibus, soli spatium metiuntur. Vulgo etiam nunc dicunt: Culmum latum, simili figura, pro eo, quod est, ne tantulum quidem.

Pedem ubi ponat, non habet.

Vnde & illa prouerbialis hyperbole ducta uidetur apud Ciceronem frequens: Pedem ubi ponat non habet, pro eo, quod est, ne tantillum quidem agri possidet. lib. Episto. ad Atticum 13. Ariobarzanis filius Romã venit: vult, opinor, regnum aliquod emere a Cæsare. Nam, quomodo nunc est, pedem ubi ponat, in suo non habet. Idem Philippicarum secunda: Quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneres? Rursum libro 7. ad Atticum: Pedem in Italia uide nullum esse, qui non in istius potestate sit. Idem lib. De finibus quarto. Quid enim sapientia? Pedem ubi poneret, non habebat, sublatis officijs omnibus. Cõueniet autem in hominem insignitè tenuem, atq. inopẽ, cui ne uestigium quidem pedis sit in agrorum possessionibus. Apud eundem est iocus in fundum, quẽ possis mittere funda.

Iterum eundem ad lapidem offendere.

Δὶς πρὸς τὸ αὐτὸ αἰσχρὸν εἰσκρούειν λίθον.i. Iterum ad eundem turpe lapidẽ impingere.

Senarius elegans, ac prouerbialis refertur a Zenodoto in collectaneis adagiorũ, Cicero Epist. fam. lib. 10. Culpa enim illa, bis ad eundem, uulgari reprehẽsa prouerbio est, Ouid. lib. Tristium secundo:

At nũc tãta meo comes est ísania morbo,
Saxa memor refero rursus ad icta pedem.

Vsurpatur ab Ausonio in epistola quadã. Etenim, inquit, poposcisti tu, ut tua epistola ad eundem lapidem bis offenderes. Ego autem, quæcunq. fortuna esset, semel eru bescerem. Est autem, Bis ad eundem lapidem offendere, iterum eadem in re peccare. Nam primus error, uel Græco adagio, ueniam meretur: iteranti culpam uenia dari non solet. Inter Græcanicas sententias celebratur & hæc:

Δὶς ἐξαμαρτεῖν ταὐτὸν οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ.i.

Sapientis haud est, bis in eodem labier.

Extat & Græcum epigramma, incertum cuius,

Εἴ τις ἅπαξ γήμας, πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει,
Ναυηγὸς πλώει δὶς εὐθὺν ἀργαλέον.i.

Altera connubium experto cui ducitur uxor,
Hic fracta repetit æquora sæua rate.

Fertur & Publianus Mimus, non alienus ab hac forma:

Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.

At Scipio sapienti ne semel quidem errare permittit, ut dicat, οὐκ ὤμλω, idest, nõ putaram.

Eadem oberrare chorda.

Horatvs in Arte poetica, sententiam haud dissimilem, dissimili metaphora extulit:

-Et citharœdus, inquiens,
Ridetur, chorda q. semper oberrat eadẽ.

A cantoribus ducta translatio est, quib. uehementer fœdum fit, in ijsdem fidibus sæpius peccare. In eos igitur concinnè dicetur, qui uel in simili re crebrius peccãt, uel culpam eandem iterum atque iterum committunt. Primus enim lapsus uel casui datur, uel imprudentiæ; iteratus stultitiæ tribuitur, aut inscitiæ.

Non tam ouum ouo simile.

Extant apud auctores aliquot similitudines

litudines adagia, quorum de numero est, Non tam ouum ouo simile, de rebus indiscretæ similitudinis. Cicero Academ. quæst.lib.2. Vides ne, ut in prouerbio sit, ouorum inter se similitudo? Tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures saluis rebus illis, qui gallinas alere quæstus causa solerent. Ij, cum ouum inspexerant, quæ id gallina peperisset, dicere solebant: Neque id est contra nos: nam nobis satis oua internoscere. Idem prouerbium refertur & a Fabio Quintiliano. Vsurpatur & à Seneca in libello, quem in Claudiũ Imperatorem lusit.

Non tam lac lacti simile.

IDEM pollet, & à Plauto usurpatur in Amphitryone: Neque lacte lacti magis est simile, quam ille similis est mei. Dicitur a Sosia de Mercurio, qui huius assumpserat figuram. Idem in Milite: Tam simile, quàm lacte lacti est. Lacte autem in recto a Plauto vsurpatur.

Non tam aquæ similis aquæ.

EANDEM vim obtinet, quod usurpat Plautus in Menæhmis. Nec aqua aquę, nec lacte lacti, crede mihi, usquam similius, quam hic tui est, tuque huius. Ad hanc formam & illud ex eadem scena. Tam con similis est, quam potest speculum tuum. Rursum in Milite. Nam è summo puteo si milior nunquam potest aqua aquæ sumi.

Quam apes apum simile.

HIS M. Tullius illud etiam adiungit in Academicis quęst. Vt similia sunt, & oua ouorum, & apes apum. Vbi iocatur in Democriti mundos, usquequaque similes inter sese. Simili forma dicunt, Quam ouis est oui similis.

Acanthia cicada.

Ἀκάνθιος τέττιξ, id est, Acãthia cicada. In indoctos, atq. infantes, aut musices ignaros torqueri prouerbio solitum. Auctor est Stephanus Byzantius, iuxta oppidum Ætolię Acanthum cicadas alibi uocales mutas esse, atque hinc ortum adagium, cuius auctorem citat Simonidem. Plin. Naturalis historiæ lib.11.cap.27. scribit in agro Rhegino cicadas omnes silere, ultra flumen in Locris canere. Idem testatur Pausanias libro rerum Eliacarum secundo. Strabo lib. Geographiæ sexto refert Rhęginum agrũ a Locrensi dirimi fluuio, cui nomen Alex. Cicadas autem, quæ in Locrensi uersantur ripa, sonantius stridere, cum in Rhegino sint mutæ. Huius rei hanc esse causam coniectat, quod Rheginorum regio, cum sit umbrosa, atque opaca, cicadarum pelliculas humore torpefaciat. Easdem in agro Locrensi, quod sit aprica, solis arefacta æstu, stridorem aptius emittere. Auget autem miraculum Rheginẽsium cicadarum etiam fabulosè celebrata uocalitas uicinarum: Nam idem Strabo Timæum citat auctorem, quondam in Pythiorum certamine Eunomum Locrẽsem, & Rheginensem Aristonem, in canendi certamen uenisse, Aristonem Apollinem inuocasse Delphicum, ut sibi canenti foret auxilio, quod a Delphis Rheginẽses olim essent profecti. Eunomus respondit, Rheginẽsibus ne certandum quidem omnino de musica, apud quos cicada uocalissimum animal uoce careret. Vtrisque certantibus, cum in Eunomi cithara una inter canendum chorda frangeretur, cicada superuolans astitit, ac uocem alioqui defuturam, suo cãtu supplęuit. Atque ita uictor declaratus, statuã citharædi posuit, cum cicada citharæ insidente. Huiusmodi ferme tradit Strabo.

Eadem pensari trutina.

EADEM pensari trutina, id est, eadem lege. Horatius in Sermon.

-Hac lege in trutina ponetur eadem.

Idem in Epistolis:

-Romani pensantur eadem
Scriptores trutina.

Conuenit cum illa iureconsultorum regula, Patere legem, quam ipse tuleris. Sine ut eo pacto tecum agatur, quo tu cũ aliis egeris. Persius,

-Examenque improbum in illa
Castiges trutina.

Huic simillimum, Ad eandem exigere regulam, ἴσῳ σταθμῷ, id est, æquali trutina, siue lance. Plutarchus, ἴσῳ σταθμῇ πᾶσιν ἡ κακία τεθειμένη μολυβδὶς ὥσε δίκτυον κατέπασσεν. i. Sed æqua lance oĩ bus, addita malitia ceu plumbum rete detraxit.

Zonam perdidit.

ZONAM perdidit. Castrẽse prouerbiũ in ἀχρημάτους, id est, eos, qui nihil habẽt num-

nummorum, à Græca quadam fabula tractum Acron admonet. Porphyrion à militum consuetudine, qui, quidquid habent, in zona secum portãt. Cuiusmodi sane hominem perquam uenuste describit Lucilius, citante Nonio:

Cui neque iumentum est, nec seruus, nec comes vllus:
Bulgam, & quidquid habet nummorũ, secum habet omne:
Cum bulga cœnat, dormit, lauat; omnis in vna
Spes hominis bulga, hac deuincta est cætera uita.

Nã Bulgam appellat Lucilius folliculũ, siue crumenam, & sacculum de brachio propendentem. Sic enim & Horatius:

Suspensi læuo tabulas, loculosq. lacerto.

Tametsi Festus Bulgam Gallicum uocabulum autumat. Consimili modo Gracchus loquitur apud Gellium. Cum Roma profectus sum, zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. Horatius in Epistolis: Ibit eò, quò uis, qui zonam perdidit. Plautus in Pęnulo. Tu, qui zonam nõ habes, qui in hanc uenisti urbẽ? aut quid quæris? In quibus Plauti uerbis duplex est allusio, & ad uestem Pęnorum more discinctam, & ad pecuniam, quæ in zona gestatur, citra quã in urbe sumptuosa non sat commode uiuitur. Pescennius Niger apud Spartianum uetuit, ne milites zonam secum deferrent in bellum, sed, si quid haberent pecunię, publice commodarent, recepturi post prælium: simul & ipsis luxuriei materiam eripiens, & hosti prædam, si quid aduersi euenisset. Est apud Lampridium in Alexandro: Miles non timet, nisi uestitus, calceatus, armatus, & habens aliquid in zona.

Cocta numerabimus exta.

COCTA numerabimus exta. Diomedes grãmaticus, vbi prouerbiũ definit, hoc exẽpli uice subiecit. Cuius hunc adscribit esse sensum, Ex euentu sciemus. Huic consinis color ille comicus. Res indicabit. Nam, ut ait Ouidius,

Exitus acta probat.

Et apud Græcos, αὐτὸ δείξει, id est, ipsa res indicabit.

Multa nouit uulpes, uerum echinus unum magnum.

Πολλὰ οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα. i.

Ars multa uulpi, ast una echino maxima.

Zenodotus hunc senariũ ex Archilocho citat. Dicitur in assutos, & uariis consutos dolis. Vel potius, ubi significabimus, quosdam unica astutia plus efficere, quã alios diuersis technis. Nã vulpes multi iugis dolis se tuetur aduersus uenatores, & tamen haud rarò capitur. Echinus, quem dicunt herinacem esse, (nã hoc loco de terrestri, non de piscẽ fit mentio) unica duntaxat arte tutus est aduersus canum morsus. Siquidem spinis suis semet inuoluit in pilę speciem, ut nulla ex parte morsu prẽdi queat. Citantur apud eundem Zenodotum huiusmodi quidam uersus ex Ione Chio, tragico poeta. Quos eosdem ex eodem citat in Sermonibus conuiualibus Athenęus è tragędia, cui titulus Phœnicia.

Ἀλλ' ἔν γε χέρσῳ τὰς λέοντος ἤνεσε,
Καὶ τὰς ἐχίνου μᾶλλον οἰζυρὰς τέχνας,
Ὃς ἔντ' ἐν ἄλλων θηρίων ὁσμὴν μάθῃ,
Σπρόβυλος ἀμφ' ἄκανθαν εἰλίξας δέμας
Κεῖται δακεῖν τε καὶ θίγειν ἀμήχανος. i.

Leonis artes in solo sane probo,
At magis echini cõprobo miseros dolos,
Qui simul odorem belluarum senserit,
Se contrahit spinis operto corpore,
Tutus iacens, morsuq;, tactuq; omnium.

Refertur prouerbium, ac simul ad carmen alludit Plutarchus in cõmẽtario, cui titulus, πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, χερσαῖα ἢ θαλάσσια, id est, utra animãtia prudentiora, terrestria, an marina. Eius uerba subscribã. τοῦ δὲ χερσαίων ἐχίνων ἡ μὴ ὑπὲρ αὐτοῦ ἄμυνα καὶ φυλακὴ παροιμίαν πεποίηκε.

Πολλὰ οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα.
Προσιούσης γὰρ αὐτῆς ὡς φασινοῖον
Σπρόβυλος ἀμφ' ἄκανθαν εἰλίξας δέμας
Κεῖται θίγειν τε καὶ δακεῖν ἀμήχανος. i.

Iam uero terrestrium echinorũ in tuenda, seruandaq; incolumitate sua, solertia prouerbia locum fecit.

Ars uaria uulpi, ast una echino maxima.
Siquidem cum illa aggreditur, quemadmodum aiunt.
Flexibile spinis corpus obuoluens suis,
Tutus iacet, sic, ut nec ore tangier
Vlla queat ratione, nec morderier.

Plutarchus, aut quisquis est eius operis auctor, uersibus intermiscuit sua quędam uerba, ne quis id errore nostro factũ suspicetur. Sed omnium copiosissimè huius animantis ingenium, & astutiã describit Plinius

nius libro octauo cap.37. Præparant, inquit, & herinacei cibos, ac uolutati supra iacentia poma, affixa spinis, unum non amplius ore tenentes portant in cauas arbores. Ijdem mutationem aquilonis in austrum, condentes se in cubile, præsagiunt. Vbi uero sensere uenantem, cõtracto ore, pedibus, ac omni parte inferiorem, qua raram, & innocuam habent lanuginem, conuoluuntur in formam pilæ, ne quid comprehendi possit præter aculeos. In desperatione uero urinam ex se reddunt tabificam tergori suo, spinisq; noxiam. Reliqua qui cupiet cognoscere, è loco, quem indicauimus, petat. Hæc ad prouerbii sensum potissimum attinebant. Celebre est & piscis echini ingenium, qui sæuitiam maris præsagiens, correptis lapillis operit sese, vt mobilitatem stabiliat pondere, ne nimia uolutatione atterat spinas, quod aspicientes nautę, pluribus mox anchoris nauigia infrænant. Auctor Pli. lib. 9. cap. 31. Vulpẽ autem uersipellem esse, uariis instructã artibus, cum alii complures apologi, tum ille peculiariter indicat, qui refertur a Plutarcho in Moralibus. Cum aliquando pardus uulpem præse contemneret, quod ipse pellem haberet omni genis colorum maculis uariegatam, respondit uulpes, sibi id decoris in animo esse, quod illi esset in cute. Neque uero paullo satius esse ingenio prę ditum esse uafro, quam cute uersicolore. Græci solertem, ac uariis armatum dolis, ποικιλόφρονα uocãt, & ποικιλομήτιν Latini uafrum, & uersipellẽ. Narratur & alius quidã apologus, ab hoc prouerbio nõ multum abludens. Cũ aliquãdo uulpes in colloquio, quod illi erat cũ fele, iactaret sibi uarias esse technas, adeo, ut uel perã haberet dolis refertã, feles aũt responderet, sibi unicam duntaxat artem esse, cui fideret, si quid existeret discriminis, inter confabulandum repente canum accurrentium tumultus auditur, ibi feles in arborem altissimam subsilijt, cum uulpes interim a canũ agmine cincta capitur. Innuit fabula, præstabilius esse nõnunquam unicum habere consilium, modo id sit uerum, & efficax, quam plures dolos, consiliaq; friuola. Veluti si quis pauper multiuugis artibus sollicitaret animum puellæ, diues autem unũ hoc haberet, quod est apud Ouidium, quãtum libet accipe, recte dixerit.

Πολλοῖ δ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα.

Simulare cupressum.

Horatius in Arte poetica:

-Et fortasse cupressum
Scis simulare, quid hoc? si fractis enatat expes
Nauibus, ære dato.

Acron prouerbium esse admonet, ortũ ab imperito quopiam pictore, qui præter cupressum nihil nouerat pingere. A quo cũ naufragus quidam petisset, ut uultum suũ exprimeret, ac naufragium suum depingeret, interrogauit ille, num ex cupresso uellet aliquid adiici. Res ea primum in iocũ, deinde etiam in adagionem abijt. Concinnẽ usurpabitur in eos, qui, quod didicerũt, id ubiq; intempestiuiter inculcant, cum ad rem nihil attineat.

Flamma fumo est proxima.

Apvd Plautum extat in Curculione. Flamma fumo est proxima. Commonet adagium, periculum maturè fugiendũ esse, quiq; malum euitare cupiat, ei uitãdã prius occasionem. Vt, qui corrumpi nolit, ab improborum abstineat consuetudine, qui cum puella cubare nolit, ne det osculum. Nam & illud protinus addit poeta: Fumo comburi nihil potest, flãma potest. Fumus enim indicium est flammæ mox erupturæ.

Ad restim res redijt.

Terentivs in Phormione: Opera tua ad restim mihi quidem res rediit planissime. Hoc adagio summa rerum desperatio significatur. Nam in hac solent quidam amẽtes ad laqueum confugere. Iuuenalis:

Ferre potes dominam saluis tot restibus ullam?

Eodem pertinet etiam illud. Suspendio deligenda arbor.

Paupertas sapientiam sortita est.

Πενία ὃ τ' σοφίαν ἔλαχε, i. Paupertas sapiẽtiam sortita est. Zenodotus citat ex Euripide. Alii tribuunt Aristoni. Ignaua est opulẽtia, uerum inopiam multarum artiũ reperturæ est, id quod ipsa iactat apud Aristophanem in Pluto, artium omnium inuẽtionem sibi uindicans. Virgilius:

-Labor omnia uincit

Improbus,

Improbus, & duris vrgens in rebus egestas. Ouidius:

Ingenium mala sæpe mouent. Persius:

Magister artis, ingenijq; largitor Venter.

Circumfertur hic quoque versiculus apud Græcos:

Πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος. i. Magistra multorũ improba existit fames.

Xenophon πενίαν appellauit σοφίαν αὐτοδίδακτον: ἀ γὰρ ἐκείνει τοῖς λόγοις πεῖθει, αὐτη τοῖς ἔργοις ἀναγκάζει. hoc est sapientiã, quæ citra doctorẽ contingit: etenim, quod hæc persuadet oratione, ad hoc illa re ipsa compellit. Theoc. in Piscator.

Α πενία διόφαντε μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει,
Αὐτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος. idest.

Vnica pauptas Diophãtes suscitat artes,
Ipsa laborandi doctrix, studijq; magistra.

Huc spectat & illud, qd Iuppiter aurei sæculi tã paratã rerum copiã summouit:

Vt uarias usus meditãdo extũderet artes.

Item Mimus ille non inelegans:

Hominẽ experiri multa paupertas iubet.

Potest & illuc referri prouerbiũ, quod uidem⁹ accidere, ut penes Midas, & improbos homines sit opulẽta, doctiq;que, probiq;que fere tenui sint fortuna. Qua quidem de re extant duo problemata, Aristotelis titulo: quorũ altero rogat, qui fiat, ut paupertas apud probos uiros plerunq; uersetur. Redditq; huiusce rei uarias causas, siue quod improbi per fas, nefasq; malunt parare diuitias, quam cum paupertate contubernium diutinum habere: proinde fugit illos, quibus uideatur maximorum flagitiorum occasio futura, ad illos deflectit, quos existimat sese recte, modesteq; usuros. Siue, quod inops & virium, & cõsilij, quippe fœmina, plus auxilij sibi futurum sperat apud πολυδάκρυας ἄνδρας, vt hẽt prouerbium. Siue, quod, cum ipsa sit mala, malos uitat, ne si πῦρ ἐπὶ πῦρ, i. malum accesserit malo, iam hac intolerabile, atq; immedicabile. In altero rogat, quid in causa sit, ut opes a malis fere possideantur, nõ item à bonis. An quia cæcæ sunt, inquit, & ob id errant in delectu? Hæc quoniam poeticen, aut sophisticen sapiunt magis, quàm philosophum, præsertim serium, uix videtur esse uerisimile, ab Aristotele fuisse profecta. Quod autẽ dixit de cæcis diuitijs, id sumptum est potissimum ex Aristophanis Pluto. Quo in loco Plutus, qui deus est diuitiarum, rogatus, unde cęcitatis malum obtigisset, respondit ad hunc modum:

Ο Ζεὺς μὲ ταῦτ' ἔδρασεν ἀνθρώπεις φθονῶν.
Εγὼ γὰρ ὢν μειράκιον, ἠπείλησ' ὅτι
Ὡς τοὺς δικαίους καὶ σοφοὺς καὶ κοσμίους
Μονὸς καθιοίμιν, ὅδ' ἐμ' ἐποίησεν τυφλόν
Ἰνᾶ μὴ διαγίγνωσκοι μοι τέτων μηδένα.
Οὕτως ἐκεῖνος τοῖσι χρηστοῖσι φθονεῖ. i.

Hoc me malo mulctauit ipse Iuppiter.
Rebus uidelicet inuidens mortalium.
Nam olim puer minabar id fore, ut ad probos,
Doctos, modestos, tũ adirẽ. at Iuppiter
Oculos in hoc ademit, ut ne quempiam
Horum liceret iam mihi dignoscere.
Adeo bonæ ille frugis inuidet uiris.

Hunc locum imitatus Lucianus in Timone, cõsimilia quædam de Pluto narrat, quem non cæcum modo facit, uerumetiã claudum: cæcum quidem semper, ac tum demum claudicantem, quoties ad bonos uiros mittitur, alias pedibus pernicissimis.

Ollę amicitia.

Χύτρης φιλία, Ollæ amicitia. In amicos istos vulgares quadrabit, quos patina, non beneuolentia conciliat. De cuiusmodi Iuuenalis:

Te putat ille suæ captum nidore culinę,
Nec male coniectat.

Hos arcanæ literę, mensæ amicos nominant. Plutarchus itẽ in libello, cui titulus: Quo pacto dignoscas adulatorem ab amico: id genus homines, αὐτολεκύθους καὶ τραμεζέας, vulgo dici solitos narrat, quod vẽtriculi, cibiq; causa diligant, non ex animo: quique tum præsto sunt, quoties audiunt, χεῖ χειρὸς ὕδωρ. Nam Aristophanes grammaticus apud Athenæum lib. 9. tradit lotionem manuum, quæ precedebat cęnam, uocari χεῖ χειρὸς, a cęna, νίψαντες. In eosdem, ni fallimur, dictum est illud a Menandro comico, citante Athenæo:

Οἱ δὲ κατὰ χειρῶν λαβόντες φειμένοσε φίλτατοι.

Manibus ut data est aqua, hærent tunc amici maxime.

Effertur ad hunc modum parœmia, ζῆ χύτρα, ζῆ φιλία, idest, Feruet olla, uiuit amicitia.

Antiquiora diphthera loqueris.

Αρχαίυτερα διφθέρας λαλεῖς, i. Antiqo

ra

ra diphthera loqueris. In eos quadrat, qui nugas narrant, aut de rebus nimium priscis, & iampridem obsoletis. Nam diphthera res quædam erat ex priscis illis fabulamentis relicta. Siquidem aiunt diphtherã pellem fuisse eius capræ, quæ Iouem lactarit, in qua creditum est antiquitus, illum omnia scribere, quę fierent. Vnde, quę nec in historicorum literis extarent, nec in hominum memoria seruarentur, ea uelut ex Iouis diphthera petita dicebãtur. Quin subinde apud Aristophanẽ, ἀρχαία παλαιά, id est, prisca, atque antiqua, pro nugamentis leges, quod antiquitas fere fabulosissima sit, opinamur, & ἀρχαϊκῶς, pro eo, quod est, deliräter, ac stulte. Simili modo uocamus κρονικά uetera, & obsoleta, desitaque. Sic apud Athenæum libro 7. quispiam, Arrianus, opinamur, ταῦτα σιτία κρονικά ἐστιν ὦ ἑταῖρε. id est, Istæc Saturnia sunt, o amice, cibaria. Poetæ fingũt Saturnum regno pulsum, & huius loco regnare Iouem.

Auribus lupum teneo.

Ex tar apud Terentium in Phormione. Antiphoni adolescenti uxor erat domi, quam nec eijcere poterat, veluqia non libebat, quod in eam deperiret, uel quod integrum non erat, cum esset iudicum sententiis addicta, neque rursum retinere quibat, propter patris uiolentiam. Et, cum a patruele felix diceretur, ut qui domi possideret id, quod amabat, Immo, inquit, quod aiunt, auribus teneo lupum. Nam, neque quo modo amittam a me inuenio, neque uti retineam scio. Moxque leno quasi referens parœmiam, ait sibi idem vsu uenire in Phędria, quem neque retinere poterat, qui nihil numerabat, neque repellere, quod esset improbe blandus, ac montes aureos polliceretur. Donatus Græcam parœmiã Græcis adscribit uerbis. Τῶν ὤτων ἔχω τὴ λύκον, ἐτ ἔχειν, ὀτ' ἀφεῖναι δύναμαι, id est, Auribus lupũ teneo, neque retinere, neque amittere possum. Suetonius in Tiberio. Cunctandi causa erat motus undique imminentium diseriminum, ut sæpe lupum tenere se auribus diceret. Plutarchus in præceptis ciuilibus, λύκον δ' φασὶν τὴ ὤτων κρατεῖν. id est, Aiunt lupum non posse teneri auribus, cũ homines hac parte maxime ducantur, nimirũ persuasione. Dicitur in eos, qui eiusmodi negotio inuoluũtur, quod neque relinquere sit integrum, neq. tolerari possit. Videtur ab euẽtu quopiam natum, ut alia pleraque. Aut inde certe, quod, vt lepus auribus quippe prælongis commodissime tenetur, ita lupus, quod aures habet pro corpore breuiores, teneri iis non potest, neq. rursum citra summum periculum è manibus dimitti, bellua tam mordax. Cæcilius apud A. Gellium li. 15. cap. 9. eandem sententiam, sed citrà metaphoram extulit. Nã hi sunt, inquit, amici pessimi, frõte hilaro, corde tristi, quos neque ut apprehendas, neque ut amittas scias. Huc adlusit Theognis, etiam si alienius.

Αργαλέως μοῦ θυμὸς ἔχει περὶ σῆς φιλότητος
Οὔτε γὰρ ἐχθαίρειν, οὔτε φιλεῖν δύναμαι. i.
Pectora nostra, tui quam mire amor afficit, ut quem
Nõ odisse queam, sed nec amare queam.

Vnde uidetur illud effictum.

Nec tecum possum uiuere, nec sine te.

Refertur & a M. Varrone pro exemplo adagionis. Auribus lupum teneo.

Necessarium malum.

Hvic finitimum est illud ἀναγκαῖον κακόν, id est, Necessariũ malũ, de iis, quos neque reijcere possis, quod quibusdam in rebus opus sit eorum opera, neq. commode ferre, quod uiri sint improbi. Natum uidetur ex Hybræa cuiusdam apopthegmate, de quo meminit Strabo lib. 14. Cum haberet Euthydamus tyrannicum quiddam, multis alioqui nominibus utilis ciuitati, ita, ut eũ uitiis uirtutes paria facere uiderentur, Hybræas orator in oratione quadã sic de illo locutus est. Malum es, inquit, ciuitatis necessarium. Nam nec tecum uiuere possumus, nec sine te. Alexander itẽ Seuerus Imperator, rationales, quos tollere decreuerat, posteaquam perpendisset eos citra Reip. incommodum tolli non posse, necessarium malũ appellabat. Huiusmodi fuit & P. Cornelius Rufinus, furax quidẽ & impendio auarus, sed idem egregius Imperator, a quo Fabricius Luscinus compilari maluit, quam sub hasta uenire, quemadmodum refert Gellius lib. 4. & Cicero de Oratore lib. 2. Torqueri poterit & in uxores, cum quibus incommode uiuitur, sed absque his Respub. omnino consistere non potest. Potest & ad rem accommodari. Veluti si quis dicat pharmacon, rem quidem molestam,

molestam, necessariam tamen. Euripides in Oreste:

Ἀνιαρὸν ὦν τὸ κτῆμ', ἀναγκαῖον δ' ὅμως.
i. Molesta cum sit res, necessaria tamen.

Non abhorret ab hac forma, quod Plinius scribit oraculo proditũ fuisse, lib. 18. cap. 6. Quonam igitur, inquit, modo vtilissime coluntur agri? Ex oraculo scilicet, malis bonis. Hoc uelut ænigmate significatum est, agros quàm minimo potest impendio colendos esse.

Non absque Theseo.

Οὐκ ἄνευ θησέως, i. Haud absq; Theseo: Cum significamus rem alieno auxilio cõficiri: Aut cum significamus rerum omnium communionem, ac societatem. Nam Zenodotus scribit, Theseum permultis uiris fortissimis, in certaminibus auxilio fuisse, qpe qui & Calidonio, auxiliatus & Pirithoo pugnanti cum Centauris, item Herculi cum Amazonibus belligeranti. Fabula de apro sic habet: Oeneus, Meleagri pater, cum de primitijs annui prouentus dijs libans, Artemidem præterisset, illa irata aprum immanem in agros Calydonios immisit, omnia populantem, ad quem conficiendum Oeneus præstantissimum quemque exciuit, præmijs ad id propositis. Inter multos certauit & Meleager, qui & belluam confecit, sed accersito ad auxilium Theseo. Reliquum fabulæ nihil ad prouerbij sensum attinet. De Pirithoo sic fertur: Pirithous, Hippodamiæ procus, Centauros, quod essent sponsæ cognati, conuiuio accepit. Qui simul atque mero incaluissent, sponsæ uim afferre cæperunt. Coorta pugna, Theseus, Pirithoo auxilium ferẽs, compluros centauros trucidauit. De Hercule sic narrant: Cum Eurystheus Herculi iniunxisse, ut Hippolytæ, Amazonum Reginæ, balteum adimeret, atque ille, pacta facturus, esset profectus, Iuno semper illi infesta, induta formam Amazonis, famam passim dissipauit, aduentare hospitem, uel uerius hostem, qui, uiolata regina, balteũ, quem gestabat, insigne regni, per uim eriperet. Quod ubi auditum esset, Amazones in Herculem parant arma. Hercules, ratus hæc nõ errore, sed dolo geri, Hippolyta occisa balteum abstulit. Deinde, quò magis ulciscereturAmazonas, bello eas adortus est, & oppressit, sed Thesei adiutus opera. Refertur hoc adagium & a Plutarcho in eius uita, significatque Theseum, sicuti dictum est, multis auxilio fuisse, tamẽ ex plerisque certaminibus nullum retulisse premium: atque huius rei citat auctorem Herodotum. Allusit ad prouerbium Aristides in oratione ad Thebanos de auxilijs: ἡ ὅτε τοίνυν ἡρακλεῖ φίλε ἐδίωσε, θησεὺς αὐτὸν ἀθήναζε ἀγαγὼν ἀνακτᾶται. i. Cumq; saue & ipsi Herculi opus esset amico, Theseus illum Athenas deductum refouet, refocillatq;. Proinde, quoties facinus aliquod alieno nomine celebratur, alterius tamen opera potissimum peractum, ueluti si quis librũ suo nomine publicet, in quo sit doctioris alicuius adiutus opa, concinnè notabitur hoc adagio: οὐκ ἄνευ θησέως, i. Non absque Theseo. Aut si quis dicat, nullam fortunam sibi iucundam esse posse ἄνευ θησέως.

Sphæra per præcipitium.

Erysmodi prouerbium refertur ab Eustathio in Iliados Homeri librum secundũ, ἡ σφαῖρα κατὰ φανῆς, i. globus per decliue, subaudiendum, uoluitur, aut mittitur. Perinde est, quasi dicas, currentem incitare. Nam sphæra uel suapte sponte facilè per locum decliuem deuoluitur. Nec male quadrabit in eos, qui uitæ genus aliquod nacti sunt, ad quod uidentur esse natura propẽsi, vt conueniat cũ illo, ἵππον εἰς πεδίον, idest, equum in planiciem.

Magis mutus, quàm pisces.

Αφωνότερος ἢ ἰχθύων, i. Magis mutus ipsis piscibus. Prouerbialis metaphora de uehementer infantibus, atque infacundis. Conueniet & in hominem immodicæ taciturnitatis. Horat. in Odis:

-Omnis quoque piscibus
Donatura cygni, si libeat, sonum.

Pisces enim nullã edunt uocẽ, exceptis perpaucis, inter quos canis marinus. Lucianus aduersus indoctum: μάλλον δὲ ἢ ἰχθύων ἀφωνότερος εἶ. i. Imò uero magis es mutus, q̃ pisces. Rursus in Gallo: πολὺ ἀφωνότερος ἔσομαι ἢ ἰχθύων. i. multo magis ero mutus, q̃ pisces. Vnde Plutarchus in Symposiacis existimat Pythagoricos a piscibus abstinuisse, quod hos quasi suę disciplinæ domesticos agnoscerent, propter ἐχεμυθίαν, idest, silentium, quod inter animantium genera piscibus est proprium.

Nam cęterorũ sua quibusq; uox est. Aues permultæ canoræ sunt: quædam & humanum sermonem referunt. Atq. adeo terrestrium quoq; manticora apud Ægyptios, si Plinio credimus. Solis piscibus nulla uox. Causam affert Aristoteles, quod his neq; pulmo sit, neq; arteria, neque guttur. Etiã si sint nonnulli, qui sonitũ quendã, ac stridorem edunt: quorum de numero sunt delphinus, lyra, chromis, uoca, (quẽ hinc dictum apparet quod vocem edat, Mercurio sacrum, prodidit Athenæus lib. 7.) pecten. Verum eum sonum non naturalibus organis uocis edi putat: sed uel attritu brãchiarum, uel ab interioribus, quæ sunt circa uentrem. Plutarchus existimat Græcis ἰχθῦς hinc appellari, quod uocem hẽat cõpressam. Et Lucianus in Halcyone: ἄφωνα γὰρ δὴ τάγε καθ' ὕδατος διαιτώμενα, i. Nam muta sane, quæ in aquis degunt. Athenæus lib. Dipnosophistarũ octauo, citat auctorẽ Mnaseam Patrensem, qui prodiderit, in Clitorio amne Arcadiæ pisces esse uocales. Item Philostephanũ, qui scripserit, in fluuio Aorno, qui Phenęum urbem interfluit, piscibus dictis poecilis uocẽ esse ferme qualis est turdorum. Tametsi Aristoteles adimit omnibus piscibus uocẽ, excepto scaphro, & porco fluuiatili. Veteres autem quemuis piscem uocabant ἔλλοπα, quod uocẽ edere non posset: ἴλλεδς siquidem est, εἴργεδς, i. cohiberi, & ὄψ uox. Vnde apud Theocritũ ἐλλοπιδεύειν pro piscari. Addit Athenæus, Pythagoricos a cęteris animantibus non prorsus abstinere, sed quibusdam ex his uesci, quædam etiã sacrificare, solos pisces nõ gustare, quasi sacros ob ἐχεμυθίαν quã Pythagoras docuit.

Turture loquacior.

Τρυγόνος λαλίστερος, i. Turture loquacior. In garrulos & impendio loquaculos homines dici solitũ. Sumpta metaphora ab auis natura, quæ non ore tantum, sed etiam postica corporis parte clamare fertur, ob id opinamur, quod uocem edens, etiã illam mouere uideatur. Citatur apud Zenodotum ex Plotio Menandri. Ælianus libro 12. cap. 10. meminit huius prouerbij, deque aue utraq; corporis parte loquaci. Theocritus in Syracusanis, mulieres quasdam loquaculas, turtures appellat.

Τρυγόνες ἐκ γαστρὸς πλατυάσδοισαι ἄπαυτοι.

Rana Seriphia.

Βάτραχος ἐκ σερίφου. i. Rana Seriphia. In homines mutos, & canendi, dicendiq́ue prorsus imperitos dicebatur. Inde natum, quod Seriphiæ ranæ in Scyrum deportatę non edebant uocem. In hunc modum collectanea Grecorum prouerbiorum decerpta è libris Didymi, Tarrhæi, & aliorum. Totidem uerbis Suidas. Et βάτραχος σερίφιος, i. rana Seriphia. Proditum enim est, in Seripho insula ranas mutas haberi. Meminit huiusce rei Plin. lib. 8. cap. 58. Cyrenis, inquit, mutæ fuere ranæ: illatis è continente uocalibus, durat genus earum. Mutæ sunt etiamnum in Seripho insula. Eædem alio translatæ canunt. quod accidere & in lacu Thessaliæ Sicẽdo tradunt. Quãquam in vulgatis exemplaribus cicadarũ Seriphiarũ mentio fit, non ranarum: sed germanam lectionem Hermolaus ex fide ueterum codicum restituit. Seriphus autem una est insularum, quas Græci σποράδας uocant. Non uidentur autem satis conuenire uerba Plinij cum Græcorũ commentarijs. Nam hic ait mutas esse in Seripho, illi negant uocem edere deportatas in Scyrum quasi in Seripho uocales, in Scyro obmutescerent. Verũ attentius intuenti rem, nihil est absurdi. Seriphus ranas habebat mutas. Eas ut rẽ prodigiosam deportabant in Scyrum, quas cum Scyrij mirarentur esse mutas, præter ingeniũ ranarum indigenarum, dicebant βάτραχος ἐκ σερίφου. Ea uox abijt in prouerbiũ.

Alij sementem faciunt, alij metent.

Ἄλλοι μὲν σπείρουσιν, ἄλλοι δ' ἀμήσονται, i. Alij quidem sementem faciunt, alij uerò metent. Quod citra metaphoram etiam ad hunc modum efferunt: ἄλλοι κάμον, ἄλλοι ἔνηντο, i. Alij laborarunt, alij perceperũt emolumentum. His simillimum est illud Fabij dictum apud Liuium lib. ab urbe condita 10. Quam arborem conseruisset, sub ea legere alium fructum, id indignum esse dicere. Hue allusit Hesiodus, cum scribit in Theogonia de Fucis:

Ἄλλόφριον κάματον σφετέρῳ ἐς γαστέρ' ἀμῶνται. idest.

Atque metunt uentrem in proprium sudorem alienum.

Theognis item:

Οὔτε

Οὔτε γὰρ ἂν προκαμὼν, ἄλλῳ κάμαλον μεταδοίης. i.

Ante tibi exhaustos alij ne trade labores.

Consimili figura dictum est a Diocletiano, nondum Cęsar. Ego apros occido, sed alter fruitur pulpamento. Refertur autem in illius uita ad hanc ferme sentẽtiam: Cũ Diocletianus apud Tungros in Gallia, in minoribus adhuc locis militans, in caupona quadam moraretur, & eũ Druiade quadam muliere familiarem consuetudinem haberet, illaq. parsimoniam hominis incusaret, ioco, non serio respondisse fertur, tum se fore liberalem, cum Imperator fuerit. Ad hoc illa: Noli, inquit, iocari, Diocletiane: plane Imperator eris, simul ac aprũ occideris. Quam quidem mulieris uocem ominis arripiens uice, studiose sectari cępit apros in uenatu: haud intelligens uide licet ominis ænigma, quod euentus postea explicauit. Nam Numerianus Imperator, factione Arrij Apri, soceri sui, interẽptus fuerat. Qua re prodita, milites Diocletianum uindicem creant, & Augustum consalutant. Ille itaque pro concione, quo Druiadis dictum expleret, Aprum manu sua confodit, addens Maronianum illud:

Æneæ magni dextra cadis.

Ceterũ interea dum adhuc priuatus ille multos apros confecisset, nec affulgeret usquam Imperii spes dicere solitum ferũt. Ego quidẽ apros occido, uerum alter fruitur pulpamento.

Aliena iacis.

Ἀλλόφρια βάλλεις, i. Aliena iacis. Quoties res parum ex animi sententia cadit. Trãslatum ab ijs, qui ludunt alea, quibus iacientibus interdum ea cadunt, quę mini me sunt ad uictoriam accommodata. Proinde, si quando frustratur nos spes, recte dicemus, ἀλλόφρια βάλλειν. Adagiũ refertur à Diogeniano.

Aliam quercum excute.

Ἄλλω δρυῶν βαλάνιζε, id est, aliã quercum excutere. In eos cõuenit, qui sine fine petunt aliquid, aut qui continenter ab eodem mutuum possulant. Hos hoc adagio licebit ablegare, ut, nobis omissis, aliorum aures suis precibus sollicitent. Parœmiam hinc natam putant, quod olim mortales glandibus uiciitabant, Cereris usu nondũ reperto. Has qui quercubus excussis colligebant, mercede ad id cõducti, balanistas, id est, glandium collectores, siue glandiarios, appellabant. Qui si quando circunspicerent, si quæ glandes etiamdum in arbore reliquæ essent, prætereuntes per iocum acclamabant: Aliam quercum excute. Eã uocem uulgus arreptam uertit in prouerbium. Non inconcinnè accommodabitur ad negotium relinquendum, ex quo iam nihil emolumenti potest capi. Aut mutandum amicum, qui iam vtilis esse desijt. Aut præceptorem mutandum, unde nihil est, quod amplius discas.

Nuces relinquere.

Nvcẽs relinquere, est, omissis studijs, ac nugis puerilibus ad grauiora, magisq. seria conuerti. Persius:

-Et nucibus facimus quæcunq. relictis,
Cum sapimus patruos.

Trãslata metaphora, uel a uenusta nuptiarũ cęrimonia, in quib. spõsus uxorẽ dicẽs nuces spargebat, utpote iã pueritię renunciãs. Ita Catullus in carmine nuptiali:

Da, puer, propere nuces.
Concubinæ nuces da.

Virgilius in Bucolicis ecl. 8.

Sparge, marite, nuces.

Quanquã Plin. lib. 15. c. 22. cãusas alias affert, quam ob rem nuces in nuptialibus cęrimoniis consueuerint antiquitus adhiberi. Sed ęstat ipsius referre uerba: Nuces, inquit, iuglandes, quanquã & ipse nuptialium Fesceninorum comites, multum pineis minores uniuersitate, eædẽq. portione ampliores nucleo. Nec nõ & honor his naturæ peculiaris, gemino protectis operimento, puluinati primum calicis, mox lignei putaminis. Quæ causa eas nuptiis fecit religiosas, tot modis fętu munito, qd̃ est uerisimilius, quam quia cadendo tripudium, sonumve faciãt, Festus item indicat, in nuptiis a pueris nuces spargi solitas, ut nouæ nuptæ, intrãti domũ nouo mariti, faustum esset auspicium. Addit Seruius, pueros catamitos, cum a turpi seruitio recederent, solitos nuces spargere, significãtes se posthac omnia puerilia spernere. Vel hinc igitur, uel certe a puerorũ lusibus, qui nucibus peraguntur, ductum prouerbium uideri potest. Nam, talis, ac nucibus olim lusitasse pueros, uel Horatius testis: cum ait:

-Te talos, Aule, nucesq́ue.

Proinde ad hanc prouerbii formã pertinebunt

bunt & reliquæ illæ figuræ: Nunquam à nucibus recedere, Redire ad nuces, Nuces abijcere, Nuces intermittere, Nucibus indulgere, Nuces repetere, atq; id genᵒ alia.

Bis pueri senes.

Δὶς παῖδες οἱ γέροντες, i. Bis pueri senes. Vna est ex illis prouerbialib. inscriptionibus satyrarum Varronis. Quadrabit in eos, qui, prouectiore cum sint ætate, tamẽ puerilibus quibusdam studijs intempestiuiter, atq. indecore detinentur. Aut in senes ætatis uitio desipiscentes, tanquam iterum in pueritiam reuolutos. Seneca, Nõ, inquit, bis pueri sumus, ut uulgo dicitur, sed semper: uerum hoc interest, quod maiõra non ludimus. Plato lib. De re publ. 1. Οὐ μόνον ἄρ' ὡς ἔοικεν, ὁ γέρων δὶς παῖς γίγνοιτ' ἂν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυστής. i. Nõ solũ igit̃ senex, ut vt̃, bis erit puer, sed ipse etiã temulentus. Aristophanes in Nubibus:

Φήσεις νομίζεσθαι σὺ παιδὸς τοῦτο τἀργοῦ εἶναι,
Ἐγὼ δέ γ' ἀντείποιμ' ἄν, ὡς δὶς παῖδες οἱ γέροντες. id est.

Pueri, inquies, tibi uideri facinus illud esse.
Respõdeo ipse cõtra, senes bis esse pupos.

Sophocles in Peleo:

Πηλέα τ' αἰάκειον οἶκτρὸς μόνη
Γεροντα γωγῶ κἀναπαιδεύω πάλιν.
Πάλιν γὰρ αὖ δὶς παῖς, ὁ γηράσκων. ἀνὴρ. i. Ego Peleum Æaco satum, pueri in vicẽ, Senem puella moderor, atque tempero. Nam iterum puer, quisquis senescit, redditur.

Theopõpus, Δὶς παῖδες οἱ γέροντες ὀρθῶς τῷ λόγῳ, i. Pueros bis esse senes, rectè dicit. Plato, Ἀρ', ὡς ἔοικε δὶς γέροντ' ἂν παῖς γέρων. i. Similis videtur bis seni puer senex. Antiphon.: Γεροντοτροφία προσέοικε παιδοτροφίᾳ, i. Senẽ nutrire, perinde est, quasi nutrices puerum. Lucianus in dialogo, cui titulus, Τὰ πρὸς κρόνον, Οὕτω γὰρ ἂν τὴν παροιμίαν ἐπαληθεύσαιμι, ἥφησι, πάλιν παῖδας τοὺς γέροντας γίγνεσθαι. i. Sic. n. fiet, ut uerũ uideat adagiũ, quo dici solet, senes rursum repuerascere. Huc pertinet, quod lib. De lingua Latina tertio scribit Varro, identidem in Atellanis, haberi pupum senem, quod Osci suaptè lingua uocẽt casnar. Nam ueteres pupum, puerum uocabant. Neque uero prouerbium ideo tantum esse dictum, quod senes ætatis culpa desipiscant: verumetiam, quod omnibus modis in senibus iam uelut exacta uita ad initium recurrere uideatur, quẽadmodũ scite dixit Aristoteles in problemate quodam, in quo quærit, quo nam pacto sint accipienda, quæ pri dicuntur, ac posteriora. Primũ enim redit albor simul, & raritas capillitij, quorum utrunq. pueris familiare: deinde balbuties, uelut altera infantia. Præterea gingiua exarmata dentibus, aut certe perpaucis, & eis uacillantib. instructa, quod & ipsum cum infantib. cõmune. Quinetiam sensib. omne corpus ad puerilem decrescit modum: consimilis uirium imbecillitas. Iam uerò cibi quoque consimiles utrique congruunt ætati. Postremo morũ ineptia, leuitas animi, & hoc ipsum, nihil sapere, in senibus infantiam quandam referre uidetur. Auctor est enim in Politicis Aristoteles, post annos duode quinquaginta ingenij uigorẽ euanescere. Quapropter Euripides in Bacchis ait,

Τὸ γῆρας ὑμῶν εἰσορῶ νεῦν οὐκ ἔχον,

Vestrã ubi senectã uideo mentis indigã.

Vnde fit, ut senes pueris mire delectentur, quasi similes iam ad similium amorem propensi.

Sexagenarios de ponte deijcere.

SEXAGENARIOS de ponte deijcere, est, natu maiores, perinde quasi deliros, & ad omne uitæ munus inutiles, in otium reijcere, atq. ab omni functione negotiorum relegare. Inde natum, quod olim sexagenarijs ferendorũ suffragiorum ius non erat, ætate uelut à publicis munijs dimissa. Vel quod olim iuuentus Romana, quo sola ferret suffragia, senes inualidos de pontibus præcipites dederit. Nam de põte suffragia ferri iam cęperant, atque ea sententia magis probatur Sisinnio Capitoni apud Festũ Pompeium, quam vulgata illa, qua putãt, post urbem à Gallis liberatam, ob cibatus inopiam sexagenarios in Tiberim de ponte deijci cœptos. Varro libro De vita patrũ secundo, honestam causam, religiosamq. patefacit: cum in quintum gradum peruenerãt, atq. habebant quinquaginta annos, tum deniq. erant publicis negotijs liberi, atq. expediti, & otiosi: Ideo in prouerbiũ quidã putant uenisse, Sexagenarios de põte deijci oportere, quod suffragiũ non ferant, quod per pontem ferebatur. Nonius Marcellus: Sexagenarios per pontem mittendos, male dici popularitas intellexit.

Macro-

Macrobius Saturnalium lib. 1. Adimere vis doctis uiris, in uerborum comitijs ius suffragandi, ac tanquam sexagenarios maiores de ponte deijcere? Ouidius in Fastis:

Pars putat, ut iuuenes ferrent suffragia soli,
Pontibus infirmos præcipitasse senes.

Vnde & depontani dicuntur senes, iam uelut emeriti, & a ciuilibus negotijs in otium remissi. Plato libro De legibus sexto, loquens de magistratu τῶν νομοφυλάκων, i. legibus seruandis præfectorum, non admittit ad eum magistratum gerendum minorem annis quinquaginta, nec sinit in eo perseuerare maiorem septuaginta: ut, si quinquagenarius magistratum inierit, uiginti annos eum administret: sin sexagenarius, decem duntaxat. Licebit autem vti prouerbio, uel in odium ætatis, tanquam ad nihil iam utilis, & ab omni uitæ munere relegandæ: uel simpliciter in eos, qui propter ætatis imbecillitatem rude iam donati sunt, ac solitorum munerum uacationem acceperunt.

Crambe bis posita, mors.

Δὶς κράμβη θάνατος, i. Crãbe bis, mors est. Plin. lib. 20. c. 9. inter brassicæ species, tertio loco refert & cramben. Dioscorides lib. 2. crambes tres species facit. Quarum prima, præterquam, quod alias ad multa remedia efficax est, etiam ebrietatis, & crapulæ incommoda tollit, si crudam edas ante cœnam ex aceto: ut indicauit M. Cato. Aristoteles in causa putat esse, quod, cum ipsa sit frigida, & succum habeat dulcem, ac discutientem, fit, ut uinosos humores in alnum detrahat, tenues humores in uesicam delabantur, ipsa in uentriculo remanens, corpus refrigeret. Atq; ita humoribus utrinque deductis, & refrigerato corpore, cessare crapulam. Inest autem peculiaris quædam uis crambes, obsistendi uino, ut, si in uinero seratur, uinũ proueniat dilutius. Proinde apud Ægyptios, & Sybaritas solenne erat, ante oia sumere cramben coctam: quibusdam mos erat ex amethystino uasculo crambes semen ante cõpotationem capere, quo citra periculum ebrietatis indulgere uino possent. Huiusmodi fere Atheneus lib. 1. addens illud, priscis cramben, ac raphanum pro eodem habita. Vnde Theophrastus prodidit, uitem etiamnum uiuam raphani odorẽ fugere. Verum, ut ad prouerbium redeamus; Suidas scribit illam antiquitus in conuiuijs adhiberi solere, uerum recoctam adeo nauseam afferre, ut Græcis in fastidij prouerbium abierit. Quoties enim rem iterũ, atque iterum repetitam non sine molestia significabant, dicebant δὶς κράμβη θάνατος, i. bis crambe mors: hoc est, κράμβη δίσσοφος, crambe recocta. Ad hoc adagij Politianus arbitratur allusisse Iuuenalem, cũ scribit in Satyra septima:

Declamare doces, o ferrea pectora Vecti,
Cum perimit sæuos classis numerosa tyrannos.
Nam, quæcunque sedens modo legerat, hæc eadem stans
Profere, atque eadem cantabit uersibus ijsdem,
Occidit miseros crãbe repetita magistros.

Cramben repetitam appellat declamationem maximo cum tædio iterum atque iterum audiendam. Finitimum est illi, qd̃ alio commemorauimus loco, ὁ διὸς κόρινθος, i. Iouis filius Corinthus. Contrarium illi, δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν. i. Bis & ter, quod est pulchrum. Quod enim per se præclarum, id uel decies repetitum, ut inquit Horatius, placere solet. Quod ineptum, id primo gustu commendatione nouitatis utcunque toleratur: cęterum iteratũ, haud iam ferendum, fastidium affert. Et tamen erat priscis admodum celebris hæc herba, adeo, ut nec religione careret, & ob hoc μάτις uocata: per eandem iurare nos erat, præsertim apud Iones, ναὶ μὰ τὴν κράμβην, ut hinc quoque fastidij prouerbium ortũ videri possit. auctor Athenæus libro Dipnosophistarum nono.

Ne Hercules quidem aduersus duos.

Μηδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο, i. Ne Hercules quidem aduersus duos, hoc est, Nemo vsq; adeo uiribus excellit, vt unus pluribus par esse possit. Neque indecorũ est cedere multitudini. Erit autem suauior metaphora, si significabimus neminem quantumuis eruditum aduersus duos in disputando sufficere: aut eundem hominem pluribus negotijs sustinendis non esse simul parem: aut non posse resisti precibus duorum rem eandem petentium. Poterit & aliam in formam uerti prouerbium, ad hunc modum: Si negant uel Herculem aduersus duos esse parem, qui nam ego tam imbecillis aduersus

uersus duos Hercules stabo? Quanquam obiter huius usum prouerbij, in operis huius uestibulo paucis ostendimus. Plato lib. De legibus undecimo: ὀρθὸν μὲν δή, πάλαι τε εἰρημένον, ὡς πρὸς δύο μάχεσθαι παντάσι, χαλεπὸν, καθάπερ ἐν τοῖς νόσοις, πολλοῖς τε ἄλλοισι. i. Verum est illud, & iam olim prouerbio celebratum, arduum esse aduersum duo, eaque contraria pugnare, quemadmodũ in morbis, alijsq; compluribus. Significat nobis esse geminã pugnã, tum aduersus diuitias, tum aduersus egestatem. Idem in Phedone usurpauit, ubi Socrati, per iocum hortanti, ut Cebetem, ac Symmiam confutet argumentatione, respõdet Phedon: ἀλλὰ πρὸς δύο σ' ἦρω κἠλῆς λέγεται οἷός τε εἶναι. i. At uero contra duos, ne Hercules quidem dicitur sufficisse, Eodem adlusit Catullus in carmine nuptiali, cum ait:

Noli pugnare duobus.

Hæc sententia tametsi non ijsdem uerbis aliquoties legitur apud Homerum, ut in Odyss. Y.

Χαλεπὸν γὰρ ἐρυκακέειν ἔνα πολλούς. i. Difficile, ac durum est, vnum compescere multos.

Telemachus ita loquitur de se, ac procis, Item Iliados E.

Αἰνείας δ' αὖ μέγα θάρσος πὲρ ἐὼν πολεμιστὴς
Ὡς εἶδεν δύο φῶτε παρ' ἀλλήλοισι μένοντε. idest,

Haud stetit Æneas alioq; strenuus armis,
Cõspexit simulatq; duos cõsistere iũctos.

Occasionem adagij uarie narrant. Quidam aiunt Molionidas adortos aliquando Herculem ex insidijs, atq; illum hominũ multitudine territum, non ausum contra resistere, sed fuga saluti consuluisse, idq; in vulgi sermonem abijsse. Vero propius est, quod refert Suidas, Herculem constituto certamine Olympiaco, fretũ uiribus suis, primũ ausum certare cũ duobus, & vtrosq; cõfẽcisse. Hos aiũt fuisse Cteaton, & Eurytũ, Neptuno patre, & Moliona matre prognatos. Deinde proxima Olympiade consimili modo congressum fuisse cum duobus quibusdam, atq; ab his fuisse superatum. Quamquam sunt, qui hos existiment fuisse Lęum, & Pherandrum, sed qui uicerint Herculem, non qui victi discesserint. At Plato in Euthydemo lõge diuersam ab his historiam adducit, putã Herculẽ cum hydra pariter, & cancro quodam immani, qui e mari emerserat, congressum, inferiorem discessisse, atq. ob id Iolai nepotis auxilium imploraſſe. In eo dialogo Socrates cum duobus fratribus sophistis, &, ut sunt illi, contumeliosis disputans, quasi cũ duobus monstris unus congressus, cum illi probro objiceret Dionysodorus, quod fugeret, neq; ad interrogata respõderet, ad hũc modũ respõdit: Εἰκότως γὰρ, εἴ πων ἐγὼ ἡττῶν γὰρ εἰμὶ καὶ τῶν ἑτέρων ὑμῶν, ὥστε πολλὼ δεῖ μὴ δύο φεύγειν. πολὺ γὰρ πῶ εἰμὶ φαυλότερος τοῦ ἡρακλέους, ὃς οὐ χοῖός τε λῶ τῇ τε ὕδρᾳ διαμάχεσθαι (σοφιστρία ὄσῃ καὶ δι' τοῦ σοφίαν ἀνιείσῃ εἰμίαν κεφαλὼ ἀποτμηθείη τοῦ λόγου, πολλὰς ἀντὶ τῆς μιᾶς) καὶ καρκίνῳ ἑτέρῳ τινὶ σοφιστῇ, ἐκ θαλάττης ἀφιγμένῳ, νεωστὶ μοι δοκεῖν, καταπεπλάνοτι. ὃς ἐπειδὴ αὐτοῦ ἐλύπει, ἵνα ἐκ τοῦ ἐπ' ἀριστερᾶ λέγων καὶ δάκνων, τοῦ Ἰόλαον τοῦ ἀδελφιδῶν βοηθὸν ἐπεκαλέσατο. ὁ δὲ αὐτῷ ἱκανῶς ἐβοήθησεν. ὁ δ' ἐμὸς Ἰόλαος πατροκλῆς εἰ ἔλθοι, πλέον ἂν θάτερον ποιήσειεν. i. Non iniuria, inquã, fugio. Nã, cum alterutri sim impar, cur non fugiam ambos? Equidem Hercule multo sum imbecillior, qui tamen pugnare pariter non ualuit & aduersum hydram sophisticam, cui propter sapientiam pro uno sermonis capite amputato multa repullulabant, & aduersum cancrum sophistam quendam è mari profectum, & nuper, ut arbitror, aduectum. A quo cum Hercules ad sinistram angeretur, uerbisq; acriter morderetur, ne potis sui Iolai auxilium implorauit, qui abunde illi succurrit. Meus autem Iolaus Patroclus si uenerit, magis alteram certaminis partem sustineret. Mordaci videlicet allegoria, Socrates è fratribus sophistis alterum hydram, alterum cancrum nominat; se Herculem, Ctesippum, Iolaum.

Vnus uir, nullus vir.

Εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνὴρ, i. Vnus quidẽ vir, nullus est. Sensus est, nihil egregium prestari posse ab uno homine, omni auxilio destituto. Huc pertinet, qd ait Euripides in Heraclidis: μιᾶς γὰρ χειρὸς ἀδεινὴς μάχη. i. Nam solitarię manus inualida pugna ẽst. Item illud eiusdem: εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ. i. Vir unus haud uidet omnia. Poterit ad uarios usus deflecti prouerbium; uel ad insuauem uitam, si non adsit conuictor amicus: uel ad iudicium haudquaquam uni committendum: uel ad studium literarum, quod citra socium, & eiusdem, ut aiunt,

aiunt, æmulum Musæ, plane friget: uel ad quoduis denique peragendum negotium, quod citra alterius adminiculum commodẽ confici non queat. Adagii mentionem facit Zenodotus.

Asinus inter simias.

Ὄνος ἐν πιθήκοις, i. Asinus inter simias. Vbi quis incidit in homines nasutos, & cõtumeliosos, ipse stolidus, a quibus impune rideatur. Extat apud Aulum Gellium lib. 2. c. 23. apud quem Menander comicus in fabula, cui titulus, Plotium, maritum, de uxoris iniuria querentem inducit his uerbis: ὄνος ἐν πιθήκοις τοι, τὸ λεγόμενον ἐστὶ δὴ τοῦτο. id est, Asinus inter simias, uulgo q aiunt, sane istud. Constat autem, simiam animal esse petulantissimum, adeo, ut non uereatur etiam leonem per lasciuiam agitare, natibus illius affixa. Quin & & hodie uulgo simile quiddam dicunt, Noctua inter cornices, ubi stupidior aliquis in homines petulantes, ac dicaces incidit. Nihil autem uetat, quo minus generaliter usurpetur, ubi quis in negotium incidit uehemẽter molestum, aut in infortuniũ aliquod, unde se non queat extricare.

Asinus inter apes.

Ὄνος ἐν μελίσσαις, i. Asinus inter apes. Consimilem habet cũ proximo sensum. dici solitũ, ubi quis infeliciter incidit in homines improbos, atque importunos. Metaphora per se liquet. Quãquam adagium ab euentu quopiam natum uideri potest. Meminit Suidas.

Asinus in unguento.

Ὄνος ἐν μύρῳ, i. Asinus in unguento. Cũ deliciæ adhibentur ijs, quos haudquaquã decent, neq. qui uel uti norunt illis, uel delectantur. Nam asinus culmos, ac fœnum mauult, quam aurum, uel unguẽtum, quo etiã offenditur. Locus fuerit huic adagio, si quando indoctus aliquis in optimos incidat auctores, quos ob inscitiam aut negligat, aut etiam deprauet. Siue cum amusso cuipiam cum eruditissimis uiris uiuere cõtigerit, quorum tamen consuetudine neq. frui nouerit, neque omnino gaudeat. Refertur à Diogeniano prouerbium.

Neque cœlum, neque terram attingit.

Οὔτε γῆς, οὔτε οὐρανοῦ ἅπτεται, i. Neq. cęlum, neque terram attingit. De rẽ uehemẽter absurda, atque aliena, quæq. nulla uicinitate pertineat, ad id, de quo agitur. Lucianus in Pseudomãte: ὄκτω μοι χρησμοὺς ἔπεμψεν, οὔτε γῆς φασὶν, οὔτε οὐρανοῦ ἁπτομένους. i. Octo mihi misit oracula, sed quæ neq. cęlum, ut aiunt, neq. terram attingerent. Aristides in Cimone leuiter alludẽs ad prouerbium, indicat metaphoram sumptam ab ijs, qui in medio pendent aere, utrinque liberi.

Nihil ad uersum.

Οὐδὲν πρὸς ἔπος, i. Nihil ad carmen. De ijs, qui longe diserepant ab ijs, qa proposita sunt. Translatũ uidetur a scena, ubi histrio saltatu, gestuq; carminis genus repręsentat. Et haud scimus, an alius fuerit, qui recitaret uersus, alius, qui gesticularetur. Apparet. n. unum aliquem fuisse recitatorẽ, cuius est illa uox in calce comędiarum: Calliopius recensui. Nec alioqui apparet, quorsum pertineat, quod admonet Cicero ab histrione deligi fabulam, ad q̃ natura sit appositus, quod in prologo Comędiæ Terentianæ, qui prologum dicit, quæritur clamosas fabulas ad se deferri, minus laboriosas ad alios. Qd̃ si saltatio parũ respõdisset ad numeros carminis, aiebant: Οὐδὲν πρὸς ἔπος. Lucianus in Philopseude: Οὐδὲν πρὸς ἔπος ταῦτα φασὶν, οὐδὲ περὶ τούτων εἰρόμην. i. Ista nihil ad carmen, ut dici soler, neque enim de ijs interrogabam. Qui in choreis non responderet ad numerũ saltationis, eum ἀκρότητον appellabant. isq; ἀκροτεῖν ἔπος dicebatur. Andreas Alciatus, hoc sæculo non modo iuris Cæsarei, uerumetiã omnium studiorum decus, nec minus suspiciendus ob rarum quẽdam ingenii candorem, quam ob exactam omnium liberalium disciplinarũ peritiam, libro Dispunctionum suarum 2. consentit quidem nobis in sensu, usuque prouerbii, ceterum de origine nonnihil dissentit, mauultq. ab oraculis esse natum, quæ quondam carmine reddebantur, præsertim heroico; cuius inuentor fuerit Pythius Apollo. Græcis autem ἔπος dicitur, qd̃ ἕπονται τὰ πράγματα τοῖς χρησμοῖς. i. quod res oraculis respondeant. Hanc enim etymologiã affert Eustathius in principio Iliados Homericæ: unde probabilius esse iudicat Alciatus noster, quotiens euenirent,

nirent, quæ promissis, aut proposito, non quadrarent, dici solitum, οὐδὲν πρὸς ἔπος. Vsus est eo Vlpianus in Pandectis lib. 11. Tit. de interrogatorijs actionibus, cap. 12. Quod autem ait prætor, omnino non respondisse, posteriores sic acceperũt, ut omnino non respondisse uideatur, qui ad interrogata non respõdit, id est, οὐδὲν πρὸς ἔπος, p temere, ac de nihilo, siue abs re. Adducit hos uersus ex poeta, nescio quo:

Οὐδὲν πρὸς ἔπος ὤτως ἀνοήτως ἐκβαλῶ.
Πρὶν ἐκπύθωμι πᾶν τὸ πρᾶγμ' ὅπως ἔχει

.i. Adeo ne temere, & inscienter efferam,
Prius atque rem omnem, ut sese habet, cognouero?

Prior uersus Græcus constabit, si legas, pro ὤτως χ' ὤτως. Vsurpauit idẽ Aristophanes in Concionatricibus: quem locum retulimus prouerbio, Extra cantionem.

Nihil ad fides.

Οὐδὲν πρὸς τὴν χορδίλω'. i. Nihil ad chordam. In eos, quorum uita uehementer est inæqualis, quorumve mores ab oratione dissident. Lucianus De saltatione: καὶ μηδὲν ὡς φασι, πρὸς τὴν χορδίλω', ἕτερα γὰρ ὁ πους, ἕτερα δ' ὁ ῥυθμὸς λέγει. i. Nihil ad chordam, ut dici solet, nã alia pes, alia loquitur rythmus. Idẽ in Meretriciis: καὶ ὅτι εὖ πρὸς τὴν κιθάραν ὁ πους. i. Et quod pes probe responderet ad citharam. Plutarchus in commentario De uerecundia: ἐν δὶα τὴν τῶν ποδῶν πρὸς τὴν λύραν ἀμετρίαν, ὡς πλάτων ἔλεγε, καὶ πόλεις πότεσι καὶ φίλοι φίλοις διαφερόμενοι, ἔχματα δρῶσι τε καὶ πάσχουσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν περὶ τὰ νόμιμα καὶ δίκαια πλημμελίαν. i. Haud quaq; ob id, quod pes a lyra dissentiat, sicut ait Plato ciuitates cum ciuitatibus, amici cũ amicis cõflictãtes, extrema tum faciunt, tum patiuntur, sed qd circa leges, atq. æqtatẽ peccet. Locus aũt, quẽ citat Plutarchus, est in lib. De legib. septimo: ἀποδιδόντας πρὸ χορδᾶ τὰ φθέγματα τοῖς φθέγμασι, τὴν δὲ ἑτεροφωνίαν καὶ ποικιλίαν τῆς λύρας. ἀλλὰ μὲ μέλη τὴν χορδῶν ἱεισῶν, ἀλλὰ δὲ τὴν μελῳδίαν σιωθέντος, τὴν ποιητὴν, καὶ τὰ λοιπά. i. Reddentes uoces cum lyræ sono concordes. Porro uocis discrepantiam, diuersitatemque quoties alios modos edunt chordæ, alios is, qui cantilenam composuit, & cetera. Videtur ad hoc prouerbiũ allusisse diuus Augustinus in Epistola quadam ad Licentium: Aut si ego canto, inquit, tu autem ad aliam uocem saltas, nec sic quidem me pęnitet. Habet enim suam hilaritatem ipsa cantatio, etiam cum ad eam membra nõ mouet, cui plena charitatis modulatione cantatur.

Formica camelus.

Μύρμηξ ἡ κάμιλος, i. Formica camelus. De uehementer inæqualibus, & modo minimis, modo maximis, qd perinde sit, qua si repente camelus in formicam uertatur. Lucianus in prima epistola Saturnalium: ὡς ὃ νῦν ἔχομεν, μύρμηξ ἡ κάμηλος, ὡς ἡ παροιμία φησὶ. i. Nam, ut nunc uiuitur a nobis, formica camelus, quemadmodũ prouerbio dicitur. Loqtur de opibus inæqualiter inter mortales distributis, vt huic plurimum supersit, huic multum desit, Neq. intempestiue dicetur in eos, qui sibi non constant, in utranque partem immodici. Quod genus hominum describit Euripides in Troadibus:

Τὶς δ' ὦδε πηδᾷς ἄλλοτ' εἰς ἄλλους τρόπους
Μισεῖς ὃ λίαν, καὶ φιλεῖς ὃν ἂν τύχῃ. i.

Quid ita modo hos modo in hosce mores transilis?
Odisti acerbe, amasq; nimiũ quemlibet.

Os sublinere.

Os sublinere, pro eo, quod est, dare verba, & arte quadam illudere, reperitur aliquoties apud auctores. Nonius Marcellus tractum putat a ridiculo quodam lusus genere, quo dormientibus ora pinguntur. Plautus in Aulul. Fidei censebam maximam fidem esse. Ea subleuit os mihi pessime. Idem alibi: Os mihi probe sublitum est. Idem in Epid. Ego, si adlegassem aliquem, ad hoc negotium minus hominẽ, quam doctum, minusq; ad rem callidum, os sublitum esset. M. Varro. in Mysteriis apud Nonium: Æs defraudasse cauponem, bonam luto obliuisse, cum portitores æra induxere. Sophocles in Antig.

Ὁρῶσι χ' οἱ δὲ, σοὶ δ' ὑπίλλυσι σόμα. i.

Vident & hi, sed os tibi sublinunt.

Virg. item in carmine Bucolico, pueros inducit per lusum, Sileni faciem mori succo oblinentes.

-Iamq; uidenti
Sanguineis frontẽ moris & tempora pingit,

Ille

Ille dolum ridens, Quo uincula nectitis, inquit?

Dare uerba.

Dare uerba, passim obuium est apud omnes auctores, pro eo, quod est fallere. Persius quarta Satyra:

-Vt mauis, da uerba, & decipe neruos.

Terentius:

Cui uerba dare difficile est. Ouidius:

-Verba dat omnis amans.

Idem eleganter transtulit ad fallendas animi curas:

Detineo studijs animum, falloq; labores:
Experior curis & dare uerba meis,

Sed tum frequentiora, tum expositiora sunt exempla, quam ut operæ pretium sit ea persequi. Tantum illud admonendum, nonnihil Veneris accessurum prouerbio, si longius a simplici detorqueatur oratione, uidelicet ad fraudem, imposturamve, quæ uel citra uerborum fucos peragitur. Quod genus fuerit, si quis dicat mundum hunc dare uerba suis cultoribus, & alchimisticam, quã uocãt artem, dare uerba sui studiosis, & eum sibijpsi dare uerba, q sibi pollicetur haudquaquam speranda.

Addere manum.

Illvd non inusitatius, quod est apud Plautum in Persa, addere manum, pro eo, quod est, ludibrio habere. Translatum ab ijs, qui, manu ad aurem porrecta, motaq;, quempiam irrident. Plautina uerba sunt hæc. Quid ais, crux, stimulorum tritor? Quomodo me hodie uersasti, ut me in tricas coniecisti? Quomodo de Persa manus mihi addita est? Itẽ in Pœnulo: Quo pacto auaræ Veneri pulchre adij manum. Rursum in eadem scena. Ego faxo posthac Dij Deæq; ceteri contentiores magis erunt, atque auidi minus, cum scribũt. Veneri ut addiderit leno manum. Idem in Aulularia: Ita illis impuris omnibus adij manum. Iterum in Casina: Satin lepide addita nobis manus merito? Quanquam uarie scriptum inuenitur, nunc adij, nũc addita. Videtur rectius legi, addidi, ut accipiamus sumptam metaphoram ab irridentium gestu, cuius meminit Persius:

Nec manus auriculas imitata est mobilis albas.

Circumtondere comam.

Περικείρειν τὴν πλοκάμους, i. Circumtondere comã, Græcis in prouerbio est, p eo, quod est, ludibrio habere. Nam id lusus gratia fieri solet stupidis, ut eis non sentiẽtibus cęsaries circumtondeatur. Lucian. in Misanth. ἐκάθησο τὴν πλοκάμους περικειρόμενος ὑπ' αὐτῶν. i. Sedebas, cum tibi cæsaries ab illis circumtonderetur. Vsurpat idẽ in Pseudomante.

Fucum facere.

Fvcvm facere, pro eo, quod est, imposturam facere, & artificiosa dissimulatione deludere, frequens est apud bonos auctores. Teren. in Eunuch. Per alienas tegulas uenisse clanculum, fucum factum mulieri. Quo loco, factum, supinum est, non participium. Quintus Frater ad Ciceronem: Si eũ, qui tibi promiserit, fucũ ut dicitur, facere uelle senseris, ut te id audisse & scire dissimules. Nã fucus herbę genꝰ, quã Græci φῦκον uocant, tingendis lanis utile. Vñ simpliciter fucũ pro colore reperire licet, & fucare pro colorare. Horatius in Odis:

-Stercore fucatus crocodili.

Maxime si colorem non natiuum, aut genuinum, sed artificiosum, ac uelut adulterinum significemus, ut idem Horatius:

-Nec amissos colores
Lana refert medicata fuco.

Proinde medicamentum illud, quo cuti supinducto mulierculæ uitia formę dissimulant, quasiq; personam assumunt, fucum uocant. Plautus: Vitia corporis fuco occulunt. Vt autem fucus est color arte additus, ita persona facies est non uera, sed apposititia. Vnde eleganter dictum a Seneca: Vt personam malit, quam faciem: id est, uideri malit, quam esse. Lucretius item libro tertio:

Nam ueræ uoces tum demum pectore ab imo
Eliciũtur, & eripitur persona, manet res.

Cor. Tacit. in Dialogo De Oratoribus: Ita nec præceptor deerat optimus quidẽ, & electissimus, qui faciem eloquentię, non imaginem præstaret. Itaque personatos dicimus, qui aliud præ se ferunt, quam sint. Quin & offucias uocant inania quędam rerum simulacra, quę ueluti præstigiis quibusdam, oculis intuentium imponunt.

Græci

Græci simplici uerbo φεναλίζειν uocãt, & φεναλισμὸν, huiusmodi impostũram, φένακα, fuci artificem. Qui scripsit Etymologicum Græcum, auctor infincerus, & impurus, uocem deductam existimat παρὰ τὴν πτυκλὼ, quæ Græcis coma dicitur apposititia. Latini galericulum appellant. Quin & colorem pro fuco usurpauit Iulianus citante Vlpiano lib. Pand. 14. Tit. ad senat. consul. Maced. cap. 9. Sed Iulianus, inquit, adijcit, si color quæsitus sit, ut filius familias, qui mutuam pecuniã accepturus erat, fideiuberet. Quin & rhetores, probabilem rationem, quem ad defensionem commenti sunt, colorem appellant. Iuuenalis:

Dic aliquem nobis, dic Quintiliane colorem.

Et herente summo rhetore, uxor deprehensa impudentissimo colore se tuetur.

Conuenerat olim
Vt faceret tu quod uelles, nec non ego posset
Indulgere mihi.

Album calculum addere, & similes figuræ.

Λευκὸν ψῆφον προσθεῖναι, i. Albũ calculũ addere, pro approbare, subinde legimus apud doctos. Inde sumptum, quod antiquitus missis in urnam calculis, ita ferebantur à iudicibus sententię, ut albis absoluerent, nigris damnarẽt. Qui si forte fortuna fuissent æquales, tamẽ liberabatur reus, eiusq. rei causam Aristoteles copiosissime reddit in problematibus. De calculorum more meminit Ouid. Meta. lib. 15.

Mos erat antiquis, niueis, atrisq. lapillis,
His damnare reos, illis absoluere culpa.
Tunc quoque sic lata est sententia tristis, & omnis
Calculus immitem dimittitur ater in urnam.
Quæ simul effudit numerandos uersa lapillos,
Omnibus è nigro color est mutatus in album.

Plinius iunior in epistola quadã: Nam, quo magis intendam limam tuam, confitebor & ipsum me, & cõtubernales, ab editione non abhorrere: si modo tu fortasse errori nostro albũ calculum adieceris. id est, si nostrum hunc errorem tuo iudicio comprobaris. Lucian. i Apolog. ἐὰν ἐν παρέργῳ δέμβυος, ἢ λευκὸν παρὰ σοῦ καὶ πλήρη μοι ἐνεχθῶσι. i. Haud paruo æstimãs, si mihi contingat, album abs te plerunq. suffragiũ auferre. Plato libro De legibus 2. οὐκ αὐτὸ θείμην ταύτῃ ψῆφον. id est, Haud posuerim hunc calculum. Huc adscribendũ, qd Alcibiades, nolens sese iudicum permittere sententijs, ait, Ne matri quidem considere uelle, sed etiam hanc in eiusmodi periculo suspectam habiturum, ne nigrum calculum pro albo subijceret. Aristides in Pericle, simplici uerbo dixit, ἐπιψηφίζειν, pro comprobare, eamq. uocem tanquam Platonicam usurpat.

Creta notare. Carbone notare.

Ad hanc formam pertinent & illa: Creta notare, pro eo, quod est, approbare; & Carbone notare, quod est, damnare. Propterea quod Pythagoras aiebat id, quod esset colore candido, ad boni naturam pertinere; quod atro, mali. Vnde & felicia alba dicimus, infames nigros. M. Tullius in actione pro Cęcina de teste Sexto Clodio Phormione: Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quam ille Terentianus Phormio. Et Horatius:

-Hic niger est, hunc tu Romane caueto,

Idem in Sermonibus:

Sani, an creta, an carbone notandi?
Quem imitatus Persius, ait in quinta Satyra:
Quæq. sequenda forent, & quæ uitanda uicissim,
Illa prius creta, mox hęc carbone notasti.

Rursum Horatius in Odis:

Cressa neu careat pulchra dies nota.

Candidum calculum Cressam notã appellat, quã ueteres dies fortunatos signare consueuerunt. Tametsi sunt, qui hoc loco pro Cressa legunt Thressa, quod hic mos fuisse perhibetur Thracibus. Ad hãc formam pertinet etiam illud, Vnione signare, quod sæpius apud auctores est, pro eo, quod est, inter felicia, prosperaq. numerare. Ductum a ueterum superstitione, qui unumquemque anni diem, missis totidẽ in urnam, aut, ut apud Scythas, in pharetram, calculis, signabant, quem arbitrabantur prosperum abijsse, candido calculo, aut creta, quem egregie felicem, unione: contra, quem inauspicatum, nigro lapillo notabant. Iuuenalis,

Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo.

Huius

Huius superstitionis meminit Plin. lib. 7. c. 40. Varia inquiens, mortalitas, & ad circunscribendam seipsam ingeniosa, computat more Thraciæ gentis, quæ calculos colore distinctos, pro experimento cuiusque diei in urna condit, ac supremo die separatos dinumerat, atq; ita de unoquoq; pronuntiat. Quid, qd̃ iste calculi candore illo laudatus dies originem mali habuit? Hactenus Plin. Plutarchus in uita Periclis historiã refert ab his non abhorrentẽ, quam fortassis nõ ab re fuerit hic ipsius uerbis adscribere: Οὐκτὼ μέρη διελὼν τὸ πᾶν πλῆθος, ἐπεκλήρει, καὶ τῷ λαβόντι τὸν λευκὸν κύαμον, εὐωχεῖσθαι καὶ σχολάζειν παρεῖχε, οὐδ' ἄλλων μαχομένων. διὸ καὶ φασὶ τοὺς ἐν εὐπαθείαις τινὶ γενομένους, λευκὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἀπὸ τοῦ λευκοῦ κυάμου προσαγορεύειν. i. Vniuersã multitudinẽ partitus in octo partes sortibꝰ utebatur, & cui cõtigisset alba faba, huic cæteris pugnantibus pmittebat in conuiuijs, atq; otio agere: quapp̃ et aiũt eos, quibus res aliquæ suauiter succedunt, eum diem album uocare, nimirũ ab alba faba. Ad hanc uiciniam pertinet, quod, quæ præcipua sunt, ea melioris notæ esse dicimus, ueluti cũ M. Tull. alicui salutem dici iubet de nota meliore. Tristam notam dixit Liuius Deca. 1. lib. 4. Posthumius nulla tristi nota est insignitus, idest, nulla crudelitatis infamia aspersus.

Calculum reducere.

Calculum reducere, est, mutare factũ, cuius te pœniteat. Aut uertere consilium rei non satis commode institutæ. Nonius citat Ciceronem in Hortensio. Itaque tibi concedo, quod in duodecim scrupis olim, ut calculum reducas, si te alicuius dati pœniteat. Translatum apparet, aut a ratiocinantibus, aut, quod est uero propius, a ludo latrunculario. In summa, prouerbij speciẽ habent, quæcunq; a calculis fiunt metaphorę. Vt, ad calculos uocare, pro eo, quod est, rationẽ inire, & æstimare. M. Tullius dialogo De amicitia: Hoc quidem est nimis exigue, & exiliter ad calculos uocare amicitiam, ut par sit ratio datorum, & acceptorum. Valer. Max. lib. 4. c. de liberalitate: Si ad calculos reuocetur, paruum, utpote septẽ iugeribus, & hoc in Pupinia abditis, redactã: sin animo prærogantis, omni pecunia maius. Et Ad calculos reuerti, est redire ad rationẽ, ac respectum, consiliumque. Cicero ad Atticum: Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abiecimus, ut non solum gloriosis cõsilijs utamur, sed etiam paullo salubrioribus. Et in epistolis Plinianis, Mouere calculos, pro eo, quod est, proponere rationes. Et ponere, inquit in utraque parte calculos, i. utrinque rationes expendere: Et: Hic calculus accedat, idest, hoc momenti adiungatur. Neque quidquam prohibet eadem ratione dici, Decedere calculum, & Detrahere calculum.

Theta præfigere.

Θ, præfigere, pro damnare. Persius:

Et potis es uitio nigrum præfigere theta.

Ausonius in pędagogum ligurritorem, carmine Choriambico:

Miselle doctor, & tibi sit obscœno,
Tuumque nomen theta fectilis signet.

Sunt, qui hoc figuram Græcanicæ literæ referant, quod ea cordis humani trãsfixi speciẽ quodammodo repræsentet. Sed uero similius, quod scribit Asconius Pedianus, olim in iudicijs sortes, quæ mittebantur in urnam, triplicem notam habere solere. Ac, Θ, quidem damnationis fuisse symbolum, T, absolutionis, Λ ampliationis, idest, quoties significabant sibi parum adhuc liquere, ac denuo causam agi oportere.

Stellis signare, obelo notare.

Ἀστροις σημειοῦσθαι, ἢ ἀστροις τεκμαίρεσθαι, i. Stellis notare. Eustathius in 5. Odysseæ librum, admonet dictum de his, qui lõgã, ac desertam uiam peragũt, adeo, ut necessum habeant regionum situ, stellarum obseruatione signare. Ductam autẽ esse metaphoram a nauigantibus, qui, cum eousque prouecti sunt a terra, ut iam cęlum undiq; & undique pontus, stellarum indicio cursum moderari solent, maxime Cynosuræ, & Helices, teste Arato ἐν φαινομένοις,

Οἱ ἢ μὲν, σωόσκραν ἐπίκλησιν καλέεσι,
Τῷ δ' ἑτέρῳ ἑλίκῳ. ἑλίκῃ γε μὲν ἄνδρες ἀχαιοί.
Εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν.
Τῇ δ' ἄρα φοίνικες πίσσωσι περόωσι θάλασσαν.
Ἀλλ' ἡ μὲν καθαρὴ καὶ ἐπιφράσασθαι ἔοικεν,
Πολλὴ φαινομένη ἑλίκη πρώτης ἀπὸ νυκτός,
Ἡ δ' ἑτέρη, ὀλίγη μὲν, ἀτὰρ νάυτῃσιν ἀρείων,

Μειοτέρη

Μειστέρη γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι,
Τῇ καὶ σιδόνιοι ἰθύνεται ναυτίλλονται.

Quorum carminum interpretationem adscribamus ex Germanici Cæsaris interpretatione:

Hic Iouis altrices Helice, Cynosuraque fulgent.
Dat Graijs Helice cursus maiorib. astris,
Phœnicas Cynosura regit: sed cãdida tota
Et liquido splendore Helice, nitet haud prius vlla,
Cum sol Oceano fulgentia cõdidit ora,
Stella micat cęlo septẽ qua Cresia flãmis.
Certior est Cynosura tamen sulcantibus æquor,
Quippe breuis totã fido se cardine vertit,
Sidoniamque ratem nunquam spectata fefellit.

Et Aratum imitatus Ouidius, lib. de Tristibus quarto:

Magna minorque feræ, quarum regis altera Graias,
Altera Sidonias, utraque sicca, rates.

Idem indicat Virgilius in quinto, de Palinuro loquens:

Talia dicta dabat, clauumque affixus, & hærens,
Nunquam amittebat, oculosq; sub astra tenebat.

Idem alibi:

Cuncta notat tacito labẽtia sydera cœlo.

Consimiliter Homerus cum alias, tum Odysseæ lib. 5.

Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεκχνυέντως
Ἡμένος, οὐδὲ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε,
Πληϊάδας ἐσορῶντι καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην.
Ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Ἣ τ' αὐτοῦ στρέφεται καὶ τ' Ὠρίωνα δοκεύει,
Οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

Ille quidem nauim arte regens, clauo assidet hærens,
Nec sinit illapso torpescere lumina sõno,
Pleiadas, seroq; recondẽtem ora Booten
Suspectans, vrsamque, alio cognomine plaustrum,
Quæ fixa vsq. loco se circumflectit eodẽ,
Et nunq̃ Oceani liquidis aspergit vndis.

Vnde ἄστρος σημειοῦ τὸν τῆς ὁδὸν videnẽ ij, qui notulis quibusdã, & coniecturis arte deprehensis, rem alioqui peruestigatu difficilem inquirunt, aut assequuntur: aut qui signis quibusdam multo ante colligũt, quid sit euenturum. Postea deflexum est, vt stellas prænotare dicantur, qui quippiam uelut animaduertendum insigniunt. Cui diuersum ὀβελίζειν, idest, veru prænotato, quasi iugulare, ac damnare. Translatum ab Aristarcho, qui Homeri carmina in corpus redegit, atque in libros digessit, versus nothos, hoc est, adulterinos, & subditicios, qui nõ uiderentur sapere uenam illam Homericã, ὀβελίσκοις, id est, minutis uerubus prænotatis damnans; contra, qui uiderentur insignes, ac genuini, ἀστερίσκοις, i. stellulis illustrãs. Quin hoc ipsum Aristarchi cognomen in prouerbium abijt, quod is eum damnandi notulis, probandiq. morẽ excogitarit. M. Tullius Attico: Totũ hunc locum, quem in aristocratia ego uarie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, solo pingere, de flãma, de ferro, (nosti illas ληκύθους) ualde grauiter pertexuit. Atticũ vocat suarum orationum Aristarchum, id est, censorem & emẽdatorẽ, quòd illi mos fuerit, si quę parum probasset in scriptis Ciceronis, ea ceris rubris notare. Quod quidem alibi declarat idem M. Tullius, libro ad Atticum 16. Quæ mihi florentia visa sunt tuo iudicio. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam. Idem ad Dolabellam; Profert alter, opinor duobus uersiculis expensum. Alter Aristarchus hos ὀβελίζει. Ego, tanquam criticus antiquus, iudicaturus sum. Item M. Varro de ling. Lati. Aristarchos appellat, criticos grammaticos, qui de libris iudicant. Et Horat. Fiet Aristarchus, id est, castigator, & expensor alieni scripti. Et D. Hieronymus, subinde quempiam, sui temporis Aristarchũ uocat, quod arbitrio suo alia damnaret, alia probaret.

Notari ungui, & similia.

AD eandem formã pertinent hęc quoque. Notare ungui, quod soleat vngue signũ apponi, ubi quid parũ placet. Horatius dixit. Transuerso calamo signum apponere, pro eo, quod est, damnare. In eundem sensum, Censoria uirgula, legitur identidem apud Diuum Hieronymum, pro castigandi, notandique auctoritate. Item apud Quintilianum in. Instit. 1. Qua quidẽ ita sunt seuere usi ueteres grammatici, ut nõ uersus modo censoria quadã uirgula notare &c. A censoribus Romanis traductum, quorum

quorum partes erant notare, si quid in moribus ciuitatis dignum emendatione iudicassent, ac multam dicere. Eodem pertinẽt spongia, lima, cælum, quæ in emendationis prouerbium abierunt. Spõgia deletur, quod non placet. Lima detrahitur, atq. ex politur, quod redundat, quodq. incultum est. Cælo deformatur item, ac fingitur id, quod est rudius. Proinde in spongiam incubuisse dixit Augustus Aiacem suũ, quẽ deleuerat. Et elimata dicuntur expolita. Et sculpturam orationis, cultum dicunt.

Stylum uertere.

STYLVM uertere, est, mutare, quod scripseris. Horatius in Sermonibus:

Sæpe stylum uertas.

Antiquitus in tabellis ceratis scriptitabant stylo graphiario, cuius altera parte, ni mirum acuta, per æquor cereum ducta, literas exarabant, altera latiore rursum obliterabãt, quod exarassent. Hieronymus aduersus Rufi. Quandiu non renuebam laudationem tuam, sequebaris ut magistrum, fratrem, & collegam uocabas, & catholicũ in omnibus fatebaris. Postquam uero non agnoui laudes tuas, & me indignum tanti uiri præconio iudicaui, uertis stylũ, & omnia laudata prius, uituperas, de eodem ore & dulce proferẽs, & amarum. Hieronymus imitatus est Ciceronem, qui Verrinarum actionum 4. scribit in hũc modum: Timuit aliquando, & commotus est: uertit stylum in tabulis suis, quo facto causam omnem euertit suam. Inuenitur & stylum infigere, & stylo appetere, pro eo, quod est, scriptis insectari, atque inuehi.

Omne tulit punctum. Omnium calculis.

OMNE tulit punctum, & cunctorũ calculis, legimus, pro eo, quod est, omniũ sententia, & comprobatione. Quorum prius translatum est a consuetudine comitiorũ, ubi tabella circumferri consueuit, in qua puncto apposito significabant, cui candidatorum suffragarentur. Posterius a iudiciorum sortibus, de quibus paullo superius meminimus. Horatius:

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Nam, qui iucunda modo scribunt, ijs duntaxat placent, qui voluptatẽ appetunt. Contra, qui utilia, ab ijs tantum probãtur, utilitas quæritur. At, qui uoluptatem cum utilitate coniunxit, is omniũ suffragio laudabitur. Idem in Epistolis:

Discedo Alcæus puncto illius, ille meo, quis?
Quis nisi Callimachus?

Item in epigrammate Choriambico, quod refertur à Porphyr.

Ciconiarum Rufus iste conditor,
Hic est duobus elegantior Plancis:
Suffragiorum puncta non tulit septem.

Aristides in Themistocle; κοινὴν ψῆφος ἑλλήνων, i. qui est communis Græcorũ calculus, dixi, pro eo, quod erat, totius Græciæ consensus. Cicero libro Tusc. q. 1. Quę flamma est, per quam non cucurrerunt, q̃ hæc olim pũctis singulis colligebãt? Agit autem de magistratibus, qui singulorum ciuium suffragiis mãdabantur. Appuleius Asini sui lib. 6. Certe calculo cunctorum, utcunque mors ei fuerat destinata: idest, omnium suffragijs, sententijsq;.

Cumani sero sapiunt.

Ὀψὲ αἰσθάνονται οἱ κυμαῖοι. Serò sapiunt Cumani. Id adagiũ refertur à Strabone Geographię lib. 13. Putatq; eos uulgo male audisse, tanq̃ stupidos, atq. insulsos, ob hanc causam, quod ducentis annis portus oectigalia exegerint, hoc nomine, ut vrbem ædificarent, quæ dare tamen non desierũt, cum iam urbs esse extructa. Adiicit & aliam fabulam. Cumanos, publica pecunia mutuo accepta, porticus construxisse, deinde, cum pecuniã eam ad diem prescriptum non reddidissent, a deambulatione fuisse prohibitos. Aliquanto post, cum ingens esset pluuia, creditores iudibrii causa præconem missse, qui publicarent edictũ, uti Cumani porticus subirent. Atq. ita uoce præconis admonitos subijsse: inde natũ adagium, Serò sapere Cumanos, qui non nisi moniti senserint defugiẽdam esse pluuiam. Notat & Stephanus, Cumã, ac Lesbũ male uulgo audisse stupiditatis noie. Prouerbium autem non sentit de Cuma Italiæ, sed Æolidis, quæ eadem dicta fuisset Amazonum & Phriconitis, aut, ut Herodotus lib. 1. Phriconis. Simillimum illi. Serò sapiunt Phryges. Nihil enim uetat, quominus dicatur & in illos qui non nisi suo malo docti parent recte monentibus.

Mala attrahens ad sese, ut Cæcias nubes.

Κακ' ἐφ' αὑτὸν ἕλκων ὥστε καικίας νέφος.

Sic

Sic mala sibijpsi, ut Cæcias nubé attrahés Versus est senarius, prouerbio celebratus, in eos, qui sibijpsis litium, ac negotiorum materiam pariunt, accersuntq;. Ducta similitudine ab eius uenti natura, cui nomen cæcias, qué Plinius media inter aquilonem, & exortum regione flare scribit, & unum contra aliorum septentrionalium uétorum naturam, nubes non pellere, sed attrahere. Quin ipsius hæc sunt uerba. Ventorum, inquit, etiã frigidissimi sunt, quos a septentrione diximus spirare. Vicinus his corus. Hi & reliquos compescunt, & imbres abigunt. Humidi auster, & africus, & præcipue auster Italiæ. Narrant & in Ponto cæciam in se trahere nubes. Hactenus Plinius. Aristoteles libro De mundo putat cæciam circa ortus æstiuos flare, additq. hunc a nonnullis eundem haberi cum illo, quem alij θρασκίαν nominant, flatq. proximus argestæ. Quid autem in causa sit, ut hic uentus nubes non more reliquorum a se propellat, sed ad se uocet, Aristoteles in Meteorologicis conãt ostẽdere. Vel quod alius, inquit, uentus reflet aduersus eodem tempore: uel quod hic è sublimi cęli parte spirans, puta orientali, non transuersus per terram feratur, sed recuruata linea, propter reflexum, unde exortus est, eò recurrit. Atque ita fit, ut nubes ad sese cogat. Vnde idem in libro De mundo, cęciam inter eos ventos numerat, qui ἀναπάμψυποι, idest, resupinati flatus uocantur. In Problematis autem sectione 26. duas huiusce rei causas reddit. Alterã hanc esse putat, quòd eodem tempore reflet alius uentus cæciæ contrarius. Altera non dissonat ab ijs, quæ retulimus: nempe cæciam spirare ab eminentiore cæli regione, nimirum ab ea, quæ uergit ad Oriẽtẽ: hanc autem esse editiorem, quã occiduã, colligit ex magnitudine, & altitudine maris occidentalis. Itaque fieri, ut cæcias occiduam regionem aduersus inuadens, nubes contrahat, easq. suo in se reflexu ad se trahat. Huius rei mentionem facit & Plutarchus in uita Sertorij, scribens, hunc ducem, animaduersa cæciæ natura, qui tum forte flabat, Cacitanos, aut, ut Græci codices habent, Characitanos hostes ad deditionem coegisse ad hunc modum: E regione speluncarum, in quibus illi se continebãt, obiecit aggeres cinericios. Quibus in cursationem equitum concitatis, cæcias tãtum pulueris in fauces speluncarum deuexit, ut, cum ferre nõ possent, sese Sertorio in manus darent. Refertur adagium ab Aulo Gellio, lib. 11. cap. 22. idq; ex Aristotele. Refertur & à Theofrasto, libro De natura uentorum. Sed ab hoc, atque item ab Aristotele refertur, ut uideatur etiam in bonã partem dici posse. Ait enim, ἕλκων ἐφ' αὑτὸν πλοῦτον ὥσπερ ὁ καικίας νέφη. i. Attrahens ad sese diuitias; ut cæcias nubes. Plutarchus in commentario, cui titulus, Quo pacto qs possit ab inimicis iuuari: ὡς γὰρ ὁ καικίας τὰ νέφη, οὕτως καὶ ὁ φαῦλος βίος ἐφ' αὑτὸν ἕλκει τὰς λοιδορίας. i. Quéadmodum enim cęcias nubes, itidem improba uita, probra ad sese attrahit. Vsurpat idẽ in bonam partem in Præceptis politicis. Vnde de re quauis dici posse uidetur in utrãlibet partem. Vt, Hic ad sese eruditorum hominum gregem attrahit, perinde ut cęcias nubes. Hic undiq. pecunias attrahit ad sese, quemadmodum cæcias nubes. Huic omnes bonæ felicitatis non aliter sequuntur, quam cæcias nubes. Nusquam absunt iurgia, ubicunque hic adest: neque enim secus ad sese lites attrahit, quam cæcias nubes. Consimiliter ad rẽ referri potest. Res est tumultuosa, ambitio, quippe inuidiã, simultatem, profusionem, atque id genus alia incommoda, non aliter attrahit ad sese, quàm cæcias nubes. Modestia cunctorũ hominum beneuolentiam allicit ad sese, itidem ut cæcias nubes.

Oleum in auricula ferre.

Olevm in auricula ferre. Est apud Martialem. Quo loco non satisfacit interpres Domitius Calderinus, uir alioqui probe doctus. Nam poeta taxare uidetur hominẽ rigida, supinaq; aure. id quod etiam Græci notãt, ἀνὴρ ὀξὺς ἔχων, ἀντὶ τοῦ ἄνω τὸ ὦς ἔχων Sublimem, & supinã aurẽ habẽs. Carmen Martialis est huiusmodi.

Narratur quidam belle dixisse, Marulle,
Qui te ferre oleum dixit in auricula.

Porro, ut in Problematibus scripsit Aristoteles, aures aqua infusa offenduntur, oleo non item. Quin, si forte aqua in aurẽ inciderit, oleo infuso medemur, dum lubrica facta aure, aqua defluit. Proinde & urinatores oleũ auribus instillare consueuerunt, quo minus aqua lędantur. Hinc itaq. uidetur natum adagium, nẽpe a gestu eorum

rum, quibus est aliquid liquoris in fusum, quod ne effluat, aurem supinãt, quasi aurem sentes ac fastidientes audire. Neq. tamen negauerimus posse referri ad assentatores, qui uelut oleum in aurem instillant, dum iucunda loquuntur magis, quam salutaria. Cui diuersum est illud Persianum:

Auriculas teneras mordaci radere uero.

Verum, cui placet hic sensus posterior, in auriculam, accusandi casu legat oportet. Quod quoniam & prouerbii speciem præ se gerit, & uulgo iactatum Martialis indicat, non est prætereundum.

Quid, si cælum ruat?

Τὶ εἰ οὐρανὸς ἐμπέσοι, id est, Quid, si cęlũ ruat? Ironia prouerbialis in eos, qui tutissimis etiam in rebus ridicule timent. Hoc unde manarit, Aristoteles indicat libro τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ quinto scribẽs priscis illis, & rudibus mortalibus persuasum fuisse, cælum hoc, quod uidebant imminere, Atlanticis humeris sustineri. Quod si illes se subduxisset, fore, ut è sublimi in terram decideret. Idq; non solum poetarum figmentis fuisse proditum, uerum etiã à physicis nonnullis affirmatum. Plutarchus in libello De facie, quæ apparet ĩ orbe lunæ, citat Phenacem quendam, qui metuerit, uel una decideret in terram, quiq; commiseratus sit uicem eorum, qui lunæ forent subiecti, cuiusmodi sunt Aethiopes, ac Taprobani, si tantum pondus in eos rueret: idem ueritus de terra, cęloque, nisi columnis Atlanticis fulcirentur. Theognis:

Εν μοῖ ἔπειτα πέσοι μέγας οὐρανὸς ἀρυὸς ὑπερθεν
Χάλκεος, ἀνθρώπων δεῖμα παλαιγενέων. i. Deinde meo uastus capiti illabatur Olympus
Ferreus, antiqui quod metuere uiri.

Terẽtius, ἐν ἑαυτὸν τιμωρεμένῳ; Quid, si redeo ad illos, qui aiunt. Quid, si nũc cælum ruat? Allusit huc Horat. in Odis:

Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

Vmbram suam metuere.

Τὴν αὐτοῦ σκίαν φοβεῖσθαι, id est, Suã ipsius umbrã metuere dicuntur, qui pueriliter trepidant, ubi nihil omnino sit periculi. Translatum uel ab his, qui forte cõspecta corporis sui umbra, subito expauescũt. Vel a melãcholicis quibusdã, qui, auctore Aristotele, propter oculorum imbecillos spiritus, in aere proximo ueluti suam quãdam imaginem contemplantes, arbitrantur sese suos uidere manes. Socrates in Phędone Platonis: Tu uero tuam, quemadmodum dici solet, metuens umbram, id est, tibijpsi diffisus. Q. ad Ciceronem de Consulatu petendo. Alter uero, quo, dij boni, splendore est. Primum nobilitate eadem, qua Catilina. Num maiore? Non, sed uirtute. Quamobrem, qui manium umbrã suam metuit, hunc negliges quidem. Quãquam is locus nõ uno modo erat depraua tus in codicibus, Plutarchus Symposiacorum problematum decade septima, τοῦ μὴ τῆς σκιᾶς ἀναυόμενος ὄνομα καὶ δυσχεραίνων, μὴ δῶς σκίαν δόξει φοβεῖσθαι. i. Qui umbræ nomen refugiat, ac moleste ferat, is uere umbrã uidebitur formidare. Agit autẽ de umbris ita uocatis, qui non ipsi uocati a conuiuatore, sed uocatum sequentes, adeunt conuiuium.

Vel muscas metuit præteruolitantes.

Proverbialis esse uidetur hyperbole, quam refert Aristoteles septimo de rep. lib. ἀλλὰ δεδιότα μὴ τὰς παραπετομένας μύας. id est, Qui muscas, inquiẽs, etiam præteruolitãtes metuat. id est, quãuis friuola de causa. Idem similem quandam commemorat in Moralium septimo, loquens de ijs, qui usque adeo natura sunt timidi, ut, etiam si sorex obstrepat, protinus expauescant.

Funem abrumpere nimium tendendo.

Ἀποῤῥαγήσεται τεινόμενον τὸ καλώδιον, i. Abrumpetur tensus funiculus. In eos dici solitũ, qui, dũ extrema experiunt, alienanta se eos, cũ quib. agunt, & uniuersæ rei iacturam faciunt, dum plus satis attenti sunt ad lucrum. Lucianus in dialogo quodam, matrem lenam facit obiurgãtem filiam, quod amatorem in conuiuio nimis peruicaciter contempserit, periculũ autẽ esse, ne præter modum exacerbatus, atque irritatus iuuenis amorem pariter, & commodũ alio conuertat. καὶ ὅρα, inquit, μὴ καὶ τὴν παροιμίαν ὑποῤῥηξόμεθα τείνεσθαι τὸ καλώδιον. id est, Ac uide, ne, iuxta prouerbiũ, abrumpamus, dum nimiũ tendimus, funiculum. Pindarus apud Plutarchũ, καὶ λύοντι τὸ τῶν δυσφόρων κοινίον μεριμνῶν. id est, Atque intolerabiliũ curarum

rum funiculum soluenti. Quamquam hoc ab adagio non nihil est diuersum, magisq; congruit cum illo, quod est apud Senecã in Epistolis ad Lucilium, de explicanda catena negotiorum, atque adeo obrumpenda, si nequeat explicari. Prouerbium generaliter trahi poterit ad quemlibet conatum immodicum, & ob id in malum ali quod erumpentem. Nec abhorret Mimus ille Publianus:

Furor fit, læsa sæpius patientia.

Atque alter huic consimilis, eiusdé opinamur, etiam si Senecæ nomine feratur:

Bonus animus læsus, grauius multo irascitur.

In matellam immeiere.

Ες τὴν ἀμίδα ἐνουρεῖν, i. In matellam immeiere. Cum sordide tractantur, aut ad munus aliquod parum honestum adhibẽtur ij, qui non indigni videanẽ, vtpote ipsi sordidi, atq; inhonesti, quasiq; ad contumelias ferendas facti. Lucianus de mercede seruientibus. Οὐδὲν ἂν, εἴτ' αὐτοὶ δεινὸν, πάσχοιεν ἂν, εἴτ' ἐκεῖνοι ὑβρίσαι δοκεῖεν ἐς τὴν ἀμίδα φασὶν ἐνουρεῖν τες. i. Itaq; nec hi quidquã indignum, aut acerbum patiãtur, neq; illi eos contumelijs afficere uideantur, si, quod aiunt, in matellam immingant. Si quidem ad hunc usum quasi nascitur matella. Ex aduerso Martialis Bassum quendam ioco taxat, qui in aureum uas incacaret, cum uitro biberet.

Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro
Basse: bibis uitro, carius ergo cacas.

Risus Ionicus.

Γέλως ἰωνικὸς, i. Risus Ionicus. In molles, & uoluptarios dicitur. Nã Ionum mollicies, perinde ut Sybaritarũ fastus, in prouerbium abijt, quod alteri Græcorum, alteri Barbarorum essent luxuriosissimi. Athenæus libro Dipnosophistarum duodecimo, de luxu Ionũ locutus, ait, extare parœmiã auteã, quæ mores eius gentis testificetur, hanc, ut opinamur, intelligens. Idẽ lib. 14. docet, saltationis genus olim fuisse lasciuum, ac petulans, quod Ionicum diceretur. Valerius Maximus libro rerum memorabilium secundo, prodidit, Ionas primos, unguenti, coronarumq; in conuiuio dandarum, & secundæ mensæ consuetudinem haud parua luxuriæ irritamenta reperisse. Maximus Tyrius in dissertatione, cui titulus, Quis sit philosophię finis, Crotoniates, inquit, Olympicum oleastrum adamat, Spartiates armaturam, uenationes Cretensis, luxum Sybarites, Ion choros. Hinc Horatius in Odis:

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo.

Lasciuas saltationes, & parum decoras gesticulationes significans. Vnde & apud Aristophanem ἰωνικῶς, pro eo, quod est, ἁβρῶς, idest, molliter, ac delicatè.

Risus Megaricus.

Γέλως μεγαρικὸς, i. Risus Megaricus, in eos dicendum, qui parum tempestiue iocantur, quiq̃, quod uetat Quintilianus, malunt aliquoties amicum, quàm dictum perdere. Aut quorum artes iam in cõtemptum abierunt, successione maiorum artificum obscuratæ. Neque male quadrabit in senes, qui, ætate aliena, lusus quosdam indecoros, ac uoluptates iuueniles turpiter consectantur. Nam Ionica comœdia uiguit ad tempus: deinde in contemptum venit, irrisa ab Athenienſibus. De risu intempestiuo celebratur & hic senarius:

Γέλως ἄκαιρος ἐν βροτοῖς δεινὸν κακόν, i.
Non in loco ridere pergraue est malum.

Risus Chius.

Γέλως χῖος, idest, Risus Chius, de molli, lasciuoq; luxu. Quandoquidem & Chiorum mores taxauit uetus comœdia. Adagium commemoratur a Diogeniano.

Quidquid in buccam uenerit.

QVIDQVID in buccã uenerit, Quoties libere quospiã, ac tuto loqui significamus, incircunspecte, & quidquid forte fortuna in animum inciderit. Quemadmodũ apud fidos amiculos facere solemus, apud quos impune quiduis nugamur, atq; effutimus. M. Tullius ad Atticum, libro 14. Aut, si nihil erit, quod in buccam uenerit, scribes. Idem libro duodecimo, Quid cum coram sumus, & garrimus quidquid in buccam venit? Recte torquebitur & in eos, qui temere, atque inconsideratè loquuntur, perinde, quasi sermo illis non in pectore nascatur, sed in faucibus.

Quidquid in linguam uenerit.

HVIC plane Germanum est illud quod usurpat Lucianus in libello, De ratione conscribendi historiam, ἐπινοοῦντες ἢ καὶ ἀναπλάττοντες, ὅτι ἂν ἐπ' ἀκμαίαν γλῶτταν, φασὶν, ἔλθῃ, i. Comminiscentes, affingentesq̃, quidquid uerbi temere in linguam, ut aiunt, uenerit. Plato dictum hoc libro de republic. octauo citat ex Æschylo Tragico poeta. Vsurpauit & Athænæus libro Dipnosophistarum quinto, καὶ γὰρ ἢ εἰπόντα ποιήσω, ὅτι ἂν ἐπ' ἀκμαίαν γλῶτταν ἔλθῃ. i. Iuxta poetam, qui dixit: quidquid temere in lingam uenerit. Hoc uelut interpretans Isocrates in oratione panathenaica, ὁμοίος ἂν εἶναι δόξαιμι τοῖς εἰκῇ, καὶ φορτικῶς, καὶ χύδην ὅτι ἂν ἐπέλθῃ λέγουσι. i. Similis uidebor ijs, qui temere, & arroganter, ac futiliter, quidquid in mentem uenerit, loquuntur.

Momo satisfacere, & similia.

Τὸ μώμῳ ἀρέσκειν, i. Momo satisfacere. Prouerbialis est hyperbole. Hesiodus in Theogonia & Momi cuiusdam meminit, quem ait, Nocte matre, Somno patre progenitum. Huic deo mos est, ipsum quidẽ nihil operis edere, sed aliorum deorum opera curiosis oculis contemplari, &, si qd est omissum, aut perperam factum, id summa cum libertate carpere. Nam μῶμος Græce reprehensionem sonat. Aristoteles De partibus animalium lib. 3. meminit huius, qui naturam incusarit, quod bobus cornua in capite, ac non in armis potius addiderit, uidelicet quo uehementius possint ferire. Ad quod allusisse videtur Lucianus, cum in secundo Verarum narrationum libro scribit se uidisse boues quosdã, quibus cornua inessent, nõ in fronte, quẽadmodum reliquis, sed sub oculis. Idq̃ue ita uisum esse Momo. Huius idem Lucianus cum alijs compluribus locis meminit, tum in Dialogo de hæresibus, huiusmodi quandam de eo fabulam refert. Mineruam, Neptunum, & Vulcanum de principatu artificij inter se contendisse. Et, ut quisq; artis suæ præcipuum aliquod specimen ederet, Neptunũm taurum quendam finxisse, Mineruam domum excogitasse, Vulcanum hominem composuisse. Momus delectus arbiter certaminis, & artis expensor. Ille, inspecto uniuscuiusq; opere, præter alia, quæ in reliquorum operib' reprehendit, illud potissimum in hominis opificio notauit, q̃ artifex non in pectore

fenestras, aut ostiola quædam addidisset, quo perspici posset, quid in corde lateret, quod illi specuosum alioqui, multisq̃ue recessibus sinuosum finxisset. Cuius fabulæ mentionem facit & Plato. Philostratus in epistola quadam ad uxorẽ, de Momo scribit in hanc ferme sententiam: Hunc in Venere nihil alioqui, quod reprehenderet, inuenisse, nisi quod sandalium illius calũniabatur, ut stridulum, nimisq; loquax, ac strepitu molestũ. Quod si Venus citra sandalium incessisset, ita, ut emersit à mari, tota nuda, nullã omnino ansam carpẽdi Momus inuenisset. Qui quidem deus tametsi nõ perinde gratus est, atq; cęteri, ꝓpterea q̃ pauci uerã reprehensionem libenter admittant, tamen haud scimus, an ullus alius è maxima poeticorum deorũ turba sit utilior. Quamquam nunc nostri Ioues excluso Momo solam Euterpen audiant, blãda salutaribus anteponentes. Hic igitur Momus uarias adagiorum formas suppeditat. Vel cũm Plato de repub. lib. 6 scribit, philosophiæ studiũ esse eiusmodi, ut ne a Momo quidẽ possit reprehendi. Vel cum Venus Lucianica, iam itura in iudicium, negat se dubitaturam, etiam si Momus ipse iudicaturus esset Vel cũ Cicero scribit ad Atticum, libro 5. Quod me maxime hortaris, & qd̃ pluris est, quàm omnia, in quo laboras, ut etiam Ligurino Momo satisfaciam, moriar, si quidquam fieri poterit elegantius. Ergo prouerbij speciem habebũt omnes id genus formulæ. Haud dubitem tecum uel Momo iudice decertare. Inculpatior est eius uiri uita, quam ut vel Momus ipse possit carpere. Hanc faciem ne Momus quidem possit reprehendere. Nec Momum iudicem recusarim. Hæc uel Momo ipsi satisfaciant. Et si quæ fingi possunt consimiles. Ad hanc formam pertinet illud Ouidianum de forma Adonidis:

Laudaret faciem liuor quoque.

Breuiter omnes id genus hyperbolę ꝓuerbij faciem obtinent, veluti Terentianũ illud, Ipsa Salus, si cupiat, seruare domum hãc non possit, de familia deplorata. Itẽ de loco uehementer munito: Hanc arcem ne Mars quidem ipse expugnarit. De homine pręfracto, ac pertinaci: Huius animum ne Vertumnus quidem ipse uertit. De fœmina supra modum uirosa: Huius fœminę libidinem ne Priapus quidẽ ipse satiarit. De re neutiquam probabili: Istud ne Pitho

quidem ipsa persuaserit. De re tacitu difficili: Hoc ne Harpocrates quidem ipse, aut Angerona continere queat. In tanto rerũ strepitu ne Somnus quidem ipse somnum ceperit. De homine præter modum suspicaci, & diffidenti, Iste ne Fidei quidem ipsi fidem habeat. Hic uel Argum fallat, de uehemẽter astuto. Hic miserior est, quam ut ei uel ipsa inuidere possit inuidentia. Verum de his loquendi formulis admonuimus in operis huius initio.

Cælo, ac terræ loqui.

QVI frustra uociferantur, cœlo, ac terræ loqui dicuntur. Sic enim solent, qui diffidunt hominum præsidijs, exclamare, ò cœlum, ò terra. Theognetus apud Athenæũ lib. 3. ac rursus libro decimoquinto.

Ῥεφιλοσόφηκας, γῆ τε καὶ οὐρανῷ λαλῶν,
Οἷς οὐδέν ἐστιν ὄφελες τῶν σῶν λόγων. i.
Terræ loquens cœloq;, philosophatus es,
Sed hisce nulla est cura sermonis tui.

Confine est illi, quod alibi retulimus,
Vento loqueris.

In portu impingere.

EST apud Quintilianum in Institutionibus, In portu impingere, pro eo, quod est, statim in ipso operis ingressu peccare. Vsurpatur & a diuo Hieronymo in Apologia secunda aduersus Ruffinum: Statim de portu egrediens, nauim impegi. Idem ad Pammachium: Egredientes de portu statim impegimus. Sumptum a nauigantibus, qui magno cum dedecore, prius quã portu exierint, nauim illidunt. In diuersum sensum inflexit Papyrius Fabianus, referente Seneca in controuersijs: Nauim in portu mergis, de sene, qui luxuriari cœperat aliena ætate. Apte dicetur in omnes, qui, negotio iam propemodum cum laude confecto, in extremo degenerant. Idem est apud Græcos, ἐν τῷ λιμένι προσκρούειν, i. In portu impingere. Nilus quidem, Græcus auctor, ita refert, μὴ ἐπάρῃ, μὴ πῶς τὸ ναυάγιον ἐν τῷ λιμένι γένηται, idest, Ne efferaris animo, ne forte naufragium tibi fiat in portu.

In limine deficere, aut offendere.

HVIC proximum sit illud, In limine offendere, aut deficere. Translatũ ab ijs, qui, domum egr essuri, statim in limine pedem offendunt, prius quam quidquam occeperint agere. Virgilius:

-Cur indecores in limine primo Deficimus.

Idest, statim, ac vix dũ inito bello. Duriuscule dixit Q. Curtius lib. 6. In ipso limine uictoriæ stamus: p eo, quod est, pxima est uictoria. Huic contrariũ est, quod in Epistolis ad Luciliũ scribit Seneca: In summo deficit cliuo. Ducta translatione ab ijs, qui, conscenso propemodum monte, tum delassantur, cum proximi sunt cacumini.

Cantherius in porta.

CONFINE est superioribus, Cantherius in porta. Natum à Sulpitio Galba quodã, cui cum, prouinciam exituro, cantherius in porta cecidisset: Rideo, inquit, cantheri, in porta, cum tam longum iter sis itũrus, iam lassum esse te, cum uix dum sis ingressus. Quod dictum in prouerbiũ abijt. Refertur adagium a Festo Pompeio in dictione Ridiculus: atque is indicat conuenire, cum quis in principio rei uix inchoatæ deficit animo. Quid autem sit Cantherius, dilucide exponit; nempe equus exectis testibus: ut hoc differat cantherius ab equo, quo maialis a uerre, capus a gallo, ueruex ab ariete.

Citra puluerem.

Ἀκονιτὶ. i. Citra puluerem. Græci dicũt, contingere, quo quis facile, citraq; negotium potitur. Translatum uel ab Aphe, i. a puluieris contactu, quo se spargebat in palæstrico certamine congressurus: uel certe a puluere, quo non indecore fordidari scripsit Horatius eos, qui certant Olympia, quive bellum gerunt. Plinius libro tri gesimoquinto: Alcimachus Dioxippum, qui Pancratio olympia citra puluieris tactum, quod uocant ἀκονιτὶ, vicit. Aulus Gellius libro quinto: Ouandi, inquit, causa est, cum, deditione repente facta, sine puluere, ut dici solet, incruentaque victoria obuenit. Horatius in Epistolis:

Quis circum pagos, & circum compita pugnax
Magna coronari cõtemnat Olympia, cui spes,
Cui sit conditio dulcis, sine puluere, palmæ?

Inuenitur & ἀνιδρωτὶ, i. citra sudorem, & ἀναιματὶ, idest, citra sanguinem.

Deserto

Deserta causa.

Ἐρήμη δίκη, idest, Deserta causa, cum nemo repugnat. Translatum a iudicijs, ubi nonnunquam altera pars cedẽs tradit causam aduersario, Itaque deserta causa uincere, est uincere nullo contra pugnante. Lucianus in Ioue tragœdo: Ὡς τε τὶ ἄλλο, ἢ ἐξ ἐρήμης κρατεῖν ἄτω δόξομεν. i. Itaq; quid aliud uidebimur fecisse, quã deserta causa uicisse? Idem i Toxaride: Καὶ τοσαύτας πόλεις ἐρήμῳ ὑπὸ σοῦ ἁλῶναι. i. Totque ciuitates, nullo defendente, abs te capi, Vsurpat & Socrates in apologia apud Platonẽ: ἐρήμῳ κατηγορούντες ἀπολογουμένου δενὸς. idest: Deserta causa, nullo defendente accusantes. Iureconsulti composita voce ἐρημοδίκια vocãt. Ita Paulus, Pãdect. lib. 4. tit. de minoribus, cap. & si sine dolo. Item, Et in Eremodicijs ei subuenitur. Cõstat autem omnis ætatis hominib. restitutionem Eremodicij præstari debere, si doceant se ex iusta causa abfuisse. Rursum li. 46. Titulo iudicatum solui. cap. quum quẹrebatur, Si interposita iudicatum solui stipulatione, quis reum non defenderet, postea ex Eremodicio sententiam esset passus, an ob rem iudicatam clausula committatur, &c. Rursum in Codice libro tertio, Tit. de iudicijs, cap. properandum. Si autem reus abfuerit; & similis eius processerit requisitio, quemadmodum pro persona actoris ediximus, etiã absente reo Eremodicium contrahatur. Hæc Iustinianus. Est igitur ἐρημοδίκιον, cum altera parte absente fertur sententia.

Citra arationem, citraq; sementem.

QVAE citra nostram operam casu nobis euenìunt ἄσπαρτα, καὶ ἄνηροτα cõtingere dicunt Græci. Lucianus in Parasito: Ὅτι δὴ μόνος καὶ σοφὸν ὄμπρον οὔτε φυτεύει χερσὶ φυτὰ, οὔτε ἀρόῃ, ἀλλὰ τὰ ἄσπαρτα, καὶ τὰ ἄνηροτα πάντα νέμεται. i. Quod uidelicet unus, iuxta egregiũ illum Homerum, Nec manibus plãtat, nec arat, uerũ citra sementem, citra arandi laborẽ fruitur omnibus. Idem in Rhetorum didascalo: Σοὶ ὦ ἄσπαρα, καὶ ἄνηροτα φυέσθω πάντα. i. Tibi porro citra seminandi, arandiq. laborẽ prouenìant omnia, id est, citra studium. Natum apparet adagium à fabula insularum fortunatarum, de quibus Horatius in Odis:

Reddit vbi Cererẽ tellꝰ inarata quotãnis,
Et imputata floret usque uinea.

Sumptum est autem, opinamur, ex Homero, qui Odysseæ lib. 9. Cyclopum terrã describit ad hunc modum:

Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων ἀθεμίστων
Ἱκόμεθ', οἱ ῥα θεοῖσι πεποιθότες ἀθανάτοισιν
Οὔτε φυτεύουσι χερσὶ φυτὸν, οὔτ' ἀρόωσιν.
Ἀλλὰ τὰ γ' ἄσπαρτα, καὶ ἄνηροτα πάντα φύονται
Πυροὶ καὶ κριθαὶ, ἠδ' ἄμπελοι, αἵ τε φέρουσιν
Οἶνον ἐριστάφυλον, καὶ σφῖν Διὸς ὄμβρος ἀέξει. i.

Venimus in terram, quam magnanimi Cyclopes
Et legũ expertes habitãt, hi numine freti
Diuũ, nec manibus terræ plantaria figũt,
Vomere nec segetem proscindunt, quin ea cuncta,
Nulla sementẹ, & nullo nascuntur aratu
Ordea, frumentum, plenisque onerata racemis
Vineta, & largis hæc Iuppiter imbribus auget.

Dormientis rete trahit.

Εὕδοντι κύρτος ἀρεῖ. i. Dormienti rete capit. In eos, quibus citra conatũ obtingũt ea, quæ cupiunt. Natum ex euẽtu, qd aliquando acciderit, ut dormientib. piscatoribus pisces forte retibus inuoluti caperẽtur. Quidam ad Timotheum Imperatorẽ Athenienſũ referunt, cui, quod multa feliciter obtingerent, magis cõmoditate fortunæ, quam ipsius opera, εὐτυχὴς, idest, felicis cognomen inditum. In huius inuidia pingebant nõnulli fortunam ad rete cogẽtem urbes, illo iuxta dormiente. Quos ille sic allusit, auctore Plutarcho, ut diceret: Si huiusmodi urbes capio dormiens, qd me facturum arbitramini, si uigilaro? Huc allusit Terentius, cum ait in Adelphis: Quid credebas dormienti hæc tibi confecturos deos? Et illã sine tua opera in cubiculum iri deductum domum? Non dissimili forma dictum est apud T. Liuium libro ab vrbe condita 7. Vnicum belli ducem, qui nihil agenti sibi de cẹlo deuolaturã in sinũ victoriam censet. M. Tullius in Verrem actione ultima: Sed non idem mihi licet, quod ijs, qui nobili genere nati sunt, quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur. Quin & hodie uulgo dicitur in id genus homines, Fortunatior est, quam sapientior. Et Eupolis comicus apud Athenæum.

-Ὦ πόλις πόλις
Ὡς δ' τυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς. i.
-O ciuitas, o ciuitas,
Vt tu quidem es felix magis, q̃ prouida.

Congruunt, quæ dicẽtur in prouerbio, Atheniensium inconsulta temeritas;

Cum mula pepererit.

ADAGIVM peruetustum, Cum mula pepererit, quoties significamus aliquid nunquam futurum, aut adeo raro solere accidere, ut improbum, ac stultum uideatur sperare. Ortum uideri potest ex eo, quod refert Herodotus in Talia. Cum Babyloniorum urbs obsideretur a Dario, quidam Babylonius, conuicijs insectans Darium, atque exercitum: Quid, inquit, istic desidetis, Persæ? Quin potius absceditis, tunc expugnaturi nos, ἐπεὰν ἡμίονοι τέκωσι, id est, cũ mulæ pepererint: uidelicet ratus id nullo unquam tempore futurum', propterea quod natura steriles sunt mulæ. At paullo post euenit, ut Zopyro mula quæpiam pareret, quo quidem ostento in spem capiendæ Babylonis erectus est, accepit. Huic simile quiddam refertur a Suetonio in uita Galbæ Cæsaris. Huius auo procuranti fulgur, cum aquila de manibus exta rapuisset, & in frugiferam quercum contulisset, summum, sed serum imperium portandi familiæ, responsum est. Atq. ille irridens: Sane, inquit, cum mula pepererit. Quod omen ita arripuit Galba, ut eum postea res nouas molientem, nihil æque confirmarit, ac mulæ partus: ceterisq;, ut obscœnum ostentum, horrentibus, solus pro lætissimo acciperet, memor sacrificii, dictiq; auiti. Plinius libro octauo, cap. 44. de mularum sterilitate scribit hunc in modum: Obseruatum est, é duobus diuersis generibus nata, tertij generis fieri, & neutri parentum esse similia. Eaque ipsa, quæ ita nata sunt, non gignere in omni animalium genere, idcirco mulas non parere. Huius rei causam affert Alexander Aphrodiseus, quod semina natura & habitu diuersa, si commisceantur, tertium quiddam ab utroque diuersum conficiunt, uimq; simplicium prorsus amittunt: ueluti si misceas album nigro, abolitis utrisq. coloribus redditur fuscus ab utroque diuersus, quẽ Græci λαμπόφαιον appellãt. Sed multo exactiũ de his Aristoteles lib. De generatione animalium secundo, cap. 6. refellens Democriti, & Empedoclis rationes. Quanquam proditum est in annalibus Romanorũ mulas peperisse sæpe, uerum id prodigij loco habitum, ut eodem in loco, quem modo citauimus. testatur Plinius. Theophrastus uulgo parere in Cappadocia tradit. Aristoteles libro De natura animalium 1. c. 6. tradit mulas coire, ac gignere in Syria supra Phœnicem; sed esse id animal ibi sui generis, etiam si simile.

Ad Græcas Calendas.

HVIC affinem habet sensum, Ad Græcas calẽdas, pro nunquam: propterea quod Græci non habent calendas more Latinorum, sed νεμηνίας, id est, nouiluuia. Atque ad lunæ recursus Græci soluebant usuras. Vnde Strepsides in Nubibus Aristophanis, optat sibi incantatricem quampiam, quæ carminibus suis efficiat, ne quando luna exoriatur: sic enim fore, ut non reddat usuras: quandoquidem trapezitæ ad lunas, mutuam dant pecuniam, & lunis usurę crescunt. Huc itaque respexit Augustus, cum diceret ad Græcas calẽdas soluturos, quos nũquam reddituros mutuum significabat. De quo in ipsius uita scribit Tranquillus ad hunc modum: Quotidiano sermone quædam frequentius, & notabiliter usurpasse eum literæ ipsius αὐτόγραφοι ostentant, In quibus identidem, cum aliquos nunquam soluturos significare uult, ad calendas Græcas soluturos ait. Huic simile est, quod nunc inter eruditos iactatur, Anno magno Platonis, quem existimant nunquam futurum.

Accessici luna.

Ἀκεσαίς σελήνη, i. Accessęi luna. Dictũ in comperendinatores, qui nouam subinde causam comminiscuntur, quo negotiũ proferant, a nautæ cuiusdam moribus ortum, cui Aessæo fuerit nomen. Is, cum esset ignauus, ita prorogare consueuit nauigationem, ut se diceret lunam magis opportunam expectare. Nam Græci, præcipueq; ex his Lacedęmonij, quidquid essent rerum auspicaturi, superstitiose lunam obseruabant. Id quod tacitè notat Euripides, cum in Iphigenia in Aulide respõdet Agamemnon, tum nupturam filiam, ubi lunæ dexter circulus aduenerit, uidelicet de plena luna sentiens. Lucianus in libello de Astrologia, palam refert Lycurgum legem instituisse Lacedæmonijs, ne prælium inirent ante plenilunium. In eam superstitionẽ iocatur Aristophanes, τῇ πανσελήνῳ. idest, plenilunio, sero aut nunquam futurum significans. Etenim, cum Datis, & Artaphernes, ductores Regis Persarum, in Marathonem irrupissent, plenilunio obseruabant, ut tum exirent in prælium. Ergo prius, quam illi uenirent, Athenienses bellum aggressi sunt. Historiæ meminit Herodotus lib. 6. Inde quasi prouerbio de cunctantibus, & quauis occasione rem proferentibus, dicitur, ἐν τῇ πανσελήνῳ, i. plenilunio. Adagium refertur a Diogeniano. De lunis Laconicis, & alibi nonnihil nobis dicetur.

Vbi per Harma fulgurarit.

Ὁπότε δὶ ἅρματος ἀστράπτει, i. Vbi per Harma fulgurat. De ijs, quæ nimis cunctanter, ac sero, aut admodum raro fiunt: aut cum nimis anxie, ac superstitiose captatur rei gerendæ opportunitas. Strabo lib. Geographiæ nono, unde natum sit adagium, indicat, scribens uicum quempiam esse desertum, atque infrequentem apud Micaletum Bœotiæ, seu Mycalessum Tanagræi iuris, quem Harma, idest, currum nominant. Rursum alterum ab hoc diuersum, eiusdem tamen nominis in Attica, quæ quidem tribus ex Atticæ populo Tanagræ similis, atq; ob hanc similitudinem nominis quoq; communionem sortitum. Cæterum Harma Bœotiæ sic uocatum, quod Amphiarao excusso currus inanis in eum locum delatus sit, ubi nunc sacellum eius extat. Alij ferunt, Adrasto fugiente, currum eius eo loco confractum fuisse, ipsum Arionis opera seruatum: hinc natam paræmiam, ὁπότε δὶ ἅρματος ἀστράπτει, idest, Vbi per harma fulgurat, uidelicet Pythicis uatibus fulgur aliquod certum, quod ex eo loco ueniret, obseruantibus, eoq; uiso sacra Delphos mittentibus. Obseruabant autem ad menses tres, singulis mensibus tres dies, noctesq; totidem: idq; è Iouis fulguralis foco, q̃ est in muro inter Pythium, & Olympiũ. Hæc ferme Strabo. Vsum adagij Plutarchus palam indicat in Symposiacis: Οἱ γὰρ, inquiens, παντάπασι δὶ ἅρματος, ὡς φάσιν, ὁσιώντες, ἀναγκάζονται τὴν ὁπωσοῦν ὁπωτιδήποτον ἢ γνώριμον καταγράφειν. i. Et enim, q̃ raro, & per Harma, ut aiunt, conuinium exhibent, hi coguntur utcunq; accommodum, ac notum describere. Itaque de raris, & incertis dici solitum uidetur. Poterit & per iocum accommodari ad ea, quæ nunquam euentura credamus, quemadmodũ aiunt, ad Græcas calendas.

Lydius lapis, siue Heraclius lapis.

Λίτος ἡρακλεία, ἢ λίτος τυδή, i. Heraclius, siue Lydius lapis. In eos dicitur, qui uehementer acri, exactoq; iudicio sunt. Refertur a Theophrasto lib. De natura lapidũ. Ait enim lapidẽ quendã esse, qui Lydius, seu Heraclius dicatur, qui attritu aurũ, atq; argentũ cuiusmodi sit arguat. Hũc quidam Magnetem putant, uelut Herculanũ, qui ferrum ad sese trahit: unde nomen etiã additum σιδηρίτης: sed ex Theophrasti uerbis satis liquet βάσανον significari, quẽ Latini uocant indicem, in quem Battus ille pastor apud Ouidium trãsfiguratus est, manente nimirũ etiamnum in lapide prodendi studio. Nec Heraclium uocatum ab Hercule, sed ab Heraclea, Lydię ciuitate. De hoc meminit Plinius lib. 33. c. 8. his quidem uerbis: Auri, argentiq; mentionem comitatur lapis, quem coticulã appellant, quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo, ut auctor est Theophrastus, nunc uero passim, quẽ alij Heracleum, alij Lydium uocant. Sunt autem modici, quaternas uncias longitudinis, binasq; latitudinis non excedentes. Ijs coticulis periti, cum è uena, ut lima rapuerint experimentum, protinus dicunt, quantum auri sit in ea, quantum argenti, uel æris, scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. Huc allusit Theocrit in Aita:

Λυδίῃ ἴσον ἔχειν πέτρῃ σόμα. idest,
Vt Lydo lapidi par os habeam.

Nimirum quo in uarijs osculis optime iudicaret, cuius esset: sic enim ineptiunt amantes. Scholiastes putat hos lapides apud Lydos inueniri, & hinc prouerbium ortum. Et, ne dubites, quin de indice loquatur, sequitur,

-Χρυσὸν ὁποίῃ
Πάθονται μὴ φαῦλον ἐπίτυμον ἀργυράμοιβοι. idest.
Cui ab affectu explorat mẽsurarius aurũ
Sit ne probum.

Adagiũ accommodari põt uel ad personam, uel ad rem. Ad personam, hoc pacto: Tu scriptorum meorum optimus iudex, plane-

planeque, quod dici solet, ἡ ῥᾳκλεία λίθος. Item hoc modo: In pensitandis, æstimandisq; ingenijs emunctissimæ naris, ac prorsum Lydius, ut aiunt, lapis. Ad rem transfertur hoc pacto: Adolescentium ingenia libertas aperit: viris commissum imperiũ, Lydius, quod aiunt, lapis est.

Amussis alba.

Λευκὴ σάθμη, i. Alba amussi, hoc est, nullo delectu, ac citra discrimen. Aulus Gellius in Noctibus Atticis: Nanque illi omnes, & eorum maxime Græci, multa, & uaria lectitantes, in quas res cunque inciderant, alba, ut dicitur, linea, sine cura discriminis, solam copiam sectati conuertebant. Plutarchus in commentario περὶ τῆς ἀδολεσχίας: Εἰ μὲν οὖν ἀτεχνῶς, ἡ λευκὴ σάθμη πρὸς τοὺς λόγους ἀδόλεσχος. i. Est igitur plane alba linea erga sermones garrulos, propterea quod nullo delectu quauis de re quiduis nugetur. Effertur & expressius adagium a nonnullis, Λευκῷ λίθῳ λευκὴ σάθμη, i. In albo lapide alba linea. Diciturque uel in eos, qui nullo sunt iudicio, uel in stupidos, uel in eos, qui incertis probant, aut significant incerta. Sophocles in Cidalione apud Suidam:

Τοῖς μὲν λόγοις τοῖς σοῖσιν οὐ τεκμαίρομαι.
Οὐ μᾶλλον, ἢ λευκῷ λίθῳ λευκὴ σάθμη. i.

Nihilo mihi plus indicat sermo tuus,
Quàm lapide in albo signat alba linea.

Citatur a Nonio Marcello Lucilius lib. 30. sed corrupte, ut opinamur: quod genus sunt pleraq; illius: Et amabat omnes: nam discrimen non facit, neque significat linea alba. Vsurpatur & a Platone in dialogo, cui titulus, Charmides, ubi Socrates ait, se erga formosos adolescentes perinde esse, ut albam amussim in albo lapide, propterea quòd neque discerneret satis inter formas, & omnes ex æquo amaret. Solet eñ funiculus ille minio oblini, quo discrimẽ faciat, unde & rubricam uocauit Persius:

-Ac si oculo rubricam dirigat uno.

Eadem per eadem.

Αὐτὰ δὶ αὐτῶν, i. Eadem per eadem. Refert in collectaneis Diogeniani, de his, qui semper eadem inculcant, aut eadẽ assidue faciunt. Non dissimile illi, quod alio reddidimus loco, ὁ Διὸς κόρινθος, i. Iouis Corinthus. Potest & in eos torqueri, qui res nugaces nugaciter tractant, ueluti si quis in auctorem indoctum indoctos scribat commentarios, aut in obscœnum obscœnos.

Ad amussim.

Frequens est apud auctores, ad amussim, examussim, examussatim, amussatim, id eo, quod est, exquisita diligentia, atq; exactissima cura. Gellius lib. 1. c. 4. Ad hęc omnia scripta antiquiora tã curiose spectabat, aut uirtutes pensabat, aut uitia rimabatur, ut iudicium factũ esse ad amussim diceres. Et Amussitata pro examinatis, apud Nonium. Translatum a fabris lapidarijs, aut lignarijs, qui funiculo illo regulari, operis æqualitatẽ explorant. Quamquam Festus in dictione examussim testatur, amussim quibusdam esse non lineam, neque regulã, sed ferramentum, quo fabri in poliẽdo utantur. Persius de poeta absoluta carmina componente, quod modo citauimus.

-Scit tendere uersum,
Non secus, inquit, ac si oculo rubricam dirigat uno,

Item in carmine de uiro bono, quod Virgilio tribuunt:

Ne quid hiet, ne quid protuberet angulus, æquis
Partibus vt coeant, ne qd deliret amussis.

Vsurpat idem Basilius ad nepotes, cum iubet vnamquanque disciplinam ad finem felicitatis referre, perinde quasi lapides, iuxta Doricum prouerbium, ad amussim dirigentes. Natum uideri potest apud Homerum Odissæ ε. cum loquitur de Vlysse nauem sibi fabricante:

Ξέσε δ' ἐπισαμένως, καὶ ἐπὶ σάθμῃ ἴθυνε. idest,
Expolijt multa arte, superque induxit amussim.

Rursus Iliados ο.

Αλλ' ὥς τε σάθμη δόρυ νηΐον ἐξιθύνει
Τέκτονος ἐν παλάμῃσι δαήμονος, ὅς ῥά τε πάσης
Εὖ εἰδῇ σοφίης, ὑποθημοσύνῃσιν Ἀθήνης. idest,
Materiã veluti nauali exæquat amussis,
Ducta fabri docti digitis, qui calleat artẽ.
Quæcunque est, teneatque probe, monitrice Minerua.

Est apud eundem & alijs aliquot locis.

Ad unguem.

Ad unguem, eundem habet sensum. A marmorarijs sumpta metaphora, qui superinducto ungui, commissuras explorant marmorum. Horatius:

-Fonteius ad unguem Factus homo, idest absolutus. Idem in arte,
-Carmen reprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coercuit, atq;
Perfectum decies nõ castigauit ad vnguẽ.

Virgilius secundo Georgic. lib.

Nec secius omnis in unguem
Arboribus positis secto via limite quadret.

Persius:

-Vt per læue seueros
Effundat iunctura ungues.

Macrobius Saturnalium lib. 1. Nec quisquam alius tam futilis posset esse iudicii, qui Romani anni sic ad unguem, ut aiunt, emendatum ordinem non probaret. Ad cõ similem modum Græci, quod exactũ sit, & impensius accuratum, διόνυχον uocant. Plutarchus de præceptis bonæ ualetudinis: Ἡ μὲν ἐν ἀκριβὴς σφόδρα καὶ διόνυκος λεγομένη δίαιτα i. Itaq. uehementer exacta, quæ ad unguem obseruata dicitur uictus ratio. & ἐξονυχίζειν, pro ἀκριβῶς ἐξετάζειν. Quã uocem usurpat & Athenæus lib. 3. ἐξονυχίζεις δὲ πάντα τὰ προσωπίδια τοῖς σωδιαλεγομένοις τὰς ἀκάνθας. i. Porro ad unguem exploras omnia, quę cõgruuntur ijs, qui cum spinis disputant.

Incudi reddere.

Eleganter Horatius, incudi reddere, dixit, pro eo, quod est, refingere, ac mutare, corrigereq; :

Et male tornatos incudi reddere uersus.

Cõsimili forma dicũt recoquere. Quintilianus lib. 12. Sed præcipue tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoque audierat, Rhodi rursus reformandum, ac uelut recoquendum dedit. Item Horatius:

-Recoctus
Scriba ex quinqueuiro.

Lesbia regula.

Lesbia regula, dicitur, quoties prepostere, non ad rationem factum, sed ratio ad factum accommodatur. Et cum lex moribus applicatur, non mores ad legem emẽdantur: aut quoties princeps se populi moribus accommodat, cum contra cõueniat plebem ad principis arbitrium uitam instituere, si modo princeps ipse ad honesti regulam, ac scopum respiciat. Huius adagii mentionem facit Aristoteles, quinto Moraliũ lib. Τοῦ γὰρ ἀορίστου ἀόριστος καὶ ὁ κανών, ὥσπερ καὶ τῆς λεσβίας οἰκοδομῆς ὁ μολύβδινος κανών. πρὸς γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ λίθου μετακινεῖται, καὶ οὐ μένει ὁ κανών. i. Siquidem infinitæ rei infinita itẽ regula, quemadmodum plumbea Lesbię ædificationis regula, ad lapidis enim figuram transmouetur, neque manet regula.

Indignus, qui illi matellam porrigat.

Hyperbole prouerbialis est, de uehementer inęqualibus, ac ne ulla quidem ex parte conferendis. Martialis:

Dispeream, si tu Pyladi præstare matellã
Dignus es, aut porcos pascere Pirithoi.

Nam sordidissimum obsequium est, mi scturiẽti matulam exhibere, quo qui sit indignus, is uidelicet nimium inferior uidetur. Vnde D. Hieronymus in epistola ad Nepotianum, inter sordida captatorũ ministeria hoc quoque commemorat. Ipsi, inquit, apponunt matulam, obsident lectum. Plutarchus in apophthegmatis Laconicis refert, puerũ quendam Spartanum ab Antigono captum, ac uenditum, paruisse quidem emptori in omnibus, quæ non essent indecora ingenuis. Ceterum iussus afferre matulam detrectauit obsequium, addens, non seruiam: Surgente domino, puer, senties, inquit, quem emeris, simulq; conscenso tecto sese præcipitem dedit. Extat & hodie uulgo tritissimus sermo, Indignus est, qui illi calceos detrahat. Quin etiam negant eodem die nominandos, quos admodum inæquales uolunt uideri.

Scopæ dissolutę. Scopas dissoluere.

Homines nihili, nulliusq; prorsum consilij, Cicero scopas dissolutas nominat, scribens ad Atticum epistolarum lib. 7. his quidem uerbis. Cæsarem uidi Minturnis ad 8. Calendas Februarias mane, cum absurdissimis mandatis, non ad homines, sed scopas dissolutas, ut idipsum ille mihi uideatur irridendi causa fecisse. Idem in oratore perfecto, agẽs cõtra eos, qui numeros orationis contemnũt, scopas dissoluere dixit, pro eo, quod est, rem prorsus inutilem efficere. Nam scopæ colligatæ, & speciẽ uidentur habere qualemcunque, & ad uerendum pauimentum sunt accommodatę. Porrò, si dissolueris, nihil inutilius, nihil

inelegãtius. Tulliana uerba sunt hęc: Sed, si quos magis delectant soluta, sequantur ea sane: modo si quis Phidiæ clypeum dissoluerit, collocationis uniuersam speciem sustulerit, non singulorum operum uenustatem: ut in Thucydide, orbem modo orationis desidero, ornamenta comparent. Isti autem, cum dissoluunt orationem, in qua nec res, nec uerbũ ullũ est, nisi abiectũ, non clypeum, sed ut in prouerbio est, etsi humilius dictum est, tamen cõsimile est, scopas, ut ita dicam, mihi uidentur dissoluere.

Apertis tibijs.

APERTIS tibijs, id est, clariore uoce. Translatum à tibicinibus, qui quædam obturatis tibiarum foraminibus, quasiq; pressiore sono canunt, quædam apertis tibijs, actiore sonitu. Quintilianus Institutionũ lib. 11. Illa uero iam pœne apertis, ut aiũt, tibijs, qui, quocunque inciderunt, ueterẽ consuetudinem fori, & pristinum morem iudiciorum requirunt. Venustior erit metaphora, si quis dicatur apertis tibijs inuehi in quempiam, id est, non clanculum obtrectare, sed palam insectari, lacerareq; cõuicijs: aut apertis tibijs laudes cuiuspiam celebrare, id est, palam, & magnifice. Fortassis ad hanc sententiam pertinet senarius ille Græcus, quem citat Tullius in Epistolarum ad Atticum libro 2. ex poeta nescio quo: Cn. quidem, inquiens, noster, plane iam quid cogitet, nescio:

Φυσᾶ γὰρ ἐ σμικροῖσιν ἀυλίσκοις ἔτι. i.

Neq. enim minutis iam ille spirat tibijs.

Videtur innuere, Pompeium ingentia promittere per legem Agrariam, & rẽ maximam moliri. Athenæus lib. 4. refert tibiarum genus, quas Anacreon ἡμιόπους appellat, ceteris minores, sonoq; minus claro: quod ipsum indicat cognomen.

Quid opus erat longis canere tibijs.

DION lib. 1. huiusmodi quoddam adagiũ refert, τί γάρ με ἔδει μακροῖς ἀυλοῖς ἀυλεῖν. i. Quorsum attinebat me longis tibijs canere? Idq. aiunt conuenire in eos, q sumpsissent inanẽ operam, aut sumptum. Ductum ab Othonè, qui post cæsum Galbã fecerat sacrũ, in quo exta inauspicatos exitus portendebant. Itaq. pęnitens sumptus, & operæ frustra insumptæ, fertur ita dixisse, τί με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς ἀυλεῖν, q uerba deinde in uulgi fabulã abierunt. Olim in sacris, longis tibijs cani solitum est, qui mos postea sublatus, auctore Plutarcho. Meminit huius & Suetonius in uita Othonis. Postridie quoque, inquit, in augurando tempestate orta, grauiter prolapsum, idẽtidem obmurmurasse, τί γάρ μοῖ καὶ μακροῖς αὐλοῖς, id est, Quid mihi cũ lõgis tibijs? Quo quidem loco demiramur, quid commouerit quendam, non obscuri nominis interpretem, ut reiectis Suetonij uerbis uelut adulterinis, Dionis supponẽda putaret, quasi uero nefas sit, auctoribus eandem sententiam diuersis explicare formis; aut quasi non elegantius etiam dixerit Suẽtonius, quam Dio.

Vtinam mihi contingant ea, quæ sunt inter Corinthum, & Sicyonem.

EVSTATHIVS, enarrans Iliados secundum lib. ait hunc uersum olim prouerbio fuisse celebratum.

Εἴη μοῖ τὰ μεταξὺ κορίνθυ, καὶ σικυῶνος. i. Sit mihi quod Sicyonẽ interiacet, atq. Corinthum.

Id inde uenit in adagiũ, quod urbs utraque esset opulentissima, agriq; longe feracissimi interiacerẽt. Aristophanes in Auibus, indicat ex oraculo natum.

Ἀλλ' ὅταν οἰκήσωσι λύκοι πολιαίτε κορῶναι
Εν ταυτῷ τὸ μεταξὺ κορίνθυ, καὶ σικυῶνος. i.

Cornix cana, lupusq; ubi eadem sede morantes.
Quod spatium Sicyonem dirimit, atque Corinthum.

Interpres adscribit, Aesopo consulenti de parandis opibus, ita responsum fuisse.

Εἰ τὸ μέσον κτήσαιο κορίνθυ, καὶ σικυῶνος. i.

Si teneas quod agri Sicyonem, interque Corinthum est.

Refertur & à Zenodoto, atq. item Athenæo libro Dipnosophistarum quinto. Cõueniet, ubi quis optat ingentia. Poterit & per iocum torqueri in eum, qui, quod asse qui non potest, id uotis tamen quasi somniat. Simili figura dictum est illud Theocriti in Ergatinis.

Αἴδε μοι ἦσαν ὅσα κροῖσον πόκα φαντὶ πεπάσθαι. i.

Quæ Cręsum tenuisse ferunt, utinam illa mihi sint.

Deum esse, Deum facere.

HYPERBOLAE sunt puerbiales de singulari

singulari laude dignis. M. Tullius in Oratoris sui lib. 2. In quo tu mihi, inquit, deus esse uideris, id est, singulari, ac summus. Terentius in Adelphis. Deum te facio, id est, summis laudibus effero. Inde natum, quod prisci mortales, si quem ob egregias, ac minime uulgares uirtutes suspiciebãt, eum deũ, ac dijs genitum aiebant. Id quod euenit Alexãdro Magno, Scipioni Africano, Octauio Augusto, cumq. his alijs compluribus. Cui quidem rei Aristoteles adstipulatur Moralium lib. 7. Hanc, inquiens, virtutem heroicam uelut homine maiorẽ, & diuinitati proximã uocant. Hinc & Homerus Priamum de Hectore loquẽtem facit, ad hunc modum Iliados ω.

Οὐ δὲ ἐώικει
Ανδρός γε θνητοῦ παῖς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο. i. Nec iam hominis sane mortalis filius ille
Esse uidebatur, sed diuo semine natus.

Porrò Laconibus, ut idẽ testatur, peculiaris hic erat mos, ut, cum uehementer quempiam admirarẽtur, diuum uirum appellarent. Idem commemorat Socrates apud Platonem in Menone, καὶ οἱ λάκωνες, ὅταν τινὰ ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα, θεῖος φάσιν ἀνὴρ οὗτος. i. Et Lacones, quoties laudant aliquẽ uirum bonũ, diuinus, inquiunt, uir hic. Inde illa apud Homerũ solennia: θεῷ ἴκελος καὶ θεοειδής, i. Deo similis, & diuina specie. καὶ ἰσόθεος, καὶ ζάθεος, id est, Deo par, & admodum diuinus. Contra, insigni improbitate uiros, belluas appellamus, idq; etiam uulgo tritissimum est. Diuus Hieronymus, ad Aurelium Augustinũ scribens, per Ironiã torsit in quosdam, non contentos communi hominum iudicio, sed noua quædam desiderantes, Deos illos appellans. Quintilianus Institutionum li. 1. hominem omnibus numeris consummatum, uulgo mortalem Deũ dici solitum indicat. Nam sapientes, inquit, formantes eum, qui sit futurus consummatus undiq;, &, ut dicunt, mortalis quidam Deus, non modo cognitione cęlestiũ, uel mortalium putant instituendum, &c.

Sepe etiam est holitor ualde opportuna locutus.

AVLVS Gellius in Noctibus suis lib. 2. cap. 6. testatur hunc uersiculum olim prouerbio fuisse celebratum:

Πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπε. i.

Sæpe etiam est holitor ualde opportuna locutus.

Quo quidem admonemur, non esse fastidiendam salutarem sententiã propter auctoris humilitatẽ: nam fieri nonnunquã, ut aliquis, infimæ sortis, ac notę uir, aut minime doctus, dicat quiddam haudquaquã aspernandum etiam summis uiris. Huic respondet illud Cæcilianum apud Ciceronem in Tusculanis quæstionibus, Sæpe est etiam sub pallio sordido sapientia. Neque dissonat Plautinum illud in Captiui duo: Vt summa sæpe ingenia in occulto latent. Porro, quod ad Græcum attinet adagium, lectorem admonendum putauimus, hunc quidem ad modum in omnibus, quos adhuc uiderim, Gellianis codicibus inueniti scriptum Verum, dum sursum ac deorsum in Græcis auctoribus oberramus, forte fortuna in collectaneis quibusdam, nullũ quidem auctoris titulum præferentibus, sed eiusmodi tamen, ut aut Stobæi, aut certe ex hoc decerpta uiderẽtur, huiusmodi carmen inuenimus, citatum ex Æschyli tragœdia, cui titulus Phryges:

Πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ καταλαίρον εἶπε. i.

Sępe etiã stultus fuit opportuna locutus.

Quæ sententia totidem uerbis etiã uulgo nunc dicitur, a uiro stulto nõnunquam sapiens dictum proficisci. Respondet autẽ ad illam, quam superius ex Euripide citauimus.

-Μωρὰ γὰρ μωρὸς λέγει, i.

Nam stulta stultus loquitur.

Etenim hoc tametsi uere dictum est, tamen fit nonnunquam, ut fatuus uel casu, uel imprudens aliquid egregie dicat, & ad rem uehemẽter accommodatum. Id quod accidere sæpenumero uidemus. Quid enim potuit uel ab homine salsissimo dici accõmodatius, quam quod narrat Suetonius dictum a quodam, qui mente parum constabat, in Pompeium, & Iulium Cæsarem: Salue Rex, salue Regina. Cum Pompeius regni affectati laboraret inuidia, Cæsarem rumor esset Nicomedi Regi uxoris uice fuisse.

Copiæ cornu.

Αμαλθείας κέρας, i. Copiæ cornu. Cum affatim omnia superesse significamus, copię cornu dicimus. Translatũ a peruetusta fabula, quæ uarie narratur apud auctores. Quidã ad hunc modum narrãt, Rhea Iouẽ enixa,

enixa, metu patris infantem in Creta occu luit, nutriendum a duabus nymphis, Adra stea, & Ida, Melissei filiabus. Hæ nutricaue runt illum capræ cuiusdam lacte, cuius nomen fuerat Amalthea. eam capram Iuppiter iam adultus in sydera retulit, uocaturq; à Græcis αἴξ οὐρανία, id est, capra cæ lestis. Huius alterum cornu nymphis nutricibus dedit, uidelicet officij præmium: hanc adijciens facultatem, ut, quidquid optassent, id illis ex eo cornu largiter sup pullularet. Ouidius Fastorum libro quinto, paullo diuersius fabulam narrat, hoc pacto:

Nais Amalthea, Crætæa nobilis Ida
Dicitur in syluis occulluisse Iouem.
Hic fuit hædorum mater formosa duorũ,
Inter Dictæos conspicienda greges,
Cornib. aerijs, atq. in sua terga recuruis,
Vbere quod nutrix posset habere Iouis.
Lac dabat illa deo, sed fregit in arbore cornu,
Truncaq; dimidia parte decoris erat.
Sustulit hoc nymphe, cinxitq; decentibus herbis,
Et plenum pomis, ad Iouis ora tulit.
Ille, ubi res cęli tenuit, solioq; paterno
Sedit, & inuicto nil Ioue maius erat.
Sydera nutricem, nutricis fertile cornu
Fecit, quod dominæ nunc quoq. nomẽ habet.

Legimus & Herculẽ Ætolis donasse copiæ cornu, propter coercitum cornu flumi nis Acheloi: quare regionem illam, antea sterilem, fertilissimam reddidit: cornu nimirum laborum duritiem significante, fru gibus feracitatem. Hunc igitur titulum Phocion quidam Peripateticus libro suo indidit, ut testatur Aulus Gellius. Plinius item ostendit Græcos aliquot hanc inscri ptionem nimis arrogantem suis commentarijs imposuisse, tanq; nihil in eis nõ contineret, & quiduis inde peti, atq. accipi pos sit. Lucianus de mercede seruientibus, Καὶ ἕξεις τῆς ἀμαλθείας κέρας· καὶ ἀμέλ ξεις ὀρνίθων γάλα. i. Et habebis copię cor nu, & lac gallinaceũ emulgebis. Philostratus Dionẽ sophistam appellat ἀμαλθείας κέρας, uelut oĩ genere uirtutum expolitũ. Plautinus quidam seruus, epistolam quan dam copiæ cornu uocat, quod plurimum ex ea commodorũ capi posset. Aulus Gellius lib. 14 cap. 6. Et simul dat mihi librum grandi uolumine, doctrinis omnigenis, ut ipse dicebat, pręscatentẽ. Accipio cupidus, & lubens, tanquam si copiæ cornu nactus essem. Apud Athenæum Philoxænus secũ dam mensam uarijs cupedijs instructam, copiæ cornu uocat. Citatur a Suida carmẽ huiusmodi,

Εὐθ' ἵνα μοι βίος ἐστὶν ἀμαλθείας κέρας αἰγός. i.

Capræ ubi Amaltheæ præbet mihi pabu la cornu.

Carmen est heroicum. Effertur adagiũ hoc quoq. pacto, αἴξ οὐρανία, id est, capra cœlestis. Comędia uetus notat Polyagrũ quendam uxorem ad quęstum prostituen tem: quam cælestem capram uocat, ob im mensum quæstum, ut testatur Plutarchus, in cõmẽtario de audiendis poetis, Εὐδάμων πολύαγρος ἐράνιον αἶγα πλυτοφόρον τρέφων. i. Fortunatus Polyager, id est, mul torum agrorum possessor, cælestem caprã opes afferentem alens. Idẽ alibi aduersus Stoicos, ὁ δὲ τῷ σωϊκῷ λαβὼν ἀμαλθείαν. id est, At qui Stoicã acceperit Amaltheã. irridens paradoxa Stoicorum, qui suo sapienti tribuunt uniuersa, diuitias, libertatem, sanitatem, regnum. Horatius in Odis:

-Beata pleno Copia cornu.

Lac gallinaceum.

Ὀρνίθων γάλα, id est, Gallinarum lac, eundem habet sensum. Dicitur. n. in opulẽ tos, & quib. quiduis rerum suppeditat. Aut de raris inuentu, atque ob id pretiosis: ut sit hyperbole, significans nihil omnino de esse. Plinius in præfatione historię mũdi, irridens Græcorum deliciosas quasdam, & magnificas inscriptiones: Cerion, inquit, inscripsere, quod uolebãt intelligi fauum, alij κέρας ἀμαλθείας, quod copię cornu. uelut lactis gallinacei sperare possis in uo lumine haustum. Aristophanes in Vespis:

Ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα
Ἀντὶ τῆς βίας λάβοιμ' ἄν, οὐ μεν ὦ ἀποστε ρεῖς. i.

Non lac hercle gallinaceum
Hacce pro uita capiam, quam mi adimis in præsentia.

Eustathius in quartum Odysseæ, citat hoc adagium ex Anaxagoræ fabula, cui titulus, ὠά. Rursum Aristophanes comicus in fabula cui titulus, ὄρνιθες,

-Δώσομεν ὑμῖν
Αὐτεῖς, πᾶσι, παῖδων πᾶσιν
Πλεθυγίειαν, οὐδ' αἰμονίαν,

Βίον,

Βίον, εἰρωνίας, νεότητα, γέλωτα,
Χορὸς, θαλίας· γάλατ' ὀρνίθων,
Ὡς τε παρέσται ὑμῖν κοπιᾶν
Ὑπὸ τῆς ἀγαθῶν. i.

Dabimus uobis ipsis, filijs, filiorum fi lijs, opulentiam bonę ualetudinis, felicita tem, facultas, pacem, iuuẽtam, risum, cho ros, festa, lac gallinarum, ut sitis præ bono rum copia laboraturi. Strabo Geographię libro 14. narrat de Samiorum agris, quod essent omnium rerum ampliter feraces, il lud nulgo iactatum esse, quod lac etiam ferrent gallinaceum. Idem testatur hoc adagium apud Menandrum comicum inueniri. Athenæus libro Dipnosophistarũ nono, ex medię comędię scriptore quopiã Minesimacho, senarios hos adducit. καὶ τὸ εὐθύμιον,

Σπανιώτερον πάρεστιν ὀρνίθων γάλα,
Καὶ φασιανὸς ἀποτετιγμένος καλῶς.

Id est, Et, quod dicitur prouerbio,
Lac suppetit, res rara, gallinaceum, ac
Plumis reuulsis phasianus approbe.

Rursum lib. nono adducit ex Numenio,

Ἡδ' ὅπερ ὄρνιθος καλέεται γάλα. i.

Atque quod gallinæ dicitur lac.

Idem libro tertio indicat, quibusdam lac gallinaceum esse, album oui.

Non omnibus dormio.

NON omnibus dormire dicuntur, qui non omnibus inseruiunt, neque per oĩa gerunt morem. Translatum putant a maritis quibusdam nimis obsequentibus, qui uxores suas adulteris sciẽtes produnt, som num interim inter pocula simulantes, ut adultero, quodlibet, liceat. Quod genus obsequij notans Iuuenalis:

-Doctus, inquit, spectare lacunar,
Doctus & ad calicẽ vigilãti stertere naso.

Plutarchus in libro, cui titulum fecit, ἐρωτικῷ, fabulam super hac re non illepi dam narrat. Cum Galba quispiam conui uio Mœcenatem accepisset, sentiretque iam è nutibus hominem inflammatum in uxorem suam, sensim demisit caput, per inde quasi dormiret. At, cum interea famu lus quispiam ad mensam accedens, uinum clam tolleret, ibi iam uigil, & oculatus, In felix, inquit, an nesciebas me soli Mœcenati dormire? Meminit huius adagii, & ad hunc, quem dixi, modum exponit Festus Pompeius, citans ex Lucilio, tractum ostẽ dens a Capio quodam, qui Pararencho di ctus sit, quod simularet dormientem, quo impunitius eius uxor męcharetur. Idem indicat huius rei meminisse Lucilium. Vsurpat & M. Tull. libro familiarium epi stolarum septimo: Olim, Non omnibus dormio, sed ego, mi Galle, non omnibus seruio. Videtur indicare Cicero alterum, puta, non omnibus dormio, uetus fuisse, alterum nempe, nõ omnib. seruio, nouum. Vtrunque certe prouerbiale, sed prius il lud pertinet ad concessionem iuris, hoc posterius ad obsequium impendendum. Idem Tullius epistolarum ad Atticum li bro 13. Est bellum aliquem odisse liben ter, &, quemadmodum dicitur, non omni bus seruire. Qui quidem locus non uide tur carere mendo. Fortasse enim scriptum erat, & quemadmodum non omnibus dor mire, ita non omnibus seruire. Quin & hæc ipsa uox, seruire, non uacat metapho ra, cum dicimus, seruire scenæ, seruire tẽ pori, seruire uitijs, seruire ingenio uxoris, seruire populo, seruire cõmodis priuatis, pro eo, quod est, nihil non facere, quo sa tisfacias.

Rodg. folio 33, ed. cap. 16

Sardi uenales.

Σαρδιανοὶ ὠνιοι, id est, Sardi uenales. In eo libello, cui titulus est, De uiris illustri bus, quẽ alij Plinio, nõnulli Suetonio tri buũt, utriusq. reclamãte stylo, huiusmodi quoddam adagiũ refertur, Sardi uenales, de negotio infinitæ prolixitatis, atq. inex plicabili. Idq; hinc esse ortũ tradunt, quod Tiberius Sempronius Gracchus, cũ altero consulatu Sardiniam domuisset, tãtum ex ea captiuorum adduxit, ut longa uenditio ne res in prouerbium abierit. Plutarchus in Problematis Romanorum, aliam affert causam, nimirum olim inoleuisse morem apud Romanos solẽnem, ut, qui ludos ede rent in Capitolio, Sardos uenales pronun ciarent, prodiretq; puer quispiam, per ludi brium monili cinctus, quod bullam uocãt. Eum morem hinc ortum putat, quod Ve nientes Etruscorum populi, multum tẽpo ris cum Romulo bellum gessissent, quodq. horum urbem postremam Romulus expu gnasset. Etiam si T. Liuius lib. 1. narrat, ui ctos quidem a Romulo Veientes, sed tamẽ uictorem ab urbe munita abstinuisse. Vnde & regem ipsum, & cum hoc captiuos quã plurimos Romã deductos, uenales pronũ ciauit. Porro, cum Lydi ab initio fuerint Etrusci,

Etrusci, quemadmodum testatur & Herodotus libro 1. Lydorum autem caput erat Sardis, inde factum, ut Etruscos Sardorũ nomine pronunciarit uenales. Refert eadem Plutarchus in uita Romuli, licet aliquanto diuersius. Debellatis Veijs, captus est illorum dux, qui, cum esset prouectæ ætatis, uisus est rem imprudentius gessisse, quam pro ætate. Vnde mos inoleuit, vt, quoties Romani ob partam uictoriam immolarent uictimam, senem purpura indutum per forum in Capitolium inducerẽt, bullaq; ad collum appensa, quod tum erat puerorum insigne, præco Sardianos uenales pronũciaret. Etruriæ caput Veij sunt, & Etrusci Sardianorum coloni putantur. Vsus est hoc adagio M. Tullius libro Epistolarum familiarum 7. ad Gallum: Habes, inquit. Sardos venales, alium alio nequiorem. Sentit Cicero de contemptis, & improbis: &, ni fallimur, patria quoque Sardis. Nam ita scribit paullo ante hunc locum: Id ego in lucris pono, non ferre hominem pestilentiorem patria sua.

Dasypus carnes desiderat.

Δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ, i. Dasypus carnes desiderat. Dicitur in eos, qui ea requirunt ab alijs, quæ ipsis affatim sunt domi. Et enim Dasypus de genere leporum. Lepus autem, ut auctor est Plinius lib. 8. cap. 55. animal est innocuum, esculentum, & fœcundum, omnium prædæ nascens. Solus, præter dasypodem superseetat, aliud educãs, aliud in utero pilis uestitum, aliud implume, aliud inchoato gerens partu. Dictus est autem dasypus a pedibus hirsutis, ac uillosis.

Tute lepus es, & pulpamentum queris.

Svnt, qui existiment cum proximo idem esse, quod legitur in Eunucho Terẽtiana: Tute lepus es, & pulpamentũ quæris. Dictum est autem a milite glorioso in adolescentem Rhodium, qui scorto suo alludebat, ipse ea ætate, qua scorti uicibus fungi posset. Donatus allegoriam uarijs modis exponit, indicans prouerbium hoc in molles conuenire, propterea quod lepus a posteriore parte, hoc est, a lumbis, & clunibus pulpamentum de se præbeat, eaque corporis parte lautissimus sit: uel qd eum canes, amatorum instar, sequantur: vel quod lepus a Physicis dicatur incerti sexus, modo mas, modo fœmina. Quæ cõmenta frigidiora videntur. Flauius Vopiscus in Numeriano Imperatore, scribit adagium Terentianum, Liuij esse Andronici, uetustissimi Romanorum comici.

Vno fasce complecti.

Vno fasce complecti, legitur apud eundem Plinium, pro eo, quod est, eadem opera, & coniunctim agere, non separatim. Verebamur, inquit, ne nos dies, ne nox, ne latera deficerent, si tot crimina, tot reos uno uelut fasce complecteremur. Translatum est ab ijs, qui res multas simul colligant, quo commodius gestari queant. Id Græci dicunt συλλήβδην, idest, comprehensim.

Salem, & mensam ne prætereas.

Ἁλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν, i. Salem, & mensam ne prætereas. Ne negligas amiculorum consuetudinem, aut ne violes amicitiæ iura. Nam his rebus olim cõciliabantur amici, & familiares antiquitus mutua inter sese conuiuia actitabant. Quemadmodum testatur etiam Diogenes Laertius in uita Pythagoræ. Et adstipulatur Theocritus in Hyla:

Οἳ μίαν ἀμφὼ ἑταῖροι ἀεὶ δαίνυντο τράπεζαν. idest,

Qui ad mensam semper eandem.
Cœnabant ambo, fidi nimirum ut amici.

Loquens de Hercule, ac Telamone. Tũ Euripidis Hecuba, Polymnestoris exaggerans facinus, hospitalis etiam mensæ facit mentionem:

Κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμοί. i.
Mensa receptus sæpe communi mihi.

Inde est, quod, ut docet apud eundem Laertiũ Alexander in cõmentarijs Pythagoricis, Pythagoras uetabat frangi panem, uidelicet, ne dissecaretur, quod amicos copularet. Idem cẽsuit, salem potissimum in mensa apponendum, quod æquitatis, ac iustitiæ nos admoneat, ut qd & seruet, tueaturque quidquid occuparit, & ex liquidissimis rebus aqua, marique fiat. Origenes aduersus Celsum lib. 2. Parium quempiam Iambographum adducit, qui Lycomantẽ insectatus sit, quod salem, ad mensam esset prætergressus. Certe apud Macedones patrio ritu fœdus, quod sanctissimum uellẽt haberi, sic inibant, ut panem gladio diuisum

sum uterque libaret. Auctor Q. Curtius libro octauo.

Baceli similis.

Ἰκελος βακύλῳ, καὶ βάκηλος εἶ, idest, Baceio similis, & Bacelus es. In cinædos, ac parum uiros dictum, aut in magnos quidẽ corpore, sed animo stupidos. Tractum a forma, moribusq; Baceli cuiusdam. Ait Suidas, Bacelum propriè significare eum, qui sit exectus, eoq; in molles dici, quod hoc morbo potissimum laboret illud hominũ genus. Antiphanes in Caribus, Bacelum quempiam taxat apud Athenæum libr. 4.

Οὐχ ὁρᾶς ὀρχούμενον
Ταῖς χεροὶ τὸν βάκηλον, οὐδ' αἰσχύνεται. i.
An Bacelum non uides,
Manibus suis sic saltitantem, nec pudet?

Meminit huius Suetonius i uita Augusti, scribens eum peculiari uocabulo, Bacelum pro stulto assidue solitum dicere, quanquam in uulgatis codicibus Baceolus scriptum est, Hermolaus existimat & apud Quintilianum recte pro Bagoa, Bacelum legi posse. Verba Fabij sunt hæc: At uero statuarum artifices, pictoresq; clarissimi, cum corpora speciosissima pingendo, fingendove effingere cuperent, nunquam tamen in hunc inciderunt errorem, ut Bagoam, aut Megabysum aliquem in exemplum operis assumerent sibi. Verum non uidetur, cur Fabiana scriptura mutãda sit, cum βαγώας barbara lingua significet Eunuchum, quo nomine Lucianus philosophum quendam inducit, qui uultu, corporisq; figura eunuchum præseferret. Quin & Ouidius de Amoribus, seruum puellæ custodem Bagoum appellat.

Quem penes est dominam seruandi cura Bagoe.

Batalus es.

Βάταλος εἶ, i. Batalus es. Olim in effœminatos per contumeliam dicebatur. Plutarchus ostẽdit id cognominis. Demosthenì puero inditum fuisse, & ab inimicis probro obiectũ. Porrò cognominis huius idẽ uarias affert rationes, uel quod Batalus quispiam fuerit tibicen, mollis, & effœminatus, qui muliebribus sandalijs primum omnium in scenam prodierit, ac musicam, ut ita dixerimus, euitarit, uel quod poetę cuidam obsceno nomen fuerit Batalo, uel quod apud Atticos Batalus appellata sit ea pars corporis, quę uerecunde nominari nõ potest. Meminit huius rei Libanius. Idem nempe Demosthenes, iam prouecta ętate, simili cõtumelia dictus est Argas, siue qd hoc nomine fuerit quispiam malarum auctor legũ, siue quod, ut existimat Suidas, seruentis genus sit Argas. Dicunt itẽ Græci βαταλίζειν, pro eo, quod est, turpiter, atque effęminate uiuere.

Bene plaustrum perculit.

Rvsticorvm prouerbium est, Bene plaustrum perculit. Apparet dici solitũ in eos, qui quempiam impellunt, quo sua pte sponte iam propendebat. Translatum à plaustris onustis, quæ, quò exonerẽtur, solent euerti. Fit autem id commodius in eam partem, in quam propter solum declĩuius inclinant. Donatus indicauit hoc adagium exponens in Eunucho hæc Parmenonis uerba. Perculeris iam tu me? Ab hac sententia non abhortet Plautinum illud ĩ Curculione: Qui monet, quasi adiuuat. Verba sunt lenonis, qui libentius sit mutaturus fidem, admonitus a trapezita, quod tamen uel citra monitorem erat facturus. Idem eleganter expressit Sophocles apud Plutarchum in uita Artaxerxis:

Ταχεῖα πειθὼ τῶν κακῶν ὁδοιπορεῖ. i.
Rerum malarum facilis est persuasio.
Plerique ad deteriora procliues sunt.

In Care periculum.

Ἐν καρὶ τὸν κίνδυνον, i. In Care periculũ subaudi, facito, hoc est, in homine, aut reuiliore, fac periculosam experientiam, in qua si parum feliciter cesserit, nõ multum sit dispendij capiendum. Huic adagio Carum mores fecere locum. Hic populus est, ut auctor est Mela Pomponius, incertę originis, vt quos alij αὐτόχθονας, i. indigenas, nonnulli Pelasgos, alij Curetes existiment, gens usq. adeo armorum, pugnæq; amans, ut aliena etiam bella mercede cõducti soliti sint agere. Vnde Theocritus in Encomio Ptolemæi:

Φιλοπολέμοις τε κάρεσσι dixit. i.
Bellandiq; auidis Caribus.

Itẽ Herodotus in Euterpe, ostẽdit Cares barbaro, seruiliq; fuisse ingenio, & ad quiduis malorum ferendum paratos, mercede proposita. Id quod indicat & Aristophanes in Auibus, Εἰ δὲ δῆλός ἐστι καὶ κάρ. idest,

id est, Quod si seruus est & Car. Strabo li. Geographię 14. narrat, Cares tota quondã errasse Græcia, passimq; stipendijs meruisse. Ceterum in rebus bellicis usque adeo præcelluisse, ut passim apud poetas arma bellica Carica nominẽtur, quẽadmodum Anacreon Caricam loricam, Alcæus Caricam cristam dixit, ad quam alludit Aristophanes in Auibus. Suidas scribit, Cares primos mortalium mercede militasse, ut qui uitam suã uilem haberẽt. Hos igitur, qui conduxerant primos in acie collocare cõsueuerant, ut primos hostium impetus suo exciperent periculo, aut ubi fortuna belli difficillima uideretur, illic obijciebantur. Persæ sua lingua κάρδακας appellabãt, q rapto uiuebant. Carum laudem his temporibus æmulari uidentur Heluetij, gens bello nata, simplex alioqui, ac minime malum hominum genus, planeq. dignum, ut quidem sentimus, quod hac quoque nota uacaret, & in literis, & in ceteris honestis studijs egregie ualiturum, si relictis bellis huc animum appellerent. Vsurpat hoc adagium Socrates apud Platonem in Euthydemo, iubens in se potius fieri periculum erãsformationis, uelut in homuncione Care, quem si perdas, nõ admodum grauis fit iactura. Εἰ δ' ὑμεῖς οἱ νέοι φοβεῖσθε, ὥσπερ ἐν κηρὶ ἐν ἐμοὶ ἔσται ὁ κίνδυνος, οὓς ἐγώ, ἐπειδὴ καὶ πρεσβύτης εἰμὶ παρακινδυνεύειν ἕτοιμος, καὶ παραδίδωμι ἐμαυτὸν Διονυσοδώρῳ τῷ, ὥσπερ τῇ μηδείᾳ τῇ κόλχῳ. Ἀπολούτω μέ, καὶ εἰ μὲ βούλεται, ἑψέτω εἰδ' ὅτι βούλεται τοῦτο ποιείτω, μόνον, χρηστὸν ἀποφυγάτω. i. Quã si timetis uos iuuenes, i me, tã quã in Care fiat periculũ. Nam & ipse quã doquidẽ senex sum, paratus sum subire periculum, meq. ipsum trado huic Dionysodoro, quasi Medeæ Colchicæ. perdat me, &, si uelit, in lebete coquat me. Sin minus, quidquid uoluerit, id faciat, tantum ut me reddat probum. Idem in Lachete huc respexit, cum ait: Cogitandũ esse ijs, qui primum docere incipiunt, & artis suæ periculum cum magno iuuenũ periculo faciunt, non Carem quempiam mercenarium, sed ciuium liberos in discrimẽ adduci. Et hũc imitatus Aristides in oratione Panathenaica, ἐν δὲ τοῖς κηροῖ, καὶ οὐκ ἐν τοῖς ἑαυτῶν σώμασι τὰς πείρας ποιούμενοι. i. In Care uero, non in suis ipsorum corporibus facientes periculum. Vsus est eodem M. Tullius in actione pro L. Flacco: Quid, inquit, de tota Caria? nonne hoc uestra uoce vulgatũ est, Si quid cum periculo experiri uelis, in Caria potissimum esse faciendum? Quem quidem locum apparet esse uitiatum, & in Care legendum esse, non in Caria. Huic diuersum est illud, Aureo piscari hamo, quod alibi reddemus.

In dolio figularem artem discere.

Item illud, ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν, id est, In dolio figulariam artẽ discere. De ijs, qui protinus maximis in reb. artificij sui capiunt experimẽtum, cũ paullatim à minutis ad summa proficisci conueniat. Neq; enim figulus statim a dolio, id est, uase maximo artem auspicatur, sed à pusillis quibusdam uasculis, in quibus nõ sit graue dispendium, si quid secus accidat. In hanc ferme sententiã usurpat Plato in Lachete; Σκοπεῖν χρὴ μὴ ἐν τῷ καρὶ ἡμῖν ὁ κίνδυνος κινδυνεύται, ἀλλ' ἐν τοῖς μέσοις τε καὶ ἐν τοῖς τῶν φίλων παισὶ, καὶ ἀτεχνῶς τὸ λεγόμενον κατὰ τὴν παροιμίαν ἡμῖν συμβαίνῃ, ἐν πίθῳ ἡ κεραμεία. i. Cõsiderare oportet, ne hoc periculum nobis fiat, non in Care, sed in filijs simul, atque amicorum liberis, ac plane contingat, quod prouerbio dicitur, in dolio figulina. Dicæarchus ad aliam sententiam torquet prouerbium, ut admoneat unumquemq; artificem in suis negotijs exerceri oportere, ve lut aurigam in ducendis curribus, nauclerum in gubernanda naui, medicum in curandis morbis. Tanquam absurdum sit, figulum in aurigatione uersari, re uidelicet aliena, ac non magis in dolio. Atque ita huc pertinebit illa sententia:

Quam quisque nouit artem, in hac se exerceat.

Et Horatianum illud in Epistolis:

Nauim agere ignarus nauis timet, abrotanum ægro
Nõ audet, nisi qui didicit dare. quod medicorum est
Promittunt medici, tractãt fabrilia fabri.

Scribimᵒ indocti, doctiq. poemata passim.

Sic ꝓpemodũ usurpat Gregorius Theologus in Apologia De fuga: ὡς τόνδε παιδεύειν ἄλλους ὅστις χειρῶν, πρὶν αὐτὸς ἱκανῶς παιδευθῆναι, καὶ ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν τὸ δηλεγόμενον, ἐν τῇ τῶν ἄλλων ψυχαῖς ἐκμελετᾶν τὴν εὐσέβειαν, λίαν ἐμοὶ φαίνεται ἀνοήτων. i. Itaq; alios uelle docere, prius q̃ ipsi satis edocti sint, & in dolio, q̃ aiunt, figulinam, in aliorum animis meditari pietatem,

tatem, mihi quidem uidetur hominum insigniter desipientium.

Ne sutor ultra crepidam.

Huic finitimum est illud, Ne sutor ultra crepidam, id est, Ne quis de his iudicare conetur, quæ sint ab ipsius arte, professioneq; aliena. Quod quidem adagium natum est ab Apelle, nobilissimo pectore. De quo Plin. li. 35. cap. 10. scribit in hunc modum: Idem perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atq; post ipsam tabulam latens, uitia, quæ notarẽtur, auscultabat, uulgũ diligentiorem iudicem, quã se præferens: feruntq; a sutore esse reprehensus, quod in crepidis una intus pauciores fecisset ansas. Eodem postero die superbe ob emendationem pristinæ admonitionis cauillante crus, indignatum prospexisse, denunciantem, ne supra crepidam sutor iudicaret. Quod & ipsum in prouerbium uenit. Hactenus Plin. Huic simillimum est, quod refert Atheniæus, Stratonicus citharedus fabro secum de musica contendẽti, Nõ sentis, inquit, te ultra malleum loqui? Eodem pertinet, quod huius nepos in epistolis scripsit, de artificio non recte iudicare quenquam, nisi, & ipsum artificẽ. Quod que primo Moralium libro dixit Aristoteles, earum rerum unumquenq. iudicem esse idoneum, quarum sit eruditus. Et quod idem scripsit lib. 2. Naturalium, cæcum disputare de coloribus. Quę uerba iam inter nostri temporis scholasticos in prouerbiũ abierunt, quoties quispiam de rebus ignotis disputat. Ad eandem sentẽtiam referendum, quod ait Fabius Pictor apud Quintilianum, felices futuras artes, si soli artifices de ijs iudicarent.

Dij facientes adiuuant.

Varro libro De re rustica primo: Et, quoniam, ut aiunt, dij facientes adiuuant, prius inuocabo deos. Significat diuinam opem non cessantibus, sed industrijs, & pro sua uirili conantibus auxilio esse solere. Huc est referendum illud Homericũ carmen, quod iam uelut in prouerbium abijt:

Τηλέμαχ' ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσεις,
Ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται. i.

Partim ipse tuo perpendes pectore secum,
Partim aliquis diuum tibi suggeret.

Id M. Tullius usurpauit lib. Epist. ad Atticum 9. Omnia nobis imparatis agenda, Sed tamen.

Ἀλλ' μὲν αὐτός,
Ἀλλ' δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται. i.

Partim ipse inuenies, partim fors suggeret ipsa.

Cum Minerua manum quoque moue.

Huic finitimum est, σὺν ἀθήνᾳ καὶ χεῖρα κίνει, id est, Auxiliante Minerua manũ interim moue. Monet adagium, ne fiducia diuinæ opis industriam remittamus. Conuenit peculiariter in mulieres, quæ lanificium exercent, fauente quidem, atque inuocata Minerua: sed nihilo segnius interim operi insistent. Sunt, qui putent, ab Agasone quopiam natum, cuius asinus cũ luto infixus hæreret, deberetq; illi succurrere, otiosus Herculem implorabat. Huic respondisse deum, uti interim manum admoueret asino laboranti, atq. ita demum numen affuturum. Alii diuersam huic fabulam afferunt, puta, quendam, cum esset decertaturus, Mineruam consuluisse, num futurum esset, ut victor discederet. Responsum est, fore. Verum, cum ille, ingressus in theatrũ, in certamine manibus staret otiosis, percussum ab aduersario uictum fuisse. Ad hoc adagium pertinet elegantissimum illud carmen, quod ex Agathonis tragedia citat Aristoteles, libro Moralium Eudemiorum quinto:

Τέχνη τύχῃ ἔστερξε, καὶ τύχη τέχνῃ. i.

Fortunam ut ars, fortuna ita artem amat inuicem.

Citatur a Suida senarius hic in eandẽ sententiam:

Αὐτός τι νῦν δρῶν, εἶτα τοὺς θεοὺς κάλει. i.

Fac interim aliquid ipse, dein deos uoca.

Nostro Marte.

Quoties, nullis auxilijs adiuti, nostropte ingenio, proprijsq; uiribus rẽ peragimᵒ, nostro Marte peragere dicimur. Aut etiam cum nostro periculo res geritur. M. Tull. li. Officiorum 3. Hanc igitur partem relictã explebimᵒ, nullis adminiculis, sed, ut dicitur, Marte nostro. Hactenus ille, Idẽ Philippica 2. de Deiotaro loquens. Rex enim ipse sua sponte, nullis commentarijs Cæsaris, simul atque audiuit eius interitum, suo Marte res suas recuperauit.

Cod.

Cod.lib.2.titulo, Ne liceat potentioribus, cap.1. Bene admodum constituit Claudius consultissimus princeps, parens noster, ut iactura causæ afficerentur hi, qui sibi potentiorum patrocinium aduocassent, ut, hoc proposito metu, iudiciariæ lites potius suo Marte decurrerent, quam potentiorum domorum opibus niterentur. Rursus libro 3.titulo, De iudicijs, cap.11. Illo proculdubio obseruando, ut, si neque per alterutram litigantium partem, nec per iudices steterit, quo minus lis suo Marte decurrat, sed per patronos causarum, licentia detur iudici. Translatum uidetur ab Imperatoribus, qui suis ipsorum auspicijs, & copijs bellum sustinent, siquidem Plautus etiam, Meis copijs, dixit, pro meo Marte. Sapiunt prouerbium etiam illa, Vario Marte, Dubio Marte, Iniquo Marte. Huic adagio pœne diuersum est illud, qd alibi retulimus, οὐκ ἄνευ θησέως, id est, Nõ absque Theseo.

Nequidquam sapit, qui sibi non sapit.

SENTENTIA vel hodie uulgo frequentissime iactata, Frustra sapere, qui sibi nõ sapiat. Plato in Hippia maiore, Καὶ πολλοῖς, inquiens, συνδοκεῖ, ὅτι ἡ σοφία, αὐτῇ αὐτῇ μάλιστα δεῖ σοφὸν εἶναι. id est, Idẽ itidem & plerisq. uidetur, quod oportet eũ, qui sapiat, ipsum sibi maxime sapiẽtẽ esse. Vsurpat & Cicero in epistola quadam ad Trebatium, ostendens ex tragœdia Medea sumptam: Et, quando, inquiens, cœpi agere Medeam, illud semper memento:

Qui sibi ipse sapiens prodesse nequit, nequidquam sapit.

Est autem uersus trochaicus. Idem Epistolarum familiarum lib.13. ad Cæsarem Imperatorem: Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad uera præcepta Εὐριπίδου:

Μισῶ σοφιστὴν, ὅς τις οὐχ αὑτῷ σοφός.

Quem uersum senex Præcilius laudat egregie. Idẽ lib. de Diuinatione 1. citat ex Ennio in astrologos, Qui sibi ipsimet non sapiunt, alteri monstrant uiam. Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmas ipsi petunt. Citatur à Luciano in Apologia:

Μισῶ σοφιστὴν, ὅς τις οὐχ αὑτῷ σοφός. i.

Sapientem eũ odi, qui sibi ipse non sapit.

Eundem Alexander torsit in Callisthenem, qui se moribus eorum, quibuscum uiuebat, non accommodaret, sed præseferebat, nihil eorum, quæ illic gerebantur, sibi placere. Eaque libertas optimo uiro attulit exitium, cum Anaxarchus philosophus omnium adulatorum abiectissimus, haberetur in pretio. Huius generis est illud apud Suetonium:

Aspice felicem sibi, non tibi, Romule, Syllam.

Cantherium in fossa.

CANTHERIVM in fossa: rusticũ prouerbium: sed tamen è re militari natum. Hoc licebit uti, quoties quis ad id negotij trahitur, in quo nequaquam ualeat. Aut ubi res uehementer erit impedita, periculosaue. Refertur à T. Liuio, decadis tertiæ lib.3. Narrat autem, cum Fabius Capuam obsideret secũdo bello Punico, Iubellium Tauream, inter equites Campanos nobilissimum, e Romanorum exercitu quemuis ad singulare certamẽ euocasse, ausumque prodire Claudium Asellium. Deinde, ubi diutius uterque alterum libero cãpo elusisset, Campanus in cauam uiam descẽdere iussit, alioqui equorum, non equitũ fore certamen. Eo cum Romanus, re, quã uerbis, ferocior, extemplo descendisset, rursum elusit Taurea sermone, qui postea in rusticum uersus est prouerbium: Minime scis, inquiens, cantherium in fossa? Quanquam ex Liuianis uerbis parũ liquet adagii sensus, tamen coniecturis facile deprehenditur. Pugnat autem cum illo, quod alibi dicemus: ἵππον εἰς πεδίον, id est, equum in planiciem. Etenim, quemadmodum plurimum ualet equus in planicie, ita minime ualet in fossa.

Tantali talenta.

Τάλαντα ταντάλου, id est, Tantali talenta. De immensis opibus. Nam Tantalus Phryx ob luculentas diuitias in fabulam hominum uenit, ita ut fingatur & apud inferos simile quiddam pati, cuiusmodi solent inter congestas opes tenaces isti diuites. Horatius:

Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Pocula, quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur.

Ostendit, allegoriam figmẽti ad diuites sordidos pertinere. Vsurpatur adagium a Platone in Euthyphrone. Suidas ait esse & apud Epicharmum, & apud Anacreontem. Effertur & ad hunc modum, cum uenusta quadam

quadam vocũm allusione: τάλαντα ταντάλου ταλαντίζεται, i. Tantali talenta talentizat: hoc est, librat, & accumulat. Porro, Tantalum prædiuitem fuisse, testatur uel illud ex tragœdia carmen apud Plutarchum, libro De exilio.

Σπείρω δὶ ἀρούρας δώδεχ' ἡμέρων ὀδόν. i.

Idem dierum duodecim sero ingera.

Idem alibi ingentes diuitias, πλοῦτον ταντάλειον appellat, id est, opes Tãtalicas. Antiphanes apud Athenæum lib.6.

Οἱ ἄνποτ' ἔχε χ' θρίζων ὁ ταντάλου;
Μαλακὸν τοιαῦτοις ἐκταλαντωθεὶς ἀνὴρ.

id est,

Qualem olim habebat & Thribon, qui molliter
Exutus est ipsis talentis Tantali.

Pelopis talenta.

CONSIMILI figura Theocritus in Idyllio Θ. dixit Pelopis talenta:

Μήμοι γὰν πέλοπος, μήμοι χρύσεια τάλαντα
Εἴη ἔχειν, μηδὲ τρόδε θέειν ἀνέμον. i.

Non Pelopis mihi sint agrique, aurique talenta,
Nec uentos celeres anteuolasse pede.

Porro talentum apud Atticos, maxima pecuniæ summa erat. Talentum minus valebat libras sexaginta, talentum magnum octoginta. Vnde illud in Phormione:

Si quis daret talentum magnum. Immo malum.

Et Aristophanes:

Ἀλλ' ἐγὼ γ' ὁ πέντοιος
Οὐκ ἂν γενοίμην ἐπὶ τοιούτῳ χρυσίῳ. i.

At ego sane Opuntius
Nolim esse, si quis det talentũ mi aureũ.

Id est, Nolim esse luscus uel quantaliber pecunia.

Midæ diuitiæ.

Μίδου πλοῦτος, καὶ μίδου πλουσιότερος, i. Midę opes, & Mida locupletior: in prouerbium abierunt, propter immensas eius regis opes, quæ fabulis quoque compluribus facere locum. Statius in Surrẽtino Pollij:

Vide Midæ gazis, & Lydo ditior auro.

Fuit hic Midas Phrygię tyrãnus, cui, iuxta poetarum figmenta, cõcessum a dijs est, vt, propter Bacchum hospitio acceptum, quod uellet, optaret; accepturus quidquid optasset. Optauit, ut, quidquid corpore cõtigisset, protinus in aurum uerteretur. Historicorum literis proditum est, huic puero dormienti formica in os grana tritici congessisse: respondisse augures, omnium mortalium illum ditissimum futurum, atque ita euenisse. Huic Plinius primũ attribuit locum inter insigniter diuites, li.33.

Non omnino temere est, quod vulgo dictitant.

APVD Aristotelem vsurpatur prouerbij uice, & apud eruditos iam olim in prouerbium abijt nobilis illa Hesiodi sententia: ἰὼ ἅπαντες ᾄδεσι, quemadmodum ait Aristides in defensione Periclis, quę dicit, non usquequaque irritum esse solere, quidquid rumore populi iactatum fuerit. Ea est in operis uolumine secundo, cui titulus, Opera & dies:

Δείνιω δὲ βροτῶν ὑπαλδέο φήμιω.
Φήμη γάρ τε κακὴ πέλεται, κούφη μὲν ἀείρει
Ῥεῖα μαλ', ἀργαλέη δὲ φέρειν, χαλεπὴ δ' ἀποθέσθαι.
Φήμη δ' οὔ τις πάμπαν ἀπόλλυται, ἣν τινα πολλοὶ
Λαοὶ φημίζουσι, θεὸς νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή. i.

Rumores hominũ cures uitare molestos.
Fama malum est, oritur, Surgitque facillima: uerum
Difficile hanc perferre, graue est sedare coortam.
Nam non ulla quidem prorsum perit irrita fama,
Per populos quæcunque uolat, quia numen & ipsa est.

Potest bifariam accipi sententia: nimirũ aut nõ plane falsum uideri, quod plurimis est in ore, quodq; populi consensus approbat: aut non prorsus aboleri posse rumorẽ etiam falsum, qui iã in vulgus dimanarit. Proinde admonet, ut sollicitè caueamus, ne uel falso per temeritatem in fabulam vulgi venire contingat. Quod aũt famam deam dixit, cum Homero sensit, qui compluribus locis ὄσσαν suã inducit. sic enim deam ipsam appellat. Et hunc æmulatus Virgilius in quarto Æneidos:

Hęc passim dea fęda virũ diffudit in ora.

Domum cum facis, ne relinquas impolitam.

CVM nulla huius poetæ sententiæ non cesserit in prouerbium, tamen eas libẽtius recensebimus, quæ, propter ænigmatis inuolucrum, propius accedunt ad speciem prouerbialem: quod genus est illa ex eodem, quem modo citauimus, libro.

Μηδὲ δόμον ποιῶν ἀνεπίζεσον καταλείπειν,
Μή τοι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη. idest,
Neve domum fabricãs, linquas mutilamque, rudemque,
Ne forte insideat cornicãs garrula cornix.

Proculus interpres admonet locũ hunc bifariam accipi. Quibusdã uideri, monere poetã, uti quisq; domicilium ante hyemẽ absoluendũ curet, ne tum non habeat, quo depellat frigoris molestiam. Hyemem em̃ cornicis indicatã symbolo, uidelicet auis hybernæ. Porrò, cum semper alias, tum maxime mensibus hybernis οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, i. Est grata domus, domus optima: quemadmodum in prouerbio est. Alij putant significatum, ædificium semel institutum, non oportere semiperfectum relinquere, ne vulgo risui sit: &, qui pręterierint, obloquantur, carpantq; leuitatem tuam, qui, quod cœperis, non absoluas. Eã autem obtrectantium petulantiam p cornicem uoluit indicare poeta: nempe auem garrulam, & obstreperam: ut hinc etiam uerbum prouerbiale ductum sit, κρώζειν, At ipsi Proculo magis probatur, ut καθολικῶς accipiamus, unicuique negotio, qd̃ semel instituerimus, finem idoneum imponendum, ut nihil omnino desideretur, & ubique connitendum ad perfectionem. Id quo longius auocabitur a simplici sermone, hoc uenustius fiet, & magis prouerbiale. Veluti si quis adhortetur aliquem, ne literarum studium deserat, sed laudabiliter institutis summam imponat manum, ne vulgo ludibrio sit, quòd a bene cœptis destiterit, Hesiodium hoc obijciens.

Ne a chytropode cibum nondum sacrificatum rapias.

ΑΙΝΙΓΜΑΤΙCVM est & illud, quod eo loco concinenter sequitur:

Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥίκτων ἀνελόντα
Ἔδειν, μηδὲ λόεσθαι. idest,
Neve a chytropode sublatam protinus escam
Ante sacrum, neque lotus edas.

Indicat & M. Tullius, irreligiosum fuisse, cibũ e patella edere. Scribit n. ad hunc modum libro de Finibus secundo: Atqui reperiemus Asotos primum ita non religiosos, ut edãt de patella: deinde ita mortem non timentes, ut illud in ore habeant ex Hymnide.

Mihi sex menses satis sunt uitæ, septimum orco spondeo. Est autem uersus trochaicus. Suetonius in Vitellio prodit, eum illum adeo non profundæ modo, uerum etiam intempestiuæ fuisse gulæ, ut ne in sacrificio quidem unquam, aut ullo itinere temperarit, quin inter altaria ibidẽ statim uiscus & farra è loco pęne rapta manderet, circaque uiarum popinas fumantia obsonia, uel pridiana, atque semesa. Quantum ad simplicem attinet sensum, docet, ne ritu pecudum ad cibum capiendum irruamus, sed ita demum edamus, si prius in de primitias dijs immolauerimus. Antiquitus enim, ut auctor est in Symposiacis Plutarchus, inter res sacras habebatur & mensa quotidiana. proinde cibũ sumpturi, dijs consecrabant τὰς ἀπαρχάς, hoc est, primitias: ac deinde non indecore, neque tumultuanter, sed religione quadã ad conuiuium accedebant lotis manibus, non aliter, quam ad sacrum epulum. Qui mos & hodie durat apud bene moratos Christianos. Sed prouerbialius fiet, si intelligam⁹, non esse spoliandos, nec inhumanius expilandos ministros, aut seruos nostros, uerũ & illis aliquam pecuniæ portionem relinquendam, quo uiuant. Fortassis quadrauerit & in hos, qui præpropera auiditate cõmodum auferre student, prius quam oporteat: & quo dammodo messem facere, prius quam maturuit seges: ueluti si quis legatũ, aut promissum statim è uestigio flagiter, cũ ciuilius sit in dies aliquot silere: aut si quis, modo nactus imperium, protinus incipiat popalũ exactionibus spoliare: aut si quis sponsam puellã, non expectata ętate, nec expectatis nuptiarũ cærimonijs, propere amplecti. Sumptum est a ritu sacrorũ, in quibus olim epulabantur. Huc pertinet & illud, quod alibi retulimus ex Athenæo, libro nono, ἀπὸ τηγάνου, idest, a patella frixiora. Libro sexto refert hunc senarium ex Pherecrate:

Ἀπὸ τηγάνου τ' ἔφασκεν ἀφύας φαγεῖν. i.
Se uesci apuis dixit è sartagine.

Quidã pro lopade τήγανον dixere, qd̃ Iones ἤγανον. Hinc composita ἀποτηγανίζειν. Ita Phrynicus apud Athenęũ libro 6. ἥδυ δ' ἀποτηγανίζειν ἀνὰ συμβόλων, i. Iucundum est a sartagine tollere sine symbolis, idest, si nihil sit soluendum, & si id liceat

liceat immuni. Rursus alias apud hunc ipsũ ex Archestrato: ἀφαρπάζασα βελίσκου. id est, Rapiens à ueru. De muliere, quę sacra nondum immolata deuorare dicta sit: Apud eundem lib. 6. Anaxandrides:

Τῶν ζωγράφων μὲν ἡ καλὴ χειροτγία,
Ἐν τοῖς πίναξι κρεμαμένη θαυμάζεται.
Αὕτη δ' σεμνῶς ἐκ λοπάδος ἁρπάζεται
Ἀπὸ τ' τηγήνου τ' αὐθέως ἀφανίζεται. i.
Pictoris opera pulchra, tabula pensili
Spectantur, ac spectata sunt miraculo, at
Rapiunt hęc è lopade pulchrę, ac protinus
Redduntur ipsa euanida è sartagine,

In genere poterit accommodari ad quẽ uis, qui negotium irreuerenter, & illotis, ut aiunt, pedibus aggreditur.

Hæc potior.

PLVTARCHVS in Problematibus Græcanicis prouerbium quoddã refert ad hũc modũ. Ἀπότιλωσε ἐῤῥέθη τὸ παροιμιῶδες, αὕτη κυρία, δίνων ὁ ταραντῖνος στρατηγῶν, ἀνὴρ δὲ ὢν ἀγαθὸς ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἀποχειροτονησάντων αὐτὸν ἵνα γνώμλω τῆ πολιτῶν, ὡς ὁ κῆρυξ ἀνεῖπε τὴν νικῶσαν, αὐτὸς ἐν ἀτείνας τὴν δεξιὰν, ἄδε, εἶπε, κρείσσων. οὕτως γὰρ ὁ θεόφρασος ἱσόρηκε. φρασιστόρικε δὲ καὶ ὁ ἀπολλόδωρος ἐν ῥυτίνῳ τῆ κήρυκος, αὗται πλείους εἰπόντος, ἀλλ' αὗται, φανται, βελτίους. καὶ ἀπικυρῶσαι τὴν τὴν ἐλαττόνων χειροτονίαν. Horũ uerborũ hic ferme sensus, Vñ fluxit illud, quod prouerbij uice dicitur, Hæc uictrix? Dinon Tarentin⁹, ductor exercitus, uir apprime fortis, reiq; bellicæ sane quàm peritus, cum in concione dixisset sententiam, eaq; ciuium suffragijs esset reiecta: deinde præco pronunciaret sententiã, quæ uinceret, sublata dextera, hæc, inquit, potior. Nã hunc ad modũ retulit Theophrastus. Ceterum Apollodorus in Rhytino illud adiunxit, cum preco respondisset, at hæ sententiæ numero plures sunt. Dinonem protinus subiecisse, sed hæ meliores. Atque ita pauciorum sententiam fuisse promulgatã. Quibus ex uerbis conijcere licet, ita uulgo dici solere, si quã do significaretur consilũ aliquod esse præstantius, & conducibilius, etiamsi pluribus sectis uideretur. Aut ubi, qui numero pauciores essent, facultate præponderarent. Quod genus fuerit, at res exemplis demõstretur, Maxima pars hominum uoluptate, luxuriq; delitiarum mentur, perpauci uirtutem amplectuntur. Cauę, ne quid te moueat multitudinis exemplum, αὕτη γὰρ κρείσσων. Item nemo pene est in toto principis famulitio, qui tibi non bene uelit: sed unus tibi refragatur, qui tantum ubiq; ualet, ut in ipsum fere principem agat tyrannum: Quare, si res è suffragijs penderet, nũ ceras. Sed αὕτη κυρία. Porphyrion leuiter, ceu digito, prouerbium indicat, exponens eum locum in Horatianis Epodis:

Eamus omnis execrata ciuitas,
Aut pars indocili melior grege.

Quanquam deprauate, sicut opinamur, legit in multis exẽplaribus κιῤῥόνων νίκα. Castigãte legẽt, ni fallimur, καῤῥόνων νίκα hoc est, præstantiorum uictoria. Nam Oda concionalis est, ac fugam decerni iubet, cõmunibus omnium suffragiis. Quod si fieri non queat, ut id, quod est optimum, multitudini probetur, saltem vincat ea sentẽtia, quæ sit potior, etiamsi pauciorib̃us suffultã suffragijs. Ad id faciunt, quæ Plato scripsit lib. De leg. 1. pulcherrimum esse uictoriæ genus, cum turba cedit potioribus: & in decernendo magis spectatur põdus suffragiorum, quã numerus. Verba Platonis ex eo, quẽ diximus libro, sunt hęc: Ἐν ὁτάσας μὲν γὰρ οἱ ἀμείνονες νικῶσι τὸ πλῆθος καὶ τὰς χείρας ὀρθῶς ἂν αὐτὴν κρείττον τε αὐτῆς λέγοιθ' ἡ πόλις, ἐπαινοῖ τό τε ἂν δικαιότατα τῆ τοιαύτ ηνίκη, τἐναντίον δ', ὁπτὰ ἐναντία i. Quibusciũq. fiqdẽ in ciuitatibus meliores qui sunt, ij uincunt multitudinẽ, ac deteriores: ibi respublica seipsa superior, recte dicetur, & huius victorię nomine meritissimo laudabitur: secus aũt, vbi secus accidit. Eodem respexit Plinius, cum quæritur in Epistolis, numerari sentẽtias, non expendi. Huc pertinet Liuianum etiã illud: Maior pars uicit meliorem. Indicat idem Homerus Iliados libro primo.

Ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ. i.
Quando superant iam deteriora.

Neq. uero prætereundũ hoc loco, quod de Zenone philosopho memorat Diogenes Laertius. Zenon, cũ uideret Theophrastum magnificri, laudariq;, quod plures haberet auditores, ad hũc respondit modũ: Ἐκείνε μὲ χόρὸς μείζων, ὁ ὑμὸς δ' συμφωνότερος id est, Maior quidem est illius chorus, at meus melius consonans. Itaque locus fuerit adagio, siue cum negabimus spectandum, quam multis placeamus, sed quam bonis: siue cum suadebimus, id sequi oportere, non quod plurimis placeat, sed

ſed quod per ſe ſit optimum factu, etiam ſi pauciſſimorum calculis approbetur. Siue cum dicemus, unius, aut alterius ſtudiũ pluris æſtimãdum, qui uel opibus, uel gratia, uel auctoritate præpolleat, quam multitudinis benuolentiam, quę numero tantum ſuperior ſit, reliquis omnibus inferior. Quemadmodum apud Plautum quiſpiam contemnere ſe dicit minutos illos deos, modo Ionem unum ſibi propitium habeat. Nec abſurde trahetur ĩ uſum, quoties una uis plus poteſt reliquis omnibus: ut ſi quis dicat: Hæc cauſa pluribus probatur, plutibus fulcitur rationibus, nititur æquo, dictatur a legibus, uerum altera κυρία. Sic enim uolo, ſic iubeo. Nam omnia cedant neceſſe eſt, quoties rex huiuſmodi promit oraculum, quale profert apud Homerum Agamemnon:

Εἰ δέ κε μὴ δώσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι. i.

Ipſe equidem eripiam, ſi tradere forte grauentur.

De cujuſmodi Lucianus in captiuo, καὶ τὸ δίκαιον ἐν τῇ χειρὶ τιθεμένων. i. Qui ius in manu reponunt, quiq; ius in manu poſuerunt. Pyrrhum è liberis quidam adoleſcẽs admodũ, interrogabat, cuinam eſſet relicturus regnũ. Is reſpondit, ὅς ἂν, inquit, ὑμῶν τὴν μάχαιραν ὀξυτέραν ἔχῃ. Quicunque ueſtrũ acutiorẽ habet gladium. Id dictũ Plutarchus in eius uita non arbitratur multum abeſſe ab illa tragica execratione.

Θήκτῳ σιδήρῳ δῶμα διαδοχᾶν τοὺς ἀδελφούς. i.

Fratres acuto diuidant ferro domus
Vices habendæ.

In hos igitur, qui ui rem gerunt, & quibus, ut Ennius ait, ferro geritur res, quib. ius eſt in armis, & quibus leges inter arma ſilent, per ironiã recte torquebitur, αὐτὴ κρείττων, καὶ αὐτὴ κυρία. Nã Græcis κύριος nõ ſolum dominum ſignificat, uerum etiã eum, qui præualet auctoritate. Et Suidas indicat cõcionem illis κυρίαν dici, in qua ſoliti ſint creari magiſtratus. Ariſtophanes in Acharnẽſibus κυρίαν ἐκκλησίαν appellat, in qua ἐκύρουν τὰ ψηφίσματα, i. vincebant ſuffragia. Nonnunquam ad rem refertur, ut apud Euripidem in Iphigenia Aulidenſi,

Οὐμὸς ἐχθὲς τοῦ δὲ μῦθος κυριώτερος λέγειν. i. Plus ualere noſtra debet, quàm huius hic oratio.

Significat enim ſeruus, quanquam eſſet conditione inferior Menelao, tamen hoc ſe potiorem eſſe, quod iuſtiorem haberet cauſam. Non abhorret hinc, quod M. Tullius dixit in Piſonem: Sed omitto, ut ſit factus uterque noſtrum. Sit ſane fors, domina campi.

Delius natator.

Δήλιος κολυμβητής, Delius natator. Olim uulgo dicebatur admodũ natãdi peritus, quiq; poſſet in ſumma natare aqua. Natum adagium, aut certe factũ illuſtrius ex Socratis apophthegmate. Cum enim huic Euripides librum obtuliſſet Heracliti, cui cognomẽ additũ σκοτεινῶ propter affectatam ſcriptorum obſcuritatem, rogaretq;, cuiuſmodi uideretur, reſpondiſſe fertur hoc pacto, Α μὲν σωῇ καὶ γυναῖκα, οἶμαι ἢ κἀμὴ σωῇ καὶ πλοῖ δηλίῳ δεῖται κολυμβητὴ εἰς τὸ μὴ ἀποπνιγῶμεν ἐν αὐτῷ. i. Quæ quidẽ intellexi, præclara: arbitror autẽ & ea, quæ non intellexi: quanquam natatore Delio opus, ut ne quis in eo præfocetur. Hæc Socrates, alludẽs ſimul & ad prouerbium, & ad Heracliti ſenſus nimium abſtruſos, ac profundos: ut, niſi natator inſigniter peritus contigiſſet, periculũ eſſet, ne lector in eo libro ſuffocaretur, mergeretur q; . Laertius in Heraclito refert hoc dictum ad Cratetem quendam, qui primus Heracliti librum de natura Græcis inuexerit, & hoc elogio commendarit.

Dicendo dicere diſcunt.

Ἐκ τοῦ λέγειν τὸ λέγειν πορίζεσθαι, i. Dicẽdo cõſequimur, ut dicamus. Syrianus, Hermogenis interpres, Euagoram ſophiſtam taxat, qui dicendi ſcultatem non putarit ratione, ſed uſu duntaxat conſtare, fieriq;, ut dicendo cõſequeremur dicendi facultatẽ. Αξιοῦντος ἤ, inquit, χρῆν τοῦ συρφετοῦ παροιμίαν, τὸ λέγειν ἐκ τοῦ λέγειν πορίζεσθαι. id eſt, Exiſtimantis, iuxta uulgare prouerbiũ, dicendi facultatẽ dicẽdo contingere. Vſurpauit & M. Tull. lib. 1. De oratore, in quo, inquit, fallit eos, quod audierunt, dicendo homines ut dicant efficerẽ ſolere. Verum ẽt illud dicitur, peruerſe dicere homines peruerſe dicendo facillime conſequi. Plinius lib. Epiſt. 6. Video etiam multos paruo ingenio, literis nullis, ut bene agerent agendo conſecutos. Latius autem patet ad agium, nẽpe ad cuiuſuis rei peritiam, quã

potiſſi-

potiſſimum uſus ſuppeditat, optimus rerũ omnium magiſter. Proinde prouerbiales erunt omnes id genus: fabricando fabricã diſces, canendo muſicam, militando militarem artem, ſcribendo diſces ſcribere.

Multi, boniq́ue.

Πολλοὶ καὶ ἀγαθοί, Multi, boniq́ue. Prouerbiali figura dicebatur olim. Tranſlatum a ritu ſacrorũ, in quibus ſacrificulus rẽ diuinã facturus dicebat, τίς τῇ δε, i. Quis hic? Dein, qui aderant, reſpondebãt, πολλοὶ καὶ ἀγαθοί i. Multi & boni. Atque hęc partim ominis cauſa dicebantur: oportebat enim in ſacris εὐφημεῖν, hoc eſt, bene ominata dicere: partim, ut, ſi qs eſſet ſibi cõſcius admiſſi piaculi, diſcederet a myſterijs. Plutarchus in Symposiacis, Ἐπεὶ πάρτηρές γε τῷ πλάτωνι πολλοὶ τ' ἀγαθοί τε πάρεισιν, i. Quãdoquidem Platoni teſtes adſunt multiq; boniq;. Sed de hoc ante meminimus. Quo quidẽ alluſit & Ariſtides in Pericle, Ἀλλ' ὡς γ' ἂν εἰς τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνεπίφθονον αὐτῷ καθαρὰν τὴν μαρτυρίαν ἀπέδωκε. i. Verum uelut unus è numero honeſtorũ, ac bonorũ, citra inuidiã, ac purum illi reddidit teſtimoniũ. Quin etiam Homericum illud iam prouerbij vice receptũ eſt, Ἠύς τε μέγας τε. Magnusq; bonusque. Eſt ſubinde & apud Ariſtophanẽ. Prouerbiũ igitur locum habuerit, quoties aut teſtes, aut iudices, aut conuictores ſignificamus idoneos, ac neutiquã reijciendos.

Heroum filij noxæ.

Ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα, i. Virorum heroum filij noxæ. Veteribus illud ob ſeruatũ fuit, plurimum uirorum filios multum a progenitorum moribus abfuiſſe. Vnde & Demoſthenes dixit, Τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ εἰμαρμένη εἴη, φαύλους ἀποβαίνειν τοὺς υἱεῖς. A uiris egregijs, perinde quaſi fato quodã id accidat, improbos proficiſci filios. Quæ quidẽ Demoſthenis ſententia refertur ab Ariſtide in Cimone. Interpres, qui ſquis is fuit, homo nec indiligens, nec indoctus, hoc loco prouerbiũ citat, quod modo retulimus. Manet & hodie vulgatus iocus: ex ſapientiſſimis patribus ſtultiſſimos propagari liberos. Euripides in Heraclidis, generaliter hanc ſententiam ad omnes mortales retulit.

Ἑνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως
Εὕροις ἂν ὅς τις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός. i.

Vnum forſan inter plurimos
Inueneris, qui patre non ſit nequior.

Adſtipulatur huic ſententiæ locis aliquot Homerus, nominatim Odyſſeæ E.

Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους. idem eſt,
Æquat rara patrem ſoboles, ſed plurimi ab illis
Degenerant, pauci ſuperant probitate parentem.

Declamat hoc argumentũ Ælius Spartianus in Seuero Cæſare, multis exemplis declarans: ita fere uſu ueniſſe, ut uiri, ſeu uirtute, ſeu literis, ſeu fortunæ indulgentia inſignes, aut nullos omnino liberos habuerint, aut tales reliquerint, ut magis ex vſu rerum humanarum fuerit, illos abſque liberis decedere.

Nunquam ex malo patre bonus filius.

Euripides hanc ſententiam prouerbio celebrem fuiſſe teſtatur, ex malo patre non progigni bonos liberos:

Φῦ φῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει.
Οὐκ ἀνγένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός. i.

Heus, heus, ut illud dictam recte, probum
Patre ab improbo non poſſe naſci filium.

Adſtipulatur huic dicto prouerbium illud: κακὸν κόρακος κακὸν ὠόν, i. Mali corui malum ouum. Item illud Theognidis.

Οὔτε γὰρ ἐκ σκύλλης ῥόδα φύεται. i.

Non etenim ex ſquillis roſa naſcitur.

Atq; id genus alia, q̃ ſuis referenũt locis.

Alio relinquente fluctu, alius excepit.

Ariſtides in Themiſtocle: Θεμιστοκλέα τὰ δεύτερα ἀεὶ τῶν προτέρων μείζω ἐξεδέχετο καὶ τὸ τῆς παροιμίας αὐτῷ περιεστήκει, τὸ μὲν γὰρ ἔλιπεν αὐτὸν κῦμα, τόδ' ἐγκατελάμβανεν, ἕως διεξῆλθε διὰ τῶν κυκλάδων νικῶν. i. Themiſtoclẽ poſteriora ſemper maiora prioribus excipiebant, atq; illud, quod prouerbio dr, illi accidit: Nã hæc illũ reliquit unda, illa uero excepit, donec p tricymias victor euaſiſſet. Videtur autẽ uerſus fuiſſe prouerbialis, quem Ariſtides ad vſum ſuæ ſnĩæ nonnihil detorſit. Legitur integre ad hunc modum:

Τὸ μὲν μ' ἔλιπε κῦμα, τόδ' ἐγκατελάμβανεν. idem eſt,
Hæc me reliquit unda, at illa corripit.

Sũpta metaphora a periculoſe nauigãtibus,

bus, qui semper post unius impulsum fluctus, alium expectant, succedentibus inuicem procellis. Atq; etiam numerant vndarum insultus, periclitantes nautæ. Nam decimam quanq; maxime formidant, quã ueteres decumanam appellabant. Græci grauissimas illas procellas, χειμυμίας uocant. Nec inconcinnè deflectetur ad incursus malorum, cum, ut fere fit, calamitas calamitati succedit, iuxta prouerbialem illum uersiculum:

Fortuna obesse nulli contenta est semel.

Duobus pedibus fugere.

Ἐκ δυοῖν ποδοῖν καταφεύγειν. i. Duob⁹ pedibus confugere. Aristides in oratione Panathenaica: καὶ μὴν αὐτὸ τοῦτο πρῶτον, τὸ πάντας τοὺς ἐν χρείᾳ βοηθείας καταφεύγειν ἐπὶ τὴν πόλιν, ὥσπερ ἐκ δυοῖν ποδοῖν ὡς ἀληθῶς, καὶ μηδεμίαν τῶν ἄλλων πόλεων ὁρᾶν, μέγα καὶ φανερὸν σύμβολον ὄντι, καὶ σήλης ἀμείνονι, τὴν προέχειν αὐτοὺς ἐξ ἀρχῆς. i. Atqui primũ illud ipsum, qd quibuscunq; opus esset auxilio, ad hanc confugerent ciuitatẽ, plane rãquã duobus pedibus, neq; ullam aliã reliquarum ciuitatum respicerent, magnum, & euidens argumentum est, ac monimentum columna præstantius, eã protinus ab initio præcelluisse. Is, qui scholijs quibusdam, haud quaquam contemnendis, hunc auctorem illustrauit, admonet, prouerbium ductum ab ijs, qui festinant cursu, ut non dissimile uideatur illi, ἀμφοτέραις χερσὶν, i. Ambabus manibus, quo prouerbio sedulitatem, celeritatemque peragendi negotij significamus. Vel a nauigantibus, perinde quasi dicas, duobus clauis. Nam gubernaculum nauis pedem appellant, quod eo nauis, cũ huc atq; illuc uertitur, uelut ingredi uideatur. Itaque confine fuerit illi, quod alibi diximus, ἐπὶ δυοῖν ὁρμεῖν. Vt alterũtrum sensum accipiamus, aut summo studio, summaq; celeritate illos ad urbẽ confugere solitos, aut tutissimum illic omniũ receptaculum fuisse. Quamquam Aristophanes ἐν ὄρνισιν, ad celeritatis significationem rerulit, cum ait:

Ἀνεπομέθᾳ ἐκ τῆς παχείδος ἀμφοῖν ποδοῖν. idest,

E patria utroque deuolauimus pede.

Interpres admonet, à nauibus sumptũ, secundo uento currentibus: sensum autem esse hunc: Summa vi, summoque conatu.

Quis aberret à ianua.

Τὶς ἂν θύρας ἁμάρτοι, i. Quis aberret a ianua? Dici solitum, ubi quis penitus aberret a uero, totoq; fallit iudicio. Vsurpatur ab Aristotele τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, libro 2. ipsa statim in fronte: & in omnibus quidem exemplaribus, quę uidere cõtigit, θύρας per υ scriptum reperitur. Præterea ianuam vertit Argyropylus, nec malus interpres, nec philosophus cuiquam aspernandus. Ad hæc Auerrois, hunc enarrans locum, palam declarat sese de ianua sensisse. Denique in commentarijs Alexandri Aphrodisei, cõsimili modo θύρας inuenitur. Quod si quo modo fas esset, a tot exẽplaribus, a tantis auctoribus dissentire, nobis quidem magis probabilis lectio uideatur, si θήρας legatur per η, non per υ. Quod autem θύρας irrepsit, mirandum non est. Primum, quod perfacilis erat lapsus vnius literulæ deprauatione. Deinde metaphoræ ratio magis obuia, magisque ad manum sita, fieri potuit, ut doctis etiã philosophis imposuerit. Quippe quibus fabula nõ perinde nota fuerit, ut communis illa similitudo de domus ingressu, deq; primis cognitionis principijs. Postremo de codicum inter se consensu nequaquam mirandum videbitur ijs, qui sunt vel mediocriter in pẽsitandis, conferendisq; codicibus exercitati. Fit enim sæpenumero, ut unius archetypi mendum, modo ueri fucum aliquem præseferat, in uniuersam deinde ueluti posteritatem librorum propagetur, Καὶ παῖδας παίδων καὶ τοῖ μετόπιθεν γένωνται. Neq; uero hęc dicuntur, quod hac de re, si quis forte diuersum sentiat, digladiari uelimus, uel qd hoc sit ab nostro instituto alienũ, uel quod non ignoremus, quam lubrica, plenaq; discriminis res sit, in tantis auctoribus quidquam immutare. Tantum coniecturas, quibus adducimur, in mediũ afferemus. Quæ si cui uidebuntur idoneę, nostræ subscribet opinioni: sin minus, ueterem sententiam hoc iam obtinebit libentius, quod etiam in dubium uocata uicerit. Primum igitur omnium nobis scrupulum haud mediocrem iniecit uetustissimus simul, & emẽdatissimus codex orationum Aristidis rhetoris, in quo non solum θήρας inuenitur scriptum, verum etiam indicatam fabulam, antiquissimam, pariter & auctorem, unde prouerbium hoc Aristoteli-

stotelicum, ni fallimur, demanarit. Igitur Aristidis in oratione, cui titulus, Pericles, uerba sunt hęc: Οὐ κἂν πρὶν τινὰ τῶν ἀντιπάλων ἐλεῖν, ἕνα τῶν φίλων θηρεύσας ἄγοις, καὶ πέπονθας ταὐτὸ τῷ πενταέτει, ὃς τῆς θύρας διήμαρτε, καὶ τὸν εὐρυτίωνα φίλτατον ὄντα αὐτῷ πρὸς διέφθειρεν. Itaq; prius q̃ aduersariorum quempiam ceperis, unum ex amicis uenatu nactus adducis. Atque idem accidit tibi, quod apud Pindarũ Peleo, qui aberrans à fera, quam petebat, Eurytionem, quem sibi carissimum habebat, interemit. Adstipulantur hoc loco scholia, quæ extant in hunc auctorem: nullo quidem certo titulo, ueruntamẽ, sicuti res indicat, hominis nec indiligentis, nec indocti. Proinde non grauabimur, & huius adscribere uerba, si quis forte fortuna requisitur⁹ est, μέμνηται, inqt, ἐν ὑμνοις πίνδαρος, ὅτι τὸν εὐρυτίωνα τὸν ἥρω τὸν ἄκτορος παῖδα, ἕνα ὄντα τῶν ἀργοναυτῶν, σωθηρεύοντα ἄκων ἀπέκτεινε πηλεύς. φίλον ὁ λέγει, ἐπειδὴ συγγενὴς τῆς ἰῶς, πυλεύς γὰρ πρὸ θετίδος, θυγατέρα ἄκτορος τὸν πολύμηλον εἶχε γυναῖκα, ὁ δὲ ἄκτωρ πατὴρ ἦρε, ὃς παῖδα ἔχετον εὐρυτίωνα. i. Meminit in hymnis Pindarus, quẽadmodũ Eurytionẽ Iri, cui pater Actor, filium, ex Argonautis unum, secum uenantem imprudens occiderit Peleus. Amicum autem uocat, quod huic esset affinis. Nam Peleus ante Thetidẽ, Polymelam habuerat uxorem Actoris filiam. Porro Actor Iri pater erat, cui filius Eurytion. Proinde non dissimile ueri uidetur, ex Pindaro profectum adagiũ, quod tacito, sicuti fere facit, auctoris nomine usurpauit Aristoteles, ut intelligamus illum τῆς θήρας διαμαρτεῖν, qui non solũ feram ea parte non ferit, quam destinarat, uerum toto aberrat captu, ne attingens quidem, quod appetebat. Iam uerò neque postulamus, ut quisquam hæc probet: nisi uidebuntur cum Aristotelis sententia, uel ad amussim, ut aiunt, congruere. Disserit enim eo loco philosophus de rerum naturalium cognitione, quæ sit eadem & facilis, & difficilis. Facilitatis illud argumentum adducit, quod ea nemini nõ aliqua ex parte contigit: difficultatis, qd exacte nulli. Neminem autem fuisse, qui nihil omnino ueritatis in rerum cognitione naturalium attigerit, id prouerbio ueluti fulcit, τὶς ἂν, inquiẽs, θήρας ἁμάρτοι, Tanquã singulorum exactam tenere scientiam, perinde sit, quasi si quamcunque partem destinaris, eam citra errorem ferias. Rursum ubique labi, sit uelut à toto corpore aberrare, & in aliud lõge diuersum ceu telum deflecti coniecturam. Verum, quo curioso etiã lectori, ac δυσπείσῳ fiat satis, ipsius Aristotelis, ex eo, quem diximus, libro, uerba subscribentur, Ἡ περὶ τῆς ἀληθείας θεωρία, τῇ μὲν χαλεπὴ, τῇ δὲ ῥᾴδία. Σημεῖον δ', τὸ μήτε ἀξίως μηδένα δυνάσθαι τυγχάνειν αὐτῆς μήτε πάντως ἁπο τυγχάνειν, ἀλλ' ἕκαστον λέγειν τι περὶ τῆς φύσεως, καὶ καθ' ἕνα μὴ ὄν, ἢ μικρὸν ἐπιβάλλειν αὐτῇ, ἐκ πάντων δ' συναθροιζομένων γίνεσθαί τι μέγεθος. ὥς τ' εἴπερ ἔοικεν ἔχειν, καθάπερ τυγχάνομεν παροιμιαζόμενοι, τὶς ἂν θύρας ἁμάρτοι. ταύτῃ μὲν οὖν ῥᾴδια, τὸ δὲ ὅλον τ' ἔχειν καὶ μέρος μὴ δύνασθαι, δηλοῖ τὸ χαλεπὸν αὐτῆς. i. Veritatis cõsideratio partim difficilis est, partim facilis. Huius rei illud argũ est, q̃ neq; quisquam illam sit assecutus pro rei dignitate, neq; rursũ omnino frustratus sit aliquis: sed, cum unusquisque aliquid de natura differat, fit, ut unusquisq; per se nihil, aut paullum afferat ad illam momenti: uerum ex omnibus in unũ collectis aliqua magnitudo confletur. Itaque, si res ad eum uidetur habere modum, quemadmodum prouerbio dicimus, quis non attigerit ostium? hoc quidem nomine facilis fuerit. Cæterum habere totum, partem autem non posse, difficultatem illius declarat. In his philosophi uerbis nõ apparet, quis locus sit ianuæ. Verum illa similitudo principiorum & ostij, præbuit, ni fallimur, erroris ansam. Quin potius, ἁμαρτάνειν τῆς θήρας Aristoteles sentit eũ, qui nulla ex parte consequitur, quod petit, id quod mox τὸ ὅλον ἔχειν, uocat, quasi cõfusim, ac generatim habere: cui contrarium τὸ μέρος ἔχειν, facit, uelut exacte tenere, & non solum feram utcunq;, sed hanc, aut illam belluæ partem, quam maximè uelis, attingere. Tametsi in hunc locum interpres tam multos affert sensus, ut nullum idoneum percepisse uideatur. Idem admonet etiam lectionem aliam alijs placere. Quod quoties fit, protinus suboritur suspicio, mendum aliquod subesse. Alioqui ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἐφυ, i. Simplex ueritatis oratio, quemadmodum uere dixit Euripides. Iam uero telum illud restat potissimum, Alexander Aphrodiseus, qui, præterquam, quod tota eius oratio

nostræ sententiæ palam suffragatur, nominatim etiã admonet, prouerbii metaphoram a sagittariis esse ductam, quorum nemo solet a lato aberrare scopo, nimirum cuiusmodi est tota bellua, cum ab exili scopo nonnunquam aberrent. Sed præstiterit & huius uerba eatenus subscribere, quatenus ad prouerbii pertinent explanationem: Δοκεῖ δ' μοῦ διὰ τὸ μὴ πολλοὺς τε ἐπιβάλλειν λέγειν περὶ αὐτῆς, καὶ μηδένα αὐθαίρετον ἢ διαμαρτάνειν, δεικνύειν τὸ κατὰ φύσιν ἡμῖν ἐν τῷ τοιούτῳ πράγματι. διὰ τὸ μὴ κατ' ἀξίαν εἰρηκέναι περὶ αὐτῆς. τὸ μέγεθος αὐτῆς ἐν δείκνυσι καὶ τὸ χαλεπότητα καὶ ὅτι μὴ λεπὴ πάρεργον ποιεῖ καὶ τὸ ζήτησιν αὐτῆς. ἐχέτω γὰρ αὐτῆς λεπὴ ἐλήμμιν ἐστὶ κατὰ φύσιν, μὴ πάρεργος ὤν, ὅτι ἐστὶ χαλεπή. προσήκει δ' ἂν ἡμᾶς δι' ὧν εἴρηκε, καὶ ἐπὶ τὸ μήτε καταφρονεῖν αὐτῆς ὡς ῥᾳδίας πάντη, μήτε ἀπογινώσκειν, ὡς πάντη χαλεπῆς. ὥς τ' εἴπερ ἔοικεν ἔχειν καὶ παρὰ τὴν τυγχάνομεν παροιμιαζόμενοι τὶς ἂν θήρας ἁμάρτοι, ὅτι τὸ πάντας τὶ ὑγιὲς εἰρηκέναι τοὺς περὶ αὐτῆς λέγοντας συμβῆναι ἂν εἴη τὴν ῥᾳδίαν αὐτῆς), ἐδεήθη τῆς παροιμίας προχρησάμενος τῇ, τίς ἂν θήρας ἁμάρτοι. ἢ λέγεται μὲν ἐπὶ τῶν ἀνόλων καὶ μηδὲν χαλεπὸν καὶ δυσάρεστον ἐχόντων εἰρῆσθαι ὑπὸ τοῦ Σοφοκλέους ἐπὶ σκοπὸν τοξεύοντος. εἴ τοι γὰρ ἂν μὲν τενὸς ὁ προκείμενος ἦ σκοπὸς εὐῤῥᾳδίως αὐτὸν τυγχάνεσιν. ἂν δὲ ἢ πλατὺς, εὐχαλεπὸν τὸ τοῦτο τυγχάνειν, διὸ καὶ πάντες τυγχάνεσιν ῥᾴδιον τοῦτο, id est, Videtur aũt mihi, quã permulti tentant de ea differere, ne quisquã illorum oĩ ex parte fallitur, hoc argumento demonstrare, tractationem hanc nobis naturalem esse. At rursum, quod nemo pro dignitate, plenecq. de illa sit locutus, ex hoc & amplitudinem illius, & difficultatem argui posse. Simulq; illud admonere, nõ oportere obiter, aut indiligenter uestigationẽ illius peragere: immo sectandam quidẽ esse, propterea quod ad eam natura propensi uideamur: at rursum non oscitanter, eo quod sit difficilis. Atq. his uerbis adhortaẽ nos, vt eam neque contemnamus, tanquam omnino facilem, neq. rursum per desperationem ab ea deterreamur, tanq̃ admodum difficili. Itaque, si perinde vt habere, quẽadmodum prouerbio dicimus, quis nõ attigerit ianuã? Quod oẽs aliquid recte dixerint, quicunq; de ea sunt locuti, id facilitatem illius arguere, adhibito prouerbio demonstrat. Nempe illo, quis non attingat ostium? Qd̃ quidem usurpari cõsueuit, de rebus factu procliuibus, in quib. omnino nihil insit uel difficile, uel arduum. Sumptum est autem à sagittariis, ad scopũ propositum iaculantibus. Siquidem ij, si scopus fuerit minutus, facile fit, ut fallant, neque feriant: sin autem amplus, haud difficile feriunt. Hactenus Alexandri uerba retulimus, è quibus satis abũde liquet, θύρας legendum, non θύρας. Quanquam totum hoc, quidquid est, eruditorum iudicio relinquimus. Etenim, si quis erit, cui ianua illa impendio placebit, habiturus est, quo suffragium suum non omnino absurde tueri possit. Haud enim scimus, an & antiquitus fieri soleat, quod hodie nonnullis in locis uidemus, ut aggeres, qui scopum sustinent, à lateribus, atque item a tergo muris defendãtur, superne imminente tecto, ut ingressus ille, qui patet, ianuæ speciem habere uideatur. Porro uehementer imperitus sit oportet, qui non solum non attingat scopum, aut aggerem, uerum etiã ab ipso aberret ingressu, quem difficile non sit uel cuiuis attingere. Nobis tamen uero propius uidetur, ut ad Pindaricam fabulam referatur adagium. Sed super hoc, quemadmodum diximus, docti pronunciabunt. Nos, commentatoris officio functi, sat habuimus, quod apud auctores inuenerimus, quodq; nobis uideatur, id expendẽdum in medium proponere. Affine uidetur huic prouerbio, quod apud Platonem legitur ĩ Phędro: Λυσίας τοῦ παντὸς ἡμάρτηκε. id est, Lysias aberrauit. Allusit huc leuiter Lucianus in Timone, cum ait: Iouis fulmen, quod in Anaxagoram philosophũ torserat, fallente manu, ab ipso quidem aberrasse, cæterum in Castoris, ac Pollucis tẽplum fuisse detortum. Nec abhorrent ab hac forma, Toto aberrare cælo, & Tota aberrare uia, quæ retulimus alias.

Salsuginosa uicinia.

Ἁλμυρὸν γειτόνημα, id est, Salsuginosa uicinia. De sterili, agresti, atq. inhumana vicinia dicebaẽ. Aristides in Themistocle: ἔσω τὸ γειτόνημα ἁλμυρὸν ὡς φάσιν, i. Sit falsa, vt aiunt, uicinia. Interpres adscripsit, adagiũ ex Alcmane Lyrico poeta sumptũ. Plato lib. De legibus 4. μάλα γε μὴ ὄντως, ἁλμυρὸν καὶ πονηρὸν γειτόνημα. i. Haud sane uere; salsuginosa, malaq; uicinia. Transferri potest uel ad negotium multi quidẽ laboris, at parum frugiferum, uel ad uicinos molestos. Traductum ab agris mari finitimis, qui plerunq. solent ad culturam inhabiles esse. Proinde Virgilius etiam terram salsam, ut minime feracem, damnat. Ad hæc uidemus homines & ipsos litorales fere ceteris inhumaniores, tanquã immanitatis nonnihil ex immanissimo contrahant elemento.

Ad fractam canis.

Πρὸς ἐῤῥωγῶν ᾄδεις, i. Ad fractam canis, iubaudi, uel chordam, uel citharam. Suidas ostendit dici solitum de ijs, qui frustra laborant. Antiquis mos erat ad citharam canere, in qua si qua chorda rupta sit, ad eam frustra uocem accommodes, cum illa non respondeat. Fabulam de cicada, fractæ fidis vicem supplente, diximus alibi. Quauquam non inscite accommodabitur, ubi non respondetur officiis alicuius, aut ubi quis suadet obstinato, aut orat inexorabilem.

Vtre territas.

Ἀσκῷ ἢ ἀσκίῳ μορμολύττεσθαι, i. Vtre terrere, siue terreri. Dici solitum, quoties inanem formidinem aut concipit aliquis aut incutit. Sumptum ab ijs, qui uasorum inanium strepitu pauefaciunt pueros, aut alioqui formidolosos, uel potius qui uasorum huiusmodi sonitu propellunt aues, vt indicat in Auibus Aristophanes. Extat apud Diogenianum, atque huic finitimũ putat, ἀσκῷ φαυλίζειν. Hesychius unica dictione pronunciat, ἀσκωφλαυρίζειν pro inani metu. Putat idẽ ualere, τῇ σκιᾷ μορμύσσῃ, id est, umbra territas.

Leonem larua terres.

Μορμολυκίοις ἐκφοβεῖς τὸν λέοντα, i. Larnis terres Leonem. Apud eundem refertur. Conueniet de minis inanibus, ac terriculis deridendis, Quanquam, ut inquit Plinius, hoc tale, tamq. sæuum animal rotarum orbes circumacti, currusq. inanes & gallinaceorum cristæ, cantusq. etiam magis terrent, sed maxime ignes. Adagium usurpat Seneca libro secundo.

Principatus Scyrius.

Ἀρχὴ σκυρία, id est, Imperium Scyriũ. De frigido, tenuiq. regno. Scyrius insula, quam olim incoluere Pelasgi, & Cares, pe tricosa, & infrugifera, nec ullius bonæ rei ferax. Suidas addit, quosdam referre prouerbium ad Theseum, qui, cum inuasisset ditionem Lycomedis, atque huius vxorem sollicitasset ad stuprum, præcipitatus sit: unde uidetur sæuum imperium dictũ principatus Scyrius. Legimus & de saxis Scyronijs, quod an ad hoc prouerbium pertineat, nescimus, Iuxta priorem interpretationem adagium eleganter accommodabitur ad munus aliquod, unde præter inanẽ titulum, & molestam administrãdi curã nihil emolumẽti capitur. Auctor Zenodotus.

Post Lesbium cantorem.

Μετὰ λέσβιον ᾠδόν, i. Post Lesbiũ cantorem. Hoc adagio significabant, aliquem non primas, sed secundas tenere partes. Finitimũ illi, Οὐδὲν πρὸς τὸν παρμένοντος ὦν. i. Nihil ad Parmenonis suem. Lacedæmonicum prouerbium, hac natum occasione, quemadmodum narrat Suidas: Cum Lacedæmoniorum res seditionibus tumultuarentur, consultum oraculum iussit, uti Lesbium cantorem accerserent. Accersitus itaq. Terpander Lesbius, nimirum Antissæus, & ad Lacedæmonios missus. Is canendo sic illorum animos deleniuit, ut seditionem omnem sedaret, redactis in concordiam ciuibus. Qua ex re factũ est, ut Lacedæmonij Lesbijs cantoribus primas in arte musica partes tribuerent, &, si quẽ aliũ canentem audissent, protinus dicerent, μετὰ λέσβιον ᾠδόν, id est, Post Lesbium musicum. Zenodotus prouerbiũ hoc citat ex Cratini fabula, cui titulus Chiron. Meminit huius adagij Plutarchus in commẽtario, quẽ inscripsit περὶ τῶν τοῦ δείκβραδέως τιμωρουμένου. Nihil aũt uetuerit, quominus prouerbium etiam ad rem deflectatur, ueluti si quis affirmans quęrẽdam eruditionem, sed post paratam pecuniam, dicat, μετὰ λέσβιον ᾠδόν.

Callipides.

Καλλιπίδης olim prouerbio dicebatur, qui in moliẽdis negotijs, cũ multa se facturũ minaretur, nihil tamẽ conficeret: aut, quemadmodum ait Terẽtius, q̃ sedulo mouens sese, nihil promoueret. M. Tul. ad Atticum, lib. 13. Quod ad me de Varrone scribis,

ſcribis,ſcis me antea orationes, aut aliqd id genus ſolitum ſcribere,ut Varronē nuſquam poſſem intexere. Poſtea autem quã hæc cępi φιλολογώτερα, Varro mihi denũciauerat magnam ſane & grauem φροσφώνησιν. Biennium præterijt,cũ ille καλλιππίδης aſſiduo curſu nullum cubitum proceſſerit. Quibus uerbis Cicero notat M. Varronis tarditatem, qui, cum magnas quaſdam ſpes oſtenderet,re nihil vnquam abſoluerit. Suetonius Tranquillus in Tiberio: Ad extremũ uota pro itu ac reditu ſuo ſuſcipi paſſus eſt,vt vulgo iam per iocũ Callipides uocaretur, quem curſitare, ac ne cubiti quidem menſuram progredi,pro uerbio Græco notatum eſt.Hactenus Trãquillus. Parum autem liquet,utrum omnis prouerbij ratio ſita ſit in Callipidis cognomine, quod a pulchritudine equorũ eſt dictum: an aliud quoddam fuerit prouerbium, quod in Callipidem ſit dictum: quemadmodum ex Suetonij uerbis coniectura ſumi poſſe uidetur. Deinde,quis hic fuerit Callipides,cuius tardam celeritatẽ notarit adagium, nõ ſatis perſpicuum eſt, niſi quod haud diſſimile ueri uidetur accipiendum eſſe, de Callipide tragędiarum hiſtrione: cuius meminit Plutarchus in Apopthegmatis Laconicis, his quidẽ uerbis:Α ὃ τοὺς ἄλλους ἐωρᾶ θαυμάζοντας, ἐδώκει μηδ' γιγώσκειν. ὃ ποτὲ καλλιππίδης, ὁ τραγῳδοποιῶν ὑποκριτὴς, ὄνομα καὶ δόξαν ἔχων ἐν τοῖς ἕλλησι, καὶ ἀποδαζόμενος ὑπὸ πάντων, πρῶτον μὲ ἀπλῶς ἠσπάσατο καὶ προσεῖπεν, ἔπειτα σοβαρῶς εἰς τὸ συμπάροντας ἐμβαλὼν ἑαυτὸ ἐπεδείκνυτο, νομίζων ἐκεῖνον ἀρξεῖν τίνος φιλοφρονήσεως τέλος δὲ εἶπεν, οὐκ ἐπιγινώσκεις με ὦ βασιλεῦς, οὐκ ἤκουσας ὅς τὶς εἰμὶ, ὁ ἀγησίλαος ἀποβλέψας εἰς αὐτὸ, ἀλλ' οὐτός ἐστι καλλιππίδας, ὁ δεικηλίκτας, οὗ τῶ ὃ λακεδαιμόνιοι τὸς μίμους καλοῦσι. Quorũ uerborum hæc ferme ſententia eſt: Quarũ rerum admiratione reliquos teneri uidebat,eas ipſe ne cognoſcere quidẽ uidebatur. Euenit aliquando,ut Callipides, tragędiorũ hiſtrio, multi nominis, atq. opinionis inter Græcos,& ab omnibus in pretio habitus,primum illi fieret obuius,ac ſalutaret:deinde arrogantius inter reliquos regis aſſectatores admiſceret ſeſe, oſtentaretq;,ratus futurum,ut ille prior aliquid comitatis incipere exhibere.Tandem, cum diceret ẽt,Nõ agnoſcis me,rex,nec qui ſim auditi? Ageſilaus,contemplatus hominẽ:An non tu es, inquit, Callipides ille diceclita? Nã ſic appellant Lacedęmonij mimos.Hæc Plutarchus. Δείκηλον aũt apud Græcos ſimulacrum,ac repræſentationẽ,imitamenq.ſignificat,ueauctor eſt Eudemus. Vnde Lacedæmonij mimi uocabulũ duxiſſe uidẽtur,qd ipſum ẽt ἀπὸ τῆς μιμήσεως,hoc eſt,ab imitatione edictũ eſt nobis.Licet igitur conijcere,Callipidẽ hunc, aut quiſquis is fuit, ita geſticulationibus uti ſolere, ut,cũ mira agilitate moueri uideretur, a loco tamen nõ diſcederet. Meminit huius nominis ẽt in Nebulis Ariſtophanes, indicãs eã uocem, ἀπὸ τῆς ἵππων eſſe deductam.

Balneator.

Βαλανεὺς,id eſt, Balneator, ſiue balnei caupo.Id nominis uulgato conuicio dicebatur in hominem alienarum rerum plus ſatis curioſum.Propterea quod huiuſmodi genus hominum, quoniã in otio uiuit, neque ſuis negotiis deſtinetur,aliena cura re conſueuit.Quemadmodum ille Damaſippus Horatianus:

-Aliena negotia curans,
Excuſſus proprijs.

Cuiuſmodi ſunt & tonſores.Vnde idem Horatius:

-Opinor,
Omnibus & lippis notum, & tonſoribus eſſe.

Plato libro De republica primo,videtur uſurpare in uerboſos. Quanquam germana inter ſe uitia ſunt, curioſitas,& garrulitas,teſte uel Horatio:

Percunctatorem fugito, quia garrulus idem eſt.

Meminit adagij Diogenianus.

Bacchę more.

Βάκχης τρόπον,id eſt,Bacchę more.De tetricis, ac taciturnis dictitari ſolitum, quod eſſent huiuſmodi Mænades illę, Bacchico afflatæ furore. Auctor idem Diogenianus. At Iuuenalis retulit ad uitam intẽperantem.

Qui curios ſimulãt,& Bacchanalia uiuũt.

A laſſo rixa quæritur.

Seneca de ira lib.tertio,prouerbiũ huiuſmodi refert, A laſſo rixa quæritur: Aut, Laſſus rixã quærit.Quod in quem ſenſum antiquitus fuerit uſurpatum, non ſatis liquet.

quet.Quod ſi coniecturas ſequi licet,apparet dictum in quoſdam moroſiores, & ad rixandum procliuiores, non quod offendãtur, ſed quod alioqui animo male affecti ſunt,ut ſunt difficiles, ac ſubmoroſi,quib. fortuna aduerſa eſt. Sed ipſius Senecæ uerba ſubſcribentur,ex quibus prouerbii ſenſus hic colligi poterit. Ideo, quibus ſtomachus ſuſpectus eſt,proceſſuri ad res agendas maioris negotii, bilem cibo temperent, quam maxime mouet fatigatio, ſiue quia calorem inedia compellit, & nocet ſanguini,curſumque eius uenis laborantibus ſiſtit,ſiue quia corpus attenuatum, & infirmum,incumbit animo. Certe ob eandem cauſam iracundiores ſunt, ualetudine,aut ætate feſſi. Fames quoque. & ſitis, ex eiſdem cauſis uitanda eſt. Exaſperat enim & incendit animos. Vetus dictum eſt,A laſſo rixam quæri.Æque autem & ab eſuriente,& ab omni homine,quem aliqua res urit. Nam, ut hulcera ad leuem tactum, deinde etiam ad ſuſpicionem tactus condoleſcunt, ita animus affectus, minimis offenditur: adeo, ut quoſdam ſalutatio,epiſtola,oratio, & interrogatio ad litem euocent.Nuſquam ſine querela ęgra tanguntur. Hactenus Seneca, Huc pertinet,quod ſcribit Plinius lib.22.cap.24.Sic & in laſſitudine proniores eſſe ad iracundiam,& in ſiti.

Gladiator in arena conſilium capit.

Gladiator in arena conſilium capit. Admonet,e re nata mutandũ aliquãdo conſilium,& tempori,quod aiunt,ſeruiendum.Refertur & hoc ab Annęo Seneca li. epiſtolarum ad Lucilium 3. Iã intelligis, inquit,educẽdum eſſe te ex iſtis occupationibus ſpecioſis,& malis.Sed,quomodo cõſequi poſſis,quæris. Quædam nõ niſi a præſente monſtrantur. Nõ poteſt medicus per epiſtolas,cibi, aut balnei tẽpus eligere.Vena tangenda eſt. Vetus prouerbiũ eſt,Gladiatorem in arena capere conſiliũ.Aliquid aduerſarii uultus,aliquid manus mota,aliquid ipſa inclinatio corporis,intuentẽ monet.Quid fieri ſoleat,quid oporteat,in uniuerſum & mandari poteſt,& ſcribi.Tale cõſilium,non tantum abſentibus, ſed etiã poſteris datur.Illud autẽ quãdo fieri debeat, aut quemadmodum, ex longinquo nemo ſuadebit. Cum rebus ipſis deliberandũ eſt. Hactenus ille. Cæſar Commentario belli Gallici 5. Quod plerunq. his accidere conſueuit,qui in ipſo negotio conſilium capere coguntur. Dicimus & Erenata conſiliũ capere.

Inelegantior Libethrijs.

Αμουσότερος λειβυθρίου,i. Indoctior Libethrijs. Prouerbialis hyperbole, quadrãs in hominem admodũ idiotam, & ab omni Muſarum commercio prorſus alienum. A gentis huius agreſti imperitia ſumptũ eſt prouerbium. Tradunt enim Libethrios, muſices,ac poetices,breuiter omnium elegantiorum diſciplinarum ſtolidiſſimos cõtemptores fuiſſe, adeo,ut apud hos quidã occiſum Orpheum exiſtiment,quorum de numero Zenodotus eſt, qui Libethrios gẽtem Perſicę ſcribit fuiſſe.Seruius Libethrũ fontem quempiam eſſe credidit, unde Virgil.in Melibæo Muſas Libethridas cognominarit.Plin.lib.4.mentionem facit Libethræ fontis,quem conſtituit in Magneſia, quę Theſſaliæ regioni adiungitur.Solinus Libethrum uocat genere maſculino. Strabo item libro Geographiæ 9.Libethri mẽminit:Hoc in loco, inquit, conſecrata eſt Muſis ædes,fonsq. Caballinus,& Libethridum ſpelunca nympharum. Qua ex re ſuſpicari licet,eos,qui & Helicona,& Pieriã, & Libethrum, & Pimpliam eiſdem Muſis conſecrarunt,Thraces extitiſſe.Pieres autem uocabantur,quibus extinctis loca hęc Macedones nunc poſſident.

Domeſticum theſaurum calumniari.

Τὸν οἴκοι θυσαυρὸν διαβάλλεις,i. Domeſticum theſaurum calumniaris,ſiue traducis,hoc eſt, tua ipſius carpis,lacerasque.Simillimum illi, quod alibi retulimus,Horatiano:Vineta propria cędere. Ariſtides rhetori Pericle: Τὸν οἴκοι θησαυρὸν διαβάλλοι μὴν ἄν, εἰ ταῦτα διασύροιμὴν.i. Domeſticum theſaurum inſimulabimus, ſiquidem iſtis obtrectabimus. Nullus autem ſanæ mentis,quæ domi recondita habet,traducit,ac reprehendit,ſed ſuis quiſque fauet, alienis inuidet. Conuenient & in illos,qui ſua ipſorum arcana non celant.

Qualis uir,talis oratio.

Annevs Seneca in epiſtolis, quas ſcripſit ad Lucilium lib.2. Apud Græcos, inquit,in prouerbiũ ceſſit, Talis hominibus fuit oratio,qualis uita.Græcum id prouerbium

bium extat apud Aristidem, in secũda Rhetorices aduersus Platonẽ defensione: Οὐκ ἀποσαλεῖ ὃ ἡ παροιμία φησὶν ἡ λέγουσα, οἷος ὁ τρόπος, τοιοῦτον καὶ τὸν λόγον, καὶ πάλιν τὸ ἕτερον ὡσαύτως. id est, Nõ dissonat aũt ab ijs adagium, quo dicũt, cuiusmodi sunt mores, eiusmodi & orationem esse. Ac rursum: Qualis sit oratio, tales item esse mores. Ad eandem facit sententiã, quod inter Solonis apophthegmata eõmemorat Diogenes Laertius: καὶ λόγον εἶδωλον εἶναι τῶν ἔργων. id est, Orationem factorum esse simulacrum. Persius 5. Satyra, sententiam hanc allegoria texit: cum ait:

-Pulsu dignoscere cautus,
Quid solidum crepet, & pictæ tectoria linguæ,

Nimirum inuuens, haud aliter animum hominis ex oratione spectari, quam uasa dignoscantur crepitu, quem reddunt digito pulsata. Idem in Satyra 3.

-Sonat uitium percussa, maligne
Respondet, uiridi non cocta fidelia limo.

Idque prouerbii non solum locum haber, cum improbum, aut probum uirum arguit oratio, uerumetiam cum ex stylo perpendimus ingenium cuiusque, omnémque mentis habitum ex ipsa dictionis ratione coniectamus. Etenim tumidi, stylus turgidus: abiecti, humilis, exanguis, asperi, scaber, amarulenti, tristis, ac maledicus; delicijs affluentis, procuratus, ac dissolutus. Breuiter omne uitæ simulacrũ, omnis animi uis, in oratione, perinde ut in speculo, repræsentaẽ, ac uel intima pectoris, arcanis quibusdam uestigiis deprehenduntur. Itaque Seneca Mæcenatis delicias, ac mollitiem ex ipsa hominis dictione colligi scribit. Huc pertinet, quod Socrates apud Platonem iubet loqui Charmidem, ut eũ uideat, nimirum hominem ex oratione æstimaturus. Idem in Gorgia negat se nosse Archelaum Perdicæ filium, quod nũquã cum eo uenerit in colloquium. At uulgo prædicant se nosse hominem, quem uiderint tantum, cum animus hominis nõ perspiciatur, nisi ex oratione.

Ἡ φελλὴ ἐν πιθῷ εἰ.

Ἡ φελλὴ ἐν πιθῷ εἰ, idest, Balba non credit. Locus proprietatis, ubi quis sua mala conatur dissimulare, quæ præsefert, etiam cum dissimulat. Veluti, si quis neget se blæsum esse, idq; ipsum non possit, nisi blæse dicere. Dictum est. n. πιθῷ εἰ pro πιστεύει. Propterea, quod, qui linguę uitio laborãt, in literis duabus, sigma, & rho, potissimũ laborant. Refertur a Suida. Notatus est & Alcibiadis labdacismus, qui pro ρ litera, λ solitus sit pronunciare, non linguæ uitio, sicut arbitramur, sed magis ob delicias. Apud Aristophanem in Vespis, ubi quispiã pro θέωρος θέωλος, proq. κόρακος κόλακος, dixisset, ὁλᾶς θέολων· ἢ κεφαλὴν κόλακος ἔκει, alter subijcit:

Ορθῶς γε τἀλκιβιάδης ἐτραύλισεν. i.
Recte Alcibiades hęc quidẽ ebalbutijt.

Nostris ipsorum alis capimur.

Τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα, i. Nostris ipsorum pennis capimur. Aristoph. in Auibus.

Ταυτὶ μὴ νικάσομεθα χὠ τὸ αἰσχύλον,
Τἀν' ἐχ' ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς. i.

Atque hic quidem coniecimus, iuxta Aeschylum,
Hæc non ab aliis, immo pennis propriis.

Aeschylus autẽ, ut admonet interpres, in fabula, cui titulus Myrmidones, hoc prouerbium appellat, λιβυστικὸν, quod ex apologo Libyco dictum sit. Fertur autem apologus huiusmodi, aquilam ictam sagitta, cum inspexisset iaculum ad imaginẽ pẽnarum effictum, imitatumq; dixisse Τἀν' ἐχ' ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα. i.

Hæc non ab aliis, immo pennis propriis Capimur.

Vtus est hoc Atheneus li 11. Καὶ ταῦτα ἐχ ὑπ' ἄλλων ἀλλὰ τοῖς σαυτῶν πτεροῖς χὠ θαυμάσιον αἰσχύλον ἁλίσκῃ. i. idq. non ab aliis, sed tuis ipsius alis caperis, ut egregius ille dixit Aeschylus. Cõuenit in eos, qui ipsi præbent occasionem sui mali, ut Chremes Terẽtianus ἐν ἑαυτῷ τιμωρουμένῳ, cum seruum hortatur, ut technam aliquam in Menedemum intẽdat, a quo mox ipse deluditur dolis.

Bonę fortunæ, siue, Boni genij.

Αγαθῶν δαίμονος, id est, Boni genii, uel bonæ formicæ, iubaudi, nomine, sermo est bene ominãtis in re quapiã aggrediunda, quẽadmodũ & illud Persianũ: Hoc bene sit. Itaque festiuius erit, cũ ad iocũ trahetur de eo, qui rem inceptat, leuem quidẽ illam, sed perinde laborãs quasi esset maxi

ma,

ma. Velut si sordidus quispiam tandem uini cadum relineret, aut caseum diu seruatũ aliquãdo proponeret ἀγαθῶν δαίμονος. Zenodotus & itẽ Aristophanis interpres ostẽdit, prouerbium hinc esse natũ, quod olim peracto conuiuio, sublataq. mensa, meracum inferri consueuit. Isque calix ἀγαθῶν δαίμονος, id est, boni genij appellatur. Huius commenti auctorem citat Theopompum interpres Aristophanis i Vespis. Nec diuersum est, quod affert ex Apollodoro, Cui sentẽtiæ suffragari uidetur Aristophanes in Equitibus.

Μὰ δὶ' ἀλλ' ἄκρατον οἶνον ἀγαθῶν δαίμονος. i. Non per Iouem, uerũ boni genij merũ.

Item in Vespis:

Μηδέποτε πίοιμ' ἀκράτου μιθὸν ἀγαθῶν δαίμονος. i.

Ne merum unquam bibere detur, premiũ genij boni.

Idem in eodem:

Καὶ σπεῖσον ἀγαθῶν δαίμονος. i.

Ac boni libato genij nomine:

Paullo diuersius in Pace:

Νῦν γὰρ ἡμῖν ἁρπάσαι πάρεστιν ἀγαθῶν δαίμονος. i.

Nam boni genij licet nunc rapere nobis nomine.

Quãquam Atheneus lib. Dipnosophist. 11. palam demonstrat, a lotione, qua cœnati utebantur, calicem inferri solere, qua dicebatur ἀγαθῶν δαίμονος. Qui sane mos hodieq; durat Germanis. Id poculũ ostendit dictum μετάνιπτρον, quod a lotis manibus afferretur, qui mos & hodie diligenter seruatur apud Britannos. Antiphanes in Lampade:

Δαίμονος ἀγαθῶν μετάνιπτρον ἐνεγκεῖν.

Boni dei meraniptron deuorare.

Rursus idem:

Αλλὰ μὴν δαίμονος ἀγαθῶν μετάνιπτρον.

Hunc calicem quisquis accepisset, prębibebat alteri cuipiam, ut idem auctor indicat. Erat autem mos apud ueteres, ut propinãtes, aut bibituri, deum quempiam, aut hominem ominis causa præferentur, eumque gignendi causa proferebant. Quemadmodum apud Lucianum in Lapithis Alcidamus Cynicus, sponsæ Herculis nomine propinat. Item Horatius.

Da lunæ propere nouæ,
Da noctis mediæ, da puer auguris.

Alijs magis placet hinc ductum adagiũ, qd antiquitus primus calix ἀγαθῶν δαίμονος sit appellatus, eaque uoce ominari solebant, ob Bacchum, ceu uernaculum, ac domesticũ deum. Quinetiam mensis cuiusq; diem a primo proximum, ἀγαθῶν δαίμονος appellitabant antiquitus. Fertur & apud Thebanos sacellũ fuisse ἀγαθῶν δαίμονος. Denique est & insula quædã huius nominis in mari Indico, quemadmodum ostendit Stephanus. Plutarchus conuiualium quæstiuncularum decade tertia, demõstrat antiquitus fuisse morem, ut non gustarẽt uinum, nisi prius libassent alicui deo, quo potus illius, ceu pharmaci, sibi innoxius esset, & salutaris. Atque Athenis quidẽ undecimo mẽsis die immolabant uini primitias, eumq; diem pithœgiam appellabant. Ast apud Bœotos septimo mensis ineuntis die, sacris peractis bono dęmoni, gustabãt ab exorto Zephiro, quod is uentus præcipue suscitet, moueatque uinum, adeo, ut, quod illum effugerit, uideatur iam duratum. Mensis autem is uocabatur προσατήριος. Aristides in Themistocle uidetur ad hoc allusisse prouerbiũ, cum ait, Αλλὰ καθέστη τοῖς ἕλλησιν ἀντ' ἀγαθῶν δαίμονος. i. Verũ cõstitit, Græcis boni genij uice. Quãquã hoc magis referendũ ad id, quod alibi diximus, Bonus genius, q̃ malus genius.

Ad aquam malus.

Εφ' ὕδωρ κακός, idest, Ad aquam malus. In infimæ sortis homines olim dicebatur, ac sordidissimis quæstibus addictos, ꝓpterea quod antiquitus infames habebantur, multoq; omnium contemptissimi, qui litigantibus aquam subministrare consueuerunt. Nam alias admonuimus, ueteres ad clepsydrarum mensuram in iudiciis dicere solitos. Infundebatur & certantibus per clepsydras aqua. Eam aquam tenues quidam, ac nullius frugis homines infundebant, dispensabantq;. Porro, qui hoc ministerio fungebantur, Athenis habebantur reiecti, rei pariter, ac bonæ famæ indigi, non aliter, quam Romanis legibus notantur scenici, & aliorum publicorum certaminum ministeria quædam. Est aliud huic confine, βάλλ' ἐς ὕδωρ, id est, aufer in aquam, id est, in malam rem.

Phocensium execratio.

Φωκέων ἀρά, id est, Phocẽsiũ execratio. De iureiurãdo multis uinculis astricto. Nã olim in fœderibus, quo minus uiolarẽtur, adhibebant

adhibebant non solum promissa, dextras, & sacrificium, uerũ execrationes in caput eius, quicunque non staret pactis, id quod ex Euripide licuit colligere, cuius hi uersus in Iphigenia Aulidensi,

Ὅρκους σωιάψαι, δεξιάς τε συμβαλεῖν
Μνηστῆρας ἀλλήλοισι, καὶ δι' ἐμπύρων
Σπόνδας καθεῖναι, κἀπαράσαι τάδε.

Eorum uersuum sententiam nos olim sic uertimus:

Vt coirent iureiurando proci,
Atq. inter ipsos iungerẽt dextras, ad hęc
Adolenda diuum ponerent aris sacra:
Ac semetipsis astringerent, diris ad id
Caput obligantes execrationibus.

Prouerbium autem, ut ad id redeamus, ab huiusmodi profectum est casu. Phocenses, Ioniæ populus, olim communi populi consilio patrium solum reliquerunt, adacti deuotionibus, atque execrationibus quibusdam, ne quisquam de repetenda patria cogitaret. Itaque iuxta Dianæ oraculum, Aristarcha duce, Galliam Narbonensem adierunt, ibique ciuitatem florentissimam Massiliam condiderunt. Cuius historię mentionem faciunt, Herodotus lib. primo, Strabo quarto Meminit, & Horatius libro Epodon.

Forte quid expediat communiter, aut melior pars
Malis carere quæritis laboribus.
Nulla sit hac potior sententia, Phocęorũ
Velut profugit execrata ciuitas,
Agros, atq. lares patrios, habitãdaq; fana,
Apris reliquit, & rapacibus lupis.
Deinde, qui fuerit eiusmodi ritus execrationis, aperit.
Sed iuremus in hæa, simul imis saxa renarint
Vadis leuata, ne redire sit nefas.
Neu cõuersa domum pigeat dare lintea, quando
Padus Matina lauerit cacumina,
In mare seu celsus procurrerit Apeninus,
Nouaq; mõstra iunxerit libidine. (uis,
Mirus amor, iuuet ut tigres subsidere cer
Adulteretur & columba miluio,
Credula nec flauos timeant armenta leones.
Ametq; salsa læuis hircus æquora.
Hæc, & quæ poterunt reditus abscindere dulces,
Eamus omnis execrata ciuitas.

Stephanus φωκαίαν urbem Ionię facit, cuius denominantium φωκαιεύς, iuxta Herodotum, καὶ φωκαεύς, & alteram eiusdem nominis in Mycale Cariæ. Est autem & φωκὶς Bœotiæ regio, iuxta Parnassum, a quo denominatium φωκεῖς, καὶ φωκικοί. Hoc idcirco uisum est admonere, quod quidã affinitate nominum labi uidẽtur. Siquidem à Phocęis, siue Phocensibus Ionię ductum est hoc prouerbium, a Phocicis Bœotię natum est, quod alibi referemus, Phocensiũ, seu Phocidentium desperatio, Prouerbiũ refertur à Zenodoto.

Sybaritica oratio.

Συβαριτικοὶ λόγοι, i. Sybaritici sermones. Hesychius narrat Ἀκωπὸν quẽpiã, Sybaritã opinamur, summo studio incubuisse, ut orationis quoque genus haberet lautum, & opiparum, hinc iocum prouerbialẽ ortum, ut oratio nitidior, & accuratior, Sybaritica diceretur. De luxu Sybaritarum in apparandis conuiuijs, dictum est in prouerbio, Sybaritica mensa. Sic & Asiaticum dicendi genus uenit in prouerbiũ. Fit.n. fere, vt, qualis vita, talis sit oratio. Cõgruet & in orationem arrogantem, atque ampulosam. Nam & fastus nomine notati sunt. Sybaritæ per plateas.

A linea incipere.

Ἀπὸ γραμμῆς ἀρχεσθαι, i. A linea incipere dicuntur, qui ad ipso rei exordio sumũt initium. Aristides sophista in Themistocle. Αὕτη πρώτη δημοσκλέους ἐξέλασις καὶ κρίσις, ἐν τεῦδεν ὁρᾶ τὰ ἄνδρα ἀπὸ γραμμῆς ἀρξάμενος. Hoc primum Themistoclis specimen, ac probatio. Hinc uirũ spectato, à linea exorsus. Is, qui in hunc auctorem addidit scholia, putat hoc prouerbiũ finitimũ illi, ἀφ' ἑστίας ἀρξάμενος, id est, A late exorsus: sed magis uidetur cognatum illi, quæ diximus alibi, A capite, A carceribus. Sic enim uocabant. unde primum emittebantur equi, quod ipsum & oppidum uocatur, auctore Festo. Sumpta est autem metaphora ab his, qui cursu certant in stadijs. Nam ijs linea quædam ducitur, ad quam ex quo stent, donec currendi signum accipiant, ut ostendit Aristophanis interpres in eo, quẽ mox c tabimus, Ioc. Tertullianus libro aduersum Larcionem primo: Age igitur ad lineas rursus & ad gradum. Ad lineas dixit pro eo, quod est, ab integro.

A carce-

A carceribus.

Ἀπὸ βαλβίδων, i. A repagulis, siue carceribus. Eandem habet sententiam cum eo quod proxime retulimus, Aristophanes in Vespis:

Καὶ μὴν δὴ τοὺς γ' ἀπὸ βαλβίδων περὶ τῆς ἀρχῆς ἀποδείξω. idest,

Atqui protinus a carceribus, de fonte rei referabo.

Idest ἀπ' ἀρχῆς εὐθέως. Interpres ostendit, ut modo diximus, metaphorã mutuo sumptam a stadijs, in quibus carceres erãt repagula quædam, unde cursus initiũ erat, quæ Græci βαλβίδας, seu ἀφετηρίας appellant: iuxta has linea tẽdebatur, cui insistebant cursuri. Vnde frequentes illæ apud Latinos etiam scriptores formulæ, a carceribus ad metam, à meta ad carceres. Quæ quidem exempla citauimus alibi.

Noua hirundo.

Νέα χελιδών, i. Noua hirundo. Suidas hoc adagiũ citat ex Auib. Aristophanis, fallente, sicut opinamur, memoria. Nã extat apud hũc poetã in Equitibus his uersibus.

Ἐξηπάτων γὰρ τοὺς μαγείρους, ὅπη λέγων τοιαυτὶ,
Σκέψει δὲ παῖδες, οὐχ ὁρᾶθ', ὥρα, νέα χελιδών.
Οἱ δ' ἔβλεπον, κἀγὼ νιν τοσούτῳ τῇδ' κρεῶν ἔκλεπτον idest,

Etenim coquos ego fefelli, fatus hæc ad illos:

Spectate pueri, non uidetis uer, noua ecce hirundo:
Illi tuentũr, interim aũt sustuli ipse carnes.

Interpres admonet, prouerbiali figura dictũ, ac perinde ualere, quasi dicas initiũ ueris, propterea quod id teporis appareat hæc auis. Quemadmodum & Horatius:

-Zephyris & hirundine prima.

Suidas ait, dici solere, quoties verba darentur alicui. Sumptam a ioco puerili. Nã hi, data opera, nouam hirundinem assimulantes uidere sese, ostẽdunt alijs: deinde cõtemplantibus illis, & intentis, interim qd̃ uolunt surripiunt. Theognis apud Athenæum lib. 8. declarat, Rhodij solemne fuisse quot annis publicis uotis inuitare hirũdinem sub tempus uernũ, quod illi χελιδονίζειν appellabant, acclamantes in hunc modum: ἦλθε ἦλθε χελιδὼν καλὰς ὥρας ἄγουσα καὶ καλοὺς ἐνιαυτούς. i. Veni, ueni, hirũdo, pulchra tpa adducens, ac pulchros annos. Proinde quadrabit in eos, qui falsa spe quapiam iniecta fallunt, ac nocent.

Iouis, & regis cerebrum.

Διὸς ἐγκέφαλος. i. Iouis cerebrum: καὶ βασιλέως ἐγκέφαλος, i. Regis cerebrũ. De cibo uehementer opiparo, ac suaui. Aut de molliter, delicateq; uiuentibus. Clearch° apud Zenodotum scribit, opiparas epulas apud Persas, Iouis, ac regis cerebrum appellari. Athenæus lib. 12. docet, Sardanapalum ijs, qui uoluptatem aliquam essent commenti, Iouis, ac regis cerebrum apponere solitum, cibum, opinamur, exquisitũ. Idem lib. 14. Iouis cerebrum inter secundæ mensæ delicias annumerat. Apud Appuleium in prima Apologia citatur Ennius.

Quid sacrum præterij, cerebrum Iouis
Pœne supremi.
Nestoris ad patriam hic capitur, magnusque, bonusque.

Ephippus apud Atheneũ, διὸς ἐγκέφαλον, i. Iouis cerebrum inter secundæ mẽsæ luxuriatias commemorat. Idem cibum prælatũ νέκταρος ἄνθος uocat, i. nectaris florem. Atq; alibi uinum, τῆς ἀφροδίτης γάλα, idest. Veneris lac, ab Aristophane nominatum docet. Rursum alio in loco suaues cibos, τῆς ἑλένης βρώματα, i. Helenæ cibos dictos indicat.

Non mouenda moues.

Ἀκίνητα κινεῖς, i. Non mouẽda moues. Quadrabit aut in eos, q. moliuntur ἀδύνατον aliquid, aut qui res sacras uiolant, aut qui pacta mutant, siue qui conuicijs incessunt eos, quibus ob auctoritatem debetur reuerentia. Zenodotus inde natum putat, quod fas non sit mouere neq; aras, neque sepulchra, neq; sacella, quibus reuerentia, quædam, ac religio debetur. Plutarchus in commentario De dæmonio Socratis, scribit hanc uocem editam cuidam euocanti manes amici defuncti, τὰ ἀκίνητα μὴ κινεῖν. Idem ἐν τῷ ἐρωτικῷ usurpat in eum, qui receptõ de dijs opinionẽ conuellere uidebatur. Meminit huius Plato libro De legibus 8. proferens legem, quam Iouis terminalis appellat, ne quis uicini cinis, aut hospitis, limites agrorum moueat, ne qs itẽ urbis, aut regionis pomeria moueat, malitque quisq; saxum ingens mouere, quã exiguum

guum lapidem fędere, iureque iurando fixũ, νομίσας, inquit, τὰ ἀκίνητα κινεῖν ἀλη θῶς ἔτο ἔδ, id est, Existimans hoc esse ue re, quod dicitur, non mouenda mouere. Idẽ lib. De legibus 11. ἐπὶ πολλοῖς γὰρ δὴ λεγόμενον δ' τὸ μὴ κινεῖν τὰ ἀκίνητα. i. Inter multa illud recte sane dicitur: Ne moueris non mouenda. Meminit & eiusdem operis libro tertio. Et in epigrammate quo dam ita legitur:

Ἀκινήτων ἅπτεται δ' αἰδῆς, i.
Immota haud tãgit ne Libitina quidem.

Sophocles in Antigone.

Ὀρσεις μὲ τ' ἀκίνητα διὰ φρενῶν φράσαι. .i. Coegeris me non mouenda perloqui.

Idem in Oedipo Coloneo.

Ἀλλ' ἐ γὰρ αὐδᾷ νῦν δὺ τ' ἀκίνητ' ἔπη. i.
Neq; .n. suaue est uerba in auras eloqui,
Quæ sit nefas mouere.

Plutarchus in libello De auscultando: ἐπιθυμία κινοῦσα χορδὰς τὰς ἀκινήτους, i. Cupiditas chordas mouens non mouendas. Idem περὶ τῆς ἀδολεσχίας,

Κινοῦσα χορδὰς τὰς ἀκινήτους φρενῶν. i.
Fides mouens minime mouẽdas mentiũ.

Eleganter huc allusit oraculũ, quod ex tat in Eratone Herodoti:

Κίνεω κ' δῆλον, ἀκίνητόν περ ἐοῦσαν. i.
Et Delum, quamuis sit adhũc immota, mouebo.

Simul. n. respexit ad fabulam, siue mauis historiam, Delon antea fluitantem, po stea fixã in gratiã Apollinis: Vnde Maro: immotamque coli dedit, & contemnere uentos.

Neque mel, neque aper.

Μήτε μέλι, μήτε μέλισσας. i. Neq. mel, neq. apes. In eos dici solitum, qui recusant incommodum ferre, quod sit cum commo do quopiam coniunctũ. Veluti si quis apes, quod sint aculeatæ, nolit ppeti, is nec mel le quidem, quod optat fruetur. Res enim mortalium ita temperauerũt superi, ut sẽ per incommoditas comes sit cõmoditatũ. Tryphon grammaticus in figuris hoc exẽplum affert paroemiæ, citatque ex Sappho poetria Lesbia:

Μήτ' ἐμοὶ μέλι, μήτε μέλιττα. i.
Neque mihi mel, neque apis.

Celebratur Mimus ad hanc faciens sententiam.

Feras, quod lędit: vt, qd' prodest, pferas.

Eodẽ pertinet illud Plautinũ: Fortiter malum qui patitur, post potitur bonum. Idem obscurius quidem, sed tamen elegã ter innuit Homerus, ut opinamur, per her bam moly, cui radicem nigram, florem lacteũ attribuit, radicis nigræ symbolo labo ris molestia significans qua peruenitur ad animi tranquillitatẽ, uirtutis absolutę p̃mium.

Tussis pro crepitu.

Βὴξ ἀντὶ πορδῆς, Tussis pro crepitu. Di ci solitũ, quoties aliquis perplexus, aliud pro alio simulat. Veluti, si quis, in adulterę domo deprehensus, fingeret se quippiam mercatum uenisse. Translatum ab ijs, qui crepitum clara tussi dissimulant, quod genus homines etiam hoc tempore non raro magnorum risu deprehenduntur.

Cornicibus uiuacior.

Ὑπὲρ τὰς κορώνας ζεζιωκώς, i. Cornicib. uiuacior. De uehementer annosis, prouer bialis hyperbole. Ab auis eius prodigiosa uiuacitate sumpta, de qua ita scribit Plutarchus in commentario, qui inscribitur. Περὶ τῶν ἐκλελειπότων χρησμῶν, citãs He siodum, sub persona Naidis, ætates animalium uarias sic complectentem.

Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
Ἀνδρῶν ἡ ζώντων, ἔλαφος δέ τε τετρακό ρωνος.
Τρεῖς δ' ἐλάφους κόραξ γηράσκεται. αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ
Ἐννέα τοὺς κόρακας, δέκα δ' ἡμεῖς τοὺς φοί νικας
Νύμφαι δ' πλόκαμοι, κοραὶ διὸς αἰγιόχοιο
.i. Ter tria secla hominis trasmittit garru la cornix,
Quattuor at peragit cornicis tempora ceruus.
Ceruinam ętatẽ coruus ter præterit ater,
Coruinos annos nouies agit Indica phe nix.
Atqui crispicomæ, soboles Iouis alma Tonantes.
Egredimur decies phęnicia secula nym phæ.

Hos versus Hesiodios interpretatus vide tur quidam, quisquis fuit. extat autem car men inter reliquas Maronis appendices. Estque huiusmodi.

Ter binos, deciesque nouam superexit in annos.
Iusta senescentum quos implet uita uirorum.

Hos

Hos nouies superat uiuendo garrula cor nix,
Et quater egredit cornicis sæcula ceruus
Alipedẽ ceruũ ter uincit coruus, at illũ
Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales.
Quem uos ppetuo decies puertitis æuo
Nymphæ Hamadryades, quarum longis sima uita est.
Hi cohibent fines viuacia fata aĩantum,
Cætera secreti nouit Deus arbiter æui.

Eandem hanc Hesiodi sententiam oppi dò quàm commode, breuiterq; reddit Pli nius: Hesiodus, inquiẽs, cornici nouem nostras attribuit ætates: quadruplum eius cer uis: id triplicatum coruis. Etiam si nonnul lis auctoribus hæc fabulosa uidentur. Inter quos Aristoteles arbitratur homine nullũ aliud animal esse uiuacius, excepto uno elephanto. Martialis:

Et cornicibus omnibus superstes.

De anu nimium uiuace. Item Horatius in Odis:

-Seruatura diu parem
Cornicis uetulæ temporibus Lycen.

Eodem pertinet, quod philosophus ille moriens, cornicibus inuidisse legitur longæuitatem, quam natura negasset homi ni. Synesius in epistola quadam: Εἰκός ἐστι κορώνης ἐνιαυτοὺς ἄρξαι παρ' ἡμῖν, ἢ δι καιότατον. i. Consentaneum est, iustissimũ principem, cornicis annis apud nos imperaturum esse.

Tithoni senecta.

Τιθωνὲ γῆρας, i. Tithoni senecta. Fabu læ tradunt Tithonum adamatum ab Au rora in cœlum sublatum fuisse, atq; illius succo perfusum, ad tãtam peruenisse sene ctutem, ut tandem optauerit, ut in cicadã uerteretur. Lucianus in quodam dialogo: καὶ ὑπὲρ τιθωνὸν ἔξω ὁ γέρων. i. Atque ultra Tithonum uiuebat senex. Huius Tithoni personam inducit Aristo Chius in libro de senectute, propter uiuacitatis miraculum, ut testatur in Catone M. Cicero. Suidas adagium refert hunc in modum, κατα γηράσαις τιθωνὲ βαθύτερον. i. Senescas Tithono profundius.

Nestorea senecta.

Ιτιδεμ certe apud Latinos Nestoris anni in prouerbium abierunt, cui tres ętates attribuit Homerus in Odysseæ tertio:

Τρὶς γὰρ δήμιν φασὶν ἀνάξαντος γένε ἀν δρῶν. idest,
Illum iam exegisse hominum tria sęcula fama est.

Idem affirmat in primo Iliados.

Quod ipse Nestor de se testatur apud Ouid. 11. Met.

-Vixi
Annos bis centũ, nunc tertia uiuit ætas.

Vbi ætas pro centum annis usurpatur. Et Iuuenalis:

-Atq; suos iam dextra computat annos.

Tertiam ætatem indicans. Breuiter pro uerbij faciem habebit, quidquid ab ijs su metur, qui insigni uiuacitate fuerunt. Vt phœnice uiuacior, quem Hesiodus scribit, nouem corui ætates viuere: & ceruo uiuacior: coruo uiuacior: & Tiresia uiuacior, quem tragœdia fingit sex ętates hominum uixisse. Et Seribus uiuacior, quos Gręcis historijs proditũ est, trecẽtos annos uiuere. Qd genus exẽpla si q.s desideret, legat Lucianũ de Macrobijs, i. longęuis, & Plin. 7. libri. caput quadragesimum octauum.

Vltra pensum uiuit.

Lepidum est, quod ait Lucianus in Phi lopseude: ὑπὲρ γὰρ τὸ ἀτρακτον ἤδη βιοῖ, idest, Iam enim ultra fusum uiuit: hoc est, uiuit ultra fatalem diem. Allusum ad Par carum fusos, quibus æuum mortaliũ euol ui fabulantur poetæ. Quin & Philoso phi metam uitæ fatalem, periodum ap pellant, quam prætercurrere nulli fas sit.

Facile, cum ualemus, recta consilia ægrotis damus.

In Andria Terentiana ab adolescente non admodũ cordato, cordatissima simul, & elegantissima sententia profertur, Facile, cum ualemus, recta consilia ęgrotis da mus. Tu, si hic sis, aliter sentias. Ea nata ui detur ab oraculo Thaleris philosophi. Nã is, ut auctor est Laertius, interrogatus, qd nam esset difficillimũ, rndit γνῶναι σεαυτόν, idest, nosse seipsum: quid facillimũ, re spondit ἄλλῳ ὑποτίθεσθαι, i. alteri consiliũ dare. Comicus autem translationis gra tiam admiscuit. Euripides in Alcestide:

Μὴ νῦν ὑπέρβαιν', ἀλλ' ἐκμετρίως φέρε. i.
Ne nimius hic dolor esto, sed modice fe ras.

Verba sunt Herculis Admetum conso lantis super uxoris morte. At ille:

N Ῥᾷον

Ρᾷον παραινεῖν, ἢ παθόντα καρτερεῖν. i.
Facilius est monere, quàm situm in malis
Animo imperare.

Fertur & huic similis sententia puerbialis:

Ἀπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί,
Αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες, οὐ γιγνώσκομεν. i.
In admonēdo sapimus omnes, uerum, vbi
Peccamus ipsi, non uidemus propria.

Ducta est sententia à cōmunibus hominum moribus. Omnes enim ægrotantibus recte præcipiunt, quid fugiendum, quid agendum, & obiurgant nonnunquā, quod salutis causa non obtemperent bene monentibus. Ipsis, posteaquam in morbum inciderint, non succurrunt illa præclara monita, sed alijs item monitoribus, & obiurgatoribus est opus. Porrò cupiditas omnis animi morbus est, quo uelut excęcatus, aut nō perspicit, aut, si perspicit, sequi non vult ea, quę sunt ad salutem necessaria. Nā Phædria Terentianus prudens, & sciens in flammam manū mittit, & uiuus, videns que perit. Item Horatius fugienda sequitur, fugiens quæ profore credit. Perspicit auarus aliquando, quàm prodigiosa res sit ambitio. Contra, ambitiosus auari morbū perūidet, & uterque alteri in alieno malo recte consuluit, neuter in suo sapit.

Quæ supra nos, nihil ad nos.

Τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, i. Quę supra nos, nihil ad nos. Dictum Socraticum, deterrens à curiosa uestigatione rerum cœlestium & arcanorum naturæ. Refertur prouerbij uice à Lactantio libro 3. capite 20. Ex his, inquit, unum eligam, quē ab omnibus sit probatum, celebre. Hoc prouerbium Socrates habuit: Quod supra nos, nihil ad nos. Vertere licebit & in contrarium, Quæ infra nos, nihil ad nos. Vbi significamus res leuiusculas, quàm ut nobis curæ esse debeant.

Notum lippis, ac tonsoribus.

Quæ iam in ora vulgi abierunt, omnibus tonsoribus, ac lippis nota dicuntur, propterea quod olim in tonstrinarum consessibus omnes rumores narrari consueuerūt. Quod indicat Aristophanes in Pluto:

Καί τοι λόγος γ' ὧδ', νὴ τὴν Ἡρακλέα τολύς.
Ἐπὶ τοῖσι κουρείοισι τῇ καθημένων,
Ὡς ἐξαπίνης ἀνὴρ γεγένηται πλούσιος. i.
Hercle profecto sermo erat uidelicet,
In officinis desidentium frequens
Tonsorijs, hominem repente diuitem
Factum esse.

Et apud Terentium Antipho, in tonstrina, de puella cognoscit. Item Horatius de tonstrina.

-Gaudent ubi uertice raso.
Garrula securi narrare pericula nautę.

Idem in Sermonibus.

-Opinor
Omnibus & lippis notū, & tōsoribus esse.

Vbi prouerbium explicuit, significās rē vulgo iactatam. Nam lippi in tonsorum officinis desidēt, expetentes remedium oculorum. De tonsorum garrulitate complura lectu digna recēset Plutarchus in libello, quē scripsit De futili loquacitate. Quorum unum illud referre non pigebit. Cū aliquando, inquit, in tonstrina sermo esset de Dionysio, diceretur q. tyrannidē illius adamantinam esse, & inexpugnabilem, ridens tonsor, Hęccine, inquit, loqui uos de Dionysio, in cuius iugulo ego subinde teneo nouaculam? Quod dictum simulatque Dionysius rescisset, tōsorem in crucem sustulit, atque ita, quod ait Plinius, uoces p iugulum rediere in auctorem. Vt autē tonsorum genus usque adeo loquax sit, id existimat esse in causa, quod in eorum officinas loquacissimi quique conueniant, desideantque, quorū assiduo conuictu garrulitatis morbo inficiuntur & ipsi. Quas ob res Theophrastus, ut idē testis est Plutarch., τὰ κουρεῖα, ἀοίνα συμπόσια, i. sine uino cōpotationes appellauit, quod illic loquacitate ceu temuléti reddātur homines. Simili infamia laborant balneatores, quod illic quoq. desideant, otiosi, garrientes quidlibet. Quin hinc factum est, ut ueteres ærarias officinas λέσχας dixerint, ut indicauit Ioannes Grāmaticus, quod hibernis frigoribus huc sese turba tenuium tēporis gratia cōferre cōsueuerit, ibiq. desidēs otiosis fabulis tēpus fallere. Hæc loca, uelut ignauis apta, Hesiodus iubet uitare agricolam.

Πὰρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον καὶ ἐπαλέα λέσχην
Ὥρῃ χειμερίῃ. idest,
Mensibus hibernis ualeat ferraria sedes,
Ac nugæ tepidæ.

Optat ephippia bos piger optat arare caballus.

Oppido q̄ elegāter extulit Horatius: Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Vitium

Vitium illud significans humanis ingeniis insitum, ut semper alienam sortem magis mirentur, suam contemnant, ac fastidiant, optent inexperta, experta damnent. Siquidem ephippia uocantur, quas uulgo sellas equestres appellāt, additas in hoc, ut commodius sedeat eques. Veteres bubus arabant, nō equis. Videtur esse sumpta allegoria ex apologo quopiā. Citra metaphorā dixit Terentius: Nostri nosmet pęnitet.

Fertilior seges est alieno in aruo.

Ovidius mutauit metaphoram, eundē explicans sensum:

Fertilior seges est alieno semper in aruo.
Vicinumq. pecus grandius uber habet.

Persius satyra sexta:

-Securus & angulus ille
Vicini, quia pinguior.

In eandem sententiam celebratur & Mimus unus, ex illis Publii ab Aulo Gellio laudatis:

Aliena nobis, nostra plus alijs placent.

Et Horatius.

Qui fit, Mecęnas, ut nemo, quam sibi sortem,
Seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa
Contentus uiuat, laudat diuersa sequentes?

Fæcem bibat, qui uinum bibit.

Haud dubium, quin prouerbialiter dixerit Aristophanes in Pluto, fæcem epotādam eidem, qui vinū ebrius ebiberit, idest, qui fruitus sit optimis, eundem boni consulere debere deteriora.

Ὅμως δ' ἐπειδὴ καὶ τὸν οἶνον πίξεις,
Πίνειν, σωεκποτέον ἐστὶ τὴν τρύγα. i.
At, ubi haud grauatus bibere uinū es, fex item
Tibi nunc eidem est ebibenda scilicet.

Verba Chremyli de muliere, quæ quondam uernans, ac florens ætate placuerat, tū anus fastidiebatur a iuuene.

Cræso, Crasso ditior.

Apud Græcos opulentia Crœsi, Lydorum regis, in prouerbium abijt, præsertim nobilitata dicto Solonis. Apud Romanos item M. Crassi, cui cognomentum etiam Diuitis additum est. Hic negabat diuitē esse, nisi qui redditu annuo legionē, tueri posset. In agris sui sestertium uicies mille possedit. Commemorantur & alii nonnulli apud Plinium lib. 33. cap. 10. & item 3. qui immodicas opes possederunt, atque in his est Aristoteles, cuius hæredes in auctione septuaginta patinas uenum produxisse leguntur. Verum non itidem in uulgi cessere sermonem. Proinde nihil attinet hoc loco refertur. Festiuior erit adagii figura, si numerum etiam commutemus, ut D. Hieronymus: Cręsos licet spires, & Darios, literæ marsupium non sequuntur. Horatius & Arabum gazas dixit, pro cumulatissimis opibus, non sine specie prouerbiali, quem admodum & Persicos apparatus, pro nimis exquisitis ac sumptuosis.

Pactoli opes.

Τὸν πακτώλου πλοῦτον, i. Pactoli diuitias, pro summis opibus alicubi dixit Philostratus. Est autem Pactolus Lydiæ fluuius, ex mōte Tmolo profluens, aureis scatens harenis, unde & χρυσορρόας, à poetis cognominatus. Cuiusmodi narratur & Tagus in Iberia, & Ganges in India, & Hebrus in Thracia. Plinius addit Padum in Italia, negatq; ullum esse aurum absolutius, quam id, quod in fluuijs reperitur, utpote cursu ipso, tritūq. perpolitum. Horatius in Epodis:

Sis pecore, & multa diues tellure licebit,
Tibiq. Pactolus fluat. Iuuenalis:
Tanti tibi non sit opaci
Omnis arena Tagi, quodq; in mare uoluitur aurum.

Has hyperbolas i uarios usus accommodare licebit. Veluti si quis dicat. Hos tantos sumptus sustinere nemo queat, ne si Pactolus quidem illi domi fluat. Huius hominis cupiditatem ne Tagus quidem ipse possit explere. Nihil mediocre sperabat, sed totos Pactolos, ac Tagos animo concepérat. Aut Pactolos pollicebatur, id est, diuitias effertissimas.

Iro, Codro pauperior.

Contra, Iri, & Codri paupertas prouerbium locum fecit. Ouidius:

Irus erit subito, qui modo Crœsus erat.

De Codro Iuuenalis.

Tota domus Codris rheda cōponit una.

De Iro mētionem facit Homerus Odyssęæ Σ. Scribitq. eū publicum fuisse mendicum apud Ithacēses, corpore, specieq. prægrandē, a matre dictum Arnæum, a iuuenibus Irum fuisse nominatum, quod iret nū-

cius, quo iussus esset. Cum hoc commissus Vlysses, cum haberetur & ipse pro mēdico, eijcit hominem. Quin & Hecale pauperta te nobilis est, cuius meminit Plautus in Ci stellaria: Siquidem eris ut uolo, nunquam Hecale fies. Meminit & Ouidius.

Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ ceperit Irum.
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

His formulis quot modis uti liceat, in operis ingressu satis ostendimus.

Mysorum postremus.

Μυσῶν ἔσχατος, i. Mysorum extremus. Strabo Geographiæ libro 12. refert Mysorum populum usque adeo contemptum fuisse, ut prouerbio locum fecerit. Id usurpat M. Tullius in oratione pro Lucio Flac co. Quid, inquit, porro in Græco sermone tam tritum, atque celebratum est, quam si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur? Idem ad Quintum Fratrem: Nisi me forte Paconij nescio cuius hominis, ne Gręci quidē, at Mysi, aut Phrygis potius, querelis moueri putas. nimirū gentis eius contemptum declarans. Summum itaque despectum, & infimam humilitatem hoc adagio significabimus.

Mysorum ultimus nauigat.

Ἔσχατος μυσῶν πλεῖν, i. Mysorum postremus nauigare, prouerbiali ioco dicebatur, qui frustra laboraret. Origo prouerbij, sicuti sit in plerisq;, non uno narratur modo. Quidam tradunt, olim Græcis pestilentia laborantibus, oraculo responsum esse, ut ad ultimum Mysorum nauigarent. Ac primum ambigebant, quid sibi uellet oraculum. Tandem diu circumacti reperierunt Æolidem in extremis Mysorum esse sitam, atque eo demigrādum esse monuisse numen. Alij scribunt, Telepho, post interemptos auunculos, consulenti Pythiū, quo gentium sibi demigrādum foret: nam antiquitus mos erat homicidis solum uertere: responsum, uti ad extremam Mysorum regionem sese conferret: uenisseq; in Teuthraniam, quæ Mysiæ extrema pars, atque eius loci principatum obtinuisse. Sunt, qui dicant, hunc non ob cędem auunculorum fugisse, sed uti matrem quæreret, quam in Teuthrania tandem inuenerit. Prouerbium autem dictitatum, ubi dura quæpiam imperarentur, factuq; difficilia.

Tangere ulcus.

Κινεῖν ἢ θίγειν τὸ ἕλκος, i. Mouere, seu tangere ulcus, est, mouere dolorem, eiusq. rei facere mētionem, quæ nos magnopere urat, Terentius: Quid minus necesse fuit, quam hoc ulcus tangere? Quo loco Donatus admonet subesse prouerbiū. Octauius Augustus, ut auctor est Tranquillus, filiarum Iuliarum, & neptis infamem uitam, morte ipsa grauius tulit, nec eas aliter appellare consueuit, quam tres uomicas, aut tria carcinomata sua. nimirum, quod earū non sine magno dolore suo recordaretur. Hanc Metaphorā M. Tullius oppido quam eleganter expressit in Clodium, qui populum fame iam exasperatum, concionibus insuper seditiosis in rabiem agebat. Vt tu, inquit, in hoc ulcere tanquam unguis existere. Plutarchus de adulatione: Κρυφίῳ δ' λόγῳ κινήσαντος ἕλκος, idest, Arcani sermonis cum mouisses ulcus.

Odorari, ac similes aliquot metaphoræ.

Translationes, quæ ducuntur a corporis sensibus, quoniam uelut ad manum sunt, & quasi de proximo sumuntur, omnes ferme prouerbiales sunt, quemadmodum admonuimus in operis huius initio. Velut odorari pro rescisscere, & sagaciter deprehensum, atque animaduersum cognoscere. Odor, pro suspicione ac rumore. Cicero: Est nonnullus odor dictaturæ. Olfacere, apud Terētium in Adelphis, pro deprehendere. Subolere, apud eundē, pro suspectum esse. Obolere, pro molestum esse, aut esse in suspicione. Vnde & Nasuti dicuntur, & Emunctæ naris, & Mucosis naribus. Denique Nasus ipse in prouerbium abijt pro iudicio. Horatius:

Non quia nullus Illis nasus erat.

Et putent, quæ displicent. Hue pertinēt & illa, Olet mendacium. Redolent Atticismū. Olent lucernā. Itidem Gustum rei uocamus, ueluti primam illam experientiā, & degustationem, quasiq; specimen. Cicero ad Atticum: Hominem degustes. Idem ad eundē. Et Latinus ille tuus Atticismus ex interuallo regustādus. Vnde & Saliuam primam dicimus primum illum gustum, quē pueri tanquā a nutricibus imbibimus. Et palato satisfacere dicitur, quod animo placet

placet. Et deuorare dicimur, cum rem, alioqui acerbam, ueluti citra sensum perferimus; translatione sumpta ab ijs, qui amara catapotia, tanquam inuito palato, solent absorbere. Vnde aliquoties apud Ciceronem, & Fabium, Deuorare tędium, Absorbere molestiam. Affinia sunt illa, Sapiunt arrogantiā. Resipiūt iuuenile quiddam. Concoquere item, pro uincere molestiam. Nauseare, cum tędio audire. Euomere, dicere, quod dolor nō sinebat reticere. Et Expuere miseriam ex animo. Cōsputare, pro lacessere maledictis. Despuere, pro contemnere. Stomachari, pro indignari. A uisu item multæ ducuntur metaphoræ, ut Oculis ferre, p uehemēter amare, curęq; habere. In oculis esse, Obseruari oculis, p eo, quod est recordari, & in memoria cogitationeq; esse. Respicere, curam agere, & rationem habere. Prospicere, in posterū consulere. Despicere, fastidire. Suspicere, mirari. Conniuere, pro data opera dissimulare. Cęcutire, Allucinari, pro falli iudicio. Verū hæc longius psequi, nec huius est instituti, & infiniti fuerit operis. Quare, quamquā istiusmodi vīr ad prouerbiorum cognationem pertinere, tamen ea minutius, exactiusq; conquirere, non est sententia.

Mihi istic nec seritur, nec metitur.

Plautus in Epidico, sanè quàm elegās adagium usurpauit: Mihi, inquiens, istic nec seritur, nec metitur: idest, ista res nihil ad me pertinet, ut quæ neque meo fiat periculo, neque emolumento. Metaphora notissima est. Etenim, qui sementem facit, is suo impendio, suoq; periculo facit: qui metit, compendium accipit, & in tuto est. Diuersum est huic, quod est apud Plautū in Mercatore: Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.

Ab ipso lare.

Ἀφ' ἑστίας ἀρχή, i. A lare incipe, hoc est, a domesticis, ac familiaribus initium sumito. Rectē dicetur in magistratus, & alienæ vitæ censores, quorum officium est, ut in primis suos, suorumque uitam corrigāt. Nam ἑστίαν Græci uocant, quem nos Larem, ac Vestam uocamus. Aristophanes ἐφηξίν,

Οὐκ ἀλλ' ἵνα
Ἀφ' ἑστίας ἀρχόμενος ὀπτρίψω τινά. i.

Nō, verū vt aliquē, exorsus à lare, obterā,

Ductum a uetusto ritu sacrorum, in quibus primitiæ laribus immolabantur. Aristocritus, citante interprete, fabellam huiusmodi refert. Cum deuictis Titanibus Iuppiter imperio potitus esset, Vestæ permisit optionem, ut quidquid uellet eligeret e regni partibus. Illa primum uirginitatem poposcit: deinde sacrorū omnium, quæ dijs immolarent homines, primitias. Inde abijsse in consuetudinem, ut in omni sacro primę partes lari tribuerentur. Vsus est hoc adagio Plato in Euthyphrone: Βουλοίμην ἂν ὦ σώκρατες, ἀλλ' ὀρθόδωμὴ τὲ ναντίον γένηται. ἀ τεχνῶς γὰρ ἀφ' ἑστίας δοκεῖ μοι ἀρχεσθαι κακουργεῖν τὴ πόλιν, σὲ ἐπιχειρῶν ἀδικεῖν. i. Equidē cupiam, uerū uereor, ne res in diuersum exeat. Nam mihi quidem Iædendæ Reipublicæ ab ipso lare facere uidetur initium, cum te tentat lędere. Plutarchus in libello de Polyphilia: Πρῶτον μὲν ὥσπερ ἀφ' ἑστίας ἀρξάμενοι. i. Primum igitur uelut a lare exorsi. Totidem ferme uerbis utitur in commentario, Περὶ τὴ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων: Vsurpat & in libello, quem scripsit aduersus Herodotum. Aristides in Pericle: Ὁ δὲ ἀφ' ἑστίας ἀρξάμενος τῆς αὐτοῦ αὐτοῦ, τὸ σύμμετρον ἠροῖτο, πρὸ τὲ πλεῖονος. i. At ille a suo ipsius exorsus lare, maluit æqualitatem sequi, quàm reliquos antecellere. Interpres admonet dici solitum de ijs, qui ab ipso statim initio, uel boni sunt, uel mali. Quasi dicas, ab ipsis incunabulis, quod Lar statim nascentes excipiat.

Propria vineta cædere.

Hvic affine est illud Horatianum:

Vt vineta egomet cædam mea.

Idest, ut a me ipso incipiam, & poetas ipse poeta carpam, ac lacerem. Translatum uideri potest uel ab amputantibus uineā, uel ab ijs, qui per iniuriam nouellas uites lædunt. Horatius in Epistolis:

Multa quidem nobis facimus mala sæpe poetæ,
Vt vineta egomet cædam mea.

Aedibus in nostris quæ praua, aut recta geruntur.

Avlvs Gellius scribit hunc Homericum uersiculum, qui est Odysseæ δ. prouerbij uice semper in ore fuisse:

Ὅλ τοι ἐν μεγάροισι κακῶν τ' ἀγαθῶν τε τέτυκται. idest,

Ædibus in nostris quæ praua, aut recta gerantur.

Quod alij tribuũt Socrati, Diocles ascribit Diogeni, vt refert Laertius. Socrates aũt hoc dicto dehortans a stu dio rerũ naturalium, ac supernaturaliũ, item a disciplinis mathematicis, reuocabat ad curam moralis philosophię, quod hæc tractat ea, quę proprie ad nos pertinent. Plutarchus in cõmentario De seruãda bona valetudine, pro uerbij uice usurpauit: Εἰ μᾶλλον αὐτὸν οἴεται προσήκειν γεωμετρίας ἢ διαλεκτικῆς καὶ μουσικῆς ὁ ῥᾴδιος μεταποιούμενον, ἢ ζητεῖν, καὶ μανθάνειν βουλόμενον, Ὅτι τοι ἐν μεγάροισι κακὸν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται. idest,

Si magis officij sui putat eẽ, vt in geometrię, dialecticę, musicęq; studio uersari uideat, quã vt inquirat, cupiatq; cognoscere,

Ædibus in proprijs quæ praua, aut recta gerantur.

Quo uersu monemur, ut ea potissimũ, quæ ad nos ipsos pertinent curemus, externa, atque aliena ne inquiramus. Quo vitio festiuiter Martialis Ollum quendã notat, qui malorum alienorum erat obseruator curiosissimus, & taxator acerrimus, cum ipse uxorem haberet adulteram, filiam uiro maturam, deberetq; etiamnum pro togula. Diogenes Cynicus, cui carmen hoc, ut modo diximus, semper in ore consueuit esse, grammaticos nimis ridicula facere aiebat, qui tanto studio Vlyssis mala inquirerent, sua ignorarent. Huc referri potest & illud apud Homerum pęne solemne: Habetur enim Iliados ζ. Odyss. α. θ. & φ.

Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε. idest,

Quin i tecta abiens, tua ppria munia cura.

Plutarchus πολυπραγμοσύνην definit φιλομάθειαν ἀλλοτρίων κακῶν, i. Curiositatẽ, studiũ aliena mala cognoscendi. Atq; id hominum genus lamijs similes ait, quæ domi oculos recõditos habent, foras egressuræ reponunt. Atq; ita fit, ut domi cæcutiant, foris sint oculatissimæ. In huiusmodi præpostere oculatos eleganter torseris illud Sophoclis de senibus dictum:

Πόῤῥωθε λύσσων, ἐγγύθεν δ' ἁπᾶς τυφλός.

.i. Procul uidẽs, sed cominus uidẽs nihil.

Nam id senibus accidit, vt ppius admota nõ cernant, longius se mota uideãt, atq; huius rei causam reddit Plutarchus Conuiualium quæstionum prima decade.

Tecum habita.

Proximvm Homerico carmini uidetur & illud eiusdem Persij:

Tecum habita, ut noris, quàm sit tibi curta supellex.

Idest, domi tuę viuito, ut intelligas, quã tenuis sit tua fortuna. Translatum ab ijs, qui in principum familijs agunt, &, ut vulgo fit, ex alienis opibus, perinde quasi suis, intumescunt, quibus si domi uiuẽdum sit, vix salinum habeant, quod apponant. Tecum igitur habita, id est, tuapte supellectile te metire, ac tuis ipsius malis, bonisve te ipsum expende. Haud scimus, an huc pertineat, quod scribit M. Tullius in Catone maiore, Secum, ut dicitur, uiuere.

Messe tenus propria viue.

Idem diuersa explicuit metaphora Persius satyra 6.

Messe tenus propria uiue.

Idest, Sumptum facito pro modo facultatum tuarum. Ab agricolis traductum, qui sumptus annuis agrorum prouentibus metiuntur. Nẽque enim res consistere potest, cum quæstum superat sumptus, quemadmodum ait Plautus. Ostentatorẽ diuitiarum elegante uerbo Alexis apud Athenæum lib. 6. πωχαλαζόνα dixit, eodem uerbo declarans factum cum paupertate coniunctum.

Tuo te pede metire.

Ad eandem sententiam pertinet illud Horatianum:

Metiri se quemque suo modulo, ac pede uerum est.

Lucianus in libello, cui titulus, ὑπὲρ τῶν εἰκόνων: Ἀλλὰ διακρίνης καὶ παραμετρῆς τῷ οἰκείῳ μέτρῳ ἑκάτερον. i. Verum dijudices, dimetiarisq; propria utrunque mensura. Nimirum hoc est, quod dixit Horatius, suo modulo, οἰκείῳ μέτρῳ, &, tanquã inter pres sui, adiecit, ac pede. Pindarus item:

Χρὴ δὲ καθ' αὑτὸν αἰεὶ παντὸς ὁρᾶν μέτρον. idest,

Oportet autem iuxta suam quenq; conditionem uniuscuiusq; rei spectare modum. Et Aristophanes in Auibus:

Οὐκ ἀναμετρήσεις σαυτὸν ἀπιὼν ἀλλαχῆ.

.i. Non ipse te remetieris hinc loci Alio profectus.

Monet adagiũ, ne ꝗs se dilatet vltra conditionem

ditionem suam, neve seipsum ex assentatorum laudibus, aut uulgi opinione, aut fortunæ fauore, uerum propriis, ac ueris dotibus, animiq. uirtutibus æstimet. Translatum ab ijs, qui corporis humani modũ, pedum numero æstimant. Porro iusta cuiusq; hominis mensura, septem ipsius pedibus constat, si quid pictoribus, & statuarijs credimus. Eodem pertinet illud Martialis:

Qui sua metitur pondera, ferre potest.

Non uidemus manticæ quod in tergo est.

Catvllvs in Scazonte:

Sed non uidemus, manticæ quod in tergo est.

Id est, Nõ uidemus nostra ipsorũ uitia, cũ aliena curiosis oculis perspiciamus. Pro uerbium natum est ex Apologo quopiã Aesopico, qui fertur hmõi apud Stobæũ: Αἴσωπος ἔφη δύο πήρας ἕκαστον ἡμῶν φέρειν, τὴν μὲν ἐμπροσθεν, τὴν δ' ὀπισθα, καὶ εἰς μὲν τὴν ἐμπροσθεν ἀποτιθέναι τὰ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα, εἰς δὲ τὴν ὀπισθεν τὰ ἑαυτοῦ. Quorum uerborum hæc ferme sentẽtia, Finxit Aesop' singulos mortales binas habere manticas, hoc est, peras, alteram ante pectus, alteram a scapulis, tergoq. propendẽtem. Sed in priorẽ, inquit, aliena uitia immittimus, in posteriorẽ nostra. Persius:

Vt nemo in sese tentat descẽdere, nemo,
Sed pręcedenti spectatur mãtica tergo.

Horatius.

Respicere ignoto discet pẽdentia tergo.

Diuus Hieronymus: Sed illa est uera inter amicos reprehensio, si nostra opera nõ uidentes, aliorum, iuxta Persium, manticã consideremus.

Festucam ex alterius oculo eijcere.

Hanc humani ingenij cęcã φιλαυτίαν poetarum literæ notarunt. Horatius:

Cum tua, inquiens, peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum uitijs tã cernis acutũ,
Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Idem alibi:

Qui ne tuberibus propriis offendat amicum
Postulat, ignoscat uerrucis illius ęquũ ẽ.

Quod ipsum prouerbii speciẽ euidentẽ ante se gerit. Tubera maiora uitia dixit, verrucas minora, q̃ alibi nęuos appellauit.

Intra tuam pelliculam te contine.

Intra tuam pelliculam te contine. Porphyrion prouerbiũ esse admonet, quo uetamur, obliti sortis nostræ, maiora conari, quam pro nostra facultate. Idq̃ inde sumptũ putat, quod olim ductores in pellibus, hoc est, pelliceis tentorijs dormitarent. Sed uidetur rectius referri ad asinum illum Cumanum, quem Apologi fabulantur adaptasse sibi leonis exuuium, atque ita sese ad tempus pro leone gessisse. Verum eam illi magno fuisse malo, cum agnitus, & magno omnium risu, aliena, appositiaq; exutus pelle, fustibus ad necem cederetur. Neque absurde quis ad Cleonem Atheniẽsem referat, qui ex Byrsopola, hoc est, coriario creatus exercitus ductor, fortuna fauente, uictoriam reportauit, capta Pylo, suam ipsius ciuitatem furto spoliauit, atq. ad eum modum ad summas opes euectus est, tandem per alium eiectus, maleq. acceptus, pœnas dedit, quod non in propria pelle quiescet. Hic inducitur in Aristophanis comędia, cui titulus Equites, neque non aliis locis subinde mordetur ab eodem poeta. Huic nimirum uidetur allusisse Plautus, cum militem gloriosum, & iactabundum fingit elephãtino corio circumtectum, non suo, siue quod stolidum significaret, siue quod maiora, quam pro facultate, loquentem. Horatius.

Et merito, quoniam in propria nõ pelle quiessem.

Martialis in sutorem quendã, qui Cleonis exemplo, prius ad summas euectus diuitias, ut uenti erant, ita uelum in altũ sustulit: deinde ad pristinam rursus inopiã largitionibus suis redactus est, ut nihil iã esset nisi cerdo.

Lusisti, inquit, satis est; sed te, mihi crede, memento
Intra pelliculam cerdo tenere tuam.

Item Seneca in Epistolis: Sapientẽ undiq. submouent, & intra cutẽ suam cogũt. Id citra metaphoram sic extulit Ouidius:

Crede mihi, bene qui latuit, bene uixit, & intra
Fortunam debet quisq. manere suam.

Allusit huc & Lucianus in Imaginibus, οὐκ ἔτι μένουσιν ἐπὶ τῶν ὑπαρχόντων. i. Non iam manent in his, quę adsunt: de his, qui, fortunæ successib. elati, suę cõditionis nõ satis meminerunt. Denique nõ absurdum

uidetur, si prouerbium referatur ad Marsiæ excoriati fabulam, qui quoniam parũ memor suæ conditionis, ausus est cũ Apolline certare, sua pelle exutus est.

Pennas nido maiores extendere.

Est apud Horatium in Epistolis, non dubiũ, quin prouerbialis metaphora, Pennas nido maiores extendere, pro eo, quod est, rem, fortunamq;, quam mediocrem, aut tenuem a maioribus acceperis, auctiorem reddere. Quod quidem, si uirtute fiat, summa laus est: tantum abest, ut uitio dandum existimemus.

Me, inquit, libertino natum patre, & intenui re,
Maiores pennas nido extẽdisse loqueris,
Vt, quantum generi demas, uirtutibus addas.

Trãslatum ab auium pullis, qui sic grã descunt, subnascentibus plumis, ut mater no nido capi non possint.

In tuum ipsius sinum inspue.

Hac nostra tempestate multis regionibus hoc circumfertur adagium. Iubent enim hominem aliena uitia taxantem, in suum ipsius sinum inspuere, tanquam admonentes, ut domesticorum malorum recordatione desinat arrogãtius insectari uitam alienam. Idem antiquis fieri solere, colligi utcunq. potest ex uerbis Plinianis, qui lib. 28. cap. 4. scribit hunc in modũ: Veniam quoque a deis, spei alicuius audacioris petimus, in sinum spuendo. Idem in eodẽ capite scribit, ex auctoritate Salpæ, torporem sedari quocunque membro instupente, si quis in sinum expuat. Quorũ utrunque non prorsus abhorret a nostro uulgato prouerbio. Siquidem, qui carpit aliena, spe quadam improba peccat, quasi speret sibi nihil simile a quoquam opprobrari posse, cum nemo sit, qui non aliquo uitio teneatur. Et qui proprij mali, quasi sui ipsius sensu caret, ceu torpore quodã tenetur. Seneca libro De beneficijs septimo: Fortasse uitium, de quo quereris, si te diligẽter excusseris, i. sinu inuenies. Lucianus in apologia De mercede seruiẽtibus, καὶ ὅτι ἐκ εἰς τὸν κόλπον πτύσας πρότερον ἢ ξένους κατηγορεῖν, id est, Quodque non prius in tuum ipsius sinũ inspueris, quã accusare ceperis. Idem in Votis, ὑπερμαζᾶς γε ὦ ἀδείμαντε, καὶ ἐς τὴν κόλπων ἐ πτύεις ἐδὲ ὁ ὅ ὡς ὁ ὅ σις ὢν ναυκληρεῖς. Iocat q̃ spiã in amicum, quod, tãquã oblitus sui, opes immensas imaginaretur, neque in sinum spueret, ut agnosceret, quisnam esset. Idẽ indicat Theocritus Eclogã sexta. Nam Polyphemus, cũm paullo arrogantius suam formam extulisset:

-Ὡς μὴ βασκανθῶ ὃ τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.

Ταῦτα γὰρ ἀργᾶμε κοτυπᾶρὶς ἐξεδίδαξεν.

Quorum carminum hæc ferme sententia est. Ne quid me lædat inuidia, neue noceat fascinatio, ter in meum inspui sinũ. Nã id me Cotyttaris anus docuit. Scholiastes addit cũ morẽ suã etiamnũ ætate durasse mulierculis, ut abominãtes, inuidiã in sinum expuant. Refert & Callimachi uersum:

Δαίμων, τὶ κόλποισιν ὅλοις πτύεσι γυναῖκες.i.

O fortuna, sinum mulier cur conspuit omnis?

Huc fortasse pertinet, qd̃ ait Lucianus ἐ Necyomantia, Τρὶς ἂν μὲ φρὸς τὸ πρόσω πον ἐπτύσας.i. Postea quam ter mihi de spuisset in faciem. Nec alienum hinc est, quod in secunda Satyra scripsit Persius:

-Frontemq., atque uda labella
Infami digito, & lustralibus ante saliuis
Excipiat.

E simili superstitione profectũ est, quod indicat Athenæus libro primo, priscos ad depellenda mala solitos ter abstergi. Refert uersiculum hunc Cyrenæi:

Τρὶς δ' ἐπομαξαμένοισι θεοὶ διδόασιν ἄμεινον.i.

Ter uero abstersis, melius bona numina donant.

Nosce teipsum.

Ad eam sententiam pertinent tria illa, inter omnia sapiẽtũ apophthegmata uel maxime celebrata, adeo ut, quemadmodũ in Charmide testatur Plato, pro forib. tẽpli Delphici ab Amphictyonib. inscripta, ueluti digna deo uiserentur. Quorum primũ est γνῶθι σεαυτόν, Nosce teipsum. In quo modestiæ, mediocritatisq. commendatio est, ne nobis uel maiora, uel etiã indigna sequamur. Nam hinc omnis uitę pestis oritur, quod sibi quisque blãditur, & quantum aliis præter æquum detrahit, tãtum sibi philautiæ uitio præter meritum tribuit. M. Tullius ad Q. Fratrẽ lib. tertio.

Et

Et illud γνῶθι σεαυτόν, noli putare ad arrogantiam minuendam solũ esse dictum, uerumetiam ut bona nostra norimus. Fertur hic quoque senarius inter sententias prouerbiales:

Τὸ γνῶθι σαυτὸν παντάχῃ χρήσιμον.i.

Vbiq; confert, ut teipsum noueris.

Citatur a Nonio Marcello Satyra quędam Varronis, hoc titulo, γνῶθι σεαυτόν. Ouid. de Arte amandi:

-Fama celebrata per orbem
Litera, cognosci quæ sibi quemq. iubet.

Iuuenalis:

-E cęlo descendit γνῶθι σεαυτόν.

Ouidius hanc sententiam ad Pythagoram auctorem refert. Platonicus Socrates ab Apolline profectam arbitratur. Plato in Phędro, ἐδ ὡμαί πω τὸ χρ δελφικὸν ἐπίγραμμα γνῶναι ἐμαυτόν.i. Nondum possum meipsum iuxta Delphicam inscriptionem cognoscere. Sunt, qui ex Homero, tanquam Oceano, hanc quoq. mutuo sumptam existiment, apud quem Hector, cum in reliquos omnes impetum faceret, tamen Aiacem ut se præstantiorem declinauit. Sic enim ait poeta:

Αἴαντος δ' ἀλέεινε μάχὴν τελαμωνιάδαω.i.

Congressum Aiacis fugit Thelamone creati.

Diogenes Thaleti tribuit. Apud hunc Antisthenes Phemonoę ascribit: cęterum Chilonem usurpasse. Thales autem, rogatus, Τί ὄτι δύσκολον; ἔφη, τὸ ἑαυτὸν γνῶναι τὶ ἔυκολον; ἄλλῳ ὑποτίθεδς.i. Quid est difficile? respondit, seipsum nosse. Quid facile? alterum admonere. Macrobius primo in Scipionis somniũ commẽtario tradit, cuidã, Delphicũ oraculum consuletĩ, quo nam itinere posset ad felicitatem peruenire, responsum ad hunc modum: Si te ipsum cognoueris. Id autem oraculũ redditum fuit Cręso, ut auctor est Xenophõ in Pędia Cyri. Citatur a Gnomologis Gręcis hic ex Antiphane senarius:

Εἰ θνητὸς εἶ βέλτιστε, θνητὰ κὴ φρόνει.i.

Præclare, si mortalis es, mortalia fac cogites.

Eandem sententiam sic extulit Pindarus; θνατὰ θνατοῖς πρέπει. id est, Mortalia mortales decent. Demonax, interrogatus, quando cępisset philosophari. Posteaquã, inquit, cępi nosse meipsum. Socrates, quod Apollinis oraculo solus esset sapiẽs iudicatus, cũ Græcia tot haberet sophos, sic interpretatur quod cęteros profitẽtes se scire, quod nesciebant, hoc nomine uincerat, quod sciret se nihil scire, & hoc unũ se scire profitebatur. Cæterum hanc Socratis modestiam uicit Anaxarchus, qui prædicabat se ne id quidẽ scire, quod nihil sciret. Apud Menandrum Comicum quispiam corrigit hoc omnibus laudatissimum dictum:

Κατὰ πολλὰ ἐστὶν ἐ καλῶς εἰρημένον
Τὸ γνῶθι σαυτὸν χρησιμώτερον γὰρ ἢ
Τὸ γνῶθι τὲς ἄλλυς.i.

Multis modis dictum uidetur perperã,
Cognosce teipsum, magis enim in rem fuerat hoc,
Cognosce cæteros.

Ne quidnimis.

Alterum diuersis uerbis eãdẽ ferme sententiam cõplectitur, μηδὲν ἄγαν, i. Ne quid nimis. quam quidẽ, tanquã uulgo celebratam, Terẽtius in Andria etiam Sosię libertini personæ tribuit. Diogenes Laertius Pythagoræ adscribit. Aristoteles tertio Rhetoricorum lib. ad Biãtem auctorẽ refert, tractans de iuuenum immoderatis affectibus, quos ait, ubiq. nimia uehementia peccare: nam & amare nimium, pariter & odisse nimium. Senes nõ item, sed ut ipsius Aristotelis utar uerbis; κατὰ τὴ βίαν ὑποδήκλω, καὶ φίλουσιν ὡς μισήσοντες, καὶ μισοῦσιν ὡς φιλήσοντες.i. Iuxta Biãtis admonitionẽ, & amant tanquã osuri, & oderunt tanquã amaturi. Sũt, qui Thaleti tribuãt. Sũt, qui Soloni, teste Laertio. Plato quodam loco ex Euripide citat. Neque desunt, qui ad Homerũ ueluti fontẽ referant: cuius hi uersus sunt in Odyss. O.

Νεμεσσῶμαι δὲ καὶ ἄλλῳ
Ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ, ὅς κ' ἔξοχα μὲ φιλέῃσιν,
Ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν. ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα.i.

Mihi nequaquam is placet hospes.
Qui ualde præterq; modum simul odit, amatq;
Sed puto rectius esse, ut sint mediocria cuncta.

Idem in Iliados K.

Τυδείδη, μήτ' ἄρμε μάλ' αἴνεε, μήτ' ἔτι νείκει.i.

Ne nimis aut laudes Tytida, aut uituperes me.

Ad Hesiodũ quidẽ referre malimus. Cui illud est i opere, cui titul° ἔργα καὶ ἡμέραι,

Μέτρα

Μέτρα φυλάττειν, καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.i.
Mēsuram serua, modus in re est optimus omni.

Euripides cum aliis aliquot locis, tum in Hippolyto coronato:

Οὕτω τὸ λίαν γ' ἧσσον ἐπαινῶ
Τοῦ μηδὲν ἄγαν.i.
Sic equidem minus approbo, quidquid
Est uehemens, quam quod uulgus ait,
Ne quid nimium.

Pindarus apud Plutarchum, σοφοὶ δὲ καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἔπος, αἰνήσαν τοιαῦτα.i. Sapientes hoc uerbum, Ne quid nimis, præter modum laudarunt. Sophocles in Electra:

Μηθ' οἷς ἐχθαίρεις ὑπερράχθεο μή τ' ἐπιλάθου.i.
Ne nimium, præterque modum te torqueat ille,
Quem odisti, sed nec neglexeris immemor hostem.

Plautus in Pœnulo: Modus omnibus in rebus, soror, est optimus. Eodem pertinet Homericum illud Iliados N.

Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος,
Μολπῆς τε γλυκερῆς καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο.i.
Cunctarū rerū satiēs cōtingit, amorisq;,
Et somni, & blandæ citharæ, choreæq; decentis.

Id imitatus uidetur Pindarus i Nemeis:

Κόρον δ' ἔχει καὶ μέλι, καὶ τὰ τέρπν' ἀν δ' ἀφροδίσια.
Id est, Satietatem habet & mel, & iucūdi flores uenerei. Plin. lib. 11. Perniciosissimum autem, & in omni quidē uita, quod nimium. Horatius:

Est modus in rebus, sūt certi deniq; fines,
Quos ultra, citraq; nequit consistere rectum.

Rursus idem.

Virtus est medium uitiorum utrinque reductum.

Phocylides:

Πάντων μέτρον ἄριστον, i. Omnium modus optimus.

Et Alpheus in Epigrammate:

Τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν, ἄγαν με τέρπει, i.
Hoc Ne quid nimium, nimis placet mi.

Quintilianus scripsit, modū pronunciatione regnare, quemadmodum in cæteris omnibus. Denique Plutarchus in Camillo docet, pietatem esse mediam inter contemptū numinum, & superstitionem: ἡ δὲ εὐλάβεια, καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν, ἄριστον, i. Pietas autem, &, quod aiunt, Ne quid nimis, optimum est. Nihil autem est rerum omnium, in quo non peccari queat nimietate, præter amorem Dei, quod aliis uerbis fatetur & Aristoteles, pro deo supponens sapientiam. Huc pertinet, quod ex poeta quopiam refert Athenæus libro primo, de laudibus uini.

Πάσας δ' ἐκ κραδίας, ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει
Πινόμενος κατὰ μέτρον ὑπὲρ μέτρον δ' χερείων.
Atqui omnes hominum pellit de pectore curas,
Si modice biberis; sin absque modo, nocituram est.

Sponde, noxa præsto est.

Ἐγγύα, παρὰ δ' ἄτη, i. Sponde, sed noxa præsto est. Quæ quidem omnia Socrates apud Platonem putat ad eandem sententiam pertinere. Nam, qui pro altero fideiubet, id pollicetur, quod non sit in ipso sita præstare, nempe fidem alienam. Sed primi illud Apollini tribuit, reliqua duo a mortalibus adiecta credit. Pli. lib. 7. ca. 32. cuncta pariter adscribit Chiloni, sed ita, ut oraculorū uice fuerint habita. Rursus, inquiens, mortales oraculorum societatē dedere Chiloni Lacedęmonio, tria precepta eius Delphis cōsecrādo aureis literis, quæ sunt hæc: Nosse se quenq;. Et nihil nimis cupere. Comitemq; æris alieni, atque litis esse miseriam. Explicuit Plinius, quis sit spōdere. Fideiubemus enim pro eo, cui creditur pecunia, & sępe fit, ut fideiussor cogatur creditori numerare pecuniā. Fideiubemus, & apud iudices, desistēdo reo, atque illo fallente plectuntur uades. Et hoc dictum ad Homerum auctorem referunt. Cuius hoc est carmen Odyss. θ.

Δειλαίτοι δειλῶν γε καὶ ἐγγυαιεγγυάασθαι

Cherſias apud Plutarchum in cōuiuio Platonis, refert ad fabulā Homericam de Ate, quæ, quod adfuerit Iouis spōsioni, de natiuitate Herculis, ab eo præcipitata est in terram. Citantur, ac laudantur hęc tria apophthegmata a Plutarcho in libello de futili loquacitate.

Nouit quid album, quid nigrum.

Οἶδε τὸ λευκὸν, καὶ τὸ μέλαν, i. Nouit qd album, quid nigrum. Duplicem in sententiam accipi potest: Aut nouit discrimen recti, prauique: aut nouit id, quod nemo vel indoctus ignorat. Nam euidentius est albi, nigriq; discrimen, quam ut quisquam non uideat. Aristophanes in Equitibus.

Νῦν ἀρίγνωτον γὰρ ἐδεῖς ὅς τις ἐκ ἐπίσαται,
Ὅστις ἢ τὸ λευκὸν οἶδεν, ἢ τ' ὄρθιον νόμον.
.i. Nunc Arignotū lyristen nullus est, qui Nesciat,
Qui album nouerit, rectosve nouerit modos.

Interpres ostendit, exponitque prouerbium. Videtur esse tractum a priscis illis moralibus, qui duos tantum naturales colores nouerant, album, & nigrum, teste Pompeio.

Albus, an ater sis, nescio.

Albus, an ater sis, nescio. Solet dici de homine uehementer ignoto. Cicero Philippica secunda: Me nemo nisi amicus fecit hæredem: vt cum illo commodo, si quod erat, animi quidam dolor iungeret. Te is, quem nunquam uidisti, L. Rubrius Cassinas fecit hæredem. Et quidem uide, quam te amarit is, qui albus, aterve fueris, ignorans, fratris filium præterijt. Quintilianus in undecimo Oratoriarum institutionum lib. Negat, inquit, se magnifacere aliquis poetarum, utrum Cæsar sit albus, an ater homo: Catullum, digito indicans, cuius in Cæsarem hoc extat carmen:

Nil nimium studeo, Cæsar, tibi uelle placere,
Nec scire, utrum sis albus, at ater homo.

Appuleius in apologia Magiæ: Etiam libenter te nuper usque, albus an ater esses, ignorabam, adhuc hercle non satis noui. Diuus Hieronymus aduersus Heluidium: Quis te, oro, ante hanc blasphemiam nouerat? Quis dupondio supputabat? Consecutus es, quod volebas. Nobilis es factus in scelere. Ego ipse, qui contra te scribo, cum in eadem urbe tecum consistam, qua balbutis & erubescis, albus, ut aiunt, an ater sis, nescio. Horatius in extrema epistola:

Vultu mutabilis albus, & ater.

Quo loco Porphyrion admonet puerbiali figura dictū, albus & ater, pro eo, qd est bonus & malus; & Horatiū album, aut ad liberalem, aut lætum reddidisse, atrum ad sordidum & ærumnosum. Huc festiuiter allusit Mateon apud Athenæum libro quarto de Sepia loquens:

Ἡ μόνη ἰχθύς ἐοῦσα, τὸ λευκὸν καὶ μέλαν οἶδε.
Quæ cum sit piscis, sola album nouit & atrum. idest,

Est enim Sepia colore albo, sed succum habet atrum, quem spargit in metu, ne deprehendatur.

Non nouit natos.

Simillima huic figura est, Natum non noui, pro eo, quod est, prorsus, ac modis omnibus ignoro. M. Tull. lib. Familiarium epistolarum nono ad Papirium: Nam mihi scio iam a regibus ultimis allatas esse literas, quibus mihi gratias agunt, quod se mea sententia reges appellauerim, quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. Simillimum est illi, quod est apud Aristophanem in Vespis: ὅς ἐμ' οὐδ' ἂν ζῶντ' ἤδει. i. Qui me ne uiuum quidem nouisset: idest, nullam omnino mei rationem habuisset. Item Theocritus in Pharmaceutria:

Οὐδ' ἔγνω πότερον τεθνάκαμεν ἢ ζόοι εἰμές.
Non enim illud, utrum sim uiua, an mortua, nouit. idest,

In eandem sententiam usurpauit Plautus in Euclione: Non magis me respicias, quàm si natus nunquam siem.

Odi memorem compotorem.

Μισῶ μνάμονα συμπότην, i. Odi memorem compotorem. In eos, qui, quæ inter amicos & inter pocula dicuntur liberius, foras elimināt. Lucianus in Lapithis, ex poeta quopiam citat Martialis:

Μισῶ μνάμονα συμπότην, Procille.

Iocatur enim poeta in Procillum quēpiā, qui inter pocula iussus postridie cęnatū uenire, uenit serio, perinde quasi quę inter uina dicuntur, pondus habere debeāt. Huius prouerbij meminit Plutarchus in Symposiacorū primo statim problemate, ubi quærit, nū conueniat in conuiuijs philosophari. Putat aūt dictum aduersus eos, qui præter modum instant, & urgent in cōuiuijs, ad bibendum impellentes, exigentesq; præscriptum poculi modum. Solent enim nonnulli, non admodum auidi bibendi, sic effugere, ut interiectis sermonibus conuiuas in obliuionē auocent. Deinde, si quis forte memor exigat, mētiuntur iam

jam ebibisse sese. Dores autem in Sicilia ὀπτάθμους, id est, conuiuiorum, seu mensurarum præfectos, Mnamonas appellant, quos Latini Modiperatores uocant, teste Nonio, quod bibendi modum imperent. Vnde prouerbium quadrare uidebitur in eos, qui modum in conuiuio præscriptũ, nimium exacte requirant. Alijs magis uidetur, ut prouerbiũ admoneat ἀμνησίαν, hoc est, obliuionem omnium, quæ in conuiuijs uel fiunt, uel dicũtur. Id enim testatum esse & maiorum fabulis, qui Baccho simul & ferulam, & obliuionem consecrarint, nimirum hoc innuentes, non oportere meminisse, si quid in conuiuio peccatũ sit, aut certe leuem admodũ, ac puerilem reprehensionem sufficere. Nam ferula pueros cædi solitos, uel Iuuenalis indicat.

Et nos ergo manum ferulę subduximus.

Idem Plutarchus alias eodem in opere narrat, Lacedæmonijs hunc fuisse morẽ, ut, si quem amicum, aut hospitẽ in domũ acciperent, ostẽsis foribus dicerẽt, ταυτῇ οὐκ ἐξέρχεται λόγος, i. Hac non egreditur sermo. Damnat autem hanc consuetudinem, propterea quod sentiat, in conuiuijs sermonibus vtendum non ineptis, sed eruditis, ac frugiferis, quos efferri sit honestũ, & cõducibile. Refert idẽ in uita Lycurgi, ex cuius institutione, qui natu maximus erat, stabat ad ostium, & ad conuiuium ingredientibus dicebat, ostẽsis foribus, διὰ τούτων ἔξω λόγος οὐκ ἐκπορεύεται. i. Per hasce nullus sermo progreditur foras. Horatius hoc quoque inter iucũdi conuiuij commoditates commemorat:

Ne fidos inter amicos
Sic, qui dicta foras eliminet.

Huc pertinet ille Græcorum Senarius:

Τὸν γὰρ γυναικὸς ὅρκον εἰς οἶνον γράφω, i. Inscribo uino, si qua iurat fœmina.

Innnens irrita esse solere quæcunque i comportationibus effutiuntur. Alluditur autem ad prouerbium, quod alibi retulimus, εἰς ὕδωρ γράφω, i. In aqua scribo, de re euanida. Huc adscribendum, quod, quemadmodũ in Symposiacis testatur Plutarchus, ueteres Bacchum obliuionis filium finxerant, idque per iocũ inuertit apud hunc quispiam, dicens patrem potius obliuionis appellandum fuisse quã filium; quod uinum, præsertim immodicum, uel ante senectam adimat homini memoriam.

Duabus sedere sellis.

DVABVS sedere sellis, est, incertarum esse partium, & ancipiti fide, ambabus satisfacere uelle. Quo uerbo noue composito, ἀλλοπρόσαλλον, Homerus appellat Martem, id est, nunc his, nunc illis partibus fauentem. Macrobius in Saturnalibus cenis. Laberius Mimus in senatum a Cæsare lectus, cum a Cicerone ad consessum non reciperetur, dicente, Reciperem te, nisi anguste sederemus, nimis mordaciter respondit, Atqui solebas duabus sellis sedere: objiciens tanto uiro lubricum fidei. Sed id, quod Cicero dixit, nisi anguste sederem; scomma erat in Cæsarem, qui in senatum passim tam multos admittebat, ut eos quatuordecim gradus capere non possent. Hactenus Macrobius. Est autem omnium consensu turpissimum, cum utraque parte colludere. At Solon legem tulit, qua punirentur hi, qui in ciuitatis tumultu neutri partium adhæsissent.

Duos parietes de eadem dealbare fidelia.

HVIC finitimum uidetur illud, Duos parietes de eadẽ dealbare fidelia; pro eo, quod est, eadem re duplicem inire gratiã, eademque opera duos pariter demereri, Curius ad Ciceronem: Sed, amice magne, noli hanc epistolam Attico ostẽdere. sine eum errare, & putare me virum bonum esse, nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Volebat enim Curius pariter & Attico, & Ciceroni uideri summus, ac de se uno fructum quidem Ciceronis, mancipium autem Attici facere. Tractum uidetur ab his, qui parietibus opus albariũ superinducunt. Legitur & huiusmodi Græcum adagium apud Suidam, δύο τοίχους ἀλείφεις, id est, Duos linis parietes.

Vnica filia duos parare generos.

HIS simile quiddam etiam nunc vulgo dicunt, dignum videlicet, quod uel vnum inter antiquitatis adagia connumeretur, Vnica filia geminos uis parare generos. Vbi quis idẽ beneficiũ duobus simul pollicetur, aut pro eodem officio, quod alteri præstiterit, a duobus gratiam reposcit.

Nescis, quid serus uesper uehat.

NESCIS, quid serus uesper uehat.

Ex

Ex Menippeis Varronis satyris citatur hic titulus, tum ab A. Gellio, tum a Macrobio: neq. dubitandum, quin prouerbialis, sicut sunt & alii pleriq;. Quo salubriter admonemur, ne præsentium successuum prospe ritate sublati, futuri curã abijciamus. Neq; ulla de re securi simus, prius quam exitum uiderimus. Idem hodie quoq. uulgo dicũt; diem nõdum ad uesperam decurrisse, cum significant diuersum exitum posse accidere. Apparet Maronem ad parœmiam allusisse, cum ait primo Georg. libro:

Denique, quid serus uesper uehat.

Agens de prognosticis occasus. Potest referri & ad illam Solonis sentẽtiam: ὅρα τέλος μακρῆς ζόης. id est, Specta finem longę uitæ. Tit. Liuius Decad. 5. lib. 5. In secundis rebus nihil in quenquam superbe, ac uiolenter consulere decet, nec præsenti cedere fortunæ, cum, quid uesper ferat, incertũ sit. Huc allusit Philippus rex apud eundẽ Decad. 4. lib. 9. cum Thessalis respondens minacem clausulam adiecit, nondum omnium dierum solem occidisse.

Multi thyrsigeri, pauci Bacchi.

Πολλοί γοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ γε βάκχοι. i.

Plures thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos.

Carmẽ hexametrum prouerbio Græcis celebratum, quo significatum est, compluribus mortaliũ adesse uirtutis insignia, aut etiam famã, qui tamẽ uera uirtute uacẽt. Nõ enim omnes poetæ, qui se eo titulo circumferũt. Nõ oẽs generosi, qui torquẽ gestant auream. Neque πωγωνοφορία, aut περιβωνοφορία, quemadmodũ loquitur Plutarchus, philosophum facit, hoc est, gestata barba, aut gestatum pallium. Trãslatum a cærimoniis Bacchanalium, in quibus thyrsos, id est, hastas quasdã uitreas, quatiebãt afflati furore. Vsurpatur a Platone in Dialogo, cui titulus Phędon. Allusit huc elegãter Plutarchus in libello, quẽ scripsit aduersus Coloram: Εἷς τῶν ἑταίρων ἀριστόδημος ὁ αἰγιεύς, οἷος ἄνδρα καὶ ἐκ τῆς ἀκαδημείας, οὐναρθηκοφόρον, ἀλλὰ ἐμμανέστατον ὀργιαστὴν πλάτωνος, i. Quidã amicus Aristodemus Aegiẽsis: nã hominẽ nosti, Academicorum nõ thyrsigerum, sed ardẽtissimum mysten Platonis ναρθηκοφόρον appellat, nomine, & cultu duntaxat Academicum, nõ re. Scitum est & illud Herodis Attici in palliatum, crinitum, barba ad pubem usque porrecta: uideo barbam & pallium, philosophum non uideo.

Non omnes, qui habent citharam, sunt citharędi.

M. Varro libro De re rustica secundo, eandem sententiam extulit diuersa metaphora: Sed non omnes, inquit, qui habent citharam sunt citharędi. Huc adscribendum uidetur, quod lepide scripsit Seneca, quendam personam malle, quam faciem. Faciẽ uocat, ubi quis talis uidetur, qualis est personam, cum præsefert aliquis, quod non est. Potest & ad auaros torqueri, si neges eos diuites, qui possident opes, sed qui recte norint uti. Vti non est citharędus, quisquis tenet citharam, sed qui citharam recte nouerit uti.

Plures thriobolos, paucos est cernere uates.

Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες. i. Plures thriobolos, paucos est cernere uates. Simile carmen est superiori, eodẽ modo Græcis celebratũ. Philochorus apud Zenodotũ auctor est, olim tres nymphas, Apollinis nutrices, Parnassum incoluisse, quæ Thriæ dicerẽtur, uñ posteaprecptũ sit, ut calculi, sortesq; diuinorũ Thrię uocarentur. Vnde Thrioboli, qui thrias in urnam diuinam iaciunt. Sunt, qui affirmẽt rationem diuinandi per sortes a Minerua fuisse repertam, quæ cum magis floreret, quam oracula Delphica, mendax, & uana reddita est: idq; opera Iouis, Apollini gratum facere cupientis. Deinde, ubi rursum mortales Delphica frequentarẽt oracula, Pythiam ad hunc modum dixisse,

Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

Multi qui boues stimulent, pauci aratores.

CONSIMILEM habet sententiam & hic uersus,

Πολλοὶ βουκέντται, παῦροι δέ τε γῆς ἀροτῆρες. i.

Qui taurum stimulent multi, sed rarus arator.

Multi præseferunt, quod non sunt. Siquidem antiquitus arabant bubus, ut ante dictum est: eos extimulabant prælonga arundine, aut hastili cuspide quapiam acuminato. Qui mos & hodie durat apud Italos.

Simiæ

Simia in purpura.

Πίθηκος ἐν πορφύρᾳ, id est, Simia purpurata. In uarios usus potest adhiberi parœmia, nempe uel in hos, qui, tametsi magnifico cultu sint ornati, tamen, cuiusmodi sint, ex ipso uultu, moribusq. cognoscitur: uel in Bos, quibus dignitas indecora additur: uel quoties rei, per se fœdæ, ascititia, peregrinaq; ornamenta indecenter admouentur. Quid enim tam ridiculum, quam simia uestita purpurea ueste? Atque id tamen non raro fieri uidemus apud istos, q. simias habent in delicijs, ut, quam maxime possunt, ad humanum morem ornent, ac uestiant, aliquoties & purpura, quo parum attentos, aut imperitos fallãt, proq. homine salutetur simia, aut, si deprehensus fuerit fucus, res magis fit ridicula. Et Ammianus lib. 14. Antigonum quendam amictu tenus philosophum appellat. De barbæ tenus sapientibus antea nobis dictum est.

Simia simia est, etiam si aurea gestet insignia.

Πίθηκος ὁ πίθηκος, κἂν χρύσεα ἔχῃ σύμβολα, i. Simia simia fuerit, etiamsi aurea gestet insignia. Superiori respondet, admonens fortunæ ornamenta nõ mutare hominis ingenium. Citatur adagium a Luciano in oratione contra ineruditũ. Natum uidetur à simijs illis Ægyptijs saltationem humanam imitantibus. Lucianus refert apologum in hunc modum: Rex quidã Agyptius simias aliquot instituit, ut saltandi rationem perdiscerent. Vt enim nullum animal ad figuram hominis propius accedit, ita nec aliud actus humanos aut melius, aut libentius imitatur. Artem itaque saltandi protinus edoctæ saltare cęperunt, in signibus indutæ purpuris, ac psonatæ. Multoq; iam tẽpore maiorem in modum placebat spectaculum, donec è spectatoribus facetus quispiam, nuces, quas clãculum in sinu gestabat, in mediũ abiecit. Ibi simiæ, simul atq. nuces uidissent, oblitæ choreæ, id esse cæperunt, quod ante fuerãt, ac repẽte è saltatricibus in simias redierũt. Contristisq; personis, dilaceratis uestibus, pro nucibus inter se depugnabant, nõ sine maximo spectatorum risu. Narratur apologus non absimilis de fele, quam Venus belle adornatam in pedissequarum ordinẽ asciuerat, ac satis apte ἐγωμάκιζε, donec, mure è cauo quopiam in mediũ procurrẽte, declarauit sese nihil aliud esse, quam felem.

Asinus apud Cumanos.

Ὄνος παρὰ κυμαίοις, id est, Asinus apud Cumanos. Competit in eos, qui, cum sint inepti, ridiculiq;, tamen apud ignotos ipsa nouitate habentur in pretio. Aut in eos, quibus honos aliquis præter meritum additus a fortuna, tumorem, & insolentiam, ita ut fere fit, conciliat. id quod eleganter notat Demosthenes Olynthiacarum orationũ prima: τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν, τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. i. Felicitas. n. & rerum successus, qui contigerit immerenti, stultis uesaniæ causam præbere solet. Cui congruit illud ex Æschylo citatum:

Η βαρὺ φόρημ' ἀνθρώπου δυτυχῶν ἄφρων. i. Graue pondus amens, rebus uens prosperis.

Narrauimus alibi fabulã de asino fugitiuo, qui apud Cumanos se gessit pro leone.

Ira omnium tardissime senescit.

Ο θυμὸς ἔσχατον γηράσκει, i. Ira postremum senescit. Huic diuersum illud Aristotelis apophthegma, qui, auctore Laertio, rogatus, quæ res quam ocyssime consenescere, respondit beneficium. M. Tullius utrunque complexus: Cui placet, inquit, obliuiscitur: cui dolet, meminit. Nam uulgo mortales iniuriæ tenacissime meminisse solent, benefactorum quam facillime obliuisci. Græcum adagium uidetur ex Sophocle sumptum, cuius in Oedipo Coloneo hæc sunt uerba:

Θυμῷ γὰρ ἐν γήρας ὄζει ἄλλο, πλὴν
Θανεῖν, θανόντων δ' ἐν ἄλγος ἀπέται. i.
Senecta nulla obtingit iracundiæ,
Nisi mors: sepultos nullus attingit dolor.

Hoc idẽ innuit Homerus lepidissimo sane figmento de Litis, & Ate. Hanc deam fecit, quæ noxas, ac turbas soleat immittere rebus mortalium, atque ipsam quidẽ acribus oculis, ac præuelocibus esse pedibus. Cæterum post eam multo interuallo cõsequi Litas deas, quæ, quod Ate turbauerit, sarcire moliantur. Has & strabis oculis fingit, & pedibus claudis, illud nimirũ innuẽs: offensas esse citas, reconciliationes esse tardas: propterea quod iniuriæ diu meminisse solent homines. Carmen ipsum Homeri subscribamus ex Iliados lib. 9.

Καὶ

Καὶ γάρ τε λιταὶ εἰσι διὸς κοῦραι μεγάλοιο.
Χωλαί τε ῥυσαί τε παραβλῶπες τ' ὀφθαλμὼ
Αἳ ῥάτε κ' μετόπισθεν ἄτης ἀλέγουσι κιοῦσαι.
Ἡ δ' ἄτη θεραπαί τε, κ' ἀρτίπος, εἵνεκα πάσας
Πολλὸν ὑπεκπροθέει, φθάνει δέ τε πᾶσαν ἐπ' αἶαν,
Βλάπτουσ' ἀνθρώπους, αἱ δ' ἐξακέονται ὀπίσσω,
Ος μ' τ' αἰδέσεται κούρας διὸς ἆσσον ἰούσας
Τὸν ῥ' μέγ' ὤνησαν, κ' τ' ἔκλυον αἰξαμένοιο.
Ος ῥ' κ' ἀνλώσῃ καί τε σφεῶς ἠπείπῃ,
Αἴσσονται δ' ἄρα τάγε διὰ κρονίωνα κιοῦσαι,
Τῷ δ' ἄτλω αἰμ' ἔπεσθαι, ἵνα βλαφθεὶς ἀποτίσῃ.

Quorum uersuum non indolem, neque gratiam, sed sententiam utcunque reddemus Latinis auribus.

Nam Litas etiã genuit Saturnius ingens,
Rugosas, pedibus claudis, ac lumine lęsas,
Quę Ates a tergo ueniũt, medeanẽ vt illi.
Ipsa Ate, pedibusque ualens, & robore præstans,
Proinde gradu celeri longe prǫuertitur, omnes
Occupat, & terras prior aduenit illa p oẽs
Mortales lædens: uerum hę post terga sequuntur,
Saturæ quidquid cõmouerit illa malorũ:
At uero natas Ioue q reuereturˌ & audit,
Se simul ac adiere, huic commoda plurima gratæ
Cõciliãt, huiusq; uicissim uota receptãt.
Reijcit at si quis ꝓfracte & pernegat illis,
Tũc adito Ioue patre, ꝓcanẽ, ut ilicet Ate
Huic adsit, pęnasq. suo det deniq. dãno.

Eiusdẽ Ates fit mentio Iliados τ. vbi Iupiter, imputans huic deæ, quod a Iunone deceptus esset, illam capillis arreptam in terras præcipitem dedit, interdicens, ne vnquam rediret in cælitum contubernium.

Si uultur es, cadauer expecta.

Captatores testamentorum, & hæredipetæ, uulgata metaphora uultures appellantur, quod senibus orbis ceu cadaueribus inhient. Nam huic aui proprium, cadaueribus tantum uiuere. Vnde & natura tantum illi sagacitatis addidit, auctore Plinio, ut biduo, aut triduo ꝓuolet illuc, vbi cadauera sint futura: eoque, ut refert uere Magnus ille Basilius, ingenti agmine solet comitari castra militum. Hoc minus nocens, quam sint homines isti diuitũ funeribus imminentes, quod neque fruges attingit, neque ullum animal, quantumuis imbelle, occidit, aut infectatur, tantum cadauera, uel eorum, quę sponte interierũt, uel ab alijs relicta sunt, depascitur. In quibus tamen abstinet a sui generis, i. auium cadaueribus. Quemadmodum & Plutarchus docet in problematis rerum antiquarum, ne quid interim afferamus ex Ægyptiorum opinione, qui dicũt uultures omnes esse fœminas, nec aliter ex euro concipere, quam e zephiro grauidæ fiunt arbores. Vnde mirum est, hanc auem innocentissimam apud homines tam male audire. Proinde, qui diuites audẽt aut accusare, aut veneno tollere e medio, miluij uocantur: qui uero duntaxat obsequijs, & adulationibus aucupantur, ut misceantur testamento, uultures prouerbio dicuntur. Seneca lib. Episto. 15. epistola 65. Si uultur es, cadauer expecta. Martialis lib. 6.

Admisit pater unicum Silanus.
Cessas mittere munera Oppiane?
Heu crudele nefas, maleque Parcæ,
Cuius uulturis hoc erit cadauer?

Diogenianus in Collectaneis meminit huius adagii, sed alia figura, ἀπέργυπες, i. uulturum ritu. Admonet autem dictũ de ijs, q uel ob hęreditatis, uel alterius alicuius emolumenti spem insidiãtur cuipiam.

Corum delusit hiantem.

Haud dissimili figura dictum est ab Horatio in eum, qui captatorem suum arte frustratus fuerat,

Coruum delusit hiantem.
Nũ hęc quoq. auis cadaueribus imminet.
Plerunque, inquit, recoctus
Scriba ex quinqueuiro coruum delusit hiantem.

Loquitur de Corano, qui Nasicæ socero, spe testamenti per dolum ostentata, moriens, nihil præter plorare reliquit. Videtur autem hoc adagium effictum, & imitatum ad illud Græcorum, λύκος ἔχανεν, id est, Lupus hiat. Vt itidem dicere liceat, lupum delusit hiantẽ, & κόραξ ἔχανεν, id est, Coruus inhiabat.

Cornicari.

Quin & Græci prouerbio κρώζειν dicunt, pro eo, quod est, inhiare prædæ, aut inepte garrire. Aristoph. in Pluto.

Σὺ μὲ οἶ δ' ὁ κρώξεις, ὡς ἐμοῦ τὶ κεκλοφότος
Ζητῆς μεταλαβεῖν. i.

Quid

Quid crocites scio, nempe si quidquã rei
Furto inuolarim, vt hinc tibi partẽ feras.

Interpres admonet esse prouerbium in eos, qui, cornicum more, frustra cornicantur. Sunt autem uerba Chremyli senis, qui ait se nõ ignorare, quid sibi vellet Blepsidemus, surlum ac deorsum uertens orationem, dum studet furti confessionem eli cere, nimirum ut cõscius in prædæ partem ueniret. Persius Satyra 5.

Nescio qd tecũ graue cornicaris, inepte.

Vsus est & diuus Hieronymus in epistola ad Rusticum monachum.

In vino veritas.

Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια, i. In uino ueritas, passim apud auctores usurpatum adagium, significans ebrietatem animi fucum tollere, & quidquid in pectore conditum est, in apertum proferre. Plinius lib. 15. cap. 22. scripsit, uinum usque adeo mentis arcana prodere, ut mortifera etiam inter pocula loquantur homines, & ne per iugulũ quidem redituras uoces cõtineant: vulgoque, inquit, ueritas attributa uino est. Celebratur & Persæ cuiusdam apophthegma, qui negauit tormentis opus esse ad exquirendum uerum: uino enim rectius elici: quod approbans Horatius in Odis:

Tu lene, inquit, tormentum ingenio admoues
Plerunque duro, tu sapientium
Curas, & arcanum iocoso
Consilium retegis Lyæo.

Idem in Arte poetica:

Reges dicuntur multis urgere culullis,
Et torquere mero, quem perspexisse laborent,
An sit amicitia dignus.

Rursum alibi:

Quid non ebrietas designat? operta recludit.

Effertur & ad hunc modum apud Athenæum lib. 2. paroemia, οἶνος καὶ ἀλήθεια, i. Vinum, & ueritas. Quod largius poti non tantum effutiunt sua arcana, uerum etiã audacius in alios loquuntur. Apud Plutarchum in uita Artaxerxis, Sparamixas Mithridati, per vinum quidam insolentius elocuto, φθόνος μὲ ἐδεὶς ὦ μιθριδάτα, ἐὶ δέφασιν ἕλλιωες, οἶνον καὶ ἀλήθειαν εἶναι. i. Nulla quidẽ inuidia est, o Mithridates; cæterum, quando Græci dicunt, uinum & ueritatẽ esse, &c. Celebratur à Græcis hęc quoq; sententia prouerbialis, τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τῇ νήφοντος, ἐὶ τῆς γλώσσης τῇ μεθύοντός. i. Quod in corde sobrij, id in lingua ebrij. Theognis;

Ἐν πυρὶ μὲ χρυσόν τε, καὶ ἄργυρον ἴδριες ἄνδρες
Γινώσκυσ', ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδει ξενόον. i.
Aurũ, aut argentũ fabris dignoscit igni,
Vinum hominis prodens arguit ingeniũ.

Athenęus hunc senarium citat ex Euripide:

Κάθοπτρον γὰρ ἔδως χαλκός ἐς', οἶνος δὲ νοῦ. idest,
Forma ære lucet, uina produnt pectora.

Apud eundem Ephippus:

Οἶνος πλῆθος πολλὰ ἀναγκάζει λαλεῖν
Οὐκ ὢν μεθύον φάσι τ' ἀληθῆ λέγειν. i.
Vis multa uini, multa te cogit loqui:
Loqui proinde uera dicunt ebrios.

At idẽ lib. 10. refert Anacharsidis dictũ, ὅτι ψεύδεῖς δόξαι τοῖς μεθύσι γίγνονται. i. quod falsæ opiniones accidunt temulentis: ac mox narrat quiddã haud infestiuũ. Quidam è conuiuis dixerat Anacharsidi, Vxorem duxisti admodum deformem. At ille, Prorsus, inquit, idẽ mihi uidetur. sed, heus puer, porrige poculum meracius, ut illam faciam formosam. Non solum igitur amanti, uerũ etiã ebrio τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται, quẽadmodũ inquit Theocritus. Atqui, uerum qui potest dicere, q̃ labitur rerum iudicio? Sed ueritas non semper respondet mendacio, uerum interdum simulationi. Potest autem fieri, ut ex animo loquatur, qui tamen falsum dicat; & uerum dicat, qui nõ uere loquatur. Postremo prouerbium non sentit de insana temulentia, quę facit, vt, quæ fixa sunt, videãtur ambulare; &, q̃ simplicia, uideantur multiplicia: sed de moderata, quæ dysopiam, ac fucum excutit. Alcibiades in Symposio Platonis: τὸ δ' ἐν τεύθεν ἂν μὴ κέσαστε λέγοντος εἰ μὴ πρῶτον μὲ τὸ λεγόμενον οἶνος ἀνδρ τε παίδων, καὶ μετὰ παίδων, ὦ ἀληθὴς. i. Quæ uero nunc sequuntur, non prius audietis, quã prouerbium illud recẽseamus: Vinum & cum pueritia, & sine pueritia, ueridicum est. Quibus ex uerbis liquet, idem de pueritia, quod de uino, prouerbio iactatum fuisse. Durat & hodie vulgo tale prouerbium, non audiri uerum, nisi a tribus hominum generibus, pueris, ebrijs, & insanis. Huc adscribendum arbitramur uersiculum illum prouerbialem:

Η γλῶσ'

Η γλῶσ' ἀμεταίνυσατ' ἀληθῆ λέγει, i.
Verum solet prolapsa lingua dicere.

Nam uerum esse creditur, quod excidérit imprudenti, quandoquidem id demum uacat fictionis suspicione. Ex huiusmodi lapsu colliguntur & omnia certioris fidei.

Sæpe Neoptolemi pro nomine nomen Orestis
Exit, & errorem uocis ut omen amo.

Deniq; M. Tullius in Topicis, inter ea, quæ certam faciunt fidem, commemorat pueritiam, somnum, imprudentiam, uinolentiam, insaniam.

Bos in lingua.

Βῦς ἐπὶ γλώσσης, i. Bos in lingua. In eos, qui non audent libere, quod sentiunt, dicere. Translatum, vel a robore animantis, quasi linguam opprimens, non sinat eam eloqui. Vel hinc, quod Athenienſium nomisma quondam bouis obtinuit figuram. Item apud Romanos Seruius Rex, ouium, ac boum effigie primus signauit es, auctore Plin. libro 18. cap. 3. Idem testatur Plutarchus in Problematibus rerum priscarum, quod priscis omnis fere possessio erat in gregibus, & armentis. Vnde & a pecoribus dictam Pecuniam uolunt. Itaque, qui mulctæ pendendæ metu deterriti reticerent, aut qui pecunia corrupti loqui non auderent, bouem in lingua dicebantur habere. At Iulius Pollux nono de rerum uocabulis libro, prouerbium hoc exponens, his ferme consentanea commemorat, addens ipsum numisma bouem vulgo uocari solere. Proinde in Deliacis spectaculis, si cui munus dandum erat, præconẽ pronunciare solitum, Tot boues illi dabuntur, Bouem autem ualuisse duabus drachmis Atticis, unde fuisse, qui crederẽt hoc numisma Deliorum fuisse proprium, non Athenienſium. Addit item in Draconis legibus extare mentionem, περὶ τῶν ἐκτινεῖν δεκάβοιον. i. De pendendis decẽ bubus, idest, nummis decem. Neque defuisse, qui senserint, Homerum quoque de numismate locutum, non de animante, cum ait:

Χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι ἐννεαβοίων.

Verum hanc opinionem alio in loco refellit Iulius Pollux, ostendens illam fuisse commutationem rerum citra nummos. Qui scripsit scholia in Homerum libro 2. tradit bouem apud priscos in honore fuisse, cum multis de causis, tum præcipues quod Apollini sacrum sit animal. Itaque in altera parte numismatis insculpebant bouem, in altera faciem regiam. Adagium autẽ effert ad hunc modũ, βῦς ἐπὶ γλῶσσαν βέβικεν, i. Bos in lingua incedit: admonẽs, id dici solitum, ubi quis pecuniæ causa taceret. Theognis:

Βῦς μοι ἐπὶ γλώσσῃ. idest,
In lingua mihi bos.

Philostratus in uita Apollonij: γλῶτταν τε ὡς πρῶτος ἀνθρώπων σωνέχε, βῦν ἐπὶ αὐτῇ σιωπῆς εἰρῶν δόγμα. i. Linguã primus hoium coercuit, bouẽ in illa, silẽtij in uenienſ decretũ. De Pythagora loquit, silentij auctore. Itẽ in Scopeliano sophista: καὶ χρὴ θαυμάζειν εἰ πεπεδημένοι. τῶν γλῶτταν τινες καὶ βῦν ἀφωνίας ἐπ' αὐτῶν βεβλημένοι. i. Neq; mirandum est, si quidã, linguam habentes uinctam, boue silentij eam occupante. Extat apud Æschylum in Agamemnone:

Τὰ δ' ἄλλα σιγῶ, βῦς ἐπὶ γλώσσης μέγας
Βέβηκεν. idest,
Taceo cętera, linguam occupauit bos quidam Ingens.

Argentanginam patitur.

Αργοράγχω πάσχει, i. Argentanginã patitur. Superiori finitimum est, natum ex historia, quam refert Aulus Gellius in Noctibus Atticis, atq; item Plutarchus in vita Demosthenis. Ea est huiusmodi. Cum aduersus Milesiorum legatos, qui auxilij petendi causa Athenas uenerãt, acriter in cõcione dixisset Demosthenes, obsisteretq; quominus impetraturi postulata uiderent, causa in diem posterum reiecta, legati Demosthenem ipsum adierunt, magnaq; pecuniæ summa, ne cõtra se diceret, redemerunt. Postridie, cum res denuo foret agenda, Demosthenes, multa lana collo circumuoluto, in concionem prodijt, fingens sese σωάγχω, i. anginam pati: eamq; rem impedimento esse, quo minus ex more diceret. Tum è populo quispiam, cui simulatio subolebat, exclamat, eũ nõ σωάγχω, sed ἀργυράγχω pati. Est ãt synanche morbi genus, quem vulgus medicorũ deprauate squinantiã appellat. Hunc Aretęus Cappadox li. 1. cõmemorat inter morbos acutos, ostẽdens bifariã appellari, uel κυνάγχω, qd id mali canib⁹ sit familiare, vel σωάγχω, quod spiritum coarctet, ac præfocet.

Equus me portat, alit rex.

Ἵππος μὲ φέρει, βασιλεὺς μὲ τρέφει. i. Me rex alit, ac me portat equus.

Refertur inter Græcorum adagia, atque addunt hic natum. Iuuenis quidam sub rege Philippo stipendia faciebat. Is, cum admoneretur, vt missionem peteret, se seq. a militia abdicaret, negauit se facturum, his quidem uerbis:

Ἵππος μὲ φέρει, βασιλεὺς μὲ τρέφει. i.
Equus me portat, rex me alit.

Significans se commodissime viuere, ut qui & pedibus alienis ingrederetur, & alienа pecunia pasceretur. Huc allusit Horatius, cum in Epistolis sub Aristippi persona sic ait:

-Rectius hoc, &
Splendidius multo est, equus ut me portet, alat rex.

Quo quidem in loco Acron huius admonet prouerbij, cuius etiã meminit Diogenianus. Apparet è tragœdia quapiam ascitum. Est enim carmen anapæsticum dimetrum.

Adriano Turnebo lib. 21, cap. 4.

Rodigino lib. 17. cap. 27.

Etiam corchorus inter olera.

Καὶ κόρχορος ἐν λαχάνοις, i. Etiam corchorus inter olera. Dici solitum in hominem nullius pretij, qui tamen in numero aliquo studeant haberi. Nã κόρχορος, oleris genus est uilissimi, quod Plinius li. 21. in catalogo olerum recenset. Idem alibi commemorat inter herbas sponte nascentes. Scribit autem corchorum Alexandrini cibi herbam esse, conuolutis foliis, ad similitudinẽ mori, multis remedijs vtilẽ. Meminit prouerbij Theophrastus, lib. De plantis 7. cap. 7. Corchorum referens inter olera, quæ uel cocta, uel cruda possint edi, uerum ob amaritudinẽ prouerbio esse infamem. Suidas, & Hesychius auctores sunt, nonnullis piscem existimari corchorum, contemptissimum, nulliusq; pretij, qualis sit hippurus. Aristophanes in Vespis: κἄδ' ἤχαμψν τὸν κορχόρυ. idest, Deinde corchorum attigimus. Nec hic tacuit interpres de prouerbio.

Graculus inter musas.

Cvi non dissimile videtur, κολοιὸς ἐν τοῖς μούσαις. i. Graculus inter musas. Indoctus inter doctissimos: infantissimus inter eloquentissimos. Recte dicetur & in homines ostentatione falsæ doctrinæ sese iactantes, & uiris eruditis impudenter obstrepentes. Est enim Graculus auis minime canora, sed tamen odiose garrula, atque obstrepera. Confine est his, quod in Bucolicis ait Virgilius:

-Sed argutos inter strepere anser olores.

Cygnos canoros esse sic omnium poetarum literis est decantatum, ut nihil sit celebratius, etiam si nemini contigit hunc audire cantum. Nec desunt philosophi, qui huiusce rei rationem quoque reddere conentur. Ælianus addit, eos non canere, nisi flante Fauonio. Vnde fertur etiã pro uerbiũ, κύκνειον ᾆσμα, idest, Cygnea cantio. Contra, anseres molesto quodam stridore obganniunt. Proinde, cum indoctus inter eruditos garrit, in tempore usurpabitur adagium, Anser inter olores.

In lente unguentum.

Τὸν ἐπὶ φακῇ μῦθον, i. In lenticula fabulam, subaudi, narras. Vbi quis mentionem inducit uilis cuiuspiam, & nihili hominis, alijs de uiris egregijs uerba facientibus. Ad hunc quidem modum legitur in omnibus vulgatis exemplaribus, apud A. Gellium lib. 13. cap. 27. Verum placet Hermolai castigationi subscribere, qui locũ hunc ita restituit, ut legat, τὸ ἐν φακῇ μύρον, id est, In lente unguentum. Quadrat autem in hominem, aut in rem quampiam, quæ neutiquam in tempore adhibeatur ijs, quibus minime congruit. Veluti si philosophum iuuenem lasciuientium conuiuio misceas: aut inter pocula de rebus grauibus incipias disputare. Quemadmodum uidelicet lenticulæ uili legumini inepte quis admiscuerit unguentum. Siquidem, auctore Dioscoride, & oculorum aciem hebetat, stomacho grauis, intestinis noxia, neruis, pulmoni, & capiti inimica, gignit turbulenta insomnia. Dicetur etiã, ubi plura inter se dissimilia confundẽtur. Verba Frontonis apud Gellium sunt hęc: Videte tamen, ne existimetis semper, atq; in omni loco, mortales multos, pro multis hominibus esse dicendum: ne plane fiat Græcum illud de Varronis satyra prouerbium, τὸ ἐν φακῇ μύρον. i. In lente unguentum. Idem vsurpauit M. Tullius libro ad Atticum primo: Legati inquit, cum auctoritate mitterentur, qui adirent Galliæ ciui-

ciuitates, darentq; operam, ne eæ cũ Heluetijs se iungerent. Legati sunt Q. Metellus Creticus, & L. Flacc°, τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον. Lentulus Clodiæ filius. Tametsi hic quoque locus eodem mendo laborat, quo Gellianus ille. Citatur autem adagiũ ab Aristotele, lib. De sensu, & sensili. ἀληθὲς γὰρ ὅπερ διρπίδιω εἶπε σκώπτον τράτις ὅταν φακῇ ἕψητε μὴ ὄπιχεῖν μύρον. i. Nã uerum est, quod ait Stratis Euripidẽ taxãs, ubi lenticula coquitur, non oportere unguentum infundere. Quo sane loco, quæ portenta habeãt nostri uulgati codices, nihil attinet hic cõmemorare. Citat & Athenęus lib. Dipnosoph. 4.

Παραινέσαι σοφῶν τι βέλομαι σοφὸν,
Ὅταν φακίω ἕψητε μὴ πιχεῖν μύρον. i.
Vos admonere callidum quiddam uolo,
Vbi lẽs coquitur, unguenta nequa infundite.

Ex Phęnissis Stratidis, Comici poetæ. Citat & ex Sopatri Necya: ἰθακὸς ὀδυσσεὺς, τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, πάρεσι θάρσει θυμέ. i. Ithacensis Vlysses, in lente unguentũ, adest, aude anime. Adducit & Clearchũ, prouerbiorum collectorem, qui hoc quoque recensuerit prouerbij titulo, τὸ ἐν φακῇ μύρον. addens extare apud Varronem, compluresq; Latinorum usos eo prouerbio, quibus incognitum tamen sit, unde Varro desumpserit eum iambicum. Huc nobis uidetur Aristophanes allusisse, cum ait ἐν εἰρίωνῃ;

Κάπι φυτεύσεις ἔρπυλλον ἄνω
Καὶ μύρον ἐπιχεῖς. i.
Præterea seres serpyllum sursum,
Et unguentum infundes.

Porro unguentum intelligimus oleum odoratum, ac velut vnguẽtarium. Alioqui plebeium oleum admiscere lenti, nihil prodigiosum. Athenæus lib. 2. citat hunc trimetrum ex Eupolide:

Ὀψῳ φονηρῷ πολυτελῶς ἠρτυμένῳ. i.
Conditum opipare uile, malumq; obsonium.

Est autem apud scriptores hoc legumẽ cum primis celebre, quemadmodũ bulb°, cepe, & allium: nonnulli etiã encomium lẽtis scripsere. Quę dã per se pulchra sũt, quæ tamen sibi non congruunt. Elegantis igitur est, scire, quid cui cõueniet. Diocles philosophus habit° est ὀψοφάγος. Hic cui dam interroganti, uter piscis esset melior, congrus, an labrax, nobis dictus lupus: alter, inquit, elixus, alter assus. Sic Flaccus de poeta: Bello malus, utilis urbi. Quoties munus delegatur minus accómodo, apte dixeris, ἐν φακῇ μύρον. Adijcietur & hoc: apud auctores dictionem hanc cõperimus uarie scriptam, nũc acute, φακίω, nunc circunflexe, φακῖω, quod cum tã crebro occurrat, vix inscitia, casuve factum videri potest. Vnde conijcimus, φακῖω dictã ex cõtractione, pro φακέαν. Nã φακέας legim° apud Athenæum. Idẽ λεοντίω dictam admonet, pro λεοντέαν. Hæc igitur, quib. placet origo, malunt dicere φακῇ, quib. magis placet forma communis, origine neglecta, scripserunt φακῇ, & φακίω.

Anulus aureus in naribus suis.

Vbi res quępiã per se pręclara illic adhibetur, ubi minime addecet. Vt, si stulto contigãt opes, fatuę forma, genus ignauo, eloquentia uiro improbo, magistratus imperito. His.n. rebus non modo non ornantur, uerumetiam magis ridiculi fiũt. Olim autem anulis quibusdam aureis in auriculas insertis, ornari sese credebant, maxime barbari. Inseritur & suillis naribus anulus æreus, quo minus noceãt agris nostri suffossione, quæ peculiaris est huic animãti, quapp & agricolationem monstrasse creditur. Quod si anulum aureum rostro suillo inseras, res sit oppido quam ridenda. Celebratur apud Græcos Menandri uersiculus ab hac snia non admodum abhorrens.

Μισῶ πονηρὸν, χρηστὸν ὅταν εἴπῃ λόγον. i.
Odi improbum, qui uerba proloquitur proba.

Huc pertinet illud, quod memorat in Noctibus A. Gellius: Cum quispiã improbatæ famæ uir sentẽtiam dixisset Reipub. conducibilem, iusserunt eandem ab alio quopiam integro, bonoq; uiro pronunciari, atque illius nomine decerni, quod absurdum existimarent, a malo uiro bonũ consilium, aut bonam sententiam proficisci. His adiungẽdum est illud Antiphonis apud Athenęum lib. 6.

Σαπρὸν σίλκρον ἀργυρῆς πίναξ ἔχων. i.
Putrem Silurũ quadra habens argentea.

Quidam Silurum existimant eum esse, quem nunc uulgo Sturionem dicimus, piscem multo omnium laudatissimum.

In eburna uagina plumbeus gladius.

Hvic cõfine est illud, ἐν ἐλεφαντίνῳ κα-

λεῷ τὸ μολύβδινον ξίφος, i. In eburna uagina plũbeus gladius, natũ ex Diogenis Cynici apopthegmate. Nam, cum adolescẽs quispiam, insigni forma, fędum quiddam, atque obscœnum dixisset: Ex eburna, inquit, uagina plumbeum gladium educis.

Omnia octo.

Απαντοκτὼ, i. Omnia octo. Cum nihil deesse significamus, aut cum multa inter se similia uidentur. Parœmiam hinc natam existimant: Stesichorus poeta in oppido Catana splendide sepultus fertur, monumento diligenti quadam ratione, ex omnibus octonis constructo, octo gradibus, angulis octo. Atque hinc prouerbium increbruisse ἀπαντοκτὼ. Meminit huius & Iulius Pollux in nono, agens de lusu taxillorum, quem ait numeris cõstare, in quibus sit unus, qui Stesichorius appelletur, nimirum octo: idq; cognominis sumptum esse ab eius monumento. Sunt qui dicãt, eum, qui Corinthios in unam ciuitatẽ coegit, ciues uniuersos in octo tribus distribuisse, atque hinc ortum uulgi sermonẽ. Neque desunt, qui scribant, idq. Euãdro, ut citãt, auctore, octo deos esse, qui rerum imperent summæ, ignem, aquam, terrã, cęlum, lunam, solem, mithram, noctem. Mithram autem Persæ, eundem cum sole existimãt. Rursum alij dicũt octo fuisse certaminum species in Olympijs, atque inde ductũ adagium, Omnia octo. Quod si nobis quoq; conceditur in ęnigmate diuinare, non absurde natum uideri potest a fabula, quam narrat Plutarchus in commentario de Dęmonio Socratis. Delijs, ac cæteris Græcis oraculo responsum fuisse apud Ægyptios, ita demum malorũ finem fore, si aram, quę in Delo erat, duplassent, Qui cũ nõ intellexissent, quid sibi uellet oraculum, ridiculę duplatis singulis aræ lateribus, imprudẽtes solidũ octuplũ effecerunt, ob inscitiam proportionis, quæ longitudine duplũ reddit. Cęterum hac in re cõsultus Plato, geometrię cum primis peritus, respõdit deum Græcis imperitiã exprobrasse: monere, ut geometriæ darẽt operam. Delectatum apparet hoc prouerbio Heliogabalum Imperatorẽ, cui morem hũc fuisse scribit Ælius Lampridius, ut simul ad cęnam uocaret octo caluos, octo luscos, octo podagrosos, octo surdos, octo nigros, octo prælongos, & octo præpingues & obesos.

Omnia idem puluis.

Πάντα μία κόνις, id est, Omnia idẽ puluis. De indiscreta similitudine. Lucianus ἀλλὰ πάντα μία ἡμῖν κόνις φασὶ. i. Quin nobis omnia idem, quod aiunt, puluis. Alludens ad defunctorum cineres, inter quos nihil apparet discriminis. Confine illi, quod alio demonstrabimus loco, Eiusdem farinæ. Siquidem antiqui Farinam Pollinem uocabant.

Currus bouem trahit.

Η ἅμαξα τὸν βοῦν ἐλαύνει, i. Currus bouẽ ducit, de re, quæ præposterе geritur. Veluti, si uxor præscribat marito, si discipulus reprehendat præceptorem, si populus imperet principi, si ratio pareat affectui. Lucianus in Terpsione: Νῦν δὴ τὸ τῆς παροιμίας, ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν πολλάκις ἐκφέρει. i. Nũc id euenit, quod uulgo dici solet. Plaustrum sæpenumero bouem ipsum aufert. Translata metaphora a plaustris per declue retro labentibus, unaq. secum bouem auferentibus.

Ab equis ad asinos.

Αφ' ἵππων ἐπ' ὄνους, i. Ab equis ad asinos. Vbi quis a studiis honestioribus ad parum honesta deflectit, ueluti si quis è philosopho cantor, è mercatore caupo, ex œconomo coquus, è fabro fieret histrio. Quadrabit item, ubi quis è conditione lautiore ad abiectiora deuenerit. Procopius sophista ĩ epist. quapiã: Τὸ δὴ λεγόμενον, ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους μετεβεβήκαμεν. i. Iuxta prouerbium, ab equis ad asinos transiuimus.

Ab asinis ad boues transcendere.

Hvic diuersum est illud Plautinũ, Ab asinis ad boues transcendere, pro eo, quod est, ex humiliore conditione ad ditiorum partes transire. Sic enim apud Plautum in Aulularia, Euclio, cuius pauperculi diues quidam expetebat affinitatem. Venit hoc mihi in mẽtem, Megadore, te esse hominẽ diuitem, factiosum, me item esse hominẽ pauperum pauperrimum. Nunc, si filiam locassem meam tibi, in mentem uenit, te bouem esse, & me esse asellum. Vbi tecum coniunctus siem, ubi onus nequeam portare pariter, iaceam ego asinus in luto, tu me bos haud magis respicias, natus quã si nun-

nunquam siem. Et te utar iniquiore, & meus me ordo irrideat. ne utrobi habeam stabile stabulum, si quid diuortij fiat. Asini me mordicus scindãt, boues incursent cornibus. Hoc magnum periculum est, me ab asinis ad boues transcendere. Hactenus Plautus. Videtur allegoria ex apologo quopiam mutuo sumpta; qui nobis in præsentia non succurrit.

Ab asino delapsus.

Απ' ὄνου καταπεσὼν, i. Ab asino delapsus. In eos dicitur, qui inconsulte quippiã agunt, & imperite: aut in eos, qui a presentibus commodis, quibus ob inscitiam uti nesciunt, excidunt. Est autẽ in Græcis uerbis faceta allusio ad finitimam orationem, mutato accentu, ἀπὸ νοῦ, i. a mente delapsus, tanquam vęcors & mentis impotens. Vtitur hoc adagio Plato lib. De legib° 3. Δεῖν φαίνεται ἔμοιγε, οἷονπερ ἵππον τὸν λόγον ἑκάστοτε ἀναλαμβάνειν, καὶ μὴ καθάπερ ἀχάλινον κέκτημένον τὸ σόμα, βίᾳ ἀπὸ τοῦ λόγου φερόμενον, χαὶ τὴν παροιμίαν, ἀπὸ τίνος ὄνου πεσεῖν. i. Mihi sane videtur sermo, uelut equus, undequaque restringendus, ne tanquam os habens effrene, impetu abreptus, iuxta prouerbium, ab asino tanquam a mẽte excidat. Vtitur item Plutarchus in Gryllo. Rursum Aristophanes in Nubibus:

Κακῶς γὰρ ὄντως εἶχες, ὡς γέμοι δοκεῖς.
Ἵππους γ' ἐλαύνων ἐξέπεσον νὴ τοὺς θεούς.
Τί δῆτα λῆρεῖς, ὥσπερ ἀπ' ὄνου ἐκπεσών,
.i. Mali, ut uidetur, accidit tibi quippiã.
Ita per deos, equos agens, miser excidi.
Quid hęc ita, vt delapsus asino blatteras?

Primus uersus dicitur à Strepsiade, Danistã irridente, quod pecuniã filio suo mutuo datam repetat. Alter est Danistę, iuuenem tacita illusione notantis, qui studio alendorum equorũ pecuniam eam absumpserat. Tertius rursum Strepsiadis, dicentis illum delirare, perinde quasi non ab equis, sed ab asino decidisset, hoc est, ἀπὸ νοῦ, i. a mente. Quandoquidem & Latinis mente delapsi dicuntur, q. mente exciderunt. Suetonius in Augusto: Rectorem quoque solitus apponere ætate paruis, aut mente lapsis. Quidam huic quoque prouerbio huiusmodi affingunt fabulam. Duo quidam, cum in desertis locis asinum quempiam forte fortuna nacti essent, contendere inter sese cœperunt, vter eum, uti suum, domum abduceret: nam utriq; pariter a fortuna uidebatur obiectus. Hac interim de re illis inuicem altercantibus, asinus sese subduxit, ac neuter eo potitus est. Atque hinc prouerbium natum autumant. Sed magis placet in adagio captatam fuisse allusionem, de qua diximus, maxime quod videamus grammaticis id studio fuisse, ut omnibus adagijs fabulam aliquam, aut historiam, uel commenticiam, adiungerent. Vt autem Suetonius dixit Mente lapsos, ita Vlpianus titulo de magistratibus conueniendis, Facultatibus lapsos dixit, qui redacti essent ad inopiam.

Telluris onus.

Γῆς βάρος, i. Terræ onus. De homine uehementer inutili, qui nihil aliud, quam terram, suo põdere grauet. Refertur inter adagia Græcanica, natũ ex Homero, apud quem Achillẽs Iliados Σ. hoc pacto loquitur, indigne ferens otium, & quod non ineat prælium cum reliquis copijs:

Αλλ' ἦμαι παρὰ νηυσὶν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. idest,
Nauibus assideo, telluris inutile pondus.

Rursum in Odysseæ Y.

Οἷον μέν τινα τοῦον ἔχεις ἐπίμασσον ἀλήτην
Σίτου καὶ οἴνου κεχρημένον, οὐδέ τι ἔργων,
Εμπαισον οὐδὲ βίης, ἀλλ' αὖτως ἄχθος ἀρούρης, idest,
Quẽ tãdẽ nobis erronem adducis edacẽ,
Enectumque fame, uinique, & panis egenum,
Artibus edoctũ nullis, neq; uiribus vllis
Pollentem, ac tantum telluris inutile pondus?

Vtitur eo Plato in Theęteto, οἴονται γὰρ ἀκούειν, ὅτι ἀληροὶ εἰ σὶν γῆς ἄλλως ἄχθη, .i. Existimant enim se non haberi p nugis, & inutilibus terræ oneribus. Nec illepidũ, nec prorsus, ni fallimur, ἀπροσδιόνυσον est, qd memorat Athenæus lib. 8. Stratonicus quidam citharœdus Corinthi peregrinabatur. hunc cum anicula quędam fixis oculis intueretur, idq; diu, tandem, Quid, inquit, tibi p deos uis, mater, aut quid me sic continenter intueris? Demiror, inquit illa, si matris uterus te decem menses ferre potuit, cum ciuitas angatur, vnũ duntaxat diem te portans. In tales quadraret epitaphium, quod Timocreontis Rhodij poetę, cæterum uoracis, ac bibacis sepulchro inscriptum indicat Athenæus lib. 10.

Πολλὰ μὲν καὶ πολλὰ φαγὼν, καὶ πολ
λὰ κακὰ εἰπὼν
Ἄνθρωπος, κεῖμαι τιμοκρέων ῥόδιος. i.

Multum edi, multumque bibi, mala plurima dixi in Mortales, iaceo hic Timocreō Rhodius.

Arabius tibicen.

Ἀράβιος αὐλητής, i. Arabius tibicē, aut ἀράβιος ἄγγελος, i. Arabius nūcius. In eo dici solitum, qui à semel cœptis nunquam desistunt. Quod uitij Flaccus cātoribus peculiare esse scripsit, ut iussi cātare, nunquā adducātur ut incipiant; si iniussi cœperint, nunquam desinant. Citatur ex Menādro: ἀράβιον ἄρα ἐγὼ κεκίνηκα αὐλὸν, Arabiā ego hercle tibiam excitaui. Meminit adagij Iul. Pollux, c. de loquacibus, ad hūc modū: ἀράβιος αὐλὸς. i. Arabia tibia. Citatur & Cantharus in Medea: Κιθαρῳδὸν ἐξηγείρατο ἀράβιον. i. Citharędum excitauit Arabium. Celebratur Græcis & hic versiculus de tibicine Arabio:

Δραχμῆς μ' αὐλεῖ, τεσσάρων καὶ πάνεται. i. Drachma canit, sed quatuor cōpescit.

Quod paullulo pretio prouocaretur ad canendum, nō nisi magna mercede desisteret. Adagium hinc natum existimāt, quod olim tibijs canendi arte non discebant ingenui, tanquam sordidam, sed hanc sola mancipia exercebant, quę plerunq; ex Arabia producebantur. Deinde ingenuis usq; adeo placere cœpit, ut indoctus haberet, quisquis huius esset rudis, donec Alcibiades tibias abijceret, oris deformitate cōspecta ad speculū. Conueniet & in eos, qui laborant morbo, quem Græci uocant ἀπεραντολογίαν, i. qui dicendi finem facere nesciunt. In quos extat illud Sophoclis,

Ἀνὴρ γὰρ ὅστις οἶδε τἀν λέγειν ἀεὶ.
Ἀέλητον αὐτὸν τοῖς ξυνοῦσιν ὡς βαρύς, i.

Quicunq; gaudet continenter proloqui. Is se grauem esse, quotquot adsunt, non videt.

Artem quæuis alit terra.

Τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει. i. Artem quæuis alit regio. Prouerbialis sentētia, qua significatum est, certissimum uiaticū esse eruditionem, aut artificium aliquod. Nam hæc neq; eripi possunt a latronibus, & quocunque terrarum abeas, te comitantur, nihil afferentia sarcinæ. Suetonius scribit, aliquando Neroni prædictū a mathematicis, fore, ut Imperio destitueretur: vnde uocem illam Neronis celeberrimā extitisse, τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει, quo maiore uenia meditaretur citharœdicā artem, principi gratam, priuato necessariam. Itaque, cum intelligeret sibi pereundum, illud identidem dictitabat, Qualis artifex pereo, uelut indignum esset, qui tantus esset musicus, ut ubinis gentium uiuere posset, nūc fame ad mortem adigi. Nec enim assentimur hoc loco interpretum sententiæ, qui locū apud Suetonium hunc secus enarrant. Idem nullo conuicio magis offensus est, quam quod quidam illum malum citharœdum appellasset. Idem euenit Dionysio Syracusano tyranno, qui Imperio exutus Corinthi ludū aperuit, ac pueros literas, & musicam docuit. Apparet autem senarium esse, quem citat Suetonius, sed paucarum syllabarum commutatione deprauatum. fortassis sic restituetur:

Τὸ τέχνιόν γε πᾶσα γαῖα ἐκτρέφει.

Fertur inter Græcorum sententias huiusmodi senarius, ab hoc prouerbio non admodum dissident:

Λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη. i.

Ars ipsa inopiæ portus est mortalibus.

Hoc est. Vnicum confugium in egestate ars est. Vnde, qui sapiunt, etiam si suppetat abunde res familiaris, tamen liberos suos opificium aliquod discere cogunt: quō, si contingat, ut fortuna auferat opes, aut in exilium ire iubeantur, sit, quo sibi uictum parent. At nunc plerique, quibus domi nihil est, in diuitum familijs consenescunt: unde si pellantur, aut mendicandum sit, aut tollendum, quod non posuerunt, contra Platonis legem. Qui scripsit Cornu copiæ Latinum, citat simillimum huic prouerbium, Sua cuique ars pro uiatico est. Honestissimum sane uiaticum, modo ars sit honesta.

Non eras in hoc albo.

Non eras in hoc albo, hoc est, Nō eras in hoc numero. Trāslatū ab ablata tabula, in qua quondā scribebantur nomina iudicum. Plin. in præfatione historiarum mundi. Cum hanc operā conducerem, non eras in hoc albo: i. non eras in eorum numero, quos hæc lecturos credebam. Erat & Albū prætoris, in quo leges, & formulę describebantur. Pandectarum lib. 1. tit. de Edendo, ex Vlpiano eum quoque edere Labeo ait, qui

qui producat aduersarium suum ad albū, & demonstret, quid dicturus sit. Atque hoc sane loco, aduersarium non declarat eum, qui cum lis est, sed tabulas ex tempore notatas memoriæ gratia. In quem sensum M. Tullius vsus est in oratione pro Roscio, idq; non semel. Andreas Alciatus existimat legendum, Aduersaria, non Aduersarium, libro Dispunctionum tertio. Item secundo eiusdem operis li. tit. 1. multa fit mentio de albo. Quintilianus libro Institutionum vndecimo. Quorum alii se ad album, & rubricas transtulerunt, uidelicet leguleios, & formularios irridēs, qui non ex libris Iurisprudentium, sed ex albo prætoris iuris scientiam discerent. T. Liuius Decadis primę libro nono. Ciuile ius repositum in penetralibus pontificū euulgauit, fastosq. circa forum in albo proposuit, ut, quando lege agi posset, sciretur. Apuleius Metamorphoseōs lib. sexto, meminit albi. Siquidem Iouem, allocuturum deos, ita facit exordiri: Dei conscripti musarum albo. Quibus in uerbis subesse uidetur obscura quidem, sed faceta allusio scriptoris, ad deos a poetis confictos, quasi ij demum in deorum numero sint, quos illic Musæ, quibus afflati scribunt poetæ, constituerint.

Oleo tranquillior.

Oleo tranquillior, Hyperbole prouerbialis, in homines minime iracūdos, leniq; ingenio præditos, aliquoris natura sumpta, quo nihil magis tacitum, magisque lene. Plautus in Pęnulo: Ita hanc canem faciem tibi oleo tranquilliorem. Est autem usque adeo trāquilla olei natura, ut mare quoque rem omnium sęuissimam trāquillet, atque ob id urinantes aiunt oleū ore spargere, quod mitiget elementi naturam asperam, lucemq. deporter. Auctor est Pli. lib. 2. Idem confirmat Plutarchus: &, cur ita fiat, rationem reddit in libello De causis naturalibus. Rursus in conuiualiū quæstiuncularum Decade sexta, causam afferens, cur Homerus inter tot liquores, oleū duntaxat appellarit ὑγρὸν, id est, humidū, siue liquidum, ostendit oleo nihil inesse asperum, sed undiq. leue esse, & ob id maxime reddere imagines more speculorū. Præterea nec motum, aut percussum strepit, quemadmodum humores reliqui, nec luctatur cum igni, sed tacite pascit. Deniq. non est alius liquor, qui tam late diffundatur, cum inungitur corpori, aut serius siccescat, aut æque molliat ac leniat. Vtitur hoc adagio & Plato in Theæteto de scientia, placida ingenia, quæ leniter, ac tranquille ad disciplinas, & disputationes accedunt, oleo molliter fluenti comparans, ὁ ὃ ὕτω λείως τε καὶ ἀπταίστως καὶ ἀνυσίμως ἔρχεται ἐπὶ τὰς μαθήσεις καὶ ζητήσεις μετὰ πολλῆς τῆς πραότητος, οἷον ἐλαίου ῥεῦμα ἀψοφητὶ ῥέοντος, ὥστε θαυμάσαι τὴν τηλικοῦτον ὄντα οὕτω ταῦτα διαπραττόμενον. i. At hic adeo leniter, ac circūspecte, simulq. expedite ingreditur ad disciplinas, quęstionesq;, multa cū māsuetudine, olei in morem, citra strepitum fluentis, ut admireris, tātus cum sit, hæc ad eum modum agere.

Auricula infimam mollior.

Hvic simillimum, quod M. Tull. usurpat in epistolis ad Q. Fr. lib. 2. Tu, inquiēs, quemadmodum me cēses oportere esse in Rep. & in nostris inimicitijs, ita & esse, & fore auricula infima scito molliorem. Ammianus lib. 19. In alijs nimium seuerus, in hoc titulo, ima, quod aiunt, auricula mollior. Translata metaphora ab ea auriculæ parte, qua non est aliud in humano corpore mollius, aut flexibilius, lentiusq;: ut quę nec osse rigeat, neq. cartilagine durescat, neque neruis intendatur.

Apio mollior, aut mitior.

Ἀπίῳ πεπαίτερος, id est, Apio mitior. Simili figura dictum est a Theocrito.

Καὶ τὶν μὰν ἀπίοιο πεπαίτερος. i.

Et iam certe apio mansuetior.

Est autem apius Græcis raphanus, aut pyri genus.

Spongia mollior.

Eivsdem est generis, τῆς σπογγιᾶς μαλακώτερος, i. Spōgia mollior. Sic enim assentator quispiam loquitur apud comicū quempiam citante Plutarcho in commentario De discrimine adulatoris & amici.

Ἐμὲ νικόμαχε πρὸς ἅ σταθιώτιν τάξαιτε,
Ἂν μὴ ποιήσω πέπονα μαστίγων ὅλον,
Ἂν μὴ ποιήσω σπογγιᾶς μαλακώτερον
Τὰ πρόσωπον.

Nicomache, me isti militi opponas uelim,
Nisi pepona loris, quantus est, effecero;
Nisi spongia illi molliorem qualibet
Reddidero uultum.

Ad eundem modum dicebant, Pepone mollior. Theopompus apud Athenæum li.2. Μαλακωτέρα πέπονος καὶ σικύα μοί γέγονε. i. Molliora mihi pepone, & cucumere facta sunt. Ad hanc formã pertinet, qd idem citat ex Epicharmo, Πραΰτερος ἔγω γε μαλάχης. i. Mitior equidẽ malua, qd ea herba uim habeat leniendi. Idem, Cinędo mollior. Plautus in Aulularia, Ita fustibus sum mollior magis, quam ullus cinædus. Nam prisci saltatores & pantomimos cinædos uocabant, quod cum gesticulatione canerent. Similiter Catullus,

Cinęde Thalli mollior cunículi capillis.

Felicibus sunt & trimestres liberi.

Τοῖς δ' τυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία. i. Felicibus sunt & trimestres liberi.

Senarius prouerbialis in principum, ac diuitum felicitatem, quibus per adulationem omnia laudi uertuntur, quiq. sibi nihil non licere putant, adeo, ut quod in homine plebeio perinde, ut summum scelus damnatur, in illis uirtutis titulo celebretur. Vnde nata sit paræmia. Suetonius Trãquillus declarat, Claudij Cæsaris uitã his uerbis exordiens: Patrem Claudij Cæsaris Drusum, olim Decimum, mox Nerone prænomine, Liuia, cum Augusto grauida nupsisset, intra mensem tertium peperit, fuitq. suspicio ex uitrico per adulterij consuetudinem procreatum. Statim certè uulgatus est uersus:

Τοῖς δ' τυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία. i. Potentibus sunt menshũ & partus trium.

Nam mense septimo, decimo, & undecimo, legitimi sunt partᵒ: quarto & octauo, neque uitales fere, & per quam rari: mense tertio, nulli partus editi leguntur. Auctor Plin. lib. 7. cap. 5.

Aurem uellere.

Avrem uellere, ueteres dicebant, ad monere: à prisco ritu sumpta figura, quo ius ducturi quempiam, aurem uellicabãt, antestantes eum, quem quasi testem meminisse uolebant. Inde Horatianum illud in Sermonibus.

-Et liceat antestari, ego uero
Oppono auriculam.

Siquidẽ, ut frons antiquitus erat sacra Genio, ueluti scribit in Maronis Silenum Seruius, ut digiti Mineruæ, genua Misericordiæ, ita auris Memoriæ deæ, quã Græci μνημοσύνην uocãt. Virgilius in Sileno:

Cum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit pastorem, Tityre, pingues
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.

Quod imitatus Calpurnius in Bucolicis:

Vellit nam sæpius aurem
Inuida paupertas, & dicit, uilia cura.

Non nihil decoris adiunxit prouerbio Calphurnius, quod ad rem trãstulit. Quã quã potest paupertas hoc loco pro dea accipi. Seneca lib. I De beneficijs 4. Nec tanquã munus dabo, sed uerba mea redimã, & aurem mihi peruellam, damno castigabo promittentis temeritatem. Rursus lib. 2. Loquar mecum, & mihi aurem peruellam: hoc est, ero mihijpsi monitor, ne similiter peccem. Vtitur in hunc modũ & alijs aliquot locis, ut in epistola quadam, Sit ergo aliquis custos, & aures subinde peruellat, abigatq. rumores, & reclamet populis laudantibus.

Alter Hercules.

Proverbialis hyperbole, ἕτος ἄλλος ἡρακλῆς, id est, Hic alter Hercules. De uiro præstrenuo, ac laborum tolerãtissimo. Extat hoc titulo fabula quæpiam ex Menippeis Terẽtij Varronis, mirũ ni prouerbiali. Aristoteles libro Moraliũ Eudemiorũ 7. Ὁ γὰρ φίλος θέλεται εἶναι, ὥσπερ ἡ παροιμία φησὶν, ἄλλος ἡρακλῆς, ἄλλος ἕτος. i. Nam amicus cupit esse, sicuti puerbio dr, alter Hercules, alter hic. Plutarchᵒ scribit, id cognominis uulgo Theseo attributum, quod multa fortiter patraret exẽplo Herculis. Laertius in uitis philosophorum ostendit, & Cleanthem philosophũ alterũ Herculem uulgo dictũ fuisse, quod esset omniũ laborũ patientissimus, adeo, ut noctu hauriẽdo è puteo aquam uictum diurnũ pararet. unde & φρεαντλὴς dictus pro Cleanthe, & nihilo tamẽ segnius egregiã operã interdiu nauaret philosophię. Clearchus apud Zenodotum aliam fabulam affert, unde hoc sit natum adagiũ. Ait enim, Briareũ, qui & ipse Hercules dictus est, profectum Delphos, sublatis inde thesauris aliquot, ac monumentis, ex ijs, quæ eo in loco seruabantur, iuxta ueterẽ quandam consuetudinem, ad columnas, quas Herculis cognominant, se se cõtulisse, atq; itidem illis, quę illic erant, fuisse potitum. Deinde Tyrium Herculem uenisse Delphos, ut oraculum consuleret, deumq. respondisse, ἕτος ἄλλος ἡρακλῆς, id est, Hic alter Hercules, atque oraculum in adagionem abijsse. Nec desunt, qui huius dicti originem referant ad Titormũ quendam bussequam, qui multis exemplis Milonẽ superarit. Is, se profitens superatum, sublatis in cœlum manibus, dixit, ὦ Ζεῦ, μὴ ἕτο ἡρακλῶ ἡμῖν ἕτερον ἔπειρας, O Iuppiter, num hunc nobis Herculẽ alterum genuisti? Huc pertinet illud Theocriti in Pastoribus,

Φαντίνιν ἡρακλῆϊ βίλῳ καὶ κάρτος ἐρίσδεν. i. Viribus Alcidæ hunc certare, & robore dicunt.

Subijcitq; pastor:

Κὴμ' ἐφαθ' ἁμάτηρ πολυδάκρυος ἢ μὲν ἀμείνω, i.

Me quoq. Pollucẽ mater p̃cellere dixit.

Erat enim hic excellens in pugilũ certamine. Et Græculus adulator apud Iuuenalem, diuitem imbecillum Herculi ęquat, Antæum procul a tellure tenenti. Macrobius lib. Saturnalium 3. scribit in hũc modum: Salios autem Herculi propter ubertatẽ doctrinæ altioris assignat: quia is deᵒ & apud Pontifices idem qui & Mars habetur. Et sane ita Menippea Varronis affirmat, quæ inscribitur, ἄλλος ἕτος ἡρακλῆς, quia, cũ de Hercule multa loqueretur, eũdem esse cum Marte probauit. Apud Latinos quoque Ruticello cuidam prodigiosis uiribus, Herculis nomen attributum. Is mulum suum tollebat, ut scribit M. Varro, citante Plinio lib. 7. At Hippocrati medico, quod pestilentiam ab Illyrijs uenientẽ prædixisset, dimissis ad auxiliandum circa vrbes discipulis, Græcia ob meritum eosdẽ decreuit honores, quos Herculi. nam & is ἀλεξίκακος habitus est. Auctor idẽ Plin. eodem libro. Quin nomẽ hoc Herculis uidetur uulgari sermone ad oẽs uiros egregie fortes transferri solere, non aliter, quã Catonis ad graues, & sapientes. Nam Varro quadraginta tres Hercules enumerat, additq; hoc nomine honoratos fuisse oẽs, qui fortiter quippiam egissent. Testatur & Macrobius in Saturnalibus, hoc nominis compluribus fuisse commune, & ante Amphitryonis priuignum. Sic & Achilles appellabãtur insigni fortitudine duces: quorum de numero fuit Lucius Sicinius Dentatus, ob ingentem fortitudinem Romanᵒ Achilles appellatus, quod cẽtum & uiginti prelijs cum hoste pugnasset, nec ullam haberet cicatricẽ auersam. Auctor A. Gellius lib. 2. cap. 11. Denique rationem, aut argumentum Achilleum uocant, quod sit insuperabile, & insolubile.

Bipedum nequissimus.

Bipedvm nequissimus, de homine uehemẽter improbato, quiq; uel pecudes nequitia superet. Dictum est in Regulũ quendam oratorem, quem Plinius in epistolis subinde suis pingit coloribᵒ, ubi & adagiũ hoc refertur: sed ante hũc Cicero torserat in Clodiũ in oratione pro domo sua: Hoc tu proscriptore, hoc consiliario, hoc ministro, omnium non bipedum solum, sed ẽt quadrupedum impurissimo Remp. perdidisti. Consimili figura Alexãder Imperator apud Aelium Lãpridium: Nuper certe, patres, meministis, cum ille omnium non solum bipedum, sed etiam quadrupedũ spurcissimus, Antonini nomẽ præferret. Heliogabalum significans, Imperatorum unum omnium effęminatissimum, & quem optimo iure Romanum Sardanapalum possis dicere. Addit autem in hoc sermone nominis generalitas gratam quandam, & nouã ἔμφασιν, quemadmodum & nullũ animal pro nullo homine uulgo dicimus.

Adamantinus.

Ἀδαμάντινος, id est, Adamantinus, pro eo, quod est inexorabilis, aut infatigabilis. Huic prouerbio incredibilis huius lapidis durities locum fecit: de qua Plinius li. 37. scribit ad hunc modum: Incudibus adamantes deprehenduntur, ita respuentes ictum, ut ferrũ utrinq. dissultet, incudesq; etiã ipsæ dissiliant. Quippe duritia inenarrabilis est, simulq. ignium uictrix natura, & nunquã incalescens. Vnde & nomen indomita uis, Græca iterpretatione accepit. Hactenus Plinius. Vnde, quidquid inuictum, atq. inexpugnabile, id adamãtinum uocamus. Hesiodus:

Ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχει κραδερόφρονα θυμὸν. i. Durus at his animus solido ex adamante creatus.

Theocritus in Amaryllide:

Καὶ κἐμ' ἴσως ποτίδῃ, ἐπεὶ ἴκ ἀδαμαντίνα ἐν τὶ. i.

Me quoq. respiciet, neq. enim est adamãtina, forsan. Eodem pertinet, quod Homerus

rus Vulcanum fingit, adamãtinis uinculis irretientem Venerem, & Martem: quod Maro portas, & columnas inferorũ ex adamante fabricatus est. Socrates in Gorgia Platonis, rationes adamãtinas uocat, i. inexpugnabiles. Rursus libr. de Rep. 10. ἀδαμαντίνως ἔχειν dixit, pro firmiter tenere, ἀδαμαντίνως δεῖ δὴ τῷ τοῦτο δόξαν ἔχοντα, εἰς ἅιδου ἴεναι. i. Oportet nimirum adamantinè sententiam hanc obtinentem ad inferos proficisci. Plutarchus ĩ vita Dionis, ἐκ ὧν τοῦτο τοιοῦσα καὶ νημομένη καὶ μικρὸν ἢ περὶ τὸ μειράκιον ἄνεσις τοὺς ἀδαμαντίνους δεσμοὺς ἐκείνους, οἷς ὁ πρεσβύτερος διονύσιος ἔφη δεμένῳ ἀπολιπεῖν τὴν μοναρχίαν, ἐξέτηξε καὶ διέφθειρεν. i. Ex hoc aũt progressa, ac paullatim serpens circa adolescentẽ remissio, adamantina illa uincula, quibus senior Dionysius dixerat se relicturũ adstrictam monarchiam, soluit, ac perdidit. Horatius in Odis:

Quis Martem tunica tectum adamãtina.

Item alibi:

-Si figit adamantinos
Summis uerticibus dura necessitas
Clauos.

Itidem Augustinus aduersus Manichęos: Sed, cum ostendere cępero certas, necessariasq. rationes, quę illas propositiones adamantinis, ut dicitur, catenis innexæ conseruantur. Deniq. scriptoribus aliquot, propter infatigatam studii tolerantiam, adamantini cognomen inditum, ut Didymo grammatico, & Origeni Theologo. In cõsimilem sensum usurpat Pindarus in Isthmijs encomio quinto, laudans Lamponẽ quendam inter fortes fortissimum, qualis est Naxiacos inter reliquas.

Φαίης κένιν ἄνδρ' ἐν ἀθλητᾶσιν ἔμμεν
Ναξίαν πέτρας ἐν ἄλλας
Χαλαικοδάμαν τ' ἀκόναν. i.

Diceres sane eum uirum inter athletas esse Naxiã in cæteris saxis, ferriq. domitricem cotem. Pli. lib. 36. c. 7. meminit Naxij marmoris, quod diu fuit in pretio, & hinc cotes dictas naxias, quæ in insula Cypro nascerẽtur. Est autẽ Naxus una Cycladũ, haud procul a Paro, cuius marmora celebrantur ob candorem. Pindari interpres ponit Naxum hãc in Creta, quid secutus, incertũ. Plinius ponit Naxum opidum in Sicilia. Stephanus indicat hoc nomen, ut pleraque sunt, compluribus locis esse cõmune. Addit Creticam cotem appellatam Naxiam, quæ eadem dicta sit ναξίας. Subindicat autem, hoc prouerbium magis pertinere ad dijudicandum, & prodendũ, qđ fallebat, quam ad robur, quẽmadmodum ante de Lydio lapide diximus. Vnde considerandum, an in Plinio pro Cypro legendum sit Creta, aut Naxo.

Ferreus, Aheneus.

SIMILI figura, Ferrea, atq. ahenea dicũtur, quæ solida, firmaq. significamus. Virg.

Non mihi si centum linguæ sint, oraq. centum,
Ferrea vox.

Quo quidẽ in loco uidetur expressisse illud Homericum ex secundo Iliados lib.

Οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
Φωνὴ δ' ἄῤῥηκτος, χαλκεὴ δέ μοι ἦτορ ἐνείη. i.

Non mihi si sint ora decem, totidẽ quoque linguæ,
Vox infracta, animusq. mihi simul æreus adsit.

Horatius in prima epistola:

-Hic murus aheneus esto,
De decreto animi non conuellendo.

Homerus Iliados X.

Η γὰρ σοί γε σιδήρεος ἔνδοθι θυμὸς. i.
Ferrea nimirum tibi mẽs in pectore clausa est.

Idem Odysseæ E.

-Οὐ δέ μοι αὐτῇ.
Θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι σιδήρεος, ἀλλ' ἐλεήμων.
-Neque enim mihi scilicet ipsi
Ferreus est animus sub pectore, sed misereſcens.

Et Iliados. Σιδήρεον μένος τε πυρός. i.
Ferream incendij uim dixit.

-Εν δὲ πυρὸς μένος ἧκε σιδήρεον. i.
Ferrea uero ignis uenit ĩ pcordia uirtus.

Paullũ diuersiua est, quod Cicero Atilium ferreum scriptorem uocat, pro duro, atque imperito. Nam in artibus dura dicũtur, quę parum sunt artificiosa, cõtra mollia, quæ summa arte perfecta. Verba M. Tullij libro De finib. 1. sunt hæc: Electram tamen male conuersam Atilij mihi legẽdũ putem. De quo Licinius, ferreum scriptorem, uerum, opinor, scriptorem, ut tamen legendus sit. Eundem in libris de Diuinatione durissimum, & malum poetã uocat.

Cornea fibra.

NEQVE dissimili figura dixit Persius,

-Neq.

-Neque enim mihi cornea fibra est.

-Nam cornua & durissima sunt, & sensu carent, quemadmodum & ũngues. Quanquam potest & a corno arbore Corneum dici, cuius lignum durissimum esse cõstat. Persij carmen in prima satyra sic habet,

Nõ ego, cum scribo, si forte quid aptius, exit,
Quando hæc rara auis est; si quid tamen aptius, exit,
Laudari metuam, neque enim mihi cornea fibra est.

Vnde, qui carent humanis affectibus, robur, adamantem, silicem, ferrum, cornu in pectore gestare dicuntur.

Aiacis risus.

Αἰάντειος γέλως, id est, Aiacinus risus. In eos, qui temere, ac uecorditer ridẽt: Id quod apposite dicetur in homines morti feris uoluptatibus gaudentes, breui perituros: aut qui malefactis gaudent, mox pęnas daturi. Cuiusmodi risum eleganter describit Homerus in Odyss. Y.

-Μνησῆρσι δὲ πάλλας ἀθλώνη
Ἀσβεστον γέλον ὦρσε, παρέπλαγξεν δὲ νόημα.
Οἱ δ' ἤδη γναθμοῖσι γελοίων ἀλλοτρίοισιν
Αἱμοφόρυκτα δὲ δοῦπος ἐπὶ δίον, ὄσσε δ' ἄρα σφέων
Δακρυόφιν πίμπλαντο, γοὸν δὲ ὠΐετο θυμός. i.

Deinde procis risum commouit diua Minerua
Haud compescendum, mẽtemque excussit, at illi
Protinus attoniti malis risere alienis.
Mãdunt interea tabẽtes sanguine carnes.
Lumina complentur lacrymis, mẽs anxia mœret.

Adagium natum est ex historia Aiacis. Is adeo grauiter tulisse legitur Vlissem sibi ſlatum in capessenda successione armorũ Achillis, ut præ dolore in insaniã uersus sit, itaq. gladio districto in gregem pecorũ insilijt, existimans sese Græcorum copias cædere. Tum duos quosdã maximos sues a trabe suspensos flagris cecidit, arbitrans hos esse Agamemnonem, atq. Vlyssem, quorũ alteri ut iudici, alteri ut uictori potissimum erat iratus. His igitur suibus plurimo cum risu insultauit, addens conuicia, quæcunq. suggerebat splẽdida bilis. Deinde, postea quam resipuisset, partim pudore, partim metu, sibi mortem consciuit. Nec intempestiuiter torquebitur in eos, quibus risus oboritur nulla de causa, quẽ uulgo dicunt, aut insaniæ, aut stultitiæ argumentum esse. Attestatur & senarius ille prouerbialis:

Γελᾷ δ' ὁ μωρὸς κἄντι μὴ γελοῖον ἤ. i.
Ridet fatuus, ut nulla risus causa sit.

Canis uindictam.

Κυνὸς δίκλω, i. Canis uindictam. Macedonicum adagium, in eos, qui præter expectationem pęnas dant ijs, quos aliquando læserunt. Natum ab Euripidis, tragici poetæ, interitu. In Macedonia uicus quispiam est, qui Thracum dicitur, propterea quod olim a Thracibus sit inhabitatus. Hic cum canis quidam Archelai regis aberrasset, Thraces de more suo mactarum sacrificarunt, ac deuorarunt. Quod ubi comperisset Archelaus, talentum eis mulctam dicit. Verum, cum illi soluendo non essent, Euripidem subornarunt, qui regem exoraret, ut sibi mulctam remitteret, ita ut fecit. Postea uero, cum Euripides in sylua quadam solus esset, & Archelaus a venatu reuerteretur, canes Euripidẽ cinctum discerpserũt, deuoruntq;. Existimatum est autẽ, eos canes ex eo prognatos fuisse cane, quẽ Thraces sacrificarãt. Hinc adagium apud Macedonas increbruit, Canis uindictam; subaudiẽdum, passus est, aut aliud commodius. Valerius Maximus li. 9. capite de morte non uulgari, refert, Euripidem, cum ab Archelao, rege Macedonũ, cœnæ adhibitus fuisset, domum a cõuiuio repetentẽ, a canibus fuisse discerptũ. Eos canes ab æmulo quopiam immissos fuisse, confirmat A. Gellius Noctium Atticarum libro 15. cap. 20. Suidas addit, hos æmulos fuisse Arrideum Macedonẽ, & Crateuam Thessalũ poetã, quos Euripidis gloria urebat. Hi finxerunt eum a regiis canibus dilaceratum fuisse. Sunt, qui narrent, eũ non a canibus, sed a mulieribus fuisse dilaniatũ, cum intempesta nocte Craterum adolescẽtem peteret, Archelai amasium. Testatur enim & Gellius, Euripidem μισογυνὴ, i. mulierum osorẽ fuisse. Sed, quod ad superiorem attinet opinionem, fabulam nõ usquequaque dissimilem narrat Plutarchus in dialogo De comparatione terrestriũ animantium, & marinorum. Pyrrhus, inquit, rex, iter faciens, canem reperit, corpus hominis interfecti seruantem: cumq. cognouisset

uisset eum tertium iam diem impastũ manere, nec a cadauere diuelli, iussit extinctum sepeliri, canem secum adducendum curauit. Paucis post diebus militum deletus est actus, omnesque regem sedentem præteribant. Aderat & canis, quietus interim, donec domini interfectores prætereuntes conspicatus est: in hos protinus iratus, cum clamore irruit, ac sæpius allatrauit, subinde respectans Pyrrhum, adeo, ut non solum ipsi Pyrrho, sed & omnibus, qui aderant, suspicio nasceretur: Proinde, cum & aliæ nonnullę coniecturæ, ita vt fit, accederent aliunde, duo cõprehensi sunt, & facinus cõfessi, supplicio sunt affecti. Addit & Hesiodi interfectores, ab ipsius cane proditos, supplicium dedisse. Subijcit his, quod sua memoria dicit accidisse. Quidam irrupit in Æsculapij templum, sublatis aureis, & argenteis aliquot monumentis: clã, & ignotus, ut putabat, aufugit. At canis, templi custos, cui nomen Capparus, (nam indignus qui periret ἀνώνυμος) cum uideret neminem ędituorum sua uoce commoueri, fugientem sacrilegum est insecutus, ac primum quidem saxis petitus, haud tamen discedebat. Exorto die, non accedebat propius, sed procul oculis obseruãs sectabatur, nec cibum obiectum capiebat. Rursum iuxta dormientem cubabat & ipse, & abeuntem ad consimilem modum insequebatur, quod si qui uiatores fuissent obuij, ijs cauda adblandiebatur, in illum unum latrabat, ac sæuiebat. Hæc cum ab alijs alij didicissent, simulque & canis, & hominis figuram cognouissent, sacrilegũ apprehenderunt, & ad supplicium duxerunt, cane præcedente hilari iam, ac gestiente, quod maleficum esset uenatus. Vnde ei cani de publico pastus decretus est, eiusq; rei cura sacerdotibus mandata. Verum, ut ad prouerbium redeamus, apparet apte dici posse & in hunc sensum, quoties auctor illati mali dissimulatur. Veluti, cum ueneno tollitur inimicus, & spargitur in vulgum rumor, illum febri perisse: aut, cum princeps, immissis in ædes alicuius satellitibus, omnia diripit, & fama dissipatur a latronibus fuisse spoliatas: aut, cum tyrannus subuertit eum, qui male vult, deinde facti inuidia confertur in magistratus, tanquam illo inscio fecerint. Videtur hinc fluxisse, quod hodie passim apud Germanos dictitant, ubi quid accidit incommodi certi, incerto auctore, quodque nemini possis imputare, id canis accidisse morsu.

In tuo regno.

Quod cuiusque priuatum est, regnum eius dicitur. Inde & Melibęus Virgilianus:

Post aliquot mea regna uidens mirabor aristas.

Scæuola apud Ciceronem in Oratore, Id, nisi in tuo regno essemus, non tulissemus. idest, in tua uilla. Nam Crasso loquit in Tusculano, quæ uilla tum erat Crassi. Quinetiam vulgo iactatur adagium, Suæ quenque domi regem esse: quod tamen ab ipsa usque antiquitate manasse uidetur. Quandoquidem apud Homerum Odysseæ A. versiculus hic extat:

Αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο ἄναξ ἔσομ' ἠμὲ τέροιο. i.

Ædibus in nostris ego regẽ gessero sane.

In tuo luco, & fano est situm.

In tuo luco, & fano, legitur apud Plautum, pro eo, quod est, in tua potestate, tuo arbitrio, tua tutela, tua manu. Translatum a fanis, & lucis, numinibus dicatis. Nonnihil diuersum est, quod ait M. Tullius in oratione p Aulo Cæcina: In meis castris, præsidiisque uersaris: idest, mecum facis, & pro me pugnant, quæ dicis.

Intra suas præsepes.

Simili figura dicit Plautus in Casina, Scit, si id impetret, futurum, quod amat intra præsepes suas; pro eo, quod est, certũ, ac paratum. Nam, quod intra sępta nostra clausum sit, id tuto, certoque possidemus. Dictum est autem in senem, dantem operam, ut ancilla, quam amabat, uillico suo nuberet. hoc quidem consilio, ut, inscente uxore, cum liberet, ea ruri potiretur. Idem in Rudentibus: Ad herum arbitrum uocat me hic intra præsepes meas.

In ære meo est.

Quem nobis officijs obstrictum, significamus, ita, ut iam totus, certoq; noster sit, eũ in ære nostro dicimus esse. Nam antiquitus omnis pecunia ęrea erat, auri usu nõdum reperto in feriendis numismatis. Legitur apud Ciceronem libro Epistolarum Familiarium 13. Et mehercle semper sic in animo habui, te in ære meo esse, propter Lamiæ nostri coniunctionẽ, & singularem necessi-

necessitudinem. Item libro 15. Marcum Fabium quod mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio quæstum. Multi enim anni sunt, cum ille ĩ ęre meo est, & a me diligitur.

A teneris unguiculis.

Ἀπὸ τῆς ἁπαλῶν ὀνύχων, id est, A teneris unguiculis, pro eo, quod est, a prima pueritia. Translatum a catulis, quorum vnguiculi nondum duruerunt. M. Tullius, A teneris, ut Græci dicũt, unguiculis. Flaccus in Odis:

Et incestos amores
De tenero meditatur ungui.

Plutarchus in libello De puerorũ institutione, Ὡς ἀ ἔνδοθεν καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἐξ ὀνύχων ἀγαπῶσι τὰ τέκνα. i. Vt in trunsecus, & quod dicitur, ab unguiculis amẽt liberos, hoc est, a prima statim infantia. De matribus loquitur, quæ suis uberibus lactant ęgtus suos.

Ab incunabulis.

Eundem habet sensum, Ab incunabulis, id est, a primis uitæ rudimentis. Plautus in Pseudolo, Sed hic seruus Carysto huc qui aduenit, quid sapit usq. a cunabulis? Item Titus Liuius, Ab incunabulis imbutum odio tribunorum. M. Tullius oratoris incunabula uocat primam illam a fundamẽtis institutionem. Et Virgilius:

Gentis cunabula nostræ.

Aurelius lib. Pandectarum 1. titulo de officio præfecti prætorio, His cunabulis præfectorum auctoritas initiata in tantum meruit augeri, ut appellari a præfectis prętorio non possit. Aristoteles in Ethicis li. 2. dicit, ἐκ νηπίων, ἐκ νέων. Quorũ posteri citat ex Platone. Est aũt is locus apud Platonẽ lib. De legibus 10. νῦν δ' ἐν πειθόμενοι τοῖς μύθοις ὃς ἐκ νέων παίδων ἔτι ἐν γάλαξι τρεφόμενοι, τροφῶν τε ἥκουον καὶ μητέρων, &c. i. Nũc uero credẽtes fabulis, quas a pueris, cum adhuc lacte aleremur, a nutricib, ac matribus audiuimus. Similiter & Crepundia pro prima ætate accipiuntur.

Cum lacte nutricis.

Cognatum est his, quæ superius retulimus, Ab incunabulis, A teneris unguiculis. Cicero Tuscul. quæst. lib. 3. Nunc autem, simul atque editi in luce, & suscepti sumus, in omni continuo prauitate, & in summa, opinionum puerilitate uersamur: ut pene cum lacte nutricis errorem suxisse uideamur.

Ante uictoriam encomium canis.

Πρὸ τῆς νίκης τὸ ἐγκώμιον ᾄδεις, i. Ante uictoriam encomium canis, in eũ, qui præpropere gloriatur, re nondum confecta. Nam apud Græcos, qui rem strenue gessissent in bello, oratione quapiã, aut carmine laudabantur, quæ laudatio proprie Encomium dicitur. Extat enim Theocriti carmen in laudem Ptolemæi, cui titulus, Encomium: & Luciani Demosthenis encomium. Apud Romanos, orationes, supplicationes, triumphi, præmia uirtutis erant, unde liceat dicere, Antequam uiceris, triumphũ paras. Plato in Lyside, Πρὶν νενικηκέναι, ποιεῖς τε καὶ ᾄδεις εἰς ἑαυτὸν ἐγκώμιον. i. Priusquam uiceris, & facis, & canis de te ipso encomiũ. Nõ abludit hinc, qđ ait Plato ĩ Theeteto, Φαινόμεθα, ὦ γενναῖε ἀλεκτρυόνος δίκην πρὶν νενικηκέναι, ἀποπηδήσαντες ἀπὸ τῆς λόγου ᾄδειν. i. Videbimur, galli ignaui more, priusquã uiceritis, a sermone desilientes canere. Siquidẽ hic mos animanti, cantu uictorem se testari. Huc pertinet illud, quod alibi retulimus ex Solonis auctoritate, ὁρᾶ τέλος μακρῆ βίῳ. Tũ illud Pindari in Isthmijs, ἔστιν δ' ἀφάνεια τύχας καὶ μαρναμένων, πρὶν τέλος ἄκρον ἱκέσθαι. i. Est autem incerta fortuna etiam pugnantium, priusquam ad summum finem perueniatur.

Omnes attrahens, ut magnes lapis.

Πάντας γ' ὑφέλκων οἷα μαγνῆτις λίθος. i.

Cuncta attrahẽs haud aliter, ac magnes lapis.

Hoc carmẽ Suidas citat ex Piside. Videtur prouerbiale. Metaphora ducta a natura lapidis, ferrũ ad se trahẽtis, & attractum tenentis, quem quidam eundem putãt eũ eo, quem Heracleũ uocant, cuius alibi mẽtionem fecimus in prouerbio, Lydius lapis. Hoc miraculi Plini uerbis attolit li. 36. cap. 16. ad hunc modum, Quid lapidis rigore pigrius? Ecce sensus, manusq. tribuit illi. Quid ferri duritia pugnaci? Sed cedit, & patitur mores, trahiturq. a Magnete lapide, domitrixq. illa rerum omnium materia, ad inane nescio quid currit, atq., ut propius uenit, assistit, teneturq;, & complexu hæret. Sideriten ob hoc alio nomine

ne appellant: quidam Heracleon. Magnes appellatus est ab inuentore, ut auctor est Nicander, in India repertus. Hactenus Plinij verba reddidimus. Inter multas Magnetis species, Æthiopicum commemorat, attractu usque adeo efficaci, ut nõ ferrũ modo, uerumetiam alterum Magnetẽ ad se trahat. Eoq; tantus huius lapidis honos, vt argento expendi soleat. Commemorat & Hæmatiten, non perinde in attrahẽdo ferro violentum, sed alio insignem miraculo. Siquidẽ, ut est colore sanguineo, nã hinc etiam uocabulum, ita si teratur, sanguinẽ reddit. Huius igitur lapidis tam prodigiosa uis prouerbio locum fecit. Citat Suidas Euripidem ex Oeneo:

-Ὡς τε μαγνῆτις λίθος
Τὴν δόξαν ἕλκει, καὶ μεθίστησιν πάλιν. i.
-Sic uti Magnes lapis
Mentem trahit, transfertq; rursum, ac demouet.

Confine est illi, quod alibi diximus:

Εφ' ἑαυτὴ ἕλκων, ὡς τε καμπίας νέφος. i.
Ad se attrahens, ut Cæcias nubes trahit.

In siluam ligna ferre.

In siluam ligna ferre, est, aliquem ijs rebus augere uelle, quibus ipse maxime abũdet. Horatius in Sermonibus.

Atque ego cum Græcos facerem natus mare citra
Vetsiculos, uetuit me tali uoce Quirinus,
Post mediam noctem uisus, cum insomnia uera,
In siluam non ligna feras insanius, ac si
Græcorũ malis magnas implere cateruas.

Eadem ratione dicimus. In mare deferre aquam: quorum utrunq. nos epigrammate quodam coniunximus.

Largiri numeros tibi Petre, hoc est,
Siluæ ligna, uago masi addere undas.

Vtrunq. congruit cum eo, quod alio re tulimus locõ, ululas Athenas.

Lumen soli mutuas.

Τὸ φῶς ἡλίῳ δανείζεις, i. Lumen soli mutuũ das. Cum docemus doctissimũ, monemus uehementer prudentem: aut, cum conamur exponere, quę per se sunt clarissima; aut sermone celebrare, quę sua sponte sat illustria sunt. Sol enim fons omnis luminis putatur, qui lucem mutuare solet, non mutuo actipere. Refertur in ijs Collectaneis, quæ Plutarchi titulo circumferuntur. Et simile quiddam apud Fabium de ijs, qui per se clara conãtur illustrare, eos perinde facere, quasi si quis studeat clarissimo soli mortale lumen inferre.

Fontes ipsi sitiunt.

Fontes ipsi sitiunt, Ironia puerbialis in eos, q petũt ab aliis, quod ipsis affatim abundet domi. Cic. ad Q. frat. Tibi quod rogas, quoniam ipsi fontes iam sitiunt, si quid habebo spatij, scribam. Significat fratrem magis abundare uersibus, quos tamẽ a se petat, perinde quasi carminũ indigẽs. Idem ad Attic. li. 12. Non ad διψῶσαν κρήνην, sed ad ἡρίνλω eum uenisse, ut scribis, in tantis præsertim angustijs.

Ipsa olera olla legit.

Ipsa olera olla legit. In eos qua drabit, qui suum ipsorum uitiũ in aliud quippiã reijciũt: aut, qui sic ad scelus aliquod quasi facti sunt, ut non possint non peccare. Catullus in Cæsarem:

Mentula męchatur, męchatur mentula certe.
Hoc est, quod dicũt, ipsa olera olla legit.

Nã olla coquendis oleribus nata est: uel quod absurdissimum sit, si quis dicat ollam legere olera, quę nõ coquet, nisi si quis im miserit. Non igitur olla in causa est, sed q inijcit mala olera. Non est admodũ huic dissimile, quod ex Homero ceu prouerbiale citat Turtullianus, Ipsum ferrum uirũ attrahit. Id a nobis alio dictum est loco, in prouerbio, Tollenda mali occasio. Item, Ipsa olla lenticulam attigit.

Oedipi imprecatio.

Οἰδίποδος ἀρά, i. Oedipi imprecatio. De tragicis, & iugẽtibus malis. Qui Græca colligũt adagia, citant ex Æschylo huiusmodi fabulã: Eteocles, & Polynices, de more patri ex uno quoq. sacro partẽ anteriorem mittebant. Cum autem aliquãdo per imprudentiã, atque incogitantiam, coxã, hoc est, postetiorem partem misissent, ille, existimans id non obliutone, neq. imprudẽtia, sed contumeliæ causa factum, imprecationibus diris eos est execratus. Alii narrant, Oedipum, simulatq; eognouisset se parricidam esse, tum autem cum matre cõsuetudinem habuisse, suis ipsius manibus oculos sibi eruisse. Quę res ubi eius loci incolis cognita est, Oedipũ expulerũt urbe.

Ille, in exilium abiens, filios, quod patrem in calamitate non defenderent, execrationibus deuouit. Quæ quidem neutiquam irritæ fuerunt: nam iuuenes mutua cæde extincti sunt: Mater sibi mortem consciuit: Oedipus ipse fulmine ictus interijt. Cuiusmodi autem fuerint huiusmodi imprecationes, Diogenes Cynicus apud Laertium propemodum indicat, qui per iocum dicere solitus erat, sibi τὰς τραγικὰς ἀρὰς, id est, Tragicas execrationes occurrisse. Est se enim sine domo, sine ciuitate, priuatum patria, pauperem, palantem, uitam in diẽ agentem. Sophocles in Tyranno, fingit Oedipum (ignarũ etiamnum de quo Phębus dixisset exigendo, tanquam qui ciuitatem suis sceleribus polluueret) multa dira in eum, hoc est in se, precantem. Euripides in Phœnissis:

Ἀρὰς ἀρᾶσθαι παισὶν ἀνοσιωτάτας. i.
Dirissimas preces precatur liberis.

Verba Iocastæ de Oedipo. Idem de Oedipo Coloneo, sic Oedipum imprecantẽ facit Polinici, ut fraterna manu occideretur, uicissimque occideret,

-Τὰς δὲ συλλαβὼν ἀρὰς
Ἃς σοι καλῶμαι μήτε γῆς ἐμφυλίᾳ
Δορὶ κρατῆσαι, μήτε νοστῆσαι ποτὲ
Τὸν κοῖλον ἄργος, ἀλλὰ συγγενεῖ χερὶ
Θανεῖν, κτανεῖν θ' ὑφ' ἧπερ ἐξελήλασαι.
Τοιαῦτ' ἀρῶμαι καὶ καλῶ τὸν ταρτάρᾳ
Στυγνὸν παρῳδὸν ἔρεβος. & reliqua, quæ sequuntur, idest,

Hæc te sequantur agmine imprecamina,
Tibi quæ imprecor, uti neve natali solo
Potiare, bello, neve ad Argos postea
Redire liceat, immo fraterna manu
Perimaris, ac uicissim eum dedas neci
Qui te expulit, fratrẽ. Ista uobis impcor,
Testorque patri triste numen tartari.

Horatius hoc genus imprecationis diras uocat in Odis:

Diris agam uos: dira deprecatio
Nulla expiatur uictima.

Huiusmodi autem parentum in liberos deuotiones esse formidandas, Homerus quoque testatur Iliados I. Cum Phœnix narrat se paternis execrationib. obnoxiũ fuisse, idque contigisse quod illi fuerant imprecatæ. Carmen Homeri sic habet:

Μή ποτε γένασιν οἷσιν ἐφέζεσθαι φίλον υἱὸν
Ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα, θεοὶ δ' ἐτέλειον ἐπαρὰς. i.
Orat, ne in genibus proles aliqñ sederet.
Ex me nata suis, dijsq; audiuere precantẽ.

Efficimus pro nostris opibus mœnia.

Efficimus pro nostris opib. mœnia. Quadrat in tenui fortuna, paruisq; facultatib. hoies, qui, tamen ipsi quoq; pro rei modulo uiuũt laute. Plautus i Sticho: Quibus diuitiæ sunt domi, schaphijs, & cãtharis batrochis bibunt. Nos nostro Samiolo poterio, tamen uiuimus nos, tamen efficimus pro opibus nostra mœnia. Hactenus Plautus. Itidem uulgo dicitur hodieq;, Pusillæ auiculæ pusillos nidulos construunt.

Omnium rerum uicissitudo est.

Terentius in Eunucho: Omniũ rerum uicissiudo est. Quæ sententia significat in rebus mortalium nihil esse perpetuum, nihil stabile, sed omnia uelut æstuario quodam fluxu, refluxuq. decedere, atq. accedere. Atq. his uicibus fortunæ ab alijs ad alios transferuntur imperia, opes, gloria, uoluptas, eruditio, denique quidquid est, aut commodorum, aut incommodorũ. Sophocles in Oedipo Coloneo has rerum humanarum uices eleganter describit.

-Μόνοις δ' γίγνεσθαι
Θεοῖσι γῆρας, οὐδὲ καταθανεῖν ποτέ.
Τὰ δ' ἄλλα συγχεῖ πάνθ' ὁ παγκρατὴς
χρόνος.
Φθίνει μὲν ἰσχὺς γῆς, φθίνει δὲ σώματος.
Θνήσκει δὲ πίστις, βλαστάνει δ' ἀπιστία.
Καὶ πνεῦμα ταυτό, ἅ ποτ' ἔστ' ἐν ἀνδράσιν
Φίλοις βέβηκεν, ἅ τε πρὸς πόλιν πόλει.
Τοῖς μὲν γὰρ ἤδη, τοῖς δ' ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ
Τὰ τερπνὰ, πικρὰ γίγνεται, κοὐδὲν φίλα.

Quorum carminum sententiam uteunque reddemus.

-Solis deis
Nunq̃ senecta molesta, nec mors accidit.
At reliqua miscet cuncta tẽpus impotens.
Terræ per hoc uis, atque robur interit,
Simulque nostri corporis perit uigor,
Moritur fides, perfidia pullulat inuicem,
Nec animus idem, nec eadem flagrantia
Haud unquã amico durat erga amiculũ,
Nec ciuitati in ciuitatem permanet,
Siquidem his statim, illis post pusillum temporis,
Iucunda quæ fuerant, amara, ac tristia, &
Ingrata dudum, grata fiunt inuicem.

Homerus item Iliados Z.

Νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας. i.
Nunc his, nunc illis contingit uincere.

Item Iliados Σ.

Ξυνὸς ἐνυάλιος καὶ ἰσοπαλέουσα καὶ ἐκτα. .i. Communis Mars, inque vicem perimit perimentem. Neque vero prætereundum hoc loco bellissimum eiusdem poetæ figmentum de duobus dolijs, ex quibus Iuppiter uarie miscet res mortalium. Carmen extat in Iliados ultimo libro, quod nõ ab re fuerit adscribere.

Δυοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν διὸς οὔδει
Δώρων οἷα διδῶσι, κακῶν, ἕτερος δ' ἐάων.
Ὧ μὲ καμμίξας δώῃ ξυὸς τερπικέραυνος,
Ἄλοτε μέν τε κακῷ ὅγε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ. .i.

Dolia namque Iouis duo stant in limine, plena
Muneribus quæ is donat: in hoc mala sunt, bona in illo.
Hinc miscens dispensat acuto fulmine gaudens,
Nunc mala distribuens, ac tristia, nunc bona rursum.

Tractum uidetur adagium ab Aesopi responso. Is enim, rogatus, auctore Laertio, quid ageret Iuppiter, respõdit, τὰ μὲν ὑψιλὰ ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ. .i. Deprimit excelsa, & tollit humilia. Euripides in Ione,

Τὰ θνητὰ τοιαῦτα, οὐδὲν ἐν ταυτῷ μένει. .i. Eiusmodi mortalium
Sunt res, ut in eodem nihil duret statu.

Euripides in Icetidibus.

Ο γὰρ θεὸς πάνθ' ἀνασρέφει πάλιν. .i. Fortuna cuncta uersat in contrarium.

Theognis in sententijs:

Ζεὺς γὰρ τοῖ τὸ τάλαντον ὀπῤῥέπει ἄλλοτε ἄλλῳ,
Ἄλλοτε μὲ πλουτεῖν, ἄλλοτε δ' οὐδὲν ἔχειν. .i. Nunc etenim huic libram inclinat, nunc Iuppiter illi,
Vt modo sis dines, nil modo possideas.

In quib. versib. Theognis, ut illud obiter indicemus, allusit ad locum Homericũ in Iliados θ. vbi Iuppiter aureis lancib. expendit Troianorũ, ac Græcorũ fata. Fertur in eandem sniam huiusmodi uerficulus,

Τὰ θνητὰ πάντα μεταβολὰς πολλὰς ἔχει. .i.

Varias uices, res obtinent mortalium.

Celebratur & hoc dictum, κύκλος τὰ ἀνθρώπινα, .i. Circulus res mortalium, ut subaudias, fiunt, quod circumagantur, & uelut in orbem recurrant, fortuna uersante rotam. Item Pindarus in Therone,

Ῥοαὶ δ' ἄλλοτε ἄλλαι.
Εὐθυμιάντες μετὰ κόπων ἐς ἄνδρας ἔσαν.

Quorum carminum sensus est, Iucũda, ac tristia, æstus in morem, vicissim accidere mortalibus. Homerus locis aliquot appellat ἑτεραλκέα νίκλω, .i. Victoriã alternatim nunc his, nunc illis obtingentem.

Iucunda vicissitudo rerum.

Μεταβολὴ πάντων γλυκύ, .i. Iucunda rerũ eium vicissitudo. Sentẽtia prouerbialis, cum ab alijs passim auctorib. usurpata, tũ uero ab Aristotele 1. Rhetoricarũ ꝓceptionũ li. Καὶ τὸ μεταβάλλειν ἡδύ. εἰς φύσιν γὰρ γίνεται μεταβάλλειν, τὸ αὐτὸ ἀεὶ, ὑπερβολὴ ποιεῖ τῆς καθεςώσης ἕξεος. ὅθεν εἴρηται, μεταβολὴ πάντων γλυκύ. .i. Varietas quoq;, vicissitudoq. iucũda. Fit. n. iuxta naturã transmutatio. Quod ãt ꝓ idẽ stati, perpetuiq; habitus, parit satietatem. Vnde illud dictum est: Vicissitudo rerum eium iucunda. Vsurpatur ab eodem lib. Moraliũ Eudemiorum 7. Sumptum apparet ex Euripidis Oreste, Μεταβολὴ πάντων γλυκύ. idest: Mutatio iucũda rerum est omnium. Eodem allusit Virgilius in Bucolicis,

Alternis diceris: amant alterna camœnę.

Fertur & Mimus quidam in hanc sentẽtiam non illepidus:

Nil iucundũ, nisi q̃ cõmendat uarietas.

Item alter huic consimilis:

Bonarum rerum cõsuetudo pessima est.

Ea rerũ natura, eiusmodi sensus humani fastidium, ut nihil esse possit tam suaue, quod nõ abeat in nauseã, si paullo diutius utare; nihil tam egregium, quod idem diu placere possit. Vnde & illud Iuuenalis:

Voluptates commendat rarior usus.

Varietas autem tantam in omni re vim haber, ut commẽdatione nouitatis, interdum & pessima pro optimis placeant.

Inuitis canibus venari.

INVITIS canibus venari. Hoc adagio significatum est, non sat feliciter succedere, quod à nolentibus extorquetur. Neque eorum officio utendum, qui nõ ex animo operam suam nobis commodant. Apud Plautum in Sticho Panegyris, patri interminans, ne se, suamq; sororem inuitas viris collocet: Stultitia est, inquit, pater, venatũ ducere inuitas canes. Additq. sententiam, qua metaphorã explicat: Hostis est uxor, inuita, quæ ad uirum nuptum datur.

Inuitos

Inuitos boues plaustro inducere.

SIMILE dictum etiam hodie perseuerat vulgo celebratum, incommodum esse, bubus inuitis plaustrum ducere, aut inuitis equis plaustrum agere. Videtur autem ex Theognide sumptum:

Μήμ' ἀκέοντα βίῃ κεντῶν ὑφ' ἅμαξαν ἔλαυνε. idest,
Inuitũ ne me scutica, stimulisq; subactũ
Vi studeas unquam ducendo inducere plaustro.

Velocem tardus assequitur.

Κιχάνει τοῖ βραδὺς ὠκύν, .i. Assequitur celerem tardus. In eum competet, qui uiribus imbecillior, arte, atq; ingenio uincit potentiorem. Natum adagium ex Odysseę Θ. ubi lepidissima narratur fabula, quemadmodum Vulcanus claudus, cum suspectam haberet uxorem Venerem, quod furtim cum Marte congrederetur, nec uires suppeterent, quibus adulterum deprehenderet, ad artes, atq; ingenium confugit. Lectum suum adamantinis, atq; inuisibilibus catenulis circumuinxit: quod ubi fecisset, foras abire se simulat. Deinde, cum in arctissimis essent complexibus. Mars, & Ven°, vinculis illis hoc magis irretiti, quo magis se circumagerent, ecce tibi repente redit Vulcanus, &, prodente Sole, deos omnes adhibet, deprehensi adulterij testes. Quo loco Homerus:

Κιχάνει τοῖ βραδὺς ὠκύν,
Ὡς καὶ νῦν ἥφαιστος ἐὼν βραδὺς εἷλεν Ἄρηα
Ὠκύτατόν περ ἐόντα θεῶν, οἱ ὄλυμπον ἔχουσι,
Χωλὸς ἐὼν τέχνῃσι, τὸ καὶ μοιχάλφρι ὀφέλλει. idest,
Nonnunquã assequitur tardus, celeremque, citumque
Sic uti nunc Vulcanus, ut est uestigia tardus,
Mauortem cępit, qui perniciissimus unus
Cunctorum quicunq; tenẽt supera astra deorum.
Et, quanquam est claudus pede, rem tamen arte peregit.
Proinde ẽt dẽt pęnas deprensus adulter.

Eodẽ pertinet apologus de vulpe, & coruo, prædã eandem cursu petentibus, quam vulpes, celeritate impar, ingenio sibi vindicauit. Item de cancro, cursu cum vulpe certante. Itẽ de corydo auicula, volatu certãte cũ aquila. Accidit huiusmodi quiddam & in piscibus, vt, qui tardissimi sint, arte capiant uelocissimos. Quorum de numero est Raia, quæ abdẽs sese locis arenosis, aut limosis, capillamentis illis suis porrectis pisces allicit, allectosq; ad os usque pertrahit. Item Torpedo abscondit sese in arena, limove: ac pisces forte incidentes torpore afficit, atq; ita depascitur. Qua quidem arte uenatur etiam hominem. Occultat sese & Pastinaca, Græcis Trigonis dicta, sed diuersa ratione. Atque ita fit, ut, cum sint ipsæ segnes, tamen aliquando capiantur, mugilem habentes in aluo. Auctor est Aristoteles libro de naturis animalium nono. Plinius autem libro nono testatur, mugilibus præcipuã esse uelocitatẽ, ut, aliorum piscium uim timentes, transuersa nauigia superiactent. Theognis adagium retulit ad hunc modum.

Καὶ βραδὺς ἀθέλος εἷλεν ταχὺν ἄνδρα διώκων. idest,
Callidus, ac tardus celerem insectando prehendit.

Aquilam testudo vincit.

AB hac non discrepat illud quod refert Diogenes Laertius in vita Menedemi philosophi, ex Achæi poetę satyra, cui titulus Omphale,

Ἡλίσκετ' ἄραγε καὶ πρὸς ἀδυνῶν ταχὺς
Καὶ πρὸς χελώνης ἀετὸς ἐν βραχεῖ χρόνῳ. .i. Capta est, pfecto celer ab imbecillibus,
Et aquila tempore breui a testudine.

Hos senarios ait usurpare solitum Menedemum in eos, qui secum in ciuilibus honoribus contenderent. Accipi potest p ironiam, aut simpliciter, ubi quis potentiorem arte vincit, &, quod viribus non potest, assiduitate conficit.

Intempestiua beneuolentia nihil simultate differt.

SENARIVS est Græcis prouerbij uice celebratus:

Ἄκαιρος εὔνοια δὲν ἐχθρᾶς διαφέρει. .i. Par odio importuna beneuolentia.

Suidas in dictione ἄκαιρος narrat hoc versu Hippolytũ rñdisse Phædrę nouercæ, dicenti se illius amore captã esse. Quadrabit in eos, qui, dum officiosi student esse, non habita ꝓ pis ratione, nocent, aut molesti sunt sedulitate. Veluti qui non apto tẽpore obiurgant amicũ: aut qui immodicis, & intẽpestiuis laudibus cõciliant homini

P inuidiam:

inuidiam: aut qui pecuniam suppeditant adolescenti, qua fiat deterior. Fertur & alter huic consimilis:

Φίλος μὲ βλάπτον ἢ δ' ἐν ἐχθρῶ διαφέρει. i.

Cũ nocet amicus, nihil ab hoste discrepat.

Huc respexit Horatius in epistolis:

Nil moror officium, quod me grauat.

Rursum alibi:

Sedulitas autẽ, quem stulte diligit, vrget.

Itidẽ Seneca libro de beneficijs 2. Sępe, inquit, nihil interest inter amicorũ munera, & hostium uota. Quidquid illi accidere optant, in id horum intẽpestiua indulgentia impellit, atq; instruit. Quid aũt turpius, quã quod euenit frequentissime, ut nihil interfit inter odiũ, & beneficiũ? In his Senecæ uerbis, pro Vota, qđ nos ex uetustis exemplaribus reposuimus, vulgati codices habebant Acta. Id admonendũ erat, ne qs ignarus ut mendũ tollat, qđ in multis ante hac usu uenit. Prouerbio accedet nonnihil gratiæ, si paullo longius deflectatur: ueluti si dicas: nullos æque nocere bonis literis, atq; hos, q sedulo quidẽ, at parum feliciter tractant eas. Aut neminem magis officere famæ, q̃ ineptum præconem. Aut secundã fortunã nocentiorẽ esse aduersa.

Nosce tempus.

Γνῶθι καιρόν. i. Noueris tempus, Celebratur in primis inter septem sapientum apophthegmata: ac, ut alia pleraque, pluribus auctoribus adscribitur, a nullo non usurpatum. Hesiodus:

Μέτρα φυλάσσεσθαι, καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος. idem,

Obseruato modum. nam rebus in omnibus illud

Optimũ erit, si qs tps spectauerit aptum.

Hac allusit Theocritus in Idyllio λ.

Ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεος, τὰ δὲ γίγνεται ἐν χειμῶνι. idem,

Verum alia æstiuo, atque hiberno tempore fiunt.

Quin & Isocrates ad Demonicum scribit, iniucundum in omni re esse, quidquid intempestiuum sit. Adeo cunctis in negotijs plurimum habet momenti, temporis, & opportunitatis obseruatio. Idem admonent Græcorum sententiæ:

Ὡς μέγα τὸ μικρὸν ἐστὶν ἐν καιρῷ δοθέν. i.

Vel maxima est pusilla res loco data.

Rursus alia:

Καλὸν τὸ καιρῷ πάντ' ἐιδέναι μέτρον. i.

Res bella cuncti nosse temporis modum.

Præterea Pindarus in Pythijs:

Ὁ δ' καιρὸς ὁ μοίως παντὸς ἔχει κεφαλὰν. i. Tẽpus pariter in oi re fastigiũ obtinet.

Item illud Horatij,

Dulce est desipere in loco.

Tantam uim habet opportunitas, vt ex honesto inhonestum, ex damno lucrũ, ex uoluptate molestiam, ex beneficio maleficium faciat, & contra: breuiterque rerum omnium naturam permuter. Hæc in aggre diundo, conficiendoq; negotio præcipuum habet momentum: ut non sine causa ueteres uideantur eam diuinitate donasse: tametsi apud Græcos mas est hic deus, appellaturque καιρός. Eius simulacrum ad hunc modum fingebat antiquitas: Volubili rotæ pennatis insistens pedibus, uertigine quam citatissima semet in orbem circumagit, priore capitis parte capillis hirsuta, posteriore glabra, ut illa facile prehẽdi queat, hac nequaquam. Vnde dictum est, Occasionem arripere. Ad quod erudite simul, & elegãter allusit quisquis is fuit, qui uersiculum hunc conscripsit:

Fronte capillata, post hęc Occasio calua.

Sed libet & Posidippi super hac re carmen adscribere, quod quamobrem Politianus omittendum existimarit, admiramur. Est autem huiusmodi:

Τὶς πόθεν ὁ πλάσας, σικυώνιος, ὄνομα δὶ τῆς,
Λύσιππος. σὺ δὲ τὶς, καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ.
Τί πτερὸ δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας, ἀεὶ τροχάων;
τὶ δὲ ταρσὸς
Ποσὶν ἔχεις δίφυεῖς ἵπταμ' ὑπωλιμέιος.
Χειρὶ δὲ δεξιτερῇ τὶ φέρεις ξυρὸν, ἀνδρὰ σι δεῖγμα
Ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω.
Ἡ δὲ κόμη, τὶ κατ' ὄψιν, ὑπαντιάσαν τε λαβέσθαι.
Νὴ διὰ τ' ἐξόπιθεν πρὸς τὶ φαλακρὰ πέλει,
Τὸν γὰρ ἅπαξ πλωσῖσι παραθρέξαντά με ποσὶν.
Οὔτις ἐθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.
Τοῖον ὁ τεχνίτης με δίεπλασεν εἵνεκεν ὑμέων
Ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις θῆκε δίδασκαλίω.

Quos uersus nos ita uertimus, non quo cũ archetypo Græco certaremus, sed crassiore, sicuti solemus, Minerua, planeque ex tempore: uidelicet ut intelligi duntaxat possint ab his, qui Græce nesciunt.

Quæ

Quæ patria artifici? Sicyon. quo nomine? nomen
Lysippo dictũ est. ipse quis es? loquere.
Illa ego cuncta domans Occasio. cur, age, pinnis
Insistis? uoluorq;, ac rotor assidue.
Cur gemina in pedibus gestas talaria? dicam.
Huc illuc uolucrẽ me leuis aura rapit.
Quid dextræ sibi uult inserta nouacula? signum hoc,
Quod quauis acie sim mage acuta, docet.
Tecta capillitio facies quidnã admonet? Illud,
Quisq. uti me, quoties offeror, arripiat.
Cur autẽ capitis pars posticaria caluet?
Quem semel alatis præterii pedibus,
Is quanquam volet, inde cito me prendere cursu,
Haud liceat, simul ac vertero terga viro.
Hac itaque idque tua me finxit imagine causa,
Hospes, scalptoris ingeniosa manus,
Spectandamq; domus hic prima in fronte locauit.
Scilicet ut cũctos & moneam, & doceã.

Non ab re fuerit & Ausonianum epigrãma subscribere, quod, ut admonet Politianus, è Græco uidetur effictum, quanquam cum aliis nonnullis diuersum, tum illo potissimum nomine, quod hic additur pęnitentia comes. Carmen sic habet:

Cuius opus? Phidiæ, qui signum Pallados, eius
Quiq; Iouẽ fecit, tertia palma ego sum.
Sũ dea, quæ rara, & paucis Occasio nota.
Quid rotulæ insistis? stare loco nequeo.
Quid talaria habes? uolucris sum, Mercurius quæ
Fortunare solet, trado ego cum uolui.
Crine tegis faciem? cognosci nolo, sed heus tu
Occipiti caluo es? ne teneat fugiens.
Quæ tibi, iuncta comes? dicat tibi. dic rogo, quæ sis?
Sũ dea, cui nomẽ nec Cicero ipse dedit.
Sum dea, quæ facti, non factique exigo pęnas.
Nempe ut pęniteat, sic Metanęa vocor.
Tu modo dic quid agat tecum? si quando uolaui,
Hęc manet, hanc retinent quos ego prę terij.
Tu quoq; dum rogitas, dum percunctando moraris,
Elapsam dices me tibi de manibus.

Olet lucernam.

Τὸν λύχνον ὄζει, id est, Lucernam olet. De re meditata, multoq; studio elucubrata. Inde ductum, quod studiosi ad lucernã uigilãtes soleant elaborare, si quid accuratius uelint excudere. Iactatũ olim in Demosthenẽ, illius ἐνθυμήματα τὸν λύχνον ἀπόζειν, i. Enthymemata lucernã olere, quod omnia de scripto diceret, ac præmeditatus domi. Vnde & illud de eodẽ celebratur elogium: quod plus olei, quam uini, consumpserit. Erat enim abstemius, & ὑδροπότης, atq. extrema etiam senecta ad lucernulam illam suam exercebatur.

Aristophanis, & Cleanthis lucerna.

Aristophanis, & Cleanthis lucerna, propter insignem studij diligentiam in prouerbiũ abijt. Vt is ad Aristophanis, aut Cleanthis lucernam dicatur lucubrare, qui summo studio, exquisitaq; cura singula pensitat. Varro libro De lingua Latina primo. Quod non solum ad Aristophanis lucernam, sed etiam ad Cleanthis lucubrem, nolui præterire, qui poetarum modo uerba, ut significant, expediunt. Videtur autem adagium sentire de Aristophane grammatico. Neque fama caruit etiam Epicteti lucernula, quæ post illius mortem magno ære redempta est. Ceterum, quod ait Iuuenalis:

Hæc ego non credam Venusina digna lucerna?

Magis pertinet ad inuestigationẽ, quam ad lucubrationem.

De plaustro loqui.

Libertas veteris comœdiæ eousque progressa est, ut non solum ciuiũ primates, uerum etiam deos nominatim taxaret: id quod apparet ex Aristophane, qui in Pluto Iouem, Mercurium, Æsculapium, reliquosq; deos omnes contumelioſe tractat, Bacchum item in Rhanis, non admodum honorifice. Quoniam autem apud priscos illo. huiusmodi fabulæ in plaustris agebãtur a iuuenibus, ore fęce collito, ne possẽt agnosci, qui magna licentia in obuiũ quẽque dicteria iaciebãt, inde natum adagiũ,

ὡς ἐξ ἁμάξης λαλεῖν, i. Tanquam è plaustro loqui, de ijs, qui palam, ac libere cõuiciãtur. Id notat Aristophanes in Nebulis, dicẽs, Οὐ μοῖ σκώψῃς ἢ δὲ ποιήσῃς ἅπερ οἱ τριγοδαίμονες ἔτοι. i. Non me ludes, nec mi facies ea, quæ trygodæmones isti. Nisi malumus hæc referre ad consuetudinem, quæ posterioribus etiam sæculis durauit apud Athenienses. Nam in festo, quod Lenæum appellant, mos erat poetas, inter se concertare scriptis carminibus, ad risum concitãdum accommodatis, quę sedentes in plaustris pronunciabant, inuicẽ sibi conuicia dicẽtes. Sunt, qui ad Eleusinia sacra, quæ Magna uocantur, referunt: in quibus mulieres curru uehebantur; atq. interim, dum ueherentur, ex more mutuis conuicijs sese lacessebant. Lucianus in Ioue tragœdo, Ὡς δ' αἰμόνων ὁ δεινὸς φεύσεται· ἀλλ' ἐξ ἁμάξης παῤῥησιάζεται, καὶ μαρτύρει ἐξείης, ὅς τ' αἴτιος, ὅς τε καὶ οὐκί. i. Vt nulli deorũ parcit, uerum è plaustro libere loquit. Corripiens simul insontem, pariterq. nocẽtem. Obijcit & Demosthenes Aeschini, quod in se, ueluti de plaustro, dicẽda, & non dicenda protulisset. Vnde hoc ipsum, Veteris comœdię licentia, prouerbii quidam sapit. Diuus Hieronymus ad Rusticũ monachum, Ego enim neminem nominabo, nec ueteris comœdiæ licentia certas personas eligam, atque perstringam. Allusit huc Aristophanes in Equitibus.

Οἰμοῖ σὺ δ' οὐδὲν ἐξ ἁμαξουργῶ λέγεις. i. Heu mihi, nihil tu loqueris è plaustrario.

Siquidem ἁμαξουργοὶ uocãtur plaustrorum fabri.

Plaustra conuicijs onusta.

Eodem allusit Lucianus, cum ait in Eunucho, καὶ ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων. i. Et solida plaustra conuicijs onusta inter se effundebant. Loquitur de duobus philosophis inter sese contumeliose altercantibus. Significat aũt ὑπερβολικῶς tantum conuiciorum, quãtũ plaustro possit uehi. Quę quidem ipsa figura ad prouerbii naturam pertinet, cum dicemus, plaustra promissis onusta, & naues pollicitis onustas, pro maximis, amplissimisq. promissis. Nã & ἁμαξιαῖα, id est, plaustralia, Græci uocant magnifica, fastuosaq; a plaustris ducto nomine. Alexis apud Athenæum lib. 9. detorsit in bonã partẽ, παρέθηκε τ' τράπεζαν, εἶτα φερόν ἀγαθῶν ἁμάξας. id est, Apposita mensa est, ac dein circuntulit rerum bonarum plaustra.

Tollat te, qui non nouit.

Tollat te, qui non nouit. Si cuius dolos iam non ignotos esse nobis significabimus, neque posthac posse ab illo falli, conciniue dicemus, Tollat te, qui nõ nouit. Refertur a Quintiliano lib. 6. Simile est, inquit, quod dicitur παροιμία, & prouerbia opportune aptata, ut de homine in aquã lapso, ut alleuaretur, rogãti: Tollat te, qui nõ nouit. Hæc Fabij uerba, alioqui subobscura, uelut interpretatur Horatius in Epistolis, agẽs de scurra Plano, qui, spõte sua sæpe cadens, tanquã crure fracto, miserandis uocibus prætereuntes implorabat, ut humo tolleretur. Peregrinus autem quispiam, ac doli ignarus, si quando alleuaturus accessisset, à scurra ludibrio habebatur. Verum, ubi iam illius simulatio plerisque innotuisset, isq; aliquando, crure uere fracto, tolli precaretur, nemo subuenit, omnibus Planum solitos agere ludos arbitrãtibus. Nimirum euenerat homini, quod Aristotelem dixisse ferunt, qui, rogatus quidnam lucri facerent mendaces, hoc, inquit, ut nec uera dicentibus habeatur fides. Versus Horatij sunt hi.

Nec semel irrisus, triuijs attollere curat
Fracto crure Planum, licet illi plurima manet
Lachryma, p sanctũ dicat iuratus Osirim
Credite, nõ ludo, crudeles tollite claudũ.

Quęre peregrinũ, uicinia rauca reclamat.

Porro uocẽ hãc Planus, A. Gellius lib. 16. cap. 7. commemorat inter uerba inusitata, quibus usus sit Minus Laberius, aitq. significare sycophantam. Quanquam eodem nomine usus est M. Tullius, eodẽ significatu, in oratione, quã dixit pro Cluẽtio. Est autem dictio Græca πλάνος, significatq. tum erronem, tum impostorem. Potest & hoc pacto efferri adagium, Quære hospitem, aut quære peregrinum, quẽadmodum extulit Flaccus. Conueniet & in eos, a quibus aliquando sumus delusi, eaq. experientia facti cautiores, minusq. creduli. Simile est illud Iuuenalis.

Circuit, & fatuos non inuenit.

Nã fatui facile decipiũtur. Nec abludit hinc Græcum illud, Οὐκ αὖθις ἀλώπηξ, i. Non iterum uulpes, subaudi, decipitur.

Oppedere,

Oppedere, & Oppedere contra tonitrua.

Oppedere, prouerbialiter, pro reclamare, & contemnere, reperimus vsurpatũ. Horatius in Sermonibus: Vin' tu curtis Iudæis oppedere? Aristophanes in Pluto:

Καὶ τῆς πενίας ἀνταποπαρδεῖν.

Rursum in eadem alibi:

Καὶ τῆς πενίας καταπαρδεῖν. idest,

At paupertati oppedere tristi.

Quod iam diuites facti paupertatem negligere possent.

Idem in Nubibus:

Καὶ βούλομαι ἀνταποπαρδεῖν πρὸς τοὺς βροντᾶς.

Voloque ipsum oppedere contra cęli tonitrua.

Verba sunt Strepsiadis adorantis nubes, & contemnentis tonitrua Iouis. Interpres addit natum ex artificio quodam in scena repræsentari solito, lapillis ex amphora in uas quoddam æneum præcipitatis, atq. ita tonitrui strepitum imitantibus: ut hoc sit uelut obstrepere tonitruis. Non opinamur alludsum ad ueterum poppysandi consuetudinẽ. Antiquitus. n. cum fulguraret, poppysmatibus obstrepebant, id remedio fore rati, ne quid lederet fulgur. Aristophanes in Vespis, Κἂν ἀστράψῳ, ποππύζουσιν. i. Quod si fulguraro, poppyssant. Vnde quidam per iocum, ueluti perperam imitãtes aliorum poppysmata, crepitũ uentris edebant. Cyclops apud Euripidem in eiusdẽ nominis tragœdia, Iouis tonitrum contẽnens, loquitur hoc pacto.

Εἰ τ' ἐκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα, πέπλον
Κρύῳ δίος βρονταῖσιν εἰς ἔριν κτυπῶν. i.
Vbi lactis epotauero amphoram, peplum
Quatio, Iouis ex pari tonitribus obstrepens.

In antro Trophonij uaticinatus est.

Ἐς τροφωνίου μεμάντευται, i. In Trophonij antro uaticinatus est. De homine uehementer tristi, tetricoque. propterea quod olim creditum est, eum, qui in Trophonij specum descendisset, postea nunquam ridere. Aristophanes in Nubibus,

Ὡς δὲ δοκῶ ἐγώ·
Εἴσω καταβαίνων ὥσπερ ἐς τροφωνίου. i.
-Vt uidelicet hortui,
Haud aliter, ac subiens specũ Trophonij.

Porro historia de Trophonio uarie narratur a Græcis. Quidã aiũt, hunc Trophonium in secandis saxis summum artificem fuisse, fanumq; subterraneum extruxisse in Lebadia, Bœotiæ regione, quod Trophonij vulgo cognominatum est, nimirũ ab artifice. Dein, qui sciscitarentur oracula, in aditu specus sedere solitos, nudos: atque inde statu quodã abripi sub terram. Gestare aũt secum placentas quasdã, quas lemuribus, & serpentibus occurrentibus obijcerent. Deinde, percepto oraculo, rursus per aliũ hiatũ in summã terram restitui. Alij narrant hoc pacto: Agamedes Stymphali, quę est Arcadiæ pars rex erat: is uxorem duxit Epicasten, cuius filius erat Trophonius. Ij eius tẽpestatis mortales omnes artificio superabant, ac Delphicũ tẽplum extruendũ receperant, atq; in Helide æratiũ quoddã condiderant Augeæ ubi aurũ suum reconderet: qui postea, soluta lapidis cuiusdã cõmissura, quã in hoc ipsum reliquerant, noctu ingressi, pecuniam furari consueuerũt, socio Gercyone, Agamedis germano, atq. Epicastæ filio. Quæ res cum uehementer perplexum haberet Augeã, forte fortuna accidit, ut Dædalus, Minoem fugiens, ad eum diuerteret. Hunc exorauit Augeas, vt arte quapiã fures hos inuestigaret. At Dędalus laqueos quosdam summo artificio constituit, quibus Agamedes captus est. Id conspiciens Trophonius, non esse effugiũ, capite Agamedis amputato, ne posset agnosci qs esset, una cũ Gercyone Orchomenon aufugit. Hos cum Augeas, auctore Dædalo, persequerẽt & illic, aufugerũt: alter nempe Gercyon, Athenas, ut testatur Callimachus, in Arcadiã, alter uero in Lebadiam Bœotiæ regionem. Vbi parato sibi domicilio subterraneo per omnem uitam perseuerabat. Quo defuncto, vulgo creditum est, illic certa reddi oraculo, ac Trophonio perinde ut deo sacrificari cęptum. Quidã aiũt, Agamedẽ, & Trophoniũ Dædali opera suffuratos aufugisse, & Trophonio fugienti terrã hiatu diductã, viuumq; absorbuisse circa Lebadiã. Aliquot post annis, cũ Bœotij pestilentia laborarent, cõsultũ oraculũ respondit, Trophonij manibus honorem habendum esse. At illi, cũ essent ignari, ubi nam terrarum illius esset monumentum, apũ indicio repererunt. Nã, ubi eas conspicerẽt, e cauo quodam subscatentes, coniectarunt eum esse locum. Quare uisum est aliquem in id antrũ demittere, qui rẽ exploraret. Quidã igitur ingressus,

duos dracones obuios habuit: quibus obiectis offis mellitis, illæsus euasit. Vnde & mos inoleuit, ut antrum Trophonij subituri placẽtas aliquot secum deferãt. Prius quam autem subirent, certis diebus cærimonijs præscriptis lustrabantur, pure interim agentes: deinde stola sacra ornati descendebant, hastas manu gestãtes, ut aiunt nonnulli, quo uim serpentiũ depellerent. M. Tullius Tusculanarum quæstionum libro primo tradit, Trophonium, & Agamedem, exædificato templo Apollini Delphico, uenerãtes deum laboris sui mercedem petisse, nihil quidem certi, sed quod esset optimum homini: quibus Apollo se id daturum ostendit, post diem ab illo tertium, qui vt illuxit, mortui sunt reperti. Recentiores ita tradunt, Trophoniũ uirũ quempiam fuisse supra modum glorię famelicũ, Empedocliq; simillimum, extructoque sibi subterraneo domicilio oracula reddidisse. deinde, ubi ille fame interisset, genium quendam in id immigrasse, atque oracula reddere perrexisse: post superstitione mortalium plures in id antrum demisisse sese, ac dies complures fuisse commoratos. Plutarchus in commentario de dæmonio Socratis, narrat Timarchum quendã in Trophonij specum ingressum, posteaquam illinc redisset, prodigiosa dictu narrasse sibi visa. Meminit & Cicero libro De natura deorum tertio, huius Trophonij Meminit Herodotus in primo. Sed plurima de hoc nugamento nugatur apud Philostratũ Apollonius, vir nostro iudicio dignus, q non alia de re philosophari debuerit. Ridet locis aliquot Trophonium hunc Lucianus, adamantinus omnium superstitionum insectator: per cuius antrum & Menippus se iocatur ab inferis redisse. Huius antri mentionem facit Euripides in Ione:

Τὶ θέσπισμ' ἐκ προφωνίου φέρεις. idest,
Quod ex Trophonij refers oraculum?

Item in eadem:

Σηκοὺς δ' ἐνστρέφεις προφωνίου. idest,
Templa adis Trophonij.

Quæ nos de Trophonij antro retulimus, partim ex Aristophanis interprete, partim ex Zenodoto sumus mutuati.

Excubiarum causa canens.

Φρουρᾶς ᾄδων, i. Excubiarum gratia canens. Dicebatur olim in hominẽ uigilantem, ac diligẽtem: inde ductum, quod, qui excubias agunt, canere cõsueuerunt, veluti vigiliarum tædium cantu solentur, uel ne interim obdormiscant. Sic ait Strepsiades in Nubibus Aristophanis, male acceptus in schola Socratis:

Φρῶδα τὰ χρήματα, φρούδη χροιά,
Φρούδη ψυχὴ φρυδὴ δ' ἐμβάς.
Καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τοῖσι κακοῖς,
Φρυρᾶς ᾄδων ὀλίγου φρῶδος γεγένημαι. i.

Cassi nummiq; cassusq; color.
Cassa est anima, cassæ soleæ.
Hisq; malis accedit & illud,
Dum canto vigil, pœne interij.

Effertur autem bifariam, paræmia, φρυρᾶς ᾄδων, καὶ φρυρὸς ᾄδων. Alluditur ad hãc uocem φρῶδος, quæ significat cassum, & inanem.

Sale emptum mancipium.

Ἁλώνητον ἀνδράποδον, i. Sale emptum mancipium. In barbarum quempiam, ac uilem homuncionẽ olim dicebatur. Nam negotiatores olim in mediterranea salem importantes, mancipia reportabantur a barbaris. Et Thraciæ genti peculiaris erat mos, mancipia sale commutare. Vnde comicus quidam:

Θρᾷττ' ἀγενὴς εἰ πρὸς ἄλλος ἠγορασμένος. i. Generosus es Trax sale redemptus, scilicet.

Huiusmodi ferme referũtur à Zenodoto.

Salis onus, vnde uenerat, illuc abijt.

Ἁλῶν δὲ φόρτος ἐνθεν ἦλθεν ἐνθ' ἔβη. i.
Sal abijt illuc, unde demanauerat.

Senarius prouerbialis in eos, qui parta tueri nequeunt. Aut in eos, quibus male parta male dispereunt. Natũ adagium ab euentu. Negotiator quidã nauẽ onustam sale uehebat, nautis dormitantibus, influxu aquę marinæ sentina uehemẽter adaucta, & salẽ uniuersum soluit, ac corrupit, & nauẽ ipsam demersit: itaq;, quod ex aqua marina natum fuerat, nam hinc concrescit sal, in eandem denuo liquefactum est.

Salem uehens dormis.

Fertvr & his uerbis adagium ex eodem euentu natũ, ἅλας ἄγων καθεύδεις, idest, Salem portans dormis. Quadrabit in eum, qui in re periculosa socorditer, atque indiligenter agit, propterea quòd sal influxu sentinæ facile corrumpitur.

Malo

Male parta, male dilabuntur.

Respondet superiori sententiæ, quod est in secunda Ciceronis Philippica: Sed, vt est, inquit, apud poetam nescio quem, Male parta, male dilabuntur. Quod autẽ de auctore dubitat Tullius, est apud Plautum in Pœnulo, Male partum, male disperit. Festus Pompeius ex Nævio citat. Male parta, male dilabuntur.

Qui se non habet, Samum habere postulat.

Ὃς αὐτὸς αὑτὸν οὐκ ἔχει, σάμον θέλει, i.
Qui semet ipse non habet, Samum cupit.

In eos cõueniet, qui impudenter quippiam postulant. Aut qui minora curant, maiorum negligentes. Natum ex historia quapiã, cuius meminit Plutarchus in apophthegmatis Laconicis. Athenienses, urbe victori tradita, postularunt, ut Samum duntaxat sibi relinqueret. Atque is respõdit ad hunc modum, Cum uestri non sitis, alios habere postulatis. Atque hinc ducta paræmia:

Ὃς αὐτὸς αὐτὸν οὐκ ἔχει, σάμον θέλει. i.
Qui semetipsum non habet, Samũ petit.

Dion sophista ĩ libello περὶ τῆς ἀπιστίας, eleganter accommodat in alium sensum, ὃς αὐτὸς αὑτῷ οὐ φιλεῖ, πῶς ἄλλον φιλεῖ. i.
Qui sibijpsi non est amicus, quomodo alteri est amicus? Quadrabit & ĩ eos, qui imperium affectant in alios, cum ipsi sibi nequeant imperare.

Occultæ musices nullus respectus.

Occvltae musices nullus respectus. Græcis quondam celebratum adagium: cuius sensus est, Quamuis egregias ingenij dotes, si non proteras, perinde esse, quasi nõ habeas. Quo uidetur allusisse Persius, cum ait.

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.

Refertur a Suetonio ĩ uita Neronis Imperatoris, quem scribit, imperatorię dignitatis oblitum, usque adeo musices studiosum fuisse, ut nõ modo nihil omitteret eorum, quæ generis eius artifices, uel cõseruandæ, uel augẽdæ uocis gratia facititarẽt, ucrumetiam in scenam prodire cõcupiuerit: subinde inter familiares Græcum prouerbium iactans, Occultæ musicæ nullum esse respectum. Vsurpant idem Aulus Gellius, lib. Noctium 13. cap. vlt. Nosti, inquit, magister uerbum illud scilicet uetus: egregiam musicam, quę sit abscondita, eã esse nulli rei. Vsurpatur a Luciano ĩ Harmonide, Οὐδ' ἐν γὰρ ὄφελος ἀπορρήτου φασὶ, καὶ ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς, i. Nulla enim utilitas occultæ, quemadmodum prouerbio dicunt, & abstrusę musices. Allusit huc haud dubie Ouidius, cum ait:

Tu, licet & Thamyram superes, atq. Orphea cantu,
Non erit ignotæ gratia magna lyræ.

Sunt autem nonnulli mortales, q uel natiuo quodam ingenii uitio, uel data ẽt opera, quæ sciunt, dissimulãt, & alii grauãtur impertire. His illud nonnunquã euenire solet, ut pro indoctis negligantur. His adscribendũ, quod Græci τυφλὸν πλοῦτον appellant, id est, cæcas diuitias, reconditas opes, & abstrusas. Ad hũc modũ uocat Plutarchus cõpluribus locis, atq. item Lucianus. Hoc dictum Plutarchus in uita Lycurgi testatur uulgo apud Lacedęmonios fuisse iactatũ, quod illic Plutus seruaretur inhonoratus non aliter, quã imago picta inanimis, & immobilis. Sic enim Lycurgus instituerat rempublicam, ut diuitię nec usui cuiquam esse possent, nec ornamento.

Ficulnus.

Lignvm ficulnum, ut fragile, atq. ad omnia ferme inutile, prouerbiis aliquot locum fecit. Nã ἄνδρα σύκινον, id est, uirũ ficulnum appellant mollem, atque inutilem, ut Theocritus in Ergatinis:

Μὴ παριὼν τὶς
Εἴποι σύκινε ἄνδρες ἀπώλετο χἠ τοσοῦ μισθός. i.

Ne quis præteriens dicat, ficulni homines sunt,
Atque hęc deperijt merces.

Scholiastes admonet, prouerbiũ ductũ a ligno ficus, inutili, fragili, & inualido, vnde dictum & Ficulnũ præsidium, pro inutili. Apud Aristophanem in Fucis quidã interrogat, τίνος ξύλου σύ, id est, Cuius ligni tu? Respõdetur συκίνου, id est, ficulni. Quo loco monet interpres, ex ficulno ligno fumum existere acerrimum, ac molestissimũ. Apud eundem in Pluto Sycophanta minatur, si quem nactus esset suæ sortis uirum ficulnum, ultorum iniuriam.

Ἐὰν δὲ σύζυγα λάβω τινὰ, καὶ σύκινον. i.
Si quempiam nanciscar eiusdem iugi
Virum, atque ficulnum.

Rursum apud eundem in eadem fabula:

Καὶ σύκινον τὸν ἰσχυρὸν τοῦτον θεὸν,
Ἐγὼ ποιήσω, τἠμέρου δοῦναι δίκην.i.

Ficulnum ego hercle, ac præpotentem istum deum
Compulero pœnas hoc die dependere.

Ficulnum deum appellans imbecillum, ac nullarũ uirium. Huc allusit Horatius, cum Priapum ita loquentem facit,

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum.

Ac paullo post:

Pepedi
Diffissa nate ficus.

Ficulnam mêtem dixit Lucianus ἐν τῷ πρὸς τὸν ἀπαίδευτον,

Κώλην μὲν ἔχων, καὶ συκίνην γνώμην.i.

Claudam habens, ac ficulnam mentem.

Eodem respexit Alexander Pseudomãtis, libros Epicuri lignis exurens ficulnis, nullius pretij philosophorum significans. Et συκίνη ἐπικουρία id est, ficulnũ auxiliũ, pro inualido, atque inutili.. Aristophanes in Lysistrata,

Ὃς ἦν ἐν ἡμῖν συκίνη ἐπικουρία.i.

Ficulna nobis qui erat opitulatio.

Et συκίνη μάχαιρα, id est, Ficulna machæra, p calumnia. Et συκίνη ναῦς, i. Ficulna nauis, pro uili, minimiq; pretij nauicula. Quin apud Naxios Bacchũ, quem βακχέα dicunt, uiteum effingũt: alterum, quẽ μελίχιον appellant, ficulnum. Nã ficus illi μείλικα uocant. Existimãt autem Bacchũ non uini tantum, sed & ficuum auctorem. Sic ferme Athenæus libro tertio. Diuersa figura dicit Theocritus in Aita, χρύσειοι πάλαι ἄνδρες.i. aurei quondam uiri. Itẽ Præsidium sacrum, & Anchora sacra, & Robur adamantinum.

Lupi illum priores uiderunt.

Lupi illum priores uiderunt. In raucum dicitur, & cui uox repente fit adempta. Festiuius dicetur ĩ eos, qui metu alicuius obticescũt, alioqui feroces. Virgilius in Eclogã, cui titulus Mæris:

Vox quoque Mærim.
Iã fugit ipsa; lupi Mærim uidere priores.

Seruius admonet, physicos auctores esse, inesse eam uim lupis, ut, si quem hominẽ priores uiderint, ei uocem adimant. Neq. desunt philosophi, qui huiusce rei causã reddere conantur. Socrates apud Platonẽ libro De republica 1. rem ad allegoriam vertit. dicẽs Thrasymachũ sibi vocẽ adẽptum fuisse, ni forte fortuna prior conspexisset. Καὶ ἐγώ, inquit, ἀκούσας ἐξεπλάγην, καὶ προσβλέπων αὐτὸν ἐφοβούμην, καί μοι δοκῶ εἰ μὴ πρότερον ἑωράκειν αὐτὸν, ἢ ἐξεῖνος ἐμὲ ἄφωνος ἀνγενέσθαι. Theocritus in Idyllio Ξ.

Οὐ φθεγξῇ, λύκον ἐσσέο.i.

Edere non poteris uocem, lupus est tibi uisus.

Illud interim obseruatione dignum, Theocritum uertisse sententiam, cũ negat eum proloqui posse, non qui a lupo sit uisus, sed qui lupum uiderit. Sed allusit dun taxat ad prouerbium Theocritus, cum significaret riualem conspectum, cuius nomen erat Lupus.

Quæcunque in somnio uidentur.

Ὅσα ἐν ὀνείρῳ βλέπεις, i. Quęcunque per somnium uides. De uotis immodicis dicitur. Nam, quidquid optaris, id somnia re cõtingit quibuslibet, sicuti Micyllus ille Lucianicus diuitẽ se, ac præpotẽtẽ somniat. Apud Theocritum piscator somniat aureum piscem. Et infimę sortis homines nonnunquam reginarum coniugium somniãt. Pastor quidam apud Theocritum in Ecloga noua:

Ἔχω δέ τοι ὅσ' ἐν ὀνείρῳ
Φαίνονται, πολλὰς μὲν οἶς, πολλὰς δὲ χιμαίρας.i.

Possideo quæcunq. solẽt sub nocte uideri
In somnis, uim magnam ouium, multasque capellas.

Interpres admonet, proferri hũc in modum, ὅσα ἐν ὀνείρῳ φέρει. id est. Ferre qd quid in somnio uidetur. Citat & uersum Homericum:

Οὐδ' εἴμοι τόσα δοίη, ὅσα φαίδονται ὄνειροι.i.

Nec mihi si tantum dederis quam multa sospitis.
Somnia uana ferunt.

Est autem apud hunc poetam Iliados α. sed paullo aliter:

Οὐδ' εἴμοι τόσα δοίη, ὅσα φάμαθος τε κόνις τε.i.

Nec mihi si tantum dederis, quantum ex tat arenæ, ac Pulueris.

Videtur huc allusisse Pseudocicero in Sallustiũ: Vnde tu, qui modo ne paternam quidẽ domũ redimere potueris, repẽte tã quã somnio beatus, hortos pretiosissimos, uillam

uillam Tiburtis, & Cæsaris reliquas possessiones paraueris.

Bona Porsenæ.

Bona Porsenæ dicebantur, quę uelut ab hostibus erepta paruo ueneunt. Eã appellationem Liuius ab urbe condita 2. scribit ad suam usque ætatem durasse: putatq; inde natam, quod in bello soleãt bona Porsenę uenire Romæ, eaq. consuetudo una cum titulo perseuerarit & in pace, quod alioqui is mos hostiliter bona vẽdendi nõ congruat tã pacatæ regis perfectioni, qd si minus probatur existimat eam cõsuetudinem a mitiori principio fuisse natam. Illud arbitratur uero proximũ, quod Porsena discedens ab Ianiculo ex fęderis lege, castra opulẽta, cõuecto ex propinquis, ac fertilibus Etruriæ aruis commeatu, Romanis dono dedit, inopi tum urbe ab longinqua obsidione. Ea deinde ne populo immisso diriperẽtur, hostiliter uenisse, bonaque Porsenæ appellata, gratiã muneris magis significante titulo, quam auctionẽ fortunę regiæ. Fortasse non inepte dicetur in res, quæ dono cuiuspiam, aut fortunæ cõmoditate citra nostram operã, contingunt. Nã Liuius non indicat usum adagij.

Leonina societas.

Leoninam societas est, cum omne cõmodum ad unum aliquem redit, reliquis ut fraudatis. Extat in Pandectis, in quibus ex Vlpiano refert Aristo, Cassium respondisse, societatem talem coiri non posse, ut alter lucrum tantum, alter damnum sentiret, & hanc societatem leoninam solitum appellare. Cæterum Cassinam appellationem, haud dubium prouerbialem, ex Æsopi Græci apologo natam apparet, qui talis circumfertur. Leo, asinus, & uulpes societatem inierant, ut, quod uenatu cepissent, id in commune partirentur. Prædam ubi erant nacti, leo iubet, ut asinus partiatur. Ille, ut est stolidus, i tres æquas portiones distribuit. Qua gratia mox indignatus leo, quod cæteris æquaretur, asinum adortus dilaniat. Restabat uulpes, eam de integro partiri iubet, illa totam ferme prædam leoni attribuit, sibi uix paucula quædam seruans. Leo, comprobata distributione, rogat, qui snam illam artem partiendi discuisset. Et uulpes, Calamitas, inquit, asini.

Ex tripode.

Τὰ ἐκ τῆς τρίποδος, id est, Ex tripode dicta. Dici solitum de ijs, quæ uehementer uera, atque indubitata uideri uolumus. Effertur uarie adagiũ, ὡς ἐκ τρίποδος, id est, Tanq̃ ex tripode dicta τὰ δὲ ἐκ τρίποδος, id est, Hæc ex tripode dicta, id est, certissima, perinde, quasi ex Apollinis oraculo profecta M. Tullius in epistola quadã ad Brutum: Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta. Translatum a tripode, uel Delphica, uel Pythia. Nã hæc duo oracula quondam summam fidem apud mortales obtinuerunt. De Pythio testatur Strabo lib. Geographiæ nono, fuisse quondam celebratissimum, idque liquere thesauris ingentibus inibi constructis, in quos sacrę conferentur pecuniæ, tũ operibus præstantissimorũ artificum: deinde ludis Pythiis illic celebratis, denique innumerabilibus oraculis, quę mandata literis extarẽt. Tripodem ita describit, Auctores, inquit, certi memorant, diuinum ipsum domicilium, profundam, & curuam esse speluncam, nõ admodum lato patentem ore. Atque hinc auram reddi, sacro efflante numine. Excelsum autem ostio imminere tripodem, quem simul atque Pythia uates inscenderit, hausto diuinationis spiritu, responsa edere, partim metro, partim oratione libera. Comicus, Non Apollinis magis uerum, atque hoc responsum est. Plato lib. De legibus duodecimo: Ne si Pythius quidem affirmauerit. Quin illa quoque figuræ prouerbium respiunt: Quidquid dixerit, oraculum uideri uult. Quidquid dixerit, legem esse uult. Stoicorum δόγματα, id est, decreta. Et, quod apud Plinium de medicis ait Cato, Et hoc puta uatem dixisse: id est, existima uerum fore, quod dixi. Ipse Plinius alibi, Vtinamque falsum hoc, & non a uate dictum, quam plurimi iudicent. Et Plutarchus in commentario De dignoscendo adulatore ab amico: Εὖτ' ἀκούσας ὅτι ἂν εἴπῃ χρησμὸν εἰληφέναι φήσας, ὑ γνώμην ἀπεσίν.i. Cũ is audito quidquid dictum fuerit, ita discedit, ut existimet se oraculum accepisse, non sententiam. Cæterum ab his nonnihil diuersa sunt, quæ Athenæus secundo dipnosophistarum libro commemorat, nempe in Bacchi certaminibus præmium fuisse tripodẽ, atq. ob id, qui uera dicerẽt,

uulgo

uulgo de tripode loquì dictos. Tripodem autem fuisse lebetē tribus fultū pedibus. Huius duo erant genera, alterum Apollinis, ob ueritatem oraculorum, alterū Bacchi, in quo uinum miscebatur, quod ebrij uera loquantur, quemadmodum dictū est in prouerbio, In uino ueritas. Simili figura dixit Galenus lib. περὶ φυσικῶν δυνάμεων primo, uelut ex adyto Ἀπεφήνατο γὰρ ὁλόκος ἅτος ὥσπερ ἐξ ἀδύτου τινὸς χρησμῶν ἀποφθεγγόμενος. περίπωμα τῆς τῶν νεφρῶν θρέψεως εἶναι τὸ οὖρον. i. Pronunciabat enim Iupus iste, perinde quasi ex adyto quopiā redderet oraculum, quod superfluum est ex nutrimento renum, id esse urinam.

Folium Sibyllæ.

FOLIVM Sybillæ apud Latinos eandē uim obtinet. Iuuenalis:

Credite me uobis foliū recitare Sibyllę.

Id est, rem indubitatam.

Aristophanes in Pace,

Οὐ μετέχω τούτων, οὐ γὰρ ταῦτ' εἶπε σίβυλλα. i.

Haud e quidem agnosco, neque enim canit ista Sibylla.

Ductū adagium a Cumana Sibylla, cuius oracula cum primis celebrantur. Huic autem mos erat, ut testatur M. Varro, in palmarum folijs oracula scribere. Quod secutus est Virgilius in tertio Æneidos.

Insanam uatē aspicies, quæ rupe sub ima
Fata canit, folijsque notas, & nomina mandat.
Quæcunque in folijs descripsit carmina virgo,
Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit.
Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt,

Item in sexto:

Folijs ne tantum carmina manda,
Ne turbata uolent rapidis ludibria uētis.

Frater uiro adsit.

Ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη, i. Frater uiro adsit. De fido auxilio dici solitum, propterea quod in rebus periculosis uix unquam frater solet fratri deesse. Apud Platonem secūdo De republica libro, Adimātus, Glauconis aduersus Socratem disputantis partes excipiens, Nondum, inquit, Socrates, satis hac de re dissertum, Cur ita? Nempe, quia id nondum est dictum, quod maxime dictum oportuit. Tum Socrates, εἰκῆ τὸ λεγόμενον, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη i. Igitur frater adesto uiro, ut habet prouerbiū: quare tu, si quid hic prætermisit, adiuua. Idem ex Homero sumptum adagium testatur in Protagora, ubi Socrates, Prodicum aduocans, ut Simonidem eiusdem ciuitatis hominem a Protagoræ calumnia tueatur: Videor equidem, inquit, aduocare te, quemadmodum ait Homerus, Scamandrum ab Achille obsessum Simoentem aduocasse:

Φίλε κασίγνητε, σθένος ἀνέρος ἀμφοτέρῳ περὶ Σχῶμεν. i.

Frater amice, hominis pariter compescere uires.
Ambo huius studeamus.

Est autem is locus in Iliados φ. Rursum Iliados χ. similiter Hector iā impar Achilli Deiphobum fratrem inuocat, uti ferat suppetias. Pallas enim illi apparuerat Deiphobi specie, ac deceptus Hector, frustra inclamat,

Δηίφοβον δ' ἐκάλει λιγὺ καπετὸν μακρὸν αὔσας. i.

Deiphobum fratrem intento clamore uocabat.

A quo cum destitueretur, diem fatalem adesse intellexit. Plutarchus in uita Cęsaris refert, Cascam, Cæsare retinente gladiū, fratris auxilium ad hunc modum imploraſſe, idq. uerbis Græcis, ἀδελφὲ βοήθει.

Ne temere Abydum.

Μὴ εἰκῇ ἄβυδον, i. Ne temere Abydū, subaudiēdum, nauiges. Ne quod graue periculum suscipias sine causa idonea. Veluti, si quis admoneat, ne se facile cōijciat aliquis in aulam principis, quod ea res nō omnibus feliciter cedat: aut ne compotationibus temulentis admisceat sese, quod fere non contingat abire sine malo, aut ne poetarum attingat literas, quod animos complurium soleant corrūpere. Atheneus lib. 12. narrat, Alcibiadem, posteaquā a tutoribus accepisset suas facultates, Abydum Hellesponti nauigasse, atq. illic luxu, deliciisq. fuisse corruptum, ut non dissimile sit illi, Non cuiuis homini contingit adire Corinthum. Male audiebat Abydena gēs, quod calūniatrix esset, ut intelligas ea gratia non esse tutum illic uersari. Meminit adagii Stephanus, & Suidas. Stephanus sic

effert

effert adagium εἰ μὴ δὶ εἰκὴ ἄβυδον πατεῖν, i. Si ne temere quidem Abydū calcare: deest, ne quis confidenter illā ingrediatur: indicat usurpari de temerarijs, addens hoc iaci solitum in eos, qui Abydum insulæ Mileti incolebant.

Vna hirundo non facit ver.

Μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, i. Vnica hirundo nō efficit ver. hoc est, unus dies nō sat est ad parādam uirtutem, aut eruditionem. Aut non unum aliquod bene factum, bene dictumve sufficit ad hoc, ut uiri boni, aut boni oratoris cognomen promerearis: plurimis. n. uirtutibus ea res constat. Aut, ut certum aliquid cognoscas, nō satis est unica coniectura. Quod si permultę cōueniant, tum deniq; probabilis fuerit coniectura. Si quidem fieri potest, ut una quępiam hirundo casu maturius appareat. Sūptum ab hirundinis natura, quæ ueris est nuncia: nā hyeme deuolat. Vnde Horatius.

Zephyris, & hirundine prima.

de primo uere sentiens. Aristoteles li. Moraliū primo, Τὸ γὰρ ἔαρ οὔτε μία χελιδὼν ποιεῖ, οὔτε μία ἡμέρα, i. Ver enim nec una hirundo facit, nec unus dies. Et beatū eodē modo, felicemve nec unus dies, nec breue efficit tēpus. Aristophanes in Auibus,

Δεῖσθαι δ' ἔοικεν οὐκ ὀλίγων χελιδόνων. i.

Multa uidetur opus habere hirundine.

Interpres indicat allusum ad prouerbiū quod modo retulimus, Μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. Huic affine uidetur illud Sophocleon in Antigona,

Πόλις γὰρ οὐκ ἔσθ' ἥτις ἀνδρὸς ἔσθ' ἑνός. i.

Namque unius quæ sit uiri, haud est ciuitas.

Etenim, quemadmodum una hirundo, non facit ver, ita nec unus homo facit ciuitatem, nec unus nummus diuitem.

Da mihi mutuum testimonium.

Δάνεισόν μοι μαρτυρίαν, i. Da mihi mutuum testimonium, hoc est, Da mihi tuū testimonium recepturus itidem meum, si quando desiderabis. In eos recte iaciendum, qui se mutua ratione laudant, ac prędicant: aut qui mutuo studio sibi inuicē suffragantur, aut qui ad gratiam testificantur, neglecta religione. M. Tull. pro L. Flacco, repudians, eleuansque Græcorum testium fidem, Veruntamen, inquit, hoc dico de toto genere Græcorum. Tribuo uel literas, do multarum artium disciplinam: non adimo sermonis, leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam. Deinde, si qua sibi alia sumunt, non repugno. Testimoniorum religionem, & fidem nunquā ista natio coluit, totiusq. huiusce rei, quæsitis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant. Vnde illud est, Da mihi testimoniū mutuum? Non Gallorum, non Hispanorum putatur. Totum istud Græcorum est, ut, etiam qui Græcè nesciunt, hoc quibus verbis à Græcis dici soleat, sciant. Quibus ex uerbis M. Tullij satis liquet, adagiū hoc ætate illa multo fuisse tritissimum.

Mutuum muli scabunt.

MVTVVM muli scabunt. Vbi improbi, atque illaudati se uicissim mirantur, ac prædicant. Translatum à multis, qui, sicuti reliqua iumenta, sese inuicem dentibus scabere solent. Citatur hic titulus, Mutuum muli scabunt, à Nonio Marcello inter reliquos Menippearū titulos M. Varronis, mirum ni prouerbialis. Ausonius in altera præfatione monosyllabarum: Sed, ut, quod per adagionem cœpimus, prouerbio finiamus: mutuo muli scabunt. Meminit huius, & Varro li. de lingua Latina tertio. Symmachus in epistola quadam, Mutuum, inquit, scabere Mulos, cui prouerbio ne uideat esse confinis, præconium uirtutum tuarum, presso dente restringo. Nō uidetur autem adagium rectè accipi posse, nisi malam in partem: ueluti si indoctum indoctus, deformem deformis, improbum improbus uicissim laudaret. Cuiusmodi fabulam memorat Horatius de duob. fratribus, qui se mutuum scabebant, ac mutuo officio alterum alter uicissim efferebāt laudibus:

Frater, inquit, erat Romæ, consulti rhetor, ut alter
Alterius sermone meros audiret honores,
Gracchus ut hic illi foret, hic ut Mutius illi.

Idem, poetas indoctos notans, q tamen inuicē se recitātes audiebant, ac laudabāt,

Discedo Alcęus puncto illius, ille meo quis?
Quis? nisi Callimachus?

Tradunt operas mutuas.

HVIC confine est Terentianū illud ex Phor-

Phormione: Tradunt operas mutuas. De adolescentibus, qui se uicissim in peccatis defenderent. Translatum uidetur ab agricolis uicinis, qui mutuam inter sese operã commodare solent. Aut ab artificibus, qui mutuam nonnunquam utuntur opera: maxime fabri ærarij.

Senes mutuum fricant.

Hvc pertinet & iocus ille in prouerbium uersus, de senibus mutuo se fricantibus. Narrat autem fabulam Ælius Spartianus in Adriani Imperatoris uita. Is Adrianus in balneo veteranum quempiam, seruuli penuria, sese marmorib. affricantem conspicatus, eum & seruulis aliquot, & sumptibus donauit. Quod reliqui uetera ni, feliciter cessisse uidentes, cœperunt, & ipsi complures sub oculis Imperatoris sese marmoribus affricare, ut hoc modo principis elicerent benignitatem. At ille, euocatis senibus, iussit, ut alius alium vicissim defricarent, atque ita pueris nihil opus fore. Is iocus postea in uulgi fabulam cessit. Celebratur & Scipionis Æmiliani apophthegma, Iumenta, quod manibus carent, alieno egere fricatu. Quo significatũ ẽ, eos, qui res egregias gerere non possunt, egere præcone, quo famam sibi comparent.

Fricantem refrica.

Τὸν ξύοντα ἀντιξύειν. i. Scalpentem vicissim scalpe. Refertur in Diogeniani Collectaneis. Par est, de merente bene, bene mereri, & officium officio pensare. Suidas ab asinis metaphoram translatam existimat inuicem morsicantibus: & in utranque partẽ dici posse, qui se mutuis officijs adiuuant, aut qui se mutuis contumelijs afficiunt. In quam sententiam celebratur, & Mimus ille non illepidus, Senecę titulo, sed falso:

Ab altero expectes, alteri quod feceris.

Aristides in communi defensione quatuor oratorũ. Τὸν ξύοντα δ' ἀντιξύειν καὶ τοῖς ὄνοις ἡ παροιμία δήπου δίδωσι. πρὸς κλέος δὴ καὶ τοῖς λέουσι μᾶλλον, ἢ τοῖς ὄνοις εἰκάζειν φαῖεν ἂν ὁμηρίδαι. i. Scalpẽtẽ inuicẽ scalpere, ẽt asinis uidelicet tribuit prouerbium. Porro Periclem cum leonib. magis, quam cum asinis, esse conferendum dixerunt Homerici. Huc pertinet illud, χεὶρ χεῖρα νίζει, i. Manus manum lauat. Quod citat in Axiocho Plato.

Διὰ παντὸς δὲ ἔθος ἐστὶν αὐτῷ φρονεῖν τὸν ὀπιχάρμειον.

A δὲ χεὶρ τὶν χεῖρα νίζει; δὸς τὶ καὶ λάβετι. i.

Semper illi mos erat in animo uoluere illud Epicharmi dictum:

Abluit manum manus, da aliquid, & aliquid accipe.

Et melius trochaicus tetrameter Græcus constabit, si pro λάβετι legas, λάμβανετι. Qd idẽ alio loco citauim⁹, sed aliter, mendosum exemplar secuti, cum Græcus Plato nondum esset ad manum, quẽ consulere possemus. Cuius rei uisum est commonefacere lectorẽ, ne quis hoc nomine nobis calumniam struat, quod temere Platonis scripturam inuerterimus. Quantum autem ad sententiam pertinet, nihil omnino refert, νίζει legas, an κνίζει, quãdoquidem, ut manus manui mutuum prẽstat officium lauando, itidem & scalpendo.

Aequalem uxorem quare.

Τὶν χὴ σαυτὸν ἔλα. i. Aequalem tibi vxorem ducito. Adagium admonet, nequis, cupiditate, aut ambitione allectus, se potentiorem ducat uxorem. Nam eiusmodi ferme cõnubia inauspicato cedere. Plutarchus in libello de Liberis educãdis parẽtes admonet, vt eiusmodi liberis suis vxores despondeant, q̃ non sint multo uel ditiores, uel potentiores. Prudenter n. dicit prouerbio, Tuę sortis vxorem ducito. Celebratur & hoc inter sapiẽtũ apophthegmata, atq. a nõnullis Pittaco adscribitur, Γάμει ἐκ ὁμοίων. i. Vxorem ducito ex æqualibus. Nam, si duxeris ex potentiorib. te prognatam, dominos tibi parabis, non affines. Diogenes Laertius in uitis philosophorum huiusmodi quiddam commemorat, quod quidem affirmat & Callimacho non ineleganti epigrammate celebratum esse. Adolescens quidam Atarnetes, Pittacon consuluit, utra sibi è duabus ducenda esset uxor. Nam duæ offerebantur: altera par opibus, ac genere: altera utroque superior. At ille, sublato scipione, quo nitebatur, admonuit, uti pergeret ad triuia ciuitatis, quo pueri lusus causa cõueniũt: eos consuleret, & quod illi dedissent cõsilij, id sequeretur. Pueri ex prouerbiali cautione responderunt. Aequalem uxorẽ esse ducendam. Itaque adolescens, altera pręterita,

ta, duxit ęqualem. Idem Dioni suadet Callimachus. Hæc autem sententia hoc impẽsius placuit Pittaco, quod ipse nobiliorẽ se duxerat Draconis sororem, cuius imperium, fastidiaq. molestissimẽ legitur tulisse, ut hoc dictum non in tempore, sed suo malo videatur reperisse. Extat autem epigramma. id est huiusmodi:

Ξεῖνος ἀταρνείτης τὶς ἀνείρετο πίτακον οὕτω,

Τὸν μιτυλιναῖον παῖδα τῆ ὑῤῥαδίᾳ.

Ἀπὰ γέρον, δοιός με καλεῖ γάμος, ἢ μία μὲν δὴ.

Νύμφη, καὶ πλεῦτῳ καὶ γενεῇ κατ' ἐμὲ,

Ἡ δ' ἑτέρη, προβέβηκε. τὶ λῴιον, εἰ δ' ἄγε μοι σὺ.

Βάλδυσον ποτέρῳ εἰς ὑμέναιον ἄγω.

Εἶπεν. ὁ δ' σκιπίονα γεροιτικὸν ὅπλον ἀείρας

Ἡνὶ δὲ κεῖνοι σοι πᾶν ἐρέουσιν ἔπος.

Οἱ δ' ἀρ ὑπὸ πλυγῆσι θοὰς βέμβηκας ἔχοντες

Εσρεφὸν ἀιρείη παῖδες ἐνὶ τριόδῳ.

Κείνων ἐρχεο, φυσὶ μετ' ἰχνία. χὠ μὲν ἐπέστη

Πλησίον οἱ δ' ἔλεγον. τὶν χὴ σαυτὸν ἔλα.

Ταῦτ' ἀΐων ὁ ξεῖνος ἐφείσατο μείζονος οἴκου

Δράξασθαι. παίδων κλήδονι σωθέμενος

Τὶν δ' ὀλίγῳ ὡς κεῖνος ἐς οἶκον ἐπήγετο νύμφην.

Οὕτω καὶ σύ δμων τὶν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

Quos uersus, quoniam Ambrosius Camaldulensis, Diogenis interpres, non omnino infeliciter Latinos fecit, haud grauabimur adscribere:

Hospes Atarnites rogitauit Pittacõ olim,
Sic Mitileneon Hymeraeoque satum,
Magne senex, geminæ cupiunt mihi nubere, quarum
Et genere, atq; opib. conuenit una mihi:
Altera pcellit, qd præstat consule, dicque,
Vtra ex his potius fit capienda mihi?
Hic, baculum tollẽs, sic, tela senilia, dixit,
Consilium pueri, quod petis, expedient,
Quis celer in gytũ iactatus uerbere turbo
Assiduo latis uertitur in triuijs.
I, sequere illorũ monitus. sic fatur, at ille
Scitatur, referunt, Tu tibi sume parem.
Quæ postquam audiuit, monitis puerilibus hærens,
A magnis hospes abstinuit thalamis.
Atq. parẽ paruas lætus traduxit in ædes.
Sic Dion æqualem, si sapis, ipse cape.

Est autẽ allegoria à turbine puerili, qui flagellis circumagitur. Agebat enim quisque pro suis uiribus turbinem sibi congruẽtem. Deinaira apud Ouidium ad suum sexum transtulit prouerbium:

Quam male inæquales ueniunt ad aratra iuuenci,
Tam iuueni magno coniuge nupta minor.

Non honor est, sed onus, species læsura ferentes:

Si qua uoles apte nubere, nube pari.

Plutarchus De liberis educãdis, τὸ γὰρ τὶν χὴ σαυτὸν ἐλεῖν σοφὸν, id est, Sapientis est, uxorem sibi parem, congruamq. ducere. Huc adscribendum putauimus carmen illud ex Thesmophoriazusis, Aristophanis titulo inscripta:

Δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνὴ. i.

Regina siquidem mulier est sponso seni.

Idem admonet uersus ille Euripideus in Rheso:

Οὐκ ἐξ ἐμαυτῆ μείζονων γαμεῖν θέλω. i.

Nolim ex potentioribus me coniugem.

Neq; uero solum id spectari conuenier, ut par sit uxor generis claritate, aut modo rei familiaris, uerum ut ætas nõ admodum discrepet, ut forma, ut uitæ genus. Potest & longius trahi nimirum ad negotium suscipiendum, cui sis conficiendo par, & idoneus. Item ad uitæ genus aptum, & ad amicum tuis accommodum moribus.

Nemy quidem facere audet.

Qvi metu nõ auderent hisceere, ij quõdam negabantur my facere audere. Refertur adagium à Varrone, lib. De lingua Latina 3. Putat enim ille mussare uerbum deductũ a my literæ uocabulo, quasi μύειν, propterea quòd muti non amplius sonare queant, quam my. Est enim ea litera maxime omnium muta, præsertim in fine, mire os contrahens, & occludens. Verba Varronis sunt hæc: A quo idem dicit, quod minimũ est, neq;, ut aiunt, μῦ facere audent. Videtur esse carmen Ennianum: Nã hunc paullo superius citauerat. Dicit, quod minimum est, neque, ut aiunt, my facere audent. Est autem Græcis μύζω, tum fugo, tum uaribus uocem reddo. Aristophanes ἐν θεσμοφοριαζούσαις,

Τί μύζεις, πάντα πεποίηται καλῶς.

Cum enim Moeriloehus dixisset, μῦ μῦ, idest, mu, mu, Euripides respondet:

Quid mussitas? peracta sunt cuncta optime.

Et apud Latinos Mutire, ac Mussare, ẽ, tacite

te ferre, & quasi uocē absordere. Terētius:
Mussitanda iniuria adolescentiū. Virgil.
-Mussat rex ipse Latinus.

Apud Aristophanem in Equitibus, duo priuatim apud se questuri quædā de uitijs ciuitatis, fenarium hunc concinunt:
μὺ μῦ μὺ μῦ μὺ μῦ μὺ μῦ μὺ μῦ μὺ μῦ.
Ex quo licet coniicere hanc esse uocem loqui formidantium.

Ne gry quidem.

Μηδὲ γρῦ φθέγγεται, i Ne gry quidē loquitur: hyperbole itē prouerbialis apud Græcos, pro eo, quod est, ne tantulū quidem. Nam Gry, minimum quiddam significat, aut sordes unguium, rē uidelicet uilissimam, aut uocem suillam, quam edere solent ij, qui grauantur sermone respondere, aut numisma minutissimum. Aristophanes in Pluto:
Καί με προσιάζεται,
Καὶ ταῦτ' ἀποκρινομένου τὸ παράπαν, οὐδ' γρῦ. id est,
Meq; ui subigit simul,
Atque interim rogatus, hæc quid sibi uelint,
Prorsum nihil respōdet, ac ne gry quidē.
Hinc & uerbum deductū γρύζειν. Idē in eadem fabula,
Γρύζειν δὲ καὶ τολμᾶτον ὦ καθάρματε.
Grunire uero audetis etiam perditi?
Philostratus in uita Apollonii, Οὐδαμοῦ ἐφθέγξατο, οὐδ' ὑπήχθη γρύξαι, i. Haud quaquam locutus est, neq; adduci potuit, ut, uel hisceret. Huius uocis usus admodū frequens est apud Aristophanem.

Pili non facio.

Est Latinis hæc familiaris hyperbole: Non facio pili. Ne pilo quidem melior, cū minimum quiddam momenti significant. Catullus. Non faciunt pili cohortem. Cicero ad fratrem. Ego enim ne pilo quidē minus te amabo. Idem: Interca de Cappadocia, ne pilum quidem. Tametsi in uulgatis exemplaribus pileum hoc loco scriptum est. Quod quidem adagium etiam his temporibus nulli non est in ore. Pili uilitas etiam Græcis in prouerbio fuit. Vñ ἄξιος τρικὸς, d est, dignus pilo, in hominē nihili. Quo durior erit translatio, hoc uenustior. Nam, Pili non facio, præter hyperbolen, nihil pene habet figuræ. At Ne pilo quidem doctior, Ne pilo quidē iniucundior, Ne pilo quidem honoratior, atque id genus orationes, quoniam paullo longius recedunt a simplici sermone, plausculum accipiunt gratiæ.

Nauci non facio.

Nauci esse, & Nauci facere, pro eo, quod est, nihili esse, & nihili facere, sepiusculē apud Plautum reperietur. Quid autē Nauci significet, seruus quidam Plautinus, cum ea voce esset usus, tamē scire se negat. Plautus: Qui homo timidus erit in rebus dubijs, nauci non erit. Grammatici quidā, inter quos Pompeius Festus, aiunt Nauci significare nucis putamē, aut oleæ nucleū, aut eam membranulā, quæ uisitur in medio nucis iuglandis interfita: denique reī cuiusuis putamē, quod Græci περίψημα, nauci uocatum existimant. Quidam a uoce Græca deducunt γάκη, quod declarat pellem caprinam. Sunt & aliæ de Nauci sentētiæ, quas qui uolet cognoscere, legat Festum in dictione Naccæ. Nauci non habeo, dixit Ennius apud M. Tullium libro de Diuinatione primo. Non habeo deniq; nauci Marsum augurem.

Flocci non facio, aut Flocci facio.

Eadem ratione dictum est, Flocci facere, & Ne flocci quidē facere, p eo, quod est, ne tantuli quidē facere. Est autē Floccus, particula lanæ, quæ inutilis a uellere diuellitur, atque euolat, aut certe simile quiddam nullius momenti. Exempla passim apud auctores obuia sunt, ut nō uideatur operæ pretium hoc inculcare loco.

Huius non facio.

Ad hanc formam pertinet illud Terentianum, ex Adelphis: Huius quidquam nō faciā. Donat' admoner, esse διεικτικὸν demonstrantis aut floccum, aut stipulam, aut summum digitum, aut huiusmodi quipiā. Athenæus lib. 12. prodidit, Sardanapali statuam, ipsius monumento impositam, hoc gestu digitorum, ut significaret res humanas omnes prorsus esse contemnendas, ac ne digituli quidem crepitu dignas.

Vitiosa nuce non emam.

Apud Plautum est in Milite: Vitam tuā uitiosa

uitiosa nuce non emam, pro eo, quod est, ne minimo quidem. Et uulgo dicimus, Cassa nuce non emerim, & Putamine nucis non emerim. Aristophanes in Pace:
Οὐκ ἂν πριαίμην οὐδ' ἂν ἰχάδος μιᾶς. i.
Non emerim nec unicā quidem nuce.

Consimile his, quod legitur apud eundem Plautum, citante Festo: Nō ego istud uerbum empsitem titiuillitio. Nam hoc uerbo Latinos nihili rem significare solitos, quemadmodum & Græci dicunt, πιπλοῦ. Rursum Butubata, qua uoce usus est Næuius, pro nugatorijs, auctore Festo.

Ne teruncium quidem insumpsit.

Est aliquoties apud Ciceronem hyperbole teruncij, quod apparet esse genus minutissimi numismatis, ad Atticum: Atque etiam spero, toto anno Imperij nostri, teruncium sumptus in prouincia nullum fore. Plautus in Captiui duo: Neq; ridiculos iam teruncij faciunt: quemadmodum Græci dicunt ἡμιοβόλιον, pro re uilissima. Varro Teruncium a tribus uncijs dictum putat.

Homo trioboli.

Itidem Plautus in Pœnulo hominem trioboli dixit, pro nequissimo, planeque nullius pretij. A nummo minutissimo. Consimili figura dixit Aristophanes in Vespis, p uilibus uersibus, τριχοινίκων ἐπῶν. Gregorius in epistolis de uili, contemptoque dixit, μᾶλλον ἀνδράποδον ὀλίγων ὀβολῶν ἄξιον, i. Immo potius mancipium paucis obolis dignum. Dicuntur & Triobolares.

Homo tressis.

Consimili modo Persius tressem agasonem appellat, contemptissimum homūcionem. Idem:
Et centum Græcos curto centusse licet.
Idest, minimo. Tressem autem dixit, noue, quasi tribus assibus æstimandum. Assis autem erat ærei nummuli genus. Persianum carmen sic habet in quinta Satyra:
-Heu steriles ueri, quibus una Quiritem
Vertigo facit. hic dama est, non tressis agaso.
Cousine Hieronymianū illud: Quis te dupondio supputabat? Iustinianus in præfatione Pandectarum, noluit adolescentes legum studiosos, ueteri nō minus ridiculo, quam friuolo cognomine, nuncupari dupondios, sed Iustinianos nouo.

Dignus pilo.

Ἄξιοι τριχὸς, i. Pilo digni, dicūtur Græcis, nulla bona re digni, quod pilo nihil cō temptius. Aristophanes in Ranis:
Εἰ πώποτ' ἦλθον δεῦρ' ἐθέλω τεθνηκέναι,
Ἠλεκτρα τ' σῶν ἄξιόν τι καὶ τριχὸς. i.
Si quādo ueni huc, emori sane uolo, aut
Si quid tuorum sustuli, dignum pilo.
Adagium commemoratur a Diogeniano.

Nec uno dignus.

Ἄξιος οὐδὲ μόνου, καὶ ἄξιος ἑνὸς. i. Ne uno quidem dignus, & uno dignus, de uilissimo. Translata metaphora a iactu talorum, in quo μονὰς, i. unionis numerus infimus erat. Demum ubiq; in rationibus numerorum minimum quiddam est unio, ac ne numerus quidem, ut autumant philosophi. Ex aduerso, quem multi pretij significant, hunc πολλοῦ τινὸς ἄξιον, i. multa re dignū, trita figura Graeci dīt, & τοῦ παντὸς ἄξιον, idest, quauis re dignū, & è diuerso ὀλίγου ἄξιον, idest, paullo dignum, quem cōtemnunt. Gregarium autem est, ac plebeium, unius duraxat hominis uice supputari. Proinde Homerus Iliados Λ. cum medicī dignitatem explicare uult, ait:
Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων
.i. Vnus homo medicus multis æquandus honore est.

Ad quod respexit Plato li. De legib° 5. Ὁ μὲν γὰρ ἑνὸς, ὁ δὲ πολλῶν ἀνταξίως ἑτέρου. i. Nam hic quidem pro uno, ille pro pluribus alijs æstimandus est. Ad hanc formam pertinent & illæ rhetorum figuræ, cum aiūt, unum aliquem sibi pro theatro esse, & unius cuiuspiam iudicium pluris se facere, quam infinitæ multitudinis.

Dignus obelisco.

Ἄξιος ὀβελίσκου, i. Dignus obelisco, dignus quouis honore. Summis enim uiris eiusmodi columnæ, ac pyramides erigebantur, magnificis inscriptæ titulis, aut ingentes colossi; sic enim stupidi principes olim fingi gaudebant. Tametsi prouerbiū ancipitem habet sententiam, propterea quod Aristarchus obeliscis iugulare sit solitus, quæ parum probaret. Meminit huius præter alios Suidas.

Aureus

Aureus in Olympia stato.

QVEM summo præmio dignum Græci significãt, ei dicere solẽt, Aureus in Olympia statuere. Lucianus in Pseudologista, χρυσοῦς φασὶν ἐν ὀλυμπίᾳ σάδητι, i. Aureus, ut aiunt, in Olympia stato. Quod is honos id ætatis præcipuus haberetur, loco tam celebri, statuam inter illustres uiros habere. Huc allusit Virgil. cum ait:

Si fętura gregẽ suppleuerit, aureus esto.

Plato ĩ Phædro, Υπιχνεῦμα χρυσῶ εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς δελφοὺς ἀναθήσειν. i. Polliceor me statuam auream tui æqualẽ Delphis collocaturũ. Ibidem paullo post, Παρὰ τὴν κυψελιδῶν ἀνάθημα σφυρήλατος ἐν ὀλυμπίᾳ σάδητι. i. Inter statuarum Cypselidarum monumẽta, in Olympia fabrefactã stato. Interpres fortassis χρυσήλατος, legit, aut certe somniauit, ut q uerterit aureũ. Porro reges Corinthi dicuntur Cypselidẽ, à Cypselo, qui, pulsis Bacchidis e Corintho, ibidẽ imperio est, potitus, tũ masq. coegit diuitias. cuius rei argumentũ, inq̃t Strabo, τὸ ὀλυμπιάσιν ἀνάθημα κυψέλου σφυρήλατος χρυσοῦς ἀνδριὰς δι' μεγέθης. Allusit huc & Philostratus in Apollonij uita, καὶ στεφανώσουσι σε ὀλυμπίᾳ, idest, & coronabunt te in Olympia. Non dissimili figura dixit Persius, Satyra 2.

Præcipui sunto, sitq. illius aurea barba.

Quibusdam enim signis aurea barba consueuit addi.

Quauis re dignus.

ΑΞΙΟΣ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ, i. Quauis re dignus. Refertur ab omnibus Græcorum adagiorum collectoribus. Vtitur Plato in Sophista, καὶ τοῖς μὲ δοκοῦσιν εἶ) τοῦ μηδενὸς τίμοι, τοῖς δ' ἄξιοι τοῦ παντὸς, i. Alijs uidentur nulla re digni, aliis rursus quantauis: Similiter dixit Terentius: Hominem quantiuis pretij. Quanquam huius adagionis modo est facta mentio.

Dignus Argiuo clypeo.

ΑΞΙΟΣ ΕΙ ΤΗΣ ΕΝ ΑΡΓΕΙ ΑΣΠΙΔΟΣ, i. Dignus es Argiuo clypeo. De generoso, ac maiorem in modum uenerando, inde sumptum, quod olim apud Argiuos ex more pueri incorrupti, puríque clypeos quosdam gestantes, pompas agebant. Isque honos erat illi ætati, prisco quodam instituto, decretus.

Dignum propter quod uadimonium deseratur.

VERE rem maximi momenti uolemus significare, quæq. uel quantouis dispendio debeat expeti, dignam esse dicemus, cuius gratia uadimonium deseratur. Nam, qui uadati sunt, non nisi summo suo periculo abesse possunt. Plinius secundus in præfatione Naturalis historiæ: Inscriptiones, inquit, propter quas uadimonium deseri possit. hoc est, quarum gratia omnia sint postpositã, uel maxime seria. Seneca De beneficiis lib. 4. Vadimonium promittimus, tamen deseritur. Non in omnes datur actio. Deserentem uis maior excusat. Hæc Senecæ uerba declarant, uehemẽter urgens esse oportere, quod excuset uadimonij promissi desertorem. Horatius:

Et casu iam respõdere uadato Debebat.

Ridet improbum garrulum, qui malue rit periclitari de causa, quã à nugis discedere. Consimilis est forma, quasi pro aris focisque dimicare, cum de re cara, seriaque certamen est. Nec dissimili schemate dixit Celsus, libro Pandectarum sexto, titulo de rei uendicatione, Laribus sepulchrisque auitis carere. Finge, inquit, pauperem, qui, si reddere id cogatur, laribus, sepulchrisq. auitis carendum habeat: sufficit tibi permitti tollere ex his rebus, quę possis, dum ita ne deterior sit fundus, quã si initio non foret ædificatum.

In utramuis dormire aurem.

IN utramuis dormire aure, est, animo otioso, securo, uacuoque esse. Terent. in Heauton. Ademptum tibi iam faxo omnẽ metum, in aurem utramuis otiose ut dormias. Vtitur eo & Basilius in epistola quadam, sed malam in partem, ita, ut supinam securitatem intelligi uelit. Menander in Plotio apud Gellium:

Επ' ἀμφοτέραν, ἵν' ἐπίκλυρος ἦ μέλλει καθεύδησειν, i.

In aurem utranque, quandoquidem dotata est, cubet.

Sic enim uertit nescio quis.

In dexteram aurem.

EODEM sensu dixit Plinius, In dexterã aurem. Ita enim scribit Romano suo: Nihil, quod in dexteram aurem, fiducia mei, dormias, non impune cessatur, i. nihil est, quod

quod sis securus. Sic enim admonent medici, ut in primo somno, qui profundissimus esse consueuit, in aurem dexteram incumbamus: cum experrecti redormire cupimus, in sinistram. Porro, qui leni somno uiti uti, in neutram incumbit aurem, quo facilius expergefiat.

Porrectis dormire pedibus.

HVIC affine est illud, ὑποτείναντα τὼ πόδε καθεύδειν, i. Porrectis pedibus dormire. Lucianus de mercede seruientibus, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τῆς εὐχῆς ὑποτείναντα τὼ πόδε καθεύδειν, i. Iamque tandem, quod optari solet, obtigit, ut porrectis pedibus dormias. Ad eandem figuram pertinet, quod in Aristophanis Pluto dixit Mercurius, ἀναεάδλω ἀναπάυομαι, idest, Sublatis pedibũ requiesco, & supinus per otiũ. Et supinitatem, negligentiam, incogitantiamque, significamus.

Naso suspendere.

NASO suspendere, est, uafre, ac subdole irridere. Plinius lib. 11. cap. 37. docet, à suę ętatis hominibus nasum subdolæ irrisioni fuisse dicatum. Nam apud ueteres auctores nihil huiusmodi legitur. Verba Plinij subscribamus: Et altior homini tantum (quem noui mores subdolæ irrisioni dicauere) nasus. Horatius in Sermonibus:

Naso suspendis adunco. Idem alibi:

Balatro suspendens omnia naso.

Persius, de Horatio, qui uafre, recteque rideat:

Callidus extersо populum suspendere naso. Idem alibi:

Disce, sed ira cadat naso, rugosaq; sanna.

Vnde Nasuti uocantur, qui docte norint alios irridere.

Martialis:

Non cuicunq; datum est, habere nasum.

Idem:

Et pueri nasum Rhinocerotis habent.

Idem rursum:

Nasutus sis usq; licet, sis denique nasus.

Persius:

Rides, ait, & nimis uncis
Naribus indulges.

Græci simplici efferunt uerbo, μυκτηρίζειν, ἀντιμυκτηρίζειν, i. irridere, uicissim irridere, ἀπὸ τοῦ μυκτῆρος, i. naso. Cassius ad Ciceronem, libro Epistolarum familiarium decimoquinto: Quosque vbi ridiculo, aut scommatico dicterio læseris, uelint rustice gladio ἀντιμυκτηρίσαι, idest, uicissim naso suspendere.

Dignus, qui cum in tenebris mices.

QVI certissima esset fide, cum dignum dicebant, qui cum in tenebris micaretur. Cicero libro Officiorum tertio: Hoc nonne est turpe, dubitare philosophos, quę ne rustici quidem dubitant, a quibus natum est, id quod tritum est uetustate prouerbium. Cum enim fidem alicuius, bonitatemque laudant, dignum esse dicunt, qui cum in tenebris mices. Idem De finibus libro secundo, Cur iustitia laudatur, an verum est tritum uetustate prouerbium, qui cum in tenebris mices? Est autem Micare, lusus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, vt, repente porrectis digitis, certantium uterq; numerum diuinet. Huius Cicero mentionem facit libro de Diuinatione secũdo: Quid est enim sors? Idẽ propemodũm, quod micare, quod talos iacere, quod tesseras. M. Varro: Micandum erit cum Græco, utrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. Nemesianus in carmine Bucolico: Digitos iactare micantes. Meminit Diuus August. libro de Trinitate octauo, capite 5. Nam id, inquit, ubi uolumus, facile habemus, ut alia omittam, uel micando digitis tribus. Porro, qui cum micat in tenebris, ei liberum est, si uelit fallere. Proinde dignus, qui cum in tenebris mices, dicitur, qui sit usq; adeo certa fide, vt, nec si tuto possit, uelit quempiam mendacio fallere. Habent Græci simile quiddam: Dignus hic est, cui uel iniurato fidem habeas: Οδ' ἀνὴρ κ' ἀνώμοτος πιστεύειν ἄξιος. i. Hic vir dignus, cui credas etiam iniurato. Cui diuersum: Ne iurato quidem illi crediderim.

Ex Iouis tabulis testis.

ΕΚ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΔΕΛΤΩΝ Ο ΜΑΡΤΥΣ, i. Ex Iouis tabulis testis. Apud Græcos dicebatur, pro certo, & indubitabili teste. Lucianus in libello de mercede seruientibus. Εἴ τις εἴπῃ μοιχὸν ἢ παιδεραστὴν· τοῦτο ἐκεῖνο ἐκ τοῦ διὸς δέλτων ὁ μάρτυς, i. Siquis te adulterum, aut pædera stem dixerit, is protinus, iuxta id, quod dici solet, ex Iouis tabulis testis. Allusum est, ad diphtheram, in qua Iuppiter omnia mortalium acta describere fingitur a poetis.

Q

Atticus testis.

Ἀττικὸς μάρτυς, i. Atticus testis, legitur in Collectaneis. Diogeniani, pro probatissimo, atque incorruptissimo teste. Quod si quis per ironiam torqueat in testem uanum, non inconcinne dixerit.

Attica fides.

Ἀττικὴ πίστις, i. Attica fides, legitur apud eundem de minimè uanis, minimeq; periuris: inde natum, quod apud Atticos templum esset Fidei deæ constructum. Cuius meminit etiam Plautus in Aulularia. Velleius Paterculus meminit his quidem uerbis: Si quis hoc rebellandi tempus, quo Athenæ a Sylla captæ sunt, imputat Athenienſibus, nimirum ueri, uetustatisq. ignarus est. Adeo enim certa Athenienſium in Romanos fides fuit, ut semper, & in omni re, quidquid syncera fide gereretur, id Romani Attica fide fieri prædicarent. Quint. lib. 11. cap. de genere dicendi, scribit hunc in modum: Quos ego existimo, si quod in his finibus uberius inuenerint solum, fertilioremve segetē, negaturos Atticam esse, quod plusquam acceperit seminis reddat, quia hanc eius terræ fidem Menāder eludit. Ex his colligimus, Atticam fidem dictam, quod nec detraherent pactis, nec adderent. Talis erat & soli fides non admodum feracis, cum agrorum fides laudetur, si cum fœnore reddant, quod creditum est.

Græca fide.

Ἑλληνικῇ πίστει, i. Græca fide, reperitur, pro certa item fide. Fortassis idem cum proximo: nisi malumus per ironiam accipere. Ausonius ad Paulum:

Nobiscū inuenies κατενόπλια, si libet uti
Non Pœna, sed Græca fide.

Idem de Philone, villico suo:

Mutuatur ad Græcam fidem.

Plautus Græcam fidē dixit, ubi non uerbis, neq; stipulationibus, sed præsente pecunia res agitur. Sic enim apud eū loquitur Clarera lena in Asinaria: Diē, aquā, solem, lunam, noctē, hęc argento non emo. Cętera, q̄ uolumus uti, Græca mercamur fide, i. numerata pecunia. Euripides in Iphigenia Taurica: πιστὸν ἑλλὰς οὐδὲν ἐδδέν, idest, Græcia nequaquam nouit fidem. Hoc sane nomine ea natio pessime audijt olim.

Punica fides.

Pœnorvm perfidia in prouerbiū abijt, quod ea gens peculiariter periurij, uanitatisq; notata sit, quemadmodum abunde testatur T. Liuius. Cuius hæc uerba sunt libro secundo de bello Punico: Quæ Punica religione seruata est fides ab Hannibale. Idem belli Punici secundi lib. . Has tātas uiri uirtutes ingentia uitia æquabant, inhumana crudelitas, perfidia plusquam Punica, nihil ueri, nihil sancti, nullius dei metus, nullum iusiurandum, nulla religio. His coloribus depingit Hannibalem. Subindicat idem Q. Curtius, in Tyrijs Pœnorum auxilio destitutis. Rursum Maximinus apud Iulium Capitolinum: Afri, inquiens, fidem Punicam præstiterunt: &, qd̄ modo citauimus ex Ausonio, Pœna fide. Sallustius in Iugurthino: Comperio Bocchum magis Punica fide, quàm ob ea, quæ prædicabat, simul Romanos, & Numidam spe pacis detinuisse. Plautus: Nemo me Pœnus Punicior. alludens ad morum perfidiam. Pœni fœdifragi semper habiti. Idē in Pœnulo, Et is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens se scire, Pœnus plane est, quid uerbis opus?

Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat.

Qvi coram blandiuntur, clam obtrectantes, palam amicos agunt, clanculum nocent: aut qui hic prosunt, illic lædunt, falsam beneficij spem ostentant, ut nacti occasionem funditus perdant, ij dicuntur altera manu portare lapidem, altera panē ostentare. Translatum ab ijs, qui canes, ostentato pane, pelliciunt: deinde accedentibus saxum illudunt. Euclio Plautinus in Aulul.

Nūc petis cum pollicetur, aurum inhiat, ut deuoret:
Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.

Diuus Hieronymus ad Rufinum: Hæc apud te amice potius expostulare uolui, q̄ lacessitus publice desęuire, ut animaduertas me recōciliatas amicitias pure colere, & non iuxta Plautinam sententiam, altera manu lapidem tenere, panem offerre altera. Eodē eleganter allusit, scribens ad eundem Rufinum: An tibi ideo panem non damus, quia hæreticorū cerebro lapidem illidimus? Simile quiddam habet Gregorius Theologus in epistola ad Eusebium, episcopum Cæsariensem. ὥσπερ εἴ τις ἑνὸς ἀνδρὸς τῇ μὲν τῶν χειρῶν καταψήχοι τὴν κεφαλὴν, τῇ δὲ παίοι τὴν παρειάν, i. Perinde quasi quis eiusdem uiri altera manu scabat caput, altera malam feriat.

Ex eodem calidum, & frigidum efflare.

Ἐκ αὐτοῦ τοῦ στόματος τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν ἐξάγειν, i. Eodem ex ore calidum, ac frigidum proferre. Bilingues, & qui eundem modo laudant, modo uituperant, ex eodem ore calidum, ac frigidum spirare dicuntur. Natum ex Apologo quopiā Aniani fabulatoris. Satyrus quidam, cum uehementer algeret, hiberno gelu supra modū sæuiente, a rustico quodam inductus est in hospitium. Admiratus autem, cur homo inflaret in manus ori admotas, rogauit, cur ita faceret. is respondit, ut frigid is manus halitus tepore calefaceret. Deinde, ubi, ex structo foco, apposita mensa, in pultem feruidam rursum inflaret, magis etiam admiratus, scisciitatus est, quid hoc sibi uellet: ut pultē, inquit, nimium feruētem halitu refrigerem. Tum Satyrus, surgens a mensa: Quid ego audio, inquit? Tun' eodem ex ore pariter & calidum, & frigidum efflas? Valebis. neque enim mihi ratio est, cum eiusmodi homine cōmune habere hospitium. At huiusce rei, quam Satyrus admirabatur, caussam reddit Aristoteles in Problematis, Sectione trigesimaquarta, problemate septimo: idq; ideo fieri putat, quod, qui uehementius efflat, is non moueat uniuersum aerem, sed ore contractiore paullulum uenti exspiret, ut calor ab ore, pfectus, a reliquo aere, quem ob impetū plurimum mouet, continuo euanescat, atque in frigus abeat. Id quod secus fit in eo, qui faucibus apertis aerem exhalat. Ex eodem ore emanat dulce, & amarum. Huc adscribi poterit, quod refert secundo libro Plini', plus quam prodigiosum, fontem esse quendam in Dodona, qui, cum sit frigidissimus, & faces siquis ardentes immergat, extinguat, si extinctæ admoueantur, accendit. Quæ omnia torquere licebit in rhetores, qui eadem norunt laudare, & uituperare, eleuare, atque attollere. Item in Iurecon sultos, qui causam eandem nunc tuentur, nunc impugnant. Ad eum sensum detorsit Plutarchus, quod Circe eadem uirga mentem adimit, ac reddit: pecudes facit, & homines. Extat apud Græcos his senarius prouerbialis:

Τὸν αὐτὸν αἰνεῖν καὶ ψέγειν ἀνδρὸς κακῶ. id est,

Laudare eundem, carpereque, uiri est mali.

Athenæus libro quarto docet esse fistulæ genᵒ, a Græcis dicitur μάγαδις, siue παλαιομάγαδις, quod idem & graue, & acutam uocem reddit. Vnde uersum adducit ex Alexandride,

Μάγαδιν λαλήσω, μικρὸν ἅμα σοι καὶ μέγαν. i.

Grande, ac pusillum Magade proloquar simul.

Id Græcis dicitur μαγαδίζειν, sonare simul duas uoces, graue, & acutam, διὰ πασῶν, ut uocant musici. Arist. sectionis decimænonæ problemate, iuxta Græcos codices, decimo octauo, iuxta Theodori uersionem 17. utitur eo uerbo μαγαδίζειν, quærens, cur hæc sola harmonia, q̄ diximus, sonetur magade. Rursus in problemate trigesimonono, iuxta Græcos codices, μαγαδίζει δὲ ἐν τῇ διὰ πασῶν συμφωνίᾳ, i. Magadissant in concentum diapason.

Oculatæ manus.

Oculatas manus dixit Plautus, quæ promissa uelint exhiberi re, non oratione promitti. Nam oculos habere, quibus uideant exhibita, aures non habere, quibus audiant pollicitationes. Ita lena quædam in Asinaria adolescenti, mōtes aureos pollicenti, cum illa nihil commoueretur promissis: Semper, inquit, oculatæ nostrę sunt manus, credunt, quod uident. In eadē erat sententia leno ille Terentianus Sannio. Nunquam inquit, & ego adeo astutus fui, quin, quidquid possem, mallem auferre in præsentia potius. Huc allusit Chærea in Eunucho. Fac nunc promissa ut appareant.

Cæca dies, & Oculata dies.

Plavtvs item cęcam diem, & oculatam, prodidit, q̄ nō numeratur præsens pecunia, & quā numeratur. Sic. n. leno quidam loquitur in Pseudolo: Eone die cæca hercle oleum, id uero oculata, hercle

Hercule uel ducentæ fieri possunt, præsentes minæ. Hoc est, eme non præsente pecunia, sed in diem pacta, reuende pecunia præsente. Vocant & Iurisconsulti cæcam diem, & cæca testimonia, quæ scripto perhibentur absentibus. Nam cæca sunt non tantum quæ non uident, sed quæ non uidentur, & absunt.

Lentiscum mandere.

Σχῖνον διαμασᾶσθαι, i. Lentiscum mandere, uel arrodere, Græco prouerbio dicũtur ij, qui nimio comendi corporis studio superfluunt: Nam ex lentisco dentifriciũ fieri consueuit. Is est puluisculus quidam candidandis dentibus comparatus. Fiebãt & dentiscalpia ex lẽtisco, hoc est, cuspides quædam purgandis dentibus accommodę. Martialis in Apophoretis:

Lentiscum melius, sed, si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes penna leuare potest.

Quin & Dioscorides libro primo indicat, lentisci succum ex aqua decoctæ figere uacillantes dentes, si eo colluantur: tum & cuspides hinc factas, si affricentur, utiles esse dentibus abstergendis. Huiusmodi igitur quibus dentiscalpium semper in ore est, lentiscum arrodere dicuntur, & χιοστρῶγες, id est, Lentisci arrosores appellantur. Nam dentium cura, olim ut delicatis probro dabatur, & Appuleio inter reliqua crimina obiectum est, quod dentifricium parasset. Recte transferetur adagium & ad reliquum totius corporis cultum.

Vnico digitulo scalpit caput.

Molles, atque effœminati uno digito caput scalpere dicuntur, nimirum solliciti, ne comam studiose cõpositam perturbent. Id primum dictum putant a Caluo poeta in Pompeium, hinc in omnes parum uiros translatum. Iuuen. Satyra 9.

Qui digito scalpunt uno caput.

Molles, & impudicos ex gestu notans. Porro gestum eũ antiquitus impudicitiæ habitum argumentum, testatur in epistolis Seneca: Rerum, inquiens, omnium si obseruentur, indicia sunt. Et argumentũ morum ex minimis quoque licet capere. Impudicum, & incessus ostendit, & manus mota, & unum interdum responsum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorũ. Improbum interdum risus, insanum uultus, habitusq; demonstrat.

Summo digito caput scalpere.

Τῷ ἄκρῳ δακτύλῳ τῆς κεφαλῆς κνᾶν, id est, Summo digito caput scalpere. Idẽ est cum proximo. Lucianus in Rhetorum præceptore, delicijs effeminatũ hominem describit his uerbis: Ἔν τούτοις ἦ πάνσοφόν τινα, καὶ πάγκαλον ἄνδρα, διασεσαλαμένον τὸ βάδισμα, ἐπικεκλασμένον τῆς αὐχένα, γυναικεῖον τὸ βλέμμα, μελιχρὸν τὸ φώνημα, μύρον ἀποπνέοντα, τῷ δακτύλῳ ἄκρῳ τῆς κεφαλῆς κινούμενον, i. Inter hæc aũt uirũ quẽdã egregie sapiẽtẽ atq. insigni forma, lubrico incessu, fracta ceruice, muliebri aspectu, uoce mellita, olentẽ unguẽta, caput summo digito scalpentem.

Phryx plagis emendatur.

Phryx plagis emendatur. In barbaros, seruiliq; ingenio homines dicitur, qui nõ pudore, neque monitis, sed ferberibus reddunturmeliores. Cum contra generosus animus, ut ait Seneca, rectius ducatur, quã trahatur. Cicero pro L. Flacco in testes Asiaticos: Asia uestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrum igitur nostrum, an uestrum est hoc prouerbium? Phrygem plagis fieri solere meliorem. Adagium ita refertur apud Suidam uersu trochaico:

Φρὺξ ἀνὰρ πληγεὶς, ἀμείνων καὶ διακονέστερος. i.

Verberatus Phryx melior, & obsequens erit magis.

Ostendit Athenæus, è Phrygia mitti solere mancipia laudatissima,

Ἀνδράποδ' ἐκ φρυγίας, ἀπὸ δ' ἀρκαδίας ἐπικούρους. i.

Mancipia ex Phrygia, sed ab Arcadia auxiliares.

Nihil sacries.

Οὐδὲν ἱερὸν ἐπάρχεις, i. Nihil es sacri. Sermo cõtemnentis prouerbialiter. Siquidem Græci, quidquid præclarum, ac uehementer conducibile uideri uellẽt, id sacrũ appellabãt, ut ἱερὸν βουλὴ, Sacra res consilium,

lium, & ἱερὰν πόλιν, i. Sacram ciuitatem dixit Aristides, tanquam omnium tutatricem, &, quod alio citauimus loco, ἱερὰν ἄγκυραν, i. Sacram ancoram. Plutarchus in uita Pelopidæ, Sacri præsidij mentionẽ facit. Theocritus in Hodœporicis,

Ἀλλ' οὖν αὖ καλῆς ἔριφον θέμεν· ἕν τι μὲν οὐδὲν
Ἱερὸν.

Hædum igitur, si uis, age iam deponito, quanquam
Nil sacri est.

Verba sunt contemnentis pignus. Qui prouerbij tradunt originem, aiunt, Herculem, conspecta Adonidis imagine, cõtempsisse, his uerbis, οὐδὲν ἱερὸν εἶ, i. Nil es sacri. Seu quod existimaret, ijs duntaxat habendum esse diuinitatis honorem, qui de genere mortalium essent benemeriti: siue quod fures, qui in eius templum aufugissent, non essent in tuto, propter loci religionem, quemadmodum in aliorum deorum sacellis. Nũc accõmodatur ad quamuis rem despicatui habitam. Ab hac interpretatione nõ discrepant, quę refert Theocriti scholiastes, huius commẽti auctorem citans Cleandrum.

Nihil sanum.

Summam morum corruptionem, & nullum honesti respectum his uerbis Græci significant, οὐδὲν ὑγιὲς, i. Nihil sanum. Exempla passim in comœdijs, tragœdijsq; Græcorum sunt obuia. Aristophanes in Pluto:

Πλουσόμβρος εἰ χρὴ μεταβάλλοντα τοὺς τρόπους,
Εἶναι πανοῦργον, ἄδικον, ὑγιὲς μηδὲν,
Ὡς τῷ βίῳ τοῦτ' αὐτὸ νομίσας ξυμφέρειν, i. Scitatum an expediret, ut in contrariũ
Verso instituto, pristinisque moribus,
Iniquus esset, subdolus, sani nihil,
Ratus ista uitæ commodis conducere.

Andromache in sui nominis tragœdia apud Euripidem ita describit Spartanorum mores.

Ὦ πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἐχθίστοι βροτῶν,
Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια,
Τοὶ δ' ὧν ἄνακτες, μηχανόῤῥαφοι κακῶν,
Ἑλικτὰ, κἠὐδὲν ὑγιὲς. idest,
Heus omnium mortalium inuisissimi,
Spartã incolentes, fraudulenti consilij,
Mendaciorum principes, & opifices
Tecti malorum, tortiles, sani nihil.

Aristophanes ἐν Θεσμοφοριαζούσαις (si modo non fallit titulus) de fœminis:

Τὰς οἰνοπότιδας, τὰς προδότιδας, τὰς λάλους,
Τὰς οὐδὲν ὑγιὲς, τὰς μετ' ἀνδράσιν κακόν.

Vini bibaces, proditrices, garrulas,
Nihilq; sanum, maximum uiris malum.

Vbi plane prouerbialiter dixit: οὐδὲν ὑγιὲς, pro perditissimis. M. Tullius ad Atticum libro decimoquinto: Quid queris? οὐδὲν ὑγιὲς. Id uelut interpretans in epistola, quæ præcessit ab hac tertia: Quid quæris? nihil synceri.

Dionis gry.

Τὸ Διόνος γρῦ, i. Dionis gry. Recte dicetur, aut ubi quempiam magno animo contemnimus, ac ne responso quidem dignum habemus: aut cum rem nihili significamus. Nam de gry alio diximus loco. Adagium ortum ex euentu. Dion, Alexandrinus natione, præcipuam in philosophia laudem est consecutus. Huic erat frater luctator, nomine Topsius. Itaque, cum quidam ex eius concertatoribus Dionem probris incesserit, fanda, atque infanda in eum euomens, multa interim turba ad conuicium, ut fit, affluente, ipse ne uerbo quidem respondit maledictis, uidelicet philosophiæ dogmatum memor. Cæterum, ubi iam intra ædium suarum uestibulum esset, nam conuiciator eo usque fuerat prosecutus, nihil iracundiæ præseferens, hoc tantum respondit, οὐδὲ γρῦ, idest, Ne gry quidem. Iuuenis autem, animi impotens, laqueo se præfocauit. Ea res in uulgi fabulam abijt.

Cæcus cæco dux.

Τυφλὸς τυφλῷ ὁδηγὸς, i. Cæcus cæco dux. Vti licebit, quoties indoctus indoctum docere, inconsultus imprudenti consilium dare conabitur. Allusit ad prouerbium M. Tullius libro De finibus ultimo: C. autem Drusi domum compleri consultoribus solitam accepimus, cum, quorum res esset, ipsi non uidebant, cæcum adhibebant ducem. Hæc Cicero. Drusus enim Iureconsultissimus, alijs prospiciebat animo, cum corporis oculis nihil cerneret. Cui confine est Horatianum illud: Cæcus iter ostendit. Horatius ad Scæuam:

Cæcus uti si monstret iter, tamẽ aspice.

Quod quidem Porphyrion perinde dictũ autu-

autumat, quasi dicas: Sus Mineruam. Præpostere enim res gerit ur, cum cęcus videntibus iter commostrare conatur. Apud Aristophanem in Pluto, Carion seruus stomachatur in herum: quod ipse videns, Plutum oculis captum sequeretur.

Ος τις ἀκολουθεῖ καλόπιν ἀνθρώπῳ τυφλῷ,
Τἐναντίον ὁρῶν, ἢ προσῆκ' αὐτῷ ποιεῖν
Οἱ γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα,
Οὗτος δ' ἀκολουθεῖ, κἀμὲ προσβιάζεται.

In Luminibus ut qui captũ, & orbum hominculum
Sequatur a tergo; hoc agens præpostere.
Nam, qui uidemus, ducimus cæcos: at hic
Sequitur, simulq; cogit eadẽ facere me.

Cæca speculatio.

Αλαοσκοπιὴ, i. Cæca speculatio. Composita Græcis est dictio, ἀπὸ τοῦ λάειν, qđ est uidere, inde ἀλαὸς cæcus, & σκοπεῖ, id est inspicere. Ita Suidas, ex Homero citans. Etymologus addit alias coniecturas ex Methodio, citans idem dictum. Suidas prouerbialem dictionem admonet, quoties aut conniuent, quibus datum est negotium; aut ipsi nihil uident, quibus obseruandi partes sunt delegatæ. Translatum ab ijs, qui è speculis sublimibus diligenter circumspectãt undique, &, quod uiderint, alijs renunciant. Homerus aliquoties hoc habet, Οὐ δ' ἀλαοσκοπιὴ εἶχε, quod Etymologus citat ex Methodio. Pro eo, quod est, haud quaquam cæcutienter speculatus est. Vti conueniet, quoties significabimus, aliquem rem sagaciter odoratum, ac deprehendisse.

Sine cortice nabis.

SINE cortice nare dicuntur, qui iam per ætatem non egent custode morum; aut qui eo doctrinæ processerunt, ut iam præceptorum opera non habeant opus. Horat.

Simul ac durauerit ætas
Membra, animumque tuum, nabis sine cortice.

Idest, Citra custodem, ac pædagogum ipse te reges, ac moderaberis. Acron prouerbij admonet: putatq; metaphoram mutuo sumptam a iuuenibus, qui, cum primitus natare discunt, corticibus, aut suberibus uentri subligatis natant: deinde exercitatiores, citra huiusmodi adminicula natare incipiũt. Plautus in Aulularia: Quasi pueris, qui nare discunt, scyrpea induitur ratis, Qui laborẽt minus, facilius vt nent, & moueant manus. Est autem Græcis φελλὸν, siue φέλλος, (nam varie scribunt) quod Latini uertũt suber, (sic enim vertit Theodorus) Cortex arboris semper fluitans, & ob id aptus nauibus pręsertim ancoralibus, (indicat enim ancoræ locum, ut a nautis caueatur) & piscantium tragulis: sustinet enim summos retium funes: utilis & cadorum obturamentis, postremo & fœminarum calceatui mensibus hibernis, vnde ioco prouerbiali apud Græcos cortices arborum dicuntur. Meminit Plin. lib. 16. cap. 8. Lucianus in Veris narrationibus narrat φελλόποδας, vnde Græci φελλοῦν dicunt supernatare. Et φελλεῖς loca, quæ paullulo terræ tegunt saxa.

Vt possumus, quando, vt volumus, non licet.

Ζῶμὲν γὰρ οὐχ ὡς θέλομὲν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα. idest,

Non uti libet, sed uti licet, sic viuimus.

Senarius prouerbialis, quo monemur, tẽpori, ac necessitati seruiendũ esse. Terentiana Misis in Andria, rogata, quam Athenis uitã agerent, uerecũde seni meretriciũ quęstũ confitens: Vt quimus aiunt, quando, ut volumus, non licet. Cęcilius in Plocio, apud Donatum: Viuas ut possis quando non quis, vt velis. Item Plato in Hippia maiore. Τοιαῦτα ὦ ἱππία τὰ ἡμέτερά ἐστιν οὐχ οἷα βούλεταί τις (φασὶν ἄνθρωποι ἑκάστοτε παροιμιαζόμενοι) ἀλλ' οἷα δύναται, i. Eiusmodi sunt, Hippia, res nostrę, nõ quales quis optaret, sicuti prouerbio dicit vsquequaque, sed quales esse possunt. Allusit eodẽ & in Cratylo: ὅπος ἂν δυνώμεθα φροιέποντες, i. Præfati, utcunque potuerimus. Sic enim modestiæ gratia præfantur, qui negotium aliquod suscipiunt. Huc pertinent & illæ Græcorum sententiæ:

Βουλόμεθα πλουτεῖν πάντες, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα. idest,

Oẽs cupimus, at non licet ditescere. Et:

Πάντες καλῶς ζῆν βούλομὲν, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα. idest,

Bene viuere omnes volumus, at non possumus.

Nemini sua fortuna satisfacit, & aliud votis destinat. Vsus erit, vbi significabimus nostra nobis parũ placere, verũ facultatẽ deesse, nõ animum: videlicet fortunã esse parum commodã, aut uitam non satis integram, aut epistolam non satis eruditam.

Athenienſium inconsulta temeritas.

Η τῶν ἀθηναίων δυσβουλία, i. Athenienſium incõsulta temeritas. Quadrat in eos, quibus male consulta uertunt bene. Nã id olim uulgo tributum est Atheniẽsibus, quod ipsi quidem socorditer consultarẽt, parumq. prospicerent, uerum Minerua, ciuitatis pręses, illorum male instituta, ne uertere cõsueuit. Simile est huic, quod hodie quoq. uulgo dicũt. Est fortunatior, quam prudentior, de quopiam non suapte industria, sed fortunæ commoditate successu rerum utente. Eupolis apud Suidã, & Athenæum libro decimo, in Athenienſium mores.

Οὓς δ' ἐκ ἂν εἰλεθ' ὑ δ' ἂν οἰνόπας τρόπ,
Νυνὶ στρατηγὲς λὑσομὲν. ὦ πόλις πόλις
Ως ὑ τυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς. i.

Quos ante hac nec præfici conuiuio
Quisquam tulisset, nũc uidemus scilicet
Belli duces, o ciuitas, o ciuitas,
Fortuna ut es feliciore, quam sapis.

Porro Athenienſium incogitantiam notat & Aristophanes hoc uersu, in Nubib°:

Φασὶ γὰρ δυσβουλίαν τῇ δὲ τῇ πόλει τρόσειναι. i.

Lęua consilia ferunt huic adesse ciuitati.

Quo loco interpres adscribit fabulam huiusmodi: Cum Neptunus, a Minerua uictus, non posset Attica regione potiri, iratus immisit illis δυσβουλίαν, i. læua, stultaq. consilia: hoc deinde uitium Atheniẽsibus ἐπιχώριον, hoc est, uernaculum fuisse. Idq; Mineruam non mutasse: cæterum, quod illi male statuissent; illa in bonos exitus uertebat. Allusit huc idem Aristophanes in Vespis:

Γλαῦξ γὰρ ἡμῶν πρὶν μάχεσθαι τὸν στρατὸν διέπατο. i.

Vlula nostras ante pugnam peruolarat copias.

Eodẽ leuiter allusisse videtur Demosthenes, cum ait in Olynthiaca prima, in ipsa statim fronte: Αλλὰ καὶ τῆς ὑμετέρας τύχη, ὑπολαμβάνω, πολλὰ τῶν δεόντων ἐκ τῶν παραλογισμὸν ἐνυνίος ἂν ἐπελθεῖν εἰ πεῖν. i. Sed & uestræ fortunæ arbitror, nonnullis ex tẽpore uenire in mentem, ut dicant ea, quæ ad rem pertinent. Verum hoc uitij manifestius exprobrat illis in alia quadam oratione, dicens, alios homines solere consultare prius, ac deinde rem aggredi: contra Athenienses post rem factam tum consultare. Theognis:

Πολλοὶ τοὶ χρῶνται δειλαῖς φρεσὶ, δαίμονι δ' ἐθλῷ
Οἷς τὸ κακὸν δοκέον γίγνεται εἰς ἀγαθὸν, i.

Multis læua quidem mens est, sed numina dextra,
Queis bene uertit & id, quod temere instituunt.

Aristophanes in Concionatricibus:

Λόγος τέ τοι τὶς ἐστὶ τῶν γηραιτέρων.
Ος ἂν ἀνόητα, καὶ μωρὰ βουλεύσωμεθα
Απαντ' ἐπὶ τὸ βέλτιον ἡμῖν ξυμφέρειν. i.

Est sermo quidam ductus a maioribus
Fatua licet statuamus uæcordia
In melius attamen omnia nobis cedere.

Mediũ carmen Græcum carebit uitio, si tollatur cõiunctio καὶ, quanquam editio Aldina habebat. Et apud Liuium subinde nominatur fortuna Romana. Nec abhorret hinc, quod alibi retulimº, εὕδοντι κύρτος αἴρεῖ, id est, Dormienti rete tollit.

Vbi non sis, qui fueris, non est, cur uelis uiuere.

Cicero in epistola quadam lib. 7. Familiarium, sententiã huiusmodi ueteris prouerbij citat. Vetus est, inquiens, Vbi non sis, qui fueris, nõ esse, cur uelis uiuere. Sũptum est a communi mortalium affectu, qui nihil minus tolerãdum putant, quam ut inter eos neglecti, aut etiam notati uiuant, apud quos aliquando cum splendore, atque auctoritate sint uersati. Adeo, ut exilium ubiuis præoptent potius, aut etiã è uita decedere, quam mutatæ fortunę pudorem perpeti. Id quod notauit Euripides in Hecuba, quam ita facit loquentẽ, ut dicat, sibi pudorem in causa esse, quo minus obtueatur Polymnestorem. Pudere enim in tam calamitoso rerum statu, conspici ab eo, cui aliquando uisa sit florens. Idem in Alcestide:

Τί μοι ζῆν δῆτα κύριον, φίλοι,
Κακῶς κλύοντι, καὶ κακῶς πεπραγότι. i.

Post hac, amici, cur mihi sit uiuere
Cordi, male audienti, & affecto male.

Ad eãdem facit sententiam, quod apud Sophoclem ait Aiax,

Αἰσχρὸν γὰρ ἄνδρα τῶν μαυρῶν χρῆζειν βίου
Κακοῖσιν ὅς τις μηδὲν ἐξαλλάσσεται, i.

Est turpe, uitam prorogare longius

Quisquis malis nil explicat sese suis.
Item paullo post in eadem tragœdia,
Αλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι
Τὸν δ' γενῆ χρὴ.i.
Verum aut decore uiuere ingenuũ uirũ
Decet, aut decore oppetere mortem.
Fertur hic quoque senarius,
Ζῆν αἰσχρὸν οἷς ζῆν ἐφθόνησεν ἡ τύχη.i.
Fortuna quibus inuidit aspera uiuere,
Hos indecorum, ac turpe uelle uiuere.
Sed proprius ad Ciceronis sniam accedit locus ille apud Euripidem in Hecuba, ubi Polyxena ratiocinatur, sibi non esse causam, cur optaret uiuere, quod omnibus ornamentis pristinæ fortunæ iam esset spoliata.
Τί γὰρ μὲ δεῖ ζῆν, ἢ πατὴρ μὲν ἦν ἄναξ
Φρυγῶν ἁπάντων, ἥ τ' μοι πρῶτον βίου.
Επειτ' ἐδρέφθην ἐλπίδων καλῶν ὑπὸ
Βασιλεῦσι νύμφη.i.
Quæ nãq; uitę caussa iam superest mihi?
Vt cui pater rex omniũ fuerit Phrygum.
Etenim rudis mi lucis hoc initium.
Dein spes in amplas educabat, regibus
Desponsa.
Et reliqua, quæ sequuntur. Sunt enim longiora, quam ut hic putemus esse percensenda.

Premere pollicem, Conuertere pollicem.

Antiquitus in pollice fauoris erat, studijque significatio. Qui faueret, pollicem premebat: qui minus faueret, pollicem conuertebat. Qui gestus in prouerbium abierunt, ut iam premere pollicem dicatur, qui quoquo pacto fauet, conuertere, qui male vult. Pli. lib. 27. cap. 2. Pollices, cum faueamus, premere etiam prouerbio iubemur. Iuuen.
-Conuerso pollice uulgi,
Quemlibet occidunt populariter,
Horatius Vtroq; pollice dixit, pro summo fauore,
Consentire suis studijs, q̃ crediderit te,
Fautor utroq. tuũ laudabit pollice ludũ.
Porphyrion enarrat hunc ad modum, Vtroq. pollice, id est, utraq. manu, συνεκδοχικῶς. Synecdoche, a parte totum. An, qui uehementius laudat, manus iungens, iungit pollicẽ cum proximo. Acron hoc pacto, Vtroq. pollice, συνεκδοχικῶς, manu utraque, sublataq. pariter, ac sępius mota. Hic enim gestus ualde laudantium est. Sane utrunque, sicut ex ijs conijci licet, prouerbij origo fugit.

Faciem perfricare, Frontis perfricatæ.

Frons habita est antiquitus pudori sacra, & facies item. id quod & prouerbio testatum est, quo dicunt, pudorem esse in oculis. Inde frontem, aut faciem prouerbio perfricuisse dicuntur, qui pudorem oẽm dedidicerunt, uelut abstersо manu à uultu pudore. Translatum apparet à gestu quorundam, qui dicturi, facturive quippiam apud ignotos, manu faciem perfricant, id quod rusticani cuiusdam pudoris indiciũ est, quem coneris peruincere. Hũc gestum Quintilianus notat inter uitia pronunciationis libro undecimo: Vitiosa enim, inquiens, sunt illa, intueri lacunaria, perfricare faciem, & quasi improbam facere. Plutarchus scribit hunc gestum peculiarem fuisse M. Tullio, ut dicturus, læua faciẽ demulceret. Alioqui non inficiat it ipse Cicero, initio dicendi trepidantiorem fuisse sese Fabius lib. nono, citat hęc ex Caluo: Perfrica frontem, & dic te digniorem, qui prætor fieres, quàm Catonem. Significat id esse dictu uehementer improbum. Plinius in præfatione naturæ historiarum; Perfricui faciem, nec tamen profeci, quando alia uia ingens occurris. M. Tull. Tusc. q. lib. 3. in eundem sensum dixit, Perfricare os: Quid tergiuersamur, Epicure? nec fatemur eam nos dicere uoluptatem, quã tu idem, cum os perfricuisti, soles dicere? Seneca lib. 5. epistola 40. Perfrices frõtem oportet, & ipse te non audias. Huc pertinent etiam illa, quod effrõtes appellamus inuerecundos. Et, Qua fronte audebis hęc facere? Quod enim Horatius dixit:
-Clament perisse pudorem
Cuncti pene patres. Id Persius imitatus:
-Exclamet, inquit, Melicerta perisse
Frontem de rebus.
Item illa, Quo ore obiurgabis filium? Et, Os impudens, Os durum, Os ferrum, cum impudentiam indicamus. Ouidius:
Nõ tibi plus cordis, sed minus oris adest.
Non plus audes, aut sapis, sed minus pudet.
M. Tull. in Verrem, Os hominis, insignemq. impudentiam cognoscite. Idẽ in Philippica quinta. Sed illud os, illã impuritatem. Idem pro C. Rabirio Postumo:

Quod

Quod habent os, quam audaciam? Rursus in Oratore. Quod tamen os est illius patroni, qui ad eas causas sine ulla scientia iuris audet accedere? in Philippica undecima. Audisset furentis introitum Dolabellæ, uocem impuram, atque os illud infame. Martialis libro nono.
Santonica medicata dedit mihi pocula virga,
(Os hominis) mulsum me rogat Hippocrates.
Homericus Achilles Agamemnonem κυνώπιδα appellat, id est, canino adspectu. & apud eundem:
Κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο.i.
Canis habens oculos, cor cerui: impudentiam significans cum timiditate cõiunctam. Deniq;, haud scimus, an huc pertineat, quod apud Athenæum in Dipnosophistis adducitur è Cyrenęo poeta:
Τρὶς δ' ἐπομαξαμένοισι θεοὶ διδόασιν ἄμεινον.i.
Porro ter abstersis diui donant meliora.
Subiendicat, impudentius id postulare, ut, quæ sint acta in conuiuio, narret.

Frontem exporrigere, frontem contrahere.

Frontem explicare, cũ hilarescimus: contrahere, cũ ringimur, (hoc est, ubi quid molestum est,) dicimus. Plinius in libro undecimo: Frons & alijs, sed homini tantum tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index. Terentius: Exporge frontem. Horatius in Odis:
Sollicitam explicuere frontem.
Idem alibi:
Deme supercilio nubem.
Exporrecta fronte, hilariter. Porrectiore fronte mecũ loquaris oportet, apud Plaut. Obducta fronte, corrugata fronte, contracta fronte, caperata fronte. Plaut. Caperat frõs seueritudine. Quod quidem a caprinis cornibus translatum uolunt. Et nubila frons, serena frons, explicata frons.

Attollere supercilium, Ponere supercilium.

Plinius, Supercilia, inquit, homini, & pariter, & alterne mobilia. Et in his pars animi. Negamus, annuimus. Hæc maxime indicant fastus. Superbia aliubi conceptaculum, sed hic sedem habet: in corde nascitur, huc subit, hic pẽdet. Nihil altiꝰ simul, abruptiusq. inuenit in corpore, ubi solitaria esset. Hactenus ille. Inde prouerbio Attolli supercilium dicimus, arrogantiã significantes: Adduci supercilium, fastidiũ indicãtes. Citat & Suidas, ἀναστῶντες τὰς ὀφρύς, καὶ τὰς γνάθους φυσῶντες, i. Contractis supercilijs, inflatis buccis. Qd Græci vnico uerbo dicunt κατοφρυᾶσθαι. Lucianus à persona ad rem transtulit, sermonem arrogantem, ac superciliosum appellans κατῶφρυωμένους λόγους. Poni dicitur superciliũ, cum à fastu receditur. Et fastosos homines superciliosos nominamus. Denique simpliciter ipsum supercilium pro fastu, atq. arrogantia ponitur. Philosophorum superciliũ quis ferat? Porro, quod Plinius ait, supercilijs annuere nos, atq. renuere, Homerum secutus est, apud quem uersus hic aliquoties legitur:
Η καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσιν νεῦσε κρονίων.i. Sic ait, atq. supercilijs pater annuit atris.
Id æmulatus Maro:
Sic ait, & totũ nutu tremefecit Olympũ.

Bibe helleborum.

Aristophanes in Vespis, πῖθ' ἐλλέβορον, i. Bibe helleborum. Quo dicto, significat insanire quempiam. πῖθι vero dixit, nõ πῖνε, quod, ut admonet interpres, hoc ad simplicem potum referunt grammatici, illud ad potionem pharmacorum. Idẽ ostendit & uerbum hinc esse fictũ, ἐλλεβοριᾶν καὶ ἐλλεβορίζειν, pro insanire. Quique parum animo constant, ἐλλεβόρου δεῖσθαι, id est, Helleboro opus habere dicuntur. Atque idem apud Latinos ẽt auctores, helleborũ edere, & helleboro sese purgare, prouerbio iubẽtur: propterea quod antiquitus plurimus usus fuerit huius herbę ad leuanda mẽtis, & capitis uitia. Plinius lib. Nat. historiæ 25. c. 5. hellebori duo facit genera, sicut & Dioscorides libro quarto: Candidum, quod Italia ueratrum album appellat: & nigrum, quod alii uocãt entomon, etiam si in Dioscoride atomon legimus. Alij polyrrhizõ, pleriq. Melampodion uocant, ab inuentore Melampode uate, uel eiusdem nominis pastore, quod is animaduertisset eo purgari capras, deinde dato eorum lacte sanauit Prœtidas furentes. Sed Aulus Gellius, Plinium secutus, ait, colotis discerniculum non in semine, neque in uirgultis, sed in radice apparere. Candido uomitiones ciẽtur, eoq. stomachum, & uentrem superiorem purgat. Nigro aluus inferior diluitur,

Vtriusq;

Vtriusque periculosa sumptio, sed alibi vt præstantior, ita periculosior. Quod ipsum tamẽ adeo vulgatum esse cœpit, ut pleriq;, studiorum gratia, ad peruidenda acrius, quæ commentabantur, sæpius sumptitauerint. Nominatim autem Carneades Academicus, scripturus aduersum Stoici Zenonis libros, cãdido helleboro superiora corporis purgare solitus legitur, ne quid ex corruptis in stomacho humoribus, ad domicilia vsque animi redundaret, & instantiam, uigoremq; mentis labefaceret. Nigri uero religiosum etiam usum fuisse, testatur Plinius. Siquidẽ hoc & domos suffiebãt, purgabantq;, aspergentes & sese, & pecora. Tum solenni cum precatione colligebatur, & superstitiosius, ut meminit etiam Theophrastus. Primum enim gladio circũscribebatur, deinde, qui succisurus erat, exortum solis spectabat, precabaturq;, ut id sibi liceret, dijs concedentibus, facere. Obseruabat & aquilæ uolatum, quę si propius aduolasset, moriturũ eo anno, qui succiderat, auguriũ erat. Ex Plinio igitur colligere licet, utrumq; genus, tum candidũ, tum nigrum, cum ad alia complura mala, tum aduersus melãcholiam remedium efficax habere. Vnde & prouerbium natum, quod tamen uarie effertur. Plaut. in Menæhmis: Non potest hæc res trium iugerum helleboro obtinerier. Demosthenes Æschinem in actionem monet, ut sese purget helleboro. Lucianus in Dialogo Menippi, ac Tantali: λιπρεῖς, ὦ τάνταλε ἢ ὡς ἀληθῶς πότε δεῖ ὦς δοκεῖς ἀκρᾶτ' γε ἐλλεβόρου νῆ δία, i. Dehpis, Tantale, &, ut uere dicã, helleboro poto tibi est opus, coq; sane meraco. Et apud eundem Rhadamãthus, in secundo Verarum narrationum libro, ita pronunciat, ut Aiax traditum ab Hippocrate helleborum bibat, prius quam in heroum cõsortium recipiatur. alludẽs ad eius insaniam. Ibidem legitur, nõ licuisse Chrysippo in beatorum insulam immigrare, nisi quartum iã sumpto helleboro. Nimirum illuc alluditur, quod ter in uita bibisse memoratur, ut testatur etiam Petronius in carmine quodam. Horatius:

Expulit helleboro morbum, bilemq; meraco.

Ouidius in epist. Ponticis lib. 4.

I, bibe, dixisse, purgãtes pectoris succos,
Quidquid & in tota nascitur Anticyra.

Persius:

-Anticyras melior sorbere meracas.
Insanũ significans. Ausonius ad Theonem.
Helleborumq; bibas Samij Lucumonis acumen.

Nauiget Anticyras.

Πλεύσειεν εἰς ἀντικύρας, i. Nauiget Anticyras. Horatius eleganter nouauit adagii quasi faciem, cum ait in Serm.

Nauiget Anticyras.

Quibus uerbis Stoicum insanum significat, quique mentis morbo laboraret, essetq; sapientis indignus nomine, cum nemo sapiens nisi sanus. Dictum est autem eadem figura, quę Græci dicũt πλεύσειας εἰς μασσυλίαν, id est, Nauiges Massyliam. Strabo libro Geographiæ nono, duas Anticyras commonstrat, & in altera, quæ sit post Crissam opidum, helleborum nasci, in altera eiusdem nominis, quæ sit ad sinum Maliacum, & Oetam montem, optime temperari. Atque in eam quam plurimis è regionibus ad nauigari sanitatis grãtia. Pausanias in ultimo libro scripsit, supra Anticyram montes esse magnopere petricosos, in his copiose prouenire helleborum, nigro purgari aluum, albo uomitum cieri, ac superiora corporis purgari. Stephanus addit, Anticyrensem quempiam fuisse, qui Herculem, helleboro dato, liberarit insania. Horatius:

Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam
Tonsori Licino commiserit.

Tres Anticyras dixit pro vniuerso helleboro, significans deploratam, & immedicabilem insaniam. Simili figura, quos indicant esse parum integræ mentis, & hodie iubent deportari Chelam. Ad hanc formã pertinent illa, Tonsoris eget, aut Curatore est opus. Horatius:

Nec tonsore putas, nec curatoris egere.

Tutores enim dabantur pupillis, curatores mentecaptis. Sic & Columella lib. 1. cap. 3. scribit, Catonem dicere solitum, eum, qui agrum incoleret, nec salubri cælo, nec fertilem, uelut commotæ mẽtis ad agnatos, ac gẽtiles esse deducẽdum. Varro lib. De re rustica 1. cap. 2. Qui salubrẽ locũ negligit, mentecaptus est, atq. ad agnatos, & gentiles deducendus. Cic. lib. 2. De inuẽtione. Si furiosus existet, agnatorum, gentiliũq; in eo, pecuniaq. eius potestas esto. Nã duodecim tabulæ furiosis ius administrandi res suas, & ad gentiles, agnatosque transferunt; quemadmodum legimus libro Institutionum primo, titulo de Curatoribus; & Pandectarum libro uigesimoseptimo, titulo vltimo de curatore furiosi. Rursum eiusdem operis libro primo, titulo decimooctauo, de Officio præsidis. Et apud Ciceronem libro tertio Tusculanarum quæst. Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum, verant XII. tabulæ. Verba XII. tabularum sunt hæc: Prodigo, & furioso bonorum suorum administratio interdicta esto, & in curatione agnatorum sunto.

Strychnum bibit.

Στρύχνον ἔπινεν, i. Strychnum bibit, in insanos item competit, à Strychni herbæ natura, quæ, uel gustata, statim insaniam parit. Dioscorides in quarto, quatuor strychni genera facit. E quibus postremũ μανικὸν uocat, idest, insanum. Plin. lib. 21. cap. 31. cum duo strychni genera salutaria demonstrasset: Tertio, inquit, folia sunt ocymi, minime diligenter demonstranda. Remedia enim non uenena tractamus; quippe insaniam facit: paruo quoque succo. Quamquam & Græci auctores in iocum uertere. Drachmæ enim pondere lusum pudoris gigni dixerũt, species uarias, imaginesq; conspicuas obseruari demonstrantes. Duplicatum hunc modum legitimã insaniam facere: quidquid uero adijciatur ponderi, repræsentari mortem. Hoc est uenenum, quod innocentissimi auctores simpliciter Dorychnion appellauere, ab eo, quod hoc cuspides in prælijs tingerentur, passim nascente. Dioscorides scribit, Strychni radicem cum uino potam, mensura visa quædam, ac ludibria non iniucunda parere: duplicato modo sumptam, stuporem triduanum inducere: quadruplicato potam, adimere vitam: remedio esse, si multum, ac largiter biberis, ac reuomueris. Vnde magis uidetur congruere in φιλαύτους, & sibi placentes, &, ut Flaccus inquit, sibi pulchros. Nam Theophrastus tradit, qui Strychnum ederint, sibi uideri pulcherrimos. Cuiusmodi multos homines uidemus, qui sibi nulla in re displicere possunt, perinde quasi strychno uictitent. Est diuersum insaniæ genus, quo quidam sibi displicent in omnibus; sed alterum vulgatius est, & immedicabilius.

Ede nasturtium.

Ἐδιεκάρδαμον, i. Ede nasturtium. Insocordem, ignauum, hebetem, stupidum, olim dicebatur, propterea quod huic efficaciam inesse credant, erucę contrariam: uim enim, vigoremque animi suscitare, Venerem coercere, cum illa e diuerso Venerem acuat, uim mentis hebetet, unde & nomen apud Græcos habere uidetur καρδάμον, quasi cor domans. Plinius lib. 19. c. 8. Nasturtium, inquit, nomen accepit a narium tormento. Et inde uigoris significatio, prouerbio id uocabulum usurpauit, ueluti torporem excitantis. Græcis a corde nomen habet. Dioscorides tradit, nasturtio uim esse similem erucæ, & sinapi, quod attinet ad acrimoniam in nares erũpentem. Cæterum, quod ait, nasturtio stimulari Venerem, dissentit a Plinio. Aristophanes ἐν θεσμοφοριαζούσαις, ἐχθὲς ἔφαγον κάρδαμα. τί καρδαμίζεις, idest, Edi heri nasturtia. Quid nasturtiaris? Idem in Vespis:

Ὀξυθύμων, καὶ δικαίων, καὶ βλεπόντων κάρδαμα. idest,
Acrium, ac iustorum, & oculis qui exhibent nasturtia.

Porcum immola.

NEQVE prętereundum existimamus, quod Plautus in Menęhmis, porcum syncerum, & sacrum immolare iubet eum, quẽ mentecaptum significat. Adolescens, quibus hic pretijs porci ueneũt sacres, syn ceri, nummum unum en à me accipe. Iube te piari de mea pecunia: Nam ego quidem insanũ esse te certo scio. Opinamur, quod ueterum usu, qui cuiuspiam irati numinis intẽperijs ageretur, hoc piaculo se soleat purgare. Idem paullo post in eadem fabula: Nam tu quidem hercle certo non sanus satis Menęhme, qui nuncipsus maledicas tibi. Iube, si sapias porculum afferri tibi Horatius in Sermonibus:

-Immolet ęquis
Hic porcum laribus.

Loquitur de eo, qui iam ab insania resipuisse videretur.

Multa Syrorum olera.

Πολλὰ σύρων λάχανα, i. Multa Syrorũ olera. Dicetur aut in magicę artis peritos, & herbis maleficis eã exercẽtes, aut in eos, qui

qui rebus uilibus abundãt. Fortassis recte dicetur & in eos, qui in rebus non multæ frugis, nimium insumunt operæ quippe non in agris exercendis, sed in hortis colendis occupati, quæ plus afferant uoluptatis, quam emolumenti. Prouerbium refertur a Plinio libro vigesimo, capite quinto, ubi, commemoratis uarijs remedijs, herbæ Staphylini, quam eandem & pastinacam erraticam uocant, hæc subnectit: Syria in hortis operosissima. inde quoque prouerbium est Græcis. Multa Syrorum olera. Simillimam Staphylino herbam serit, quam alij gingidion uocant. Hactenus Plinius. Vt autem existimemus paremiã in maleficos quadrare posse, illa nos coniectura commonet, quod paullo ante Orpheum citauerat auctorem, Staphylino amatorium inesse. Neque Syrorum mores uulgo nota caruisse, uel adagium illud testatur, σύροι πρὸς τὲς φοίνικας, i. Syri cõtra Phœnices. Atque in hoc prouerbio miseretur nostri Cœlius Rhodiginus, qui tã insigniter torqueamur, neq. quidquam tamen ipse subleuat.

Melle litus gladius.

MELLE litus gladius. In perniciosam adulationẽ dici solitum. Plin. li. 21. tradit, Heracleæ in Ponto, ab eisdem apibus aliquando mella reddi perniciosissimum habentia uenenũ. Quæ qui ederint, abijciũt se humi, refrigerium quærentes. Nã sudore diffluunt. Id cur fiat, pabulum in causa est. Ea est herba alba, quam ægolethron appellant. Allusum est autem ad morẽ barbaricum, qui solent tela uenenis tingere, quo uulnus esset immedicabile, præsentissimum malum erat oleum incendiarium, quod illitum telo, sicubi hæsisset in corpore, tenaciter cremabat, incendium aqua iecta irritabatur, solo puluere insperso cõsopiri poterat. Auctor Marcellinus lib. 23.

Letale mulsum.

Θανάσιμον μελίκρατον, i. Letale mulsum. Eandẽ cũ superiori habet sententiã. Diogenes, formosa scorta, θανάσιμον μελίκρατον, i. Letiferum mulsum, appellare consueuit. tametsi nihil uetabit, & in assentationem, in fœdas uoluptates torquere, breuiter, quidquid ita iucundũ est, ut idẽ sit perniciosum. Legimus & mellitum uenenum apud Plinium, & idem Diogenes.

oratione ad gratiam comparatam, auriũ que pruritum, μελιτίνλω ἀγχόνλω, id est, Malleam pręfocationem appellabat, quod assentatione quidem delectaret, cæterum mendacio strangularet admittentem. Ad hanc formam attinet, quod refert Irenęus lib. 3. cap. 19. Lacte gypsum male misceri, præsens enim uenenum habet gypsum, & additum lacti fallit.

Linum lino lectis.

Λίνον λίνῳ σωάπτεις, i. Linum lino cõnectis. Huius adagii duplicem apud Græcos interpretes sensum inuenimus. Quorũ alter est, Infirmis infirma copulas, friuola friuolis: alter. Eadẽ non eisdẽ rationibus facis, ut dicis. Ctesippus ĩ Platonis Euthydemo: Haud tu quidem linum, uti prouerbio dicitur, lino cõnectis, si pater tu', pater est omnium. Est autem ironia in sophistam, qui friuolis argutijs id sibi collegisse uidebatur. Aristoteles ĩ tertio libro, τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως, disputãs de infinito, vbi Parmenidis sententiã præfert sentẽtiæ Melissi. Melissus enim ipsum infinitũ totum dixerat. At Parmenides totũ dixit esse finitũ, a medio æque distãs. Fieri enim inquit, non potest, ut infinitum cũ toto, atq. uniuerso, perinde atq. cum lino linũ nectatur. Ipsa philosophi uerba subscribamus, si quis forte requiret, διὸ βέλτιον οἰκτέον παρμενίδλω μελίσσε εἰρηκέναι. ὁ μὲν τὸ ἄπειρον ὅλον φησὶν, ὁ δὲ τὸ ὅλον πεπεράνθαι μεσόθεν ἰσοπαλὲς. ἀ γὰρ λίνον λίνῳ ἐς ὶ σωάπτειν, τῷ ἅπαντι καὶ ὅλῳ τὸ ἄπειρον. Suidas hoc adagiũ ex Stratidis citat Politia. Proculus itẽ in discuriẽdis quęstionibus, q̃ exoriuntur ex dictis Platonis, quodã in loco sic utit, ut uideat cõuenire in eũ, q. copulet inter se pugnãtia, ostẽdẽs, quemadmodũ Plato de Homero diuersa, pugnãtiaq; dixerit: ἀ γὰρ λίνον λίνῳ σωάπτειν ἐς ὶ, τὸ ταῦτα ἀλλήλοις συμπλέκειν. .i. An non enim linũ lino connectere est, ista inter se copulare? Huic affine est, qd̃ apud Atheneum lib. 6. ex Thebano poeta, Pindaro, ni fallimur, citatur: ποτικολλῶν ἀτεξύλον παρὰ ξύλῳ. i. Agglutinans ceu lignum ligno. Prior enim dixerat de parasitis: is, qui hoc dicit, sermonẽ suscipit de adulatoribus superiori congruentem.

Senesco semper multa addiscens.

Γηράσκω δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος. i. Discenti

Discenti assidue multa, senecta uenit.

Hic pẽtameter ex elegiis Solonis in puerbium abijt. significat autem, usu uitæ, multaq; rerum experientia parari prudentiam. Cõuenit cum ea, quæ citatur apud Gellium, sententia.

Vsus me genuit, peperit mater memoria.

Citatur a Platone lib. de Rep. 7. Rursum in Dialogo De philosophia, quærens qui spiã, nũ philosophia sit πολυμαθία, Quid aliud, inquit, est philosophari, quam id facere, quod dixit Solon? Dixit autem.

Discenti assidue multa, senecta uenit.

At nobis quidẽ uidetur semper aliquid discendum ei, qui in Philosophum sit euasurus, siue iunior sit, siue senior, ut quam plurima discat in vita. Citat & in Lachete. Seneca in epistola quadam ad Lucilium. Tamdiu discendum est, quamdiu nescias, &, si prouerbio credimus, quamdiu uiuas. Citatur semel atque iterum apud M. Tullium in Catone maiore. Quinetiam Terẽtianus ille Demea Solonis sententiam retulit, cum ait: Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad uitã fuit, quin res, ætas, usus semper aliquid adportet noui, Aliquid moneat, ut illa, quæ te scire, credas, nescias: &, quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies. Allusit huc cuiuscunq; est uersiculus ille, neq. inscitus, neque inelegans, Senecæ nomine celebrat'. E Publianis aũt mimis unũ esse suspicamur, hac adducti coniectura, qd̃ in hoc numero quosdam reperimus, qui nominatim ab Aulo Gellio sub Publij titulo referuntur. Senarius autem hic est:

Discipulus est prioris posterior dies.

Vita doliaris.

Ζωὴ πίδυ, i. Vita dolij, prouerbio dicit uita frugalis, parca, & ab omni strepitu, atque ambitione semota. Breuiter talis, qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egisse legitur, unico cõtentus pallio, baculo, quo canes abigeret; dolio de palo suspenso pro domicilio libenter vtẽs, crudis herbis, & aqua simplici uictitans, pane excauato pro catino, manu caua poculi uice solitus uti: idq; a puero quodã didicisse se prædicabat, quẽ forte ad eũ modum aquã haurientem uiderat. Porro, ut in dolio habitaret, inde sibi dicebat in mẽtem uenisse, quod, cochleas contemplatus, nullum aliud æque commodum domicilium iudicasset, unde proreperet ad solem, & ubi se cõderet a uentis, atq. æstu. Poterit torqueri & in eos, qui nimiũ sordide, nimisq. dure, atq. immunde uiuunt. Hos ita depingit Eubulus comicus apud Athenæum lib. 2. Ἀνιπόποδες, χαμαιδυνάδες, ἀερίοικοι, i. Illotis pedibus, humi cubãtes, in aere domicilium habentes. Idem libro quarto de Pythagoricis, ex Antiphane:

Εδει ὑπομεῖναι μικρὸν ἀσιτίαν. ῥύπον,
Ρίγος, σιωπὴν, συγνότητ', ἀλεσίαν i.
Inedia, sordes sunt ferendæ paullulum,
Silentium, tristitia, frigoris, rigor,
Simul ferendum corpus expers balnei.

Ad hanc formam torqueri poterit Hamarobiorum (ea gens est Sarmatiæ) appellatio, ut Hamaxobij dicãtur, qui dure, sordideq. uiuant. Nomen hinc inditum gẽti, quod ijs plaustra ædium uice sint.

In diem uiuere. Ex tempore uiuere.

IN diẽ uiuere, est, præsentibus rebus cõtentũ uiuere, atq. ex parato, minime sollicitũ de futuris. Quę vita Græcis dicitur καθημέριος βίος. & καθημερόβιος, qui ad eũ uiuunt modum. Theocritus in Idyllio N.

Οἱ θνατοὶ πελόμεθα, τὸ δ' ἄυριον οὐκ ἐσορῶμες ·.

Mortales sumus, haud sunt nobis crastina curæ.

Aristophanes in Equitibus:

Κριθὰς πορίσω σοι κἀβίον καθ' ἡμέραν. i.
Ego affatim tibi suppeditauero ordeũ, &
Victum diurnum. Homerus Odyss. Φ.

Νήπιοι, ἀγροιῶται ἐφημέρια φρονέοντες. i.
Agrestes, stolidi, tantumq. diurna scientes, Persius:

Atque ex tempore uiuis.

Id est, citra solicitudinem futurorum. Vnde & Ex tempore dicere, id est, citra pmeditationem. M. Tull. Philippica 5. simili forma dixit, In horam uiuere. Quæ nõ faciebat Hannibal, qui multa ad usum referuabat, hæc ij, qui in horam uiuerent, non modo de fortunis, & de bonis ciuium, sed ne quidem de utilitate sua cogitauerunt. Nec abludit ab hac specie, quod scribit Horatius in Arte poetica. Et mutatur in horas, hoc est subinde.

Vita macerata.

Βίος μεμαλαγμένος, i. Vita macerata, seu permollita. De molliter uiuẽtibus, quibus ex facili omnia suppetunt. Refertur a Diogeniano,

geniano, Zenodoto, & Suida. Translatum arbitramur a leguminibus, aut salsamētis maceratis, iamq; ad esum accommodatioribus: aut a tritico iam molito pisto, ac sub acto, Cui diuersum est, βίος ἀκανθώδης, id est, Vita spinosa.

Ipsa dies quandoque parens, quandoque nouerca est.

VERSVS est Hesiodi in libro De obseruatione dierum auspicatorum, atque inauspicatorū, qui deinde in prouerbiū abiit, longo hominum æuo probatus, ut apud Gellium refert Phauorinus philosophus. is est huiusmodi:

Ἀλλοτε μητηρ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.i.

Ipsa dies quandoque parens, quandoque nouerca est:

Eo uersu significatum est, nō omni die bene esse posse, sed isto bene, atq. alio male. Inde translatū, quod matres bene uolūt liberis, nouercæ oderunt priuignos. Proinde Plinius dubitare se dicit, utrum natura sæpius nouerca sit, an mater, ut quę tot venena, tot item remedia progignat.

Nunc pluit, & claro nunc Iuppiter æthere fulget.

DIVERSA metaphora rem eandem explicuit Theocritus in Batto:

Χ' ὁ ζεύς ἄλλοκα μὲν πέλει ἄνδριος, ἄλλοκα δ' ὕει. idest,

Nunc pluit, & claro nunc Iuppiter æthere lucet.

Id est, Aliquando res aduersę sunt, aliquando secundæ, quemadmodum cælum nunc serenum est, & placidum, nunc turbidum, ac tempestuosum. Huic affinis est allegoria Pindarica, è Pythijs hymnis. Non semper eosdem flare uentos, sed nunc hos, nunc alios.

Ἀλλοτ' ἀλλοῖαι πνοαὶ ὑψίπτε τ' ἀνέμων.i.

Alias alij flatus, sublimiter uolantium uentorum.

Idē in Isthmijs hymno quarto. Ἀλλοτε δ' ἀλλοῖς ἔρως πάντος ἀνθρώπους ἐπαΐσσων ἐλάυνει, i. Sed alias alius uentus omnes afflans agit.

Plus aloes, quàm mellis, habet.

PLVS aloes, quam mellis, habet. Prouerbialis metaphora, perinde declarās, ac si dicas, plus molestiæ, quam uoluptatis. Nam aloe frutex quidam est, odore graui, gustu amarissimo, cuius meminit Dioscorides, libro tertio. Plautus in Amphitryone, Ita cuiq. comparatum est in ætate hominum, ita dijs placitum, uoluptati ut męror comes consequatur. Quin incommodi plus, maliq; adsit, boni si obtigit quid. Apud eundem alicubi legitur, uitam hominis plus aloes, quam mellis, habere. Et Iuuenalis de uxore.

Plus aloes, quam mellis, habet.

Apuleius citra metaphoram sic extulit in Floridis. Sed uerū uerbum est profecto, quod aiunt, nihil quidquam tam prospere diuinitus hominibus datum, quin & tamē admixtum sit aliquid difficultatis. Has rerum humanarum uices, ac tristium, lætorumq. mixturam Homerus Iliados ultimo libro perquam eleganter indicauit, figmento duorum doliorum, quæ scribit in Iouis limine sita esse, quorum alterum sit plenum tristibus, alterum lætis. Ex quibus ille mortalium fortunas temperans,

Ἀλλοτε μέν τε κακῷ ὅγε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ. idest,

Nunc lætis uitam miscet, nunc tristibus idem.

Quemadmodum & superius indicauimus. Verum admodum maligne temperat Iuppiter Homericus, nimio plus admiscēs malorum, quam bonorum, ut, si suam quisque fortunam ad calculos uocet, minima sit futura ratio eorū, quæ nobis ex animi sententia euenerunt. Id quod eleganter dictū est a Pindaro ī Pythijs hymnis, ἐν γὰρ πὰρ ἐσθλὸν πήματα σωδύο δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι.i. Ad unum enim bonū duo pariter incommoda distribuunt mortalibus immortales. Plinius lib. 27. sentētiam inuertit, cum ait, nihil esse tam malum in rerum natura, cui non boni quippiam sit adiunctum. Quandoquidem compertum est, etiam aconito, quo nō aliud uenenum nocentius, inesse remedium, cum ad alia, tum ad oculorum uitia. Ad eundem modū Euripides, citante Plutarcho;

Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλά, καὶ κακά,
Ἀλλ' ἐστί τις σύγκρασις. id est,

Bona separare non licet malis, sed est
Mixtura quædam.

Naues onustæ conuicijs.

ADSIMILI figura dixit Homerus Iliados Y. conuicia, quorum onus, nauis centiremis non queat portare: cuiusmodi Lucianus dixerat, ὅλας ἀμάξας βλασφημιῶν, vt ante dictū est. Carmen Homeri sic habet:

Ἐστὶ γὰρ ἀμφοτέροισιν ὀνεῖ δέα μυθήσεσθαι
Πολλὰ μάλ'. ὁ δ' ἂν νηῦς ἑκατόνζυγος ἄχθος ἄροιτο.i.

Probrorū superest ambobus copia sū ma,
Quorum onus haud portet centum ratis incita remis.

Affine & illi, quod alio dicetur loco,

Οὔ κ' ἂν αἴρυντ' ἐ δ' ἑκατὸν αἰγύπτιοι.i.

Quos tollere nec cētū queant Ægyptij.

Hermippus apud Athenæus libro primo describens, quid à quaque regione soleat importari, uerficulum hunc ioco admiscet,

Καὶ παρὰ περδίκων φόδη, νηυσὶν πάνυ πολλαῖς, i.

Atq; à Perdica ratibus mendacia multis.

Notās Lyciorum mores. Nam Perdicia pars est, ac portus Lyciæ Lycias sortes notat. & Vir. Aeneidos quarto, ueluti uanas.

Tollere cornua.

TOLLERE cornua, pro eo, quod est, animo efferri, nunc quoque uulgo tritissimum est. Horatius de Baccho:

Et addis cornua pauperi.

Ouidius item de ebrietate:

Tunc ueniunt risus, tunc pauper cornua sumit.

Translatum à pecoribus, quæ cornibus oppositis minantur. Horatius in Epodis:

Nanque in malos accerrimus,
Parata collo cornua.

Tollere cristas.

Tollere cristas. Diuersa metaphora, sensus idem. Iuuenalis.

Quid apertius? & tamen illi
Surgebant cristæ. id est, Sibi placebat.

Translatū ab auibus cristatis, in quibus cristæ erectiores alacritatis, atq; animorū indicia sunt, nisi ad militum cristas referre malumus, quo sanè hominum genere nihil nec insolentius, nec stolidius. In hanc sententiam Aristophanes in Pace dixit, detrahere cristas, ἥπερ ἡμῶν τοὺς λόγους ἀφεῖλε, i. quæ nobis cristas detraxit. Videlicet, reddita pace. Contra, Submittere fasces dicuntur, qui de iure suo cōcedunt, ac legitimam potestatem ultro ad priuatā mediocritatem demittunt. Plinius lib. 7. cap. 30. Cn. Pompeius, confecto Mithridatico bello, intraturus Posidonij professione sapientiæ clari domum, fores percuti de more a lictore uetuit, & fasces lictorios ianuæ submisit, is, cui se oriens, occidensque submiserat. M. Tullius in Bruto: Cum enim in maximis causis uersatus esses, & cum tibi ætas nostra iam cederet, fascesque submitteret. Et apud T. Liuium in secundo ab urbe condita: Publicola, submissis fascibus, in concionem ascendit.

Animus in pedes decidit.

QVI uehementer consternantur, atque expauescunt, ijs animus in pedes decidere dicitur. Quin hodie uulgo audimus: Totus animus mihi erat in pedibus, pro eo, quod est, uehementer eram exanimatus. Homerus Iliados O.

Τάρβησαν, πᾶσιν δὲ παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός. i.

Pauor ingruit ingens
Omnibus, inque pedes animus mox decidit imos.

Vespa cicadæ obstrepens.

Σφηξ βομβῶν τέττιγος ἐναντίον, i.

Scilicet obstrepitās argutæ uespa cicadę.

Apud Theocritum est in Hodęporis. Nam his uerbis contemnit quidam pastor pastorem, à quo prouocatur. Quadrabit in eum, qui certat longe impar cum superiore. Aut qui negotium facessit longe se prę stantioribus. Quod genus est illud: Catulus leonem allatrans.

Pica cum luscinia certat.
E popa cum cygnis.

CONSIMILEM habent sententiam, quę leguntur apud eundem in eadem Ecloga:

Οὐ θεμιτὸν λάκον πότ' ἀηδόνα κίσσας ἐρίσδεν,
Οὐ δ' ἐποπας κύκνοισι.i.

Haud fas est Lacon, philomelam, ut prouocet unquam
Pica, nec argutis epopa obstrepat improca cygnis.

Pilos pro lana.

Τρίχας ἀντ' ἐρίων, id est, Pilos, p lana. Prouerbialiter apparent dicta etiam illa, apud eundem poetam in Hodęporis, de re uehementer inæquali, aut de negotio supra modum absurdo:

Τὶς τρίχας ἀντ' ἐρίων ἐπορίξατο, τὶς δὲ παρδίσας
Αἰγὸς πρωτοτόκοιο κακὰν κύνα βάλετ' ἀμέλγειν. idest,
Quis uice lanarum feras detondeat unquam?
Quis capra pro primipara vilé velit amés
Emulgere canem?

Capra pilos habet potius, quam lanam, ouis lanigera est. Hæc dicuntur in pastorē, qui certaturus hædum opponebat agno.

Tibiam tubæ comparas.

Αὐλὸν σάλπιγγι συγκρίνεις, i. Tibiam tubæ comparas. Refertur a Diogeniano. Conuenit in res supra modum impares, propterea quod exilem vocem edat fistula, tuba prægrandem.

Cicadæ apem comparas.

Τέττιγι τ' μέλιτταν συγκρίνεις, i. Cicadæ comparas apem. Nam cicada cum maior, tum canora, cum apis sit non modo minuto corpusculo, uerum etiam pœne muta. Lucianus in Rhetorum doctore, prouerbium utrunq; attingit: τοσοῦτον ὑπερφωνοῦντα ῥήσεις, ὁπόσον ἡ σάλπιγξ τοῦς αὐλοὺς καὶ οἱ τέττιγες τὰς μελίττας. i. Inuenies tanto uoce superiorem, quanto tuba superat tibias, apes cicadæ.

Testudinem pegaso comparas.

Χελώνην πηγάσῳ συγκρίνεις: i. Testudinem pegaso comparas. De rebus nequaquā inter sese conferendis. Pegasus equus erat uolucer, si fabulis credimus: testudine nihil tardius. Virgilius in Tityro aliquot dissimilitudinis formulas congessit:

Sic canibus catulos, similes sic matribus hœdos
Noram, sic paruis componere magna solebam.
Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter uiburna cupressi.

Aliter catuli longe olent, aliter sues.

APVD Plautū legitur in Epidico sordidior quidem metaphora, sed tñ ad rem significandā apta: Aliter catuli longe olent, aliter sues. Quo dicto significatū est, nō veste dignosci hominem ab homine, uerum inesse natiuum quiddam, genuinū, ac proprium in unoquoque, quod in ipso vultu oculisque eluceat, quo liberum a seruo, generosum a rustico, probum ab improbo facile discernas. Atque hic est hominis ve luti peculiaris quidam odor, quo deprehenditur, si quis modo sit sagaci nare. Huc allusit Martialis lib. 6.

Cū bene se tutā p fraudes mille putauit.
Omnia cum fecit, Thaida Thais olet.

Huc pertinet etiam illud cuiusdā apud Fabium: Ne faciem quidē liberi hominis habet. Quod cum a quodam esset dictum deformi specie, retorsit aduersarius, affirmans recte dictum, eum non esse liberum, cui non sit facies liberalis.

Vt sementem feceris, ita & metes.

ELEGANTISSIMA metaphora dixit Cicero: Vt sementem feceris, ita & metes, i. reportabit præmium tuis factis dignum. Plautus in Epidico: Sed, ut acerbum est, pro bene factis cum malam messem metas, idest, cum pro beneficio maleficium reportes. Et apud Platonem: Quam hic messem facturus est? Haud sane bonam.

Huc respicit illud Euripidis in Hecuba: Ὑμεῖς δὲ ἔχοιθ' ὅμοια τοῖς βελεσμασιν. i. Habeatis at uos instituto congrua.

Denique illud pœne solenne est apud Græcos poetas, κακῶς κακόν. Aristophanes in Equitibus:

Οὐ δὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι
Πλὴν γραμμάτων. καὶ πάντα μὲν κακῶς κακά. idest,
-Neque musicam doctus scio,
Sed literas tantum, atq; eas malas male.

Illud item frequens, ὑπὸ σ' ὀλῶ κακῶς κακόν, i. Te malum perdā male. Interpres admonet figuræ prouerbialis, qua de re dictum est in huius operis uestibulo. Rursum Euripides in Hecuba:

-Τὸν μὲν κακὸν
Κακόν τι πάσχειν, τ' ὀ χρηστὸν δ' ἀτυχεῖν. i.
Bonis bene euenire, sed malis male.

Idem in eadem fabula:

-Ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ
Πράσσειν ἐτόλμας, πλῆθι κ' τὰ μὴ φίλα. i.
-Quin ubi quæ non decent
Haud ueritus es patrare, fer quę nō libēt.

Perquam festiuū est, quod de Diogene refert Laertius: Super cenā quidā illi obijciebant ossa, veluti cani, quod Cynicus esset, eam contumeliam ille sic pensauit. Accessit propius, & iuxta illos stās mingebat, uicissim illis canem agens. Sed propius huc pertinet, quod idem refert in Zenone, qui seruum in furto deprehensum cædebat. Seruus interim clamabat, in fatis fuisse, ut furaretur. At Zeno, Illud etiam, ut cædereris. Seruus, quoniam audierat herum disputantem de necessitate fatorū, eam prætexuit suo commisso: sed scite retorsit philosophus.

Carica musa.

Καρικὴ μῦσα, i. Carica musa. καρικὰ αὐλήματα, id est, Caricæ cantiones. De lugubri, aut rustica, atque indocta, seu molesta cantione dici solitum. Quadrabit in poetam, aut oratorem indoctum. Antiquitus de tristi, stridulaque, & inamœna cantione dicebatur, propterea quod, ut tradit Athæneus libro Dipnosophiston 4. Cares itidem ut Phœnices in luctu tibijs uti solēt magnitudine palmi, lugubre quiddā, & stridulum sonātibus. Eas autem tibias, Phœnicum lingua, gringos uocari, qđ ijs in Adonidis luctu soleant uti. Porro Adonidem γρίγγλω, id est, Gringen appellāt. Hinc eisdem uerbum γιγγραίνω. His cōsinia tradit Iulius Pollux lib. 4. nisi qđ ibi γίγγραν inuenimus scriptum. Caricā musicam notat Aristoph. in Ranis:

Σκολιῶν μελίτων καρικῶν αὐλημάτων. i. Obliqua Meliti, & Caricorum carmina,
Modosque tibiarum.

Eadē καρικὰ αὐλήματα ueteres σκολιὰ, id est, obliqua, uocabant: uel a tibiarū specie, uel ab obliquo in conuiuijs canēdi ordine, de quo meminerimus in prouerbio, Ad Myrtū canere. Meminit & Plato apud Athenæum in Laconibus:

Αὐλὸς δ' ἔχουσα τις κορίσκα, καρικὸν μέλος Μελίζεται. i.
Calamos habens puella, Caricum melos
Modulabitur.

Plato quoque philosophus libro De legibus septimo, mentionē facit Caricę musæ, quam interpretatur ὀπικνδίαν ᾠδὴν, i. Lugubrem cantionem. Hesychius indicat, inde ductum, quod ad pompas funebres conduci soleant e Caria fęminæ, quæ lamentantium personam agerent, Itaque orationem indoctam, & inamęnam recte dixeris καρικὴν μῦσαν. Inquam conuenit illlud Sopatri apud Athenæum lib. 4.

Πηκτὶς δὲ μύσῃ γαυριῶσα βαρβάρᾳ. i.
Pectis camęna iactitans se barbara.

Pectis autē organi genus est, duabus chordis instructum. Idem Atheneus dubitat, an Caria sit eadem dicta Phœnice. Nam Phœnices fistulas, siue calamos, γίγγρας appellāt, uocabulo, ut videtur, a stridore soni effecto. Cū his cōsentiunt, q̄ Plato scribit lib. De legib⁹, quē modo citabamus, septimo: κ' εἴποτ' ἄρα δεῖ τοιούτων οἴκτων γίγνεσθαι τοῦς πολίτας ἐπικούς, ὁπόταν ἡμέραι μὴ καθαραίτινες, ἀλλ' ἀποφράδες ὦσι, τότ' ἥκειν δέον αὖ οἴη μᾶλλον χορεύς τινας ἐξωθεν μεμισθωμένους ᾠδοὺς, οἵ ὁ περὶ τοὺς τελευτήσαντας μιθύμβους καρικῇ τινὶ μούσῃ προπέμπουσι τοὺς τελευτήσαντας, & cetera, i. Et si qñ oportet ciues istiusmodi lugubrium auditores fieri, cū dies fuerint non puri, sed nefasti, tum magis conueniet uenire choros aliquos musicos aliunde conductos, quemadmodū hi, qui ad funera cō duci solent, Carica quadam musa, deducūt uita defunctos. Carum barbariem in dicendo taxat Homerus 2. Iliados lib.

Νάστης αὖ καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων. i. Nastes ducebat Cares, queis barbara uox est.

Vñ & populari dicto Græcis καρβάζειν, siue καρβαΐζειν, aut καρβανίζειν dicūtur, quib. barbarus est, & agrestis sermo. Et M. Tull. apud Quintil. in capite de pronunciatione dicit, illos ex Lycia, & Caria oratores in epilogis bene canere, nimirum reprehendens illorum pronunciationem. Strabo libro Geographiæ 14. ostendit Cares occasione frequenter fuisse mixtos Græcis, & tamen barbare, crasseque sonuisse linguam Græcorum, quod idem euenit Græcis in lingua Romana, & nobis in lingua Britannica. Hoc uitium Strabo παχυσομίαν, κακοσομίαν, & βαρβαροσομίαν uocat. De Cātionibus Carū, & Phrygum meminit & Marcus Tullius i Bruto. Erat & saltationis genus tumultuosum, ac militare, unde nonnunquam saucii discedebant. nam ab armatis peragebatur. quod Iulius Polluxs libro quarto καρικὸν appellat.

Attica musa.

CVI diuersum, ἀττικὴ μῦσα, i. Attica musa, pro uenusta lepidaq; orōne. Nā inter dicendi genera laudatur in primis Atticum. Diogenes Laertius, & Plutarchus ī uita Platonis scribit, id cognominis uulgo tributum fuisse Xenophonti, vt Attica mu

ſa uocaretur, propter admirabilem quandam hominis in dicendo uenuſtatem. Vnde & Atticam eloquentiam, & Atticum leporem appellant, quemadmodum indicauimus alibi. Sed ad hominem accommodatum, erit uenuſtius, præſertim ſi accedat ironia: ueluti, ſi inelegantem aliquem, & ab omnibus literis, & gratijs alienissimum, Atticam muſam uoces. Nam amuſi uocantur omnes huiuſmodi.

Eodem bibere poculo.

EODEM bibere poculo, eſt, iiſdem afficī incōmodis, maliſq; communibus obnoxiū eſſe. Plautus in Caſina: Vt ſenex eodē hoc poculo, quo bibi, biberet. Translatum uel a bibendi certaminibus, uel ab ijs, qui metuunt uenena. Idē hodieq. noſtrati vulgo triſtiſſimū manet. Etenim, ſi quādo minantur, ſe parem gratiā relaturos, aiunt ſe de eodem potaturos poculo. Taxat Martialis quendā, qui conuiuis uinum dilutū, & acerbum apponebat, cum ipſe de exquiſitiſſimo biberet, qui mos & hodie pleriſq; diuitibus. atq; hinc prouerbium natum uideri poteſt. Fit autem interdum, vt, qui imprudētes poculum acerbum guſtarint, ſtudeant & alios illicere, ut ex eodem bibāt. Paullo diuerſius eſt, quod ait Ariſtophanes in Equitibus:

Οὔποτ' ἐκ ταὐτὸ μετ' ἡμῶν πίεται ποτηρίου. i.

Ille nobiſcum haud eodē potat unquam poculo.

Taxat Fellatorem.

In planiciem equum.

Ες πεδίον τὸν ἵππον, i. In planiciē equū. Quoties quis ad id prouocatur, ī quo plurimum ualet, quoq; uel maximè gaudet. Equus in campo, tanquam in ſua eſt harena. Apud Lucianum in Captiuo, cum ipſe iudices poſtularet, Plato reſpondet, τοῦτο ἐκεῖνο εἰς πεδίον τὸν ἵππον, i. Hoc ipſum, q̄ dici ſolet, equū in planiciem, uidelicet hominem Rhetoricum ſignificans, & in agendis cauſis exercitatum. Plato in Theęteto, ἱππέας εἰς πεδίον προκαλεῖς, Σωκράτιε εἰς λόγους, i. Equites in planiciē prouocas, Socratem ad diſputandum. Tametſi quidā codices ἵππον habēt hoc loco, nō ἱππέα. Syneſius in epiſtola quadam: Επ' αὐτὸ δὴ τοῦτο παρακαλῶ, ἵππον εἰς πεδίον, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου προτρέπειν ἡγούμενος. i. Ad hoc ipſum certe prouoco, equum in planiciem iuxta id, quod dicitur, adhortari me putās. Translatū uidetur a militia. Nā, quoties res eſt pediti cū equite, pedes fuit campeſtria, ſectaturq̄ loca impeditiora.

Acanthida vincit cornix.

ACHANTIDEM ſuperat cornix. Calpurnius Bucolicus poeta, ecloga 6.

Aſtyle credibile eſt, ſi uincat acanthida cornix,
Vocalem ſuperet ſi turpis aedona bubo.

Acanthis enim uocalis eſt auis, & in primis canora. Cornix obſtrepera quidē, ſed minime canora: Achantidem Theodorus nunc ſpinum uertit, nunc ligurinum, quin & aedona Græce dixit. Sic autem pronunciandum, ut ae faciunt duas ſyllabas. Nam Grēcis ἀηδὼν luſciniam ſignificat. Plinio Græca uoce dixit achantidem, quaſi dicas ſpinulam, eo quod in ſpinis uiuat, eoq; aſinos habet inuiſos, quod hoc animal ſpinæ florem deuoret. Eſt autem auium minima, tantæ fecunditatis, ut pariat duodena. Auctor Plinius libro decimo, capitibus ſexageſimotertio, & ſeptuageſimoquarto.

Prius teſtudo leporem præuerterit.

Πρότερον χελώνη παραδραμεῖται δασύποδα, i. Prius teſtudo leporem curſu, pterierit. De re neutiquam ueriſimili. Teſtudine nihil tardius. Vnde & teſtudineū inceſſum dicimus, & apud Ciceronem in libris de Diuinatione, quiſpiā teſtudinem, tardigradam, & domiportam uocat. Lepus autem celeritate præcellit. Meminit huius adagij Diogenianus. Huius generis ſunt illa apud Theocritum in Thyrſide:

Νῦν ἴα μὲν φορέοιτε θάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι,
Αδὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ' ἀρκαδίοισι κομάσαι,
Πάντα δ' ἔναλλα γένοιντο, καὶ ἀμπίτυ δόχνας ἐνείκαι
Δάφνις ἐπεὶ θνάσκει, καὶ τῶς κυώας ὤλαφος ἕλκοι,
Καὶ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο. i.

Nūc violas, pferte rubi, producite ſpinę,
Iuniperusq. comet narciſſi flore decenti,
Omnia vertantur, portet pyra mitia pinus
Poſtquam obijt Daphnis, trahat & iam cerua moloſſos,
Montibus in ſummis philomelæ noctua cantet.

Cancros lepori comparas.

Καρκίνους δασύποδι συγκρίνεις, i. Cancros lepori comparas, de ſupra modum diſſimilibus. Etenim, vt leporum celeritas, ita & cancrorum tarditas nota eſt. Simillimū eſt illi, quod proxime retulimus. Refertur & hoc apud eundem. Suidas addit καρκίνος λαγὼν αἱρεῖ, i. Cancer leporem capiet: de abſurdis, quęq; fieri nullo modo poſsūt.

Terræ filius.

OLIM homines, obſcuro, ignotoq; genere prognati, terræ filii dicebantur, propterea quòd terra ſit omnium communis parens. Vel quod, iuxta quorundam etiam hiſtorias, primitus mortales è terra naſcebantur. Tertullianus in Apologetico aduerſus Gentes: Nam & terræ filios vulgus uocat, quorum genus incertum eſt. Apud Athenæum li. 10. legitur, γηγενὴς ἄνθρωπος, i. è terra genitus homo. M. Tullius ad Atticum lib. 1. Et huic terræ filio, neſcio cui, committere epiſtolam tantis de rebus non audebam. Idem ad Trebatium libro Familiarium epiſtolarū ſeptimo: Cn. Octauius, tuus familiaris ſummo genere natus, terræ filius. Perſius:

Præſto eſt mihi Manius heres,
Progenies terræ, quære ex me, quis mihi quartus
Sit pater: haud prompte, dicam tamen: adde etiam unum,
Vnum ēt, terræ eſt iam filius. Iuuenalis:
Vñ fit, ut malim fraterculus eſſe gigantū.

Ad prouerbium palam alludens. Nam gigantes è terra progenitos poetæ fabulātur. Huc pertinet, quod apud Euripidem Ion Xuthum percunctatur:

Τῆς ἄρ' ἐκπέφυκα μητρὸς. i.

Num ſatus tellure matre? Atque ille reſpondet:

Οὐ πέδον τίκτει τέκνα. i.

Non parit natus ſolum.

Apud Pauſaniam, Strabonem. atq. alios id genus auctores, legimus populos quoſdā αὐτόχθονας appellatos, qui non alio referāt originē ſuam, quemadmodum pleriq; faciunt, uerum ex ipſo ſolo nati uideri uelint, quorum de numero ſunt Athenienſes. Qui ſibi nobilitatem uirtute peperiſſent, nullis maiorum imaginibus illuſtres, noui homines dicebantur. Porro ignoti, & ſubito apparentes, incertum, qua regione profecti. Cæli filii uocabantur, quaſi è cælo demiſſi. Neque diſſimili ratione ὑρανοπετεῖς, id eſt, de cęlo lapſi dicebantur. Iuuenalis:

Tertius è cælo cecidit Cato.

Quanquam hoc magis conuenit in homines eximia uirtute. Plutarchus in inuectiua, quam ſcripſit aduerſus Herodotum, de naui quadam, unde ſubito uox eſt edita Adimāto: ὁ δὲ κέλης οὗτος ὡς ἔοικεν ὑρανοπετής, i. Nauis autem illa erat, ut uideretur, è cælo delapſa. Atque hic ſermonis color ſumptus eſt è tragœdiis, in quibus machinis quibuſdam ſic repente oſtendebantur perſonæ populo, ut è cęlo ueniſſe uideri uellent. Apud Romanos noui homines dicebātur, qui, maioribus obſcuris nati, ſuis uirtutibus innotuiſſent. quod M. Tullius, ab inimicis probro obiectum, ipſe gloriæ ſibi uertit.

Ex quercubus, ac ſaxis nati.

HVIC finitimum eſt illud Homericum: E quereu, & ſaxis prognatus. quod quadrabit uel in hominem obſcuro genere, uel in eum, qui ſit agreſti, atque effero ingenio, moribusq̄ immanibus. Inde ductum adagium, quod antiquitus in cauis quercubus, tectorum uice uiritarent homines, atque hinc è quercubus nati fingebantur. Inde illud:

Et duro robore natos.

Præterea creditum eſt, ex ſaxis a Deucalione, Pyrrhaq; proiectis, mortalium genus abſumptum diluuio, inſtauratum fuiſſe. Homerus in Odyſſ. T.

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐστι παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης. i.

Nam neque fatidica quercu ſatus es, neque ſaxo.

Id imitatus Pallada in epigrammate.

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός εἶ οὐδ' ἀπὸ πέτρης, φασὶν. id eſt.

Neque te, quod aiunt, quercus, aut lapis edidit.

Alluſit ad id feſtiuiter Plato lib. de Repub. 8. ἢ οἴει ἐκ δρυὸς ποθὲν, ἢ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίνεσθαι, ἀλλ' οὐχὶ ἐκ τῶν ἠθῶν τῶν ἐν τῇ πόλει. i. An exiſtimas è quercu quacūq;, aut rupe reſpublicas naſci, ac nō potius ex moribus eorū, qui in republica uerſantur? In crudeles, & immites cōuenit illud Theocritum in Æpolo de Cupidine:

Ἡράκλεαίνας

Μασδὸν ἐθήλαζε, δρυμῷ τέμιν ἔτρεφε μάτηρ.i.

Sicilicet ille leænæ
Vbera suxit, & in nemore hunc genitrix fera pauis.

Deorum cibus.

Θεῶν τροφή, id est, Deorum cibus. De p̃ lautis epulis dicebatur, propterea q̃d Homerus fingit deos nectare, atque ambrosia uictitare, nec ob id unquam senescere. Trãquillus in Nerone. Parricidia, inquit, & cædes a Claudio exorsus est. Cuius necis etsi non auctor, at conscius fuit. Neq. dissimulauit, ut qui boletos, in quo cibi genere uenenũ is acceperat, quasi deorũ cibũ, prouerbio Græco collaudare sit solitus, Horatius in epistolis:

-O noctes, cęnæq: deum.

Aristophanes in Ranis, ἐς μακάρων δ'ο χίας, Regum aulica conuiuia significans.

Tertius Cato.

Tertius Cato, prouerbialis est ironia. In uiros impendio tetricos, atque alienæ uitæ censores. Nam duorum Catonũ, senioris, cui nomen Censorio, & minoris, cui nomen Vticensi, grauitas pariter, atq. integritas, uulgo celebratissima quondam fuit, Adeo, ut è cælo demissi dicerẽtur, ut bellum cum uitijs gererent: Iuuenalis:

-Habeat iam Roma pudorem,
Tertius è cælo cecidit Cato.

Sapientum octauus.

Hvic per omnia simillimum est illud Horatianum in Sermonibus, Sapientum octauus. In eum, qui sibi multum tribuat in sapientia. Numerantur enim apud Græcos septem sapientes, eorumq. apophthegmata oraculorum uice celebrantur, etiam si de nominibus magna inter scriptores varietas est. De numero certo constat inter omnes: unde per ironiam sapientum octauum dicebant, dignum, qui septẽ illis adderetur. Horatius:

Hæc mihi Stertinius sapientum octauus.

Item Ausonius:

Sapiensq. supra Græciæ septem uiros
Octauus accessit sophos.

Bis dat, qui cito dat.

Meminimvs autem apud Senecam alicubi legere, Bis dat, qui cito dat. Idem lib. De beneficijs 2. Ingratum est beneficiũ, quod diu inter manus dãtis hęsit. Quę sententia monet, haud cunctãter, haud grauatim opitulandum amicis, cũ opus est, sed ultro non expectatis precibus deferẽdum officium. Inter epigrammata Græca fertur & hoc distichon, nomine tituloq. Luciani.

Ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι, ἣν δὲ βραδύνῃ.

Πᾶσα χάρις κενεὴ μὴ δὲ λέγοιτο χάρις.

Id carmen Latinè non potest cõmode uerti, propterea quod lepos, & argutia epigrammatis sita sit in hac uoce χάρις, quę Græcis aliquãdo beneficium significat, aliquando gratiam, qua cõmendatur aliq̃d, aliquãdo deã ipsam. Citatur similis apud Auson. sententia Græca.

Ἀχάρις ἀβραδύτης, ἄχαρις χάρις.

Est autem initium carminis Heroici, ex Epigrammate quopiam, Tardum beneficium, ingratum est. Eam ille sic uertit.

Gratia, q̃ tarda est, ingrata est: gratia nãq;,
Cum fieri properat, gratia grata magis.

Rursumq. aliter uertit idem:

Si bene quid facias, facias cito. nam cito factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit,

Vnde & Hector apud Euripidẽ in Rheso contemnit, ac damnat auxilium sero delatum amicis:

Μισῶ φίλοισιν ὕστερον βοηδρομεῖν.i.

Odi equidem amicis serius succurrere.

Extat & Mimus non inuenustus in hãc eandem sententiam;

Bis est gratũ, q̃d opus est, ultro si offeras.

Item alter huic adsimilis.

Beneficiũ inopi bis dat, qui dat celeriter.

Honos alit artes.

Id, quod est apud Marcũ Tullium, Honos alit artes, uidetur esse sumptũ ex Aristophanis Pluto:

Οὔτε γὰρ ὁμιθὸς ὐδὲν ἐς' ὐδ' ἡ τέχνη.i.

Neque præmium ullum est, ars nec ipsa item uiget,

Colligit enim non esse consentaneum, Athenis ullos esse bonos medicos, cũ medicis nulla sint præmia. Diogenianus autẽ hoc intra adagia commemorat. Huc allusit Martialis, cum ait,

Sint Mecenates, non deerunt, Flacce, Marones,
Virgiliumq. tibi uel tua rura dabunt.

Et Aristoteles scribit, honorẽ esse p̃miũ uirtutis. Ac priscorum leges, non solũ cõminabãtur pęnã maleficis, sed & prę̃mijs, & honoribus inuitabant ad recte agendũ. Pindarus in Isthmis, hymno nono, tanquã vulgo celebrem sententiã citat: ἔστι δέ τις λόγος ἀνθρώπων, τετελεσμένον ἐσλὸν μὴ χαμαὶ σιγᾶ καλίψαι, i. Est autem dictum quoddam inter homines celebre, Bonum peractum non esse in terra occultandum silentio. In hoc autem prædicanda sunt recte facta uirorum illustrium, ut cęteris prę̃luceant ad capessendam uirtutem.

Multis ictibus deijcitur quercus.

Πολλαῖσι πληγαῖς δρῦς τερᾶ δαμάζεται.

Multis rigida quercus domatur ictibus.

Senarius hic extat in Diogeniani Collectaneis, de re factu quidem ardua, quæ tamen assidua industria peruincatur. Huic non dissimile uidetur Hesiodum illud:

Εἰ γάρ κεν τὸ σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν καταθεῖο,
Καὶ θαμὰ τοῦτ' ἔρδοις, τάχά κεν μέγα, καί τι γένοιτο

Si paullum paullo adijcies, faciesque ita crebro,
Mox magnum quiddam tibi conficietur, & ingens.

Id quod non tantum ad lucri naturam pertinet, quod ex minutissimis sæpe maximum conflatur, uerum etiam ad industriã assiduã: quæ si uehemens non sit, tñ, si perpetua, atq; indefatigata fuerit, res difficillimas quoq. facile conficit. Quemadmodũ unicus ictus nihil afferre momenti uidetur ad deijciendũ molem querni roboris, verum ea crebris ictibus facile prosternitur.

Caudæ pilos equinę paullatim uellere.

Caudae pilos equinæ paullatim vellit, qui, quod uitibus, atque impetu fieri nequit, id tempore, atq; assiduitate conficit. Horatius in Epistolis:

Vtor permisso, caudæq; pilos ut equinæ
Paullatim vello, demo vnũ, demo ẽt vnũ,
Dum cadat elusus ratione ruẽtis acerui,
Qui redit ad fastos, & uirtutem æstimat annis.

Natum è facto quodam ducis Sertorij, cuius rei meminit Plutarchꝰ in eius vita. Hic enim, cum, suis copijs, ex barbara turba conflatis, rationibus persuadere nõ posset, in re militari plus habere momẽti cõsilium, quam vires temerarias, postea quã illi parum feliciter pugnassent, duos proponit equos, alterum macilẽtum, atq; inualidum, alterum uegetum, cauda pilosa, Atque inualido illi iuuenem adhibet præ grandi corpore, & admirãdis viribus. Contra, vegeto illi pusillum, & imbecillum ad mouet homuncionem. Hic, singulos pilos paullatim uellens, breui spatio totam depilauit caudam. Iuuenis è diuerso, caudam omnem simul manibus vtrisque comprehensam, vi, atq. impetu conatur reuellere. Qui cum frustra sudaret, risui fuit circunstantibus. Sub hæc assurgens Sertorius, cuius consilio, iussuque hæc fuerant acta, Videtis, inquit, cõmilitones, quanto plus possit ingenium, quam uires.

Virum improbum uel mus mordeat.

Κἂν μῦς δάκοι ἄνδρα πονηρόν. idest, Scelerosum mordeat & mus.

Hemistichium heroicum. Quo significatum est, quacunque ratione uindictam non deesse malis, sed eos aliquo pacto meritas dare pœnas. Competit & in eos, qui de re quantumuis friuola rixam mouent, seque læsos quæruntur, & offensos simulant, ne quid dent. Refertur adagium inter Græca epigrammata:

Φασὶ παροιμιακῶς, κἂν μῦς δάκοι ἄνδρα πονηρόν. idest,

Vulgo aiũt, uel murẽ ẽt mordere scelestũ.

At is, quisquis est, nam incertus auctor, inuertit prouerbium, dicens: Bonos uiros uel a mure morderi, malis ne draconẽ q̃dem audere dentes admoliri: hoc est, in sontibus passim noceri, propterea quod ij impune lædi posse uideantur, utpote non relaturi iniuriam.

Vel capra mordeat nocentem.

Κἂν αἴξ δάκῃ ἄνδρα πονηρόν. idest, Mordebit uel capra nocentem.

Ita reperitur in Collectaneis Diogeniani. Sensus nihil discrepat a proximo. Nam capra minime alioqui mordax est, nisi q̃d improbis omnia sunt infesta. Suidas indicat orthographiam: cum enim ad corpus refertur, hoc est, cum significat hominem afflictum, ac miserum, vult primam acui, πονηρὸς, unde & πονήρως ἔχειν dicuntur, quibus res sunt aduersæ: & Aristophanes in Pluto:

Πονήρως, γ' εἴπας ἡμῖν ξυμμάχως. idest, Auxilia nobis misera sane prædicas.

Cum ad animũ, ultimã acui, πονηρὸς, i. impro-

improbus,& πονηρῶς improbe. Nam, cum dicimus πονηρὸς κόμματος, καὶ πονηρὸν ὕδωρ,quod hominis est,ad rem inanimam transferimus, quemadmodum frigus sceleratum,& fallaces diuitias dicimus.

Litem mouebit, si uel asinus canem momorderit.

CELEBRATVR Græcis & hic senarius prouerbialis,

Δίκλω σφέξει κἂν ὄνος δάκῃ κύνα. i. Litē mouebit,si uel asinus mordeat canē.

Quadrabit in eos, qui de re quãtumuis exigua litem suscitant. Natum uidetur ab euentu quopiam. Extat autem apud Iureconsultos actio ex lege,si quadrupes damnum dederit. Refertur à Zenodoto & Suida, quanquam apud utrunq; scriptum est, μακροῖς pro μικροῖς,quorum hoc nobis uidetur sensus exposcere.

Litem parit lis,noxa item noxam parit.

Δίκη δίκλω ἔτικτε, κῆ βλάβλω βλάβη.i. Litem parit lis,noxa item noxam parit.

Senarius in rixosos, & litium auidos dici solitus,quibus lis ex lite,alia ex alia nascitur:negotiũ seritur ex negotio, iniuria propagat iniuriam. Extat apud Suidam.

Bonus dux bonum reddit comitem.

Ο καλῶς ἄγων,ἐμποιεῖ τὸ καλῶς ἕπεσθαι, id est. Qui bonum ducem præstat, is bonum reddit comitem. In principe situm est,ut sit bene morata ciuitas. Prudens,& incorruptus magistratus, & probos, & integros reddit ciues. Bonus paterfamilias domum efficit bene institutam. Doctus, ac diligens præceptor eruditum reddit discipulum. Frugi maritus uxorem in suos trahit mores. Vnde, quisquis præfectus est negotio,debet in primis operam dare, ut ipse suo fungatur officio, prius quam ab alijs officium exigat. Sumpta est metaphora a militia,in qua fere,qualiscunque fuerit dux,eiusmodi solet esse miles. Refertur in Græcorum Collectaneis, sed ἀδέσποτον. Extat autem apud Plutarchũ, auctorem minime vulgarem, in uita Lycurgi, ἀλλ' ἡ πειθαρχία μάθημα μὲν ἐστὶ ἄρχοντος,ἐμποιεῖ γὰρ ὁ καλῶς ἄγων, τὸ καλῶς ἕπεσθαι, idest, Vt populus dicto fit audiens, hoc discit à principe. Nam, qui bonum præbet ducem,is facit,ut alij bene sequantur.

Amyclas perdidit silentium.

Τὰς ἀμύκλας ἀπώλεσεν ἡ σιγή,i.Amyclas perdidit silentium. Quibusdam eruditis,in quibus est auctor operis haud quaquam aspernandi, quod inscribitur Copię cornu, placet hoc ad prouerbiorum ordinem pertinere,neque nos ab illorum sententia magnopere diffidemus. Consentaneum enim est,rem vulgari ioco fuisse iactatam.Innuit autem adagium Virgil. Æneid.lib.decimo, cum ait:

Fuluumque Camertem,
Magnanimo Volscente satum,ditissimus agri.
Qui fuit Ausonidum, & tacitis regnauit Amyclis.

Videlicet epitheto notum eius euẽtum indicans. Eum Seruius interpres enarrat hunc in modum. Cum apud Amycleos subinde nunciaretur hostium aduentus, id que falso, & ob eam rem ciuitas frequenter inani terrore quassaretur,lata lege cautum est, ne quis unquam hostis nunciaret aduentum. Atqui post euenit, ut uere iam aduenirent hostes. Quod cum nemo nunciaret,propter legis interdictum, ciuitas de improuiso capta est. Qui casus, ut apparet, populari ioco dedit occasionem, ut diceret, Amyclas silentio perijsse, si cui sua taciturnitas fuisset incommodo. Citat idem Lucilium: Mihi necesse est loqui. Nam scio Amyclas tacendo perijsse. Accipiendæ sunt autem hoc loco Amyclę, non ut sit una è cẽtum illis urbibus Laconiæ, quam Lacedæmonis filius condidit, sed opidum quoddam situm inter Caietam,& Tarracinam,conditum ab ijs Laconibus, qui comites Castoris, & Pollucis fuerunt, eiúe nomen indidere, quo Laconicas illas Amyclas referret.Seruius existimat, Laconas Pythagoricæ disciplinæ fuisse sequaces. Quoniam autem interdixisse creditur est Pythagoras σαρκοφαγίαν, hoc cõmento, quod diceret humanas animas in animantium corpora demigrare,& ob eam rem prohibuisse, ne quod animal occideretur,(quemadmodum attestatur & Iuuenalis: A cunctis animalibus abstinuit, qui tanquam homine) nefas esse ducebãt, serpentes, qui ex vicinis paludibus nascebantur,occidere. Quorum tanta increuit multitudo, ut ciuitatem eam deleuerint, teste etiam Plinio.Potest igitur & hinc ortum

tum uideri uulgare dictum,Amyclas silentio periisse,quod Pythagorici dogmatis obseruatio perniciem illis attulerit,quorum primum est, ἐχεμυθία,i. silentium, quod in quinquennium indicebat ijs, qui suæ philosophiæ uellent initiari, sicut declarat Aulus Gellius. Porro,qd ait Seruius, Lacones Pythagoricę fuisse factionis, non recordamur apud alium auctorem legisse, nisi quod Plutarchus in Symposiacis tradit, Tyrrhenos huius philosophi decretis usque adeo fuisse addictos,ut etiam ea, q ille symbolis illis præcepit, ridicula superstitione soliti sint obseruare.Aut igitur ex his erant Amyclei,aut eiusdem instituti sectatores.Meminit de Amyclarum silentio Silius Italicus:

Quasq; euertere silentia Amyclæ.

Meminit & Catullus (nisi fallit iscriptio carminis)de Vere, qd nuper nobis Aldus Manutius noster exhibuit,in antiquissima quadam Galliæ bibliotheca repertum:

Sic Amyclas,dum tacebant, perdidit silentium.

Prouerbiũ ad uarios usus accommodare licebit,ueluti si ubi quis pecuniã credi tam perdidisset, quod nõ appellasset debitorem,aut iuræ præscriptionis,ut uocãt, excidisset a possessione,Amyclarum silentium appellet, aut si quis audacius agens causam suam,iussusq; tacere, respõdeat, τὰς ἀμύκλας ἡ σιγὴ ἀπώλεσεν. Hoc inutile silentium Græci uocãt δυσωπίαν,at que huic diuersum uitiũ ἀδολεσχίαν. De utroque extant Plutarchi præcepta.

Timidior es prospiciente.

Δειλότερος εἶ ἢ παραλύποντος,i.Formidolosior es eo, q prospectat.Dicitur in hominem supra modum pauidum. Id ortum aiunt ex huiusmodi fabula. Quidam, natura timidus, audita Herculis fama,abdiderat se præ metu in specũ quendã:deinde,cum aliquando prospectaret, & Herculem forte fortuna prætereũtem uidisset, immodico metu exanimatus est, ac protinus diriguit in saxum uersus,quod adhuc uisitur specie uiri,uelut a specu prospicientis.Vnde ἢ παραλύποντα,saxum illud vocant. Suidas auctor. meminit & Zenodotus,quemadmodum & mox sequentis.

Timidior Pisandro.

Δειλότερος πεισάνδρου,i.Timidior Pisãdro. Dicebatur olim & hoc in immodice formidolosos. Aiunt autem Pisandrum fuisse quempiam prodigiosa timiditate, adeo,ut anxius esset,ne suam ipsius animã alicubi uiderer, quæ se uiuum reliquisset. Idem uidetur esse cum illo Ciceronis,Vmbram suam metuere.

Diomedea necessitas.

Διομήδειος ἀνάγκη,i. Diomedea necessitas. De ijs,qui, ut adacti,non sponte quid faciunt.Vsurpatur a Platone libro de Repub.6 διομηδεία λεγομένη ἀνάγκη τοι εἶν αὐτῷ πάντα ἃ ἂν ἕτοι ἐπαινῶσι,i.Diomedea,ut dicitur,necessitas est, facere omnia quæcunq. isti probarint. Quidã originem adagij referunt ad Thracium illum Diomedẽ,qui solitus fertur hospites suos compellere,ut cum filiabus suis deformissimis rẽ haberent: quo facto,eosdem interimebat. Vnde fabula spargit,Diomedis equas homines pabuli uice esitare solitas, uidelicet filias a uiris agitatas,equas appellans.Et sane in hunc sensum interpretatur Aristophanis enarrator in Concionatricibus,ubi versus hic habetur.

Καὐταῦτ' ἀνάγκη μέσι διομηδείαγε,

Quærit adolescens,num qua sit necessitas sibi sectari anum. Respondet illa,esse, & quidem Diomedeam. Alij referunt ad Diomedem ducẽ Græcorum, huiusmodi commentum afferentes:Cum Diomedes, & Vlysses communi opera sublato Palladio,redirent noctu,Vlysses,quo facti gloriam in se unum,transferret,destinabat occidere Diomedem præcedentem, ac Palladium secum portantem.Itaque,cum ensem in caput illius a tergo uibrasset. Diomedes,animaduersa ad lumen lunæ gladij umbra,subtraxit se plagæ, correptumque Vlyssem,uinctis manibus præcedere compulit,gladio lato subinde cędens illius tergum.Hinc Diomedea necessitas.Huiusmodi fere Suidas,ac Zenodotus.

Ad pristina præsepia.

Εἰς ἀρχαίας φάτνας,i. Ad pristina præsepia.In eos dicebatur, qui,è uita quapiã lautiore excussi, ad pridinã tenuitatẽ redigũtur.Aut contra de ijs,qui restituuntur in pristinam fortunam,unde exciderãt:aut qui ad solitum cõtubernium sese recipiũt. Translatum ab animantibus,quibus nota, familiariaq; præsepia gratissima solẽt esse.

Vsurpauit & Plautus in Curculione, Tormento non retineri potuit ferreo, quin reciperet se huc esum ad præsepim suam.

Alia uita, alia diæta.

Αλλος βίος, ἄλλη διαίτα, i. Alia vita, alia uiuendi ratio. In eos quadrabit, qui, commutata in melius fortuna, pariter & uitæ rationem, moresq; commutant. Translatum ab ijs, qui lautius incipiũt uiuere, vbi res lautior obtigit. Huc allusit Aristophanes in Pluto, cum ait:

Επειτα πλουσίος ἐκ ἐδ᾽ ἡδεαφακῆ.
Πρὸ τ᾽ δ᾽ ἐπὸ τῆς πενίας ἄπαντα κατήδιεν. i.

Dein diuitem factũ, nihil iam lens iuuat.
At pauper antehac deuorabat quelibet.

De iuuene, iam anum amicam fastidiente, postea quam defijsset egere. Allusit huc Horatius:

Non eadem est ætas, non mens.

Per medium anulum traharis oportet.

Διὰ δακτυλίου δεῖ σε ἑλκυσθῆναι, i. Per anulum trahendus es. In eum quadrabit, qui sit uehemẽter extenuato, graciliq. corpore, seu morbo, seu cura, seu studio, seu qua alia re. Aristophanes in Pluto:

Διὰ δακτυλίου μ᾽ ἕν ἐμεγ᾽ ἂν διελκύσας. i. Itaq; profecto per anulũ me traxeris.

Verba sunt anus uolentis se videri usq. adeo maceratam, atque exhaustam dolore, ut per anulum trahi posset. Opinamur autem adagium esse sumptũ a lusu, quo ouũ aceto maceratum per anulum trahitur. Cuius rei meminit Plinius lib. 10. cap. 60. Magicum erat, aliquid per anulum traijcere. Nam cerebrum capræ per anulum aureum traiectum, prius quam lac daretur infantibus, instillabatur contra comitiales, cæterosq. infantium morbos, ueluti testatur idem lib. 28. cap. 10.

Anus bacchatur.

Γραῦς βακχεύει, i. Anus bacchatur. In eos dici solitum, qui præter ætatem indecore lasciuiunt. Nam Bacchanalium licentia iuuenculis utcunq. permittitur, aniculis certe fœdissima est. Quandoquidem insaniæ species est, aut uetulam amare, aut potare, aut choros ducere, aut reliquis puellaribus lusibus indulgere.

Anus hircissans.

Γραῦς καπρῶσα, i. Anus hircissans. De anu adhuc intempestiua libidine prurienti, &, ut ait Plautus, catuliente. Aristophanes in Pluto:

-Αλλ᾽ ἠπίστατο
Πρὸς καπρώσης ταφόδια κατεδίειν. i.
-Verum nouerat
Anus caprissantis uorare uiatica.

De iuuene, cui anus libidinosa omnia suppeditabat, quo uicissim ab illo uoluptatem auferret. Nota est hircorum libido, odorq;, qui & subantes consequitur.

Flere ad nouercæ tumulum.

Πρὸς τὸν μητρυιᾶς τάφον δακρύειν, i. Ad nouercæ tumulum lacrymari, est simulare gestu dolorem, cũ re gaudeas. Neq; enim consentaneum est, priuignum moleste ferre nouercę mortem, nihilo secius tamẽ officij causa nonnunquam ad tumulum illa crymat. Quod idem de diuitis hæredibus non inconcinne dicetur, in quos extat Publianus ille mimus, cum primis elegans.

Hæredis fletus, sub persona risus est.

Celerius elephanti pariunt.

SVNT, quibus hoc quoque inter adagia uidetur annumerãdum, quod scriptũ est apud Plinium Secũdum in præfatione historiæ mundi. Nam de grammaticis, inquit, semper expectaui parturiri aduersus libellos meos, quos de grammatica edidi, & subinde abortus fecere iã decẽ annis, cum celerius etiam elephanti pariant. Hactenus Plinius. Itaque cunctationem immodicam, & quorundam nimis lẽta molimina, his uerbis licebit significare. Porro de elephãtorum partu Plautus in Sticho, Audiui sæpe hoc uulgo dicier, solere elephantum grauidam perpetuo decem esse annos. Huic adstipulatur Plinius libro nono. Decem annis gestare in utero, uulgus existimat. Etiamsi Aristoteles biennio parere putat, ne sæpius, quam semel, singulos gignere. Theophrastus refert, arborem quandam Indicam non ferre ante centum annos. Latinis parturire dicuntur, qui moliuntur, animoq; destinant aliquid. Proinde licebit adagium etiam in hanc uertere formam. Quando tandem paries, obsecro, quod tot iam annos parturis, ut nec elephanti diutius?

A mortuo tributum exigere.

Απὸ νεκρῶ φορολογεῖν, i. A mortuo tributum

tum exigere, dicebãtur, qui per fas nefasq; diuitias vndecunq; congerunt. Citat Aristoteles lib. Rhetoricorũ secundo, κἂν ἀπὸ νεκρῶ φέρει, i. Vel a defuncto uectigal aufert. ostendens dici solitum in eos, qui turpiter undecunque lucrum aucuparẽtur è rebus minutis, ac sordidis, ueluti Vespasianus è lotio, aut è turpibus, uelut è lenocinio, quæstuq; corporis, aut cum a quibuslibet extorquetur, ab amicis, a tenuibus, a mendicis, postremo uel a mortuis. Probro datum est Romanis principibus, quod suffossis Corinthiorum monumentis, ęra Corinthia sustulerunt, ipso etiam uocabulo rei turpitudinem exprobrante. Nam ad eũ sublata modũ, νεκροκορίνθια, dicta sunt. Attici φόρον uocant emolumentũ, siue uectigal, quod ex re quapiam fertur, etiã pecuniarum. Qui prædas huiusmodi colligunt, φορολόγους appellant, inuisum omnibus hominum genus, & optimo iure inuisum. Deductum est autem φόρος, a uerbo φέρειν, quod est ferre, a quo Latinis quoq. dictum fœnus, qua uoce ueteres non utebantur, nisi de prouentu terræ, quę ueluti gratissima debitrix, pro singulis granis aliquoties cẽtena reddidit. Siquidem prẽter naturam est, quemadmodum in Politicis scripsit Aristoteles, ut pecunia pecuniam pariat. Opinamur hoc prouerbiũ, aut idẽ, aut certe uehementer cognatum esse illi, quod alibi retulimus:

Αἰτεῖ γε καὶ τοὺς ἀνδρίαν τοὺς ἄλφιτα. i.
Ipsis farinas poscit a statuis quoque.

Per iocum enim, p uectigali farinas posuit, quod ad cibum referantur omnia, & defunctis signa ponebantur, memoriæ causa. Proinde, qui uectigal hinc quoq. corradit, is a mortuis extorquere videtur. Apud veteres autẽ magna fuit sepulturę religio, & sepulcrorum immunitas.

Larus parturit.

Κέπφος ὠδίνει, i. Cepphus parturit. Antiquitus dicebatur in eos, qui pollicerentur ingentia, nihil dignum promissis exhiberent. Aiunt Cepphum, siue Cemphum auiculam esse stupido ingenio, unde & in prouerbium stoliditatis abijt, quã nõnulli larum appellant, alij, quorum est Theodorus Gaza, fulicam uertunt: eam viuere spuma marina, plumis, ac pẽnis esse copiosis, corpore pusillo, cum parturit, uociferari. Hinc natum prouerbium, Larus parturit, ubi quis magna præsefert, pusilla præstiturus. Hæc ferme scribit interpres Aristophanis, in comędiam Pacem. Hesychius tradit, esse auem leuissimam circa mare uersantem, quæ facile uento mouea tur, eoq. hominem incõstantem, ac leuẽ cepphon dici. Plinius libro octauo, ca. 19. meminit cephi quadrupedis, quod Pompeius ex Aegypto deportatum Romanis ostenderit, cuius pedes posteriores humanis pedibus, priores manibus erãt similes. Id negat postea Romæ uisum. Verum id quidem nihil ad prouerbium.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Ὠδίνεν ὄρος, εἶτα μῦν ἀπέκτεκεν. i.
Mons parturibat, deinde murẽ prodidit.

Senarius prouerbialis, dici solitus in homines gloriosos, & ostentatores, q magnificis promissis, tum uultus, uestitusq; auctoritate miram de se mouẽt expectationem: uerum, ubi ad rem uentum est, meras nugas afferunt. Vtitur hoc adagio Lucianus in libello, cui titulus, Quemadmodũ oporteat historias conscribere dicit enim sic reclamari à uulgo in Cupidinem, Herculis, aut Titanis personam assumentem, ὠδίνεν ὄρος. Athenæus in Dipnosophistis lib. 14. refert, quod Tachas Rex Aegyptiorum huiusmodi scommate tetigerit Agesilaũ Lacedæmoniorum regem, cum ad eum uenisset, suppetias illi laturus in bello, ὠδίνεν ὄρος, Ζεὺς δ᾽ ἐφοβεῖτο, τὸ δ᾽ ἔτεκεν μῦν, i. Parturijt mons, Iuppiter autem metuit, at ille peperit murem. Erat autem Agesilaus pusillo corpore. Porro dicto offensus, respondit φανήσομαί σοι ποτὲ καὶ λέων, id est, Atqui aliquando tibi uidebor leo. Post euenit, ut, exorta seditione apud Ægyptios, cum Agesilaus non adesset regi, coactus sit ad Persas fugere. Porro Græcis uidetur esse carmen anapæsticum. Vtitur & Horatius in Arte poetica:

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Porphirion ex Æsopi apologo quopiã natum existimat, is fertur eiusmodi. Cum olim quidam rudes, atq. agrestes homines uiderent in mõte terram intumescere, moueriq;, concurrunt undiq. ad tam horrendum

dum ſpectaculum, expectantes, ut terra nonum aliquod, ac magnum portentum ederet, monte nimirum parturiente, foreq; ut Titanes rurſum erumperent, bellum cũ dijs redintegraturi. Tandem, ubi multum diuq; ſuſpenſis attonitisq; animis expectaſſent, mus prorepſit è terra, moxq. riſus omnium ingens exortus.

Aureos montes polliceri.

Χρυσᾶ ὄρη ὑπιχνεῖσθαι, i. Aureos pollicери montes. Prouerbialis hyperbole, de ijs, qui immenſa promittunt, ſpesque ampliſſimas oſtentant. A Perſarum arrogantia ducta, qui, propter auri uenas, montes aureos iactabant. Plautus in Sticho. Neque ille ſibi mereat Perſarum montes, qui eſſe aurei perhibentur. Atque idem in Milite, in eandem ſententiam dixit Argenti montes: Tum argenti montes, non maſſas habet. Terẽtius in Phormione, Is ſenem per epiſtolam pellexit, modo non montes auri pollicens. quo quidem loco illud obiter admonendum, quod uulgus interpretum arbitramur latere, Modo non dictum pro eo, quod eſt apud Græcos μονονυχί, id eſt, tantum non, id proinde ualet quaſi dicas, propemodum. Nam tantum non Græcani co more reperies, tum apud Liuium, tum apud Suetonium, neque ſemel apud Valerium Maximum. Appuleius in prima actione Apologiæ ſuæ. Qui ſi eſt auaritia egenus, & ad omne lucrum inexplebilis, nec montibus auri ſatiabitur. Diuus Hieronymus in Rufinum, ut cum montes auri pollicitus fueris, ne ſcorteum quidem nummum de theſauris tuis proferas. Ariſtophanes, ἐν ἀχαρνεῦσι,

Κάθεζεν ὀκτὼ μῆνας ἐπὶ χρυσῶν ὄρων. i. Menſes & octo cacauit in auri mõtibus.

Cacauit, dixit, pro deſedit, laſciuia comœdiæ ueteris. Phœnix Colophonius apud Athenæum lib. 12. de Nino Rege prędiuite loquens, ex monte fecit mare, ait, Οσὶς εἶχε χρυσίου πόντον, i. mare poſſidens auri. Paullo diuerſius dixit Salluſtius in Catilinario: Maria montesq. polliceri cœpit. Ad eundem modum Perſius:

Magnos promittere montes.

Vt hyperbole magnitudinis ſit non in aureis, ſed ſimpliciter in ipſis montibus.

Ambabus manibus haurire.

Αρτλεῖν ἀμφοτέραις, i. Haurire ambabus, ſubaudi, manibus. De ijs dici cõſueuit qui ſummo conatu quippiam agũt. Itidem Ariſtophanes in Equitibus:

Κ' ἀμφοῖν χερσὶν μυριλλᾶται τ' δυμοσίων. i. Vtraque manu bona diſpergens publica ſurgit.

Huic confine eſt illud Homericum ex Iliados H.

Οἶ δ' ἐπὶ δεξιά, οἱ δ' ἐπ' ἀριστερὰ νομήσαντο. ideſt,

Noui equidem clypeum dextra, læuaq. mouere.

Inuenitur & illud ἀμφοῖν δωρεμόμος, i. Ambabus manibus largiens, id eſt, affatim, & prodige, aut etiam perbenigne. Plato in Sophiſta, καὶ τὸ λεγόμενον ἐν τῇ ἑτέρᾳ λῆψεσθαι, ἐκεῖν' ἀμφοῖν χρή, i. Et, quod dici ſolet, nequaquam altera prendẽdum manu, quin magis ambabus. Nonnihil ab hac forma recedere uidetur, quod ſcriptum eſt apud Ariſtidem in Cimone, qui citat hũc locum ex hymno poetæ cuiuſpiam, μέγα δ' ἔστενεν ἀσία ὑπ' αὐτῆ πληγεῖσ' ἀμφοτέραις χερσὶ, κράτει πολέμου, i. Grauiter aũt gemuit Aſia, ab illis percuſſa ambabus manibus, robore belli. Vicinius illud, qđ eſt apud eundem in oratione Panathenaica, ὁ δ' ἀμφοτέρᾳ τῇ χειρὶ παρλῶν, ἄγων τοὺς μὲχρι τῆς ἀττικῆς ἑλλήνας ὁμοῦ καὶ βαρβάρους, i. At ille utraque aderat manu, ducens uſque ad Atticam Græcos ſimul, ac barbaros. Quanquam hoc loco poteſt etiam citra figurã dictum accipi, ut intelligamus vel de terreſtribus pariter, ac maritimis copijs, uel de barbaris, ac Græcis. Quandoquidem & militum manum dicimus, ut apud Virgilium:

-Iuuenum manus emicat ardens.

De plena manu dictũ eſt alias, qđ Græci dicũt ὀμπυία χειρὶ, quaſi dicas, diuite manu, uñ & Cererem ὄμπνιον cognomĩnãt, quẽadmodũ nos almam, quod affatim alat, & ὄμπνιον ὕδωρ, qđ copioſè nutriat.

Aquilam noctuæ comparas.

Αετὸν γλαυκὴ συγκρίνεις, i. Aquilam noctuæ comparas.

Martialis in Scazonte:

Aquilasq; ſimiles facere noctuis queris.

Aqla uiſus acerrimus, adeo, vt ἀσκαρδαμυκτῶς, i. non conniuens aduerſus ſolem intueatur. Et ſunt, qui tradant, hanc autem hoc experimẽto probare, degeneres neſint pulli, an genuini. Contra noctua, ſolis lumen

mẽ modis omnibus refugit. Pindarus quodam loco graculos cum aquila confert.

Congregare cum leonibus uulpes.

Congregare cum leonibus uulpes, eſt, res impares, diſſimilesque permiſcere. Martialis:

Quid congregare cum leonibus uulpes?

Vulpes dolis nititur, leo uiribus fidit. Quanquam utrunq. coniunxit Pindarus, indicans uirum fortem leonem oportere præſtare in exhauriendis certaminum laboribus, uulpem in conſilijs: Sic enim in Iſthmijs ſcribit, Τόλμα γὰρ ἐοικὼς θυμὸν ἐριβρεμετᾶν θηρᾶν λεόντων ἐν πόνῳ, μήτιν δ' ἀλώπηξ, i. animo ſimilis frementib. leonibus in ferendis laboribus, conſilio uero uulpes.

Aquila in nubibus.

Αετὸς ἐν νεφέλαις. i. Aquila in nubibus, plerique interpretantur de re magna quidem illa, ſed quam non facile aſſequaris: alijs de ijs, qui longe reliquis pręcellunt. Ariſtophanes in Equitibus:

-Ὡσπερ ἥδομαι
Ὡς ἐν νεφέλησιν αἰετὸς γενήσομαι. i.
-Gaudeo iſtoc nomine,
Quod aquila fiam in nubibus uidelicet.

Verba ſunt populi Athenienſis, promittentis ſibi futurum, ut orbi uniuerſo imperet. Et paullò inferius in eadem Comœdia, tanquam oraculum pronunciatur,

Αἰετὸς ὡς γίγνει, καὶ πάσης γῆς βασιλεύεις. i.
Quippe aquila es, terræque omnem dominaris in orbem.

Dicuntur & hęc de populo Athenienſi. niſi forte placet alluſio, ad ſpes huius principatus inanes. Rurſum in Auibus, αἰετὸς ἐν νεφέλησι γενήσεται, i. Aquila in nubibus fies. Interpres admonet, alludere poetam ad oraculum, quondam Athenienſibus redditum, quo prędicabatur, futurum, ut Athenienſes tanto interuallo reliquas urbes ſuperarent, quanto Aquila in nubibus reliquis auibus eſſet ſublimior. Pindarus item in Nemeis, quem locum modo attigimus, ſe uocat aquilam, Bacchylidem æmulum graculum, uidelicet quod illum immenſo uinceret interuallo:

Αἰετὸς ὠκὺς ἐν πετανοῖς
Ὃς ἔλαβεν αἶψα τηλόθεν μεταμαιόμενος
Δαφοινὸν ἄργαν ποσὶ,
Κραγέται δὲ κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται.

Quorũ carminũ hæc eſt ſentẽtia: Aquila pernix inter uolucres, quę repẽte aduolans eminus, corripuit cruentam prędam. Loquaces autem graculi humi paſcuntur.

Volantia ſectari.

Hvic affine eſt, quod uſurpat Ariſtoteles tertio τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ libro, τὰ πετώμενα διώκειν, i. Volantia ſectari. loquitur autem de uehementer obſcuris, & quæ difficillimum ſit perueſtigare. Cui nõ diſſimile eſt illud:

Eſt aliquid, quo tendis, & in quod dirigis arcum?
An paſſim coruos ſequeris teſtaq;, lutoq;?

De ijs, qui nullum certum uitę ſcopum ſibi proponunt, ſed ex tẽpore uiuunt, ad quamuis occaſionem mutabiles.

Ibyci grues.

Αἱ ἰβύκου γέρανοι, i. Ibyci grues. Græcis in prouerbium abierunt. quod dici cõſueuit, quoties ſceleribus nouo quodam, & improuiſo caſu proditis, ſceleſti pœnas dant ijs, quos læſerunt. Id ex huiuſmodi quodam euentu natum memorant. Ibycus poeta quidam, cum in latrones incidiſſet iam occidẽdus, grues forte ſuperuolantes obteſtatus eſt. Aliquanto poſt tempore, cum ijdem latrones in foro ſederent, rurſumq; grues ſuperuolarent, per iocum inter ſe ſuſurrabãt in aurẽ, Αἱ ἰβύκου ἔκδικοι πάρεισιν, i. Adſunt Ibyci ultores, eum ſermonem aſſidentes in ſuſpicionem rapuerunt, maxime deſiderato iam pridem Ibyco. Rogati, quidnam ſibi uellet ea oratio, hæſitanter, atque inconſtanter reſponderunt, ſubiecti tormẽtis facinus cõfeſſi ſũt. Atque ita uelut gruum indicio pœnas Ibyco dederunt, ac potius ſuo ipſorum indicio, ut dicitur, perierunt. Huiuſmodi ferme Plutarchus in commentario De futili loquacitate. Meminit huius adagij Auſonius in monoſyllabis:

Ibycus vt perijt, uindex fuit altiuolans grus.

Extat ſuper hac re Græcũ epigramma, titulo Antipatri, quod non grauabimus adſcribere.

Ἰβύκε λῃσά σε κατέκτανον, ἐκ ποτὲ νήσου
Βάντες ἐρημαίῳ ἀσίβον ἠῶνα,
Πολλ' ἐπιβωσάμενον γεράνων νέφος. αὗτοι ἵκοντο
Μάρτυρες, ἄλγιστον ὀλλυμένῳ θάνατον
Οὐδὲ

Οὐδ' μάτλω ἰάχησας ἐπὶ ποινήτις ἐρινὺς
Τὸν δ' διὰ κλαγγὶ τίσατο σεῖο φόνον
Σισυφὶ κ' γαίαν, ἰὼ φιλοκερδέα φύλα
Λῃστεων, τὶ θεῶν ὐ πεφόβησ χόλον.
Οὐδὲ γὰρ ὁ φροπάροιθε κτανὼν αἰγιδος ἀοιδὸν
Ομμα μελαμπέπλων ἔκφυγεν ἀμφίδων.

.i. Quondam ad desertum venientes Ibyce litus,
Vitam prædones eripuere tibi,
Sæpe gruum nubem imploranti, quæ tibi testes
Aduenere necis cum morerere tuæ.
Attamen haud frustra, si quidem clangore uolucrum
Sisyphio cædem est Eumenis vlta solo.
Latronum genus heu cupidum lucri, atque rapinæ,
Cur uos nequaquam terruit ira deum?
Quando nec Ægisthus, vatem qui occiderat olim,
Atrarum occursus fugerat Eumenidum,

Meminit huius poetæ M. Tullius libro Tusculanarum quæstionum 4. cuius poema maximè lasciuum fuisse testatur.

Veriora ijs, quæ apud Sagram acciderunt.

Αληθέστερα ἢ ἐπὶ σάγρα, i. Veriora ijs, quæ apud Sagram acciderũt. Dictum olim in incredulos, quiq. non nisi magno malo docti credũt. Refertur à Strabone libi Geographiæ sexto, Post Locros, inquit, Sagra fluuius labitur, in cuius ripa Castoris, & Pollucis aræ sitæ sunt, ad quas decẽ Locrorũ millia, una cum Rheginis, aduersus Crotoniatas numero cẽties ac tricies mille, Marte collato victoriam reportarunt. Ex quo euentu natum est in incredulos adagium, Αληθέστερα ἢ ἐπὶ σάγρα, i. Veriora ijs, quę apud Sagram acciderũt. Addidere plerique, quo die certamen initum est ijs, q in Olympijs erant, eum belli euentũ nunciatum fuisse tanta celeritate nunciatę pugnæ ueritas comperta est. Meminit huius pugnæ Iustinus li. 20. Tametsi de numero occisorum à Strabone dissentit. Meminit & Eustathius in Bęotiam Homeri, additq; dici solitum de rebus, verissimis quidem illis, at non creditis. Postremò meminit & M. Tullius De natura deorum 2. Nam de Sagra, inquit, Græcorum etiã est uulgare prouerbium, qui, quæ affirmant, certiora esse dicunt, quam illa, quæ apud Sagram.

Rudem accipere. Rude donare.

RVDEM accipere, pro, dimitti à munere. Rude donare, pro dimittere, crebriter apud idoneos auctores obuia sunt. Inde ducta metaphora, quod antiquitus gladiatores, quibus permissum erat à gladiatorio munere cessare, rude donati dicebantur. Ea cessatio dabatur, uirga, quam rudem appellabant, vnde hoc modo dimissi, Rudiarij uocantur. Proinde, quicunque à munere quouis in otium restituuntur, uel ob ætatem, uel ob imbecillitatem, rudem accepisse dicentur. Horatius in prima epistola:

Spectatum satis, & donatum iam rude, quæris,
Mœcenas, iterum antiquo me includere ludo.

Item Iuuenalis:

Ergo sibi dabit ipse rudem, si nostra mouebunt
Consilia. Ouidius:
Sic igitur tarda vires adimente senecta
Me quoq; donari iam rude tempus erat.

M. Tull. Philippicarum secundo: Tam bonus gladiator rudem tã cito accepisti? Lepidior erit metaphora, si longule traducatur: ueluti, si quis adhortetur quempiam, ut a studiorum laboribus abstineat, sibiq́ue rudem impartiat: aut qui vitam aulicam reliquerit, eum aulicæ uitæ rudiarium appellemus. Huic ferme contrarium videtur, quod ait Fabius, Acutæ eloquentiæ candidatus; quanquam equidem hoc loco legendum esset, Auitæ, pro Acutę, & bonarum literarum candidatus. Nam candidati propriè dicuntur, qui magistratum ambiunt. Quod si transferatur alio, transibit in prouerbij speciem.

Mali corui malum ouum.

Κακὸς κόραξ κακὸν, ὠόν, i. Mali corui malum ouum, Apte usurpabitur, quoties à malo præceptore discipulus malus proficiscitur: ex improbo patre filius improbus: ex patria illaudata uir illaudatus: denique facinus sceleratũ ab homine scelesto. Metaphoram alij referunt ad naturã animantis, quæ nec ipsa est idonea cibis humanis, nec ouum parit ad quidquam utile. Sunt, qui dicant, fieri, ut coruorum pulli parentes ipsos deuorent, si forte non pascant illos ad satietatem, & hinc ductum adagiũ, alij

alij malunt ad huiusmodi fabulam referre: Corax quidam primus Syracusis, post mortem Hieronis, instituit artem rhetoricen mercede profiteri. Cum hoc adolescens quidam Tisias hac lege pactus est, ut tum demum mercedem persolueret, ubi iam artem perdidicisset. Dein, ubi, iam arte cognita, præmium reddere cunctaretur, Corax in ius discipulum uocat. Ibi iuuenis huiusmodi dilemma proponit. Percunctanti, quis esset artis finis, ubi Corax respondisset, persuadere dicendo. Age, inquit, si persuadeo iudicibus, me nihil debere, non reddam, quia uici causam: sin minus persuadeo, non reddam, quia non perdidici artem. At Corax Tisiæ dilemma tã quam uitiosum, & ἀντιστρέφον, in discipulum retorsit ad hunc modum, Immo, inquit, si persuades, dabis, quia tenes artẽ, & debes ex pacto: sin minus, dabis, quia sententiis iudicum damnatus. Quod commentum tam uafrum, tamq. callidum ubi iudices audissent, admirati uersutiam adolescẽtis, succlamarũt, κακὸς κόραξ κακὸν ὠόν. Sunt, qui narrent hoc succlamatũ a corona circunstantium, cum alter alteri litem intenderet. Huiusmodi ferme leguntur Prolegomenis in Hermogenis rhet. Ex hac fabula, ni fallimur, efficta est ea, quam narrat A. Gellius in noctibus Atticis libro quinto, ca. 10. de Protagora sophista, & huius discipulo Euathlo: quę tamet si longiuscula est, & in promptu sita, tamẽ, quod omnium lepidissima uideatur, non pigebit adscribere. Gellius igitur, ostenso uitioso dilemmate, (quod Antistrephon uocant, propterea quod totidẽ uerbis possit in aduersarium retorqueri:) Quale est, inquit, prouulgatum illud, quo Protagoram sophistarum acerrimum usum esse ferunt aduersus Euathlum discipulum suũ. Lis nanque inter eos, & cõtrouersia super pacta mercede hæc fuit. Euathlus, adolescens diues, eloquentiæ discendæ, causarumq. orandi cupiens fuit. is in discipulũ Protagoræ se dedit, daturumque promisit mercedem, grandem pecuniam, quantam Protagoras petiuerat: dimidiumq. eius dedit iam tunc statim prius quam disceret: pepigitq;, ut reliquum dimidiũ daret, quo primũ die causam apud iudices orasset, & uicisset. Postea, cum diutule auditor, affectatorq; Protagoræ fuisset, & in studio quidem facundię abunde promouisset, causas tamen non reciperet, tempusq; iam longũ transcurreret, & facere id uideretur, ne reliquum mercedis daret: capit consilium Protagoras, ut tum existimabat, astutum, petere instituit ex pacto mercedem, litem cum Euathlo contestatur. Et, cum ad iudices conijciendæ, consistendæq. causæ gratia uenisset, tũ Protagoras sic exorsus est: Disce, inquit, stultissime adolescẽs, utroq. id modo fore, uti reddas quod peto, siue cõtra te pronunciatũ erit, siue pro te. Nã, si contra te lis data erit, merces mihi ex sentẽtia debebitur, quia ego uicero, sin uero secundum te iudicatũ erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu uiceris: Ad ea respondit Euathlus: Potui, inquit, huic tuæ tam ancipiti captioni isse obuiã, si uerba ipse non facerem, atq. alio patrono uterer, Sed maius mihi in ista victoria proludium est, cum te nõ causa tantum, sed etiã in argumento uinco. Disce igitur tu quoque, magister sapiẽtissime, utroque modo fieri, uti non reddam quod petis, siue contra me pronunciatum fuerit, siue pro me. Nam, si iudices pro mea causa senserint, nihil tibi ex sentẽtia debebitur, quia ego uicero: sin contra me pronunciauerint, nihil tibi ex pacto debeo, quia ego nõ uicero. Tum iudices dubiosum hoc, inexplicabileq. esse, quod utrinque dicebatur, rati, ne sententia sua, utramcunq. in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet, rem iniudicatam reliquerunt, causam in diem longissimum distulerũt. Hactenus Gellius. Quid autẽ? an non optimo iure iudices hoc saltem sententię vice pronunciare debuerũt, κακὸς κόραξ κακὸν ὠόν? Narrat eandem fabulam L. Apuleius in Floridorũ libris, non dicamus copiosius, neq. enim potest copiosius referri, quam a Gellio denarrate est, sed tamen florulentius, &, ut ita dixerimus, picturatius. Meminit Euathli Aristophanes in Fucis, atque item in Acharnensibus.

Ab impijs egressa est iniquitas.

SIGNIFICAT, ab impijs semper mali quippiam exoriri, a bonis nihil malorum proficisci.

Idem propemodum dicitur apud Græcos uersu prouerbiali:

Γνώμης γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται.

.i. Probis ab animis facta promanãt proba.

Lemnium

Lemnium malum.

Λήμνιον κακόν, i. Lemnium malum, de malis immensis, ac miserandis. Historia, unde natum adagium, uarie narratur, neq. magni refert eam anxie persequi. Herodotus in Eratone, & prouerbii, & historię meminit, in hanc ferme sentẽtiam: Pelasgi, ex Attica per uim expulsi, Lemnon incolebant. Huius iniuriæ cũ pęnas de Atticis sumere cuperent, probeq; cognitos haberent dies festos, ac cęrimnnias illorũ, collatis insidiis, uxores Athenienſium abduxerunt, cum Mineruæ sacra facerent in Braurone: hisq. in Lemnum nauigio asportatis, concubinarum uice sunt abusi. Cæterum mulieres, cum plurimos liberos parerent, omnes & Atticis moribus instituerunt, & Attice loqui docuerunt; ita factũ est, ut nec miscere coniugia cum puellis Pelasgicis uellent, &, si qnando Pelasgus quempiam pulsare conaretur, omnes conglobati Attici huic suppetias ferrent. Breuiter adeo inualescebat pubes Attica, ut plerisq. in rebus priores tenere videretur. quare uisum est Pelasgis, ut filios ex Atticis mulieribus susceptos trucidarent. Idq; perfecerunt, occisis una & matribus, deinde, sterilitate, orbitate, pestilentia, reliquisq. plurimis adacti malis, Delphicum oraculum consuluerunt, qua uia calamitatibus leuari possent. Hinc igitur ait per omnem Græciam increbuisse prouerbiũ, ut ingentia, miserandaq; mala, Lemnia dicerentur. Partim igitur hinc natum adagium putat, partim illinc, quod aliquando Lemniæ mulieres graueolentię maritorum offensæ, eos uniuersos sustulerunt, auxilio Thoantis. Cuius rei meminit Euripides in Hecuba:

Καὶ λῆμνον ἀρδὶν ἀρσένων ἐξῴκισαν. i.
Maresq; Lemno sustulere fęminæ
Funditus. Itẽ Seneca in Agamemnone:
Et scelere Lemnon nobilem.

Cicadam ala corripuisti.

Τέπιγα περῦ σωείληφας, i. Cicadam ala corripuisti. Dicitur in eos, qui quẽpiã prouocant minime ex usu suo. Lucianus in Pseudologista, scribit Archilochũ poetam iambographum, & ad male dicendũ egregie instructum, ad hunc modũ respondisse cuidam, a quo fuerat conuicio prouocatus. Τὸν τέπιγα περῦ. σωείληφας. Est aũt huius insecti mira quædam, & prodigiosa loquacitas, maxime efferuescente sole. Plinius negat ijs uocem esse, sed stridorem contractu: eumq. sonum emittit non alis, quemadmodum muscæ, apes, culices: nam iis stridor simul cum uolatu desinit, at cicadæ si presserit alas, uehemẽtius etiã perstrepit, sed in pectore subesse ait duos specus, attrituq. membranæ, mobili accedente spiritu, per hos è uisceribus sonum edi. Ergo, quemadmodum, si cicadam natura garrulam ala prehendas, clarius obstrepit, ita, si poetico homini præbeas occasionem simultatis, non modo non tacebit, sed clari⁹ obstrepet, & omnẽ bilẽ chartis illinet atris. Proinde Platonem aiunt admonuisse, ne quis hominem poetam sibi faceret inimicum. Et Horatius, Genus irritabile uatum, dixit.

Tenedia bipennis.

Τενέδιος πέλεκυς, i. Tenedia securis. Conueniet aut in eos, qui nimium seuere iudicant, ac puniunt: aut qui celeriter expediunt controuersias, & litium ambiguitates. Inde translatum, quod olim rex Tenedi, securim gestans, lites audire consueuit; causaq; iudicata, protinus eũ, qui fecisset iniuriam, securi percutere, aut qd̃ Tenedius quidã rex legẽ tulit in adulteros, ut utriusq. corpus securi cõcideretur, eiusque legis exemplũ ẽt in filiũ edidit. proinde i numismate iussisse insculpi, altera ex parte securim, altero duos vultus ex eadẽ ceruice ptominentes. Cuius rei meminit & Stephanus in urbiũ catalogo. Plutarchus in cõmentario de Pythiis oraculis, ostẽdit securim typum, atq. insigne fuisse Tenediorũ, idq. propter caucros, qui sunt apud illos in loco, qui dicitur Asteriũ. Verba Plutarchi, si qs forte requiret, sũt hęc: Ὥσπερ ἀμέλει σελινοῦντιοι ποτὲ χρυσοῦν σέλινον ἀναθεῖναι λέγονται, καὶ τενέδιοι τὴν πέλεκυν, ἀπὸ τοῦ καρκίνου τοῦ γινομένων περὶ τὸ καλούμενον ἀστέριον παρ' αὐτοῖς. μόνοι γὰρ οὗς ἔοικεν ἐν τῷ κελωνίῳ τύπον πελέκεος ἔχουσι. Lucianus i Philopseude: Τοῦτ' ἐκεῖνο, ἥκειν γάρ μοι νομίσας, πέλεκυ τινα κατὰ φθόματων. i. Ratus. n. iuxta illud, qd̃ uulgo dici cõsueuit, securim qnãdam mihi ueniſſe ad incidẽda mẽdacia. Videtur allusum ad Alexandri Magni factum, qui nodum insolubilem in Midæ plaustro ense

se dissecuit, quemadmodum ostendimus alibi. Meminit & Pausanias in Phocicis, sed originem adagionis ad aliam fabulam refert. Scribit autem securim inter anathemata fuisse, monumentum Perycliti, cuius pater Euthymachius Tenedius, qua de re uetusta ferretur fabula: Cycnon filiũ fuisse Neptuni, ac regnasse in Colonis. Porro Colonæ erant in terra Troiana, contra insulam, cui nomen Leucophrys. Porro, cum Cycnus haberet filiam, nomine Hemitheam, ac filium nomine Tennen ex Proclea, ea fuerat Clytij filia soror Caletoris, quem Homerus in Iliados o, tradit interfectum ab Aiace, quod is Caletor in Protesilai nauim ignem iniecisset. Hæc igitur cum esset defuncta huic successit Philonome, Craugasi filia, quæ cum adamaret Tennen, ac reiecta fuisset, mentitur apud maritum, quod ipsa nolens ab eo fuerit de stupro sollicitata. Cycnus, uxoris mendacio persuasus, Tennen una cum sorore cistæ inclusum abiicit in mare. Cæterum incolumes appulsi sunt in insulam Leucophryn, cui post a Tenne nomen uersum sit Tenedos. Cycnus tandem, ubi comperisset se deceptum, nauigat ad filium, simul & agniturus errorem suum, & ueniam deprecaturus. Cum autem appulisset Cycnus, & nauim ab arbore quapiam, aut saxo religasset, Tennes præ iracundia securi funes incidit. Vnde prouerbium dici cęptum de ijs, qui pertinaciter negarent aliquid: Hic est, qui Tenedia securi hoc aut illud incidere posset. Huic nõ dissimilis historia refertur in prouerbio, Tenedius homo.

Thesaurus carbones erant.

Ἄνθρακες ὁ θησαυρὸς πέφυκεν, i. Carbones thesaurus erant. In eos competit, qui spe sua frustrantur, quique, magnificis rebus expectatis, meras nugas reperiunt. Ex euentu quopiam natum uidetur, quo qui spiã, thesauri spe fodiẽs, carbones defossos inuenit. Eaq; res in risum, uulgiq. sermonem abiit. Nam antiquitus carbones in terra defodi solent, ad indicandos agrorũ terminos, propterea quod, ut testatur in opere de ciuitate Dei Diuus Augustinus, nulla res magis durabilior, magisq. perpetua, quã carbones sub terra defossi. Lucianus in Zeuxide: Τὸ δὲ κατὰ τὴν παροιμίαν ἄνθρακες ἡμῶν ὁ θησαυρὸς ἦσαν, i. Verum, iuxta prouerbium, thesaurus noster carbones erant. Rursum in Philopseude: Τὸ γοῦν τοῦ λόγου ἐκεῖνο, ἄνθρακες ἡμῖν θησαυρὸς πέφηνας, id est, Proinde iuxta id, quod dici solet: tu nobis, qui thesaurus credebaris, carbones extitisti. Idem in Timone de auro inuento: Δέδια γοῦν, μὴ ἄνθρακας ὄρυττε ἀνεγρόμενος, id est, Vereor, itaque, ne expergefactus carbones reperiam. Rursus in Votis: Καὶ ἄνθρακές σοι οἱ θησαυρὸς ἔσται, id est, Ac thesaurus tibi cerbones fuerint. Alciphron in epistola quadã: Οὐ ἀποδοῦς μοὶ πάντες οἱ θησαυροὶ γενήσονται, id est, Nõ omnes thesauri mihi cinis erunt?

Satius est recurrere, quam currere male.

Πάλιν δρομῆσαι μᾶλλον, ἢ δραμεῖν κακῶς, i.
Satius recurrere, atque uti curras male.

Senarius prouerbio celebratus, cuius hic est sensus: Præstat mutare consilium in melius, quam in male institutis pergere. Lucianus asinus sententiam hanc secũ uoluebat, non admodum asininam:

Ἔκρινα τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου.
Πάλιν δρομῆσαι μᾶλλον, ἢ δραμεῖν κακῶς, i.
Visum est tãdem, iuxta uulgi sermonem,
Potius recurrere, atq. currere perperã.

Quin & hoc sæculo uulgo dictitant, nõ prorsus aberrare eum, qui medio e cursu recurrat: significantes, probandos eos, qui mature resipiscunt ab stultitia.

Solus currens uicit.

Μόνος θέων ἐκράτει, i. Solus currens vicit. De ijs, qui uincunt nemine contra certante. Translatum a stadijs. Nihil autẽ est negotij uincere, si nemo tecum certet. Concinne dicetur in eos, qui sibi placẽt, quasi pulchre causam suã probarint, cum nullus adsit, qui cõtra disputet. Lucian⁹ in imaginibus: Ῥᾷστον οἶμαι τὸ ὅτι κατὰ τὴν παροιμίαν, μόνον θέοντα κρατεῖν, i. Haud est difficile, iuxta prouerbium, cum solus curras, vincere. Affine illi, quod alias recensuimus, ἐρήμῳ νικᾶν, id est, Desertã causam uincere. Nec alienũ ab illo, ἀκονιτὶ νικᾶν, id est, Citra puluerem uincere. Et ἀνιδρωτὶ νικᾶν, i, Citra sudorem uincere; quorum alibi meminimus.

Leonem ex unguibus æstimare.

Ἐκ τῶν ὀνύχων λέοντα γινώσκειν, i. Ex unguibus æstimare leonem, est, ex una quapiam

piam cõiectura negotium uniuersum per pendere, ex paucis multa, ex minimis maxima conijcere. Natum uidetur adagium a Phidia statuario, qui, sicut narrat Lucianus in Hæresibus, inspecto leonis duntaxat ungui, quantus esset totus leo, perpendit, totumque ex indicio unguis effinxit. Plutarchus in commentario De defectis oraculis, uidetur ad Alcæum referre. Sic enim scribit: Οὐκ κατ' ἀλκαῖον ἐξ ὄνυχος τὸ λέοντα γράφοντας. id est: Non Alcæi more leonem ex unguibus depingentes. hoc est, ex re minima, maxima colligentes. Philostratus in uita Apollonij: Οἷον ἐξ ὄνυξος ἤδη ὁρᾶ, id est, Qualem ex ungui iam esse uideo. Basilius magnus ad maximum Philosophum: εἰκόνες ὄντως τῶν ψυχῶν εἰσὶν οἱ λόγοι. κατεμάθομὲν ἑνὸς δὲ διὰ τοῦ γράμματος, ὅσον, φασὶν, ἐξ ὀνύχων τὸ λέοντα, i. Animi imago re vera est oratio, proinde cognouimus te ex literis, non aliter, quam leonem, ut aiunt, ex unguibus. Fit autem hoc mathematica ratione, sicuti docet Vitruuius libro tertio, ut ex membro uel minimo, totius corporis modus colligatur. Quemadmodum Pythagoras Herculani corporis mensuram, ex Pisano stadio quod Hercules suis pedibus fuerat metatus, raticinatus est. Sic ex unius arteriæ pulsu, medici de tota hominis ualetudine iudicant, sic ex unica epistola doctrinam omnem æstimamus: ex unico responso, totam hominis sapientiam perpendimus.

Cauda de uulpe testatur.

Η κέρκος τῇ ἀλώπεκι μαρτυρεῖ, id est, Cauda de uulpe testificatur. In eos dici solitum, qui pusilla in re, cuiusmodi sint, declarant. Est autem uulpi cauda pro corpore maior, ac pilosior, ut non sit facile celare. Alioqui canis uideri possit. Vnde quadrabit de exitu declarante, cuiusmodi fuerint reliqua. Quidam primo aggressu agni, in euentu uulpes comperiuntur.

E fimbria de texto iudico.

Εκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα γινώσκω, i. E fimbria textum omne cognosco. hoc est, ex uno aliquo pusillo reliquorum facimus coniecturam. Translatum a negotiatoribus, qui, inspecta texti margine, facile de uniuerso, cuiusmodi sit, iudicant.

De gustu cognosco.

Εκ γεύματος γινώσκω, i. Ex degustatione iudico. hoc est, ex minima experientia. Ductum item a negotiatoribus, qui, gustato duntaxat uino, aut oleo, de reliquo mox pronunciant. Est enim cuiusque arboris fętui suus quidam sapor, & indoles, & forma quoque peculiaris: quæ quoties mutarentur in diuersum, pro ostento habitum fuit, ut eleganter Theophrastus in historia plantarum libro secundo, capite quarto. Vnde Plinius: Ad eum, inquit, gustum tibi reliqua promitto. Seneca: Ex gustum tibi dare uolui. Et degustationẽ, huiusmodi experientiam uocamus. Haud alienum fuerit huc ascribere, quod Ireneus refert prouerbii nomine, ut discas mare salsum esse, nihil opus totum ebibere. Siquidem è paucis guttis deprehendere licet, quale sit uniuersum mare.

Aethiopem ex uultu iudico.

Τὸν αἰθίοπα ἐκ τῆς ὄψεος γινώσκω. i. Aethiophem ex ipso uultu cognosco. Præfert quisque aliquo signo, cuiusmodi sit moribus. Præsefert enim Aethiops, nigrore uultus, intortis capillis, labris tumentibus, dentium candore, patriam suã. Nam uestem mutare potest Aethiops, faciem non potest.

De fructu arborem cognosco.

Εκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκω, i. E fętu cognosco arborem: e factis hominem iudico. Nam simulatio nec diuturna potest esse, nec fieri potest, quin, alicunde cedens naturæ, prodat animi morbum.

In tenebris saltare.

Εν τῷ σκότῳ ὀρχεῖσθαι, i. In tenebris saltare. Est, rem gerere clanculum, nullo teste, nulloque iudice. Trãslatum ab ijs, qui choros ducunt, quos in tenebris nemo queat dijudicare, recte ne, an secꝰ moueãt pedes. Lucianus in Sectis, Εν σκότῳ φασὶν ὀρχούμεθα, i. In tenebris, vt aiũt, saltaremꝰ. Quib. ex uerbis uidetur adagium dici posse ẽt in illos, qui temere, nulloq; iudicio, nulla certa ratione rẽ agunt. Sentit. n. Lucianus, nos, philosophia destitutos, tãquã in tenebris saltaturos, ut, quidquid in manus uenerit, id esse credamus, quod quærebatur. Apparet huc tacite allusisse Platonem libro de Republica octauo. Ινα μὴ σκοτεινῶς διαλεγώμεθα, πρῶτον ὁρισώμεθα. i. Ne tenebrose disseramus, prius definiamus, Nam qui confuse disputat, uelut in tenebris saltat.

Areopagita.

Αρειοπαγίτης. i. Areopagita. De tristi seueroque dicebatur, aut etiam de iudice uehemẽter incorrupto. Inuenitur & Σκυθρωπότερος ἀρειοπαγίτης, i. Tristior Areopagita. Athenis summa erat. Areopagitarũ auctoritas: hi erant iudices, qui de capitalibus causis pronunciabant, tanta integritate, ut noctu, atque in tenebris, non interdiu, neq; luci causas cognoscerent: quo nõ dicentes, sed duntaxat quæ dicerentur spectarent. Id ita esse, testatur Lucianus in Sectis. Adlusit ad prouerbiũ Cicero ad Atticum libro 2. Senatus ἄρειος πάγος, nihil constantius, nil seuerius, nil fortius. Idem eiusdem operis lib. 4. Ex quo intellectum tres τοὺς ἀρειοπαγίτας, ambitum, comitia, interregnum, maiestatem, totam denique Rempublicam flocci non facere.

Atticus aspectus.

Αττικὸν βλέπος, i. Atticus aspectus, perinde est, quasi dicas, os impudens. In eos dicebatur, qui vultu ipso prę se ferebant impudentiam, dicendiq; confidentiam. Nam hoc uitio notati sunt Atticorum mores, Aristophanes in Nubibus:

Επὶ τοῦ προσώπου τ' ἐστὶν ἀττικὸν βλέπος. i.

Ac vultu in ipso aspectus Atticus eminet.

Sic enim loquitur Strepsiades de filio socratica è schola redeunte, quẽ ex ipsa fronte conijcit, malã causam agere posse. quod nescimus quid Atticę astutiæ simul atque impudentiæ præferret. Quin & Achilles, apud Homerum Agamemnonem appellat κυνώπιν, ob impudentiam. tales & κυνοβλῶπας dici, admonet Hesychius.

Lari sacrificant.

Εστία θύουσιν. i. Lari sacrificãt. In tenaces dicetur, qui de suis nemini quidquam impartiunt: aut in conuiuas edaces, qui nihil appositis epulis mittunt amicis: neq; quidquam faciunt reliquum. Nam antiquis religiosum erat, ex ijs, quę laribus immolabantur, aliquid foras efferre. Huc adlusit Aristophanes in Pluto, apud quẽ Carion Mercurio obsecranti, ut aliquid sibi de sacrificio, quod intus agebatur impertiant: ἀλλ' inquit, οὐκ ἐκφορά, i. Efferre nequaquam licet. Item in eadem fabula mulieri uolenti pro foribus spargere bellaria:

Ενδον γε παρὰ τὴν ἑστίαν, ὥσπερ νόμος,
Οὐδὲν ἐκφέρειν πρεπῶδες ὄζει ἀλλὰ εἰσφέρειν. idest,

Intus profecto, ut moris est, apud Larem
Nam nefas efferre quidquam, inferre sed decet magis.

Apud Romanos auctore Plutarcho, nefas erat mensam prorsus inanem tolli: uel quod innuerent semper aliquid reseruandum in tempus posterum: uel ut assuescerent temperare cupiditati, a præsentibus abstinentes: uel ut hoc pacto seruorum animos sibi conciliarent, cum quibus mẽsam aliquo pacto communem habere uiderentur: uel quod religiosum haberetur in sacris quidquam uacuum conspici. Porro mensa sacra quædam res est. Cato lib. De re rustica monet, ut uillica certis diebus Lari sacrificet pro copia, addita foco corona. Huic diuersum adagium fingi poterit τῇ ἑκάτῃ θύειν, i. Hecatæ sacrum facere. Siquidem in huius deæ sacris, ij, qui cęnã inferebant, ipsi nihil inde gustabant, neq; quidquam auferebant præter tumultum & fumum, ut inquit in Symposiacis Plutarchus. Idem fieri consueuit, si quid inferebatur reliquis dijs, quos ἀποτροπαίους appellant. Torquebitur in eos, qui alijs consulunt, non sibi, alijs parant opes, ipsi non fruuntur.

Proteruiam fecit.

Erat hoc religiosum in nonnullis ẽt alijs hostijs, ne quid ex sacris epulis relinqueretur: aut, si quid reliquũ esset, id igni absumeretur. Porrò id genus sacrificij Romani Proteruiam appellant. Vnde celebrãtur illud Catonis festiuiter dictum in Albidium quendam, qui patrimonium uniuersum luxu absũpserat, unis exceptis ędibus, quę incendio conflagrarunt: Proteruiam, inquit, fecit propterea quod ea, quæ comesse non potuerit, quasi cõbussisse. Auctor Macrobius lib. Saturnalium secundo. Ad hoc facit, quod apud Atheneum libro octauo, Theocritus Chius Diocliti Gnati, qui, deuorato pisce calido, dixit se cor lũ exussisse: Vnum, inquit, illud tibi superest, ut mare ebibas, atque ita tres res omnium

nium maximas confeceris, terram, mare, cęlum. At, quoties sumptus superat quæstũ, nec morbus decedit iam in naturã uersus, quid supereſt, nisi ut ad malas artes uertãt sese, quo luxui semper gliscẽti suppeditet pecunia? Si legum seueritas coerceret talium intemperantiam, non tam multi, quibus supplicia uel infligere cogerentur, vel condonare. Per aleam enim, chartas, scorta, comportationes, & otium uenitur ad æs alienum, mox ad rapinas, & sycophantas. Cutritur in militiam, redeunt cum prędã nõ ab hostibus parta. His rudimentis exercitati, nullum horrent facinus. Apud veteres erant leges sumptuariæ, atque adeo Corinthi, quæ ciuitas erat cęteris corruptior, tamẽ lex erat opposita, sumptuosius, quàm pro rei familiaris modo, uiuẽtibus. Eam apud Athenæum libro sexto Diphilus refert hisce uersibus:

Τοιοῦτο νόμιμόν ἐστι βέλτιστε ἐνθάδε
Κορινθίοις, ἵν' ἄντιν' ὀφωνῶντ' ἀεὶ
Λαμπρῶς ὁρῶμεν. τοῦτον ἀνακρίνειν πόθεν
Ζῇ καὶ τί ποιῶν. κἂν μὲν οὐσίαν ἔχῃς
Ἡς αἱ πρόσοδοι λύουσι τἀναλώματα,
Ἐὰν ἀπολαύειν τοῦτον ἤδη τοῦ βίου,
Ἐὰν δ' ὑπὲρ τὴν οὐσίαν δαπανῶν τύχῃ,
Ἀπεῖπον αὐτῷ τοῦτο μὴ ποιεῖν ἔτι.
Ὃς δ' ἂν ὃ μὴ πείθηται ἐπέβαλον ζημίαν.
Ἐὰν ὃ μηδ' ὁτιοῦν ἔχων ζῇ πολυτελῶς,
Τῷ δημίῳ παρέδωκαν αὐτόν. οὐράκλεις.
Οὐκ ἐνδέχεται γὰρ ζῆν ἄνδ' κακοῦ τινὸς
Τοῦτον, σωθῆς· ἀλλ' ἀναγκαίως ἔχει
Ἡλιοποδυτεῖν νυκτός, ἢ τοιχωρυχεῖν,
Ἢ τῶν ποιούντων ταῦτα κοινωνεῖν τισιν,
Ἢ συκοφαντεῖν καθ' ἀγορὰν, ἢ μαρτυρεῖν,
Ψευδῆ· τοιοῦτον ἐκκαθαίρομεν γένος. i.

Hoc lege cautũ est hic apud Corinthios
Si quempiam obsonare semper splẽdide
Videmus, hunc rogamus, unde uiuat, &
Quid faciat operis: si facultates habet,
Vt reditus harũ soluere expensas queat,
Perpetimur illum perfrui bonis suis.
Sin forte sumptus superat ea, quæ possidet,
Prohibemus huic, ne faciat hoc in posterum.
Ni pareat, iam plectitur mulcta graui.
Sin sumptuose uiuit is, qui nil habet,
Tradunt eum tortoribus. Proh Hercules.
Nec enim licet uitam absque malo ullo degere
Valem scias, sed est necesse aut noctibus
Abigere prædã, aut fodere muros ædiũ,
Aut hęc patrantum iungier commercio,
Aut in foro agere sycophantã, aut pfidã
Prębere testem. Nos genus hoc mortaliũ
Eijcimus hac ex urbe, uelut purgamina.

Hic funis nihil attraxit.

Αὕτη μὲν μήριν θος οὐδὲν ἔσπασεν. i. Funis quidem iste piscũ attraxit nihil. Senarius prouerbialis, quo significabant operã frustra sumptam, neq; ex sententia euenisse, qd quis conabatur. Translatum ab hamato funiculo piscantibus, qui sæpe hamum retrahunt inanem. Natum uidetur ex fabula Aristophanis, cui titul', θεσμοφοριάζουσαι, ubi legitur hic Senarius. Ad adagium allusit idem in Vespis: Ἀλλ' οὐκ ἔσπασεν, id est, Atqui non attraxit. De eo, qui tetenderat patri laqueum, ne quo exiret.

Semper tibi pendeat hamus.

ADSIMILI metaphora dixit Ouid. in Amoribus:

Casus ubiq; valet, semper tibi pendeat hamus,
Quo minime credis gurgite piscis erit.

Semper experienda fortuna, & omnis tentanda occasio. Simile illi: Omnem mouere lapidem.

Diues aut iniquus est, aut iniqui hæres.

DIVVS Hieronymus ad Hedibiã scribit in hunc modum: Vnde & illa vulgata sententia nobis uidetur esse uerissima: Diues, aut iniquus, aut iniqui hæres. Quod si uerum est illud Hesiodum, non omnino temere esse, quidquid vulgo dicunt mortales, prouerbium hoc haud obscitanter expendẽdum est ijs, qui suis opibus stulte se iactant. Neque enim fere parantur ingentes opes sine fraude. Et aut ipse possessor eas per fas nefasq; congessit, aut certe successit ei, qui has ea parauit uia. Plato li. De legibus 5. Ὡς τε ὁ λόγος ἡμῖν ὀρθῶς, ὡς ὐκ εἰσὶν οἱ παμπλούσιοι ἀγαθοί. i. Ita uerum est, quod vulgo dicimus, admodũ diuites non esse bonos. Circumfertũ apud Græcos & hic uersiculus ex Menandri comœdijs:

Οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως δίκαιος ὤν. i.

Nunquam vir æquus, diues euasit cito.

Huc respexit ille, qui Syllę, iactãti sese, dixisse legitur: Quo modo vir bonus esse potes, qui tantas possideas opes, cum à patre nihil tibi sit relictum? Refert Plutarchus in illius uita.

Hercu-

Herculanus nodus.

Ἡράκλειον ἄμμα. i. Herculeus nodus, pro vinculo arctissimo, atq. indissolubili, legitur apud eruditos. Seneca ad Luciliũ: Vnus tibi nodus, sed Herculeus restat. Sic enim uocat syllogismum, qui uix dissolui posset. Quod in eos quadrabit, qui sunt arctissima necessitudine copulati. Idq. ũ sit natum, Plutarchus propemodum indicat in Alexandri uita. Scribit enim, Alexãdrum Magnum, subacto oppido Gordio, Midæ regia, uisere uoluisse plaustrũ illud celebre, mirãdo artificio ex corni libro cõnexũ. De quo talis fama apud barbaros increbuerat, quisquis eius nodos explicuisset, ei totius orbis imperium portendi fatis. Alexander ense dissecuit. Aristobolus scribit eum facillime dissoluisse, nempe ad empto clauo, quo temoni iugum annectitur. Allusit huc Auson. scribens Paulino suo, Nè tu Alexandri Macedonis peruicaciam supergressus es, qui fatalis iugi lora, cum soluere nõ posset, abscidit, & Pythiæ specu, quod nefas erat patere, penetrauit. Rursus ad eundem in carmine,

Ocius ille iugi fatalis soluere lora
Pellæũ potuisse ducẽ reor, abdita opertis
Principiis, & vtroq; caput celantia nodo.

Nodum autem eum, quem ostẽdit Hercules, religiosum, ac sacrum apud priscos fuisse, satis liquet ex ijs Plinij uerbis, quæ sunt in historia mundi, lib. 28. cap. 7. Ac vulnera nodo Herculis præligare, nirum quantum ocyor medicina est. Atque etiã quotidiani cinctus tali nodo, uim quandã utilem habere dicuntur. Festus Pompeius ostendit antiquitus fuisse morẽ, ut noua nupta laneo cingulo pcingeretur, uincto nodo Herculis: quem vir ominis gratia soluebat in lecto, ut & ipse felix esset in liberis suscipiendis: nam Hercules septuaginta libros reliquit. Athenæus libro undecimo, tradit Heracleotas Bœotiæ gentẽ hoc insigni a cęteris distingui, ὅτι ἔπεσιν ἐπὶ τῶν ὤπων αὐτοῖς ὁ λεγόμενος ἡράκλειος δεσμὸς, i. quod super aures gestent uinculum, quod Herculanum dicitur. In consimilem sensum M. Tullius usurpauit, Trabali clauo, actione in Verrem 6. Et vt hoc beneficium quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret, cum consilio causam Mamertinorum cognoscit. Meminit & Horatius clauorum Trabalium.

Fuere quondam strenui Milesii.

Πάλαι πότ' ἦσαν ἄγκιμοι μιλήσιοι. i.

Fuere quondam strenui Milesij.

Hoc senario notabãt eos, qui a pristina fortuna defluxissent, aut a maiorum moribus degenerassent. Breuiter in omnes quadrabit, qui desierunt esse quod erant, facti deteriores. In senem, in pauperem factum è diuite: in priuatum, qui quandoque regnarit: in obscurum, qui aliquando floruerit. Origo prouerbij uarie narratur a Græcis. Quidam aiunt Milesios olim belli gloria præter cæteros floruisse, adeo, ut, quoscunque bello lacesserent, eos superarent. Proinde Polycrates Samiorum tyrannus, bellum quoddam gesturus, cum in animo haberet Milesios socios ad eam rem accersere, oraculum super eo negotio cõsuluit. Deus respondit. Quondam fuere strenui Milesij. Alij diuersam afferunt fabulam. Cum Cares bellum aduersus quosdam molirentur, statuissentq; eius gentis auxiliis uti, quæ tum esset inter finitimos pollentissima, quidam Milesios accersendos censuerunt, alij cum Persis res componẽdas. Itaque consultus hac de re Apollo, respõdit modo dictum senarium. Dissipato per omnem Asiam oraculo, Milesij propemodum omnes in prælio cum Persis collocato, cæsi sunt. Itaque oraculum cum risu in prouerbium abijt. Rursum alij scribũt: Cares, cum Dario belligerantes, iuxta uetus quoddam oraculum, quo monebantur, ut fortissimos auxilio aduocarent, in Branchidas fuisse profectos: atque eius loci deum consuluisse, num Milesiorum auxilijs oporteret uti, atq. eum respondisse: Quondam fortes fuisse Milesios, significãtem uidelicet, eos iam imbelles esse, & delicijs effeminatos. Verum hoc commentũ ex ipsa temporis ratione coarguit Zenodotus. Siquidẽ hunc senarium legimus apud Anacreontem, qui floruit ætate Cyri, Persarum regis, a quo Darius fuerit tertius. Angelus itaq. Politianus maluit ad Milesiorum mores in mollitiem versos referre: quemadmodũ facit & Athenæus lib. Dipnosi. 12. Vsurpat hoc adagium semel atque iterum Aristophanes in Pluto:

Καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν ἀποτέμπων, ὅτι
Πάλαι πότ' ἦσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι. i.

Ac præter hæc renũciauit hoc quoque,
Fuisse quondam ili enuos Milesios.

Dicitur autē sub persona adolescētis, qui reuocatus ab anu, quam pauper aliquādo diuitem emolumenti gratia coluerat, tunc diues effectus, eandem exhaustam fastidit. Allusit eodem in Vespis, iocans in senes,

Ὦ πάλαι πότ' ὄντες ὑμεῖς ἀλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς,
Ἀλκιμοι δ' ἐν μάχαισιν,
Καὶ κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μόνον, ἄνδρες μαχιμώτατοι,
Πρὶν πότ' ὦ πρὶν ταῦτα νῦν
Δ' οἰχεταί γε, κύκνου πολιώτεραι δὴ.i.

O qui quōdam fortes fuistis in choreis, fortes in pugnis: & secundum hoc deniq. tantum uiri pugnacissimi: prius olim fuerunt, prius ista: nūc uero perierunt, cygno magis cani iam. Aristophanes in Ranis notat μιλήσια στράματα, i. stragulas Milesias, ut delicijs effeminatorum. Vsurpatur & a Synesio in epistola quadā ad Philosophon mulierem, significans sese a pristina felicitate redactum ad calamitatem.

Fuimus Troes.

Ἦμεν τρῶες, i. Fuimus Troes. Hic loquēdi color in Græcanicis tragœdijs adeo passim obuius est, ut tanquam in adagium abierit, ubi perijsse quempiam significāt: Euripides in Hecuba: Κἀγὼ γὰρ ὦν ποτὲ, id est, Et quondam ego fui. Sophocles in Electra:

Ἀπωλόμην δύστηνος οὐδὲν εἰμ' ἔτι.

Miseranda perij, nulla sum posthac ego.

Id imitatus Virgilius secūdo Aeneidos libro:

-Fuimus Troes, fuit Ilium & ingens
Gloria Teucrorum. Rursum alibi:
Et campos ubi Troia fuit. extinctam significans.

Eandem sententiā diuersa metaphora extulit Ouid. lib. De tristibus:

Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus.
Flāmaq; de stipula nostra, breuisq. fuit.

Ad eandem figuram pertinet & illud ex Terētiana fabula, cui titulus, ἑαυτὸν τυμωρούμενος. Immo habui, Chreme, tanquā periisse significās. Item illud ex Rudentibus Plauti: Miserum istuc uerbum, & pessimū est, habuisse. Præterea nobilis illa uox M. Tullij de coniuratis supplicio affectis: Vixerunt: cum occisos significaret. Hanc sermonis figuram ex antiquissima illa Lacedæmonij chori cātilena putant increbuisse. Eius chori mētionem fuit Plutarchus in libello, cui titulus, Quo pacto laudare se quispiam citra inuidiā possit. Meminit & Diogenianus in Græcorum adagiorum Collectaneis. Constabat aūt is chorus triplici serie, atq. orbe, senum, puerorū, iuuenum. Senum hæc erat cantio:

Ἄμμες πότ' ἦμεν ἀλκιμοι νεανίαι. id est,
Nos fuimus olim strenui iuuenculi.

Deinde puerorum hæc erat:

Ἄμμες ὦ γ' ἐσόμεθα πολλῷ κἀρρόνες. i.
Præstantiores nos futuri olim sumus.

Postremo iuuenum hæc erat:

Ἄμμες δὲ γ' εἰμὲν, αἰ δὲ λῇς αὐγάσδεο. i.
At nos sumus, uel experire, si uelis.

Hunc chorum, quem τριχορίαν uocāt, instituit apud Lacedæmonios Tyrtæus, iuxta triplex ætatum discrimen. Nam puericia ingressus est uitę, uirilis ętas, ꝓgressus, senecta exitus.

Pyraustæ interitus.

Πυραύστου μόρος, i. Pyraustæ interitus, In eos dicebatur, qui sibijpsis exitium accersunt. Ait enim Zenodotus, Pyraustam insectum esse, quod lucernis aduolet. atq; ita exustis alis concidat, pereatq;. Citat autem hunc ex Aeschylo senarium:

Δέδοικα μωρὸν κἄρτα πυραύστου μόρον. i.
Magnopere stultum metuo pyraustę exitium.

Tradit eadem de Pyrausta Ælianus De natura animantium lib. 12. citans eundē ex Aeschylo locum. Meminit de Pyrausta & Plinius lib. 11. cap. 36. Gignit, inquiens, aliqua & contrarium natura elementum, siquidē in Cypri ærarijs fornacib. ex medio igni maioris muscæ magnitudine, uolat pennatum quadrupes, appellatur Pyralis, a quibusdam Pyrausta, aut, ut nonnulli codices habent, pyrotus. Quamdiu est in igne, uiuit: cum euasit longiore paullo uolatu, tunc emoritur. Cuiusmodi ferme tradidit Aristoteles tertio libro De aīalibus è niue uenustiore uermē nasci, qui niue exemptus nō uiuat. Eum nos uidimꝰ in Alpibus. Quod si placet ad hoc referre adagium, conueniet & in eos, q. ἀνύμποροι sunt, id est, qui celeriter intereunt. Necĩ uenuste deflecteretur in eos, qui nusquā uiuere possunt, nisi in propria patria: si contingat agere peregre, rebus omnibus offenduntur.

Post

Post festum uenisti.

Κατόπιν τῆς ἑορτῆς ἥκεις, i. Post festum uenisti. Refertur a Diogeniano. Dicitur in eos, qui negotio cuipiam egregio non interfuerunt: propterea quod serius, iam re peracta, accesserint. Socrates in Gorgia Platonis: ἀλλ' ἢ τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν, καὶ ὑστερῶμεν, i. Num, inquit, post festum, quemadmodum dici consueuit, uenimus, ac serius? Legitur & hoc pacto: παναθηναίων κατόπιν, i. Post Panathenæa. Item τυθίων ὕστερον ἥκες, i. Post Pythia uenisti.

Merx ultronea putet.

Mercēs ultroneæ putent, id est, ingrata sunt, quæ ultro non petentibus offeruntur. Translatum uidetur a negotiatoribus, qui merces a uēnditore ultro oblatas, suspectas habere solent, quasi studeant eas extrudere. Adagium refertur a Diuo Hieronymo in quęstionibus Hebraicis: Tritum, inquit, prouerbium est, ultroneas putere merces. Vnde & nos de industria dicenda reticemus, ut auidius uelis audire, quæ tacita sunt. Vsurpat idem in epistola ad Demetriadem uirginem. Ab hac sententia non abludit illud Oldidianum:

Quod uenit ex facili, faciles, segnesque tenemus.
Quodque, quodque metu torsit, habere iuuat.
Quin uulgo etiam num in ore est, ultro delatum obsequium plerunque ingratum esse. Cui tamen refragetur Mimus ille nō insulsus:
Bis est gratum, quod opus est, ultro si offeras.

Illotis pedibus ingredi.

Ἀνίπποις ποσὶν ἀναβαίνειν, i. Illotis pedibus ingredi. Eit, confidenter, atq. imperite rem egregiam aggredi, tāquam profane, & irreuerenter. Translatū a sacrorū cæremonijs, in quibus omnia pura, lotaque iubebantur exhiberi. Lucianus in Demonactis uita: Οὐ μὴν ἀνίπποις γε ποσὶ τὸ τῆς λόγου, πρὸς τάδε ἥκεν, i. Haudquaquā illotis, ut aiunt, pedibus ad ista uenerat. hoc est, neutiquā inexercitatus, neque rudis. Idem in Rhetorum pręceptore notat eos, qui ἀνίπποις ποσὶν, id est, nullis bonis disciplinis instructi, ad rhetoricum munus accedūt. Æneas sophista in epistola quadam: Οἱ μὲν πολλοὶ, τὸ δὴ λεγόμενον, ἀνίπποις ποσὶν ὅπη πηδᾶσι τοῖς ἱεροῖς. i. Plerique quidem illotis, quod aiunt, pedibus irrumpūt ad sacra. A. Gellius in Noctibus: Illotis, qd aiunt, pedibus & uerbis, reprehēdit doctissimi hominis orationem. Macrob. Saturna. lib. 1. Illotis pedibus prætereunt. De literatoribus loquitur, qui reconditam illam in Virgiliano poemate doctrinam negligūt. Huiusmodi Galenus libro De uirtute simplicium remediorum 7. ἀμυήτους uocat, καὶ βεβήλους καὶ ἐδὲν, inquit, ἴσως θαυμαστὸν, εἰ γε καὶ μυστηρίων βίβλους ἐτόλμησαν ἔνιοι τῶν ἀμυήτων ἀναγιγώσκειν. ἀλλ' οὐτ' ἐκείνας ἔγραψαν οἱ γράψαντες τοῖς βεβήλοις. οὐτ' ἐγὼ ταῦτα τοῖς μή πω περὶ τὰ πρῶτα γεγυμνασμένοις id est, Ac fortassis haudquaq; mirū est, si & mysteriorū libros quidā sacris non initiati sunt ausi legere. At eos libros nec illi, qui scripserunt, scripserunt profanis, nec ego hæc scribo ijs, q. nōdum in primis rudimentis sunt exercitati. In genere sermonē omnē parum uerecundum, nimisque procacem, ac petulātem illotum prouerbio uocant.

Illotis manibus.

Ἀνίπποις χερσὶν, id est, Illotis manibus. A Diogeniano refertur, pro eo, quod est, irreuerenter, atque imparate. Translatum item a sacrorum puritate. Hesiodus in Operibus & Diebus uetat, ne quis mane Ioui libet unum χερσὶν ἀνίπποις, i. manibus illotis.

Μηδὲ ποτ' ἐξ ἠοῦς δὴ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Χερσὶν ἀνίπποισιν μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν
i. Ne unquā mane Ioui uinum libaueris ardens
Illotus manibus, neque diuum pręterea ulli.

Ac ne uel amnem quispiā ingrediatur, aut fontem χεῖρας ἄνιπτος, idem uetat, id est, manibus illotis. Vnde χέρνιβος apud Homerum crebra mentio. Ea uox perinde sonat, quasi dicat manuum lotionē, a qua rem diuinā antiquitus auspicabantur, atq. etiā conuiuium, vtpote rem sacrā. Gregorius, cognomento Theologus, ī Apologia De fuga sua in Pontū, coniungit utrunq.: ἀνίπποις χερσὶν, ὁ δὴ λέγεται, καὶ ἀμυήτοις ποσὶ τοῖς ἁγιωτάτοις ἑαυτὸς ἐπεσάγεσιν,

id est Illotis, ut dici solet, manibus, ac profanis pedibus, semet rebus sacratissimis ingerunt. Caius libro Pandec. 1. Titulo de Origine iuris: Si in foro, inquit, causas dicentibus nefas, ut ita dixerim, uidetur esse, nulla præfatione facta iudici rem exponere, quanto magis interpretationem promittentibus inconueniens erit, omissis initijs, atque origine non repetita, atque illotis, ut ita dixerim, manibus, protinus materiam interpretationis tractare? Vtrunque prouerbium recte usurpabitur in eos, qui uel audacius, uel parum instructi rebus his, quibus oportuit, negotium inuadunt: ueluti, si quis principis munus capessat, nulla neque uirtute, neque sapiẽtia, neque rerum usu præditus.

Aquilæ senecta.

Ἀετὸς γῆρας, id est, Aquilę senecta. In senes dicebatur bibaces magis, quam edaces. Nam Plinius libro 10. cap. 3. refert, aquilas neque senio, neque ægritudine oppetere, sed fame, in tantum superiore accrescente rostro, ut aperiri non queat. Eoque aquilam tantum in senecta bibere, aut de præda sanguinem sugere: cum nullę fere aues aduncis unguibus utãtur potu, præter tinnunculum, & miluum: quanquã hi quoq; perquam raro bibant. Auctor Aristoteles libro De natura animalium octauo. Sed idem libro nono narrans de aquilę rostro eadem ferme, quæ Plinius, addit huic rei datam fabulam, quæ significat hoc ideo accidere aquilæ, quod olim, cum homo esset, hospiti fecit iniuriam. Teren. in Heautontimorumeno. Visa uero est, quod dici solet, Aquilæ senectus. Verba sunt Syri, adulantis hero, quod pridie strenue bibisset in conuiuio. Est autem ueluti peculiaris senibus bibacitas. Siue quod natura frigus ætatis, uini calore pensare desiderat: siue quod uini hilaritas minuit senectutis molestiam. Vnde Plato quoque, cum inuenibus in totum interdixerit usum vini, uiris moderatum permiserit, senibus largiores compotationes concedit. Tum, cur senectus sit uinosior, caussam reddit etiam Alexãder Aphrodiseus in ꝓblemate quarto ab ultimo, quod ætas ingrauescens minuat calorem, uinum autem humectet simul & calefaciat. Vnde & uulgo lac senũ dicitur. Fertur & prisci Catonis Sæpe mero caluisse uirtus, ut inquit Flaccus.

Aquilæ senecta, Corydi iuuenta.

Ἀετὸς γῆρας, κορύδου νεότης, i. Aquilæ senecta, Corydi iuuenta. De uiuida, uiridiq. senecta, quæ præstantior sit utrorũq; iuuẽta. Nam anus aquila præstat Corydo auiculæ, etiam ætate integra. Citra allegoriã extulit Euripides in Andromache:

Πολλῶν νέων γὰρ, κἂν γέρων ἀνὴρ ἔῃ
Κρείσσων, idest,
Multis enim iuuenibus ante stat senex,
Cui mens adest generosa.

Camelus, uel scabiosa complurium asinorum gestat onera.

Κάμυλος καὶ ψωριῶσα, πολλῶν ὄνων ἀναπίδεται φορτία, i. Camelus etiam scabiosa, complurium asinorũ tollit onera. De ijs, qui usque adeo præcellunt quosdam, ut etiam senes, aut alioquin ægroti, præstantiores tamen sint illis integri. Aut de his, qui, rebus parum prosperis, tamẽ plus valent ob pristinæ fortunę reliquias, quam alij rebus integris. Vsus est Synesius.

Palinodiam canere.

Παλινῳδεῖν, i. Palinodiam canere, est, diuersum ab his, quæ prius dixeris, dicere, atq. in contrarium vertere sententiam. Translatum est a Sthesichori Lyrici poetę facto: cuius meminit Plato in Phędro. Is, cum Helenam carmine uituperasset, oculis orbatus est. Intelligens autem (Achille, sicut scribit Pausanias in Laconicis, Helenæ iussu nunciante) cęcitatis suæ caussam, protinus palinodiam cecinit: Helenamq. prius uituperatam laudauit, itaque uisum recepit. Hunc Socrates iocatur sese uelle imitari, & amoris uituperati prius canere palinodiam, quam orbetur oculis. Sonat autem Græce παλινῳδία, quasi dicas recãtationẽ. Quo quidẽ uerbo Flaccus usus est in Odis, promittens palinodiã amicæ, quam contumelioso carmine prouocarat:

Dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobrijs, animumq́ue reddas.

M. Tull. ad Atticũ: Expecta palinodiam diuinam. Vsurpauit hoc adagium nomina tim prouerbii uice Ioannes Chrysostomus. Itẽ Plato in epist. ad Dionysiũ tertia.

Vertere uela. Funem reducere.

VERTERE uela, est, in diuersum mutare sen-

sententiam, uitaq; institutum. Horatius in Odis:

Nunc retrorsum
Vela dare, atque iterare cursus
Cogor relictos.

Trãslata metaphora a nauigãtibus, qui cursus errorem uersis uelis corrigunt. Hãc Persius in quinta Satyra nounihil nouãs, Funem reducere dixit, pro eo, quod est, institutum mutare in diuersum:

Quæ dederam supra, repeto, funemq́ue reduco.

Venia primum experienti.

Συγγνώμη πρωτοπείρῳ, i. Venia primum experienti. Refertur a Diogeniano. Ignoscẽdum his, qui rudes nouo quopiã in negotio incipiunt uersari, si quid p imperitiam peccarint. Chrysostomus sententiã extulit in homilia quadã: καὶ τῷ μὲν ἐν ἀρχῇ πεσόντι συγγινώσκομεν ἅπαντες διὰ τὴν ἀπειρίαν. i. Et ei, qui lapsus est i initio, ueniã demus omnes, ob imperitiã. Fertur & hoc, Συγγνώμη τῷ πρῶτον ἁμαρτάνοντι, i. Venia primũ delinquenti. Pindarus in Hymnis, τὰς δύο ἀμπλακίας φερεπόνους, dixit, quod iteratum facinus, non oporteat impunitum esse. Alibi retulimus πρὸς τὴν αὐτὸν λίθον. Celsus lib. Pandect. 1. Tit. de legibus & senat. Nã ad ea potius debet aptari ius, quæ & frequenter fiunt, & facile, quã ad ea, quę perraro euenint, quia, quę semel, aut bis, ut ait Theophrastus, accidunt, contemnunt legislatores. Theoprasti Græca sic habent: τὰ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνεσι νομοθέται.

Euripus homo.

Εὔριπος ἄνθρωπος, i. Euripus homo. In inconstantes, ac moribus inæqualibus homines dicetur. Quadrabit & in fortunę uices: quæ res mortalium, uelut ęstu quodã, sursum ac deorsum iactat: ut recte dixerit Plautus in Captiui duo: Dij nos, quasi pilas, homines habent. A maris Euripi prodigiosa quadam reciprocãdi celeritate ducta metaphora. Est autem Euripus, maris pars inter Aulidem Bœotiæ portũ, & Eubęam insulam: cuius meminit Strabo libro nono, & Plin. libro secundo. Et quorũdam tamẽ, inquit, priuata natura est, uelut Tauromenitani Euripi sæpius, & in Eubęa septies die ac nocte reciprocantis, tã rapida cõuersione, vt, quemadmodum auctor est Pomponius Mela, uentos, ac etiam plena uentis nauigia secum portet. Neque dum huius tam stupędę rei causa satis idonea peruestigata est a scriptoribus. Etiam si T. Liuius, secundi belli Punici libro octauo, a uentis quibusdam illic flantibus, ita rapi credit. Seneca in Hercule Oetæo:

Euripus undas flectit instabilis uagas,
Septemq́. rursus flectit, & totidẽ refert,
Dum lassum Titã mergit Oceano iubar.

Boetius item:

Exæstuantis more fertur Euripi.

Cicero pro Cn. Plancio: Quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam uarias habere creditis agitationes, commutationes, fluctus, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum? Objicit Æschines Demostheni, quod, sub inde commutata factione, Euripum ipsum inconstantia sua uicisset. Vnde Græci Euripiston, hominem incerta fide uocant. Gregorius Theologus in Epistola quadã ad Sophronium equitũ magistrum, ὁρᾶς οἷα τὰ ἡμέτερα, καὶ ὅπως κύκλος τὶς τῶν ἀνθρωπίνων περιφέρει πράγματα τῶν, νῦν μὲν τῶν, νῦν δὲ τῶν ἀνθέντων καὶ ἀπανθόντων καὶ ἄτε τῶν δὲ φαίνειν ἑκάστος ἡμῖν, ἄτε τῶν δυσυχεῖν, οὐ δὴ λέγεσιν ἀλλὰ τάχισα μετακινουμένε καὶ μεταπίπτοντος, ὡς αὔραις ἢ μᾶλλον πιδίοις καὶ γράμμασι τοῖς καθ' ὕδατος, ἢ ἀνθρώπων ἡμερία, i. Vides, q̃ sit conditio rerũ nostrarũ, utq. rota quędã negotiorum humanorum cursu circumagatur, nunc his, nunc illis florentibus, ac marcentibus, dum neq. prosperitas, neq. aduersitas, ut aiunt, nobis constat, sed quã ocissime in diuersum mutatur, ac trãsilit, ut auris, ac literis aquæ inscriptis fidere liceat citius, q̃ humanę felicitati. His uerbis pulchre depingit Euripum humanæ conditionis. Inuenitur & τύχη εὔριπος, id est, Fortuna uolubilis. Nihil enim hac instabilius, & εὔριπος διάνοια, qd cogitatio nunc huc nunc illuc feratur.

Endymionis somnum dormis.

Ενδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις, i. Endymionis somnũ dormis. In eos quadrabit, qui sese immodico somno saginant, aut q. diuturno in otio uersantur, nec ullis se negotij exercẽt, sed mollẽ, feriatãq. agũt uitam. Natũ a fabula notissima Endymionis. is erat puer apprime formosus, ac Lunę

adamatus. Cui quidem illa a patre Ioue precib. impetrauit, vt, quidquid optasset, id ferret. Optauit Endymion, ut perpetuũ dormiret somnũ, ἀθάνατος, καὶ ἀγήρως μένων. i. Immortalis perseuerans, & expers senii. Vsus est hoc adagio Aristoteles decimo Moralium libro, colligens neque otium conuenire diis, neque rursus ullam aliam actionẽ illis dignam uideri, præter contemplationem. Porro, cum constet inter omnes, illos uiuere, consentaneum est eosdem & agere quippiam: Neque enim, inquit, oportet eos Endymionis, vt aiunt, dormire somnum. Cicero libro de Finib. quinto, differẽs id maxime nobis insitum a natura, ut agamus aliquid: Itaq; , inquit, ne si iucundissimis quidẽ nos somniis usuros putemus, Endymionis somnum nobis nolimus dari, idq; si accedat, mortis instar putemus. Idem Tusc. quæst. lib. 1. Quanquam, qui leuiorem faciunt, somni similli mam volunt esse. Quasi vero quisquam ita nonaginta annos velit viuere, vt, cum sexaginta cõfecerit, reliquos dormiat. Ne sues quidem id velint, non modo ipse. Endymion uero, si fabulam audire uolumus, q̃ do in Latmio obdormiuit, qui est mõs Cariæ, nondum est experrectus.

Vltra Epimenidem dormis.

Ὑπὲρ τὸν ἐπιμενίδου κεκοίμησαι, i. Vltra Epimenidis somnũ dormiuisti. In eos dicetur, qui perpetuum agunt otium. Historia de Epimenide Cretensi extat in Noctibus Gellianis. extat & apud Diogenẽ Laertium. Is, ambulando fessus, in specũ quẽdam subierat, illic obdormiuit: nec experrectus est a somno ante exactos annos 57. Meminit huius Plin. lib. 7. cap. 52. his uerbis, Magna quidam fabulositate, quã equidem & in Gnosio Epimenide simili modo accipio: puerum, æstu, & itinere fessum, in specu septẽ & quinquaginta dormisse annis: rerum faciem, mutationemq. mirantem, uelut postero experrectum die: hinc pari numero dierum, senio ingruente, ut tamen in septimũ & quinquagesimũ atq; cẽtesimũ uitæ duraret annũ. Lucianus ĩ Timone: Ὑπὲρ τὸν ἐπιμενίδου γὰρ κεκοίμησαι, Nã ipsũ et Epimenidẽ somno vicisti.

Matura satio sæpe decipit, sera semper mala est.

COLVMELLA de re rustica scribit hunc in modum: Sed cum omnia in agricultura strenue facienda sum, tum maxime sementis. Vetus est agricolarum prouerbium: Maturam sationem sæpe decipere solere, seram nunquam, quin mala sit. Hactenus Columella. Admonet adagium, in omni negotio maturandum esse, neque paullo satius esse, occupare tempus legitimum, quam serius aggredi. Veluti, si quis admoneat, ut puer, tenera adhuc ætate, præceptoribus cõmittatur erudiendus. Cõsultiũ enim anteuertere, quam prouectioribus annis tum demum incipere.

Fames Meliæa.

Λιμὸς μηλιάδος, i. Fames Meliæa. De fame extrema, deq; rebus difficillimis. Est. n. Melus opidũ Thessaliæ, qd' Nicias, Atheniensium dux, obsedit, expugnauitq;, non tam machinis bellicis, quã fame. Hęc ferme Suidas. Idẽ effert hoc pacto, λιμῷ μηλίῳ, fame Melia. Meminit huius historiæ Thucydides ĩ quinto. Prouerbiũ est apud Aristophanem in Anibus:

Τοὺς δ' αὖ θεοὺς ὑπολείπετε λιμῷ μηλίῳ. i. Iterum deos fame enecatis Melia.

Saguntina fames.

SAGVNTINA fames consimili ratione in prouerbium uenit. Historiæ meminerunt T. Liuius, Val. Maximus, & M. Tullius in Philippicis. Est autem Saguntum Hispaniarum opidum, iuxta flumen Hiberum, societate, fœdereq; coniunctum cum Romanis. id longa Pænorum obsidione, fameq; eo redactum est, ut ciues, extructo in foro igni, quidquid erat pretiosarum rerum, in eum conijcerent. ac postremo, seq; suosq; liberos eodem præcipitarent, ne venirent in hostium manus. Ausonius: Iam iam peresam, iam Saguntina fame Lucania cum liberet. Græci uehementem & intolerandam famẽ, quæq; λειποθυμίαν inducat, βέλιμον appellant, & βελιμιᾶν dicuntur, qui animo deficiunt, præsertim ob inediam. Aristoteles sectione octaua, problemate quarto, quęrit, cur ĩ frigore & hibernis mensibus homines magis βελιμιῶσιν, nã hoc uerbo utitur. & q̃ Aristoteles uocat βελιμίαν, Theodorus uertit famẽ canina m. Mos erat olim apud Græcos, famem uirgis ex ædibus eijcere, dicẽtes, ἔξω βέλιμον, ἔσω πλοῦτον καὶ ὑγιείαν, i. Foras famem, intro diuitias, & sanitatem.

Famis

Famis campus.

Λιμὲν πεδίον, i. Famis campus. In ciuitates dicitur, ingenti fame pressas. Est autẽ locus quispiam hoc nomine. Addunt, cum aliquando illic summa fame laboraretur, apud Athenienses oraculum admonuisse, vt famẽ, loco designato, certis piaculis placarent, illi designarunt campum, qui est post ærarium. Atque hinc eum locum, famis campum appellant.

Elephantum ex musca facis.

Ἐλέφαντα ἐκ μυῖας ποιεῖς, i. Elephantum ex musca facis, i. res exiguas uerbis attollis, atque amplificas. Lucianus in Muscæ encomio: Πολλὰ δ' ἔτι ἔχων εἰπεῖν, κατατείνω τὸν λόγον, μὴ καὶ δόξω κατὰ τὴν παροιμίαν, ἐλέφαντα ἐκ μυῖας ποιεῖν, i. Multa adhuc commemorare possem, sed finem dicendi faciam, ne uidear & ipse, iuxta tritum prouerbium, ex musca elephantum facere. Sumptum videri potest ex Homero, qui inter prælia deorum, & heroum, muscæ improbitatem describit, cum hac inuictum, & acrem bellatorem conferens Menelaum Iliad. ρ. Quin & D. Augustinus libro contra Manichæos de duabus animabus, non dubitat muscam conferre, ac præferre soli, uelut animal inanimi.

Elephantus non capit murem.

Ἐλέφας μὺν οὐκ ἁλίσκει, i. Elephantus non capit murem. Generosus, & excelsus animus negligit prędas viles, ac lucella minuta. Vir egregiè doctus nõ insectatur minutulos istos literatorum simios. Homo p̃potens non offenditur iniuriolis tenuiũ.

Aquila thripas aspiciens.

Ἀετὸς θρίπας ὁρῶν, i. Aquila thripas aspiciens. De magnis, qui pusilla negligunt. Est θρὶψ auicula quæpiam minutissima, q̃ aquila cũ uideat, ut est oculatissima, haud tamen dignatur persequi, vtpote prædam unguibus suis parum dignam. Ad hũc quidem modum inuenitur in commentariis Græcorum, verum haud scimus, an mẽdose: nam thripas uermiculi genus est.

De pilo pendet. De filo pendet.

Ἐκ τριχὸς κρέμαται. i. De pilo pẽdet. De re uehemẽter periculosa. Videtur natũ ab historia illa Dionsij tyranni, propter gladium de pilo in caput impendentem. Ad quod allusit Persius Satyra tertia:

Et magis auratis pendens laquearibus ensis
Purpureas subter ceruices terruit.

Citatur hic uersiculus apud Macrobiũ lib. Saturnalium 1. ex Ennianorum annalium libro tertio:

Hac noctu filo pendebit Etturia tota.

Id est, uersabitur in summo discrimine. Hoc dicto nõ est aliud hodie uulgo tritus. Synesius in epistola quadã ὑπὸ λεπτὸν φασὶ μίτου τὸ ζῆν ἠρτῆσθαι. idest, Aiunt uitam de tenui pendere filo. Eodem pertinet dictum illud Laconicũ, cuius meminit Plutarchus ĩ Apopthegmatis Laconicis. Nã, cum quispiam Lãpen Æginitan efferret, tanquam longe ditissimũ, propterea quod multa possideret nauigia, Lacon quidam, ἐ προσέχω ἔφη τῇ δὲ δαμονίᾳ ἐκ χοινίων ἠρτημένῃ, i. Nihil, inquit, moror felicitatẽ de funiculis pendẽtem. Nimirũ innuens, nauticas opes incertas esse, ac fortunæ ludibrijs obnoxias.

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.

EST uersus prouerbialis apud Horatiũ in Epistolis, dicendus in eos, qui ad insaniã usq. impudentes, non uerẽtur & cõfessa negare, & manifesto falsa pro certis affirmare: deniq; quiduis dicere, ne uicti in disputando uideantur. Qualẽ Plato inducit sophistã Euthydemum, qui canẽ aiebat suum patrem esse, & eundem patrem omnium, & omnes omnia scire, atque id genus portenta pertinaciter, ne coarguerentur, asseuerabat. Carmen Horatianum est huiusmodi:

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.

Nimirum inter sanos conuenit, & nucẽ corticem habere durum, & baccã oleę, lapillum intus durũ. Proinde ludit operã, quisquis cum id genus hominibus disceptat, qui dicunt lucẽ tenebras, & tenebras lucẽ. Simile est, quod affert Galen. De uirtute simplicium remediorum lib. 2. quosdam Anaxagoram auctorẽ citasse, qui pronunciasset niuem non esse albam. Verba Galeni sic habẽt: καί τινες ἐξ αὐτῶν, καὶ τὸν Αναξαγόραν ἐπικαλοῦνται μάρτυρα, περὶ χιόνος ὑποφλιαρόν ὡς οὐκ εἴη λευκὴν. Atque

que istorũ nonnulli, etiam Anaxagorã testem adducunt, qui de niue pronunciarit, quod non sit alba.

Iuppiter orbus.

Ζεὺς ἄγονος, id est, Iuppiter orbus. Vbi quis palam falsa asseuerat. Constat enim Ioui quam plurimos esse liberos, utpote deo longe mulierosissimo, salacissimoq; : qui nõ una tantum corporis parte gignat, sed è femore Bacchum, è cerebro Palladẽ produxerit.

In mari aquam quæris.

Εν θαλάσσῃ ζητεῖς ὕδωρ, i. In mari quæris aquam. Ibi quæris, perinde quasi difficile inuentu, ubi nihil aliud occurrat: veluti si quis in moribus scelestissimi hominis unum aut alterum admissum uestiget, cũ tota uita sit cõtaminata: aut si quis in scriptoribus indoctis pauca captet, quæ reprehendat, cum nihil occurrat non reprehendendum. Martialis, si meminimus: Per mare, inquit, quæris aquam. Item Propertius Elegiarum libro primo:

-Nunc tu
Insanus medio flumine quæris aquam.

Fluuius cum mari certas.

Ποταμὸς θαλάσσῃ ἐρίζεις. i. Fluuius cũ mari certas, ubi minimi cum maximis certamen suscipiunt. Est autem locus quispiam, vt auctor est Suidas in Leontide, cui nomẽ ποταμοί. id est, fluuij. Huius incolę ποτάμιοι, quasi fluuiales dicuntur. Hi notati sunt, quod quamplurimos in suã ciuitatem adscriberent, quos ea nõ satis commode caperet. Atq. hinc prouerbij iocus, quod, cum fluuius esset, id est, locus nõ ad modum amplus, mare uideretur ęmulari, cum omnes undecunq; in sese reciperet.

Balbus balbum rectius intelligit.

Balbvs balbum rectius intelligit, id est, Barbarus barbari orationem. Ita enim natura comparatum est, ut, qui balbutit, hoc est, parum expedite loquitur, melius intelligat sermonem illius, qui & ipse cõsimili modo balbutiat, quam qui integre, & articulate loquatur. Concinne dicetur in eos, quib. indoctis indocta magis & nota sunt, & placent. D. Hieronymus hoc adagio cuiusdam stultitiam tangit. Et idcirco, inquit, se eruditum putat, quia Iouinianum solus intelligit. Est quippe prouerbium, Balbum melius balbi uerba cognoscere. Hæc ille. Porro Iouiniani stylum, ut portentiosum, & uehementer obscurum, idem Hieronymus miris salibus deridet in præfatione librorum, quibus illius coarguit errores.

Herbam dare.

Herbam dare, pro eo, quod est, victorem agnoscere, ac se uictum fateri, passim obuium est apud doctos. Inde sumptũ, quod, ut est auctor Festus Põpeius, id erat pastoralis uitæ indicium, propterea quod antiquitus cursu, vt alio quoptam certamine, superati, herbam ex eodem statim loco decerptam, aduersario porrigebant, victoriæ agnitæ symbolum. Plinius libr. 22. cap. 4. loquens de corona obsidionali graminea: Dabatur, inquit, uiridi, è gramine, decerpto inde, ubi obsessos seruasset aliquis. Namq. summum apud antiquos signum victoriæ erat, herbam porrigere victos, hoc est, terra, & altrice humo, & humatione etiam cedere. Quem morem, inquit, etiam nunc durare apud Germanos scio. Idem libro octauo, cap. 5. de elephante: Mirus nanq; pudor est, uictusq; uocem fugit victoris, terrã, ac uerbenas porrigit. Festiuius autem erit adagium, si ad literariam victoriam transferatur.

Vt canis è Nilo.

Qvi leuiter, ac uelut obiter artem ęquispiam, aut auctorem degustant, hi ceu cani è Nilo degustare dicentur. Id adagij natũ est ex apopthegmate quodam, cuius meminit Macrobius Saturnalium libro secundo: Id est huiusmodi: Post fugam Mutinensem, quærentibus, quid ageret Antonius, quidã familiaris eius respõdit: Quod canis in Ægypto, bibit, & fugit. Nam in illis regionibus constat, canes, raptu Crocodilorum exterritos, bibere, & fugere. Solinus ait, eos non nisi currẽtes lambitare, ne deprehendantur.

Hastam abijcere.

Hastam abijcere, dixit M. Tullius ĩ oratione pro Murena, pro eo, quod est, causę diffidere, & contentionem relinquere. Trãslatum a malitia. Desperat enim quisquis arma in bello abijcit, & aut fugam spectat, aut mortem exspectat. Græci simplici uocabulo

bulo φιλάσπιδας uocant timidos, & ĩ bello fugitiuos, nimirum ab clypei iactu. Id cognominis Demosthenes in prœlio quõdam emeruit: tam ignauus in bello, quã in concionibus inuictus Cleonymus apud Aristophanem in Fucis, ἀσπιδαποβλής appellatur. Plato libro de legibus duodecimo declarat φιλάσπιδος nomen multo probrosissimum esse.

Arena cedere.

Confine est huic, Arena cedere, pro, desistere à certamine, & uictoriam ultro concedere. Translatum à pugna gladiatoria. Sic & Horatius:

Iam Scythæ laxo meditantur arcu
Cedere campis.

In arenam descendere.

In arenam descendere, pro eo, quod est, certamen inire. A gladiatoria item arena translatum, de qua Flaccus:

Ne populũ extrema toties exoret arena.

Quæ si ad rem animi transferantur, metaphoram habebunt prouerbialem. In exemplis referendis, quoniam passim obuia sunt, non arbitrati sumus, uel immorandum nobis, vel remorandum lectorem. Meam arenam dixit Plinius in epistolis, pro mea functione. Ita enim scribit Fabato: Itaque Bœtico Prisco, quantum plurimum potuero, præstabo, præsertim in arena mea, hoc est, apud centumuiros.

Austrum perculi. ✗

Avstrvm perculi, idest, Operam lusi: est apud Plautum in Epidico. Aer enim verberantis ictum cedens eludit. Sũptum uideri potest uel ab ijs, qui exercentur ad artem gladiatoriam, ensem per aera uentilantes. Vel ab historia, cuius meminit Aulus Gellius de gente quadam, quæ cum hoc vento bellum gessit.

Ne umbram quidem eius nouit.

Simillimvm est huic illud, quod vsurpat Marcus Tullius in epistola ad Atticum libro octauo: O hominem amentem, & miserum, qui ne umbram quidem τοῦ καλοῦ uiderit. Plutarchus περὶ πολυφιλίας. Menandrum citat, qui beatum dixerit eum, qui vel σκιὰν φίλου, id est, amici vmbram habeat. Et apud Athenæum, parasitus quispiam panes rancidos & atros in conuiuium illatos, ἄρτων σκιὰς appellauit: quasi manes panium, non panes. Quanqum adagium magis videtur ductũ ab antiqua pictura, quæ rem duntaxat vmbris ruditer repræsentabat. Et nota est specus Platonica, in qua qui desident, rerum vmbris oblectantur.

Prima facie, Prima fronte.

Sapivnt & hæc quoque prouerbiũ maxime cum ad res incorporeas referuntur: Prima facie, Prima fronte, pro eo quod est, primo obtutu, & priusquam pressius, ac diligentius consideres. Fallit enim plerunque primus ille aspectus, neq; raro caligant oculi pudore quodam. Deinde, iterum atque iterum contemplati, perspicimus quædam, quæ nos antea fefellerant, & primum illud oculorum iudicium quasi recantamus. Huius adagij frequens est usus apud scriptores Latinos; nominatim apud Quintilianum libro duodecimo, Papinianus libro duodecimo, tit. de Condictione sine causa, Cessare condictio prima facie uidetur. Item libro 16. tit. ad Senatuscon. Velleianum, Cum prima facie quidem alienam, re vera autem suã obligationem suscipiat, & alijs item aliquot locis. Celsus libro 22. tit. de Probationibus, capite Quingenta: Prima fronte æquius uidetur, ut petitor probet quod intendit &c.

Intus & in cute.

Intvs, & in cute notus est, modis omnibus cognitus: perinde quasi dicas, foris, atque intus notus. Persius:

Ad populum phaleras, ego te intus, & in cute noui.

Idest, alijs fucum facito, mihi plane notus es, neque potes imposturam facere. Et summam cutem primam illam rei quasi frontem, ac speciem uocamus. Ausonius in præfatione in periocha Homeri: Hæc eius species apparet, summam cutem primi operis intuenti. Et Horatius:

Introrsum turpis, speciosus pelle decora.

A limine salutare.

Hvic pene diuersum est, A limine salutare. Plurimum uetustatis obtinebit & hoc,

✗ Vrasse Erotos, au perculi.

hoc, si ad res incorporeas deflectatur. Veluti si quis dicatur theologiam à limine dũtaxat salutasse, qui uidelicet neque ualde diuturnam, neque præcipuam operam impenderit, sed rudimenta modo degustarit. Seneca epistola quadragesimanona: Nec ego nego prospiciendã ista, sed prospiciendã tantum, & à limine salutanda. Agit de dialecticorum argutijs, quas abunde satis existimat leuiter attigisse. Translatum à uulgaribus istis amicis, qui non admittuntur in penetralia, sed procul, atque à limine salutant, ac deinde discedunt.

Primoribus labijs degustare.

PRIMORIBVS labijs degustare, est, leuiter quippiã attingere. Ductum ab ijs, qui cibum, aut potum tenuiter degustant, nihil inde in stomachũ transmittentes. Cicero pro Cœlio: Equidẽ multos & uidi in hac ciuitate, & audiui, non modo qui primoribus labijs degustassent genus hoc uitæ. Idem de natura deorum lib. 2. Is cum dixit fore sempiternum, hunc censes primis, ut dicitur, labijs degustasse physiologiam? id est, naturæ rationem. Quintilianus libro duodecimo. Sed hoc transeo, de quo neminem, qui literas, uel primis, ut aiunt, labijs degustarit, dubitaturum puto. Procopius sophista in epistola quadã, πάλιν δ' τούτῳ ἐμεμφόμην, εἰ τοσούτου γλύσασα φράγματος ἄκρῳ δακτύλῳ φασὶν, εἶτα τὴν ἡδονὴν ἀφαιρήσεται, i. Rursum in hanc stomachabar, si cũ tantã rem summo, ut aiunt, digito degustandam præbuisset, deinde uoluptate spoliaret. Quibus in uerbis illud noue dictum, quod digito gustũ tribuit: nisi hoc sanxit, q̃ leuiter degustãt, eos rem degustandam summo digito admouere linguæ.

Summis labijs.

SVMMIS labijs Græci paullo diuersius usurpant, nempe, cum quis uerbis dũtaxat simulat quippiã, non autem ex animo facit. Lucianus in apologia, καὶ ἀπ' ἄκρου χείλους φιλοσοφῶν, i. Ac summis labiis philosophum agens. Item in Dialogis amatorijs ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους τοὺς ὅρκους ἔχουσι, i. Summis in labiis iusiurãdum habentibus. De amatorib. loquitur, qui uenereum iurant iusiurandum, non ex animo. Seneca libro primo, cap. 10. Non à summis labris ista uenerunt, habent hæ uoces fundamentum. Ad eundem modum Diuus Hieronymus in epistola ad Rusticum monachum, Vt non leui, inquit, citatoque sermone, &, ut ita loquar, summis labiis hospites inuitemus.

Extremis digitis attingere.

HVIC germanum est, Extremis attingere digitis, pro eo, quod est, leuiter attingere, quod ita demum adagiũ uidebitur, si metaphora accesserit M. Tull. in eo loco, quem modo citauimus: Equidem multos & uidi in hac ciuitate, & audiui, nõ modo qui primorib. labiis gustassent genus hoc uitæ, & extremis, ut dicitur digitis attigissent, sed qui totam adolescẽtiam uoluptatibus dedissent, emersisse aliquando, & se ad frugem bonã, ut dicitur, recepisse. Græci sic efferũt. τῷ ἄκρῳ ἁψαῦσαι δακτύλῳ, idest, Summo contingere digito. Ita Basilius in epistolis: οἱ δὲ καὶ αὐτὸς, εἰ καὶ ἄκρῳ δακτύλῳ τῆς γλυκυτάτης μέλιτος τῆς παρ' ὑμῖν ἐκκλησίας ἀπεπαυσάμεθα πέρυσιν, idest, Noui & ipse, tametsi summo digito, mel dulcissimum uestratis ecclesiæ gustauimus anno superiore. Translatum uideri potest à luctantibus. Nam Græci uocant ἀκροχειρίζεσθαι, colluctari cum quopiã citra reliqui corporis congressum, sed summis duntaxat digitis. Lucianus in Demonactis uita, Οὐ δὲ, κατὰ παροιμίαν, ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἀψάμενος, idest: Neq; summis, ut aiunt, digitis attigerat. Euripides hyperbolem citra metaphoram usurpauit in Iphigenia Aulidensi:

Οὐκ' ἄψεται τῆς συναγωγὸς ἀγαμέμνων ἄναξ,
Οὐδ' εἰς ἄκραν χεῖρα. id est.
Haud filiam cõtinget Agamemnon tuã,
Non uel manu primore.

Dimidium plus toto.

Πλέον ἥμισυ παντὸς, i. Dimidiũ plus toto, ænigma prouerbiale, quo commendatur aurea mediocritas. Refertur, & exponitur a Platone li. De legib. 3. ἄρα οὐκ ἀγνοοῦσαντες, τὴν ἡσίοδον ὀρθότατα λέγοντα, ὡς ἥμισυ τοῦ παντὸς πολλάκις ἐστὶ πλέον. ὁπόταν τὸ τοῦ ὅλου καμβάνειν, ζημιώδες, τὸ δὲ ἥμισυ μέτριον. τότε τοῦ μέτριον τοῦ μέτρου πλέον ἡγήσατο ἀμεινον ὂν χείρονος, i. Nõne, q̃ ignorauerint Hesiodũ rectissimẽ dicentẽ, dimidiũ sæpenumero plus esse, q̃ totũ, uidelicet cum totum accipere noxiũ fuerit, dimidium autem moderatum ibi mo-

moderatum immoderato plus esse duxit, utpote quod sit deteriore melius. Ad eundem modum enarrant Hesiodi interpretes: nimirum in toto significatum esse τὸ πλεονεξίαν, in dimidio τὴν ἰσότητα. Siquidem, qui dimidio cõtentus est, is in medio consistit: contra, quisquis ad totum usque progreditur, is, mediocritatem prętergressus, ad extremum peruenire oportet. Meminit eiusdem adagij & libro de Rep. quinto. Rursus libro De legibus sexto, declarãs in ciuitate prȩcipuum esse, ut eximijs uiris cõmitantur magistratus. Ἀρχὴ γὰρ λέγεται μὲν ἥμισυ παντὸς ἐν τῇ παροιμίᾳ τῶν ἔργων, καὶ τότε καλῶς ἀρξάμενοι πάντες ἐγκωμιάζομεν ἕκαστοτε τόδ' ἐστί γε, ὡς ἐμοὶ φαίνεται πλέον ἢ τὸ ἥμισυ, i. Principium. n. totius negotij dimidium dicitur in prouerbijs, ac bene cępisse ab oĩbus ubiq; laudi datur. Cæterum hoc mihi sane plusquã dimidium uidetur. Plato alludit ad uocis amphibologiam, nam ἀρχὴ Græcis & principium rei, & magistratum sonat. Pittacus apud Laertium, ubi se sponte abdicasset magistratu, agri sibi a Mitylenæis relicti dimidium resecuit, auctore Sosicrate, dicens, dimidium præstabilius esse toto. Idẽ pecuniã a Cręso missam recusauit, respondens, sibi dimidio plus esse, quã uellet. Carmẽ extat apud Hesiodum lib. 1. operis, cui titulꝰ ἔργα καὶ ἡμέρα. Scribit enim ad fratrem Persam in hunc modum:

Ἤδη μὲν γὰρ κλῆρον ἐδασάμεθ', ἄλλα τε πολλὰ
Ἁρπάζων ἐφόρεις μέγα κυδαίνων βασιλῆας
Δωροφάγους, οἱ τῷ δὲ δίκῳ ἐθέλουσι δικάσαι,
Νήπιοι οὐδ' ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς,
Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

Quos uersus utcunque uertimus ad hũc modum:

Iamque patris nobis erat herciscunda facultas,
At tu ultra sortẽ rapiebas plurima, reges
Doniuoros tibi concilians, qui soluere litem hanc
Affectant. uerum stulti nescire uidẽtur,
Dimidiũ quam sit toto prȩstantius, & q̃
Magna sit utilitas maluæ, asphodeliq̃ uirentis,

Quid autẽ sit Asphodelus, uidetur olim parum inter eruditos constitisse. Quandoquidem Gellius lib. 18. hanc quæstionem in studiosum conuiuijs propositã fuisse p̃dicat, tanq̃ de re paucis cognita. Theodorus alicubi uertit Albucum. Quod autem ad huius adagij pertinet enarrationem, ex multis Luciani locis colligere licet, asphodelum herbã esse plebeiam, ac uilem: atq; hac victitare manes, apud quos nullus luxus, nulla sit ambitio. Quinetiam apud Theocritum Idyllio septimo, asphodelus inter rusticanas herbas commemoratur.

Κύσαν τ' ἀσφοδέλῳ τε πολυγνάμπτῳ τε σελίνῳ.

Proinde Poeta, regum, ac locupletũ immoderatos luxus taxat, illorum fastibus, popularium mediocritatem anteponens. Plutarchus item in conuiuio septẽ sapientum, hunc Hesiodum putat ad frugalitatis admonitionem esse referendum. Suidas ex euentu natam paręmiam existimat, huiusmodi quandam afferens fabulã. Duo fratres erant, quorum alter moriẽs, fratri testamento mandauit, & filij, quem pupillum relinquebat, tutelam, & facultatum illius procurationem. At is, cũ esset eiusmodi, cuiusmodi uulgo sunt hoĩes: nimirũ ut plus apud eũ ualeret lucrũ, q̃ pietas: pueri res occupare conatur, idq; dum molitur, etiam suã perdidit. Deinde postulanti, ut sui ratio haberetur, quo posset in locum meliorem restitui, responsum est hunc modum:

Νήπιος οὐκ ἐνόησεν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς.

Dimidium, q̃ sit toto præstantius istud Haud nouit stultus.

Suidas citat ex Marino quodam: γέγονε τὴν ἀρχὴν οὐκ ἀρχὴ μόνον, οὐδὲ κατὰ παροιμίαν, ἥμισυ τοῦ παντὸς, αὐτὸ δὲ ὅλον τὸ πᾶν, i. Contigit aũt nobis principatus, nõ principatus tãtũ, neq; (iuxta prouerbiũ) dimidiũ totius, sed ipsũ totũ uniuersum. Regum igitẽ est, dimidiũ totius; totum auferre, tyrannicum. Itaq. prouerbium trifariã licebit usurpare: primum, cum mediocritatẽ illam uere auream efferemus, citra quã nihil est in rebus humanis, nec honestũ, nec iucundũ, nec laudatum: mediocritatẽ autẽ opportunitate metimur, quemadmodum Hesiodum imitatus ait Pindarus:

Ἐπεται δ' ἐν ἑκάστῳ μέτρον, νοῆσαι δὲ καιρὸς ἄριστος, id est.

Adest unicuiq. rei modus, ad eũ cognoscendum

ſcendum optima opportunitas. Etenim pro loco, quod alias nimium eſt, alias erit parum. Idem in Nemeis hymno ultimo:

Κέρδων δὲ χρὴ μέτρον θηρεύειν,
Ἀπροσίκτων δ' ἐρώτων ὀξύτερα μαίνεται. i.

In lucris autem oportet modum ſectari,
Nam immenſarum rerum cupiditates vehementiores habent inſanias. Altera utendi ratio fuerit, cum æqualitatem anteferemus, quam Pythagoras dixit amicitiæ tum parentem, tum altricem, contra inæqualitatem, diſcordiarum, bellorumq; matrem: id quod eleganter extulit Euripides in Phœniſſis:

Κεῖνο κάλλιον τέκνον,
Ἰσότητα τιμᾶν, ἣ φίλους ἀεὶ φίλοις,
Πόλοις τε πόλεσι, ξυμμάχους τε ξυμμάχοις
Σώδει. τὸ γὰρ ἴσον, νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ.
Τῷ πλέονι δ' αἰεὶ πολέμιον καθίσταται
Τ' ἔλασσον, ἐχθρὰς δ' ἡμέρας κατάρχεται
Καὶ γὰρ μέτρ' ἀνθρώποισι κἠμέρη σταθμῶν
Ἰσότης ἔταξε, καριθμὸν διώρισε,
Νυκτὸς τ' ἀφεγγὲς βλέφαρον, ἡλίου τε φῶς
Ἴσον βαδίζειν ἐν ἐνιαύσιον κύκλον,
Κοὐδέτερον ἀυτοῖν φθόνον ἔχει νικώμενον,
Εἰ θ' ἥλιος μὲν, νὺξ τε δυναιεῖ βροτοῖς. i.

Illud, nate, fuerit pulchrius,
Æqualitatem amplecti, amicos hæc enim
Glutinat amicis ſemper, urbes urbibus,
Sociosque ſocijs nectit, etenim æqualitas
Cum legibus reſpondet, atque concinit.
At, quod minus ſit, cũ hoc, quod eſt plus prælium
Vſque habet, & hinc diſcordiarũ exordia.
Siquidem modos cunctorum, & æquilibria
Æqualitas mortalibus præſcripſit, & Præfinijt numeros, & atræ noctis, ac
Lucis diurnæ ſecuit hæc diſcrimina,
Vt annuum æquis uicibus exigant ſimul
Orbẽ, nec altera alteri unquã inuiderit
Superata, deinde moxq; ſolq. ſeruiunt
Mortalibus. & reliqua.

Tertia utendi ratio, ſi quãdo deterrebimus ab inferenda iniuria, ſuadebimusque ſatius eſſe, iuxta Platonis ſententiam, in iuriam in ſeſe admittere, quam inferre alteri. Nam id ſibi uelle prouerbium hoc demonſtrat Plutarchus in commentario De audiendis poetis. Huc pertinet, quod de Dario refert Plutarchus. Cum enim Præfectos prouinciarum ad ſeſe accerſitos, percunctatus eſſet, num grauia eſſent attributa, atque illi reſpõdiſſent, eſſe mediocria, iuſſit de ſingulis dimidium pendi, indicãs eſſe ſatius dimidium accipere cum beneuolẽtia prouincialium, quam totum odio ſuorum. Noſtra ſentẽtia non ſemper aſpernandum illud comici Syri conſilium: Potius, quam venias in periculum, ſerues ne, an perdas totum, dimidium, ſiue ut legũt alij, diuiduum face.

Serpentis oculus.

Ὀφεως ὀφθαλμὸς, i. Serpẽtis oculus. De his dici conſueuit, qui acribus, & intentis intuerentur oculis. Ab animante ſumpta metaphora. Sunt enim huic animanti oculi duriores, ac perſpicaces. Vnde Flaccus:

Cur in amicorũ uitijs tam cernis acutũ,
Quam aut aquila, aut ſerpẽs Epidaurius?

Ne moueto lineam.

Μὴ κίνει γραμμὴν, i. Ne moue lineam. Pindaricorũ hymnorũ enarrator, exponẽs eũ locũ, Οὕτω δ' ἐδίδε λίθις ἁρμόζων κόρᾳ νυμφίον ἄνδρα, ποτὶ γραμμᾷ μὲ αὐτὰν σάσε. (Loquitur aũt de Antæo, qui iuuenibus deſponſam filiã extrema ſtatuerit linea, ut, qui primus ad eã curſu perueniſſet, is uxorẽ abduceret domum) recenſet huiuſmodi prouerbiũ: Μὴ κίνει γραμμὴν, i. Ne moueris lineam. Idq. translatũ exiſtimat a more ueterum, qui metã ducta linea ſignabant, in qua præmium propoſitũ erat, quod auferre uictor. Ducebatur autẽ & altera linea pro carceribus, quemadmodũ alibi diximus, unde curſus erat initiũ. Igitur utraq. linea prouerbij miniſtrauit occaſionem ἀπὸ γραμμῆς, i. ab ipſo initio, & Μὴ κίνει γραμμὴν, id eſt, Ne moueas metam. Significat autem, nõ eſſe mutãdas leges, neque prætereundos fines rerũ preſcriptos. Huc peculiarius pertinet Theocriticum illud ἐν βωκολιάσαις:

Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον. i.

Atque e lineola lapidem mouet.

Alludit ad flumen Galateæ, ſaxum aliquod ab extrema ripa ſecum auferens. Eſt & ſacra linea in teſſerarum luſu, de qua dictum eſt alias.

Eandem tundere incudem.

Eandem incudẽ aſſidue tundere, eſt in defatigabili aſſiduitate in operis alicuius ſtudio perſeuerare. Metaphora ducta a fabris, crebis ictibus incudẽ ſerientibus, atq. ita tandem aliquando ferri rigorem perpetuo

tuo labore uincentibus. Marcus Tullius libro de oratore ſecundo: Ego aũt, ſi quem nunc planè rudem inſtitui ad dicendũ uelim, ijs potius tradã aſſiduis, uno opere eãdem incudem, die noctuque tundentibus. Conuenit in grammatiſtas, ac literatores, quibus ſine fine eadẽ ſunt inculcanda pueris, ut hæreant aliquando.

Cicada uocalior.

Τέττιγος δ' φωνότερος, id eſt, Cicada uocalior. Dicebatur in hominem impendio garrulũ, aut admodum muſicum, propterea quod hoc inſectũ, rore dũtaxat uiuẽs, cantu potiſſimum delectetur. Et quoſdam ita muſicæ deditos, ut neglecto cibo pituri fuerint inedia, in cicadas à dijs mutatos, narrat apud Platonẽ Socrates in Phædro. Et Theocritus in Daphnide:

Τέττιγος ἐπεὶ τύγε φέρτερος ἄδεις, i.

Quippe canis melius quacunq. cicada.

Apud Diogenem Laertium refertur Timonis carmen in Platonis eloquentiam,

Τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύς ατος, ἀλλ' ἀγορητὴς
Ἡδυεπὴς τέττιξιν ἰσογράφος οἶθ' ἑκαδήμου
Ἀνδρεα ἐφεζόμενοι ὅπα λειριόεσαν ἱεῖσι.

i. Cunctos anteibat latiſſimus ille, ſuauis
Orator, cuius non cedunt ſcripta cicadis,
Quæ ſuper arboribus reſident lucis in opacis,
Ac mittunt vocem modulato gutture amœnam.

Eſt autem alluſio, quam Latinus interpres nõ põt reddere, in πλάτυς ος ad Platonem, & in ἑκαδήμου ad illius Academiã. Alluſum item ad carmen Homeri Iliados γ. de ſenib°, q ὅπα λειριόεσαν ἱεῖσι, i. Vocem floridam emittunt. Apud Athenæum li. 6. parаſitus quiſpiã, ſeipſum depingens, λαλεῖν, inquit, τέττιξ, id eſt, garrulitate cicada ſum. Et apud eundẽ libro vndecimo, Theopompus τέττιξ κελαδεῖ, id eſt, Cicada ſtridet. quod tamen illic uidetur boni ominis cauſa dici.

Αντιπελαργεῖν.

Αντιπελαργεῖν apud Græcos eſt, mutuã officij uicem rependere, maxime nutricandi, fouendiq. eos, à quib. aliquando fueris enutritus, aut inſtitutus, ut ſi liberi parentes ætate feſſos uiciſſim alant, foueantq;, aut ſi diſcipulus præceptorem inuicẽ erudiat. A ciconiæ natura ſumptũ, quæ Græce pelargus dicitur. Ea inter aues una pietatis ſymbolum obtinet. Extat autem lex pietatis magiſtra, quæ edicit, ut liberi parentes alant, aut uinciantur. Ad id reſpexiſſe uidetur Homerus Iliados Δ, cum ait:

Οὐδὲ τοκῆσι
Θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε μινυωθάδιος ἦ οἰ αἰῶν. id eſt,

Nec nutricandi officium genitoribus unquam
Perſoluit charis, breue at illi contigit ævum.

Eodem alluſit Euripides in Oreſte:

Καὶ μὴν τίνοι γ' ἂν τῇ τεθνηκυίᾳ τροφὰς. i.

Atqui rependet mortuæ alturæ uicem.

Hanc itaque legem, quam pleriq. etiam mortales negligunt, ſola ciconia inter omnia animantium genera exprimit. Siquidem reliqua tantiſper amant, agnoſcuntq. parentes, dum egent illorum ad nutricationem opera: Vna ciconia parentes ſenecta defectos, uiciſſim alit, & uolandi impotentes humeris geſtat. Quorum poſterius laudatur in Ænea, cui inde Pij cognomẽ: alterum miris laudibus fertur in puella, quæ matrem captiuam complures dies ſuis uberibus aluit. Hanc ob cauſſam, ut auctor eſt Suidas, antiquitus in regum ſummo ſceptro ciconiæ figura ponebatur, in imo hippopotamus: ut ipſo geſtamine admonerẽtur, pietatem plurimi facere oportere, uiolentia cohibere. Nam hippopotamus animal efferum eſt, ac uiolentum: atque adeo impium, quippe quod interfecto patre matrem, init, teſte Plutarcho in commentario, cui titulus, Vtra animantia ſint prudẽtiora, terreſtria, an aquatilia. Laborant infamia impietatis & uiperæ, quod perfracta matris aluo naſcantur. Item ſcorpiones, & aranei, qui poſt incubatus officium à ſuis fœtibus interimuntur. Teſtis Ariſto. lib. De natura animal. 5. De ciconiarum pietate Pli. lib. 10. cap. 23. teſtatur his uerbis, Ciconiæ nidos eoſdem repetunt. Genitricum ſenectam inuicem educant. Quin & diuus Baſilius ciconiarũ nobis pietatis erga parentes exemplum proponit. Eodem alluſit Crates Cynicus, ſcribens Hipparchiæ uxori de filio nato, cũ pollicẽt ſibi curæ futurum, ut illum matri ciconiã pro cane remittat in ſenecta. Canes enim uocantur Cynicæ ſectę philoſophi. Significat igitur, puerum fore pium, qui parentẽ iam decrepitam mutuo foueat.

foueat. De ciconiarum pietate meminit & Aristophanes in Auibus:

Αλλ' ἐστὶν ἡμῖν τοῖσι ὄρνισιν νόμος
Παλαιὸς ἐν τοῖς τοὺς πελαργῶν κύρβεσιν.
Επὴν ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπεπνεύσῃ.
Πάντας ποιήσῃ τοὺς πελαργιδεῖς τρέφων
Δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν. idest,

Nobis quidē auibus peruetusta lex viget,
Ciconiarum inscripta tabulis, ut simul
Ciconia parens educauerit suos
Ciconiadas, & iam uolucres euaserint,
Pulli uicissim nutriant patrem suum.

Vtitur eodem Plato in Alcibiade primo. Sed nemo profecto uenustius, nemo felicius, quam Angelus Politianus in quodam epigrammate,

Κότιγε θαῦμα
Εἴ γε νέοι τ' γραῶν ἀντιπελαργέομεν. i.

Si nos Latini, olim Græcorum literis educati, nunc Græciam, uelut anum, atq; effœtam, uicissim suas doceamus literas. Porro huiusmodi officium, quod liberi uicissim in parentes collocant, Græci unico uerbo dicūt, γηροβοσκεῖν, seu γηροτροφεῖν, & γηροκομεῖν, Extat in hanc sententiam huiusmodi senarius:

Ικανῶς διώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς. i.

Vinax eris, senes parentes confouens.

In quadrum redigere.

In quadrum redigere dixit M. Tullius inde claris oratoribus, pro eo, quod est, in ordinem, aptamq; structuram concinnare. Sumptum ab ijs, qui arbores, aut lapides mathematicis gnomonibus exæquant, ut undequaque congruant inter sese: proinde, quod conuenit, quadrare dicimus. Virgilius Georgicon libro tertio:

Indulge ordinibus, nec secius omnis in unguem
Arboribus positis, secto uia limite quadret.

De fęce haurires.

M. Tvllivs in catalogo illustriū oratorum, figura mirum ni prouerbiali, dixit: De fęce haurire, pro eo, quod est, sordida quępiam, ac plebeia, nimisq; humilia persequi. Vsurpat hoc prouerbium Atticus eo, quo diximus, libro, in Ciceronem, qui tempus tereret in commemorādis oratoribus quibusdam obscuris, ac nullius pene nominis. Mutuo sumptum a sordidis illis, qui uinum una cum ipsa fęce hauriunt, ne quid omnino reliquum faciant in dolio, unde & plebis infimam fęcem dicimus.

In laqueum inducere.

In laqueum inducere, & In casses induceere, est, arte sic concludere quempiam, ut iam nullum sit effugium. Qui mos fuit Socrati Platonico, suis illis rogatiunculis eo depellere sophistas, ut negarent, quę prius affirmauerant; quæ negauerāt, affirmarēt; denique nihil non dicerent. Quintilianus libro Institutionum quinto: Turbantur enim, & à patronis diuersę partis in laqueū inducuntur. Græci, qui iam capti teneantur, ἐμβρόχους vocant. Ouidius:

Decidit in casses præda petita meos.

Euripides in Hippolyto coronato:

Κρεμαστοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένη. idest,

Pensilibus irretita cassibus.

Ibidem paullo post:

Αὔσαι τ' ἄνασαν ἐξ ὅπασας βρόχων. i. Heram e tenacibus expedire cassibus.

Bœotica sus.

Η βοιωτία σῦς, i. Bœotica sus. Vetustissimum adagium, olim instolidum, & indoctum hominem iaci solitum, usurpatur a Pindaro in Olympiacis:

Επεὶτ' ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλαθέσι λόγοις φάγομεν βοιωτίαν σῦν.

Admonet Æneam Chorodidascalū, ita curet canendum hymnum, vt uetus illud probrum ueris rationibus liceat effugere, quod in amusos dici cōsueuerit, βοιωτία σῦς. Interpres originem prouerbij refert ad hunc modum. Qui priscis tēporibus Bœotiam regionē incolebant, σάντες appellabantur, gens barbara, & agrestis: proinde quidam deprauata uoce, pro σάντας σᾶς, idest, sues appellabant. Idq. scomma cessit in prouerbium, ut primum in Bœotos diceretur: ab his in quos uis indoctos, inconditos, moribusque rusticanis homines torqueretur, βοιωτία σῦς. Interpres citat eundem Pindarum ex Dithyrambis:

Ηνὁτε σύας τὸ βοιώτιον ἔθνος ἔλεγον. i.

Erat, cum Bœoticam gentem sues uocarent.

Citat & ex Cratino: Αὗλοι δ' εἰσὶ συτ βοιωτικὸν πεζοφόρον γένος ἀνδρῶν. i. Iti sūt Sybęoticū pedestre genus uirorū, dictione ridicula cōposita ex sue & boue. In Cōmētarijs Græcorū inuenit, βοιώτιος νῦς. i. Bœoticus animus, pro stupido, brutoque. Plutarchus in cōmentario περὶ τῆς σαρκοφαγίας indicat Atticos stupidi, bardi, insulsi, denique & suis cognomen indidisse Bœoti, potissimum ob edacitatem. Cui adstipulatur Atheneus libro decimo referens hoc uersus ex Eubulo:

Πονεῖν μὲ ἄμμες, καὶ φαγεῖν μὲ ἀνδρικοί,
Καὶ καρτερῆσαι, τοῖς δ' ἀθηναίοις λέγειν
Καὶ μικρὰ φαγέμεν, τοὶ δ' θηβαῖοι μέγα. i.

Sumus ad bibendum, atq. ad uorandum strenui,
In his ualemus. Athenienses dicere
Prompti, edere pauca, multa Thebani solent.

In Græcis uersibus apparet πονεῖν scriptū pro πίνειν, aut πιεῖν, & μὲν prius pro γάρ, & τοὶ pro οἱ. Idem Eubulus in Europa.

Κτίζε βοιωτῶν πόλιν,
Ανδρῶν ἄριστον ἐσθίειν δὶ ἡμέρας. idest,

Vrbem parauit ille Bœotis uiris,
Diem per omnem ingurgitare strenuis.

Rursus ex Eubuli altera fabula:

Οὕτω σφόδρ' ἐστὶ τοὺς τρόπους βοιώτιος. i.

Vsque adeo mores obtinet Bœoticos.

Idem approbat multis multorum auctorum testimonijs. Sunt autem inter se cognata uitia πολυφαγία, & stoliditas. Atq; hinc Herculem Thebanum edacem faciunt, sed eundem a literis alienissimum, adeo, ut pręceptorem suum trucidarit. Fuit autem & hic Bœotus, nimirum Thebis natus. Rursum Plutarchus De demonio Socratis: Ανεγείρειν τὸ κατ' βοιωτῶν ἀρχαῖον εἰς μισολογίαν ὄνειδος. i. Refricare uetus illud aduersus Bœotios de literarum odio probrum. Quanquam ipse Plutarchus Bœotus fuit, homo quiduis citius, quam stupidus. Denique quoniam cōstat uel ob Romanum imperium latissime propagatum, uel ob commercia negotiatorum, uoces Germanicæ, Gallicę, Britannicęque linguę fuisse mixtas, suspicamur a Græcis ad nos dimanasse, quod hominem stupidum, ac nullo mentis acumine prędituum uulgo dicimus: Bot, pro Bœoto, proprium enim huic linguę, uoces quāuis multarum syllabarum in unam syllabam contrahere.

Cribro diuinare.

Κοσκίνῳ μαντεύεσθαι, i. Cribro diuiuare, est coniectura sagaci rem deprehendere, Aut stulte de rebus occultis diuinare. Lucian[a] in Pseudomāte, κοσκίνῳ, τὸ τ' λόγκ, μαντεύόμενος, id est, Cribro, quod aiunt, uaticinās. Meminit & Theocritus in Idyllio tertio.

Εἴπε καὶ ἀγροιῶ τὰ ἀλαθέα κοσκινόμαν τις. i.

Cribro uaticinans, uerum mihi dixit Agręo.

Porro genus hoc diuinandi suspēso cribro in hodiernum usque tempus durat apud quosdam superstitiosos. Apud ueteres uaticinia peragebantur cribro, lauro, & tripode.

Hydram secas.

Υδραν τέμνεις, i. Hydrā secas. Est apud Platonem lib. De Repub. quarto, ἀγνοοῦντες, inquit, ὅτι τῷ ὄντι ὡς ὕδραν τέμνουσι, i. Ignari se reuera tāquam hydram secare. Est autem hydram incidere, ita unum aliquod incommodum tollere, ut in eius locum alia plura recipias. Adagium natum a fabula hydræ Lernææ, quam alii centū fuisse capitum aiunt, alii octo, è quibus unum erat immortale. Cum hoc monstro multum, diuque conflictatus est Hercules, propterea quod uno recisō capite, plura renascerentur. Plutarchus in commentario De fortuna Alexandri, ὕδραν τέμνων ἀεί τισι πολέμοις ἀναβλαστάνουσαν, id est. Hydram secans semper aliquibus bellis repullulantem. De Alexandro loquitur, cui, uno bello confecto, subinde aliud, atque aliud exoriebatur. Cyneas cognita Romanorum multitudine identidem post acceptam cladem copias instaurantium dixit, Pyrrhum sibi uideri aduersus Lernæam hydrā pugnare. Hinc Horatius in Odis.

Non hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem.

Accommodari poterit ad eos, qui litib. inuoluuntur nunquam finiendis. Lis.n. litem parit, & sæpenumero pro una enecta tres subnascuntur. Seneca quodam in loco scribit, negotia sordida, quæ nos auocant a studio sapientiæ, abrumpi posse, explicari non posse, quod negotium ex negotio seratur, & occupationi occupatio, uelut unda succedat undæ.

Ne ramenta quidem. Ne festuca quidem.

Ne ramenta quidē ditior, hyperbole, p uerbialis,

uerbialis, cum alias aliquoties apud Plautum, tum in Rudentibus: Nunquam Hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior, perinde quasi dicas stuppa ditior, ita, ut uulgo loquuntur. Simili figura dixit Aristophanes in Lysistrata:

Λιποῦσα μηδὲν ἐνθαδὶ, κινοῦσα μηδὲ κάρφος. i.

Nihil hic cum reliquerit, mouerit ne festucam quidem.

Idem in Vespis:

Τῆνο δ' ὁρᾷ τῆς νυκτὸς οὐδὲ παραπάλω i.

Noctu haud videt somni ne paspalā qdē.

Interpres ait, παραπάλω significare minutissimum quidpiam. Quibusdam ea vox magnetem lapidem declarat. Subnectit eodem in loco consimilem figuram:

Ἢν δ' ἓν καταμύσει κἂν ἀχύλω. i.

Quod si uel achnen flexerit somno caput. ἀχνη uero significat minutissimum, ac leuissimum illud, quod è spicis excussis euolat. Qua uoce usus est & Homerus Iliados ε.

Ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει ἱερὰς κατ' ἀλωάς. i.

Vt uēto tenues sacra area iactitat achnas.

Hebraicarum periti literarū affirmant, illam, quā uocem Hieronymus uertit pulverem, secutus septuaginta, qui transtulerunt χνοῦν, idem Hebræis sonare, quod Græcis ἀχνη.

Sacrum sine fumo.

Ἄκαπνος θυσία, i. Sacrificium absq; fumo de nimium tenui conuiuio, & in quibus nihil cocti obsonij apponitur. Translatum à pauperculorū sacris, molas, thusculum, lac, aut corollas offerentium, cum dij nidorē illū expectent una cum fumo sub uolantem, iuxta Homerū. Lucianus in Amoribus, Βεφάγος μὲ ὁ δαίμων ὦ λυκῖνε, καὶ τὴν ἀκάπνοις, ὡς φασι, τῶν θυσιῶν ἡκισα τερπόμενος, i. Sanè perquam edax deus est Lucane, quique fumi expertib. sacris haud quaquam gaudeat. In eum sensum usus est & Athenæus, ἄκαπνα γὰρ ἀεὶ ἀοιδοὶ θύομεν. i. Nam poetæ semper sacra sine fumo sacrificamus.

Non est curæ Hippoclidi.

Οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ, i. Non est Hippoclidi curæ. Sine, ut carmen reddamus, Non curat Hippoclides. Est enim uersus iambicus dimeter catalecticus. Hoc adagio significabant se quippiam negligere, neque magnopere laborare. Natum autem est ex historia, quam pluribus uerbis narrat Herodotus in Eratone. Vt autem in pauca cōferamus, hic Hippoclides erat Tisandri filius, qui cum multis alijs iuuenibus Clisthenis Sicyonij filiam ambiebat. Verum cum Clisthenes procos toto anno probaret, & Hippoclides in conuiuio indecoram quandam saltationē edidisset, sublatis in altum pedibus, pater offensus ihonesto iuuenis lusu, ait, Ὦ παῖ τισάνδρου ἀπορχησάγεμίν σου γάμον. id est, Fili Tisandri, à nuptijs tua saltatione excidisti. At ille protinus respondit, Οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ, i. Haud curat Hippoclides. Ea uox, ut testatur Herodotus, in prouerbium abijt. Id dictum in ipsum retorquet Herodotum Plutarchum in libello, quem aduersus eum scripsit, Δοκεῖ μοι καθάπερ ἱπποκλείδης, ὁ τοῖς σκέλεσι χειρονομῶν ἐπὶ τῆς τραπέζης, εἰ πεῖν ἂν ἐξορχόμενος τὴν ἀληθείαν, οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ, i. Vt mihi, uelut Hippoclides crurib. manuum vice in mensa gesticulans, postq̄ à ueritate desultauit, dicere, non est curæ Hippoclidi. Lucianus in apologia, Ἱκανὸν ἂν εἴη μοι τὸ, οὐ φροντίο ἱπποκλείδῃ, id est, Mihi sufficerit illud, quod dicitur, haud curat Hippoclides. Idem in Hercule, Καὶ ὁ ἱπποκλείδης οὐ φροντιεῖ, i. Neque laborabit Hippoclides. Mentionem huius adagii facit & Eustathius ī Iliados Homericæ primum librum scribens. Allusit huc Aristophanes in Vespis, sepiē repetens illud, ὀλίγον μοι μέλει, i. Leuiter mihi curæ est.

Canis in præsepi.

Κύων ἐν τῇ φάτνῃ, i. Canis in præsepi. In eos dicitur, qui nec ipsi fruūtur re quapiam, neque reliquos item sinunt uti, ueluti si quis egregios codices inclusos diligenter adseruet, quos nec ipse vnquā euoluat, nec alijs euoluendi faciat copiam. Quemadmodum canis in præsepi nec ipse vescit hordeo, & equū uetat uesci. Lucianus aduersus indoctū, Ἀλλὰ τὸ τῆς κυνὸς ποιεῖς, τῆς ἐν τῇ φάτνῃ κατακειμένης, ἣ οὔτε αὐτὴ τὴν κριθῶν ἐσθίει, οὔτε τῷ ἵππῳ δυναμένῳ φαγεῖν ὅπ τρέφοι, i. Verū haud aliter facis, q̄ canis ille in stabulo cubans qui cum ipse non edat hordeum, tñ haud finit equum, qui posset edere, id facere. Vtitur eodem in Timone. Citatur apud Suidam in prouerbio, οὐδὲν πρὸς τὸν διόνυσον, sed tacito auctoris nomine, τῇ φάτνῃ προσάγεις τὴν κυνία, καὶ πρὸς τὸν διόνυσον ἄγεις οὐδὲν, i. Ad præsepe ducis canem, nihil autem adducis ad Bacchum: hoc est, adfers quæ ad rem nihil attinent, ex his uerò, quæ pertinebāt ad causam propositam, nihil adfers. Simile quiddam refert Athenæus libro sexto, de gente quadam Galatarum, qui dicuntur Cordistę: abominantur aurum, nec important in suam regionem, nihilo secius tamen alios non desinunt eos spoliare. Aiunt eam gentem esse reliquias Galatarū, qui sub duce Brenno spoliarunt oraculum Delphicū, quos insecutus Bathanatus dux, incleméter tractauit. Hinc auri odium, cuius gratia tantum passi sint malorum, quod tamen alijs inuident.

Captantes capti sumus.

Αἱρεῦντες ἡρήμεθα, i. Captantes capti sumus. Cum res præposterè euenit, ut ipsi circumueniamur ab ijs, quibus conebamur imponere. Id quod non raro solet usu uenire, ut in eas incidamus pedicas, quas alijs struxeramus. Sæpe fit, ut qui simulat amorem, quo puellam in amorem pelliciat, ipse uerè incipiat amare. Et qui dat operam, ut inuitatiūculis alium conetur efficere temulentum, ipse reddatur ebrius: & qui finitimum moliatur imperio depellere, ipse suum amittat imperium. Sic & Horatius:

Græcia capta ferum uictorem cepit.

Videtur eodem allusisse Plato, cum ita scribit ī Theeteto, Δοκεῖ μοῦ ὦ Σώκρατες μάλιστα ἁλίσκεσθαι ὁ λόγος ἁλισκομένους, i. Mihi uidetur ò Socrates maxime capi ratio, quæ captabat. Sophocles in Oedipo Coloneo,

Γνῶθι δ' ὡς ἔχων ἔχῃ, καὶ σ' εἷλε θηρῶν θ' ἡ τυχη. idelt,

Scito quod tenens teneris, teq. captantem, uicem

Fortuna cepit. Plautus in Epidico, Iam captor ipse captus est. Lucianus in meretricijs dialogis, Καὶ ἐάλωκας κακοδαίμων, καὶ σωείληκα πρὸς αὐτῆς. i. Et cepi miser, & simul ab illa captus sum. Translatum aut a bello, aut piscatione, seu uenatu.

In uenatu periit.

Festivivs dixit Lucianus in Toxaride, Αὐτή τε ἀπόλετο ὑπὸ τῆς ἄγρας, i. Et ipsa uenatu perijt, hoc est, dum adolescentem uenatur, studetq; irretire, ét ipsa sese perdidit. Qui inertiam illa ipsa: Venari laudem, aucupari famam, prouerbiales sunt metaphoræ, uelut, Expiscari, pro sciscitari, atque exquirere:

In laqueos lupus.

Εἰς πάγας ὁ λύκος, i. In laqueos lupus. Cum improbus quispiam tandem in extremum adducitur discrimen. Etenim cū lupus animal sit insidiosissimum, applauditur ab omnibus, si quando contingat illū irretiri, ac protinus acclamāt oēs, εἰς πάγας ὁ λύκος. Refertur a Zenodoto.

Annosa uulpes haud capitur laqueo.

Γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ, i. Vulpes annus laqueis capi haud ullis pōt. Senarius prouerbialis dicēdus in eum, qui longa ætate, multaq; rerū experientia callidior est, quā ut arte, doliq; capi queat.

Vulpes haud corrumpitur muneribus.

Ἀλώπηξ οὐ δωροδοκεῖται, i. Vulpes non corrumpitur muneribus. Suidas huius adagij Cratinum citat auctorē. De callidis, ac uersutis, quos haud facilè sit obiecto munusculo, aut assentiuncula, pollicitisve fallere. Larus enim, & aliæ quædā aues esca capiuntur, uulpes non item. Verbum autem, δωροδοκεῖν, sumptum est a concionibus, aut iudicijs, in quibus nonnulli pecunia corrupti dicunt sententiam.

Atticus in portum.

Ἀττικὸς εἰς λιμένα, i. Atticus in portū. In eos dicebatur, qui illic uirtutem ostēdere solent, ubi tutum est, atque ubi nihil opus. A nautis Atticis sumptum, qui portum ingressuri ostentandi sui gratia magnificè sese gerebant, in ipsa re, hoc est, in prælio nauali, non perinde strenui.

Capra Scyria.

Αἴξ σκυρία. i. Capra Scyria. Zenodotus huius prouerbij Chrysippum citat, tū auctorem, tum interpretem. Cōueniit in eos,

qui beneficiũ maleficio corrumpunt, aut qui uirtutes adiunctis uitiis contaminãt, atque obscurant, quive rectè instituta non rectè finiunt. Veluti capra Scyria, quòd fera fit, mulctrum, quod lacte impleuerat, ipsa rursus euertit, atq. hoc modo beneficiũ, quod dederat, eadẽ perdidit. Alii putant dici in eos unde plurimum emoluméti capitur, propterea quòd eius regionis caprę maximam lactis vim reddere dicantur. Id quod affirmat & Athenæus Dipnosophistarum lib. 1. citans hoc Pindari carmen.

Σκύριαι δ' ἐς ἄμελξιν γάλακτος αἶγες ἐξοχώτατοι. idest,

Scyriæ uero ad emulgendũ lac caprę prę stantissimæ.

Suspendio deligenda arbor.

In re uehementer indigna, neque ullo pacto toleranda, ueteres arborem suspendio diligendam esse dicebant. Inde natũ, quod olim in Theophrastum philosophũ præcipuum meretricula quædam nomine Leontium ausa sit scribere. Plinius Secundus in præfatione Historiarũ naturę: Ceu uerò nesciam aduersus Theophrastũ, hominem in eloquentia tantum, ut nomen diuinum inde inuenerit, scripsisse etiam fęminam, & prouerbium inde natum, suspendio arborem eligẽdam. Hactenus Plinius. Finitimum huic est illud apud Euripidem in Alcestide:

Ἀξία καὶ σφαγᾶς τάδε
Καὶ πλέον, ἢ βρόχῳ δέρλω
Οὐρανίῳ πελάσαι. i.

Heus ista cæde digna sunt,
Vel potius, ut laqueo gulam
Præfocet aliquis pendulo.

Plautus in Curculione, Mea pręda illa est, Proin tu te in laqueũ duas. Iuuenalis:

Ferre potes dominam saluis tot restibus ullam.

Et apud Plautum, qui uitæ tędio tenebatur, optat nummum, quo restim emat. Nec enim sontes sibi deligunt arborem, sed aguntur in crucem. Cæterum qui cogitant de cõsciscenda nece, solẽt alii aliud suspendii genus eligere, ut appareat illos hoc agere non impotentia mentis, sed certo, destinatoq. consilio.

Mineruæ felem.

Ἀθηνᾶς τὴν ἄλλερον, i. Mineruæ felẽ, subaudiendum, comparas. Cum multò inferiora cum præstantioribus comparantur, q leuiscula quapiam in re cõueniant. Quid enim habet Minerua dea cum fele cõmune, præter glaucorem oculorum? Nam is oculorũ color Mineruæ tribuitur, q & noctuis adest, & felibus. Vnde apud Homerum etiã epitheton, γλαυκῶπις ἀθήνη. Est & hoc felibus commune cum noctuis, q & noctu cernunt, & pariter insidiantur muribus. Refertur apud Zenodotum & Suidã. Etymologus indicat discrimen orthographię, quo εἴλερος pro gente, est. n. Scythiæ a paludibus dicta, scribitur per ε, pro animante, per diphthongum εἴλερος, quasi dicas Torquicaudam, aut Trahicaudam, qd tamen apud auctores negligitur.

Animam debet.

Τὴν ψυχὴν ὀφείλει, i. Animam debet. Donatus prouerbiũ esse admonet, de eo, qui immodico ęre alieno teneatur, ut plus quã omnes facultates debeat, ac deniq. seipsum debeat. Terẽtius in Phormione: Quid si animam debet. Erat. n. antiquitus lex, ut qui soluendo non esset, is nexo addiceretur creditori, luiturus corpore, i. opera, quod ęre non posset. Extat apud Gellium lex duodecim tabularum, quæ iubebat dissecari corpus eius, qui multis creditoribus deberet, nec esset soluendæ rei.

Summum ius summa iniuria.

Summum ius summa iniuria, hoc est, Tũ maxime disceditur ab æquitate, cum maximè superstitiosè hęretur legum literis. Id enim summum ius appellãt, cũ de uerbis iuris contenditur, neq. spectatur quid senserit is, qui scripsit. Nã uoces, ac literæ, quasi legum summa cutis est. Eam ineptiã quorundam superstitiosorũ iuris interpretum, copiosè simul, & elegãter illudit M. Tull. in actione pro Murena. Terẽtius, Verum illud Chreme dicũt, ius summum sępe summa malitia est. M. Tull. Officio. lib. 1. Ex quo illud, summum ius summa iniuria, factum est iam tritum sermone prouerbiũ. Columella 1. reirusticæ lib. Nec sanè est uindicandum nobis, quidquid licet. Nã summum ius antiqui summam putabant crucẽ. Citatur & Celsus adolescẽs lib. Pandect. 45. titulo De uerborum obligatione. Capit. Si seruum Stichum: qui scripserit quæstionem esse de bono & æquo, in quo genere plerunq; sub auctoritate iuris sciẽtiæ

periculose erratur. Itidem Paullus libro 50. titulo, De regulis iuris: In omnibus quidem, maxime tamen in iure æquitas spectanda est. Simili figura Seneca libro De ira primo dixit, summo animo. Si intelligis non ex alto uenire nequitiam, sed summo, quod aiunt, animo inhærere.

Ne ignifer quidem reliquus est factus.

Οὐδὲ πυρφόρος ἐλείφθη, i. Ne ignifer quidem superfuit, ubi significamus, omnes ad unum interijsse adeo, ut ne ei quidem sit parcitum, qui ignem præferat exercitui. Nam priscis mos erat, ut uates aciem præcederet, lauro coronatus, ac facem gestans. Ab hoc belli uim abstinebant utrinque, quòd nefas ducerent, in uirum sacrum ferrum stringere. Proinde si crudelem aliquam stragem significare uoluissent, ne ignifero quidem parcitum aiebant. Meminit huius adagii Æustathius iliados μ. enarrans hos Homeri uersus:

Οὐκ ἔτ' ἔπειτ' ὀΐω ὑ δ' ἄγγελον ἐπνέεσθαι.
Ἀψορρόον ποτὶ ἄστυ, idest,

Haud equidem fore credo, uti sit redituru ad urbem
Hinc posthac aliquis uel nuntius.

Admonet hoc quoque figuram habere prouerbialem, ὑ δὲ ἄγγελος ὑπελείφθη, i. Ne nuntius quidem relictus est, quoties significamus ad unum omnes extinctos, ut ne unus quidem effugerit, qui rem gestã renunciaret. Nam is uel dedita opera relinqui solet ab hoste.

Thracium commentum.

Θράκεια παρδίρεσις, i. Thracium commentum, siue inuentum. Apud Zenodotum legitur, torquendum in eos, qui pacta eludunt callido uafroq aliquo commento. Porro unde id prouerbium natum fuerit, indicat Strabo libro Geographiæ nono, ex Ephoro auctore. Thraces pactis cum Bœotijs aliquot dierum inducijs nihilo segnius incursiones agebant nocturno tempore. Hos cum propulsassent Bœotij, atque expostularent, quòd uiolassent inducias, responderunt Thraces, se nihil præter pacta fecisse, pactos enim esse de diebus, noctibus incursasse. His ferme similia refert Zenodotus, nempe Thraces constitutis decem dierum induciis, noctu impressionẽ fecisse in Bœotios, iam negligentius agentes induciarum fiducia, atque ex his nonnullos trucidasse, aliquot uiuos abduxisse: deinde expostulãtibus de uiolatis pactis Bœotijs, respondisse, dies, nõ noctes, pacto contineri. Ea res prouerbio locum fecit, Θράκεια παρδίρεσις, i. Thracium inuentum. Est enim proprie παρδίρεσις, excogitata cauillatio, qua pactum eludimus, quas Plautus sutelas uocat. Et Terẽtius: Nequid suo assuat capiti. Addũt enim extra pactionem comméti quippiã, quo rem omnem subuertunt.

Romanus sedendo uincit.

Romanus sedendo uincit. Vetus prouerbium in eos, qui tranquilli, atque otiosi, tamen quæ uolunt efficiunt, aut qui nõ uiribus, sed arte rem gerunt. Marcus Varro libro De re rustica primo, capite secundo, Vultis igitur interea uetus prouerbiũ, quod est, Romanus sedendo vincit, vsurpemus, dum iste uenit. Ex historia Fabii cunctatoris natum arbitramur, qui Hannibalem iuueniliter exsultantem sua patientia fregit, de quo extat uersus ille Ennianus:

Vnus qui nobis cunctando restituit rem.

Citatur apud Ciceronem i Catone maiore. Vsurpatus est diuinitus a Marone li. 6. Quamquam Liuius libro de bello Macedonico primo refert simile quiddam de Sulpicio consule. Quibus, inquit, si undiq. circumuentus copijs foret, sedentem Romanum debellaturum credi potuerit.

Scopum attingere.

Τυγχάνειν τοῦ σκοποῦ, i. Scopum attingere. Est uoti compotem fieri, aut coniectura rem ipsam assequi. Lucianus in Icaromenippo, οὐ δὲ ἀπὸ σκοποῦ εἴκασας, i. Tuaque cõiectura haud procul abest a scopo. & ἀπὸ τυγχάνειν τοῦ σκοποῦ, i. Non attingere scopum, & διαμαρτάνειν τοῦ σκοποῦ, i. Aberrare a scopo, atque id genus aliæ figurę omnes prouerbium sapiunt. Hoc adagio festiuiter usus est Diogenes in puerum saxa in crucem iaculantem. Euge, inquit, continges tandem aliquando scopum. Pindarus in Nemeis hymno nono, ἀκοντίζων σκοποῦ ἄγχιστα μοισᾶν, i. Proximè iaculans ad scopum Musarum. Idem hymno sexto, ἔλπομαι μέγα εἰπὼν, ἄντα σκοποῦ τυχεῖν, i. Spero quod magna pollicitus scopum attingã. Dicitur & ἔξω σκοποῦ βάλλειν, hoc est, extra scopum iaculari, ubi quis loqui-

tur aliena ab eo quod agitur. Vsus est Gregorius Nazianzenus in Monodia.

Simia non capitur laqueo.

Ο πίθηκος οὐχ ἁλίσκεται βρόχῳ, i. Simia non capitur laqueo. In callidos tergiuersatores dici solitum, qui coargui nõ queũt. Id olim dictum est in Heraclidem, qui per imprudentiam perperam citarat ex Dionysio, quod erat apud Sophoclem. Missum est exẽplar, vt ibi conspecto carmine agnosceret suum errorem. Hic quoq; tergiuersanti, nec lapsum agnoscenti, dicentique casu fieri posse, ut in diuersis poetis uersus consentiant, scripsit quispiam, simiam haud capi laqueo. Auctor Diogenes Laertius. Carmen Græcum sic habet:

Γέρων πίθηκος οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ,
Ἁλίσκεται μέ, μετὰ χρόνον δ' ἁλίσκεται

i. Laqueo uetustus simius non prendit̃,
Capitur quidem ille, capitur autẽ serius.

Largitio non habet fundum.

M. Tvllivs lib. Offi. 2. Omnino, inqt, meminisse debemus, id quod à nostris hominibus sæpissimè usurpatum, iam in prouerbij consuetudinem uenit, largitionem fundum non habere. Quo dicto significabant stulta liberalitate quantaslibet opes exhauriri, uel effluere potius. Translatũ videtur a pertuso dolio Danaidum apud inferos. Quæ fundo carent Græci uocant ἀπύθμενα. Vnde Parthenius apud Athenæum lib. 11. ἀπύθμενον φιάλην dixit.

Inexplebile dolium.

Ἄπληστος πίθος, i. Inexplebile doliũ. Varius est huius adagionis usus. Quadrat enim primũ εἰς τοὺς ἀδηφάγους, i. In glutones, edacesq;, congruentius aũt in istos bibacitate inexplebili, qui quo plus biberint, hoc plus sitiunt, quemadmodũ olim dictũ est de Parthis. Sic enim Festus sensisse vr̃: nam locus mutilus est, qui dolium pertusum dixerit, cum uentrem significaret, quanquam natura quoq; uenter inexplebilis est, quod quidquid per os infuderis, id alijs vijs excernitur. Quadrabit & in obliuiosum, cui si quid eruditionis infundas, protinus effluit, quiq̃ prius obliuiscatur, quã perdidicerit, cuiusmodi Stepsiadem facit Aristophanes in Nebulis:

Ος τις σκαλαθυρμάτι ἄπα μικρὰ μανθάνων,
Ταῦτ' ἐπιλέλησαι πρὶν μαθεῖν. ideſt,

Huiusmodi minutulas qui argutias
Prius, atq; didicit, dedicerit immemor,

Sic propemodũ usus est Plautus in Pseudulo, In pertusum ingerimus dolium, operam ludimus. Competet etiam in homines præter modum profusos, quemadmodum indicauit Aristoteles lib. Oeconomicorum primo: οὐ γὰρ τὸ κτᾶσθαι δυνατὸν χρὴ εἶναι, οὐ φυλάττειν, εἰ δὲ μή, οὐδὲν ὄφελος τοῦ κτᾶσθαι: τῷ γὰρ ἠθμῷ ἀντλεῖν τοῦτ' ἔστιν, ὁ λεγόμενος πίθος τετρημένος. i. Siquidẽ oportet eiusmodi esse, qui norit & parare, & parata tueri. Alioqui nihil profuerit parasse, propterea quod hoc sit cribro haurire, quodq; prouerbio dicunt, pertusum dolium. Congruit item in auaros, quorum cupiditatibus nihil est satis, uerũ quo magis implentur opibus, hoc magis inanes esse uidentur. Quod eleganter illo Solonis carmine testatum est apud Plutarchum in libello περὶ φιλοπλουτίας,

Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνθρώποισι, ideſt,

Non est fixus opũ finis mortalibus ullus

Zenodotus & tartarum ipsum recte accipi inexplebile dolium putat, quod tot milibus defunctorũ nunquã expleatur. Quadrabit & in eos, qui male ab alijs rapiunt, quæ malè item profundant in alios. Vsurpatur & de frustra laborantibus, quemadmodum alio demonstratum est loco, uelut apud Catullum:

Dolia virgineis idẽ ille repleuerit urnis.

Adagium natũ à notissima fabula puellarum Danaidum, quæ ob sponsos necatos has pœnas apud inferos dare dicũtur, ut fitulis perstillantibus aquam hauriant, atque in dolium item pertusum infundant, graui nimirum, sed inutili labore. Cuius fabulæ mentionem facit. Horat. in Odis:

Et inane lymphæ
Dolium fundo pereuntis imo.

Item Tibullus:

Et Danai proles, Veneris quæ numina læsit,
In caua Lethæas dolia portat aquas.

Meminit huius Lucianus in Timone. Et Aristoteles lib. Politicorum sexto. Rursus Lucianus in Hermotimo, Ἐπιῤῥεῖ γὰρ καὶ ἡ παροιμία τὸ πρᾶγμα ἐξαντλούμενον, ἐς τὸ ἔμπαλιν, ἢ ὁ τῶν δαναΐδων πίθος, i. Affluit enim, dũ exhauritur negotiũ, laborq̃, & contra

& contra fit, atque in Danaidũ dolio. Vsurpauit & Plato, cum aliis aliquot locis; tũ in Gorgia.

Cum adsit ursus, uestigia quæris.

Ἄρκτου παρούσης, τὰ ἴχνη ζητεῖς, i. Vrsi præsentis uestigia quæris. De iis dicitur, qui timiditate præsens negotiũ declinant, atque ad alias nugas dilabuntur. Translatũ a formidolosis uenatoribus, qui se dissimulant sensisse ursum, & uestigia persequi fingunt, quo absint a periculo. Hoc genus hominum Plato de Rep. lib. quinto scripsit similes esse τοῖς κωδίοις, οἳ τοὺς λίθους δάκνει, τὸν βαλόντων οὐκ ἀπόμενα, i. Catulis, qui lapides mordent, cũ eos, qui iecerint, non ausint attingere. Ab hoc non est alienum, qd̃ scribit Plutarchus in uita Luculli. Nã illũ cũ hortaret Achelaus, ut relicto hoste in Pontũ traiicere, sic. n. fore, ut protinus omnium rerum potiretur: Οὐκ ἔφη δειλότερος εἶναι κωμῳδῶν, ὥστε τὰ θηρία παρελθὼν ἐπὶ κενοὺς αὐτῶν φωλεοὺς βαδίζειν, i. Negauit se timidiorem esse uenatoribus, ut præteritis feris, ad inania illarũ lustra uellet ire.

Boni ad bonorum conuiuia ultro accedunt.

Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴενται. i.

Sponte bonis mos est conuiuia adire bonorum.

Hexameter prouerbialis, tum usurpandus, ubi uir bonus, fiducia uirtutis & amicitiæ, quæ generalis inter oẽs probos intercedit, ad sui similem accedit, non expectatis uulgaribus istis inuitatiũculis. Quidam natum putãt ab Hercule, qui cũ Ceti Trachinii domum inuocat̃ inuiseret, hũc uerſiculum primus dixerit. Fertur & trimeter iambicus in eandem sententiam.

Αὐλητοὶ κωμάζουσιν εἰς φίλους φίλοι; i.

Conuiua amico amicus ultro etiã uenit.

Tacite notauit adagium Homerus in secundo Iliados:

Αὐτόματος δὲ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς μενέλαος. i.

Illi uocalis Menelaus uenerat ultro.

Scholiastes indicat, hoc uerbo fuisse significatam Menelai fortitudinẽ in bello. Exilis enim uox formidolosum arguit, & βοὴν apud Græcos interdum bellum declarat, quemadmodum & hodie apud Germanos. Zenodotus in collectaneis diuersas sẽtentia citat hoc adagium ex Eupolidis comœdia, cui titulus Chrysogenes.

Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν. i.

Vltro adeunt hominis timidi conuiuia fortes,

Idẽ ferme significat Plato in Sympo sio, Ἵνα οὐ τὴν παροιμίαν διαφθείρωμεν μεταβαλόντες, ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοί. id est, Vt & prouerbium pergamus, hũc ad modum inuertentes: Boni ad bonorum conuiuia ultro ueniunt. Sentire uĩ Plato, Homerum fecisse Menelaum deteriorem ad præstantioris accessisse conuium, qd̃ Agamemnon bello ualuerit, Menelaus fuerit imbellis. Citatur hic locus & ab Athenæo lib. 4. Tamet si non hanc opinamur Homeri mentem fuisse, cum uirtutis addat elogium.

Βοὴν ἀγαθὸς μενέλαος. i.

Voce bonus Menelaus.

Et cum aliquot locis illũ fortissimè rẽ gerentem inducat, alicubi etiam ἀρηϊφίλου cognomento honestet. Apud Athenæum lib. 1. ex Cilatino, quidam qui inuocatus ad cõuiuium accesserat, ita loquitur, Ἀγαθὸς ἂν πρὸς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐστιασόμενος ἤκον, κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων. i. Bonus. n. ad bonos uiros conuiuaturus ueni. Nam res amicorum communes.

In puteo cum canibus pugnare.

Εν φρέατι κυσὶ μάχεσθαι. i. In puteo cum canibus pugnare. Dici solitum, ubi cuipiã negotium incidit cũ homine rixoso, & cõtentioso, a quo se nequeat extricare. Effertur etiã hoc pacto ἐν φρέατι κωμαχεῖν, uoce composita.

Mihi ipsi balneum ministrabo.

Εμαυτῷ βαλανεύσω, id est, Ipse mihi balneator ero, ubi quis suis ipsius inseruit commodis. Aut ubi quis, non expectato alieno officio, ipse suum agit negotium. Aristophanes in Pace:

Αλλ' εἰ ταῦτα δοκεῖ, κἀγὼ ἐμαυτῷ βαλανεύσω i.

Balneum & ipse mihi, si hęc uobis grata, pararo.

Interpres admonet trãslatũ a balneis, i quibus cessante balneatore, ipsi qui lauãt, aquam hauriunt, atq. infundunt. Zenodotus

tus putat & ad eos referri posse, qui glādes in ignem iniectas coquunt. Fortassis haud absurde referetur ad glādium excussores. Nam Græcis βαλανεὺς, balnearium caupo nem significat, βάλανος glādem, atq. hinc anceps prouerbii interpretatio.

Vir fugiens haud moratur lyræ strepitum.

Ἀνὴρ δὲ φεύγων οὐ μένει λύρας κτυπόν, i. Hunc qui fugit strepitus lyræ haud remorabitur.

Senarius prouerbialis in eos, qui in rebus periculosis, ac seriis, properādi studio negligunt leuiora. Nam qui fugit in bello non putat sibi liberum, ac uacuum, ut cantorem aliquem ausculter. Idq; ad complures res accōmodari potest. Veluti si dicas non esse rebus friuolis, ac uoluptariis nugandum cum hæc uita tot periculis sit obnoxia. In hanc sententiam eleganter Seneca in epistola quadam ad Lucilium. Transcurramus, inquit, solertissimas nugas, & ad illa, quæ nobis aliquam opem sunt latura, properemus. Nemo, qui obstetricem parturienti filiæ solicitus accersit, edictū, & ludorum ordinem perlegit. Nemo, qui ad incendium domus suæ currit, tabulam latruncularium perspicit, ut sciat quomodo alligatus exeat calculus. At mehercle undique tibi omnia nunciantur, & incendium domus, & periculum liberorum, & obsidium patriæ, & bonorū direptio. Adijce his naufragium, motusq; terrarum, & quidquid aliud timeri potest. Inter ista districtus, rebus nihil aliud, quam animum, oblectantibus vacas. Plutarchus in libello, quem scripsit de εἰ Delphico:

Οὐ ναῦς βλα κωκυτοῖσιν, οὐ λύρα φίλη. i. Ingrata naubla, ingrata lugenti lyra.

Caninum prandium.

CANINVM prandiū prouerbio dicebatur abstemiū, & in quo nullū uinum biberetur, propterea quod peculiari naturę proprietate canes a uino abhorrent. Id adagii refertur ab A. Gellio libro Noctium Atticarū 13. capite ultimo his quidem uerbis. Eius autem loci, in quo id prouerbiū est, uerba hæc sunt, nimirū ex M. Varronis Satyrarū libro, qui ὕδωρ κρυερὸν, i. Aqua rigēs inscribitur. Nō uides apud Mnesteum scribi, tria genera esse uini, nigrū, album, medium, quod uocāt, κιρρὸν. i. giluum, nouū, uetus, medium? Et efficere nigrum uirus: album urinā, mediū πέψιν, i. concoctionem. Nouum refrigerare, uetus calefacere, medium uero esse prandiū caninum. Quid significet, inquit Gellius, prandium caninum, rem leuiculam diu, & anxie, quę siuimus. Prandium autem abstemium, in quo nihil uini potatur, caninum dicitur, quoniam canis uino caret. Cum igitur medium uinum appellasset, quod neq. nouū, neq. uetus esset, & plerunq. homines ita loquantur, ut omne uinum aut nouū esse dicant, aut uetus, nullā uim habere significauit neq. noui, neq. ueteris, quod mediū esset: idcirco pro uino nō habendum, quia neq. refrigeraret, neq. calefaceret. Hactenus Gellius. Plutarchus in Symposiacis scribit, Theophrastum ioco uocare solitū, δεῖνα συμπόσια τὰ κυρεῖα, quemadmodū alias admonuimus.

Vir fugiens & denuo pugnabit.

Ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται, Qui fugerit, rursum ille prælabitur.

Senarius prouerbialis, quo monemur non protinus abiicere animum, si quid parum feliciter successerit. Nam uictos posse uincere contingit. Proinde Homerus ἑτεραλκέα νίκλω uocat, i. uicissim, nunc apud hos, nunc apud illos pollentē. Apud eūdē Iliados Θ. Alexāder sic loquitur Hectori;

Νίκη δ' ἐπαμείβεται ἀνδρας, i. Alterna uiris uictoria cedit.

Idem alibi Iliados γ.

Νῶϊ μὲν γὰρ μενέλαος ἐνίκησεν ξωὸ ἀθλῶν, Κεῖνον δ' αὖ θις ἐγω, i. Palladis auxilio nunc uictor abit Menelaus. Illum ego sed posthac pugna superaro vicissim.

Demostheni probro datū est ab inimicis, ꝗ in eo prælio, quo Philippus Macedonum rex Athenienses apud Cheroneā uicit, clipeo abiecto fugisset, eaq. gratia ῥίψασπις ignominioso cognomine vocatus est. Verum id probri Demosthenes, homo nō admodum uerecundus, prouerbiali, notissimoq; uersiculo legitur eludere solitus:

Ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται. Huic confine est illud Daui Terētiani. Hac nō successit, alia aggrediundū est uia. Vsurpat adagium Tertullianus in lib. De fuga in psecutione. Sed omissis, inquit, quādam diuinis exhortationibus, illum magis Græcum uersiculum secularis sentētię sibi adhibent:

adhibent. Qui fugiebat, rursum præliabitur, ut & rursus forsitan fugiat. Et quando uincet, qui cum fugerit uictus est?

E stipula cognoscere.

Ἐκ τῆς καλάμης γινώσκειν, i. E stipula iudicare, dicimus, quoties è uestigiis quibusdam in senecta reliquis, coniecturam facimus, cuiusmodi quis fuerit in adolescentia, translata metaphora ab segetibus. Homerus in ξ. Odisseæ,

Ἀλλ' ἔμπης καλάμῳ γε σ' ὀΐομαι εἰσορόωντα Γινώσκειν. i. Attamē inspecta stipula te suspicor, illud Conijcere.

Vtitur hoc adagio Lucianus in Pseudomante, quē nos olim Latinū fecimus Aristoteles in Rhetoricis καλάμῳ senectāī terpretat. Ὅταν γὰρ, inq., τὸ γῆρας εἴπε καλάμῳ, ἐποίησε μάθησιν, ᾗ γνῶσιν διὰ τοῦ γέροντος, ἄμφω γὰρ ἀπλωθηκότες, i. Etenim cum senectam dixit culmum, senem ostendit, ac repræsentauit. Nam utrique defloruerunt. Aristophanes in Vespis non dissimili figura usus est:

Ἀλλὰ ἐκ τῶν λειψάνων Δεῖ τῶνδε ῥώμῳ νεανικῷ ἔχειν. i. Verum è reliquijs robur horum colligi Iuuenile oportet.

Dicimus item, ex fragmentis, ex ruina rem cuiusmodi fuerit coniectare.

Eodem cubito.

Τῷ αὐτῷ πῆχει, id est, Eodem cubito, hoc est, eadem regula, eadem mensura. Vtitur hoc aliquoties. Lucianus, cum alias tū in libello De ratione conscribendæ historiæ, καὶ ὅλος πῆχυς εἶς, καὶ μέτρον ἀκριβές, id est, In summa cubitus unus, atque exacta regula. Aristophanes in Ranis.

Καὶ γὰρ ταλάντῳ μουσικῇ σταθμήσεται. Καὶ κανόνας ἐξοίσουσι καὶ πήχεις ἐπῶν, i. In lance enim librabitur poetica, Prometq. regulas, cubitosq. carminum.

Non dissimili figura dixit Cornelius Tacitus libro De oratoribus ī prefatione, cū ait, se quæ a præstātissimis uiris acceperat, ijsdem numeris, ijsdemq, rationibus persequi uelle. Pli. Epist. lib. 8. dixit, pari libra. Illud fortasse παρεργότερον, at non inutile fuerit, admonere, plerasq. metaphoras a mensuris ductas esse prouerbiales, ut pēsiculare rem, pēsitare factum, repēdere bene ficium, remetiri gratiam, librare negotiū, expendere caussam, renumerare beneficiū, æquilibrium officii, retaliare conuitium, atque id genus alia.

Ne altero quidem pede.

Μηδὲ τὸν ἕτερον πόδα, i. Ne alterum quidem pedem discedere. Lucianus in Harmonide. Idē in Sectis, Οὐδὲ πώποτε ἐξ αἰθιοπίας ἕτερον πόδα προελθών, i. Qui ex Aethiopia nunquam uel alterum promouerit pedem. Annumerandum illis, quæ retulimus alibi, latum digitum, & latum pedem, latum unguem, quibus uel consensus opinionum, uel studii assiduitas significatur, uelut illo, nocte, dieque: quod aliter extulit T. Liuius belli Mace. 1. Alij in castris sine stationibus per somnum, uinumq; diem noctibus æquabant.

Ex Diametro opposita. Diametro distant.

Ἐκ διαμέτρου, id est, Ex Diametro. De uehementer inter se pugnantibus olim dicebatur, sumpta metaphora a geometris, apud quos perfectissima oppositio ex diametro est. Lucianus in Tyranno, ἐκ διαμέτρου γὰρ οἱ βίοι, φασὶ, i. Nostra enim & illorum uita, ex diametro, quemadmodum aiunt, inter se distant. Athanasius in libro quodam de synodo Nicæna, οἱ κατὰ διάμετρον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀντίκειται τῇ σαβελλίου γνώμῃ, i. Qui iuxta diametrum, ut ita loquamur, aduersantur Sabellij sententiæ. Basilius in epistola quadam ad Athanasium, κατὰ διάμετρον dixit, Diametrus enim est recta linea, figuram, qua longissime patet, ex æquo secans, uelut diametrus orbis est, quæ sic a summo ad summū tenditur circulum, ut per centrum eat, definitore Macrobio in Somnium Scipionis libro secūdo. Nec ab hoc dissentit Euclidis diffinitio. Latini lineam hanc, dimetientē uocant. Nam Græcis διάμετρος παρὰ τὸ διαμετρεῖν, id est, a dimetiendo. Nominis caussam reddit Aristoteles in Problematis, Sectione 15. problema. 2. Cognatum est illi, quod alio recensuimus loco, δὶς διὰ πασῶν.

Audi quæ ex animo dicuntur.

Ἀκουε τ' ἀπὸ καρδίας, i. Audi quæ dicuntur ex animo. Nam seria, quæq. circa dissimulationem dicuntur, ex animo dici dicuntur, eaq. ex corde proficisci uulgus ait.

Lucianus

Lucianus in Ioue Tragedo, Οὐκοῦν ἀκούετε ὦ θεοὶ, τάγε ἀπὸ καρδίας, φασὶ, i. Itaque audite dij nimirum ex animo dicenda, sicut prouerbio dicitur. Nam adulatorum, & simulantium oratio in faucibus nascitur, non in corde. Plutarchus in commentario quem inscripsit, quo pacto quis possit assentatorem ab amico dignoscere, refert hos senarios:

Εμοὶ γὰρ εἴη πτωχὸς, εἰ δὲ βούλεται,
Πτωχοῦ κακίων ὅστις ὢν δύνασ' ἐμοὶ,
Φόβον παρελθὼν τ' ἀπὸ καρδίας ἐρεῖ, i.
Mendicus utinam sit mihi, uel si libet
Mendicum & infra, qui mihi uolês bene
Timore posito, possit ex animo loqui.

Ad hanc figuram pertinet illud Plauti num, corde amare: item illud, persequi corde, animo, & uiribus, utrunque est in Captiui duo. Contrarium est huic, A summis labris, pro eo quod est, non ex animo. Seneca in Epist. ad Lucilium, Non a summis labris ista ueniunt.

Aut bibat, aut abeat.

AVT bibat, aut abeat. Quo quidem adagio monemur, ut aut tempori, locoque nos accommodemus, aut ab hominum cõsuetudine nos subducamus. Quemadmodum Cato fecisse legitur, qui, cum non posset sumere uultum Floralium licentiæ conuenientem, discessit e theatro. Natum a priscis illis Græcorum symposijs, hoc est, compotationibus, in quibus mos erat, talis sortiri quempiam, qui conuiuio quasi præsideret, ac decreta conuiualia præscriberet, quæ νόμους, id est, leges appellabant. De hisce legibus Valer. Valentinus iocoso carmine conscripsit, cui titulum fecit Tapullæ, teste Festo Pompeio. Porro præfectum βασιλέα, hoc est, regem nominabant. Plutarchus συμποσίαρχον uocat. Varro apud Nonium, Modimperatorem a Latinis uocatum scribit, quasi modum imperãtem, nequis aut plus satis biberet, aut parum. Athenæus lib. 10. ex Eupolidis auctoritate docet huic præfectos rei οἰνόποτας dictos, ab aliis ὀφθαλμοὺς. Huius cõsuetudinis meminit & Horatius in Odis:

Nec regna uini sortiere talis.

Ex legibus iocosis hęc una fertur, aut bibat, aut abeat. Cõmemoratũ a Cicerone, libro Tusculanarum quæstionum 5. Mihi quidem, inquit, in uita seruanda uidetur illa lex, quę in Grecorũ cõuiuiis obtinet. Aut bibat, inquit, aut abeat. Et recte. Aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis uoluptate potandi, ne sobrius in uiolentiam uinolentorum incidat, aut discedat. Sic iniurias fortunæ, quas ferre nequeas, defugiendo relinquas. Hactenus ille. Quidam sic efferunt, ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι, id est, aut bibe, aut abi. Quanto ciuilior hæc lex, quàm ea quã Empedocli in conuiuio præscripsit conuiuij præfectus, vt aut biberet, aut uinũ in caput illius effunderetur. Eam rem tam indigne tulit Empedocles, ut postridie coacto concilio, & inuitatorem, cuius opera id erat factum, & symposiarchã reum peregerit, damnandosq; curarit. Refert Diogenes Laertius.

Domi habet, domi nascitur.

AD eandem pertinet metaphorã: Domi habere. Nam id domi dicimus habere, quod in nobis situm est, nec necesse est ab alijs mutuo sumere. Translatũ apparet ab ea cõsuetudine foris rogãdę supellectilis, quã domi desideres. Ter. i Adelphis, Phy, domi habet, unde discat. M. Tull. ad Varronem, Sed quid ego nunc hęc ad te, cui domi talia nascuntur? Idem Academicarũ quæstionum libro secundo, Desine quæso communibus locis, domi nobis ista nascũtur, id est, hęc oratorum sunt propria. Proinde dixeris eleganter; Quid in rebus istis felicitatem venaris? domi habes, vnde beatus esse queas. Regum est domi consilium habere, non ab aliena pendere sententia.

Confringere tesseram.

APVD Plautum in Cistellaria confregisse tesseram dicitur, qui sibi reditum in domum aliquam præclusit. Siquidem cum amans dixisset se iureiurando adstrictum, ut lenæ filiam duceret, orans ne se periurum fieri pateretur, illa respondens, Abi, inquit, quærere, ubi tuo iuri iurando satis sit subsidij. Hic apud nos iam Alcesimarche, confregisti tesseram. Est autem tessera symbolũ hospitale, quo prolato cognoscebantur hospites, siquando redissent.

Frigidam aquam suffundere.

FRIGIDAM aquam suffundere, Plautus in Cistellaria uidetur usurpasse pro eo, qd est, instigare clanculum. Sic enim in ea fabula meretrix quæritur de matronis maritos suos in meretricum odium, quoad possunt, inflammãtibus. Ita nostro ordini palam blandiuntur, clam, si occasio usquam est, aquam frigidam subdole suffundunt. Viris cum suis prædicant nos solere, fuas pellice esse aiunt. Translatum apparet ab ijs, qui certaminibus equestribus aquam equis aspergebant, quo refocillati currerent acrius, atque hoc pacto ad cursum instigabant. Cuius ministerii meminerunt etiam Pandectæ iuris Cæsarei libro 3. Titulo de iis, qui infamia notan. ex Vlpia. his quidem uerbis: Et generaliter, ita omnes opinãtur, & utile uidetur, ut neq. thymelici, neque xylici, nec agitatores, nec qui aquam equis spargunt, cæteraque eorum ministeria, qui certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosi habeantur. Hactenus Vlpia. Id fiebat, opinamur, in Olympicis, aut similibus certaminibus, nonnunquam & ob hanc caussam, ne rotę agitatione feruescentes, flammam conciperent. Nisi si cui magis probatur, ut traductum putetur ab ijs, qui ioci, ludibrijve caussa, clanculum aquam infundunt in conuiuii locũ, aut ab his, qui ludibrij caussa, aqua conspergunt aliquem, qui balneatorum iocis est. Vnde & Iulius Pollux lib. 7. docet πλύνειν interdum usurpari pro cõuitiari. Sic Aristophanes i Pluto, πλύνον με ποιῶν ἐν τοσούτοις ἀνδράσιν. Quæritur quispiam quod contumelię caussa cõspersus sit aqua multis præsentibus. Sed probabilius est translatum ab officinis ærarijs, ubi fabri subinde frigidam in ignem aspergunt, quo ignis sit uehementior.

In senem nequod collocaris beneficium.

Γέροντι μηδέποτε μηδὲν χρηστὸν ποιεῖν. i. Ne quid unq; beneficii collocaris in senẽ. Refertur nominatim puerbii uice, ab Aristotele, lib. Rhetoricorũ 2. χὸς τις συμβουλεύει μὴ ποιεῖ τῷ φίλον γέροντα, τὸ πρὸς μάρτυρει ἡ παροιμία, μύποτ' εὖ ἔρδειν γέροντα, i. Qui cõsulit, ne quis cũ sene ineat amicitiam, huic testimonii loco est prouerbiũ ne quando bene merearis de sene. Dicitur hodieque uulgo. Neque in senem, neque in puerum collocandum esse beneficium, propterea quòd alter non refert, alter non meminit. Extat & huiusmodi quoddam apud Diogenianum adagium, Μήποτ' εὖ ἔρδειν γέροντας, μηδὲ γύναικα, μηδὲ παῖδα, μηδὲ κύνα τινὸς μηδὲ λάλον κωπηλάτιν, i. Ne quid beneficii collocẽs, neque in senes, neq. in mulierem, neq. in puerũ, neq. in canem cuiuspiam, neq. in garrulum remigem, propterea quòd perire uideatur, quod in eiusmodi genus hominũ insumitur. Seneca de beneficiis tertio: Sic fit, ut præceptores, eorumque beneficia intercidant, quia totam pueritiam relinquimus: sic fit, ut in adolescentiam nostram collectam pereant, quia ipsa nunquam retractatur.

Stultus, qui patre cæso liberis pepercit.

SVPERIORI protinus illud subtexuit Aristoteles, & quidem pro uerbii nomine καὶ τοὺς υἱοὺς ἀναιρεῖν, ὧν καὶ τοὺς πατέρας. Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας, παῖδας καταλείποι. i.

Et qui suadeat occidere liberos, quorũ patrẽ occideris, huic attestatur hoc puerbium. Stultus qui patre occiso liberos relinquat. Refert idem postea inter sententias: Fatuus qui occiso patre liberis pepercit. Est autem uersus prouerbialis:

Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας υἱὸς ἀπολείπει. i.

Est fatuus, qui patre perempto pignora linquit.

Vsus est & Herodotus i Clione, ὁμοίως γὰρ μοὶ νῦν φαίνομαι πεποιηκέναι, ὡς εἰ τὶς πατέρα ἀποκτείνας τοῦ παίδων αὐτοῦ φείσαιτο, i. Nam mihi nunc perinde fecisse videor, ac si quis occiso patre, liberis illius parcat. Hoc adagium usurpasse scribitur Phillipus Macedo, cum liberos etiam e medio tolleret, quorum parentes occiderat. Fertur uox militum, qui Maximinum Imperatorem trucidarunt una cum filio, ex pessimo genere ne catulũ quidem esse relinquendum. Huc pertinet Homericum illud ex Odysseæ γ.

Ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖδα καταφθιμένοιο λιπέσθαι
Ανδρὸς. i.

Vt bene habet cæso prolem superesse parenti.

Χρηστολόγος.

Χρηστολόγοι dicebãtur, atq. hodie quoq. uulgo dicuntur, qui probe loquũtur, & improbe faciunt. Dictum autẽ peculiariter in Pertinacem imperatorem, quẽadmodũ in huius uita testatur Iulius Capitolinus.

Figuli opes.

Κεράμειος πλοῦτος, i. Fictiles diuitię. De rebus

rebus incertis, fragilibus, ac neutiquã duraturis. Quemadmodum figulorum uasa facile comminuuntur quolibet casu. Refertur adagium a Diogeniano.

Lepus dormiens.

Λαγὼς κατεύδων, i. Lepus dormiens. Quadrat in eum, qui quod non facit, id facere sese adsimulat, aut quod facit, id se facere dissimulat. Qualem quidam arbitrantur fuisse Vlyssis somnum, cum a Phęacibus in Ithacam insulam exponeretur, auctore Plutarcho. Nam leporem patentib. genis dormire, cum alij permulti tradunt auctores, tum Plinius libro undecimo, capite trigesimoseptimo, id quod etiã hominibus nonnullis ait accidere, quos Græci κορυβαντιεῖς appellant. Neque perperam dicetur & in timidos. Adagium a multis auctoribus refertur.

Serò Iuppiter diphtheram inspexit.

Ὁ Ζεὺς κατεῖδε κρόνιος εἰς τὰς διφθέρας. i. Inspexit, & si sero, pellem Iuppiter. Senarius prouerbialis in eos, qui serò quidem, sed aliquando tamen pro malefactis dant pęnas. Antiquitas enim credidit Iouẽ omnia in sua diphthera, hoc est, pelle caprina scribere, ac multa quidem pro tempore dissimulare, uerum aliquãdo de improbis pęnas sumere. Belle quadrabit & in principes, qui diu dissimulata maleficia tandem puniunt.

Aut mortuus est, aut docet literas.

Ἤτοι τέθνηκεν, ἢ διδάσκει γράμματα, i. Aut perijt, aut profecto literas docet.

Senarius prouerbialis, quo significabãt olim, cuipiam omnino malè esse, tametsi parum liqueret, quid rerum ageret. Is aũt hac occasione uenit in uulgi sermonẽ, auctore Zenodoto Athenienses duce Nicia parum feliciter aliquando pugnauerunt aduersus Siculos, permultis occisis, plerisque captiuis in Siciliam abductis, qui Siculorũ filios literas docere coacti sunt. Proinde pauci, qui fuga elapsi redierant Athenas, rogati quid hic, aut ille faceret in Sicilia, modo memorato uersiculo respõdebant. Aut perijt, aut docet literas.

Oportet testudinis carnes aut edere, aut non edere.

Ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν. Testudinis carnem aut edas, aut nõ edas.

Trimeter prouerbialis in eos, qui negotium susceptum frigide ducunt, neque explicantes, neque relinquentes. Sunt qui putent hoc dictum ab auctore Terpsione profectum esse: quorum est Athenæus libro octauo, declarans hunc primum pręcepisse de gastrologia editis regulis, p quas liqueret a quibus esset abstinẽdum, quib. contra uescendũ: inter quas erat & hęc de testudine, ἢ φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν. Addunt, testudinis carnem si modice edatur, uẽtris tormina facere: rursum, si copiose, lenire. Cuiusmodi quiddam & de lactucis refert Plin. Perinde quasi dicas: aut bellandum est, aut non bellãdum, aut studendum, aut non studendum. Nam pleræque res sunt quas si facias acriter, plurimum conducũt: sin ignauiter, officiunt. Velut eę, quæ mediocritatem non recipiunt, quod genus est musica, poeticaque. Sunt rursus quædam, quæ degustasse sit satis. Quo de genere putauit esse philosophiæ studium Ennianus ille Neoptolemus, & Callicles Platonicus.

Bonæ leges ex malis moribus procreantur.

MACROBIVS Saturnalium lib. 3. Vetus uerbum est, inquit, Leges bonæ ex malis moribus procreantur. Nam sicuti medicorum pharmacis nihil opus foret, nisi morbis laboraretur, ita legibus ferundis nihil opus esset, nisi perperam uiueretur. Vnde apud Aeginetas olim pecuniaria pęna multabatur is, qui legis instituendæ dedisset occasionem. Auctor Aristoteles li. Rhetoricorum 2. Cornelius Tacitus lib. 5. Vsu probatum est, leges egregias, exempla honesta, apud bonos ex delictis aliorũ gignit. Huc pertinet qd Solon ἐρωτηθεὶς, διά τι μὴ κατὰ παρρικτόνου νόμον ἔθηκε, διὰ τὸ ἀελπίσαι, εἶπεν. i. Rogatus quam ob causam non tulisset legẽ in parricidas, respondit quod non sperasset futurum parricidam.

Bos alienus subinde foras prospectat.

Βοῦς ἀλλότριος τὰ πολλὰ ἔξω βλέπει, i. bos alienus subinde foras prspectat. De iis, qui apud alienos non satis ex aĩ sententia tractẽtur, eoq; sæpius suos desiderãt. Vnicuique domi, ac uelut in suis præsepibus iucũdissima uita, peregre per multa sunt, q̃ lædãt, plurima desunt. Allusisse uidetur ad hoc prouerbium Plutarchus in Sympo

siacis decade octaua, problemate secũdo: ὅπως ὃ ἑαυτῷ μὴ καταφρονῆτε, μὴ δ' ἔξω βλέπητε παντάπασιν. i. Verum ne uos ipsos contemnatis, neve foras prospiciatis, i. Ne aliunde petatis, quod ab ipsis Platonis interpretibus sumi potest. Proinde rectè dicetur, ἔξω βλέπειν, qui non contentus suis aliunde pendet. Vsurpat & in libello, περὶ τῆς ἀρετῆς, καὶ κακίας.

Septimus bos.

Ἕβδομος βοῦς, i. Septimus bos. Olim in stupidos, brutosq; dicebatur, unde celebratus senarius:

Τὸν ἕβδομον βοῦν ἡ σοφὴ παροιμία, idest, Venustum adagiũ septimũ narrat bouẽ.

Id hinc ortum esse tradunt, quòd antiquitus post sextam lunam bouis imaginẽ è farina pinsere consueuerint, qui septimam lunam cornibus referret. Sunt qui malint hinc natum, ꝓ cum apud ueteres sex animantium genera mactari dijs soleãt, ouis, sus, capra, bos, gallina, anser: pauperes non habentes uiuum animal, qd' immolarẽt, bouis simulachrum e farina fingere cõsue uerunt: is, quoniam sensu, uitaq; careret, in stoliditatis abijt prouerbiũ. Citatur apud Suidã Euripides in Erechtheo, & Achęus in Iride, qui prouerbiũ hoc usurpauerint, tametsit uersus illorum non refert.

Indus elephantus haud curat culicem.

IN epistolis, quæ Phalaridis nomine feruntur, extat huiusmodi quodam adagiũ, κώνωπος ἐλέφας ἰνδὸς οὐκ ἀλεγίζει, i. Culicem haud curat elephantus Indicus. Dictum est autem ob singularem duritiẽ cutis elephantinæ, qua fertur etiam iacula excutere, tantum abest, ut culicis morsu possit offendi. Adhiberi poterit, quoties significabimus excelsis animis leues, & uulgares iniurias esse negligendas.

Lutum luto purgari.

Πηλῷ πηλὸν καθαίρεσθαι, i. Lutum luto purgari, dr, ubi res sordida sordib. tollitur, hoc est, cum sordes non tolluntur, sed aut mutantur, aut augentur etiam. Apollonius in epistola quadam, ἀλλ' ὁ δ' ἐκεῖνος ἐφεσίους ἔπεισε, μὴ πηλῷ πηλὸν καθαίρεσθαι, Loquit de sacerdotibus, qui deorũ aras sanguine polluerẽt, eamq. expiationẽ esse ducerent. Huc pertinet Diogenis dictum. Is ingressus balneum sordidum, qui hoc, inquit, lauant, ubi lauant, indicans talibus balneis conspurcari corpora potius, quam purgari. Idem accidit Alexãdrinis, qui in urbibus alunt uim ibidum in hũc usum, quod serpentes, ac macellorum sordes deuorent, uerum suis immũditijs omnia rursus conspurcant.

Cyclopica uita.

Κυκλώπειος βίος, i. Cyclopica uita, pro uita uehementer effera, ac barbara, quę neque legibus, neque disciplina ciuili cõstet, neq; religione deorum gubernetur. Qualem describit Homerus Odisseæ lib. 9. sub persona Polyphemi:

Νήπιος εἶς ὦ ξεῖν', ἢ πηλόθεν εἰλήλουθας,
Ὃς με θεοὺς κέλεαι ἢ δειδέμεν ἢ ἀλέασθαι.
Οὐ γὰρ κύκλωπες διὸς αἰγιόχου ἀλέγουσιν,
Οὐδὲ θεῶν μακάρων, i.

Desipis, aut certè longinquis hospes ab oris
Hic ades, ut q me iubeas curare moueri,
Siue timore Deum, neque enim Cyclopica turba
Curamus summumve Iouem, diuosve beatos.

Eodem in libro:

Τῶν δ' ἀνδρῶν πειρήσομαι, οἵτινές εἰσιν,
Ἢ οἱ γ' ὑβρισταί τε, καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι,
Ἢ φιλόξεινοι, καὶ σφιν νόος ἐστὶ θεοδνής. i.

Quod genus hoc hominum experiar iã, sint ne feroces,
Agrestes, æquiq; rudes, an & hospitij ius
Obseruent, aío reuerentes numina diuũ.

Homerum æmulatus Euripides Cyclopem hoc pacto loquentem facit:

Ζηνὸς δ' ἐγὼ κεραυνὸν οὐ φρίσσω ξένε,
Οὐδ' οἶδ' ὅτι ζεὺς ἐστ' ἐμοῦ κρείσσων θεός. i.

Atq hospes ego fulmẽ Ioui nõ horreo,
Neque me Iouem præstantiorem habet Deum.

Strabo lib. Geographiæ undecimo scribit. hoc uulgò dictum in Albanorum gentem, quòd Cyclopum agerent uitam, utpote neque culturæ studiosi, & ad omnem uitæ cultum inertes, & rudes.

Similes habent labra lactucas.

SIMILES habent labra lactucas. Vbi similia similib. contingunt, ueluti pręceptori parum docto discipulus indocilis: improbo populo magistratus improbus: contumelioso

melioso patrono cõtumelioſus actor: uxori moroſæ maritus moroſus: breuiter quoties mala malis, digna dignis eueniũt. Natum adagium ab aſino carduos paſcente. Eſt autem lactuca herba mollis, ac tenera, quæ tamen nõ admodum ſit diſſimilis carduo, præſertim ſylueſtri. Itaque quemadmodum carduus ſpinoſus eſt, atque maiorem in modum aiperis foliis, & caule, denique ipſo etiam flore, itidẽ & aſini labris nihil durius, ac petricoſius, ut illis nõ alia lactuca magis apta uideatur. Porro carduos lactucarum uice etiam in conuiuijs a nõnullis apponi ſolere, teſtis eſt Iulius Capitolinus in uita Pertinacis Imperatoris. Plinius item lib. 19. de carduis in hunc modum: Poterant uideri dicta oĩa, quæ in pretio ſunt, niſi reſtaret res maximi quæſitus, non ſine pudore dicenda. Certum eſt quippe carduos apud Carthaginem magnam, Cordubamq; præcipuè, ſeſtertium ſena millia è paruis his reddere, quoniam portenta quoque terrarum in ganeã vertimus, etiam ea, quæ refugiunt quadrupedes cõſcię. Vſurpat, ſimulq. interpretatur prouerbium diuus Hieronymus, ſcribens ad Chromatiũ in hunc modũ. Secundum illud quoq;, de quo ſemel in uita Craſſum ait riſiſſe Lucilius: Similẽ habẽt labra lactucã, aſino carduos comedente, uidelicet ut perforatam nauim debilis gubernator regat, & cæcus ducat in foueã, & talis ſit rector, quales illi, qui reguntur. Hactenus ille. Fuit autẽ hic Craſſus auus eius Craſſi, qui pugnãs aduerſus Parthos interijt, cuius ſigna poſtea retulit Auguſtus. Numeratur is inter eos, qui nũquam in uita riſiſſe feruntur, eaq. gratia ἀγέλαστοι, id. irriſibiles cognominati. M. Tull. in actionibus, Craſſum Licinium, auctore Lucilio, ſemel duntaxat in uita riſiſſe teſtatur. Plinius libro Naturalis hiſtoriæ ſeptimo, capite decimo nono: Ferunt, inquit, Craſſum auum Craſſi in Parthis interempti, nunq̃ riſiſſe, obid agelaſtum uocatum, ſicuti nec fleſſe multos. Diuus Hieronymus contra Ruffinũ: Ego certè vt homini ſeueriſſimo riſum moueã, ut imiteris aliquãdo Craſſum, quẽ ſemel in uita riſiſſe ſcribit Lucilius. Meminit & Macrobius libro Saturnalium ſecundo.

Dignum patella operculum.

HVIC ſimilimum eſt illud, quod ab eodem Hieronymo refertur in epiſtola ad Chromatium: Dignum patella operculũ. In mea enim, inquit, patria ruſticitas uernacula. Deus uenter eſt, & in diem uiuitur, & ſanctior eſt ille, qui ditior eſt. Acceſſit huic patellæ iuxta tritum populi ſermone prouerbiũ, dignũ operculum. Idẽ aduerſus Rufinum. Quòd librũ Euſebij pro Pamphili uerteres, qd̃ tuũ quaſi operculũ uenenatæ patellæ imponeres. Plato ĩ Hippia maiore, diſſerẽs de pulchro ac decoro, quiddã habet nõ abhorrens ab hoc puerbio, πότερον φέρει, φήσει, ὅταν τις τὶν χύτραν, ἢν ἄρτι ἐλέγομεν, τὶν καλὴν, ἐφῇ, ἔτερος καλὲ μεστὴ, χρυσῆ τορύνη αὐτῇ, ἢ συκίνη. i. Vtrum inquiet, ubi qs ollã illã pulchrã, de qua modo loquebamur, igni admouerit, pulchris fabis plenã, decet illã aurea torynne, aut ficulna? Quod Græcè dictum, eſt, τορύνη. Platonis interpres uertit tudeculã. Etymologus indicat, τορύνλω uocem eſſe Atticis peculiarẽ, quæ illis ſignificat ἐργάτιν. Suidas ait inſtrumentum eſſe, quo mouetur olla.

Si iuxta claudum habites, ſubclaudicare diſces.

PLVTARCHVS in libello De liberis educandis, ἂν χωλῷ παροικήσῃς, ὑποσκάζειν μαθήσῃ, id eſt, Si iuxta claudum habitaris, diſces ſubclaudicare. Pindari interpres extulit hunc in modum:

Χωλῷ παροικεῖς κἂν ἐνὶ σκάζειν μάθοις. i.
Claudo uel uni ſi propinquus mãſeris,
Diſces & ipſe claudicare protinus.

Huc pertinet illud Heſiodiũ, nobis alibi dictũ: πῆμα κακὸς γείτων, &c. Ea uerò rerum humanarum eſt infelicitas, quòd facilius tranſiliunt uitia, quàm bona. Et tamẽ uerũ eſt, quod addit Heſiodus, ὥσπερ καὶ ἀγαθὸς μέγα ὄνειαρ. Ita Pindarus in Nemeis hymno 7. εἰ δ' ἀρέται ἀνδρὸς ἀνὴρ τὶ φαῦμον γείτονα ἔμμεν νόῳ φιλήσαντά γ' ἀτενεῖ γείτονι, χάρμα πάντων ἐπάξιον. i. Si uir uiro eget, qd̃ dicemus uicinũ eſſe uicino, animo conſtanti amicũ? Gaudiũ omni re dignum. Quãquam uidemus nec lectionem, nec interpretationẽ huius loci cõſtare Græcis. Quidam.n. pro ἀρέται legunt γάρεται, referuntq; ad commodorum aut incommodorum communicationem, quam homo capit ab homine, maxime a uicino, Et legendum uidetur γείτον' ἔμμεν, ut reſpõdeat participio φιλήσαντα.

Interpres

Interpres adducit & illud ex Heſiodo:

Γείτονες ἀζωοὶ ἔκιον ζώσαντο δὲ πηοί. i.
Vicini incincti, cincti, venere propinqui.

Notũ eſt illud Themiſtoclis, q proſcripto agro iuſſit & hoc præconem addere reliquis dotibus, quòd bonũ haberet uicinum. Prouerbium admonet, perniciosam improborum hominum conſuetudinem, propterea quòd cum corporis, tum maximè animi uitia contagio ſerpunt in uicinum. Naſo:

Dum ſpectant oculi læſos, læduntur & ipſi.
Multaq; corporibus tranſitione nocent.

Id Ariſtoteles exiſtimat potiſſimũ uſu uenire in morbis oculorum, quòd ea corporis pars maxime ſit mobilis. Itẽ in ſcabie, qd̃ in ſumma ſit cute, & humore glutinoſo, ad uicinum permanat. Poſtremò in omnibus morbis, qui è ſpiritu corrupto naſcũtur, vt peſtis, quòd ſpiritus facile ab alio in alium tra ijciatur. Denique eſt occultus quidam naturæ conſenſus, qui fit ut oſcitare incipiat, qui uiderit oſcitantẽ, & micturiat, qui meientem conſpexerit, auctor eſt Alexander Aphrodiſeus. Et balbutire diſcit, quiſquis aſſidue cum balbo uiuit. Morum autem ſcabiem affricat conuictor conuictori. Ariſtoteles ſectione 6. problem. 4. querit, quare lippitudo, tabes, & ſcabies contagio migrent ad alios, nec idẽ accidat in omnibus morbis. Plutarchus in commentario. De ratione dignoſcendi verum amicum ab adulatore, ſcribit tantam habere uim aſſiduam cõſuetudinẽ, ut imprudentes etiam imitemur uitia eorũ, qui buſcum uiuimus. Quemadmodum Platonis familiares eius gibbum imitabantur, Ariſtotelis amici balbutiem eiuſdem exprimebant. Alexandri Macedonum regis familiares ceruicis inflexum, & vocis in dicẽdo aſperitatẽ effingebãt. Plato De leg. 2. elegãter indicat, quo fallat contagium: πότερον οἶκος, εἰ ἢ ἀναγκαῖον ταὐτὸ ἔῃ, ὅπερ ὅταν τις πονηροῖς ἥδεσι ξυνῶν κακῶν ἀνθρώπων, μὴ μνησῇ, χαίρει ἢ ἀποδεχόμενος, φέγῃ δὲ, ὡς ἐν παιδὸς μοίρᾳ, ὀνειρώσσων αὐτὸ ἢ μοχθηρίαν, τότε ὁμοίως δὴ πᾶν ἀνάγκη τὸν χαίροντα ὁποτέροις ἂν χαίρῃ. i. Vtrũ probabile, an potius neceſſariũ hoc ipsũ eſſe, quod cũ quis cũ prauis hominum improborum moribus cõflictatur, non odit, ſed gaudet magis approbãs, quanquam ueluti per iocum reprehendit, ſomnians ſuam ipſius malitiam, tunc profecto neceſſe eſt, ut ſimilis euadat gaudens utriſcunque gaudeat.

Corrumpunt mores bonos colloquia praua.

EODEM pertinet ille Menãdricus ſenarius:

Φθείρουσιν ἤθη Χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί. i.
Mores bonos cõuictus inficit improbus.

Conſimilẽ huic ſententiam refert Ariſtoles nono Moralium lib. Celebratur & hic ſenarius à Græcis:

Κακοῖς ὁμιλῶν κἀυτὸς ἐκβήσῃ κακός. i.
Malus ipſe fies, ſi malis conuixeris.

Quanquã autem alienius ab hoc inſtituto uidetur huiuſmodi conquirere, tamẽ illud adſcribemus ex Senecæ De ira li. 3. ſi non magnopere pertinens ad prouerbii declarationem, certè ad uitam inſtituẽdã in primis conducibile. Sumuntur, inquit, a conuerſantibus mores. Et, ut quædã in contactis corpore uitia tranſiliunt, ita animus mala ſua proximis tradit. Ebrioſus cõuictores in amorẽ uini traxit Impudicorum cetus, fortemque, & ſi liceat, uirũ emollit. Auaritia in proximos uirus ſuum tranſtulit. Eadem è diuerſo ratio uirtutũ eſt, vt omne quod ſecum habent, mitigẽt. Nec tam valetudini profuit utilis regio, & ſalubrius cælum, quam animis parum firmis in turbã meliorum uerſari. Quæ res quantum poſſit, intelliges, ſi uideris, feras quoque conuictu noſtro mãſueſcere, nullq; immani beſtiæ uim ſuã permanere, ſi, hominis contubernium diu paſſa eſt. Huc uſque Senecę uerba reddidimus. Porrò cũ omnis contubernij conflictatio, plurimũ habet momẽti ad corrigenda, deprauandaque mortalium ingenia, tum præcipuè valet oratio, quæ quidẽ ex arcanis illis animi penetralibus deprompta, genuinam q̃dam, & occultam vim, atque, vt Græcè dicamus melius, ἐνέργειαν ſecũ adfert, eũq. in auditoris animum, in quem illabitur, transfundit, præſentaneum uenenũ, ſi peſtilens fuerit: remediũ efficax, ſi ſalutaris. Iam uero, quod de colloquio dictum eſt. idem oportet & de ſtudiis accipere. Qui uitam omnem in Ethnicis conterunt literis, gentiles euadunt. Qui præter obſcenos auctores nil euoluunt, moribus obſcænis. Etenim lectio colloquium quoddam eſſe uidetur.

Annus

Annus clibanum.

Αννὸς κρίβανον, i. Annus clibanum. In eos olim dicebatur, qui nouæ quippiam rei reperissent. Nam Annus quidem Ægyptius clybanorum usum in quibus panes coquerent, fertur excogitasse. Siquidē prisci pulte, polentaq. uiciitabāt, cocti panis usum nescientes. De rationi coquendi panis in furnis, permulta. Plinius libro 18. ca. 11. & hinc rei uocabulum etiam inditum. Nam Plautus in Aulularia artoptesiam vocat. Seneca in epistola quadā ad Lucilium ostendit, antiquitus panem manuum tractatione subactum, feruenti cinere, testaq; percoqui solere, deinde paullatim repertos furnos, & alia genera, quorū feruor seruiret arbitrio. Hic panis dicebatur κριβανίτης. Meminit huius adagij tum Suidas, tū Aristophanis interpres ἐν ἀχαρνεῦσι. Quanquam exemplaria pleraque ἀνδρωπος habent, in uno duntaxat loco ἀννὸς scriptum reperitur, quod quidem magis arridet, ut uocabulum sit proprium.

Magistratus uirum indicat.

Αρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσιν. i. Imperia demonstrant uirū. Dimeter iambicus Prouerbio celebratur. Quidam Pittaci Mitylenæi putāt apohthegma. Sunt qui Soloni tribuāt, quorum de numero Sophocles est, ut ferunt. Aristoteles quinto Moraliū libro Biantis nomine citauit. Item Theophrastus in prouerbijs, quanquam ea non extant, Bianti adscribit. Hoc adijciendum putauimus, ne quis cauilletur, sententiam esse, non prouerbium. Quanquam, & Plutarchus in uita Ciceronis ostendit & fuisse prouerbio celebratū dictū, loquens hunc in modum: ὁ δὲ δοκεῖ μάλιστα, καὶ λέγεται τρόπον ἀνδρὸς ἐπιδεικνῦναι, καὶ βασανίζειν, ἐξουσία, καὶ ἀρχὴ πᾶν πάθος κινοῦσα, καὶ πᾶσαν ἀποκαλύπτουσα κακίαν, δημοδέκνει μὲ οὐχ ὑπῆρχεν, i. Quod aūt uidetur, ac dicitur, maxime mores hominis ostendere, atque explorare, nimirum potestas ac magistratus, omnem mouens affectum, & omnem aperiens malitiam, id Demostheni quidem non adfuit. Sophocles in Antigone:

Αμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν
Ψυχήν τε καὶ φρόνημα, καὶ γνώμην, πρὶν ἂν
Αρχαῖς τε, καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ. i.
Fieri haud potest, cuiuspiā ut pernoueris
Animum, atque mentem, siue sensum,
ni prius.
Imperia nactus gesserit ciuilia.

Sensus est, in uita priuata uix satis pspici posse mores & ingenium hominis. Verū si committas imperium, ut quod libeat, idem liceat, tum demū apparere, quo sit aio. Elegāter inuertit Epaminōdas, cui cū Thebani per contumeliam magistratum quempiam sordidum, & contēptum mandassent, non contempsit, sed ea cura gessit, ut muneri prius cōtemptissimo dignitas, & auctoritas accederet, dicēs: Οὐ μόνον ἡ ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσιν, ἀλλὰ καὶ ἀρχὼν ἀνήρ, i. Non solū magistratus uirum ostēdit, sed magistratum vir. Meminit Plutarchus in præceptis ciuilibus.

Idem Accij, quod Titij.

Extabat olim adagiū apud M. Varronē in satyra, cui titulus. Testamentum, referturque apud A. Gellium in Noctibus Atticis, Idem Accij, quod Titij. Quod si quis inquit, undecimo mense κατ' ἀριστοτέλω natus est, Accio idē, quod Titio ius esto. Nimirum significans eodem sibi iure futurum, filium decimo mense natū, quo eum, qui natus sit undecimo. Sumptū uidetur a iurisconsultorum consuetudine Titij, & Accij uocabulum pro quibuslibet duobus subinde usurpantium.

Caput sine lingua.

Ab hoc non admodum abludit ille Laberianus trimeter,

Caput sine lingua pedaria est sententia.

Cōpetit in eos, qui in cōsultationibus, aut disceptationibus ipsi quidem nihil habent, quod dicant, uerum aliorum sententijs annuum. Nam pedarij senatores dicebantur ij, qui in senatu quidem sedebant, uerum sententiam non rogabantur, sed in aliorum sententias pedibus discedebant. Vnde referente Festo Pōpeio in dictione Pedarius, a Lucilio dicti sunt Agipedes, quod pedum discessione dicerent sententiam. Refertur à Gellio Noctium Atticarum lib. 3. c. 18. Habet & crocodilus caput sine lingua, sed dentibus armatum.

Corpus sine pectore.

Proverbiali figura dixit Horatius in Epistolis ad Albium:

Non

Non tu corpus eras sine pectore, dij tibi formam.
Dij tibi diuitias dederant, artēq. fruēdi.

Item Ouidius in Heroidis.

Hunccine tu speras hominem sine pectore, dotes.
Posse satis formæ, Tyndari, nosse tuæ?

Perinde uero dictū est corpus sine pectore, quasi dicas, sine mente. Nam sapientiā, & ingenium in pectore, atque in corde cōstituunt. Vñ & Cordatos appellamus prudentes. Et Iuuenalis, tardum, ac stolidum significans.

Cum læua in parte mamillæ.
Nil salit Arcadico iuueni.

Cærita cera dignus.

Olim notari indignos, atque improbos, & nequam homines, Cærite cera dignos, prouerbio uocabant, nimirum Cæritem ceram insignem ignominiam appellātes. Horatius:

Quid deceat, qd nō obliti, Cęrite Cera.
Digni, remigium uitiosum Ithacensis Vlyssis.

Acron, & Porphyrion huiusmodi tradūt originē adagij. Romani, Cæritib⁹ bello subactis, eam dixere conditionem, Ne suffragij ius haberent, ne leges ullas aut ederent, aut haberent. Eamq. ignominiam in adagiū abijsse. Meminit de tabulis Cæritibus & Aulus Gellius li. 16. cap. 13. Primos autem municipes, inquit, sine suffragij iure Cærites esse factos accipimus. Cōcessumque illis, ut ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negotijs tū, atque oneribus uacarent, pro sacris bello Gallico receptis, custoditisque. Hinc tabulæ Cærites appellatę uersa uice, in quas cēsores referri iubebāt, quos notę caussæ suffragiis priuabant. Confine uidetur illi, q alibi diximus, Sutorium atramentum.

Dij laneos habent pedes.

Macrobius lib. Saturnaliū primo, capite sexto, scribit in hunc modū. Cur autem Saturnus ipse in compedibus, uisat, Verrius Flaccus causam se ignorare dicit. Verū Appollodori lectio suggerit: Saturnum Appollodorus alligari ait per annū laneo uinculo, & solui ad diem sibi festū, id est, mense hoc Decembri. Atq. inde prouerbium dictū, Deos laneos pedes habere significari uero decimo mense semē in utero animatum in uitam grandescere: quod donec erumpat in lucem, mollib⁹ naturæ uinculis detinetur. Hactenus Macrobius. Lucianus itē in Cronosolone, Saturnū in compedibus fingi solere significat. Atque huius figmenti rationē reddit in libro de Astrologia, nempe, quod orbis Saturni lēgissime a nobis semotus sit, ob hoc in tartara coniectū finxere, ex aeris profunditate sumpta occasione. Deinde q motus sit omnium tardissimi, ut quasi stare uideat, compedibus alligatum finxerunt. Plutarchus in Problematis scribit, Tyris fuisse morem, ut deorum statuis uincula inijcerent. Aenigma prouerbij indicat, deos ad scelerum ultionem lēte qdam procedere, sed tamen aliquando de malefactis pēnā sumere uel inopinato. Sic interpretatur Porphyrio, demonstrans, quod scribit Horatius libro Odarum tertio, oda secunda:

Raro antecedentem scelestum
Deseruit pedes pœna claudo:

affine esse prouerbio, quod dicit, deos iratos, pedes lanatos habere, quia nonnunq; tarde ueniunt nocentibus.

Zenone mode ratior.

Ζήνωνος ἐγκρατέστερος, i. Zenone temperantior Testatur & Laertius in Zenonis uita, philosophum hunc tum in uictu, tū in uoluptatibus Venereis usq. adeo patientē ac parcum fuisse, ut crudis duntaxat uescetur, ac pallio prætenui tegeretur. Vnde & Philemon in comœdia taxat hoiem, q post panem obsonij loco caricis uteretur, aquam uini loco biberet, ac discipulos esuriem doceret. Hinc & in uulgi sermonem abijt, Zenone temperantior. Philemonis uersus apud Diogenem ex fabula, cui titulus Philosophi, sunt huiusmodi:

Εἰς ἄρτον ὄψον ἰχάδας, ἐπιτιεῖν ὕδωρ,
Φιλοσοφίαν καινὴν γὰρ ὅδ' φιλοσοφεῖ,
Πινεῖν διδάσκει καὶ μαθητὰς λαμβάνει.

i. Post panis esum, cariceumq. obsoniū
Aquam bibēs perdurat inde simplicem.
Nouū. n. philosophiæ celebrat hic genⁿ.
Docet esurire, ac discipulos ita illicit.

Quanq; sunt, qui uersus hoc Posidippo tribuant, non Philemoni, uelut idem admonet Laertius.

Sylosontis chlamys.

Η συλόσωντος χλαμὺς, i. Sylosontis chlamys.

mys. Refertur a Diogeniano, dici solitum in hos, qui se cultu, uestituq. iactitant, ac uenditant. Vt haud absurde dici posse & in eos, quibus munus exiguum in tempore, magno cum fœnore redijt. Historiæ, q̃ prouerbij dederit occasionem, meminit Herodotus in Thalia, quamquam apud hunc χλανὶς legitur, nõ χλαμύς. χλανὶς ãt uestis militaris. Meminit & Strabo Geographiæ libro 14. Historia sic habet: Sylosõn quidam, cum sensisset Darium Hystaspis filium, cũ adhuc priuatus ageret, chlamyde quadam sua admodum bella impensius fuisse delectatum, eam ultro dono misit. Cuius tam tempestiuæ liberalitatis memor Darius, cum iam rebus esset præfectus totam & urbem, & insulam Samiorum Sylosonti in manus tradidit, unius vestis munus tam opulento regno compensans. Mẽtionem facit huius rei Valerius quoq. Maximus, lib. Memorabiliũ quincto, titulo ne gratitudine. Porro, quod alij, chlamydem seu chlanidem uocant, hic amiculũ appellat, id est, palij genus.

Opera Sylosontis ampla regio.

Εκητι συλοσῶντος ἀ῾ρυχωρία. idest, Per Sylosontem regio facta est amplior.

Senarius in prouerbium uersus, quẽ refert Strabo libro Geographiæ 14. Nam Sylosõn, munificẽtia Darij, mortuo Policrate, Samiorum adeptus tyrannidem, cum acerbiꝰ exerceret imperium, ita ut fere solent ij, qui ab humili fortuna repente ad res amplas prouehuntur, & ob hanc caussam insula desereretur ab incolis, prouerbio dici cœptum:

Εκητι συλοσῶντος ἀ῾ρυχωρία. id est, Spatiosa regio est Sylosõntis gratia.

Conuenit in acerbe gerẽtẽ magistratũ aut in principem malum, cuius uitio deseratur ab incolis regio. Venustius reddetur longiore deflexu, ueluti si in hoſem πλεονέκτω, qui domum aliquam compilarit, dicatur: aut in profusum, ac prodigum, cuius luxu loculi facti sunt inanes.

Phalaridis imperium.

Φαλάριδος ἀρχή, i. Phalaridis principatus. Refertur inter Græcas paræmias. Recte dicẽt in eos, qui crudelius exercẽt Imperium, aut potestatem sibi delegatã. Ortum adagium à Phalaride, Agragãtinorũ tyranno, quem sua crudelitas nobilitauit. Inter multa autem crudelitatis exempla celebratur in primis ænæus ille taurus Perilli, siue Perilai (nã sic appellat Lucianꝰ) inuentum, quo subiecto igni mortales uiui sic exurebantur, ut pro eiulatu humano mugitum ederent morientes. Eum taurũ exusto primum in eodẽ artifice, Delphos misisse legitur, ut Phæbo dicatus, in eius tẽplo reponeretur, monumentum futurũ, simul & artis exquisitissimæ, & inuenti crudelissimi, & pœnæ merito in auctorem retortæ. Verum Delphi munus, ut a tyranno missum, repudiarunt. Hæc ferme leguntur apud Lucianum. Simili figura dictum legimꝰ φαλαρισμὸν, pro immani crudelitate. Cicero ad Atticum lib. 7. Nam istum quidem, cuius φαλαρισμὸν, times, omnia tæterrime facturum puto. Idẽ in actione cõtra Pisonem: Quoniam, inquit, Phalarin grammaticum habemus, i. qui perperam scripta etiam capite punit.

Complurium thriorum ego strepitum audiui.

Πολλῶν ἐγὼ θρίων ψόφος ἀκήκοα. idest, Thriorum ego strepitum audij complurium.

Senarius est prouerbialis, quo minas, & inanẽ clamorem nos contemnere significamus. Quemadmodum Thais illa Terentiana sæuas, & gloriosas Thrasonis minas pro nihilo ducit, magnum nebulonẽ appellans. Aristophanes in Vespis:

Ὡς ἐγὼ πολλῶν ἀκούσας, οἷ᾽ δ᾽ α θρίων τὸν ψόφον. id est,

Thria noui quid strepant, ut sæpius qui audiuerim.

Porro thria a Græcis dicũtur ficulna folia, quæ, cũ intenduntur, minacem quendã edunt strepitum, & formidandum iis, quibus, ante non sit aũditus, alioquin inanẽ, & contẽnẽdũ. Nisi mauis legere θριῶν, sic enim Græci uocant calculos, quos in urnã mittunt sortilegæ, cum diuinant, quemadmodum admonuimus alibi. Solent huiusmodi diuinatrices aliquando e sortibus dira prædicere, quo stultos, ac credulos territent, cum sæpenumero nihil eueniat eorum, quæ minantur.

Ne inter apia quidem sunt.

Οὐδ᾽ ἐν σελίνοις εἰσὶν, i. Ne in apio qdẽ sunt, pro eo, quod est, ne ingressum qdẽ aut initiũ rei attigerunt. Sumpta metaphora

phora ab ijs, qui hortos ingrediuntur. Nã antiquitus extremus ille hortorum ambitus, apio conserebatur, quem qui nõdum præteriissent, uelut in horti limine adhuc esse uidebantur. Aristophanes in Vespis:

Οὐδὲ μὲν γ᾽ ὧδ᾽ ἐν σελίνῳπ᾽ ἐστὶν, ὧδὲ ἐν πηγάνῳ. idest,

In apio nondum est uel ipso, sed nec in rutis adhuc.

Hoc est, nec initium habet eorum, quæ sunt futura. Interpres & aliam quondam hoc loco refert sentẽtiam, uolens ad agiũ ad gymnicum agonem pertinere, ad quod qui ꝓpararent infantes, statim ut essent nati, in apio collocare consueuerunt. Itaque perinde dictum videtur. Ne in apio quidẽ, quasi dicas, ne in primis quidem rudimẽtis. Rutam aũt comicus addidit risus caussa, quod apium prælocutus fuerat. Porro morem apio coronandi putant iã olim ab Hercule inductũ, post interfectũ Nemeæ leonem, quod & Pindarus indicare videt alicubi. Nã in Nemeis hymno quarto dicit: ἵνα ἐν ἀγῶνι βαρυκτήπτε θάλυσε κορινθίοις σελίνοις, i. Vbi in certamine tumultuosi, floruit Corinthiacis apijs. Significat quẽdam in certamina Neptuni Isthmico coronatum fuisse à Corinthijs.

Podex lotionem uincit.

Πρωκτὸς λουτρῦ πλείονα. i. Podex lotionẽ uincit. Callistratus, apud Aristophanis interpretẽ, adagiũ hoc retulit ad eos, qui sese in malum aliquod adigũt, propterea quod ea corporis pars, etiam si lauetur, ipse met ursum inquinat, ita, ut ipsa sit ĩ caussa, quo minus lauari possit. Quadrabit ẽt, ubi quid frustra fieri significabimus, ueluti si quis nocentẽ e carcere redimat, atq; ille mox iterato commisso semet eodẽ præcipitẽt. Aut, si quos reconcilies, mox in pristinam relapsuros simultatem, aut castiget incorrigibile ingeniũ, quod genus est mulierum. Cõueniet & in illos, qui suo ipsius uincunt malo. Veluti, si qs morum intractabilitate obtineat, ne posthac obiurgẽt à pręceptore. Putant, adagium videri sumptum ab ijs, potissimũ, qui cita sunt aluo, quos Nonꝰ Foriolos appellat Aristophanes in Vespis: Πρωκτὸς λουτρῦ περιγενόμενος. i. Podex peruincens loturã. Itidem & morbus dicitur vincere artem, curamve medici, cum est immedicabilis. Ex ueterum monumẽtis deprehendes, fuisse morem publicum, ut post exoneratam aluum adhiberetur eius partis lotio, q̃, tamen sub inde erat repetenda. Martialis inter Iſſæ Catellæ laudes commemorat, quod post depositum ventris onus rogaret lauari. Legimus & barbarum quendã, seruitutis impatientem, ligno, cui spongia erat addita tergendo podici, in gulam adacto sibi consciuisse necem.

Conscientia mille testes.

QVINTILIANVS Oratoriarum institutionũ lib. 5. hanc sententiam, vt prouerbialem citat, Conscientia mille testes. Sẽsus interprete non eget. Quis enim nescit, cõscientiam rem esse unam omnium efficacissimam, adeo, ut nulla tormenta melius prodant maleficium, quam conscięntia, nullus carnifex seuerius puniat, quam hæc? Vnde & illud:

Heu, quam difficile, crimen non prodere vultu.

Exstat & Græcanica sẽtẽtia. συνείδησις πλήττει τὴν ψυχὴν, i. Conscientia uerberat animum, Iuuenalis item:

-Et surdo uerbere cędit.

Hanc sensere poetæ, cum de diris, & ultricibus furijs fabulantur.

Mysorum præda.

Μυσῶν λεία, i. Mysorũ ꝑda. In eos olim dicebatur, qui impune à quibuslibet lędũtur, ac diripiuntur. Ortum adagium à Mysis quos aiunt quondã finitimorum incursationibus male uexatos fuisse, quo tẽpore Telephus rex peregre agebat. Vtit hoc adagio Aristoteles libro Rhetoricorũ primo tractãs đ locis cõiecturalibus, καὶ τοὺς ὑπὸ πολλῶν ἀδικηθέντας, καὶ μὴ ἐπεξελθόντας, ὡς ὄντας, κατὰ τὴν παροιμίαν, μυσῶν λείαν. i. Eos itẽ, inquit, qui à cõpluribus affecti iniuria, non curant de ulciscendo. Nã ut trito đ prouerbio, Mysorũ hi præda sunt. Hoc est, passim ab omnibus incessuntur, propterea quod, ueterem, ferendo iniuriam, inuitant nouam. Vsus est Demosthenes aduersus Aeschinem. Quo quidẽ in loco scioli deprauarunt pro Mysorum, miserorum, in trãslatione Leonardi Aretini. Citatur & ex Stratidis Medea, & Iambis Simonidis.

Viua sępta transilire.

Υπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν, i. Septa trãsilire.

silire. Congruit uel in eos, qui rem quam piam nouam, & incredibilem designant, longeq; supra vulgarium hominum facultatem. Vel in hos, qui à re proposita digrediuntur. Vel in illos, qui præscriptos sibi terminos, & potestatis mandatæ modum transeunt. Natum adagium à Phayllo quodam pentathlo Opuntio, vt quibusdam placet, Crotoniata, qui tum saltu, tũ disco mirum in modum valuisse legitur. Hæc ferme Suidas. Exstat & inscriptio statuæ illius huiusmodi.

Πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε φάυλλος.
Δισκεύει δ' ἑκατὸν πεντ' ἀπολειπομένων.

i. Quinque supra quinquaginta pedes salijt Phayllus: Discum aũt iacit centum exceptis quinque. Meminit huius adagij Plato in Cratilo, καὶ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἅλεως, idest, Et vltra septa salire. Refert & Iulius Pollux libro De rerũ uocabulis tertio. Lucianus in Somnio, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἤδη πηδᾷ, i. Vltra sæpta iam transilit. Cicero de Oratore lib. 1. Et quasi certarum artium forensibus cancellis circũscriptam sciẽtiam. Idem in actionibus: Ab his cancellis, quibus me circumscripsi, declinauero. Locus enim is, in quo celebrabantur ludi forenses, fossis, cancellis, aut alijs id genus sæptis erat circumscriptus.

Pſyrice facta.

PSYRA, insula quæpiam est, haud procul à Chio, cuius meminit & Homerus libro Odysseæ tertio, Pſyriam appellans:

Ἣ καθύπερθε χίοιο νεοίμεθα παιπαλόεσσης
Νήσῳ ἐπὶ ψυρίης, αὐτῷ ἐπ' ἀριστερὸν ἔχοντες. idest,

Certe supra Chium redibamus asperã, iuxta insulam Pſyram, ipsam Chium à sinistris habẽtes. Strabo Pſyra pronunciat pluratiue, & neutrali genere. Meminit huius & Plinius lib. mũdanæ historiæ 5. Ea insula, quoniam esset & p pusilla, & ignobilis, in contemptus, ac uilitatis prouerbium abijt, ut, quæ sordide, parumq; magnifice fierent, Pſyrice facta dicerentur. Hæc ferme Stephanus. idem citat Cratinum:

Ψύρα τὸν διόνυσον ἄγοντες. idest,
In Pſyra Bacchum ducentes.

Eundem rursus in Nemesa:

Ψύρατε τὼ σπάρτω ἄγεις. idest,
In Pſyra Spartam ducis.

Bos Cyprius.

Κύπριος βοῦς, i. Cyprius bos. In brutum, ac stolidum iaci solitum, propterea quod Cyprij boues magis bruti ferantur, quippe qui stercore humano pascãtur. Refertur à Suida, ac Diogeniano. Interpres Aristophanis in Plutum, scribit Bœotios boues σκατοφάγους, fuisse, idest, oletũ edẽtes. Hoc autem nomine Aristophanes medicos appellat, quod in curandis ægrotis sordida quædam tractent, lotium, aut uentris excremẽta cõtemplantes. Sed de Cyprijs bubus cõsentit Plin. lib. 28. c. vltimo, narrans Cyprios boues hominũ excrementa appetere, non pastus caussa, sed ut hoc remedio torminibus medeantur.

Cyprio boui merendam.

FESTVS Pompeius uersum hunc Sotadicum citat ex Ennio.

Cyprio boui merendam.

Ostenditq. conuenire, quoties conuiua sordibus, & insipidus sordido, atque insipido accipitur conuiuio. Originem adagij refert eãdem, quam nos modo commemorauimus. Festiui' erit, si ad res animi deflectatur, ut si quis apud spurcos spurce loquatur, apud indoctos indocte.

Equum habet Seianum.

EQVVM habere Seianum, olim prouerbio dicebatur in calamitosum, & ad extremam inopiam redactũ, Allegoria sumpta est ab equo quodam fatali, cui à Cn. Seio domino nomen inditum est Seiano. is ex Diomedeis equis pgnatus fuisse creditus est. Fuit insigni quidem specie, verum eiusmodi quodã fato, ut quisquis ei' equi possessor esset, is cum omni domo ad internecionem usque deperiret. Id quod Cn. Seius ipse capitis damnatus, ac miserando affectus supplicio, deinde & Dolabella bello interfectus, post hunc Cassius ab hostibus occisus, deinceps Antonius detestabili exitio perditus, probauit. Hunc equum C. Bassius Argis se uidisse refert, haud credibili pulchritudine, vigoreque, & colore exuperantissimo, nempe puniceo. Hoc adagium & refert, & copiosius explicat Aulus Gellius, libro Noctium Atticarum tertio, capite nono. Fieri potest, ut hæc de equo superstitio manarit ab equo illo durateo, cuius Odysseæ 5 meminit

meminit Homerus, qui fatalem interitum attulit Troianis. Ad quod alludens Maro.

-Scandit, inquit, fatalis machina muros.

E diuerso quedã fataliter esse felicia credidit ueterum superstitio. Nam auctor est Trebellius Pollio in libro de triginta tyrãnis, vulgo persuasum fuisse, res ijs feliciter cedere, qui Alexandri Magni imaginẽ, auro argento ve expressam gestarẽt. Nec hodie desunt, qui gladios in bello fortunatos. & huiusmodi quasdã nugas pollicẽtur principibus. At magis mirandum esse, qui istius modi impostoribus credant.

Aurum habet Tolosanum.

HVIC similllimum est illud, Aurum habet Tolosanum. In eum, qui magnis, ac fatalibus afficitur malis, inopoque, ac miserando exitio perit. Refertur ab A. Gellio eodem loco, quem modo citauimus, in hunc modum. Eadem sententia est illius quoque ueteris prouerbii, quod ita dictum accipimus. Aurum habet Tolosanum. Nam, cum opidum Tolosanum in terra Gallia, Q. Cepio consul diripuisset, multumque auri in eius opidi tẽplis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero, cruciabiliq. exitu perijt. In plerisque codicibus Gellianis hactenus legebatur in terra Italia, sed mendose, cum Strabo, & Iustinus Tolosam ponãt in Gallia. Meminit auri Tolosani M. Tullius lib. De natura deorum tertio. Cognosce, inquit, alias quęstiones auri Tolosani, coniurationis Iugurthinę. Strabo lib. Geographiæ quarto, admonet hanc pecuniam Tolosanam, Delphicæ pecuniæ partẽ fuisse. Brennus enim, Prausus natione, Tectosagis auxiliãtibus Delphos incursauerat: deinde (quemadmodũ refert Iustinus lib. 22.) cum Tectosagi se in antiquam patriã Tolosam recepissent, pestilentia laborare cœperunt: aqua non prius sunt liberati, quam haruspicum responsis moniti, aurũ, argentumq. sacrilegio quæsitum, in Tolosensem lacum mergerent: quod omne magno post tempore Cępio Romanus cõsul abstulit. Quod quidem sacrilegium exitiũ attulit tum ipsi Cępioni, tum illius copijs. Erant autem auri põdu 110. milia, argẽti põdo quinquies decies cẽtum millia. Scribit enim Strabo, Tolosanos ex priuatis fortunis auxisse sacram pecuniam, ut magis deum sibi reconciliarẽt. Narrantur & alia quædã hoc loco a Strabone de auro Tolosano ex Posidonio: uerum, quoniam ad adagionis enarrationem non magnopere pertinere uidebantur, sat habuimus locũ indicasse.

Polypi caput.

Πολύποδος κεφαλή, i. Polypi caput. In hominem uarium, & in quo pariter & uitia quædã, & uirtutes inuenias, cuiusmodi Catilinam describit Sallustius. Competit & in rem, ex qua non parum commoditatis capere queas, sed quę eadem nonnullis incommodis noceat. Allegoria ducta est ab eius piscis capite, quod (sicuti testatur Plutarchus in libello, cui titulus, quomodo sint adolescentibus audiẽdi poetę, esa quidem suauissimum, & esculentum, cætera tum somnia parit tristia, ac prodigiosa. Vnde huius esum interdicebant ijs, qui cuperent ex insomniis præscire futura: quemadmodum & fabarum, ut testis est idẽ Plutarchus in Symposiacis. Proinde poeticẽ, Polypi caput nocat, in qua sicuti sunt permulta cognitu, tum iucunda, tum frugifera, ita sunt nõnulla, nisi caueas, pestilẽtia. Porro ex huiusmodi rebus, id, quod inest commoditatis, conueniet excerpere, quod noxium uitare. Iuxta Simonidis doctrinã apiculas imitari, quę, pteritis reliquis, ad ea duntaxat aduolant, unde possint aliqd ad maleficiũ idoneũ excerpere, nec aliud colligunt, quam quod sit usui futurum. Prouerbiũ integre refertur apud Plutarchum hoc pacto.

Πολύποδος κεφαλὴ ἐνὶ μὲν κακὸν ἔνδε καὶ ἐσθλόν. i.

In polypi capite inest quidem malum, inest & bonum.

Itidem Theognis in sententiis de uino prędicat:

Ἐσθλὸς, καὶ κακός ἐστι. i.

Bonum, ac malum es.

Posset ad hanc formã torqueri fabula de hasta Achillis, quæ uulneris auxilium tulit, eadem, quæ uulnus inflixerat.

Aestate pænulam deteris.

Ἐν θέρει τὴν χλαῖναν καταρίβεις, i. Aestate pęnulã deteris. Refertur a Zenodoto, Diogeniano, Suidas. Recte dicetur in eũ, qui res necessarias temere, nec in tẽpore

profundit, aliquando futuras usui, si seruetur. Id, quod uulgo factitant adolescentes, qui facultates patrias stulte prodigunt in iuuenta, quibus sustinenda fuerat imbecillitas senectæ. Neq. male quadrabit in eos, qui corporis uires in uoluptatibus frustra consumunt, quas in obeundis negotijs serijs postea sunt desideraturi. Nam χλαῖνα summa uestis est, quę pro tempore sumitur ad uentos, pluuiam, frigusve depellendum, quasi Latine dicas pęnulam. Iuuenal. Et multo stillaret pęnula nimbo.

Quanquam & Latini Lænæ uocabulo utuntur, pro eo, quod Græci χλαῖναν appellant. Nonius indicat genus uestis militaris, quæ sit omniũ exstima, ueluti chlamys, pallium, & pęnula. Apud Diogenem Laertium quidam obijcit Philemon comicus in Cratetem, quod æstate gereret pallium crassum, hiime laceram tunicam uidelicet, quo disceret temperantiam, ac tolerantiam.

Festina lente.

Σπεῦδε βραδέως, i. Festina lente. Prouerbium hoc non inuenustam ænigmatis speciem præ se fert, propterea quod cõstat ex uerbis inter sese pugnantibus. Ideoque referendum est ad eam formam, quam in operis huius initio demonstrauimus, nimirum eorum, quæ per ἐναντίωσιν, i. contrarietatem efferuntur. Quod genus est illud, δυσδαίμων εὐδαιμονία, i. infęlix fęlicitas. Nec absurde coniectasse videatur, si qs effictũ existimet ex eo, quod est apud Aristophanẽ in equitibus, σπεῦδε ταχέως, i. Propera propere, ut illusor qsquis is fuit, ἀναδίπλωσιν in ἐναντίωσιν cõmutarit. Ad hunc autẽ figuræ colorem, atq; ad hãc allusionis facetiam, non mediocrem gratiam adiungit tam commoda, tamq. absoluta breuitas, quæ & ipsa uelut in gemmis, itidem & in adagijs, peculiariter decere uidetur. & ad pretij miraculum facere. Etenim, si uim, ac sententiam æstimes, quã hęc tã circũcisa uocum breuitas in se complectitur, quam sit fœcunda, quam grauis, quam salutaris, quam ad omnem uitæ rationem late potens, profecto facile discesseris in hanc sententiam, ut in tanto prouerbiorum numero non arbitreris ullum aliud esse, perinde dignum, quod omnibus incidatur columnis: quod pro templorum omnium foribus describatur, & quidem aureis notis: quod in principalium aularum ualuis depingatur, quod primatium inscalpatur anulis: quod regijs in sceptris exprimatur: denique quod omnibus ubique monumentis repræsentetur, propagetur, celebretur, ut quod tantopere expediat semper cuiusque obseruari animo, quo nusquam non occurrat oculis; nulli quidem mortalium non maximo futurum usui, præcipuè tamen principibus, & ijs quibus, ut uerbis dicamus Homericis,

Λαοί τ' ὀπτεταράφατο, τὸ πάρ μέμηλε.

Commissi populi, ac tam multa negotia curæ.

Quandoquidem à plebeiæ sortis hominibus, si quid forte sit, uel ptermissum socordia, uel admissum temeritate, quemadmodum iactura leuior, ita & incommodum, quod acceptum est, faciliore remedio sarcitur. At uero principis uel unica cessatio, semelve præcipitatum consilium, deum immortalem, quas tempestates nonnunquam excitat, quantas rerum humanarum ruinas secum trahit? Rursum, si adsit τὸ σπεῦδειν βραδέως, hoc est, maturitas q̃dam, ac moderatio simul ex uigilãtia, lenitudineq. temperata, ut neque per temeritatem quidquam faciat pęnitendum, neque per socordiam quidquam præteat, quod ad Reip. commodum pertinere uideatur: quid esse pòtest hoc Imperio felicius, firmius, stabiliusq; ? quamquam hæc fęlicitas haudquaquam ipsis Imperij terminis circumscribitur, quin undiq; longe, lateq; ad finitimos populos dimanat, nec usquam æque locum habet Hesiodũ illud:

Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ. i.

Proinde existimemus, prouerbium hoc, si quod aliud, optimo iure, βασιλικὸν, i. Regium appellari debere, non tantum ob eam, quam modo diximus, caussam, verũ etiam, quod duob. his uitijs ingenia principum ferè peculiariter uideantur esse cõfinia. Homerus Agamemnoni uitiosam quandam animi mollitiem, hoc est, τὸ βραδέως affinxisse uidetur: ut eius nullũ egregium facinus afferatur, aut animosum, nisi cum ob ereptam Chryseidem stomachatur, & Achillem sua spoliat Bryseide. Rursum Achilli parum moderatus imperus, hoc est, τὸ σπεῦδειν, attribuit, nisi si cui

tum σπεῦδειν βραδέως uidetur, cum in cõsilio districto gladio regem impetiturus, a Pallade coercetur, admonitus, ut intra cõuicia duntaxat indignetur. Atqui hoc ipsum erat impotentis animi, in frequenti principum consessu, tot probris, tam manifestis conuicijs in eum debacchari, penes quem rerum erat summa. Achillem imitatus uidetur Alexander ille Magnus, ac plane uicit: quippe quem eousque præcipitem egerit impetus animi, ut in amicissimos etiam ferrum distrinxerit: Agamemnomen Sardanapalus est æmulatus, sed ita æmulatus, ut longo præcesserit interuallo. Perpaucos autem reperias, qui, prouerbium hoc secuti, tempestiuam celeritatem cum prudenti tarditate recte miscuerint, nisi quod pro multis unus sufficit Fabius ille Maximus, cui cognomen etiam additum Cunctatori: qui cum sibi laudem peperit immortalem, tum Romano Imperio cunctando restituit rem, aliorum Ducum inauspicata celeritate iã ad extrema redactam. Itaque non sine caussa est factum, ut hoc σπεῦδε βραδέως in tãtum arriserit duobus Imperatoribus Romanis omnium facile laudatissimis, Octauio Augusto, & Tito Vespasiano, quorum utrique singularis quædam aderat animi magnitudo, cum incredibili quadam lenitate, facilitateque coniuncta: ut, cum amabili morum popularitate, omnium animos sibi deuinxissent, nihilo secius tamen pari diligentia, si quando res virum postularet, celeriter res maximas confecerint. Octauius igitur hoc dicto tam impense delectatus est, quemadmodum in Noctibus Atticis libro decimo, capit. vndecimo narrat Aul. Gellius, & hunc secutus Macrobius Satur. libro sexto, ut non in sermonibus modo quotidianis crebrius usurparet, uerum etiam epistolis suis frequenter insereret, admonens his duabus uocibus, ut ad rem agendam adhiberetur simul & industriæ celeritas, & diligentiæ tarditas. Quod quidem Gellius Latinis existimat unico uerbo dici, matura. Nam Maturari, quod neque præpropere fiat, neque serius, quam oporteat, sed ipso in tempore. In hunc sensum usurpasse Maronem, cum ait Æneidos libro 1. Maturate fugam. Quanquam omnino uox hæc apud auctores significat idem, quod Festinare, sed ita festinare, ne tempus legitimum anteuertas. Si quidem Festinata recte dixeris etiam præpropera, Maturata non dixeris. Neque dissident ab his, quæ Suetonius tradit in huius uita: Nihil, inquiens, minus in duce perfecto, quam festinationem, temeritatemq; conuenire arbitrabatur. Crebro itaque illa iactabat. Σπεῦδε βραδέως, ἀσφαλὴς γὰρ ἐς' ἀμείνων ἢ θρασὺς Στρατηγός. Hæc ferme Sueton. Est autem uersus trochaichus tetrameter catalecticus ex poeta quopiam, decerptus, cui Cæsar de suo subiecit στρατηγός. Cuius hæc est sententia: Festina lente. Nam, qui tuto, citraque lapsum rem gerit, melior est, quam audax, & confidens. Tutiora sunt enim, quæ lentis consilijs prouidẽtur, quam quæ calidis consiliis properantur. Iam uero dictum idem Tito Vespasiano placuisse, ex antiquissimis illius numismatis facile colligitur: quorum unum Aldus Manutius, uir de omni antiquitate præclare meritus, spectandum exhibuit argenteum, ueteris, planeque Romanæ scalpturæ, quod sibi dono missum aiebat a Petro Bembo, patritio Veneto, iuuene cum inter primos erudito, tum omnis literariæ antiquitatis diligentissimo perueſtigatore. Numismatis character erat huiusmodi: Altera ex parte faciem Titi Vespasiani cum inscriptione præfert, ex altera anchoram, cuius medium ceu temonem Delphin obuolutus complectitur. Id autem symboli nihil aliud sibi uelle, quam illud Augusti Cęsaris dictum, σπεῦδε βραδέως, indicio sunt monimenta literarum hieroglyphicarum. Sic enim uocantur ænigmaticæ scalpturę, quarum priscis sęculis multus fuit usus, potissimum apud Ægyptios: qui nefas esse ducebant, sapientiæ mysteria literis communibus uulgo profano prodere, sed, si quid cognitu dignum iudicassent, id animantium, rerumq. uariarum expressis figuris ita repręsentabant, ut non cuius statim promptum esset conijcere, uerũ, si cui singularum rerũ proprietates, si peculiaris cuiusque animantis uis, ac natura cognita, penitusque perspecta fuisset, is demum, collatis eorum symbolorum coniecturis, ænigma sententiæ deprehendebat. Veluti, cum Aegyptii Osirim suum, quem eundem solem esse putant, significare uolunt, inscalpũt sceptrũ, inque eo speciem exprimunt oculi, nimi-

rum innuentes hunc deum esse, regaliq́ue potestate sublimem, cuncta despicere; qa solem, Iouis oculum appellat antiquitas: Huiusmodi ferme refert Macrobius libro Saturnalium 1. Item annum hoc modo demonstrabant: Effingebant serpentem ita circumuolutum, ut caudam ore teneret insertam, innuentes annum semper ijsdem uicibus temporum reciprocantibus in sese recurrere. Vnde Seruius autumat apud Græcos, ἐνιαυτ̃ uocabulum attributum anno, atque huc respexisse Maronẽ, cum ait. Atque in se sua per uestigia uoluitur annus. Etiã si Horus Ægyptius, cuius extant duo super huiusmodi symbolis libri, serpentis scalptura non annum, sed cuum repręsentari tradit: annũ autem, tum Isidis, tum Phęnicis imagine. Scripsit his de rebus Plutarchus in commentario de Osiride, & Chæremon apud Græcos testimonio Suidæ, cuius ex libris excerpta sunt ea, quæ nos nuper conspeximus huius generis monumenta, in quibus etiam hæc inerat pictura: Primo loco circulus, deinde anchora, quam mediam Delphinus obtorto corpore circumplectitur, Circulus (ut indicabat interpretamentum adscriptum) quoniam nullo finitur termino, sempiternum innuit tempus. Anchora, quoniã nauim remoratur, & alligat, sistitq́ue, tarditatem indicat. Delphinus, quod hoc nullum aliud animal celerius, aut impetu perniciore, uelocitatem exprimit: quæ, si scite connectas, efficiens huiusmodi sententiam: ἀεὶ σπεῦδε βραδέως, id est, Semper festina lente. Porro hoc scripturæ genus non solum dignitatis plurimum habet, uerum etiam uoluptatis non parum, si quis modo rerum proprietates penitus perspectas habuerit, id quod partim contingit sollerti contemplatione rerum caussarumq́ue naturalium, partim liberaliũ cognitione disciplinarum. Veluti, si quis ex Aristotelicis libris, quos de naturali auditu inscripsit, probe teneret analogiam quandam esse, & similitudinẽ inter magnitudinem, motum, ac tempus, nam horum trium unum quodque pariter in eodem existunt. Siquidem, ut tempus adhæret motui, ita motus adhæret magnitudini. Quod in magnitudine punctum, hoc momentum in tempore, impetus in motu (liceat.n. interim sic appellare, quod in motu minimũ, est atque indiuisibile. Neque enim de uocib. laborandum, si de re conueniat. (Iam igitur, si in recta linea magnitudinem consideres, duo puncta reperies, quorum alterum sit initium duntaxat alterum finis tãtum, hoc est, unde quasi fluit longitudo, & in quod desinit. In eadem si motum constituas, duos item reperies impetus, alterum unde motus oritur, alterum in quem desinit. Horum ea ratio est, ut, qui initium est, tantum eius motus initium sit, qui finis, tantummodo finis. Motum tempus necessario comitatur. Est enim huius ueluti regula, cuius naturam si separatim contemplare, duo uides momenta, (liceat enim ita loqui) alterum temporis illius initium, alterum finem. Rursum autem, si in eadem linea consideraris, puncta magnitudinis, impetus motus, momenta temporis, quæ media intercedunt inter initium, & finem, uides horum uniuscuiusque velut ancipitem esse naturam. Etenim ad initium relata, fines sunt, ad finem, initia. Proinde, ubi finita erit magnitudo, ibi simul & finitus motus, & tempus finitimum sit, oportet. Finita est autem ea magnitudo, in quam tale competit initiũ, ut idem finis esse non possit: talis inquam finis, ut in eundem non cadat ratio principij, id qd̃ euenit in omnibus figuris, excepta circulari, seu sphærica. Nã, ut in hac nullum certum est punctũ, quod proprie dici queat initium, nullum item, qd̃ ita sit finis, ut tantum eam recipiat appellationem; ita nec momentum huiusmodi ullũ est, nec impetus. Vnde consequitur, ut ibi neque finita sit magnitudo, neq. motus finitus, neque finitum tempus. Rursum, ubi quodlibet magnitudinis punctum, simul & initiũ, & finis esse potest, ibi magnitudinẽ infinitam esse necesse est. Ad eandẽ rationẽ, ubi quilibet impetus, uel principiũ motus esse põt, uel finis, illic motus uidet infinitus. Demum, ubi quoduis momentũ, simul uel initium temporis esse potest, uel finis, ibi tẽpus infinitum oportet esse. Sed infinitum tempus, æternũ uocamus, quod quidem æterno respondet motui. Motus æternus magnitudinem itẽ ęternã requirit. Hæc non possunt competere, nisi in sphæricam, aut circularem magnitudinẽ. Vnde philosophi quidam ęternitatem mũdi collegerunt, quod animaduerterent cæli uniuersi, syderumq́ue, & sphæricam esse figuram,

figuram, & motum item esse sphæricum. Porro non solum in huiusmodi magnitudinem, circuli ratio quadrat, uerum etiã motus huic adhærens, circulus est quidã. Item tempus, cum dimetiens motum, non respuit appellationem circuli, quemadmodum testatur et Aristoteles quarto περὶ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως lib. Hæc igitur atque id genus alia, qui ex philosophorũ disciplinis perdidicerit, is facile coniectabit, q̃ ob rem Aegyptij circulo sempiternum tempus exprimere uoluerint. Iã uero Delphini uim naturamq́ue paucis inspiciamus. Tradunt auctores hunc incredibili uelocitate, & admirabili impetu reliquum animantium genus longo interuallo post se relinquere. Proinde Oppianus libro De naturis piscium secũdo. Delphinos non cum quibuslibet auibus, sed cum aquilis confert:

Ὅσσον γὰρ κύφοισι μετ' οἰωνοῖσιν ἄνακτες
Αἴετοι, ἢ δήρεσι μετ' ὠμηστῆσι λέοντες
Ὅσσον ἀριστεύουσιν ἐν ἐρπυστῆρσι δράκοντες
Τόσσον καὶ δελφῖνες ἐν ἰχθύσιν ἡγεμονῆες.

i. Quippe citas quantum inter aues, insignis honore.
Regalis, reliquas aquila præuertitur omnes.
Inq. feris leo crudiuoris, seuiq́ dracones
Serpentum in genere exsuperant, tãtum impete Delphin
Eximius uincit regnantes æquore pisces:

Confert & iaculo:

- Διὰ γὰρ βέλος ὥστε θάλασσαν
Ἵπαντα. i.
- Namq; per æquora lata sagittæ
More uolant.

Deniq; confert etiam uento, uel turbini potius, ac procellæ uentorum:

Ἄλλοτε μὲν βαθὺ κῦμα διαπρέχει ὤπτε λαίλαψ. i.
- Altas aliquando per unda
Turbinis in morem discurrit.

Plinius lib. historiæ mũdi nono c. octauo, Aristotelis secutus sentẽtiã, haud qua quã ab his discrepãtia refert, videlicet Delphinũ omnium animalium perniciissimũ esse, neq; id solum inter maritimi generis, uerumetiam uolucri quauis ocyorẽ, quouis acriorem telo. Singularem autem huius uelocitatem hoc potissimum argumento colligi, quod, cum os habeat lõgo dissitum interuallo à rostro, nempe medio pęne uentre (quæ res in consectandis piscib. non mediocrem illi morã afferat necesse est: neque enim nisi resupinus, atque conuersus corripit) tamen uix ullus est piscium qui illius effugiat celeritatem. Nec ignorat ipse hanc naturæ dotem, sed ueluti laudis, animiue caussa certat aliquoties cum nauigijs, plenis uelis eũtibus. Est enim præcipue φιλάνθρωπος Delphin, quin & παιδεραστὴς aiunt nonnulli, & ob id capitalis est hostis Crocodili, quo non aliud animal infensius homini. Itaque nõ pauescit hominem, ut alienum, uerum obuiam nauigijs uenit: alludit exsultans, certat etiã, & quamuis plena præterit uela. Quinetiam in mugilum uenatu apud stagnum Laternam magnifice declarat, quãtum ualeat celeritate, quantum polleat ingenio, quãtum denique bene uelit homini. Iam uero, quid dicetur de impetu uix credibili? Siquidem, ubi famẽ concitatus, fugientem in uada ima persecutus piscem, diutius spiritum continuit, non aliter, quam arcu emissus ad respirandũ emicat, tantaq; ui exilit, uti plerunque uento turgentia uela nauium saltu trãsuolet. Quod igitur symbolum magis conueniebat ad exprimendum acrem illum, & indomitum animi impetum, quam Delphini? Porro ad significandam tarditatem, cũctationemq́ue, non male quadrabat ἐχενηὶς piscis, quem Latini Remoram uocant, uerum, quoniam huius figura parum cognobilis uidebatur (nam, præterquam quod admodum pusillus est, nec ulla insigni nota discernitur) magis ad id placuit anchoræ symbolum, quæ, siquando peticulose nauigatur ob uentos uimium secundos, ibi cursum immoderatum nauis figit, ac retinet. Itaque dictum hoc σπεῦδε βραδέως, ex ipsis usq; priscæ philosophiæ mysterijs, perfectum apparet, unde adscitum est à duobus omnium laudatissimis imperatoribus, ita, ut alteri adagionis esset loco, alteri insignium uice, utriusque moribus ingenioq; mire quadrans. Nunc uero in Aldum Manutium Romanum, ceu tertium hæredẽ, deuenit.

Haud equidem sine mente reor, sine numine diuum.

Nã huius eadem, quæ quõdam Tito Vespasiano placuerunt, celebrantur insignia, non notissima modo, uerumetiam gratissima, quibuscunq; ubiuis terrarum bone literę, uel notæ sũt, uel carę. Neq; uero symbolum

bolum hoc tum illustrius fuisse credideri mus, cum, insculptum imperatorio numismati, negotiatorum manibus terendum circumferretur, quam nunc, cum ubique gentium, uel ultra Christiani imperij ter minos, una cum omnigenis utriusque linguæ uoluminibus propagatur, adgnoscitur, tenetur, celebratur ab omnibus, qui li beralium studiorum colunt sacra: præser tim ijs, qui ad ueram, atque antiquam adspirant eruditionem: ad quam restituendam uiris quasi natus, & ab ipsis, ut ita dixerimus, satis factus, scalptusque uidetur: tam ardentibus uotis unum hoc optat, tam infatigabili molitur studio, usque adeo nullum refugit laborem. ut literaria suppellex & integra, & syncera, puraque bonis ingeniis restituatur. Quam quidem ad rem quantum iam attulerit momenti, res ipsa nimirum indicat. Quod si pulcherrimis, planeque regiis Aldi nostri uotis Deus aliquis bonis literis amicus adspirauerit, & si quidem numina æqua sinant, intra paucos annos illud futurum pollicemur studiosis, vt quidquid est bono rum auctorum in quattuor linguis, Latina, Græca, Hebraica, Chaldaica, tũ autem in omni genere disciplinarum, id vnius hu ius opera, & plenum habeant, & emẽdatũ, nullamq; iam literariæ suppellectilis partem quisquam desideret. Cuius rei si cui li bebit, uelut ex degustatione coniecturã fa cere, Plinianas epistolas, quæ propediẽ ex Aldina officina prodibũt in lucem, cũ vul gatis exemplaribus conferat, quodque ibi deprehẽderit, idem in alijs expectes auctoribus. Herculanum mehercule facinus, ac regio quodam animo dignum, rem tam di uinam, quasi funditus collapsam, orbi resti tuere, latẽtia peruestigare, eruere retrusa, reuocare extincta, farcire mutila, emenda re tot modis deprauata, præcipue uulgariũ istorum excussorum uitio, quibus unius ẽt aureoli lucellum antiquius est, quã vel vni uersa res literaria. Adde ijs, quod, quantũ libet exaggeres eorum laudem, qui respu blicas sua uirtute uel tuentur, uel etiã augent, in re certe profana, tum angustis circumscripta spatijs uersantur. At qui litera collapsas uindicat, nam id pene difficilius, quã genuisse, primum rem sacrã molitur, & immortalem, tum non unius alicu ius prouinciæ, sed omnium ubique gẽtiũ, omnium sæculorum negotium agit. Postremo quondam Principũ hoc munus erat, inter quos præcipua Ptolemæi gloria. Quã quam huius bibliotheca domesticis & angustis parietibus continebatur. Aldus bibliothecam molitur, cuius non alia septã sint, quam ipsius orbis. In hanc digressiunculam non abs re exspatiati sumus, nempe quo studiosi hoc impensius his insignijs & faueãt, & delectentur, postea quã cogno uerint a tam inclytis auctoribus fluxisse: præterea, qd sibi uelint, intellexerint. De niq̃ue cum meminerint, quantum bonæ rei Delphinus ille polliceatur, si quis mo do Deus pulcherrimis conatibus dexte adfuerit. Sed digressionum iam modu esto. Nunc ad adagionis enarrationẽ no stra sese referat oratio. Trifariam uti lice bit prouerbio: primum, siquando admo nebimus, diutius deliberandum, prius quã aggrediare negotium: postea, quam statue ris, tum uelociter peragendum, ut ad con sultandi moram pertineat anchora, ad cõ ficiendi celeritatem Delphinus. Huc per tinet Sallustianum illud: Antequam inci pias, cõsulto, vbi consulueris, mature facto opus est: Quam sententiam Aristoteles re censet sexto Moralium libro, tanquam uulgo iactatam. Aiunt, inquies, de quibus iam deliberaris ea celeriter esse peragẽda cunctanter autem consultandum. Cuius auctorem Biantem fuisse testatur Laer tius, q; solitus sit admonere βραδέως ἐγχει ρεῖν τοῖς πραττομένοις ὀδ' ἂν ἕλῃ, βεβαίως τηρῶντα διαμένειν. i. Cunctãter aggrediẽ dum negotium, uerum in suscepto constã ter perseuerandum: Nec admodum abhor dit hinc Mimus Publianus opinamur: Diu apparandum est bellum, vt vincas celerius. Idem ille: Deliberare utilia, mora tutissi ma est. Adde ijs prouerbium illud: ἐν νυκτὶ βουλή, i. In nocte consilium. Præterea Sophocleum illud in Oedipo tyranno:

Φρονεῖν γὰρ οἱ ταχεῖς, οὐκ ἀσφαλεῖς. i.

Periculosa est præpropera prudentia.

Addẽdũ his illud Platonis, quod alibi citauimus. Qui plus satis festinat initio, se rius ad finẽ peruenit. Paullo diuersius est, sed tamen ad hanc referendum formam, quod ait Quintilianus: Præcox illud inge niorum genus nõ temere, peruenire ad fru gem. Et, quod uulgo dicũt. Qui pueri ad huc, & uelut ante tẽpus sapiũt, eos in sene ctute stultos euadere. Quod Actius appro bare uidetur, qui apud Gellium ait, sibi ĩ iuuenilibus

iuuenilibus ingenijs itidem ut in pomis immaturis placere acerbitatem: nam hęc demum maturescere. Porro maturitas tẽ pestiuam affert suauitatem, reliquas ante tempus putrescere. Alter usurpandi mo dus fuerit, cum admonebimus affectus ani mi, rationis uelut habenis reprimẽdos es se. Siquidem Plato animum hominis in tres partitus partes, rationem, iracun diam, cõcupiscentiam, in hoc philosophię summam sistam esse putat, si affectus pa reant rationi, non aliter, quam regi, cui q dem ob id ipsum sedem in cerebro, uelut in arce datam existimat. Peripatetici, quo rum signifer Aristoteles, affectus, qui sunt animorum impetus quidam, ceu stimulos quosdam a natura datos existimant, quib. ad uirtutis usum excitemur, quamquam re clamantibus Stoicis, & nominatim Seneca in libris, quos ad Neronem scripsit, de ira. Putant enim effectus huiusmodi non mo do nihil conducere ad uirtutem, uerum etiam officere: quamquam ne isti quidem inficias eunt, in animo sapientis illius, quem imaginantur, relinqui primos impe tus, aut euertere solitos rationi, quos fun ditus exstirpare non queas. Verum ijs, ne consequãtur assensio, protinus a ratione reijciuntur. Hoc innuit Homerus, cum Iliados primo. Pallas a tergo adstat Achil li, iamque manum admouentem gladio, coercet. Igitur uiolentos illos animi mo tus, Delphinum recte dixeris: ancoram mo deratricem sapientiam. Seneca scripsit, nul li rei prodesse morã, nisi iracundię. Immo, quidquid impense cupimus, aut odimus, ibi salutaris est mora. Plutarchus in Apo phtegmatis Romanorum narrat Atheno dorum philosophũ, cum ob senium impe trasset ab Octauio Augusto ueniam redeũ di domum, admonuisse illum, ut ne quid iratus liceret, faceretve, prius quam vigin ti quatuor Græcorum literas apud se no minatim recensuisset. Quo audito, respon dit, sibi illo adhuc opus esse, quo disceret & tacendi artem, atque hoc prætextu totũ annum hominẽ apud se detinuit. Huc spe ctat etiam Terentianum illud: Vide, ne ni mium calidum hoc sit modo. Sunt autem quædã ingenia, quibus calcaribus est op°: sunt, quibus freno. Proinde recte ueteres illis a Delphino anchora complecti uolue rũt quod oporteat alterũ altero tẽperari, & utrunq; cũ altero cõiungi, quo uidelicet eiusmodi quidam animi habitus existat, qualem Plato cõflari putat ex musica, gym nasticaq;, si pariter exerceantur. Tertia utẽ di ratio fuerit, cum admonebimus, in om ni negotio uitandam præcipitem celerita tem: quod uitij quibusdam ingenijs pecu liariter insitum est, ut illis in omni re quã tulacunque mora longa uideatur. Huiusmodi festinationis comites esse solẽt, error & pœnitentia, iuxta uersiculum illum apud Græcos celebrem.

Προπέτεια πολλοῖς ἐστὶν αἰτία κακῶν. i.

Multis malorũ est caussa præcipitantia.

His occinendũ nobile illud Catonis di ctum, Sat cito, si sat bene. cuius mẽtionem fecit diuus Hieronymus, scribens ad Pam machium in hæc uerba: Scitũ est illud quo que Catonis, Sat cito, si sat bene: quod nos quondam adolescẽtuli, cum a perfecto ora tore in præfatiuncula diceretur, risimus. Meminisse te puto erroris mutui, cum om ne Athæneum scholasticorum uocibus cõ sonabat, Sat cito, si sat bene. Hactenus Hie ronym°. Quadrabit & in illos, qui præpro pere famam affectant, maluntque paratã, ac magnam, quam solidam, & perpetuam. Solent enim præcocia subito flaccescere. Quod autem paullatim accrescit, durabile est. Horatius:

Crescit occulto velut arbor æuo.
Fama Marcelli.

Et Pindarus in Nemeis hymno 8. Αὔξε ται δ' ἀρετὰ, χλωραῖς ἐέρσαις ὥς ὅτε δένδρον αὔξει, σοφοῖς ἀνδρῶν ἀερδεῖσα ἐν δικαίοις τε πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα, i. Augescit aũt uirtus, ueluti cũ arbor uirenti rore sur git, sapiẽtes inter viros sublata, iustosq;, ad liquidũ æthera. In summa, quicunq. uel socordia peccãt uel immoderato impetu, ijs illud Octauij Cæsaris, σπεῦδε βραδέως, simul symbolũ illud olim Titi Vespasiani, nũc Aldinũ, oportebit in memoriã reuoca re, vt Delphini, atq. anchorę meminerint.

Placide bos.

Ἀρέμας βοῦς, i. Lente bos, subaudiẽdũ, incedit, aut simile quippiam. Congruet in illos, qui placide, ac paullatim, citraq. tu multum, sed tamen assiduitate rem confi ciunt. Equorũ laus est uelocitas. Boues nõ valent celeritate, sed uiribus & adsiduitate pollent, non impetu. Proinde in pugna sta tariq, uel leonibus formidandum animal, & ad

Now Hieronymus ad Pammachium

& ad exhauriendos ingentes labores appo
situm. Eodem pertinet illud: Bos lassus fortius figit pedem. In sacris precibus, tradit Plutarchus in commẽtario de Osiride, & Iside, mulieres Helæas publicis, ac solennibus uotis ad hunc modũ solitas Bacchum inuocare, ut accederet βοέῳ ποδί, i. Bubulo pede, siue quod huic animanti, cum sit uiribus immensis præditum, deinde tãta corporis mole, tamen peculiare uideatur molliter, quasq; pedetentim ingredi, nulloque strepitu, uel quod bouis pedes arua calcatu reddunt meliora, cum reliquorum animantium noceant.

Tacito pede.

Hvic simillimum est, quod indicauit quisquis is fuit, certe haud quaquam indiligẽs scriptor, qui Rethoricam Aristotelis exponit, ἡσύχῳ ποδί, id est, Tacito pede, seu lento pede, cum cautim, ac pedetentim ad rem accedimus. Apud Latinos aliquando secius usurpatur tacito pede, pro furtim, ac clanculum, ut apud Ouidium:

Tempora labuntur, tacitisq; senescimus annis

Id imitatus Columella in carmine:

Tacito nam tempora gressu
Diffugiunt, nulloq; sono conuertitur annus.

Cumini sector.

Impendio parcus, ac sordidus, olim prouerbio κυμινοπρίστης, idest, Cumini sector dicebatur. Teltis & Aristoteles libro Moralium quarto: Τούτων δὲ καὶ ὁ κυμινοπρίστης καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος. i. Ex hoc genere est Cumini sector, & quisquis eiusmodi. Meminit & Theocritus Idyllio K.

Κάλλιον ὦ πιμελητὰ φιλάργυρε τὼς φακὼς ἑψεῖν
Μὴ πιτάμης τὼ χεῖρα καταπρίων τὸ κύμινον. i.

Lenticulam coquere, pastor tibi præstat auare,
Ne fodias digitos, cupiens secuisse cuminum.

Scholiastes non dissimulat vulgo sic dici solitos, homines præter modum frugales, ac parcos. Item Alexis in Philocalo apud Atheneum libro octauo:

Ἀλλ' οἶδ' ὅτι
Καμινοπρίστης ὁ τρόπος ἐστί σου πάλαι. i.

Ceterum noui probe,
Cymino pristæ olim esse iã mores tibi.

Est autem Cuminum per se quidem exilis herba, tum præcipuè genus Aethiopicum, quod Hippocrates, auctore Plinio, regium appellat: quod olim ferebatur a male precantibus, auctore Plutarcho, atque ita felicius prouenire creditum est. Quo magis quadrat in hos huiusmodi cõuicium, qui ob parcimoniam male audiunt. Item Plutarchus Conuiualium quæstionum decade secunda, significat hominem uehementer parcum, Cuminũ appellari solere. Siquidem, loquens de ijs dicterijs, quæ citra dolorem dici possunt, Velut, inquit, si quis hominẽ splendidum, ac benignum, Cimbicon appellet, aut Cuminum. Est autem κίμβικον Græcis apicula, seu parcimonia, Suida interprete. Hesychius legit cymbiòn, addens dici solitũ in parcos: κύμβον autem dici fundum ollę fictilis. Aristoteles libro, quem modo citauimus, ait, homines pparcos κυμβικὰς vulgo dici solitos: Iuliꝰ Pollux βέμβικας, opinamur, quod per domum obambulent semper murmurantes. Nam βέμβιξ trochus est, quo ludunt pueri. Apud eundẽ mulier impendio sordida ὁ βολοσάτις, vir ὁ βολοσάτης dicitur, quasi minutissima q̃que ad stateram expendẽs, unde & ὁ βολοσατεῖν. Eustatius autem indicat eosdẽ & λιμοκίμβικας, & κυμινοκίμβικας dici, putatq. uocẽ dictã ab auro adulterino. Hesychius addit eosdem uocari καρδαμογλύφους, φ aliquid desculpante nasturtio ob parcimoniam. Ne desunt, qui eosdem κνίφους, & κνίπας, siue κνίφας (nam utrumque scriptum reperimus) uocant. est aũt Cnips animalculum culici non dissimile.

Ficos diuidere.

Hvic affine est, quod refert Martialis lib. Epigram. 5. σῦκα μερίζειν, i. Ficos diuidere, unde licẽbit & cognomen fingere συκοπρίστης. Martialis carmen est huiusmodi: Quadringenta secat, qui dicit σῦκα μερίζε. Sordidum, ac parcum significans, etiã si ditissimum. Captatus autem est iocus ex uocis amphibologia sectoris.

Myconius caluus.

Μυκώνιος φαλακρός, i. Myconius caluꝰ. Strabo lib. Geographiæ decimo, refert uulgo Myconios caluos dici solitos, quod in ea

ea insula uitium hoc quasi gẽtilicium sit, atque omnibus ferme commune. Idem affirmat Plinius lib. 11. cap. 37. Meminit & Stephanus. Est autem Myconus una Cycladum insularum. Quanquam Herodotus in quarto scribit, in Scythia quoque gentem esse ab ipso natali caluam. Admonet & Donatus grammaticus, Hecyram interpretans Terentianam, prouerbio dictum Caluus Myconius, citatq. Lucilij testimonium: Myconi omnis calua iuuentus. Tuetur autem Terentium, qui à nõnullis hoc loco imperitiæ nomine reprehenderetur, quod, cum Apollodorus caluum dixerit, ipse crispum mutauerit: putatq; poetam non inscitia, sed facetius etiam per ironiã dixisse crispum, quam si caluum dixisset. Quod quidem etiam ipsum prouerbium resipit de raris inuentu: ueluti, si quis Scytham dicat eruditum, aut Pœnum fidum. Erit autem elegantius adagium, si caluos homines, raroq; capillicio, simpliciter Myconios, appellamus: perinde, ut si quis fastuosum Sybaritam nominet, negotiatorem Phœnicem. Notari sunt olim & alio nomine Myconij, quod ob tenuitatẽ alienas cenas captarent: proinde, qui inuocati ad conuiuium uenirent, Myconij more uenire dicebantur. Inuehitur enim in Periclem Archilocus apud Athæneum ĩ primi libri fragmẽtis, ὡς ἄκλητον ἐπεισπταί ἀυτα εἰς τὰ συμπόσια μυκονίων δίκα, ueluti, qui inuocatus ingereret se ad conuiuia Myconiorum more.

Cum aqua fauces strangulet.

Aristoteles Moralium libro septimo, citat huiusmodi quoddam adagiũ, ὁ δὲ ἀκρατὴς ἔνοχος τῇ παροιμίᾳ, ἐν ᾗ φαμέν, ὅταν τὸ ὕδωρ τῇ φάρυγγα πνίγῃ, τί δεῖ ἔτι πίνειν. i. Intemperans aũt obnoxiꝰ est prouerbio, quo dicimus, Cũ aqua fauces strãgulet, quid iã tẽpus est bibere? Refert idẽ in eundẽ usum lib. Moraliũ Eudemiorũ sexto, disputans de eo, qui prudens intẽperantiæ uitio noxia sequitur, haud quaquã ignorans, quid sit optimũ: hũc autẽ longe insanabiliorẽ esse eo, qui falsus opinione nõ expetẽda expetit. Vsurpauit & Galenus alicubi: ὅ τὰν τὸ ὕδωρ πνίχῃ τὶ ὄπι ῥοφήσομεν, i. Cum aqua præfocat, quid insuper sorbebimus? Fortassis Galenus scripserat, τὶ ἔτι ῥοφήσομεν. Quadrat in eos, qui in absurdissima sententia pertinaciter manent, uel manifesta negantes, quibuscum frustra disceptes. Constat enim faucibus siti arẽtibus aquam esse remedio, ac soluere præfocationem. Confine illi, quod alibi diximus:

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.

Dimidio uitæ nihil differunt felices ab infelicibus.

Aristoteles Moraliũ li. 2. ὁ δ' ἀγαθὸς, καὶ κακὸς ἡνίκα διαδηλος καθ' ὕπνον, ὅθεν φασὶν, οὐδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τοῦ βίου τοὺς δ' δαίμονας τ' ἄλλον. i. Porro probus, atque improbus nequaq̃ in somno dignoscũtur. unde natum est, ut dicant, felices nihil à reliquis distare dimidio uitæ. Idẽ refert lib. Eudemiorum 2. reddens hãc caussãm, quod dormientes nihil agant. Ex actionis bus autem nascitur felicitas, aut infelicitas hois. Proinde non inscite dixit Aristõ apud Plutarchũ in cõmentario de cõtentione ignis & aquæ: Ὀλίγου χρόνου τοῦ βίου τοῖς ἀνθρώποις δεδομένου ὕπνος οἷον τελώνης τοῦ ἥμισυ ἀφαιρεῖ τούτου. i. Cum exiguũ uitæ tps datum sit hominibus, somnus uelut publicanus dimidiũ eius aufert. Plato libro De legibꝰ septimo. Καθ' ὅ δ' ὧν γὰρ οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μὴ ζῶντος. i. Nullus enim dormiens alicuius est pretij, nihilo magis, q̃ is, qui uiuus non est. Prouerbium consolatur parũ fortunatos. Somnus enim adimit nobis nostri sensum, unde fit, ut neque miseris molesta sit sua calamitas, neque fortunatis iucũda felicitas. Præterea felicitas, iuxta philosophos, sita est in actu rationis per habitum uirtutis, somnus autem quies est animi, bonis pariter, ac malis communis.

In eadem es naui.

M. Tullius Epistolarum familiarium libro secundo ad Curionem: Etsi, vbicunq; es, ut scripsi ad te antea, in eadem es naui, tamẽ, qd̃ abes, gratulor. In eadẽ es naui, dixit, pro eo, quod est, in cõi periculo. Siquidem ad eos, qui eodem vehuntur nauigio, periculũ naufragij cõiter pertinet, neque magnopere refert, in prora sint, an in puppi, an carina, cum nihilo magis absint à discrimine. Idẽ alibi: Hoc miror enim, querorq. quenquam hominem ita pessundare alterum uelle, ut etiam nauim perforet, in qua ipse nauiget: hoc est, ut remp. euertat,

euertat, cum qua sit etiam ipsi pereundũ. Aristophanes in Vespis.

Περὶ τῆς πόλεως γὰρ ἐστὶ τοῦ σκάφους ὅλου,

.i. De ciuitate est naue de rota puta

Est autem familiare poetis a nauib' ad remp. similitudinem mutuari.

Qui arat oliuetum.

COLVMELLA de Re rustica libro sexto, parœmiam huiusmodi refert, Quin ét inqt compluribus interpositis annis, oliuetũ putandũ est. Nam ueteris prouerbii meminisse conuenit, Eum, qui aret oliuetũ, rogare fructũ, q stercoret exorare; q cædat, cogere. Allusit huc Virgilius primo Georgicon:

Exercetq. frequens tellurem, atque imperat aruis.

Huic adagio locus fuerit, ubi significabimus, fieri nõ posse, qn uoto potiat is, q curã extremã ipẽderit. Vulgaris. n. diligẽtia quasi rogat, mediocris ipetrat, extrema cogit. Allusio fit ad eos, qui a principib. improbo studio, officioq. sic impetrãt, ut nõ precibus, sed ui uideantur impetrasse.

Difficilia, quæ pulchra.

Δύσκολα τὰ καλὰ, idest, Ardua, q̃ pulchra. Exstat apud Platonẽ in Hippia maiore in calce dialogi, τῷ γὰρ παροιμίαν ὅτι πότε λέγει τὸ, χαλεπὰ τὰ καλὰ, δοκῶμοι εἰδέναι. i, Nã, q ait, puerbiũ, difficilia esse, q̃ pulchra sunt, uideor mihi intelligere. Et in Cratylo, circa initiũ, παλαία παροιμία, ὅτι χαλεπὰ τὰ καλὰ ἐστὶν, i. Vetus prouerbium est, difficilia esse, q̃ sunt egregia. Citat alicubi a Luciano. Itẽ a Plutarcho in libello De liberis instituẽdis, puerbii noie. Quidã prodiderunt, Pittacũ, ubi semet abdicasset imperio, dixisse, χαλεπὸν ἐθλὸν ἔμμεναι, i, Difficile bonũ esse. Porro Solonem, Pittaci mollitiem, atque ignauiam, taxantẽ, dixisse, χαλεπὰ τὰ καλὰ, i. Difficilia, quæ honesta, utriusque dictũ in prouerbium abiisse. Vsurpauit Plato libro de Rep. quarto, ἴσως γὰρ ὦ σώκρατες τὸ λεγόμενον ἀληθὲς, ὅτι χαλεπὰ τὰ καλὰ. i. Fortassis. n. uerum est, o Socrates, q dici solet, difficilia esse, quę pulchra sunt. Vsus est eodẽ libro Politiæ secundo, πάντες γὰρ ἐξ ἑνὸς σόματος ὑμνοῦσι, ὡς καλὸν ἡ μὲν σωφροσύνητε, καὶ δικαιοσύνη, χαλεπὸν μέν τοι, καὶ ἐπίπονον, i. Oes. n. uno ore canũt, Honestã quidem rem esse temperantiam, ac iustitiam, sed difficilem tamen, ac laboriosam. Vtitur eiusdem operis libro sexto, ac septimo, & aliis compluribus locis. Sunt, qui hinc arbitrentur natam parœmiam: Periander Corinthius, initio populariter, ac moderate gerebat imperium, postea, uersis moribus, tyrannice agere cœpit. Id simul atque cognitum esset Pittaco Mitylenæo, diffisum de sui ipsius animi constantia, magistratum deposuisse, relictoq. imperio in exilium abiisse. Percunctantibus deinde quibusdam, qua gratia fugisset imperium, respondisse, qd̃ admodum esset arduum, probum esse, propter mutatum Periandrum: quibus auditis, Solonẽ addidisse suum apophthegma, χαλεπὰ τὰ καλὰ. Huc spectat illud quoque, q meminit Plutarchus in commẽtario, περὶ δυσωπίας, Platonem, cum Heliconẽ quendam Dionysio, datis literis, cõmendasset, scribens illum uirum probum, ac modestũ, adscripsisse in calce epistolæ, γράφω δέσοι ταῦτα περὶ ἀνθρώπου, ζῶν φύσει ἀμεταβόλου. i. Hæc autẽ tibi scribo de homine, uidelicet animante natura mutabili. Nec absurde quis referat ad celeberrimam illam Hesiodi sententiam:

Τῶν μέντοι κακότητα καὶ ἱλαδὸν ἐστὶν ἑλέσθαι

Ῥηιδίως, ὁ λίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἔγγυθι ναίει.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν

Ἀθάνατοι, μακρός τε καὶ ὄρθιος οἶμος ἐφ' αὐτῷ

Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι

Ῥηιδίη δ' ἤπιτα πέλει χαλεπήπερ ἐοῦσα. i.

Oio uitiũ facile est contingere cui uis.

Est uia ad id breuis, & uicina in sede moratur,

Contra uirtutem sudoribus undiq. diui

Præsæpsere, & longus ab hanc, perq. ardua callis,

Asper & est primum: sed, ubi alta cacumina uictor

Contigeris, iam fit facilis, licet ardua dudum.

Neq; quidquam est tritius eo, quod dixit Aristoteles lib. Moraliũ Nicomachiorũ secũdo: περὶ τὸ χαλεπώτερον ἀεὶ καὶ τέχνη, καὶ ἀρετὴ. i. Et ars, & uirtus circa id uersat, q̃ est difficilius. Eodẽ ptinet, Litera Pythagoræ discrimine secta bicorni. Itẽ ad duplici uia apud inferos, quarũ altera ducit ad cãpos Elysios, altera ad malam

lam rem. Diximus alibi de Litis, & Ate, quæ fabula declarat, multo difficilius esse bene facere, quam male; sarcire concordiam, quam rũpere. Eam sententiam Pindarus extulit in Pythijs, hymno quinto: ῥάδιον μὲν πόλιν σείσαι καὶ φαυροτέροις, ἀλλ' ἐπὶ χώρας ἄυθις ἔσται δυσπαλὲς δὴ γίνεται ἐξ ἀπίνας, εἰ μὴ θεὸς ἀγεμόνεσι κυβερνατὴρ γένηται. id est, Facile est ciuitatẽ cõmouere, ét malis. cęterum, in locum pristinũ illico reponere, difficile sane est, ni Deus principibus gubernator cõtingat. Retulimus alibi, quod in seditione ét Androclides abiectissimus belli ducem agat. Et nos hac ætate uidimus, per quos quãti tumultus excitati sint. Celebrat elegãs Lacedæmonij dictum, apud quem cũ quidam laudibus ueherẽt Philippũ, quod ciuitatem opulentissimam euertisset: At qui, inquit, non posset talem condere.

Colophonia ferocitas.

Κολοφώνεια ὕβρις, id est, Colophonia ferocitas. In insolentes, q ferociter despiciunt, & affligunt humilioris fortunę homines. Aut in eos, quibus sua ferocitas exitiũ attulit. Sumptum ab arrogantia, superbiaq; eius gentis. Refertur à Diogeniano in Adagiorum collectaneis. Theognis:

Ὕβρις καὶ μάγνητας ἀπώλεσε καὶ κολοφῶνα

.i. Perdidit & Colophona ferox mens & Magnetes.

De gentis huius ferocia non nihil dictum est nobis in prouerbio, Colophoniũ suffragium.

Nemini fidas, nisi cum quo prius modium salis absumpseris.

VVLGO apud nostrates circumfertur adagium, haud fidẽdum esse cuipiam, nisi cum quo prius modium salis absumpseris. Significat autem, hominis ingenium non posse perspici, nisi diuturno conuictu, longoq; commercio. Apparet, prouerbiũ hoc ab antiquitate profectum esse. Quãdoquidem Aristoteles lib. Moralium octauo, simile, quiddam refert, his quidem uerbis: Ἔτι δὲ προσδεῖται χρόνου καὶ συνηθείας, κατὰ τὴν παροιμίαν γὰρ, οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι ἀλλήλους πρὶν λεγομένας ἅλας συναναλῶσαι. idest, Præterea autem spatio temporis & cõsuetudine opus est. Siquidem, iuxta puerbium, fieri non potest, ut nos mutuo pernoscamus, antequam salis, quem dicunt, modium pariter absumpserimus. Idem Moralium Eudemiorum libro septimo: Διὸ εἰς παροιμίαν ἐλήλυθεν ὁ μέδιμνος τῶν ἁλῶν. id est, Quapropter in prouerbiũ abijt Salis modius. Eodem in libro refert illud quoque ex poeta quopiam hemistichium, ni fallimur:

-Οὐδ' ἄνδ' ὀ χρόνος φίλος. id est,

Non est amicus absq; temporis mora.

Addit ex Theognide:

Οὐ γὰρ ἂν εἰδείης ἀνδρὸς νόον οὐδ' ὀργὰς κοὸς

Πρὶν πειραθείης ὥσπερ ὑποζυγίου. idest,

Haud nosse ingeniumve viri licet, aut muliebre,

Vt nec iumenti, ni experiare prius.

Notat hanc parœmiam & Plutarchus in commentario περὶ φιλαδελφίας, his qdẽ verbis, Τοὺς μὲν γὰρ ἀλλοτρίους, ὡς ἔλεγε θεόφραστος, οὐ γιλοῦντα, δεῖ κρίνειν, ἀλλὰ κρίναντα φιλεῖν. ὅπου δὲ ἡ φύσις ἡγεμονίαν τῇ κρίσει πρὸς εὔνοιαν δίδωσιν, οὐδὲν ἀναμένει τὸ πολλάκις τὸν ἁλῶν μέδιμνον, ἀλλὰ συγγεγένηκε τὴν ἀρχὴν τῆς φιλίας ἐνταῦθα δεῖ μὴ πικρῶς ἔχειν μηδὲ ἀκριβεῖς τὰ ἁμαρτημάνων ἐξετάσας. idest, Alienos enim, quemadmodum ait Theophrastus, non oportet amantem iudicare, sed amare, postea quam iudicaris. Siquidem, ubi natura ipsa dux est ad beneuolentiam præcedens iudicium, neque exspectans illum uulgo celebratum Salis modiũ, quippe quæ amicitię seminarium inseuerit, ibi non oportet acerbos, & exquisitos esse delictorum expẽsores. Meminit huius parœmiæ & M. Tullius in sermone de amicitia: Verũ illud est, qd̃ uulgo dicitur, Multos modios salis simul edẽdos esse, ut amicitiæ munus expletum sit. Huc pertinet illud quoque Sophoclis in Oedipo:

Χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσιν μόνος,

Κακὸν δὲ κἂν ἐν ἡμέρᾳ γνοίης μόνη. i.

Mora temporis probum arguit tm̃ uirũ,

At improbum uel unico agnoscas die.

Huc pertinet etiam ille senarius prouerbialis:

Ἦθος ὃ βάσανος ἐστὶν ἀνθρώποις χρόνος. i.

Nota morum, & index tempus est mortalibus.

Idem admonet illud Epicharmi:

Νῆφε, καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν. idest,

Sobrius sis, ac memineris memini confidere.

Versus integer refertur apud Cic. li. epist. ad

ad Atticum primo: Atque ita tamẽ nouis amicitijs implicati sumus, ut crebro mihi vafer ille Siculus insusurret Epicharmi cantilenam illam suam.

Νᾶφε, καὶ μὲ μνᾶσ' ἀπιστεῖν, τάυτα νεῦρα τῶν φρενῶν.

Sic enim carmen Trochaicum è vestigiis codicũ restituimus, nequis temere deprauet. Nam quod νᾶφε dixit pro νῆφε, & μέμνασο, p μέμνησο, διαλέκτου proprietas est. Cicero in libello de petitione consulatus: Quamobrem Epicharmion illud tenero, neruos, atq; artus esse sapientiæ, non temere credere. Itẽ illud Euripidis in Helena:

-Σώφρονος δ' ἀπιστίας.
Οὐκ ἐστὶν οὐδὲν χρησιμώτερον βροτοῖς. i.
-Prudente diffidentia
Haud alia res vtilior est mortalibus.

Inuenimus citatum mutilatim ad hũc modum:

Ἁλῶν μέδιμνον ἀποφαγών. id est,
Modium salis postquam ederis.

Quo quidem licebit uti, si dicas: Vide, quid agas, qui tua arcana credas isti, nondum ἁλῶν μέδιμνον ἀποφαγών. Aut sic: Tum demum isti fidas ἁλῶν μέδιμνον ἀποφαγών. Est autem iambicus dimeter, ex poeta quopiam sumptus.

Leporem non edit.

ANTIQVITVS superstitiose creditum est, esu leporinæ pulpæ conciliari formam. Vnde existat iocus Martialis in Gellium libro quinto, quæ misso lepore addebat ex vulgata opinione ad muneris commendationem:

Formosus septem, Marce, diebus eris".
Id poeta in ipsam torquens, quæ deformis esset,
Si me non fallis, inquit, si verum lux mea dicis,
Edisti nunquam, Gellia, tu leporem.

Plinius li. 28. cap. 9. scribit, leporem in cibis sumptum gratiam corporis in septẽ dies conseruare. Lampridius scribit, poetã quendam in Alexandrum Seuerum, quod quotidie vesceretur leporina, ita lusisse,

Pulchrum quod vides esse nostrum regẽ,
Quem Syrum sua detulit propago,
Venatus facit, & lepus comesus,
Et quod continuum capit leporem.

Primum carmen vitiatum est. Hos versus cũ quidã ex amicis ad Alexãdrũ detulisset, respondisse fertur in hanc sententiam:

Pulchrum quod putas esse vestrũ regem
Vulgari miserande de fabella,
Si verum putas esse, non irascor.
Tantum tu comedas uelim lepusclos,
Vt fias animi malis repulsis.
Pulcher, ne inuideas liuore mentis.

Si vides lector parum obseruatas metri leges, memineris Imperatorem scripsisse, cuius est præscribere leges, non parere. Est autem & piscis lepus appellatus, qui venenum habet immedicabile, si quis imprudens ederit. In Indico mari etiam cõtactu necat hominem, auctore Plinio: lenta tabe consumit. Malum hac deprehenditur nota, quod piscem olent, qui ederint. Huic homo vicissim pestilens est, cuius contactu protinus emoritur. Hoc cibis admixto, multos sustulit Domitianus: eodem Titium fratrem sustulisse creditur, ut auctor est Philostratus in Apollonij uita. Proinde in hos, qui contabescunt, nec ullã medicorum ope possunt restitui, dici poterit, Edit leporem marinũ.

Plena manu.

PLENA manu, pro eo, quod est, ampliter, copiose, prolixe, minimeq; maligne. Translatum ab ijs, qui non minutim, & parce, sed plena manu largiuntur. Cicero ad Atticũ lib. 2. At hercle alter familiaris tu? Horatius, quãm plena manu, quam ornate nostras laudes in astra sustulit. Seneca in Declamationibus: Liberaliter hodie, & plena manu faciã. Idem in ludicro, qd scripsit in Claudium Cæsarem: At Lachesis, quæ & ipsa homini formosissimo fauere, fecit illud plena manu, & Neroni multos annos donat. Fit lepidius, quò magis ad animi res transfertur.

Sine riuali diligere.

SINE riuali diligere, dicuntur, q stulte mirantur, quod nemo alius cõcupiscat. Veluti simia catulos suos & miratur, & amplectitur, & indocti poetæ suas nugas soli diligunt. Sũpta est allegoria ab amantib?, quibus est amica deformis, & quã alius nemo uelit. Exstat adagium in Epistolis Ausonianis. M. Tullius ad Atticum lib. sexto. Huius nebulonis oratione si Brutus moueri põt, licebit eum solus ames, me æmulum non habebit. Item libro ad Q. Fratrẽ tertio: O dij, quã ineptus, q̃ se ipse amãs, sine riuali. Horatius in Arte poetica:

Nullum

Nullum ultra uerbum aut operam sumebat inanem,
Quin sine riuali teq;, & tua solus amares.

Barbarus ex triuio.

Βάρβαρος ἐκ τριόδου, i. Barbarus ex triuio. In hominem dicebatur extremæ humilitatis, ac prorsum nullius pretij, perinde quasi dicas, extremum, ac uilem seruulum alicunde è triuijs emptum, non dono datum, aut domi natum. Lucianus in eum, à quo fuerat Prometheus appellatus, Οἷος ἐκ τριόδου βάρβαρός τις παρὰ μικρόν. i. Qualis pœne barbarus quispiam è triuio. Quanquam quidam hoc loco legunt non Barbarus, sed βόρβορος ἐκ τριόδου, idest, Cœnum è triuio, quæ lectio sola probanda est, propterea quod eo loco de luto fiat mentio, non de barbaro quopiam. Item Plato lib. de Repub. septimo καὶ τῷ ὄντι ἐν βόρβορῳ βαρβαρικῷ ἦν. i. Ac reuera in cœno quopiam barbarico. Loquitur de anima demersa tenebris ignorantiæ.

Rara auis.

RARA auis, prouerbio dicebatur res quæuis noua, & inuentu perrara. Persius:

-Si forte quid aptius exit,
Quando hæc rara auis est.
Iuuenalis:
Rara auis in terris, nigroq; simillima cyno. Idem,
-Coruo quoque rarior albo.

Quin & Phœnicis raritas in prouerbiũ abijt. Ducta allegoria ab auibus peregrinis & inusitatis, quæ nonnunquam casu in nostram regionem deuolãt, uel miraculi gratia deportantur. Vnde illud sæpius iteratum apud Aristophanem:

Τίς ἐστιν ὄρνις ἑ τοσὶ, idest,
Quæ est auis? De hospite, & ignoto.

Compressis manibus.

COMPRESSIS sedere manibus, dicitur in otiosos, & nihil aliud, quam sua fata, deplorantes. Titus Liuius ab vrbe condita libro septimo. Cur ueteranus dux fortissimus bello, compressis, quod aiunt, manibus sedeas.

Ioca seriaq;.

QVOTIES omnia nostra cũ aliquo communicamus, cum eo ioca seriaq. conferre dicimur. M. Tullius libro De finibus bonorum secundo: At qui cum ioca seriaque, ut dicitur, qui cũ arcana, qui cum occulta omnia? Tecum optime, deinde ẽt cum mediocri amico. Donatus in Adelphos, huiusmodi ferme figuras omnes, q̃ constant ex contrarijs, prouerbiales existimat. Quod genus sunt, Fanda infanda: Quo iure quaque iniuria, Facta atq. infecta, Digna atq. indigna, Fasq. nefasq. Clãque palamque, Terraq. mariq. Noctesque diesque, Iuuenesq. senesque, Neque in minimo neque in maximo, Neque deos neque homines ueretur, Vocatus atq; inuocatus, Re salua & perdita: atque alia huius generis innumerabilia, de quibus memimus & in initio operis.

Ea tela texitur.

PROVERBIALIS allegoria. Ea tela texitur, pro eo quod est, eiusmodi negotiũ in manibus est, & res inceptantur tales. Translatio sumpta a textoribus telam instituentibus. M. Tullius in extremo de Oratore lib. Quamquam ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate ratio uiuẽdi, ac posteritati ostenditur, ut eorum ciuium, quos nostri patres non tulerunt, similes habere cupiamus. Plautus dixit Exordiri telam, pro incipere negotium: Exorsa est hæc tela non omnino pessime mihi. Affine est illi, quod alibi dicemus, Exordiri telam.

Multas amicitias silentium diremit.

Πολλὰς φιλίας ἀφροσυγορία διέλυσεν. i. Multas amicitias silẽtiũ diremit. Admonet adagium, assiduo conuictu, ac frequentibus alloquijs, necessitudines ali, intermissione, & absentia dissolui. Meminit huius Aristoteles lib. Moraliũ 8. Ἐὰν δὲ χρόνιος ὁ ἀπουσία γένηται, καὶ τὴς φιλίας δοκεῖ ἡ ἀπουσία λήθω ποιεῖν. ὅθεν εἴρηται πολλὰς δὴ φιλίας ἀφροσυγορία διέλυσεν. i. Qd si diuturna fuerit absentia, videtur & necessitudinis obliuionem afferre: unde dictum est illud, multas amicitias silentium diremit. Versus ut refertur in Collectaneis, diminutus est una syllaba. Ab Aristotele citatur integer Heroicus:

Pluriũ amicitias soluere silentia ruptas.

Apud Athenæum lib. quinto, citantur ex Anonymo poeta uersus hi:

Οὐ χρὴ συμποσίοισι φίλους ἀπέχεσαι ἑταίρους
Δηρὸν, ἀνάμνησις δὲ πέλει χαρίσαιτο αὐτῷ. idest,
Non diu amicorũ mẽsis decet abstinuisse,

Quippe animi memoris res hæc renouatio bella est.

Figuratius, atq. ob id ipsum elegantius est illud Alphij feneratoris dictum apud Columellam: Bona nomina nonnunquam mala fieri, si nunquam interpelles. Ille nomina, iureconsultorum more, debitores uocat, & interpellare, subinde creditum reposcere. Vox autē Græca, ἀφοσηγορία, non ita commode reddi Latine potest: neque enim simpliciter significat silentium, sed illud silentium, cum quis non appellat, ac salutat amicum.

Eiusdem musæ æmulus.

EIVSDEM artis, aut disciplinæ studiosi, eiusdem musæ æmuli dicuntur. Vsurpatur apud A. Gellium prouerbij uice Græci μοῦσίχνυς appellant eiusdem artis opifices.

Lolio victitant.

ÆNIGMATE prouerbiali lolio uictitare dicuntur lusciosi, & cæcutientes, quos Græci, teste Nonio, Myopes uocant. Plautus in Milite: Mirum est lolio uictitare te, tam uili tritico. Quid iam? Quia lusciosus. Verbero, ædepol tu quidem cæcus, haud lusciosus. Lolium autem Plinius inter frugum pestes commemorat, una cum carduis, ac tribulis. Virgilius in Bucolicis:

Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.

Item Georgicon libro 1.

Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Esset rubigo, segnisq. horreret in aruis.
Carduus, intereunt segetes, subit aspera sylua
Lappæq. tribuliq. interq. nitentia culta
Infelix loliū, & steriles dominant auenæ.

Inest autem lolio peculiare quoddam malum, ut oculis caliginem inducat. id quod indicat Ouidius libro Fastorum primo, cum ait:

Et careant lolijs oculos uitiantibus agri.

Hinc nimirum iocus prouerbialis.

Intus canere. Aspendius citharœdus.

QVI priuati cōmodi impendio studiosi essent, ac fero, quidquid rerum agerent, id omne ad domesticam referrēt utilitatem, ij prouerbio Intus canere, ijdē apud Græcos ἀσπένδιοι κιθαρῳδοί, i. Aspendij citharistæ dicebantur. M. Tull. in Verrem actione 3. Atque etiam Aspendium citharistā, de quo sæpe audistis, (id quod est Græcis in prouerbio) quem oia intus canere dicebant, sustulit, & in intimis ædibus suis posuit, ut etiam illum ipsum artificio suo superasse uideatur. Facetissime taxauit Cicero Verris rapacitatem, qui intus canentem in intimis ædibus collocarit, hoc est, plus quam intus cecinerit. Idem in Rullum aduersus legem agrariam: Atque hoc carmen hic tribunus plebis, non uobis, sed sibi intus canit. Nam ostendit Tullius in ea oratione, legem, tametsi popularis uideretur, haud tamen populi, sed decemuirū utilitati repertam. Porro de Aspendio citharœdo Asconius Pedianus ad hanc fere me sententiam enarrat: Vulgares citharœdi, cum canunt, utriusque manus fungunturfficio, ita, ut dextra plectrum teneant, id, quod foris canere appellant: sinistra digitis chordas carpant, quod quidem intus canere uocant. Difficile autem uisum est, quòd Aspendius citharœdus faciebat, qui nequaquam utraq. uteretur manu, sed omnia, id est, totam cantionem intus, & sinistra tantum manu complecteretur: atque ita tacita, leuiq. modulatione sinistra contactis chordis, cantilena peragebatur, ut vox ad citharœdum dumtaxat, aut proxime assistentem peruenirет. Hinc fluxisse prouerbium, ut furaces homines Aspendij citharistæ Græcis uulgo dicerentur, quod ut hic carminis, ita illi furtorum essent oculatores. Fatetur Asconius adagionē etiam in illos apte dici, qui multum intestinis suis commodis consulunt præter honestatem. Neque discrepat interpretamētum, quod affert Zenodotus ex Zenone Myndio in adagiorum Collectaneis. Porro Aspendius Pamphyliæ ciuitas est auctore Stephano, vnde Aspendij dicebatur, apud quos Citharœdi hoc artificio præcelluisse uidentur. Ad hoc prouerbium apparet allusisse Plinium libro uigesimo octauo, capite quinto, cum ait, Verum id remedijs cecinit, non epulis.

Equi senecta.

ἵππου γῆρας, i. Equi senecta. Prouerbiū in eos dici solitum, qui, præclaris rebus gestis in iuuenta, postea quam consenuerint, ad sordidas curas semet abijciunt. Allegoria sumpta a generosis equis, qui senio facti senes, in pistrinum, aut carrum, aut aliud

aliud id genus opus detruduntur: olim in pretio habiti, dum uiribus integris essent. Plutarchus in libello, cui titulus, An seni sit administrāda Respub. Οὐ παντάπασιν δέδοικε τὸ δὴ τὸ καλούμενον, ἵππου γῆρας ἐπάγειν μηδενὸς ἀναγκάζοντος, i. An nō plane uidebitur equi senectam, quemadmodum uulgo uocant, accedere, nemine compellente? Cum hoc conuenit Ennianum illud, quod refertur a Cicerone in Catone Maiore:

Sicut fortis equus, spatio qui forte supremo,
Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.

Si tibi amicum, nec mihi inimicum.

PLATO in Theeteto: Αλλ' εἰ οὕτως ὦ θεόδωρε σοι φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρόν, φασὶν οἱ παροιμιαζόμενοι. i. Si istud tibi amicum, Theodore, nec mihi est inimicum: quēadmodum prouerbio dicunt. Hoc est, si tibi res placet, mihi non displicet. Captata est aūt in figura uocū pugnātia: deinde τὸ ἀμφίβολον φίλον, καὶ ἐχθρόν, quorū utrunq. e personis ad res detorquetur: quamq̄ ad personas relata sunt usitatiora. Vsus erit, quoties alienæ obsequimur voluntati.

Rana Gyrina sapientior.

PLATO in Theeteto: Οτι ἡμεῖς μὲν αὐτὸν ὥσπερ θεὸν ἐθαυμάζομεν ἐπὶ σοφίᾳ, οὐδ' ἄρα ἐτύγχανεν ὢν εἰς φρόνησιν οὐδὲν βελτίων βατράχου γυρίνου, i. Nos illū tanq̄ deū ob sapiētia admirabamur: at ille nihilo magis antecellebat prudentia, q̄ rana Gyrina. Sūptū est adagiū ab informi partu ranarum, quē Græci γυρίνους uocant, ac figura corporis in gyrum orbiculati: quo fit, ut mira celeritate se quo uelint uoluant, uersentq;, quēadmodū testatur quisquis is fuit, q. scripsit Etymologicon Græcarū dictionū. Meminit gyrinorū & Hesychius. Suidas etiā Aristophanis adducit testimonium:

Οἷον πατέρες βοῶσι γυρίνων. i.

Quemadmodū patres clamant gyrinorū.

Nec ab his abhorrēt, quæ tradit Plinius libro 9. cap. 51. Ranæ, inquit, superueniūt, prioribus pedibus alas feminæ mare apprehēdente, posterioribus clunes. Pariunt minimas carnes nigras, quas gyrinos uocant, oculis tātum, & cauda insignes: mox pedes figurantur, cauda findēte se in posteriores, Mirumq; senestri uita resoluuntur in limum, nullo cernēte, & rursus uernis aquis renascuntur, quæ fuere natæ, pinde occulta ratione, cum omnibus annis id eueniat. Hactenus Plinij uerba recēsuimus. Meminit & Aratus αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων. i. Inde gyrinorū clamant per stagna parentes. Porro, cum ranæ tribuitur loquacitas, quæ stoliditatis solet esse comes, minimum mentis inesse oportet gyrinis, quos uix deprehendas animal esse, nisi mouerentur.

In puteo constrictus.

PLATO i Theeteto. Τί γὰρ χρήσῃ ἀφύκτῳ ἐροτήματι, τὸ λεγόμενον, ἐν φρέατι συχόμενος. i. Cur enim utaris inexplicabili quæstione, in puteo, quemadmodum aiunt, constrictus? Quadrabit in eos, qui in angustias eas redacti sunt, ut extricare sese nullo modo possint. Nonadmodum abludit ab illo ἐν φρέατι κυνόμαχειν, i. In puteo cum cane pugnare. Item illo, Canterium in fossa.

In easdem ansas uenisti.

PLATO in Phędro: Περὶ τούτου μέν, ὦ φίλε, εἰς τὰς ὁμοίας λαβὰς ἐλήλυθας. i. Quātū ad istā rem pertinet, amice, in easdē ansas uenisti. i. nihilominus teneris, nec potes effugere quin dicas. Item Aristides in communi quatuor oratorum defensione: Ως εἰ χειναν πάλιν ὁ καλλικλῆς εἰς αὐτὰς λαβὰς ἐπανελθεῖν, i. Itaque Callicli erat in easdem ansas recidendum. Quadrat in eum, qui sic irretitus est, ut, quoc unq. se uertat, teneatur, nec explicare sese possit. Huic similissimū est, quod scribit Lucianus i Hermotimo: Οἰόμενος γὰρ ἐκπεφευγέναι, εἰς τὴν αὐτὸν κύρτον ἐμπέπτωκας. id est: Nam arbitratus effugisse te, in eandem nassam incidisti. Item illud, quod alibi dicetur, κύκλῳ περιέλκειν.

Qui possim ab hoc epulo abesse?

PLATO i Phędro: Πῶς γὰρ οἷός τε εἰμι τοιαύτης δοίνης ἀπέχεσθαι. i. Qui possim ab hoc epulo abstinere? De re vehemēter suaui, atque expetenda, quod genus est festū aliquod conuiuium. Allusum est, ad eam fabulam, qua tradunt Dianam iracunde tulisse, quod, cum reliqui dii adhibiti essent ab Oeneo ad sacrum epulum, sola fuisset præterita, solaq. domi sederit, secū stomachans,

chans, quod nihil ex illo nidore sentiret, Qua de re meminit Lucianus in Lapithis. Item in libello De sacrificijs.

Dulcis cubitus.

Γλυκὺς ἀγκών, i. Dulcis cubitus. Abominātis est sermo, aut cū aliud dicimus, aliud sētiētes. Plato i Phędro: Γλυκὺς ἀγκών, ὦ φαῖδρε, λέληθέ σε ὅτι ὡπὸ τοῦ μακρᾶ ἀγκῶνος τοῦ χῦ τὸ νεῖλον ἐκλήθη, καὶ πρὸς ἀγκῶνι λανθάνει σε, ὅτι οἱ μέγιστον φρονοῦντες τῶν πολιτικῶν, μάλιστα ἐρῶσι λογογραφίας, καὶ καταλείψεως συγγραμμάτων, idest. Nū, Phædre, fugerat te, qd dulcis cubitus a longo illo, qui in Nilo est, cubito dictus esset. Quin ēt præter cubitum illud fugit te, qd, qui rerum ciuilium sunt peritissimi, conscribendarum orationum, ac posteris reliquendarum sunt cupientissimi. Hactenus Plato. Ancon aūt Nili pars est, i qua nauigantes plurimū sudant, & periclitantur. Vñ puerbio dicebāt κατ' ἀφημισμὸν, γλυκὺς ἀγκών. i. Dulcis cubitus, quasi deprecantes eius loci discrimina. Id autem perinde ualet, quasi dicas: εὔφημα φώνει. i. Bona uerba, aut bene ominata loquere. Sunt, qui è Comico Platone natum existiment. is in fabula, cui titulus, Phaon, senem facit amātem tibicinam, atq. hæc loquentem: Ὦ χρυσῆν ἀνάθημα, ὦ τοῖσιν ἐμοῖσι τρυφερῶις τρόποις ὦ γλυκὺς ἀγκών. i. O aureū amiculum: ò meis deliciosis moribus gratus cubitus. Suidas scribit Anconem Carthaginiēsibus uocari domicilium obscurum, ac profundum, in quod coniici solent, si quibus indignaretur tyrannus. Præterea summa montium iuga, Ancones uocari. Denique præter alia gurgitem, ac tumorem fluminis circa ripas, propter anfractum, & amnis repercussum, Anconem dici, a cubiti figura, ni fallimur, ducta similitudine, quod quibusdam locis ripa excurrat, promineatque specie cubitali. Vnde & opidis, ac locis aliquot Anconis inditum est uocabulum, ut Anconi, Picētinorum ciuitati, teste Stephano. Itē Oui. libro Transform. ultimo:

Et spissi litoris Ancon. ut quidam legunt. Valerius Argonauticon lib. 4.

Quid memorē quas Iris aquas, quas torqueat Ancon? Vnde non absurde, κατ' ἀντίφρασιν quis acceperit, sicut placet Zenodoto. Nam alii putant per exclamationē dictum. Athenæus libro Dipnosophistarū 12. ostendit Anconem locum quempiam fuisse Sardis, uoluptatum ministeriis paratum, in quo popinæ, scorta, atque aliæ id genus delicię. Dulcis igitur Ancon, ob blādimenta uoluptatum, sed in eo complures naufragium faciebant. Idem indicat, Polycratem apud Samios mulieres aliquot uoluptatum architectrices instituisse, ad exēplum Anconis, ducis Sardorum, eumq. locum Laura dictum fuisse, siue Samiorum flores. Idem addit. Omphalem, eius gentis reginam, per uim uirgines dominorū cū eorum feruis inclusisse ad stuprū, ne sola haberetur impudico. Lydos autem eum locū, in quo fęminę cōstuprabantur, γλυχὼ ἀγκῶνα dixisse, sceleris atrocitatē uerbo mitigantes. Vocem autem dictam putat ab eo, quod illic gerebatur. Etymologus indicat ἀγκῶνα dici locum ossibus durum, παρὰ τὸ ἐπάγεσθαι τῇ χείρα, i. ab adducēda manu, uelut ἀγνῆσθαι, i. frangendo: siue ab ἀγχεῖν, id est, a præfocando. Hesychius. adijcit & morū flexus ἀγκῶνας uocari. Breuiter, quidquid in cubiti speciem inflectitur, ἀγκὼν dicitur, quemadmodū sunt & citharæ Ancones.

Bos ad præsepe.

Βοῦς ἐπὶ φάτνῃ, i. Bos ad præsepe. In emeritos dici consueuit, quiq. iam ob ætatem otio, uitęque molliori indulgent. Effertur & ad hunc modū: Βοῦς ἐν αὐλίῳ, id est, Bos in stabulo. Cōgruit & in eos, qui nullis honestis negotiis exercētur, sed turpi otio: atque abdomini seruiunt. Philostratus i Cassandra, Ἀλλ' ἐν μειρακίοις καὶ γωαίοις βοῦς ἐπὶ φάτνῃ. i. Verum inter adolescentulos ac mulieres, bos ad præsepe. De Agamemnone loquitur, uoluptariam agente uitā. Effertur item ad hūc modum, Βοῦς ἐπὶ αὐλίῳ γέρων, id est, Bos in stabulo senex. Rursum hoc modo, Βοῦς ἐν αὐλίῳ κάθη. idest, Bos i stabulo desides. De iis, qui molliter, & in otio uiuunt. Athenæus lib. 8. refert quiddam nō illepidum, nec alienū ab hoc proęrbio, Cantor quidam imperitus, cū Stratonicum excepisset conuiuio, inter pocula ostētabat illi artem. Cum autem esset splendidum, ac magnificum conuiuiū, ac Stratonicus eo frustraretur, non habens alterum, qui cum sermocinaretur, confregit poculum, ac poposcit maius, multosq. cyathos

cum accepisset, soliq; calicē ostendisset, affatim bibens obdormijt, cętera fortunæ committens. cum autem forte comessabundi quidam superuenissent cātori, ex notis, Stratonicus illico factus est sobrius. si, cum audissent, quod semper multum uini bibens fuisset inebriatus, compendio respondit, Insidiator enim, & sceleratus ille cantor, tanquā bouē ad pręsepe, data cena, occidit. Quod in Athenæi uerbis legimus φαλλόμβυος, opinamur legendū σφαλλόμβυος. Cōgruet & in illos, qui in suū alunt exitium, quemadmodū ij, qui se uoluptatibus mundi explent, orco quid aliud quā victimę nutriuntur, ueluti bos ad præsepe?

Ne genu quidem flexo.

Οὐδὲ γόνυ κάμψας, i. Ne genu quidē flexo. Philostratus in Antæo, καὶ οὐδὲ γόνυ, φασὶ, κάμψας ὑποδύεται πρὸς τὴν ἀνταῖον, i. Ac ne genu quidem curuato aduersus Antæum exsiluit. Idē in Herode: Ἐνταῦτα ἔφη γόνυ κάμψωμεν. i. Hic, inquit, genu flectamus. Dictum est autem ὑπερβολικῶς, pro eo, quod est, ne tantulum quidē. Etenim, qui iam incipit ad quietē componere sese, primum genu flectit. Itaq. perinde ualet, οὐδὲ γόνυ κάμψας, quasi dicas, citra respirationem, sine omni intermissione. Sumptum apparet ex Aeschyli Prometheo, ubi Vulcanus sic loquitur:

Ἀνθ' ὧν ἀτέρπῃ πλοῦ δὲ φρυρήσεις πέτραν
Ὀρθὸς ἀδῶν ἄυπνος, οὐ κάμψων γόνυ. i.

Ideo petram seruabis hanc inamabilem, Insomnis adsās, nec genu unquā flexeris.

Nisi mauis esse mutuatum ex Homericæ Iliados η. ubi de Hectore sic loquitur Menelaus:

Φημίμιν ἀσπασίως γόνυ κάμψειν, αἴκε φήγησι
Δηΐς ἐκ πολέμοιο, idest,
Ille lubens genua flecter, puto, si modo tristi
Fugerit è bello.

Quo properas, num ad Ephebum?

Philostratus in uita Apollonij: Ὅτε κιλίκοις λόγος, ποῖ τρέχεις, ἢ ἐπὶ τὸν ἔφηβον, ἐπ' ἐκείνῳ τε ἐλέγετο, καὶ παροιμιώδη τιμὴν ἔχειν. i. Ac Cilicibus celebratum dictū, quo curris, nū ad Ephebum? de illo quoq. ferebatur., adagijq. uim obtinebat. Partū liquet, quid sibi uoluerit Cilicium illud adagium, nisi forte sumptū est ab Apollinis oraculo, ad quod undiq. festinabatur, fingebatur autem imberbis Apollo, quemadmodum & Bacchus.

Et puero perspicuum est.

Καὶ παιδὶ δῆλον, i. Et puero perspicuū. De re supra modum perspicua, confessaque. Vtitur & Plato quodam in loco, quē ante commonstrauimus, & Philostratus in uita Apollonij. Est in epistolis Basilii, Τοῦτο καὶ παιδὶ γνώριμον. idest, Hoc & puero notum. Finitimum illi, quod alibi retulimus, καὶ τῷ τυφλῷ δῆλον, idest, Vel cęco perspicuum.

Ne in Melampygum incidas.

Μὴ τῷ μελαμπύγῳ περιτύχοις. i. Ne in Melampygum incidas, In lascriuos, & iniuriosos homines quadrat. Est autem commi nantis, ne qñ incidant in eum, qui malefactorū pœnas de eis sumat. Vtitur hoc adagio Philostratus in Apollonii uita, lib. 2. Καὶ τοῦτο ἴσως ἦν τὸ μελαμπύγῳ τυχεῖν. i. Et hoc fortassis erat in Melampygum incidere. Aristophanes in Lysistrata.

Καὶ μυρωνίδης γὰρ ἦν τραχὺς ἐντεῦθεν,
Μελάμπυγός τε τοῖς ἐχθροῖς ἅπασιν. i.

Et Myronides enim erat hirsutus illinc, Melampygusq. hostibus omnibus. Melampygum dixit quasi uindicem, ultoremque. Porro Melampygus Græcis significat eū, qui nigro sit podice, quo quidem cognomento notatus est Hercules, quod eā corporis partem, non Lydorum more uulsam, neque candidam, quemadmodum effęminati solent, sed nigris pilis hirsutam, ac syluosam haberet. Nam Græci quemadmodum molles, & imbelles, factosq. deliciis πυγάργους, καὶ λάκοπύγους appellant, itidē è diuerso forres, ac strenuos μελαμπύγους uocare cōsueuerūt, ut auctor est Lycophronis interpres. Idē ostendit parœmiā ad hunc quoq. modū efferri: Οὔπω μελαμπύγῳ τετύχησας, i. Nōdū in Melampygū incidisti. Prouerbium ex huiusmodi quadam historia natum existimant, quam partim ex Suida, partim ex Gregorii Nazianzeni enarrationibus adscribemus. Olim duo quidam fratres erāt, omni genere maleficiorum passim in omnes debacchātes, unde & ex morū atrocitate nomina repererūt. Nā alter Passalus dictus est, alter Achemon; siue, ut alicubi legitur, Achmon. Hos mater, nomine Sennonis, uni videret atrocia facinora passim patrantes, iussit cauere,

uere, ne quando in Melampygum incide-
rent. Euenit deinde, ut Hercules aliquan-
do sub arbore quadam dormiret, armis in
eandem reclinatis. Accesserunt Cercopes,
siue Perperi fratres, (utrunque enim scri-
ptum inuenitur) & Herculem dormientē
ipsius armis aggredi tentarunt. Ille proti-
nus sensit insidias, & correptos, ac uinctos
de claua a tergo suspendit, leporum titu,
atque ad eum modum gestabat. Illi pen-
dentes capitibus deorsum demissis, cum
Herculis posticum nigris pilis horridum,
atque hispidum uiderent, materni moniti
memores, super hac re inter sese confabu-
lantur. Quod simul ac audisset Hercules,
hoc cognomine delectatus, & in risum ef-
fusus, eos uinculis solutos dimisit. Notat
hanc historiam Plutarchus in libello De
discrimine amici, & adulatoris: cū ait Her-
culem Cercopibus fuisse delectatum. Me-
minit & Herodotus in septimo, de loco,
dicto lapide Melampygo, & Cercopum se-
de. Quo sane loco lapsus est insigniter Lau
rentius Valla: quod fabulam hanc aut ne-
sciret, aut certe non meminerit. Plutar-
chus in libello De puerorum educatione
refert & hoc inter Pythagorica ęnygmata:
Μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων. i. Non gustan-
da, quæ nigra sunt cauda. Atque hunc
in modum interpretatur, abstinendum a
conuictu mortalium atrorum, & impro-
borum. Quamquam hoc a prouerbio di-
uersum.

Noctuinum ouum.

Γλαυκεῖον ᾠόν, i. Noctuinum ouum. Re
fertur a Nicolao Perotto in Copię cornu,
prouerbij loco, nec explicatur tñ, Fortassis
antiquitus abstemiū, & a uino abhorren-
tē, hoc adagio significabāt. Philostratus. n.
in uita Apollonij, libro tertio, de ouo no-
ctuæ rem oppido quam prodigiosam re-
fert. Itaque satius est ipsius referre uerba:
Τὸν γλαῦκα, inquit, χρὴ ὁπφυλάττειν τῶν
θεοπτόλει, καὶ τὰ ᾠὰ πάσαντα δῆναι μάσα-
δος πῶ θρέφει, συμμέτρως ἔφαντας εἰ γὰρ
ἐρώσεταί τι τούτων πρὶν ὄνος γεύσαι, μῖτος
πρὸς τὸν οἶνον αὐτῷ ἐμφύσεται, καὶ σωφρονέ-
σατα διακείσεται. i. Obser uandu, ubi loci nidulē noctua, deinde oua
subducere oportebit, eaq. mediocriter co-
cta infanti mādēda dare. Qd si quid ex his
ederit, prius quā degustarit uinū inseretur,
illi vini odiū, adeo, ut in oēm uitam quam
maxime sobrius sit futurus. Aelianus libro
de naturis animantium primo, fabulā re-
fert paullo magis etiam quam hæc est, ani
lem. Eam quoq. præstiterit ipsius auctoris
recensere uerbis: Οἱ πελαργοὶ λυμαινο-
μένας αὐτῶν τὰ ᾠὰ νυκτερίδας ἀμύνονται
πάνυ σοφῶς. αἱ μὲν προσαλάμβαι, ἀνε-
μαῖα ἐργάζονται καὶ ἄγονα αὐτά. Οὐκοῦν
τὸ ἐπὶ τούτοις φάρμακον, ἐκεῖνο ἐστὶ. πλατάνου
φύλλα ὑπιφέρουσι τῶν καλιῶν· αἱ δὲ νυκτε-
ρίδες οὐτ' ἐν αὐτοῖς γεύσασι, νάρκωσι καὶ
γίνονται λυπεῖν ἀδυνάτοις. Ciconię
noctuas oua sua perdere solitas arcent mi-
ro ingenio. Nam hæc contactu reddunt ea
subuentanea, sterilia q;. Remediū igitur ad
uersus hæc illud adhibent. Platani frōdes
in nidum conuehunt, quas noctuæ postea
quam contigerint torpescunt, ita ut iam
nocere non queant. Hactenus Aelianus.
Sunt, qui negent noctuinum ouum inue-
niri. Prouerbium itaq; quadrabit uel in
hominem nihili, nulliusq. frugis, iuxta fa-
bulamentum Aeliani: vel in rem raram in-
uentu, iuxta horum sententiam.

Amazonum cantilena.

Ἀμαζόνων ᾆσμα, i. Amazonum cantile
na, in delicatos, ac lasciuos:, & parū uiros.
Philostratus in Apollonij vita, lib. quarto.
Μειράκιον τῶν ἁβρῶν ὅπως ἀσελγὲς νομι-
ζόμενον, ὡς γενέσθαι ποτὲ καὶ τῶν ἀμαζόνων
ᾆσμα. i. Adolescens de numero mollium
vsq; adeo lasciuus habitus, ut aliquando
Amazonum quoque fuerit cantio. Quid
autem sibi uelit Amazonum cantio, non-
dum satis compertum est apud idoneos au
ctores. Nisi si cui placet, ut accipiamus,
Amazones ludibrij caussa in molles uiros
cantilenas solere celebrare. Quod si fas sit
mutare scripturam, nequaquā displiceat,
ut pro ἀμαζόνων μαζονόμον legamus. Sic
enim appellant lancis genus prægrande,
quo cibi inferuntur in conuiuium. Mos
autem erat antiquitus, ut epulæ lautiores
tibicine præcedente inferrentur, ut accip-
enser. Horatius in extrema Satyra:

Mazonomo pueri magno discerpta feren
tes
Membra gruis:

Verum hoc interim esto somnium, do-
nec ab eruditis certius aliquid proferetur.
Quod sane desperandū non est, in dies in
lucem emergentibus nouis auctoribus.

Tantali

Tantali horti.

Ταντάλου κῆποι, i. Tantali horti. De bo-
nis, quibus tamen frui non liceat, aut de
ijs, quæ uideantur aliquid esse, cum nihil
sint. Philostratus in uita Apollonii, libr. 4.
Τοὺς ταντάλου φησὶ κῆπους εἴδετε ὡς ὄντες
οὐκ εἰσί. i. Tantali hortos uideris, inquit, es
se, cum non sint. Nota est fabula de Tanta-
lo apud inferos ad aquam stante, deque po
mis in caput imminentibus, cum sitiens in
terim, atque esuriens neutra, possit contin
gere. De his nonnulla retulimus prius in
prouerbio Adonidis horti.

Res sacra consultor.

Σύμβουλος ἱερὸν χρῆμα, i. Cōsultor res
sacra. Zenodotus ex Epicharmo refert. Sen
sus est adagionis, plurimum utilitatis af-
ferre bene consulētē: aut religiose, pureq.
dandum consiliū ijs, quib. est opus. Plato i
Theage: Ἀλλ' μὲ δή, ὦ δημόδοκε, καὶ λε-
γεται γε σύμβουλον ἱερὸν χρῆμα εἶναι. idest,
Quin illud etiam dicitur, Demodoce con-
sultorē rē esse sacrā. Idē in epistola ad Per
diccā: δίκαιος εἰμὶ καὶ ξενικῶν, καὶ ἱερὰν
ξυμβουλῶν λεγομένων ξυμβουλεύειν. i. Æ-
quum est autem, vt & hospitale, & sacrum,
ut dicitur, consilium impertiam. Suidas di-
cat dictum, ubi deliberatur de rebus peri-
culosis, ut simile uideatur illi, Sacram an-
choram iacere. Effertur & ad hūc modum:
ἱερὸν ἡ συμβουλή, i. Res sacra consilium.
Exstat inter Græcas sententias hic sena-
rius:

Ἱερὸν ἀληθῶς ἐστὶν ἡ συμβουλία. id est,
Res est profecto sacra consultatio.

Ante mysteria discedere.

Ἀπιέναι πρὸ τῶν μυστηρίων, i. Ante myste
ria discedere, est, re non dum absoluta sub
ducere sese. Sumpta metaphora a sacris,
in quibus profani iubebantur abire, cum
iam essent peragenda mysteria, initiati ma-
nebant, nec fas erat nisi peractis ritibus abi
re. Plato in Menone: Εἰ μὴ, ὥσπερ
χθὲς ἔλεγες, ἀναγκαίον σοι ἀπιέναι πρὸ
τῶν μυστηρίων, ἀλλ' εἰ τελεσθείης τε καὶ μυη-
θείης. i. Nisi, quemadmodū heri dicebas, ti
bi fuerat ante mysteria discedendū: uerū, si
& permaneas, & mysteriorum particeps
fias, & cætera, quæ sequantur.

Ex uno multa facere.

Ἐξ ἑνὸς πολλὰ ποιεῖς. i. Ex uno multa
facere, prouerbio dicebantur, qui rem
quampiam minutim secabant. Quadrabit
in eos qui idem aliis, atque aliis modis ua
riant: ut non iam unū, sed plura uideātur.
Plato in Menone: Καὶ παῦε πολλὰ ποιῶν
ἐκ τοῦ ἑνὸς, ὅπερ φασὶ τοὺς σωφιζόντας τε
ἑκάστοτε οἱ σκώπτοντες. i. Ac parce ex uno
plura facere, quo dicto taxant eos, qui rem
quāpiam undecunque comminuūt. Narra
tur apud Titum Liuium belli Macedonici
libro 5. nō illepida fabula de caupone quo
dam, qui suis unius carnes tā vario coctas
apparatu proponebat, ut dux Romanus, ad
miratus, rogaret, unde nam media bruma
suppeteret tanta uenatus copia. Tum ar-
ridens caupo, confessus est; eas omnes cibo
rum species ex uno sue domestico confec-
tas fuisse. Neque secus isti faciunt, inquit,
qui commemorandis uarijs, & horrendis
nominibus, uos territant, cum hæc omnia
una gens sit.

Iouis Corinthus.

Ὁ διὸς κόρινθος, i. Iouis filius Corin-
thus. In eos dici solitū, q sp eadē aut dicūt,
aut faciunt, Pindarus, i Nemeis hymno 7.
ταῦτα ὀτρὶς ἰσχάκις τ' ἀμπολεῖν, ἀπορία
τελέθει τέκνοισιν ἅτε μαψυλάκας διὸς κό
ρινθος. Negat se uelle iterum atq. iterū ea-
dē iterare: perinde, quasi pueris nugas nar
raret διὸς κόρινθος. Nam μαψυλάκας eū
significat, qui frustra nugas effutit. Inter-
pres hoc loco fabulā affert, ad prouerbiū
non multum pertinentem, tamen adscri-
betur. Aletes, inquit, consuluit Dodonæū
oraculum, quod tum Iouis erat, num
Corinthiorum imperio potiri posset. Re-
sponsum est, tum illum potiturum, cum
quispiam illi glebam daret, aut ruder, idq;
die multarum coronatum: nam id addit.
Itaq. Corinthum profectus panem ab rusti
co quopiam petijt, is glebam porrexit. Sen
sit ille iam perfectum oraculum, animum
que ad capessendum imperium adiecit. Pa-
rētabatur eo die manibus, eamque ob caus
sam, cum pleraque ciuitas in monumētis
abesset, accedens, reperit Creontis filias iā
paciscentes de imperio. Harum natu mini
mè persuadet, si uelit adiutare, se simul at-
que principatum esset consecutus, illam
ducturum uxorem, illa, imperii capiditate,

prodit ciuitatem, ac portis apertis, Aleté admittit. Is itaq; uictor, Iouis Corintum eam appellat, quod ex Iouis oraculo contigisset. Deinde subtexit aliam fabulam, cum aliorum interpretamento fere conuenientem. Ea est huiusmodi: Olim Megarēses Corinthiis erant uectigales. Cæterum, cum illorum imperium insolentius grauatim ferrent, ac defectionem pararent, missus est legatus Corinthiorum nomine, qui apud plebem Megarensem cum alia multa ferociter dixit, tum illud indignabundus, ac uociferans intonuit, Οὐκ ἀνέξεται ὁ Διὸς κόρινθος. id est, Non feret Iouis filius Corinthus. Id ubi sæpius iteraret, concitatus populus, succlamare cępit, Feri Iouis Corinthum, simulq. legatum expulerunt. Erat autē Corinthus hic Corinthiorum rex. Ioue prognatus: tametsi Pausanias in Corinthiacis negat se apud auctores serios reperisse, Corinthum Iouis fuisse filium: sed uulgus duntaxat Corinthiorum ita prædicare. Vsurpat adagium Plutarchus in cōmentario, quem inscripsit aduersꝰ Stoicos: Πολυς ἐστὶ Διὸς κόρινθος ἐπὶ τὸν λόγον αὐτὸν ἀφικῆται, τὸν γὰρ ὑπέρ αὐτοῦ πειρῶμαι, ἵνα μὴ σκάπτειν δοκῶ, ἔασον. i. Multus igitur Iouis Corinthus ad oratio nem illorum admittitur. Nam pistilli circumuolutionem, ne mordere uidearis, omitte. Aristophanes in Ranis:

-Τυτὶ τὴν πράγμα
Αλλ' ἢ Διὸς κόρινθος ἐν τοῖς στρώμασι. i.
Quid aliud hæc erat res,
Nisi Iouis Corinthus in ipsis stragulis?

Verba sunt ministri, Bacchi ταυτολογίαν, notantis, qui dixerat,

Ἄεροις ἀν' ἄυθις αὖγε πᾶν τὰ στρώματα. i.
Hæc rursus iterū, tolle minister stromata.

Idem in Concionatricibus:

Οτε δὴ ἀνασκοπουμέναις ἐφαίνετο
Ο Διὸς κόρινθος. i.
Vbi denuo considerantibus, Iouis
Apparuit Corinthus.

Philostratus in Antipatro Sophista: Ὠθούντων δὲ αὐτὸν τὸν συγγενῶν ἐς γάμον, καὶ Διὸς κόρινθον ἡσυμένων τὸν ἀντίπατρον. i. Impellentibus aūt illum cognatis ad nuptias, & Iouis Corinthum existimātibus Antipatrum. Quamquam hic Iouis Corinthum usurpasse uidetur pro homine magnopere felici. Vsurpat hoc adagium & Socrates apud Platonē in Euthydemo: Αλλ' τ εχνῶς, τὸ λεγόμενον, ὁ Διὸς κόρινθος γίγνεται. i. Sed prorsus, id, quod dici solet, Iouis Corinthus fit. Cōuenit cum illo, quod alibi retulimus, Δὶς κράμβη, idest, Bis crambe. Neque solum uti licebit, cum eadē iterum atque iterum dicuntur, uerum etiam cum in eodem negotio nimiū assidue persistitur. Veluti, si quis cibum semper eundē apponat, aut, si quis semper studiis literarijs incumbat, aut assidue uenetur, ut hinc iā oboriatur ex assiduitate satietas, recte dicemus, ὁ Διὸς κόρινθος. Molestū est enim, quidquid perpetuum, uel Pindaro teste in Nemeis, Αλλὰ γὰρ ἀνάπαυσις ἐν παντὶ γλυκεῖα ἐργῶν κόρον ἔχει καὶ μέλη καὶ τὰ τερπν' ἀνθ' ἀφροδίσια. i. Verū. n. uero in termissio in omni negotio iucunda. Accipiunt aūt satietatē & cantilenæ, & amœni flosculi Venerei. In nonnullis exēplaribus p μέλη scriptū erat μέλι. Sic in epigrāmate:

Πᾶν τὸ φειδὸν ἀκαίρον, ἐπεὶ λόγος ἐστὶ παλαιὸς
Ως καὶ τὸ μέλιτος τοῦ πλέον ἐστὶ χολή. i.
Insuaue est, quidquid nimium est. Nam dicitur olim,
Mel quoque, si immodica est copia, bilis erit.

Illud admonitu non inutile est, prouerbium bifariam accipi posse. Nam & hoc ostendit interpretes Pindari, uel cum eadē iterantur sæpius, uel cum ijs qui initio magnifice loquuntur, minantur q. ferociter, postea timide fugiunt: id quod euenit legatis Corinthiorū, qui, cū sepius illud intonuissēt in cōcione: Δικαίως σεσείει ὁ Διὸς κόρινθος, εἰ μὴ λάβοιτο δίκας παρ' ὑμῶν. i. Merito suspirabit Iouis Corinthus, nisi pœnas sumpserit de uobis postea, cum ad manus esset uentū, ignauiter aufugerunt. Nec illud prætereundum, adagionem accommodari posse, tum ad rem, tum ad personā. Ad rem, hoc pacto. Iam millies audiui, nō possim diutius ferre τὸν Διὸς κόρινθον. Ad personas: ut, si quis hominem, eadem semper inculcantem, τὸν Διὸς κόρινθον appellet. Indicat & hoc interpres Pindari.

Testulæ transmutatio.

Οστράκου φειροφή, i. Testulę cōuersio. De rebus repente in diuersum commutatis. Lucianus in Apologia, περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ σωσάντων. Επειτα πάντων ἐκλαδόμενος ὀστράκου φασὶ μεταπεσόντος, ἑκὼν ἑαυτὸν φέρων εἰς δουλείαν οὕτω φειφανῆ, καὶ περίβλεπτον ἐνῆκε. i. Deinde, oblitꝰ oīū, testula, ut aiūt, trāsmutata, uolēs ipse semet i seruitutē usque adeo manifestariam, & insignē coniecit. Incertum, utrum sumpta sit metaphora a ludi genere quodā, quē ostracinda Græci uocant. (Hūc innuit Plato in amatoriis, nēpe i Phędro: Φυγὰς δὴ, inqt, γίγνεται ἐκ τούτων, καὶ ἐστερηκὼς ὑπ' ἀνάγκης, ὁ πρὶν ἐρασθεὶς, ὀστράκου μεταπεσόντος ἔστι φυγῇ μεταβαλών. ὁ δ' ἀναγκάζεται διώκειν ἀγανακτῶν, καὶ ὀπίσθεν ἄζων. i. Tandē profugus fit ab his: &, dū necessario priuatus est is, qui prius erat amator, testula in diuersum uersa, fuga se propipit immutatus. At ille cogitur insequi, indignans, deosq; obtestans.) an ab Ostracismo suffragiorum genere quodam, quod per calculos, ac fabas ferebatur. in hoc repertum, ut per id ciues, qui uel opibus immodicis, uel nobilitate, uel gloria, uel alia quauis insigni uirtute multitudinis inuidiā in se prouocassent, in exsulium decenne relegarētur. Hoc pacto fuit eiectus & Aristides: non aliam ob caussam, nisi quod molestum esset populo, iusti cognomen illi uulgo tributum. Ferebatur aūt ostracismus ad hunc modum. Ostraci, idest, testulæ uiritim in comitiis dabantur. In eis, quem quisq. uellet urbe cedere, literis in scriptis indicabat: hos deinde omnes in fori locum quendam cancellis circumseptū deportabant: Porrò magistratus, quibus hoc datum erat negotii, primum uniuersos recensebant, qui, nisi plures sex millibus fuissent, nihil conficiebatur. Deinde, semotis uniuscuiusque calculis, is, qui pluribus calculis dānatus erat, ad decennium in exsulium ire iubebatur: ita tamen, ut illi liberū interim esset fructus suos accipere. Erat itaque ostracismus non improbitatis castigatio, sed vulgaribus animis insitæ inuidiæ placatio. Antiquatus est autem hic ostracismus, eiecto per hunc Hyperbolo quopiam homine cōtempto, atq. humili. Huiusmodi ferme referūtur a Plutarcho i uita Aristidis. Ab hoc igitur ostracismo, quoniam magna uulgi licentia, ac temeritate peragebatur, ac repente præstantissimi cuiusq; ciuis fortunam commutabat, non absurde uideri potest ductum a dagium. De lusu ostracorum Iulius Pollux in hunc fere modum tradit. Pueri, ducta in medio linea, duas in partes sese distribuebāt, quarum altera intra ostracum, altera extra dicebatur. Deinde, mittente

quopiam ad lineam testam, utrius partis superior exstitisset aliquis, hunc insequebantur, qui illi adhærebant, reliquis in fugam conuersis. Cæterum è fugientib. qui comprehensus esset, is cōsidebat, asinus dictus, testaque proiecta dicebat, Nox dies. Nam interior testæ pars pice sublita erat, quæ nocti respondebat. Hoc autem lusus genus appellabatur ὀστράκου φειροφή, id est, Testæ conuersio. Plato libro de Rep. 7. uidetur ad lusus genus referre, cū ita loquit: Τοῦτο δὴ ὡς ἔοικεν οὐκ ὀστράκου ἂν εἴη περιστροφὴ, ἀλλὰ ψυχῆς φειαγωγὴ ἐκ νυκτερινῆς τινος ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν τῶν ὄντος ἐπάνοδον. i. Istuc sane, ut uidetur, non fuerit testæ conuersio, sed mētis circunductio, ex nocturno quodā die ad eius, quod uere est, ascensum euntis. Agit de philosophia, quæ a falsis bonorum simulacris educit animum ad uerorum bonorum cognitionem.

Alterum pedem in cymba Charontis habere.

Extremae, decrepitæq; senectæ homines, etiam hodie vulgo dicuntur alterū pedem in sepulcro habere. Nec hinc abhorrēt, quæ scribit Lucianus i Apologia: Πρὸς αὐτὸν ἤδη τὸν ἀλακῶ γενόμενον, καὶ μονόχιτον ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ ἔχοντα. i. Qui iam sit Æaco ipsi vicinus, quique iā tantū non alterum pedē in cymba Charontis habeat. Idem in Sectis, Καὶ τὸν ἕτερον πόδα, φασὶν, ἐν τῷ σορῷ ἔχων. i. Et alterum pedem, ut aiunt, in tumulo habēs. Pomponius lib. Pandectarum 40. titulo de fideicommiss. libert. cap. Apud Iulianum, dixit his uerbis. Ego discendi cupiditate, q̄ solam uiuendi rationem optimam, in octauum & septuagesimum annum ætatis duxi, memor sum huius sententiæ, quam dixisse fertur Iulianus: Etsi alterum pedem in sepulcro haberē, adhuc addiscere quædam uellē. Haud scimus an huc pertineat, quod Lucianus scribit in Votis: ὅς γε δὴ ἐν τῷ νηὶ ἕτερον πόδα ἔχει, i. Qui quidem iā alterum pedem habeat in naui. Plutarchus in commentariolo De puerorum institutione, notat, senes uulgato conuicio uocari solere κρονολήρους, καὶ σοροδαίμονας. Qd̄ iam ætate desiperent, & fossæ confines essent, magisq. bustuariæ laruæ, quam homines. Plautus Acherontium senē dixit. Terentium Silicernium: & Capularē dixit

nescio

nescio quis. Græci τυμβογέροντας uocãt, auctoribꝰ Hesychio & Suida, ac πεμπέλους extremę ætatis homines; illos, quod tumulo sint proximi; hos quod breui mittendi sint ad inferos, παρὰ τὸ πέμπειν, quod est mittere, & ἕλος palus, quod qui moriũtur, crederentur per Stygiam paludem transmitti ad inferos.

Cauam Arabiam serere.

Τὴν κοίλην ἀραβίαν σπείρειν, i. Cauã Arabiam serere. Pro frustra sudare, aut in re perdifficili, nec admodum frugifera operam sumere. Lucianus in Apologia: Ὡς τὴν κοίλην ἀραβίαν σπείρειν ἐπιχειρῶν. i. ut cauam Arabiam serere aggrediatur. Significat autem palustrem Arabię partem, neutiquam idoneam sementi. Plutarchus περὶ τῆς ἀδολεσχίας. Τῶν μὲν γὰρ φρὸς τὰς ἀσίας ἀναφόρων ἄγονον εἶναι τὸ σπέρμα λέγουσιν. τὴν δὲ ἀδολέσχων ὁ λόγος ἀτελὴς καὶ ἄκαρπός ἐστι. i. Aiunt n. sterilem esse sationem humilium Asiæ regionum: at loquaculorum ipsa oratio inutilis est, atque infrugifera.

Lynceo perspicatior.

Lynceī perspicacitas in prouerbium abijt. Plinius natural. histor. lib. 2. cap. 17. Nouissimam, inquit, lunam, primamque eadem die uel nocte, nullo alio in signo, quam in ariete conspici, id quod paucis mortalium contingit. Et inde fabula cernendi Lynceo. Sunt, qui tradunt, Lynceũ primum reperisse fodinas metallorum, æris, argenti, auri. Et hinc uulgo natam fabulam, quod ea quoque uideret, quæ sub terra forent. Testis Lycophronis interpres. Meminit huius & Plato in epistola quadam Aristophanes in Pluto.

Βλέπειν τ' ἀποδείζω σ' ὀξύτερον τοῦ λυγκέως. i.

Faxo, ut uideas uel Lynceo ipso acutius.

Lucianus in Hermotimo, Σὺ δὲ ὑπὲρ τὸν λυγκέα ὑμῖν δέδορκας, καὶ ὁρᾶς γὰ ἐν δόνι, ὡς ἔοικε, διὰ τὸ σέρνον. i. Tu uero nobis ipso etiam Lynceo perspicatior es, q, sicuti uidetur, per pectus ipsum, quæ sunt intus cernis. Idem in Icaromenippo: Πῶς νῦν καθάπερ λυγκεύς τις ἄφνω γενόμενος ἅπαντα διαγινώσκεις. Qui nunc repente, quasi Lynceus quidam effectus, cuncta discernis? Horatius in prima epistola ad Mæcenatem.

Non possis oculo quantum contendere Linceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.

Marcus Tullius M. Varronis. Quis est cum Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nu squam incurrat? Appollonius in Argonauticis scribit hunc Lynceum usque adeo fuisse perspicacem, ut etiam terram ipsam oculorum acie penetraret, quæque apud inferos fierent, peruiderent:

Λυγκεὺς δὲ, καὶ ὀξυτάτοις ἐνέκασσε
Ὀμμασιν, εἰ ἔτεόν γε πέλει κλέος ἀνέρα κεῖνον.
Ῥηϊδίως καὶ νέρθε κατὰ χθονὸς αὐγάζεσθαι. id est,
At miro uisus pollebat acumine Lynceus,
Si modo uera est fama, uirum quę prædicat illum,
Perfacile inspexisse sub altis condita terris.

Plutarchus in comentario, quem scripsit aduersus Stoicos, testatur, famam fuisse de Lynceo, quod saxa quoque, & arbores oculorum acie penetraret. Pausanias in Corinthiacis tradit Lynceum, Danao uita defuncto, regni successionem suscepisse. Pindarus in Nemeis hymno decimo, meminit Lyncei, qui ex Taygeto monte uiderit Castorem, & Pollucem sub quercus trunco latitantem, & horum alterum iaculo uulnerasse. Pindari interpres citat historiam rerum Cypriarum, Aristarchũ, & Didymum.

Quod in animo sobrij, id est, in linguæ ebrij.

Τὸ ἐν καρδίᾳ τοῦ νήφοντος, ἐπὶ τῆς γλώττης ἐστὶ τοῦ μεθύοντος, i. Quod in corde sobrij, i. in lingua ebrii, Prouerbialis sententia, quã refert in Collectaneis Diogenianus. Vsurpat Plutarchus, idq. prouerbii nomine i libello, cui titulꝰ περὶ ἀδολεσχίας. Nec prætereundum illud Herodoticum: Οἶνος κατιόντος, ὀλίγα λόγοσιν ἔπεα. i. Subsidente uino, supernatãt uerba. Nam sobrios aut metus, aut pudor cohibet, quo minus effutiãt ea, quæ satiꝰ putarint suppressisse. At uinum & pudorem discutit, & timorẽ abigit. Vnde fit, ut temulenti sepenumero non contineãt uoces per iugulum redituras. Pindarꝰ i Nemeis, θαρσαλέα ἢ παρὰ κρητῆρα φωνὰ γίνεται. id est, Audax iuxta crateré uox fit, siue qd uinũ affert cõfidentiam;

dentiam; siue quod in conuiuio tutum est magnifice loqui; siue quod, qui uicit, merito, citraque periculum laudatur.

Virgultea scaphula Ægæum transmittere.

Ἐπὶ ῥιπὸς τὸν αἰγαῖον διαπλεῦσαι, i. Virgulto Ægæum transmittere. In eos dicitur, qui rem supra modum arduam leui opera conficere tẽtant. Lucianus in Sectis, Ἐπὶ ῥιπὸς, ὡς ἡ παροιμία φησὶν, τὸν αἰγαῖον ἢ ἰόνιον διαπλεῦσαι θέλοντας. i. Virgulto, quẽ admodũ prouerbio dr, Ægæũ, aut Ionium mare transmittere cupientes. Citatur hic senarius a Suida. Extat autẽ apud Aristophanem in Pace:

Κέρδος ἔκπτι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις, i.

Caussa lucelli nauiget & in uimine:

Taxat Simonidẽ, tanquã lucri cupidiorem, quod ad quæstum scriptitarit carmina. Porro ῥίψ uimẽ est flexibile, aut ramus salignus, παρὰ τὸ ῥέπω, uidelicet, qd inflectatur ob lentitudinem. Citatur & hic. Σὺν τῷ θεῷ πλοῦν, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις. i.

Quisquis secundo nauigarit numine,
Is uel saligno nauigarit uimine.

Exstat & hic inter sententias prouerbiales, citatus itẽ ab Aristophanis interprete:

Θεοῦ θέλοντος, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις. i.

Deo fauente, nauiges uel uimine.

Phœnice uiuacior.

Lucianus i Sectis, Ἢν μὴ φοίνικος ἔτι βιῶῃ, i. Ni Phęnicis annos vixeris. De Phęnicis uiuacitate diximus a' ibi. Cuius etiam raritas prouerbio. fecit locum, Phœnice rarior: quale est illud: Coruo quoque rarior albo. Negant enim phęnicem esse nisi unicam, si qua fides scriptoribus.

Cum plurimum laborauerimus, eodem in statu sumus.

Lucianus i Sectis, καὶ κατὰ τὴν παροιμιάζομένης, πολλὰ μοχθήσαντες, ὁμοίως ἐσμὲν. i. Ac, iuxta prouerbium, cum multum laborauerimus, itidẽ ut antea sumus. De frustra laborantibus. Quod euenit ijs, qui post diuturnum studium nihilo reperiuntur eruditiores, post longam negotiationem nihilo ditiores.

Aquam in mortario tundere.

Ὕδωρ ὑπέρῳ πλήσσειν, i. Aquã pistillo tundere. Lucianus i Sectis: Ὥσπερ εἴ τις ἐς ὄλμον ὕδωρ ἐγχέας ὑπέρῳ σιδηρῷ πλήσσοι. i. Tanquam si quis aquam in mortariũ infusam ferreo pistillo tundat. Quadrat in eos, qui laborant inaniter: siquidem aquã si quis uel ętatẽ cõtundat, nihil aliud erit, q̃ aqua. Lucianus i eodẽ opere: Οὐκ εἰδὼς, ὅτι ἂν ἀποβάλῃ φασὶ τοὺς ὤμους πλήσσων ὕδωρ ὁμοίως τὸ ὕδωρ μένει. i. Ignarus, quod, etiam si humeros, ut aiunt, uerberãdo decurias, tamen aqua manet aqua. Suidas ad hunc effert modum: Ἀγαπολεῖς τοὺς ὤμους ὕδωρ πίσσων, ὁμοίως ὕδωρ μένει. i. Versas scapulas aquam pinsens, aqua tamẽ æque aqua manet. Quamtumuis doceas ὄνον λύρας, quantumlibet admoneas stupidum, sui similis esse pergit.

Gnomon, & regula.

Quod est in re quapiam præcipuum, & ad quod vnum reliqua omnia conferuntur, regulam, & gnomonem prouerbio uocabãt. Lucianus in Harmonide: Οὗτοι τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης, ὃ γνώμων, φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τοιούτων. i. Quod est caput omnis uirtutis, gnomon, ut aiunt, & recta regula. Idẽ in Scytha: Οὗτός σοι ἑλληνικὸς κανών. i. Hic tibi Græcanica regula. Item in Sectis: Τούτοις κανόνα, καὶ σάθμῳ ἀκριβῆ τοιούτων, i. Hãc regulam, & amussim certissimam rerum eiusmodi. Porro ad regulam exæquant fabri structuram. Ijdem utuntur & gnomonibus. Constat autem Gnomõ ẽ duabus lineis rectis, quas utrinque dimetiens dissecto quadrãgulo constituit.

Ne in tonstrinis quidem.

Lucianus in libello, cui titulus, quomodo cõscribenda sit historia, Οὔτε τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, ἐπὶ κουρείων τὰ τοιαῦτα μυθολογοῦντων ἀκούσας. i. Qui nec i tõstrinis, quod dici solet, talia fabulãtes audierit. Quod in tonsorũ officinis fere otio si desideant, & suam quisquis fabulã afferat in medium. unde Flaccus:

Gaudent ubi uertice raso
Garrula securi narrare pericula nautæ,

Item alibi: -Opinor
Omnibus & lippis notũ & tõsoribꝰ esse.

Cuius alibi meminimus:

In foribus urseum.

Ἐπὶ θύραις τὸ ὑδρίειν, i. In forib. aqualem. Nam hoc uerbo usus est Plautus. Aristoteles

stoteles lib. Rhetoricorum I. τὸ δὲ τέλος ἀγαθὸν, ὅθεν ταῦτα εἴρηται. καὶ δέκεν ἀχωλὶ πριάμῳ, καὶ αἰ χρόν τοι δηρόν τε μένειν. καὶ ἡ παροιμία ὃ τὸ ἐπὶ θύρας ἢ ὑδρίαν. i. Finis autem bonus, unde illa dicta sunt, Et laudē Priamo. Prēterea, Turpe diu manssisse. Iā uero prouerbiū ēt illud, Vrceum iuxta fores. Interpres quispiam, nam librū ἀνώνυμον suppeditarat uir eruditissimus Baptista Egnatius, ait significari rem contemptā, ac vilē. Negligūtur enim, quę passim sunt obuia, quæque facile quibuslibet contingunt. Itaq; urceum in foribus positum nemo studet tollere, procliue enim uerum uniones in scrinijs recōditos magis expetunt. Plutarchus περὶ πολυφιλίας, ait, rubū ultro hærentem negligi, ac præteriti, uineam, oleasque expeti, recenses hanc sententiā, Οὐ γὰρ αἱρετέον πάντων τὸ ῥαδίως ἀλισκόμενον. i. Non est tollēdum, quod admodum facile consequi licet. Item in Epistolis Seneca: Multi aperta transeunt, condita, & abstrusa rimantur. Furem signata sollicitant. Vile uidetur quidquid patet, aperta effractarius præterit. Hos mores habet populus, hos imperitissimus quisque, in secreta irrumpere cupit. Porrò prouerbium imperfectum, ac mutilum uidetur. Quandoquidem Aristoteles ad eum modum pleraque refert, tanquam alioqui per se satis nota. Apparet esse hemistichium iambici trimetri, à Comico quopiam mutuo sumptum.

Haud quaquam difficile, Atheniensem Athenis laudare.

Aristoteles libro Rhetoricorū primo. Ὅσπερ γὰρ ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, οὐ χαλεπὸν ἀθηναίους ἐν ἀθήναις ἐπαινεῖν, i. Quē admodum enim dixit Socrates, haud difficile est, Atheniēses Athenis laudare. Citat idem, eodem in opere, de proœmijs agēs, Haud quaquam esse difficile, Athenienses laudare apud Atheniēses, uerum apud Lacedæmonios id fore difficile. Exstat autem in Menexeno Platonis, idque in adagionis lorum esset. Dictum est autem, propter encomia, orationesque panegyricas, quæ Athenis ex more exhibebantur ijs, qui forte oppetijssent in bello, in quibus quoniam plurima dicebantur in laudem populi Athenienſis, pronis auribus audiebātur: propterea quod suis quisq; laudib⁹ fauet.

Exigua res est ipsa iustitia.

Aristoteles libro Rhetorices primo Διὸ καὶ τῷ δικαιοσυνῷ φασὶ, μικρὸν εἶναι idest, Vnde etiam aiunt, ipsam iustitiam, exiguum quiddam esse. Quo prouerbio significabant, non multum afferre momenti, si probus sis, nisi talis etiam habearis, & opinionem longe plus ualere, quam rē ipsam. At quanto melius Æschylus in tragœdia, cui titulus, ἐπὶ ἑπτὰ θήβας, de Amphiarao:

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλει.
Βαθεῖαν ἄυλακα διὰ φρενὸς καρπούμενος.

i. Neque enim uideri, at esse uir cupit optimus,
Mentis profundæ segete perfruēs bona.

Rectius Socrates, admonēs, ut talis quisque sit, qualis haberi uelit. Modestius Euripides in Oreste, probans opinionē, ubi res ipsa non adest, tanquam optimo proximā: Κρεῖσσον δὲ τὸ δοκεῖν κἂν ἀληθείας ἀπῇ. i. Res ipsa ut absit, optima est opinio.

Itidē Terētius in Adelphis: Si tibi istuc re ipsa non dolet, at simulare certe est hominis.

Occasione duntaxat opus improbitati.

Aristoteles libro Rhetoricor. I. Καὶ πρὸς οὓς ἔχουσι πρόφασιν, ἢ προγόνων, ἢ αὐτῶν, ἢ φίλων, ἢ ποιησάντων καλῶς, ἢ μελησάντων, ἢ αὐτοὺς, ἢ προγόνους, ἢ ὧν κήδονται. ὥσπερ γὰρ παροιμία, προφάσεως δέεται μόνον ἡ πονηρία, i. Aut aduersus quos occasionē habent, siue progenitorū noīe, siue suo ipsorum, siue amicorum, siue eorum, à quibus beneficio fuerunt affecti, aut curæ habiti ipsi, uel maiores ipsorum, uel eorū pro quibus soliciti sunt. Quemadmodum.n. prouerbio dr, Occasione duntaxat opus est malitiæ. Quadrabit, in nocendi cupidos, qui, ne temere læsisse uideant, caussas prætexunt. Celebratus hic mimus Publij, in hanc sententiam:

Malefacere qui vult, nusquam non caussam inuenit.

Circūfertur & hodie vulgo apud nostrates adagium non usquequaq. spernendū, Facile fustem inuenerit, qui cupit cædere canem. Eodem spectat Terentianum illud: Fingit caussas, ne det sedulo. Itē illud Martialis.

Irasci tantum felices nostris amici,

Non

Nòn quia sic merui, sed iuuat hoc facere.

Fortassis huc allusit & Euripides, cū sic ait in Iphigenia Aulidensi:

Ἐπὶ βραχείας προφάσεως ἔδει μόνον,
Ἐφ' ἧς σ' ἐγὼ καὶ παῖδες αἱ λελειμμέναι
Δεξόμεθα δέξιν, ἥν σε δέξασθαι χρεών. i.

Occasione tantum opus fuerit leui,
Vt & ipsa, quique mihi supersunt liberi,
Te rursus accipiamus istunc ad modum,
Quo te accipi par est,

Citant & hunc senarium ex Menandro;

Μικρὰ πρόφασις ἐστὶ τοῦ πράξαι κακῶς. i.

Ad praue agēdum parua satis occasio est.

Vel a mortuo tributum auferre.

Κἂν ἀπὸ νεκροῦ φέρει, i. Etiam a mortuo tollit. In hominem undecunque per fas ne fasque lucrum captantem. Aristoteles libro Rhetor. tertio, tractans de iis, quæ pudenda habeātur, Οἷον, inquit, πενήτων, ἢ τεθνεώτων. ὅθεν καὶ ἡ παροιμία, τὸ καὶ ἀπὸ νεκροῦ φέρειν. ἀπὸ αἰσχροκερδείας γάρ. i. Veluti, si quis exigat a pauperibus, siue defunctis, unde etiam illud ortum est adagium: Etiam a defuncto tollere: propterea quod id a turpi lucri cupiditate proficiscitur. Finitimum est illi:

Αἰτεῖ γε καὶ τοὺς ἀνδρίαντας ἄλφιτα. i.

Ipsis uel a statuis farinas postulat.

Natum a tyrannis, qui & a sepulchris, aut defunctorum statuis, uectigal colligūt. Legitur in epistola quadam ad Cratetem Diogenis, Καὶ τοὺς ἀνδρίαντας τοὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ προσιὼν αἰτεῖ τὰ ἄλφιτα. i. Adi & statuas quæ in foro sunt, atque ab his cibum poscito.

Pudor in oculis.

Εν ὀφθαλμοῖς ἡ αἰδώς, i. In oculis pudor. Horum nos pudet, quæ in propatulo sunt. Adspectus.n. vel incutit, uel renouat etiā pudorē. Vnde fit, ut pueri, cum pudescūt, oculos tegant. Et apud Platonē Socrates, dicturus de amore, ob pudorē oculos tegit, nimirū huc alludens. Hinc & poetæ Cupidinem, quod sit improbissimus, cæcum fingunt. Eodem pertinet illud Ciceronis, Epistolam non erubescere. Videmus etiam eos, qui oculis capti sunt, a uerecundia plurimum abesse. Huc spectauit Ouid. cū ait, noctē, utpote cæcā, pudore uacare.

Nox, inquit, & amor, uinumq. nihil moderabile suadent.

Illa pudore uacat, Liber amorq. metu.

Refertur adagiū ab Aristotele, lib. Rhet. 2. Καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμῷ, καὶ τὰ ἐν φανερῷ. ὅθεν καὶ ἡ παροιμία, τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς αἰδῶ. i. Et ea, quæ sunt oculis exposita, quęque in propatulo sunt. Vnde & illud prouerbio dicunt, Pudorem in oculis esse. Citatur & apud Athenæum lib. decimotertio, Idē in Problematis, caussam inquirens, quamobrem pudefactis erubescant aures, iratis oculi, huiⁿ adagii testimoniū citat. Η ὅτι, inquit, ἡ μὲν αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς, καταφύξις τὶς μετὰ φόβου. ὡς τε εἰκότως ἀπολείπει τὸ θερμὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς, χωριζόμενον καὶ εἰς τὰ δεκτικώτατον φέρεται τόπον. τοιοῦτος καὶ ὁ ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ὤτων. ὁ γὰρ ἄλλος, ὠσὼ δῆς. ὀργιζομένοις καὶ ἐπανέρχεται τὸ θερμὸν. μάλιστα καὶ γίνεται φανερὸν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, διὰ τὰ χρόαν οὖσαν λαμπρόν. i. An propterea, qd pudor in oculis frigus quoddā adducit una cum metu, atque ob id meritò calor destituit oculos? Is uero demigrans inde fertur ad locum sui maxime capacē. Est aūt huiusmodi, summa pars auriū, nam reliqua pars est ossea. Rursum iratis calor suffunditur: idq; potissimū apparet in oculis, pp albicātē illorū colorem. Refertur hic versus ex Euripide:

Αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς γίνεται τέκνον, i.

Mea gnata, in oculis nascitur hominum pudor.

Aristophanes in Vespis:

Ἀλλὰ τούτοις γε οὐκ ἔνι
Οὐδ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν αἰδὼς τῶν παλαιῶν ἐμβάδων, i.

Cæterum istis haud inest,
Calciamenti uetusti, nec uel in oculis pudor.

Huc referri potest & illud, quod Aristoteles lib. Rhet. 1. ex Sapphone citat:

Αἰδὼς κέν σε οὐκ εἶχεν ὄμματα, i.

Non esse tibi pudor in oculis.

Hinc & illæ figuræ, Quo ore, qua frōte audebis obiurgare filiū? Et illud apud Ciceronē in epistolis ad Atticum, Nec enim conqsitores, φαινοπροσωπεῖν audēt. Quin & hodie uulgo dicunt, Non audebis faciē ostendere. Apud Euripidē in Iphigenia Aulidēsi, Menelaus iuber Agamēnoni, ut sese adspiciat, uidelicet, quo facti pudeat.

Βλέψον εἰς ἡμᾶς. ἵν' ἀρχὰς τῶν λόγων ταῦτας λάβω, i.

Adspice in nos recta, ut hoc capiam loquendi exordium.

Isque

Isq; respondet:

Μῶν τρέσας, ἐκ ἀνακαλύψω βλέφαρον, ἀτρέως γεγως.i.

Num uerebor lumina i te tollere, Atreo satus?

Fortassis huc adscribendum erat, quod apud Homerum Achilles Agamemnonē κυωπίδα uocat, ob impudētiā, uelut oculis caninis, & inuerecundis.

Conciliant homines mala.

Συνάγει τοὺς ἀνθρώπους κακά, i. Conciliant homines mala. Sententia prouerbialis, quæ declarat id, quod uulgo fit, ex hostibus nonnunquam amicos fieri propter malū aliquod incidens utrisque cōmune. Aristotel. li. Rhet. 1. Οὐδὲν γὰρ κωλύει ἐνίοτε τὰ αὐτὸ συμφέρειν τοῖς ἐναντίοις. ὅθεν λέγεται, ὡς τὰ κακὰ συνάγει τοὺς ἀνθρώπους, ὅτ' ἂν ἢ ταύτῃ βλαβερὸν ἀμφοῖν. i. Nihil. n. vetat, quo minus idē cōducat ambobus aduersarijs. Vñ dicitur illud, Conciliari homines malis, quoties idē utrisq. noxium fuerit. De syncretismo diximus alibi. Quin huc quoque potest deflecti prouerbiū, ut dicamus, indoctum fauere indocto, infantem infanti, nepotem nepoti. Neque enim bonarum modo rerum similitudo cōglutinat necessitudinem, uerum etiā ex malis cōmunibus sæpenumero mutua nascitur beneuolentia. Amant fere inter se, qui simul fecere naufragiū, qui militarunt vna, qui simul capti fuerunt ab hoste: denique, qui corporis, aut animi morbis ijsdem laborant.

Ama, tanquam osurus; oderis, tanquam amaturus.

Δεῖ φιλεῖν ὥσπερ μισήσοντα, μισεῖν δ' ὥσπερ φιλήσοντα, i. Sic amandum tanq; sis osurus, sic oportet odisse tāquam sis amaturus. Hanc Biantis sententiam Aristoteles in libris Rhethoricorū satis indicat in prouerbium abijsse, cum ita scribit, ὅτι δ' δεῖ, ὥσπερ φασὶ φιλεῖν, ὡς μισήσοντα, ἀλλὰ μᾶλλον μισεῖν, ὡς φιλήσοντα, id est, Non est amādum quasi sis osurus, quēadmodum aiunt, sed ita exercendū odium, tanq; sis aliqñ amaturus. Ac paullo inferiꝰ, δεῖ φιλεῖν, οὐχ ὥσπερ φασὶν, ἀλλ' ὡς ἀεὶ φιλήσοντα, id est, Oportet amare non quem admodum aiunt, sed tamquā semper amaturum. Commonstrat enim illic philosophus, quo pacto refellendæ, corrigendęq; sint sententiæ uulgo receptæ, atque inculcatæ. M. Tullius in sermone De amicitia scribit, Scipioni vsque adeo non placuisse dictum hoc Biantis nomine celebratum, ut negaret vllam vocem inimiciorem amicitiæ reperiri potuisse, quam eius, qui dixisset, ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus: nec uero se adduci posse, ut hoc, quemadmodum putaretur, a Biante dictum esse crederet, qui sapiens habitus esset unus è septem: sed impuri cuiusdam, aut ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam reuocantis esse sentētiam. Quo nam enim modo, inquit, quisquam amicus eius esse poterit, cuius se putabit inimicum esse posse? quin etiam necesse erit cupere, & optare, ut quam sæpissime peccet amicus, quo plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum. Rursum autem rectefactis, commodisq. amicorum necesse erit angi, dolere, inuidere. Quare hoc quidē præceptum, cuiuscumque est, ad tollendā amicitiam ualet. Illud potius præcipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitijs parandis, ut ne quando amare inciperemus eum, quem aliquādo odisse possemus. Hactenus Cicero. Refertur ab eodem Aristotele paullo superius, ac repetitur libro Moralium Eudemiorū septimo hic senarius:

Οὐδεὶς ἐραστὴς, ὅστις ἐκ ἀεὶ φιλεῖ, i.

Non est amicus hic, qui amare desinit.

Qui emolumenti caussa amat, potitus eo, quod concupiscebat, amare desijt. At bonorum amicitia, quoniam uirtuti nititur, immortalis est. Exstat autem hic uersus apud Euripidem. in Troadibus. Diogenes Laertius mutilum adagium refert, ἔφασκε φιλεῖν ὡς μισήσοντας, τοὺς γὰρ πλείστους εἶναι κακούς. i. Iubebat amare, tāquā osuros; plurimos enim esse malos. Huc adscribēdus Mimus ille Publianus, qui est apud Aulum Gellium:

Iam amicum habeas, posse ut fieri inimicum putes.

Et alius eiusdem, sed Senecæ titulo:

Ita crede amico, ne sit inimico locus.

Sophocles item in Aiace Mastigophoro,

Εγὼ δ' ἐπίσαμαι γὰρ ἀρτίως, ὅτι
Οτ' ἐχθρὸς ἦμεν, ἐς τόσον δ' ἐχθραντέος
Ως καὶ φιλήσων αὖθις, ἐς τε τὸν φίλον
Τοσαυθ' ὑπεργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι
Ως αἰεν ἐ μνῶνται· τοῖς πολλοῖσι γὰρ

Βροτῶν

Βροτῶν ἄπιστος ἐξ' ἑταιρείας λιμήν. i.

At ipse didici nuper, ut si quando sim
Inimicus ulli, hūc oderim hactenꝰ, uelut
Aliquando amicum habiturus: erga ami cum item
Officia sic exerceam, ut qui non siet
Semper futurus amicus: etenim plurimi:
Sodalitatis portus est tutus parum.

Atticus aduena.

Ἀττικὸς πάροικος, i. Atticus aduena. In uiolentos, & feroces uicinos dicebatur. Durys apud Zenodotum ait, ex Atticorū moribus natum, qd olim finitimos e sedibus suis exigere cōsueuerint. Craterus inde manasse putat quod Athenienses, qui Samum missi fuerant, indigenas expulerint. Notatur adagiū ab Aristotele li. Rhetoricorū 3. ἔτι, inquit ἔνιας τῶν παροιμιῶν, καὶ γνώμας εἰσὶν, οἷον μαρτυρίαι, ἀττικὸς πάροικος. i. Ad hęc nonnulla prouerbia sunt, & sententiæ, tāquā testimonia, ut Atticus aduena. Proinde proprie quadrabit i eos, qui ita nuper in munus aliquod adsciti sunt, ut superiores eijciant.

Purpura iuxta purpuram dijudicanda.

Η πορφύρα παρὰ τὴν πορφύραν διακριτέα, i. Purpura ad purpuram dijudicanda est, Certissimū iudiciū ex collatione nascitur. Vnde emptores, mercaturi purpuram, ne fallantur, alteram adhibent purpuram. Licebit uti, quoties negabimus, insaniam, aut inscitiam indoctorum plene deprehēdi, nisi cum eloquentiam, & eruditorū scriptis conferantur. Etenim, si uel Sallustiū conferas cum Cicerone, iam uelut obmutescit ille, alioqui per se disertissimus. Refertur adagiū a Phebammone sophista in commentario De figuris rhetoricis. Meminit & Isocrates in oratione Panathenaica, Αλλ' ὥσπερ τὴν πορφύραν καὶ τὴν χρυσὸν θεωροῦμεν καὶ δοκιμάζομεν ἑτέρᾳ παραδείγματι, id est. Sed, quemadmodum purpurā, & aurum cōsideramus, ac probamus, purpurā cum purpura conferentes. Haud arbitramur prorsus ἀπροσδιόνυσον fore, si de cōferenda purpura locū huc adscripserimus ex Aureliano Flauij Vopisci. Meministis, inquit, fuisse in templo Iouis Opt. Max. Capitolini pallium breue purpureum, lanestre: ad quod cum matronæ, atque ipse Aurelianus iūgeret purpuras suas, cineris specie decolorari uidebātur ceterę, diuini cōparatione fulgoris. Hoc munus rex Persarum, ab Indis interioribus sumptū, Aureliano dedisse perhibetur, scribens. Sume purpuram, qualis apud nos est. Nā postea diligentissime & Aurelianus, & Probus, & proxime Diocletianus, missis diligētissimis confectoribus, requisiuerūt tale genus purpuræ, nec tamen inuenire potuerunt. Dicitur enim sandix Indica talem purpuram facere, si curetur. Allusit huc Quintilianus libro 12. c. De generibus dicēdi, agēs de dictione, quæ quod mediocris est, per se habet admirationem, sed, admotis ijs, quæ sunt eximia, desinit esse admirationi. Habet, inquit, admirationem, neq. immerito, nā ne illud quidem facile est, sed ea nescunt hæc, atque moriuntur comparatione meliorum: ut lana tincta fuco, citra purpuras placet: at si contuleris, ēt lacernę cōspectu melioris obruatur, ut Ouidius ait.

Saturniæ lemæ.

Κρονικαὶ λῆμαι, i. Saturniæ lemæ. In cæcutientes ac stupidos dicitur: præsertim in eos, qui ętatis vitio desipiscunt. Est. n. Lema humor in oculis concretus, unde Lippitudo nascitur. Deriuatur autem ἀπὸ τοῦ λάω, id est, uideo, & μὴ negatiua particula, quod eiusmodi lacrymæ crassæ oculos occupantes uisui officiant. Aristophanes in Pluto:

Αλλ' ὦ κρονικᾶς γνώμας ὄντως λιμῶν τε τὰς φρένας ἄμφω. i.

Saturninis animis uere, lippitis sensibus ambo.

Γνώμας dixit pro λήμας, unde λημῶ Græcis lippio, cæcutioq; significat. Porrò Saturniæ dicuntur, quasi seniles, ac uetere, ppea quod κρόνος, i. Saturnus, podagrosus, ac senex a poetis fingitur, & temporum deus: quasi χρόνος ἀρχαία uero, id est, Prisca, & antiqua, Græci nonnunquam stulta uocant. Plato in Euthydemo; ἔχων φλυαρεῖς, καὶ ἀρχαιότερος εἶ τοῦ δέοντος. i. Nugaris, ac stultior es, quam decet. Et κρονικώτερα, μωρότερα, & κρόνους nugas, ac deliramenta. Timotheus apud Athenęum libro tertio. Νέος ὁ Ζεὺς βασιλεύει· τὸ παλαιὸν δ' ἦν κρόνος ἄρχων, id est, Iuuenis regnat Iuppiter. Olim autem principatum tenebat Saturnus: Aristophanes in Vespis:

Καὶ

Καὶ τοὺς γραφῳδοὺς φησιν ὑποδείξειν κρόνους
Τὸν νοῦν. idest,
Sese tragœdos mente Saturnos ait
Mox redditurum.

Idem in Nebulis:

Καὶ πῶς ὦ μωρὲ σὺ καὶ κρονίων ὀζῶν καὶ
ξεκκεσέλυνε. idest,
Et quomodo, o stulte, & Saturnalia oles,
& lunaris?

Dionysodorus in Euthydemo Platonis, Socratē Saturnum vocat, bardum, ac stupidum sentiēs, οὕτως, inquit εἶ κρόνος, i. Adeo es Saturnus. Allusit huc Lucianus in Timone: Λημᾶς, καὶ ἀμβλυώττεις πρὸς τὰ γινόμενα. i. Cæcutis, ac lippis ad ea, quæ patrātur. Atque inibi paullo inferius, καθ' ὁ λίγον κρόνον σὲ ὦ θεῶν γενναιότατε, ὑποφαίνεσι, παρωσάμενοι τῆς τιμῆς. i. Et paulatim Saturnū te, o deorum præclarissime reddunt, depellētes ab honore. Plutarchus ætate desipientes ostendit vulgo κρονολήρους appellatos fuisse, idest, Saturni more delirantes: uidelicet, pp aniles tabulas, q̄ de hoc deo referuntur. Eas refert idem Plutarchus in commentario de facie apparenti in orbe lunæ: Saturnū in insula quapiam fortunata, profundo in antro dormire, saxa complexum aurea. Cęterum hunc somnum illi accidere ex uinculis in eum usum arte confectis a Ioue. Aues autem, quę in scopuli cacumine uersantur, afferre illi ambrosiam, uniuersamq; insulam mira fragrantia, compleri, e rupe, uelut e fonte scatēte: adesse dęmones, qui Saturnum obseruent, & inseruiant. Hos olim cum illo amicitia coniunctos fuisse, cum dijs, atque hominibus imperaret: multaq. de futuris rerum euentibus ex se prædicere. Sed maxima, maximisq; de rebus sic efferūt, ut Saturni somnia uideantur. Nam, quidquid cogitarit Iuppiter in animo, id somniare Saturnum. Huiusmodi quædam nugamēta de Saturno commemorantur in hoc libello. Iam illud cruditi lectoris iudicio reliquitur, nunquid ad hoc adagium pertineat, quod Pythagorici συμβολικῶς mare, Saturni lacrymam appellant, ut testatur idem auctor, commentario de Iside, & Osiride. Siquidem est aqua marina non salsa solum, & amara, sed crassior item, & impurior reliquis.

Cucurbitas lippis.

Κολοκύνταις λημᾶν, i. Lippire cucurbitas.

Ad superiorem adagij formam pertinet. Aristophanes in Nubibus:

Νῦν γέ τοι ἥδυ καθορᾶς αὐτὰς, εἰ μὴ λημᾶς κολοκύνταις. idest,

At nunc ipsas plane cernis, nisi fors lippis Colocyntis. κολοκύντα Græci uocant, quas nos cucurbitas. Verba sunt Socratis, ostēdentis nubes. hoc est, nisi plane nihil uides, & tātas habes in oculis lemas, quantæ sunt cucurbitæ.

Ollas lippire.

Χύτραις λημᾶν, Ollas lippire. Prouerbialis hyperbole, proximæ simillima. Lucianus aduersus ineruditum, & multos coementē libros, χύτραις, inquit, λημῶντες. i. Ollas lippientes, Lacrymas indicans, ollis æquales. Hoc adagium utrunque quoties ad animum refertur, fit elegantius, & iucūdius: ueluti, si quis hominem crassi iudicij, ac uehementer cæcutientis, & turpiter errantis, dicat lippire non lemis, sed ollis.

Odium agreste.

Μῖσος ἀγρικὸν, i. Odium agreste, Atrox odium ueteres sic appellabant, propterea quod rustici plerunq. μισάνθρωποι sunt, & acerbius, atque implacabilius oderunt. Lucianus cōtra indoctū, Μῖσος δὲ ἄγριον φασὶν παρὰ πάντων ἔχεις ἐπὶ τῇ ῥδελυρίᾳ, i. Laboras autem agresti, sicuti dicitur, omnium odio, propter insolentiam. Vnde & ciuilitatem appellamus morum comitatem, humanitatemque. Et apud Iurecon sultos ciuilis actio discernitur a criminali. Denique Græci, quidquid barbarum immane, aut crudele uolunt intelligi, id ἄγριον uocant.

Megarenses neque tertij, neque quarti.

Μεγαρεῖς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι, i. Megarenses neq. tertij, neq. quarti. Dicebatur olim in homines supra modum ignauos, & contemptos, nulloque honore dignos. Natum adagium ex oraculo quodā. Id quidam, inter quos Stephanes Mneas, & Ion, Æginensibus, alij Megarēsibus redditum existimant. Narrat itaque Mneas, cū Æginēses in Achaia debellassent Aetolos, ac decimam pentecontorum cępissent, (ea est nauis remigum quinquaginta) hāc Apollini Pythio uictorię monumentum dedicarunt. Rogabantque Deum, qui nam essent

essent Græcorum præstantissimi, arbitrantes futurum, ut ob eam uictoriam ipsis prima laus ab Apolline tribueretur. Oraculum hunc ad modum respondit.

Ἵππον Θεσσαλικὴν, λακεδαιμονίην τε γυναῖκα,
Ἀνδρὰς δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς ἀρεθούσης
Ἀλλ' ἔτι καὶ τοὺς δ' εἰσὶν ἀμείνονες, οἵ τε μεσηγὺ
Τίρωνθος ναίουσι καὶ ἀρκαδίης πολυμήλου
Ἀργεῖοι λιτοθώρηκες κέντρα πολέμοιο.
Ὑμεῖς δ' ὦ γείτονες, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι,
Οὐδὲ δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. idest,

Thessala equa præstat reliquis, mulierq; Lacęna.
Porro viri potant qui pulchra fluēta Arethusæ.
Hos quoq; præterea, mediæ gens incola uincit
Tirynthi, Arcadięq. bidentibus inclytæ albis,
Argiui stimuli bellorum, armisq. potētes.
At uos, Aegini, neq. tertius accipit ordo,
Neque quartus, neque bissenus, neque denique uestri
Vlla usquam ratio est, nusquam numerusve, locusve,

Qui scripsit commentariolos in Theocritū, refert hoc epigramma paullo diuersius, nimirum ad hunc modum:

Γαίης μὲν πάσης τὸ πελασγικὸν ἄργος ἄμεινον,
Ἵπποι θρῃκίαι, λακεδαιμόνιαί τε γυναῖκες
Ἀνδρες δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς ἀρεθούσης.
Ἀλλ' ἔτι καὶ τῶν δ' εἰσὶν ἀμείνονες, οἵ τε μεσηγὺ
Τίρωνθι ναίουσι, καὶ ἀρκαδίης πολυμήλου,
Ἀργεῖοι λιτοθώρηκες κέντρα πολέμοιο.
Ὑμεῖς δ' ὦ μεγαρεῖς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι, (ριθμῷ.
Οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀ-

Callimachus item in epigrammatis ad Megarenses retulit prouerbium:

Τῆς δὲ ταλαίνης
Νύμφης ὡς μεγαρέων, οὐ λόγος, οὐδ' ἀριθμὸς.

i. Sed ueluti Megarensibus accidit olim,
Nymphæ infelicis, non locus, aut ratio.

Item Theocritus in Catellæ amore,

Ἄμμες δ' οὔτε λόγῳ λινοῦ ἄξιοι, οὐδ' ἀρίδμητοι,
Δύσανοι μεγαρῆες, ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρᾳ. i.

Nostri nec ratio est, numero neque ponitur ullo.
Extremę sortis veluti quōdā Megarēses.

Est & inter amantes ordo, cum hic primus est apud amicam, ille secundus; alius tertius, aut quartus. Quemadmodum & in testamentis est primus, secundus, & tertius hęres. Effertur etiam hac forma prouerbium, τῆς μεγαρέων ἄξιοι μερίδος, i. Megarensium parte, seu loco digni. Huc spectat & Homericum illud Iliados ζ.

Οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιος, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ.

Nusquam in consilijs, nusquam numeratur in armis.

Refertur ex Euripide:

Δειλοὶ γὰρ ἄνδρες οὐκ ἔχουσιν ἐν μάχῃ
Ἀριθμὸν, ἀλλ' ἄπεισι κἂν παρῶς ὅμως. i.

Formidolosi nullum habent in prelio
Numerum, sed absunt, licet ibi adsint maxime.

Hanc figurā & Latini uidentur exprimere. M. Tul. Neminē esse puto, qui modo in aliquo numero sit. hoc est, qui sit alicuius momenti, alicuius pretij. Idē Philip. 3. Bomabalio quidē pater, hō nullo numero, nihil illo contēptius. Plutarchus in Sympo siacis, Τῶν ὑ ἐμῶν πολιτῶν ὥσπερ μεγαρέων οὐδεὶς λόγος, i. Atqui meorū ciuium, ueluti Megarensiū nulla ratio. Idē alias in eodē opere. Τῶν ὑ δημοκριτείων, ἔφη, εἰ δώλων, ὥσπερ αἰγίεων ἢ μεγαρέων ἀριθμὸς οὐδεὶς, οὐδὲ λόγος. i. Atqui Democriticarū, inquit, imaginū, perinde ut Megarensiū, aut Aeginensium, nullus numerus, neq; respectus. Arbitramur & Aristophanem huc leuiter allusisse, cum scribit in Acharnensibus:

Ος χρὴ μεγαρέας μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν ἀγορᾷ,
Μήτ' ἐν θαλάττῃ, μήτ' ἐν ἠπείρῳ μένειν. i.

Megarensibus nefas manere, esseque,
In terra alicubi, nec foro, nec in mari,
Neque continente.

Si quidē excludens Megarēses quatuor locis, nimirū ad illud respexit, οὔτε τέταρτοι. Quanq̄ in uersibus opinamur, nō abesse mendū, videlicet in μήτ' ἐν γῇ, nisi forte quarto loco sibi permittit spondeū, quē admodum permittit, anapæstū. Nobis subolet, huc & M. Tullium allusisse, cū in Bruto suo sic loquitur: Duobus igitur summis Crasso,, & Antonio. L. Philippus proxime accedebat, sed longo interuallo, tñ proximus. Itaq. eum, etsi nemo intercedebat, q. se illi anteferret, neq. ſm tñ, neque tertiū dixerim. Nec. n. in quadrigis eum ſm numerauerim,

merauerim, aut tertium, qui uix è carceribus exierit, cũ palmam iam primus acceperit, nec in oratoribus, qui tm̃ absit à primo, uis ut eodẽ curriculo esse uideatur. Simili forma M. Tull. in Academicis lib. 1. dixit quintæ classis Democritum: Quis, inquit, hunc philosophũ nõ anteponat Cleãthi, Chrysippo, reliquisq̃. inferioris ętatis, qui mihi cũ illo comparati, quintæ classis uidentur? idest, postremi ordinis. E diuerso primæ classis dicuntur, qui cęteris præferuntur; & nulla classe, qui prorsus contẽpti. Translatum a classibus, in quas Seruius Tullius rex diuisit populum Romanũ pro census modo. Florus epitome 49. dixit ultimæ sortis hominem uehementer obscurũ. Andriscus, inquit, ultimę sortis homo, Persei regis se filium ferens. &c. Item epitome 19. C. Glauciam dixit ultimæ sortis hominem. Hoc fiet lepidius, si transferatur ad animi res: ueluti, si dicas, ultimæ sortis ingenium; aut orationem cum aliorum scriptis uix conferendam, extremæ classis orationem. Ad hanc pertinet formam, cũ dicunt hominem primæ notæ, postremæ notę. & M. Tullius, salutem appellat de meliore nota, salutationem accuratam. Ad ꝑsonam accommodauit Catullus:

-Et quisquis de meliore nota.

Id translatum videtur a negotiatoribus, qui uino, aut panno notam affigunt, indicantem mercis pretium.

Lepus pro carnibus.

Λαγὼς περὶ τ̃ κρεῶν. i. Lepus de carnibus subaudi, perriclitatur. In eos dicitur, qui ob aliquam sui utilitatem in discrimẽ uocantur. Nam leporem non insectamur: quod noceat, sed quod pulpamentum habeat. Est. n. animal & esculentum, & timidum, atque inerme: ut natura, hominum escis leporem genuisse uideatur. Rheginẽses autem vulgo lepores dicti sunt, ut pote pauidi ac formidolosi. Effertur etiam ad hũc modum adagiũ, ὁ λαγὼς περὶ τ̃ κρεῶν τρέχει, i. Lepus pro carnibus currit. De ijs, qui, magno suo periculo, aut capitis etiã discrimine, atque ob id acriter decertant. Translata metaphora a uenatu, in quo lepus, quoniam intelligit sese ad necem peti, perniciſſimo cursu fugit, adeo, ut nõ raro deficiat, medioque in cursu exanimet. Qua de re Plutarchus in Commẽtario de terrestrium, & marinorum animantium prudentia, narrat quiddam haud quaquã indignum, quod hoc inseratur loco: Οἱ δ̃ τὰς δασύποδας διώκοντες, ἐὰν μ̃ αὐτοικτεινῶσι, ἡδονται διαπαίζοντες καὶ τὸ αἷμα μαλάττουσι προθύμως. ἐὰν δ̃ ἀπογνοὺς ἔσω τ̃ ὁ λαγὼς, ὁ γίνεται πολλάκις, ὅσον ἔχει πνεῦμα δρόμου, ἀναλώσας εἰς τ̃ δρόμον ἐκλίπητο, νεκρὸν καταλαβόντες, οὐχ ἅπτονται τὸ παράπαν, ἀλλ' ἵστανται, τὰς ἕρας κινοῦντες, ὡς ὑ κρεῶν, χάριν, ἀλλὰ νίκης, καὶ φιλονεικίας ἀγωνιζόμενοι, i. Porro canes, cum leporem insequuntur, si quidem occiderint ipsi, gaudent dilacerare, atq. alacres sanguine sese contaminant, oblinunt-ꝗue. Quod si lepus, desperans de sese, quẽ-admodum accidit sæpenumero, quidquid habet halitus, id omne quam intentissimo cursu consumpserit, atque ita defecerit, canes exanimem repertum omnino non attingunt, uerum consistunt mouentes caudam, perinde, quasi non carnium gratia decertarint, sed magis de uictoria contenderint. Charon apud Aristophanem in Ranis.

-Δῆλον ὑ' αὖγω
Εἰ μὴ νεναυμάχηκε τ̃ περὶ τ̃ κρεῶν. i.
Seruum haud ueho, nauale ni peregerit
Certamen, ac pro carnibus pugnauerit.

Adscribit hoc loco Aristophanis interpres, apud Arginausam, seruos non pro pecunia, aut alio quouis premio, sed pro uita dimicare solere. Idem in Vespis:

Ποιήσω δακεῖν τὴν καρδίαν
Καὶ τ̃ πρὸς ψυχῆς δρόμον δραμεῖν. i.
Effecero, vt cor mordeas, cursumq̃ curras pro capite acuita. Idem in eadem fabula:
Η λαγὼν ἢ λάμπαδα ἔδραμες, idest,
Leporem cucurristi, an ne lampadẽ magis? Plutarchus in Dialogo, quem scripsit aduersus Epicurũ: Παπαὶ εἶπον ἔγωγε γελάσας, εἰς τ̃ γαστέρα τοῖς ἀνδράσιν ἔοικας ἐναλεῖσθαι, καὶ τ̃ περὶ τ̃ κρεῶν ἐπάξειν, i. Papæ, inquam rideus, in uentrem ipsum uiris insultum facturus uideris, & ad cursum qui pro carnibus dicitur, adacturus. Significat autem eum Epicureos in summum discrimen adductuꝝm, quod aduersus uoluptatis assertores prepoſuisset, nec incunde uiui posse secundum Epicurum. Alluſum est ad Priscas historias, quæ referunt, aliquoties bellum natum inter populos ob direptis è sacrificijs carnes. Ita Pindarus in Nemeis.

Ἵνα κρεῶν νὶν ὑπὲρ μάχας ἔμασεν. idest,
Vbi pro carnibus pugnas gessit.

Carpa-

Carpathius leporem.

Ο καρπάθιος τ̃ λαγὸν, i. Carpathius leporem. Dicebatur in eos, qui sibi rem noxiam arcersserent. Hinc deductum adagium, quod, cum in Carpathiorum insula lepores non essent, illi curarunt importandos alicunde. Verum, ubi eius animantis magna vis inercuisset, ut est mira fecunditas, fruges insulæ populari cœperunt. Refert & interpretatur parœmiã Iulius Pollux, quinto de rerum vocabulis libro. Addit nec in Ithacensiũ insula nasci lepores, nec in Sicilia fuisse, prius, quam Anaxilas Rheginẽsis eos importasset, unde uictor in Olympiacis, Rheginensiũ numismati currum insculpsit, & leporem. Refert item, & interpretatur Aristoteles libro Rhetoricorum tertio.

Γρύζειν.

Γρύζειν, prouerbio dicunt hiscere, seu mutire. Sunt, qui putent γρύζειν esse, vocẽ suillã edere, deductam ἀπὸ τ̃ γρῦ, de quo meminimus alibi. Vnde & Grylli nomen effictum apud Plutarchum, & Grunij Corocottæ porcelli, cuius meminit D. Hieronymus. Aristophanes in Pluto:

Γρύζειν δ̃ καὶ τολμᾶτον ὦ κακόδαιμονες, i.
Auderis & mutire sceleratissimi?

Idem in eadem fabula:

Αλλὰ φθείρου, καὶ μὴ γρύζης. i.
Imo pereas, neve quid hiscas.

Simili figura Terentius dixit in Adelphis: Quid gãnis? Et in Phormione: Quod illi ad aurem obganniat.

Nullum animal, Quod animal.

Proverbialis videtur & illa figura, Nullum animal, & Quod animal. Aristopha. in Pluto,

Πενία γὰρ ἐστὶν ὦ πόνηρ, ἣ σ' ἀδαμῶ
Οὐδὲν πέφυκε ζῶον ἐξολέστερον. id est,
Inopia namq; est heu, miser, qua scilicet
Haud aliud usquã est animal exitialius.

Idem ἐννεφέλαις:

Τοῦτο δ' ἐστ' ὁ τόκος τὶ θηρίον, i.
Vsura at ipsa quæso, quæ nam bellua est:

M. Tull. ad Articum, Terentij vestigium nullum agnoui, Metagenes certe perijt. Fecit iter per passionem in quia animal reliquum nullum est. Nec abludit ab hac figura Plinianum illud, Regulus bipedum nequissimus.

Ne musca quidem.

Hvic affinis est & illa prouerbialis hyperbole, Ne musca quidem, qua maximã hominum solitudinem significamus. Plautus in Truculento: Quas tu mulieres mihi narras, Vbi musca nulla fęmina est in ædibus? Huc allusit Vibius Crispus orator delectationis natus, ut ait Fabius:

Cuius erant mores, qualis facundia:

Quemadmodũ scripsit Iuuenalis, cum, rogatus, ecquis esset cum Cæsare in conclaui, respondit, Ne muscam quidem intus esse. Ancipiti ioco Domitiani consuetudinem notans, cui mos erat quotidie sibi secretũ horarium captare, nec interim aliud fere agebat, nisi quod muscas captas stylo configeret.

Communi Mercurius.

Κοινὸς ὁ ἑρμῆς, idest, Communis Mercurius. Lucianus i Votis, Οὐκοῦν τὸ προχειρότατον τ̃ λ, κοινὸς ἑρμῆς φασὶ, καὶ ἐς μέσον καταλίθει φέρον τ̃ πλοῦτον. i. Itaque, quod passim in ore est omnibus, communis, ut aiunt, Mercurius, opesq̃; in medium allatas depone. Plutar. in libello, cui titulus, ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τ̃ φιλόσοφον διαλέγεσθαι, ἀλλ' ἀμουσία, καὶ ἀπειροκαλίᾳ τ̃ κοινὸν ἑρμῆν ἐμπόλαιον καὶ ἔμμισθον γενέσθαι. id est, Sed imperitia, & inelegantia communem Mercurium, cauponatorem, & quæstuosum factum esse. Quidam hinc natam parœmiam arbitrantur, quod Mercurius, ut est furtorum auctor, ac repertor, primus ostendit, quæ furto parta sint, ea in medium communiter oportere deponere. Alij malum huc referre, quod Mercurius sit orationis auctor, per quam inter homines omne commercij genus cõstat: unde & medius inter superos, atque inferos à poetis fingitur, pariter superis deorum gratus, & imis, quod sermo animi interpres, summos cum infimis, reges cum plebe conciliet. Extat super hac re fabella nõ illepida Aristidis in secundo libro, quem aduersus Platonem conscripsit, in defensionẽ Rhetorices. Eam hoc magis ꝓibuit adscribere, qđ is auctor haudquaq̃ adhuc vulgo notus est. Νεωστὶ γὰρ ἀνδρὶ πωὴ γεγονότων καὶ τ̃ ἄλλων ζώων, θόρυβος πολὺς ἦν κατ̃ γῆν καὶ ταραχή. ὅτε γὰρ αὐτοῖς φανεῖ εἶχον, ὅτι χρήσονται. οὐδὲ γὰρ ἦν οὐδὲν ὁ συνάγων, ἀλλ' οἱ μεῖζοι τοὺς ἐλάττους ἦγον. ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις εἶχον αὐταρκεῖν. πᾶσι γὰρ πάντων ἀπέλειπον τὰ ἄλλοτε ἄλλον. τάχει μὲν τ̃ πτηνῶν ἀπάντων, ὅπερ ἓν ὁμηρὸς ἔφη τοὺς πυγμαίους πάχει μὲν τ̃

ὑπὸ τῶν γεράνων, πᾶσι τοῖς τότε ὑπὸ πάντων συνέβαινε τῶν ἀλκίμων ὀρνίθων, κατ' ἰσχὺν αὐτοπόρρῳ καὶ τῶν λεόντων, καὶ τῶν κάπρων καὶ πολλῶν ἄλλων ἦσαν, ὡς ὑπόλλυτο σιγῇ· καὶ μὴν τῇ γεκατασκευῇ τῶν σώματος, οὐ μόνον τῶν κοράκων ἀλλὰ καὶ τῶν κοχλιῶν ἀπελείποντο, οὐδεὶς αὐτῆς ὑπάρχων αὐταρκὴς. φθειρομένου δ' οὕτως τῶν γένους καὶ κατὰ μικρὸν ὑπορρέοντος, κατιδὼν ὁ προμηθεὺς ἀείπως ὢν φιλάνθρωπος, ἀνέρχεται πρεσβευτὴς ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων οὐχ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων πεμφθείς, οὐδὲ γὰρ πρέσβυς ἦν πώποτ' εἰδέναι, ἀλλ' αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ· ὁ δὲ Ζεὺς τότε προμηθέως ἀγαθοῦ δίκαια λέγοντος, καὶ ἅμα καθ' ἑαυτὸν εἰληφὼς λογισμὸν τῶν πράγματος, τῶν αὐτῶν παίδων ἑρμῆν κελεύει ῥητορικὴν ἔχοντα ἐλθεῖν εἰς ἀνθρώπους· ὁ μὲν οὖν προμηθεὺς καθάπερ ἐπίστης ἅπασι τάς τε αἰσθήσεις, καὶ τ' ἄλλα μέλη τῶν σώματος, οὐχ ὅτως ἐκέλευεν, ὥσπερ θεωρικῶν διάδοσιν διελεῖν, ἵνα πάντες ῥητορικῆς ἐφεξῆς μετέχοιεν, ὥσπερ ὀφθαλμῶν, χειρῶν, καὶ ποδῶν, ἀλλ' ὅπλεξάμενος τὰς ἀρίστας καὶ γηγενεστάτας καὶ τὰς φύσεις ἐρρωμένες ἄτας τούτοις ἐγχειρίσαι τὸ δῶρον, ἵνα ὁμῶς σφάς τε αὐτοὺς, καὶ τοὺς ἄλλους σώζειν ἔχοιεν. Ἀφικομένης δὲ τῆς ῥητορικῆς εἰς ἀνθρώπους, ὅλως ἐκ θεῶν ἡδωνήθησαν μὲν οἱ ἄνθρωποι τῶν μεγάλῳ θηρίων δίαιταν χαλεπῶν ἐκφυγεῖν, ἐπαύσαντο δὲ ἐχθροὶ πάντες ὄντες ἀλλήλοις ἐν κύκλῳ κοινωνίας δὲ εὗρον ἀρχῶν. καταβάντες δὲ ἐκ τῶν ὀρῶν, ἄλλοι κατ' ἄλλα μέρη τῆς οἰκουμένης ἐπλησίασαν, τόγε πρῶτον ὑπαιθροι, μετὰ δὲ τοῦτο ἤδη λόγου νικήσαντος, πόλιν τε κατεσκευάσαντο, καὶ διεκρίθησαν, οὐχ ὥσπερ πρότερον ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' εἰς τε σωτάξεις κοινωνιῶν, καὶ τοὺς πόλεων ἡγεμόνας νόμους ἔθεντο, καὶ ἄρχοντας καὶ πολιτείαν ἐνόμισαν, καὶ θεοῖς χαριστήρια ἀνήγαγον πρώτας ἀπαρχὰς ποιησάμενοι ἀπὸ τῶν λόγων, οἷς ἔτι καὶ νῦν χαίρειν μάλιστα τοὺς θεοὺς λόγος αἱρεῖ, ὅτι καὶ γνωρίσαι πρῶτον αὐτοῖς τοὺς θεοὺς ὑπῆρξεν ἐντεῦθεν· ὅτος ἄνθρωπος ἦρθη μέγας ἐξ ἀδενοῦς καὶ σαθρᾶς καταρχὰς. καὶ πρόσθεν καταφρονούμενος, ὡς οὐδὲν πρᾶγμα, κύριος ἐστὶν ἐξ ἐκείνου τοῖς ἐν τῇ γῇ τῶν ὅτι βούλεται χρῆσθαι· πρόβλημα ποιησάμενος ἀνὰ ἄλλου φυλακτήριον λόγον. καὶ ὁ μῦθος ἡμῖν ταύτῃ ἐχέτω τῶν θελοντῶν. Quæ si quis Latine malit, sensum utcumque reddemus. In initio cum recens essent homines nati, magnus inter hos, ac reliqua animantia tumultus erat, perturbatioq; super terram, propterea quod non possent inuicem uti sese. Nec enim ulla res intercedebat, quæ illos conciliaret: uerum, qui potentiores erant, opprimebant inferiores. Neque satis erant idonei, ut reliquis animantibus resisterent. Omnibus enim illis omni ex parte inferiores erant, aliaque in re ab alijs uincebantur. Veluti ab uniuerso genere uolucrum celeritate. Vnde factum est, ut quod ait Homerus Pygmæis accidere à gruibus, id tum tẽporis passim a robustioribus auibus paterentur mortales. Rursum, quantum ad uires attinebat, longe superabantur, & à leonibus & ab apris, & alijs item compluribus. Atque hunc modum silentio peribant. Iã uero, quo ad monitionem ornatumq; corporis, non coruis modo, uerumetiam cochleis cedebant, neque cuiquam ex ipso suppetebat, quod ad tuendam uitam erat opus. Itaque, cum ad eum modum interiret hominum genus, ac paullatim dilaberetur, Promethæus, ut semper est hominum studiosus, orator ad scendit in cælum, mortalium nomine, non ille quidem missus ab eis, (neq; enim dum id tẽporis legatos ullos erat cernere) sed ipse ultroneus abiit. At Iuppiter, partim ingratiã Promethæi maxime qui iusta postulare uideretur: partim negotio apud sese cõsiderato, filium suum Mercurium iubet ad homines descendere, Rhetoricen secũ adducentem. Edixit autem, ut eam mortalibus impertiret, non quemadmodum Promethæus omnib. ex æquo, sensus, reliquaque corporis membra, perinde quasi theatralem pecuniam dispertiens, ut omne ex equo Rhetorices essent participes, non aliter, quam oculorum, manuum, ac pedum: sed ut præstantissimos quosque, ingenioque generosissimo, & indole pollentissima præditos deligeret, atque ijs demum munus hoc impertiret, ut pariter & suã ipsorum & aliorum incolumitatem tueri possent. Porro, postea quam Rhetorica iam ad mortales peruenisset, cum negotiũ, quod habebant, cum belluis molestissimum, licebat effugere, tũ uero desierũt undequaq; inter sese simultatem exercere, reperto cõmerciorum initio. Digressiq; de mõtibus, alij in aliam orbis partẽ iungebantur, principio quidem sub dio uiuentes: post autem ubi verbis inter se communicassent, & ciuitatem condiderunt, ac distributi sunt: non quem-

quemadmodum antea, temere, uerum in ordines plebis, ac belli duces, sanctisq; legibus, tum principes, tum Reip. statum instituerunt. Diis munera cœperunt offerre, primitias auspicantes ab oratione. Quibus nunc quoq. uel maxime gaudere deos cõsentaneum est, quandoquidem hac contingit, ut primum esse deos cognosceremus. Hinc deinceps ita creuit homo, ut, qui initio debilis fuerat, atque inualidus, postea in altum tolleretur; quiq. antea pro nihilo habitus, ac despectus erat, deinceps factus est omnium, quæ sunt in terra, dominus, cui quibus uti liberet, ius esset, non alio propugnaculo sibi parato, quam oratione. Atque hic nobis sit fabulæ finis. Hactenus Aristides. Extat, si satis commeminimus, fabella non dissimilis apud Platonem in Protagora.

Ale luporum catulos.

THEOCRITVS in Hodœporis:

Θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας ὡς τὺ φάγοντι. idest,

Pasce canes, qui te lanient, catulosq. luporum.

Prouerbium est, teste interprete, in eos, qui læduntur ab ijs, de quibus bene meriti sint, aut in ingratos. Addit ille dictum Socratis, κακὼς ποιῶν ἔυ, θρέψαι λύκους. Malis faciens bene, nutrit lupos. Nam plerumque solet id usũ uenire illis, qui catulos luporum enutriunt. Exstat super hac re non inelegans Epigramma, quamquam incerto auctore, de oue lupi catulum alente suis uberibus:

Τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω, ἐκ ἐθέλουσα,
Ἀλλὰ μ' ἀναγκάζει ποιμένος ἀφροσύνη,
Αὐξυθεὶς δ' ὑπὸ ἐμοῦ κατ' ἐμοῦ πάλι θήριον ἔσται.
Η χάρις ἀλλάξαι φύσιν οὐ δύναται. i.

Lacto lupum uberibus propriis non sponte, sed horsum
Me demens adigit pastor, ut id faciam
In me rursus erit fera postquam creuerit ex me.

Natura haud unquam uertitur officijs.

De canibus aũt sumptum est ex Actęonis fabula, a suis ipsius canibus dilacerari. Nam & hoc indicant enarratores Theocriti. Ex quibus facile liquet, quod uam sit illud prouerbium antiquum, cuius meminit M. Varrõ in libris De re rustica, tractans de canibus alendis: Diligenter, inquit, ut habeant cibaria, prouidendũ: Fames enim hos ad quærendum cibum ducit, si nõ dabitur, & à pecore abducet, si non præbebitur. Nisi, ut quidam putant, & illuc peruenerint, ut prouerbium attollant antiquũ, uel etiam ut aperiant de Actęone, atq. in dominum afferant dentes. Idem in Phœbo citante Nonio: Crede mihi, plures dominos comedere serui, quam canes. Quasi id Actæon occupasset, & ipse prius suos comedisset, &c. Hucusque Varronis relata. Cętcrum legimus, & leones, & dracones, nutricijs sui gratiam officij retulisse. Verum nulla est fera tam ingrata, quę sit cũ hominibus ingratitudine conferenda.

E dolio auris.

Εκ πίθου ἀντλεῖν, i. E dolio haurire, dicebatur olim, qui abundaret rebus optatis. Est enim dolium uas uinarium ingẽs, unde largiter haurire licet: neque facile sentitur detrimentum, uidelicet in tanta copia. Theocritus ἐν ἐργατίναις.

Εκ πίθου ἀντλεῖς, δῆλον, ἐγὼ δ' ἔχω οὐχ ἅλις ὄξος. idest,

Dolia plena fluunt tibi, sed mihi uix sat aceti est.

Scholiastes admonet, prouerbium dici solitum de ijs, quibus adesset benigna rerum copia. Diuitum est habere dolia, pauperes vappam bibunt è lagenis. Nam uini uis, quo copiosior est, hoc suauior esse consueuit, ubi paullum est liquoris, celerius vappescit. Admonet & Hesiodus, dimidiato dolio parcendum esse, quod sera sit in fundo parcimonia. Huic simillimum est, quod subinde occurrit apud Chrysostomum, ἐκ πηγῶν, i. è fontibus., quoties vberem, paratamq. rerum copiam significat. M. Tullius in Bruto, dicit eos è dolio potare, qui uinum adhuc feruens bibunt: quod uinum expressum primum doliis excipitur, ubi deferbuerit aliquantulũ, conditur in uasa. Ipsius uerba præstat adscribere: Vt, si quis, inquit, falerno uino delectetur, sed eo nec ita nouo, ut proximis cõsulibus natum uelit, nec rursus ita uetere, ut Opimium, aut Anicium consulem quærat. Atqui eæ notæ sunt optimæ. Credo, sed nimia uetustas non habet eam, quam quærimus, suauitatem, nec est iam sane tolerabilis. Num igitur, qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Minime, sed quandam sequatur

ætatem. Sic ego istis censuerim, & nouam quasi de musto, & lacu feruidam orationē fugiendam, nec illam pręclaram Thucydidis nimis ueterem tanquā Anicianam notam persequendā. Hactenus M. Tull. Nec est alienum ab hac forma, quod Athenęus lib. 11. ex Hipponacte citat, ἐκ πέλλης πίνειν, i. è mulctro bibere. Scazontes Hipponactei sic habent:

Ἐκ πελλίδος πίνοντες, ἦν γὰρ οὐ τοῖς
Κύλιξ, ὁ παῖς γὰρ ἐμπεσὼν, κατήραξε. i.
Mulctro bibentes: nam calix eis deerat,
Quippe hunc minister forte fregerat lapsus.

Vna cum ipso canistro.

Αὐτῷ κανῷ, i. Vna cum ipso canistro. Quadrat in eos, qui rē intemperanter profundunt, deuorarentq;, & abligurunt. Mos enim erat antiquis, ut testatur Didymus, ut cenæ canistris inferrentur. Citatur apud Zenodotum Plato.

Ἀνήρπακας ἀπαξάπαντ' αὐτῷ κανῷ. i.
Ipso canistro cuncta rapuisti simul.

Prius locusta bouem pariet.

Πρὶν locusta bouem pariet, περὶ τοῦ ἀδυνάτου. M. Varro de lingua Latina li. 3. refert ex Ennio uersum hunc,

Atque prius pariet locusta lucam.
Nam Lucas antiqui boues appellabant ob magnitudinem.

Per tenebras, aquæ apud Quercum.

Τὸ περὶ δρῦν σκότος, i. Per tenebras, quæ apud Quercum. De ingenti, ac fatali calamitate dicebatur. Zenodotus Aristotelem citat auctorem, in politia Samiorū, Prienensium plurimos a Milesijs occisos fuisse iuxta locum, cui nomen Quercus. Vnde receptum, ut Prienensium mulieres, eius calamitatis memores, per tenebras, quæ circa Quercum essent, iurarent. Huius historiæ simul, & adagij meminit & Plutarchus in Problematis, ad hanc ferme sententiam. Cum bellum esset inter Prienenses, & Samios, initio mediocribus damnis inuicem sese afficiebant: deinde, iusto prēlio commisso, mille Samij a Prienensibus occisi sunt. Septimo post anno congressi cum Milesijs, primos quosq. ciuiū, ac nobilissimos simul uno prēlio amiserūt. Quo tempore Bias ille sapiens Samum a Prienensibus orator missus, egregiā laudem adeptus est. Post eam itaque calamitatem atrocem, ac miserandam, Prienensium fęminæ per tenebras, quę circa Quercum erant, obtestari, ac deierare, cœperūt, quod liberos, parentem, maritos, carissima quæque pignora eo loco perdidissent.

Concupiuit assam farinam.

Ἡρατο ὀπῶ ἀλδάρω, i. Concupiuit assam farinam. In eum dicebatur, qui, domesticam tenuitatem pertæsus, apud alios lautiorem uitam quæsisset. Dictum est autem in Platonem, qui, relictis Athenis, ter in Siciliam ad Dionysium nauigauit, quo fortunam suam redderet lautiorem, quem admodum interpretantur æmuli. Nā hanc profectionem probro illi datam fuisse, testatur etiam Aristides in oratione, qua tuetur oratores quatuor, aduersus Platonis calumniā. Et Diogenes, auctore Laertio, cum animaduertisset Platonem in opiparo quodam conuiuio, a reliquis temperantem cibis, & oleis duntaxat utentem, taxauit hominis ambitiosam abstinentiam. Τί ὁ σοφὸς εἰς σικελίαν πλεύσας τῷ τραπέζῃ τούτων χάριν, νῦν παρακειμένων ἐκ σπαλαύει, i. Quid homo sapiēs, cum ob huiusdi mensas in Siciliā nauigaris, nunc appositis non frueris? Ad quod ita Platonē respondisse narrat: Νὴ τοὺς θεοὺς διόγενες καὶ κεῖ τὰ πολλὰ πρὸς ἐλαίας καὶ τὰ τοιαῦτα ἐγινόμην, i. Per deos, Diogenes, & illic plerumque oleis, atque id genus cibis vtebar. Ad qd rursum Diogenes, τί δ' ἔδει πλεῖν εἰς συρακούσας, ἢ τότε ἀττικὴ οὐκ ἔφερεν ἐλαίας, i. Quorsum igitur attinebat Syracusas nauigare? Num id temporis Attica non ferebat oleas? Theocritus in Cynicis:

Ἡρατο μὲν καὶ τῆνος ἐμὶν δοκεῖ, ὀπῶ ἀλδάρω. idest,
Nam puto & hic assæ correptus amore farinæ.

Porrò farinam assam, nouam, & lautiorem victus rationē uocat, propterea quod priscos illos pulte duntaxat uictitasse legimus, uidelicet clibano coquendi panis usu nondum reperto. Vnde & Annus ille Ægyptius, qui primus panarium clibanum excogitauit, in prouerbij iocum abijt, tanquam qui rem nouam esset commentus, quemadmodum alibi retulimus. De delicijs coquendi panis, multa recēset Plinius libro 18. cap. 11.

Batti Silphium.

Βάττου σίλφιον, i. Batti Silphium, Græci nouum, & rarum quempiam honorem prouerbio uocant. Aristophanes in Pluto:

-Οὐδ' ἂν εἰ δοίης γέ μοι
Τὸν πλοῦτον αὐτὸν, καὶ τὸ Βάττου σίλφιον. i.
Nec si mihi donaueris
Ipsumque Plutum, ipsumque Batti Silphium.

Negat se sycophanta quieturum, et si præmium quantumuis magnum detur. Idem in Equitibus,

-Τὸν καῦλον οἵ δ' ἐκεῖνον
Τοῦ σιλφίου τ' ἄξιον γενόμενον: οἶδα μέν τοι. i.
Nosti ne stipitem illum.
Qui dignus habitus Silphio est? notus quidem est mihi ille.

Interpres diuersam originem adagionis adscribit. Battus a Thera iuxta Cretam insulā, profectus, oraculo monitus Apollinis, uel, ut alii tradunt, domestica pulsus seditione, Cyrenen condidit. Cui cum Afri beneficii memores summum honorem habere studerent, donarunt illi Silphiū herbam apud illos omnium pulcherrimam: simulque numisma ferientes, in cuius altera parte regia facies erat inscalpta, altera Silphium, quo ferat a ciuitate donatus. Cuius rei meminit & Aristoteles in Republica Cyreneorum. Sed fusius narrat Herodotus in Melpomene, addes, apud Libyas regem Battum appellari, & hoc nomine compellatum ab oraculo, significante fore regem. Sunt, qui dicunt imaginem fuisse datam: sunt rursum, qui anulum, in quo ciuitas erat expressa, regi Silphiū deferrens. Porrò Silphium inter herbas primam gloriam obtinet, cuius & folia, & fructus, & caulis, & succus pretiosissimus sit. Vnde Ampeliotæ (ea gens quædam est Africæ) Delphis Silphij caulem consecratum suspenderunt, ut auctor est Alexādrides. Hæc fermè affert in Plutum: nec dissident, quæ Suidas memorat. Ait idem in Equites scribit, Silphium fruticem esse inamœni odoris: rursus iuxta alios amęni, & ad medicamēta utilē, cuius usum primus inuenisse creditur Arcęus Apollinis, & Cyrenę filius, qui & mellis inuenisse traditur. Illud quid sibi uelit, nescimus. Aristophanis interpres ait in altera nomismatis parte insculptā βασιλείαν, id est, regnū, seu regiam si transferas tonum: pro eo Zenodotus legit Ammonē. sic enim habet, καὶ τῷ νομίσματος, ἐπὶ μὲν θατέρου ἄμμωνα, ἐπὶ δὲ θατέρου σίλφιον ἐτύπωσαν. i. Nomismatis altera parte Ammonem, in altera Silphium expresserant. Ammonem, vt arbitramur, sentiens Iouem regnorum largitorē, si quidem Homero credimus. Huius Batti meminit & Pindarus in Pythiis: Χρῆσεν οἰκιστῆρα βάττον καρποφόρου λιβύας, i. Respondit habitatori Batto frugiferæ Africæ. Eruditi quidam putant Silphium laser pitij genus esse.

Ne malorum meminerit.

Μὴ μνησικακήσῃς, i. Ne malorū memoriam refrices Thrasybulus, ubi ciuitatem Atheniensium triginta tyrannorum sęuitia liberasset, plebiscitum interposuit, ne qua præteritarū rerū mentio fieret. Quā malorū obliuionē Athenienses ἀμνηστίαν uocant. auctor Valer. Max. lib. 4. Rerū memorabiliū, titulo de animi moderatione. Meminit & M. Tull. in 1. Philippica, his quidē uerbis: In quo templo, quantum in me fecit, ieci fundamenta paucis, Athenie siumque reuocari uetus exemplum, Græcum etiam uerbum usurpaui, quod tum in sedandis discordiis usurpauerat ciuitas illa, atq. omnem memoriam discordiarum, obliuiones sempiterna delendā cēsui. Aristophanes in Pluto.

Μὴ μνησικακήσῃς εἰ σὺ φυλῆν κατέλαβες. i.
Mala ne acta refrices, Phyla si capta est tibi.

Interpres inter alia tale quoddam commentum adscribit. Tyrasybulus occupato loco quodam, cui nomen Phyla, triginta tyrannos sustulit, post, ubi arrogantius qdā dixisset, audisse μὴ μνησικακῆσαι, i. Ne malorū memoriā reuoces, idque dictum in prouerbium abijsse. Probus Aemilius refert, post exactos tyrannos Thrasybulum hanc tulisse legem, ne quis de præteritis actis accusaretur, aut mulctaretur. ea lex dicta est obliuionis. Idem socios uolentes cōtra legem sęuire in eos, cum quibus reditum erat in gratiam, publice cohibuit, & legem latam confirmauit. Hanc pro tantis meritis pręmij loco data ei corona ex duabus uirgulis oleaginis, & hoc ciuili honore uir prudēs contentus fuit. Admonet adagiū, non esse reft. candā cōmemoratione

præteritorum malorum memoriam. Sunt autem apud Aristophanē uerba Mercurij ad Carionem seruum. Plato li. De legib. 4. Φράσω γάρ, ἅ τι μνησικακεῖν βελόμενος ὑμῖν. Dicam certe, nō autē quod uelim præteritorum malorum memoriam uobis refricare. Sumptum uidetur ex Homero, apud quem aliquoties hic uersus, nempe Iliados Z. Θ. T.

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθω ἐάσομεν ἀχνύμενοι περ.

Verum hæc acta quidem, męsti licet ire sinamus.

Hūc tāquā prouerbialem subinde usurpat Tullius ad Atticum scribens. Eodē spectat & illud eiusdem Odysseæ O.

Ἐπὸς δ' εἴ περτι βέβακται
Δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀναρπάξασαι ἄελλαι. i.

Si dictum est uerbum durius ullum,
Id procul abripiant uenti perinane procellæ.

Plutarchus περὶ τῆς φιλαδελφίας, δεῖ ἐν ἀμνησίᾳ τιθὶ ἡμέραν ἐκείνῃ τίθεσθαι. idest, Oportet eum diem obliuionis tradere. Erit hic usus prouerbii, si, iuxta uulpinū illud consilium, admonebimus aliquem, ne præteritorum malorum memoria semet affligat, quādoquidem, quod factum est, infectum fieri non potest. Lucianus in Caucaso: Ἐς τὸ αὔριον ταμιεύεσθαι τὸ μῖσος καὶ μνησικακεῖν, καὶ ἑωλόν τινα μνήμλιν διαφυλάττειν, ἀπαγέ ἔτε θεοῖς πρέπον ἔτε ἄλλως βασιλικόν. i. Cæterum in posterum diem reponere odium, & malorum meminisse, ac pridianam quandā memoriam reseruare, apage, neq; diis dignū, neque alioqui regale.

Mentam belli tempore neque serito, neque edito.

Μίνθιον ἐν πολέμῳ, μήτ' ἔδιε, μήτε φύε. i.

Mentam nec comedas, nec plantes tempore belli

Aristoteles problematum sectione uigesima, statim initio refert hoc adagium, caussam uestigās, unde dictum hoc in ora uulgi peruenerit. Arbitratur autē esse caussam, quod menta corpori frigus adducat, eius rei argumentum esse, quod semē genitale minuat; frigus autem aduersari fortitudini, atq; audaciæ, sicut ostendit sectionis decimæquartæ ultimo problemate, cū ait eos, qui natura sint frigida, formidolosiores esse, cōtra, qui calida, audaces. Potest & in eum sensum deflecti parēmia, ut admoneat, ne quid alieno tempore fiat, quod officiat, quemadmodum menta bellum inituris est inutilis.

Ad coruos.

Βάλλ' ἐς κόρακας, i. Abi ad coruos, pinde ualet quasi dicas, abi in malam rē, atq. in exitium. Aristophanes ἐν νεφέλαις,

Βάλλ' ἐς κόρακας, τὶς ἐδ' ὁ κόψας τὴν θύραν, i.

Apage ad coruos, quis est qui pepulit ostium?

Rursum in Pluto:

Οὐκ ἐς κόρακας. i.

An non ad coruos?

Iterum in eadem fabula.

Ἐρρ' ἐς κόρακας θᾶττον ἀφ' ἡμῶν. i.

Ocius hinc ad coruos abeas.

Reperitur apud hunc poetam & aliis plerisque locis. Plutarchus in commentario, quem scripsit aduersus Herodotum, taxat eum, quod Isagoram ad Cares, uelut ad coruos relegarit, id est, quod eum Carem fecerit. Eleganter dictum est a Diogene Cynico: Κρεῖττόν ἐστιν ἐς κόρακας ἀπελθεῖν ἢ ἐς κόρακας, i. Satius est ad coruos deuenire, quā ad adulatores, quod hi & uiuos, & bonos etiā uiros deuorarent. Zenodotus scribit, in Thessalia locum esse quendam, cui nomen inditum Coruis, in quem nocentes præcipites dabantur, atq. huius adagii Menandrum etiam meminisse. Quosdam autem originem adagionis ad huiusmodi quādam historiam referre. Bœotiis quondam Arnam incolentibus oraculo prædictum est, futurum, ut è finibus expellerentur, simul atque corui albi apparuissent. Euenit deinde, ut adolescentes aliquot per lasciuiam, ac temulentiam coruos, quos ceperāt, gypso oblitos, rursū emitterent. Quos ubi uidissent uolantes Bœotii, recordātes oraculum, arbitrabantur adesse tempus, quo forent suis e sedib. eiiciendi, summopere perturbati sunt. Cæterum adolescētes territi & ipsi tumultu, profugerunt, ac locum quendam sibi mercati sunt, cui nomen Coracon, idest, coruorū. Cōtingit aliquanto post, ut Aeoles, eiectis Bœotiis, Arnam occuparēt. Apud quos hic deinde mos receptus, ut maleficos relegarent in eum locum, cui nomen erat Coruī. Aristophanis interpres paullo diuersus hanc recenset historiam, nempe Bœotijs aliquando a Thracibus subuersis, ac profligatis, respondisse deum, ut ibi sedem figerent, ubi coruos albos conspexissent. cōspexisse autem in Thessalia iuxta sinum Pageaticum circumuolantes coruos quosdam soli sacros, quos pueri per lusum gypsatos dimiserant. Bœotij uero, rati iam perfectum oraculi symbolum, inibi sedem constituerunt. Sunt, qui parēmiam ad coruorum uolatum referant, quod in desertis fere locis uolitare consueuerint. Vt prouerbium conueniat cum illo, In extremas solitudines publicitus deportandum. Euripides in Hecuba:

Οὐχ ὅσον τάχος
Νίσσων ἐρήμων αὐτὸν ἐκβαλεῖτέ ποι. i.

Non hunc solitarias
Quantum potest aliquo auferetis in insulas?

Stratonicus citaœdus, apud Athenaeū libro 8. detorquet in cantorem quendam. Is, cū ei nescio quid molestū esset, ψάλλε, inquit, ἐς κόρακας. deprauata per iocum voce ψάλλε, pro βάλλε.

Mitte in aquam.

Βάλλ' ἐς ὕδωρ, id est, Mitte in aquā, hoc est auferе medio. Dicitur uel in hominē, uel in rem exitio dignam. Tractum a supplicio quorundam, qui in profluentem, aut mare præcipitabantur. Quæ pœna, peculiaris erat parricidis apud Romanos. Vnde Philosophus in timone iubet aurum abijci in mare. quod aliquando fecisse legitur Crates ille Thebanus. Horatius:

Vel nox in mare proximum
Gemmas, & lapides, aurum & inutile
Summi materiam mali
Mittamus: scelerum si bene pęnitet.

Sed non absurdum uidetur, si referatur ad aquam clepsydrarum dispensandam: ut intelligas in ius trahendum, & ad prouerbium, quod alio diximus loco. ὑφ' ὕδωρ ὁ πονηρός, id est, sub aquam malus. Efferrur adagiū etiam hoc pacto, βάλλ' εἰς ὄλεθρον, id est, abi in perniciem.

In Beatam.

Βάλλ' εἰς μακαρίαν, i. Aufer te in Beatā. Quibusdā placet dictū, κατ' ἀφημισμὸν, pro eo, quod est, in rem malam. Fingunt enim, apud inferos locū esse quendā, cui nomē Μακαρία Aristophanes i Equitib.:

Ἀπαγ' ἐς μακαρίαν ἐκ ποδῶν.

Aufer te hinc procul in Macariam.

Ad consimilem ferme modū Athenęus Dipnosophistarum lib. 1. εἰς μακαρίαν τὸ λουτρὸν. id est, In beatam balneum. Deuouet enim balneum, unde male fuerat affectus. Plato in Hippia maiore, Βάλλε εἰς μακαρίαν τὸν ἄνθρωπον. i. Aufer in Beatam hominem. Alii fabulam huiusmodi allegant. Narrant Macariam Herculis filiā fuisse, de qua prædictum erat oraculo, ut se ultro morti obiiceret, sic enim Athenas fore liberas ab incursione Eurysthei, si qs Heraclidarum se sponte offerret ad necē. Itaque, Hercule defuncto, cum Eurysteus illius liberos insectaretur, atque illi ad Misericordiæ aram confugissent. Athenienses, recusantes eos in hostium manus tradere, cum Eurystheo bellum susceperunt. Porro, edito oraculo, futurum, ut Athenienses ab Eurysthei incursatione liberarentur, si quis e liberis Herculis semet inferis deuoueret, Macaria sese spontaneæ morti obtulit. Quo facto, congressi cum hostibus Athenienses victoriam reportarunt, cum alijs quā plurimis interfectis, tū Eurystheo ipso, ab Hyilo, siue Iolao Herculis filio, perempto, cuius caput amputatum ad Alcmenam detulit. Illa defuncti oculos effodit. Cæterum Athenienses, Macariæ tumulum floribus, & coronis decorantes, dicebant: Βάλλ' εἰς μακαρίαν, id est, Mitte in Macariā. Hinc igitur ortū adagium. Primum de his ferebatur, qui sese per uirtutem in periculum sponte demitterent, deinde quouis piaculo dici cęptum. Pausanias refert, Macariam esse paludem in Marathone, in qua magna vis Persarum perierit, ignoratione uiarum in ipsam prolapsa qua ex re natum uideri potest prouerbiū. Hoc allusit Stratonicus citharędus apud Athenæum lib. 8. qui, iratus discipulo Macedoni, qd nihil recte faceret, εἰς μακεδονίαν, inquit, ex Macaria faciens Macedoniam, simul alludens ad illud prouerbium, Domi non hic Milesia.

Alabanda fortunatissima.

Ἀλάβανδα καρῶν δυτυχεστάτη, i. Alabanda Carū fortunatissima. Stephanus in cōmētario de vrbibus, tradit, Alabādā Cariæ

riæ ciuitatem esse conditam a Care, a cuius filio nomen sortita sit. Siquidē is, post quam in equestri prælio strenue nauasset operam, Alabandus est dictus. Cares enim sua lingua Ala uocant equum, Bāda uictoriam. Eamq; uocem ait Romanis etiam in usu fuisse, ut bandam uictoriam dicerent. E quidem opinamur hinc Germanis dura re uocem eam, qua præpotentem, & antiquæ nobilitatis principem, Banderum uocant, ut qui uictor olim hoc honoris uirtute bellica sibi pepererit. Addidit ex Philoxeni in Odysseam Homeri Commentarijs, soleçcismi genus esse, quod Alabādiacū uoceturiueluti, si quis μὴ pro ȣ̀ ponat. aut apud nos non pro ne, aut quod pro ut. Quando quidem Homerus quoque Caras βαρβαροφώνους appellat. Iuuenalis i tertia Satyra, Alabandam recenset inter urbes, barbaricis deliciis, ac luxu perditas:

Hic alta Sicyone, est hic Amydone relicta:
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis.

Stephanus admonet, olim Alabandam inter Cariæ ciuitates opulentissimā, ac florentissimam fuisse, ut prouerbio quoq. locum fecerit, quod modo retulimus. Quadrabit igitur, ubi uolemus intelligi fortunam amplam, & uitæ genus uoluntarium, quamquam a literis, & uirtutis studio alienū. Veluti, si dicat aulicus, aut negotiator quispiam, Alii se in literis macerent, alii cum paupertate philosophentur, ἀλάβαν δα καρῶν ἀτυχεσάτη. Itaque cōsiue fuerit illi, quod alio dictū est loco, ἀδαίμων ὁ κόρινθος, i. Felix Corinthus. Poterit & per irrisionem usurpari, ueluti, si ioceris in quempiam parum egregium, qui tamē ingente uehementer barbara, crassaq; præcellere uideatur, ἀλάβαν δα καρῶν, &c.

Rubo arefacto præfractior.

Αγναμπτότατος βάτος αὖος, i. Rigidissimus ruo⁹ aridus, Aut ἀγναμπτότερος βάτου αὔου, i. Rigidior arido rubo. Prouerbialis est comparatio, in difficilem, atq. inexorabilem, ac præfractum, & suorum, ut uulgo uocant, morum hominem. Quod genus hominis Græci vocant αὐθεκάστους, id est, Suo quodam instituto uiuentes, expertesq; sensus communis. Refertur adagium a Suida simul, & a Zenodoto. Ductum admonet a rubo, qui, simulatque exaruit, rūpi potest, inflecti nequaquam. Vnde & in senes accommodatius dicetur, ætatis uitio difficiliores.

Tristis scytale.

Αχνυμένη σκυτάλη, i. Tristi scytale. De re tristi, seriaque dicebatur, aut de nuntio, qui dolorem afferret. Meminit huius Aristophanes in Lysistrata. Refertur a Diogeniano. Quin Aristophanes grammaticus librum conscripsit περὶ τῆς σκυτάλης ἀχνυμένης, citaturque ab Athenæo libro Dipnosophistarum tertio. Plutarchus in conuiuio septem sapiētum, ἢ τὴν αἰθίοπος ἐπίταξιν, εἰ δὲν ἄντις ἄλλο, πλὴν ἀχνυμένην σκυτάλην προσείπῃ. i. Aethiopis mādatum istud, quid aliud appelles, quā scytalam tristem? M. Tullius ad Articum: Habes scytalam Laconicam. Quod quidem videtur non absurde, uel ad epistolam perbreuem, uel ad obscuram, & arcanis de rebus conscriptam, uel ad sollicitam, ac tristia nunciantem, ac mandantem accommodari posse. Quid sit autem Scytale Laconica, docet Aulus Gellius Noctium Atticarum libr. 17 cap. 9. Sed ipsius uerba præstiterit adscribere. Lacedemonii autem, inquit, ueteres, cum dissimulare, & occultare literas, publice ad imperatores suos missas uolebant, ne, si ab hostibus exceptæ forent, consilia sua noscerentur, epistolas id genus factas mittebant. Surculi duo erant teretes, oblongi, pari crassamēto, eiusdemque longitudinis, derasi, atque ornati cōsimiliter. Vnus imperatori in bellum proficiscenti dabatur: Alterum domi magistratus, cum iure, atque cum signo habebant. Quando usus uenerat literatum secretiorum, circum eum surculum lorum modicæ tenuitatis, longum autem quantū rei satis erat complicabant, uolumine rotūdo, ac simplici, ita ut oræ adiunctę undique, & cohærentes lori quod plicabatur coirent. Literas deinde in eo loro per transuersas iuncturarū oras, uersib. ab imo ad summū proficiscentibus, inscribebant. Id lorum literis ita perscriptis reuolutum ex surculo, imperatori commenti illius conscio mittebant. Reuolutio autem lori literas truncas, atque mutilas reddebat, mēbraq. earum, & apices in parte diuersissimas spargebat. Propterea, si id lorum in manibus hostium inciderat, nihil quidquam conjectari ex eo loro quibat. Sed, ubi ille, ad quē erat

erat missum, acceperat, surculo cōpari, quē habebat, capto, ad finem perinde vt debere fieri sciebat, circumplicabat, atque literæ p ambitum eundem surculi coalescentes, rursum coibant, integramq. & incorruptā epistolam, & facilem legi præstabant. Hoc genus epistolę Lacedæmonij σκυτάλων, i. loricatum surculum, appellant. Hactenus A. Gellius. Meminit huiusce rei Plutarchus in Lysandro: cui Pharnabazus rex suppositicia scytala imposuit. Suidas eadem ferme refert, quę Gellius de scytala. Strabo Geographiæ lib. 1. hyperbolam hanc quoque commemorat. Ager angustior est, quàm scytala Laconica.

Hirundinum musea.

Χελιδόνων μουσεῖα, i. Hirundinum musea. Aristophanes in Ranis:

Επιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ σωμύλματα
Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης. i.
Sunt ista, folia, & stulta blateramina,
Musea hirundinum, artis, ac subuersio.

Interpres admonet, prouerbium esse in impendio loquaces, & obstreperos. Hirundines enim inepto garritu plus tædij auditoribus afferre, quam uoluptatis. Est enim hęc auis minime canora, sed molesto quodam stridore. Vnde apud Pythagoricos loquacitatis symbolum esse meruit, cum uetant, ne quis hirundinem sub eodem habeat tecto. Apte dicetur in poetas indoctos, oratores loquaces magis, quàm eloquentes, aut in cœtum hominum ineptè loquacium.

Luściniæ nugis insidentes.

Αηδόνες λέσχαις ἐγκαθήμενοι, i. Luściniæ nugis insidentes. Proximum illud ad imperitos, & tñ garrulos conuenit, hoc ad eruditos, qui tñ immodice suo studio delectentur. Quod genus sunt poetæ potissimum. Plaut. in Bacchid. ad puellā transtulit, Metuo, inquit, ne luściniolæ defuerit cantio. Quamquam in Græco prouerbio iocosa deprauatio videt inesse, utpro λόχμαις dictum sit λέσχαις. Sumptū est autem ab incredibili canendi tum studio, tum arte, quæ huic auiculæ tribuitur. Siquidem, (ut narrat Plin. lib. 10. cap. 29.) diebus, ac noctibus quindecim continuis citra intermissionē canit, densante se frondiū germine. Multis nominibus admiratione digna auis. Primum tanta uox in tam paruo corpusculo, tam pertinax spiritus: deinde in una, perfecta musicæ scientia, modulatus editur sonus: & nunc continuo spiritu trahitur, in longum, nunc uariatur in flexo, nunc distinguitur concisio, copulatur intorto, promittitur, reuocatur, infuscatur ex inopinato, interdum & secum ipsa murmurat, plenus, grauis, acutus, creber, extentus, ubi uisum est, uibrās, summus, medius, imus. Breuiter, omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitauit. Ac, ne quis dubitet artis esse, plures singulis sunt cantus, & non idem omnibus, sed suus cuique. Certant inter se, palamque animosa contentio est. Victa morte finit sæpe vitam spiritu prius deficiēte, quàm cātu. Meditantur aliæ iuniores, uersusq. quos imitētur, accipiunt. Audit discipula intentione magna, & reddit: uicibusq. reticent. Intelligitur emendata correctio, & in docēte quædam reprehensio. Hęc & alia nonnulla de luściniarum cantu refert Plinius, quo diximus loco.

Asinus portans mysteria.

Ονος ἄγων μυστήρια, i. Asinus portans mysteria. In eū dicebatur, q. præter dignitatem in munere quopiam uersabatur. Veluti, si quis, ignarus literarum, bibliothecę præfectus esset Aristophanes in Ranis:

Νὴ τὸν Δί' ἐγώγ' ἐν ὄνος ἄγων μυστήρια.
Α Δὴ τὰ καλέξω ταῦτα ἢ πλείω χρόνον. i.
Ita per Iouē sum asinus uehens mysteria.
Verum ista non iam sustinebo diutius.

Interpres affirmat, inde natū adagium, quod olim quibus ad peragēda sacra Eleusinia opus erat, asino imposita deportabantur. Quadrabit & in eos, quorū opera alijs duntaxat est usui, cum ad ipsos pręter molestiam nihil interim redeat. Veluti, si qs cibos alijs gestet, quibus ipsi non liceat vesci. Huc allusisse uidetur Apuleius, cum se fingit asinum Cererem deam circumferentem. Suidas adscribit, Dęmonem ad lapidē molarē referre, quē Græci ὄνον appellant: propterea, quod in sacris molis frumentarijs coronas imponere consueuerint. Itaq. torquebitur elegāter in eos, quibus immerentibus honos habetur. Veluti, cum indoctis doctoris titulus pileū, & anulus, aliaque id genus insignia attribuuntur.

Iterum tranquillitatem uideo.

Αὖθις αὖ γαλῶ ὁρῶ, id est, Rursum denuo tranquillitatem adspicio. Aristophanis interpres prouerbiũ esse scribit, quo nos significamus è malis emergere, fortuna in melius commutata. A nauigantibus ducta metaphora, quibus, conquiescente procella, grata solet esse trãquillitas. Aristophanes in Ranis.

Ἐξεσι δ' ὥσπερ ἡ γέλοχος ἡμῖν λέγειν,
Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῶ ὁρῶ. i.

Vt Hegelochus nobis item fas dicere,
Tranquillum ab undis, rursus iterũ conspicor.

Hegelochus erat histrio quispiam tragœdiarum, ne quem uox ignota remoretur. Nota autem obiter Aristophanes Euripidis τωτολογίαν, apud quẽ hic uersus est in Oreste.

Αὖθις αὖ γαλῶ ὁρῶ.

Quam eandẽ irrisit etiam Stratis. Quãquam uidetur & allusio subesse in Græcanicis uerbis γαλῶ ὁρῶ, id est, felẽ uideo, & γαλῶ ὁρῶ, i. tranquilla uideo. Atqui uicissim Euripides apud eum comicum, Aeschylum taxat, qui bis idem dixerit, in hisce versibus:

Δὶς τωὐτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς αἰσχύλος,
Ἥκω γὰρ εἰς γῆν, φησί, κἀν κατέρχομαι.
Νὴ τὸν Δί, ὥσπερ εἴ τις εἴποι γείτονι,
Χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει, κἀρδοπον. idest.

Sapiens bis idẽ est nobis locutus Aschylus.
Ad terram enim, inquit, uenio, & accedo velut
Si per Iouem, uicino ita quis dicat suo.
Mactram, aut canistrum, si libet, mihi commoda.

Pindarus in Isthmijs.

Ἀλλὰ νῦν μοι γαιάοχος δίδιαν ὀπασσεν ἐκ χειμῶνος. i.

Sed nunc Neptunus mihi tranquillitatẽ præbuit ex tempestate.

Septennis cum sit, nondum edidit dentes.

Ἑπταετὴς ὢν ὀδόντας οὐκ ἔφυσεν, id est, Cũ sit sepẽ natus annos, nondum tamen dentes produxit. Aristophanis interpres admonet prouerbio dici solere. Quadrare uidetur in eum, qui, natu grandis, tamẽ ad huc quasi puerum agit. Aut qui diu commoratus alicubi, nihil adhuc auctoritatis, aut honoris sit assecutus. Metaphora mutuo sumpta uidetur ab infantibus, quibus circiter annum ætatis septimum, omnes dentes soleant enasci. Aristophanes in Ranis:

Σκώψωμεν ἀρχίδημόν,
Ὃς ἑπτέτης ὤν, οὐκ ἔφυσε φράτορας. idest,

Taxemus Archidemum,
Septennis hic nondum tribules edidit.

Vbi poeta, captans iocandi occasionem, pro ὀδόντας, φράτορας, mutauit. Taxat enim obiter Archidemum quempiam, qui morem Atheniensium neglexerat, apud quos hospes septem annos in ea uersatus ciuitate, in ciuium numerũ adscriptus, iã uelut in cognationem, ac ius illorum adsciscebatur.

De pulchro ligno uel strangulare.

Ἀπὸ καλοῦ ξύλου κἂν ἀπάγξασθαι. i. De pulchro ligno etiam strãgulari conuenit. Admonet parœmia, calamitatẽ tolerabiliorem esse, si cum honestate fuerit conjuncta, & dedecore uacauerit. Aristophanes in Ranis ad prouerbium alludens:

Ἐξ ἀξίου γοῦν τοῦ ξύλου
Ἤν τι καὶ πάχητε, πάχειν τοῖς σοφοῖς δοκήσετε. i.

Digno si quid è ligno rei
Perferetis, ferre cordatis uidebimini uiris.

Quasi minus miserum sit suspendium, si ex arbore pendeat insigni. Circumfertur huic simillimum prouerbium etiã hodie apud nostrates: Si demergẽdus sim, ĩ aqua pura me demergam: hoc est, si pereundũ est, honesta morte perire satius. Potest referri & ad eos, qui uincuntur quidẽ, sed a uictore tam insigni, ut honestius, & optabilius uideatur sic uinci, quam alios quosdã uicisse. Vnde est Virgilianum illud:

Æneæ magni dextra cadis.

Et apud Ouidium, Aiax pudendũ sibi putat cum Vlysse uel certasse, etiam si uictor discesserit.

Mecum, inquit, certasse feretur.

Item apud Homerũ Iliados φ. ad hunc modum loquitur Achilles:

Ὡς μ' ὄφελ' Ἕκτωρ κτεῖναι ὃς ἐνθάδε τέρσαφ' ἄριστος
Τῷ κἀγαθὸς μὲν ἔπεφν' ἀγαθὸν δέκεν ἐξεναρίξε,
Νῦν δέ με λυγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι. i.

Oſi

O si me necet, huc qui egit fortissimus Hector:
Tum gnauus gnaui victus virtute perirẽ.
Nunc me fata uolunt obscura morte perire.

Pindarus in Pythiis hymno tertio, non dissimili sensu dixit καλὸν πῆμα, idest, pulchra noxa: de Ixione loquitur, qui, deceptus imagine Iunonis, sibi parauit exitiũ.

Non Chius, sed Cius.

Didymvs prouerbiũ subesse putat ĩ his Aristophanis verbis, ὁ χῖος ἀλλὰ κῖος, i. Non Chius, sed Cius, propter vulgato scommate notatam gentis inconstantiam, ac volubilitatem, pro temporis ratione commutãtis institutum, ac idem ad fortunæ commoditatem accommodantis. Aristophanis carmina è Ranis sunt hæc, in Theramenem:

Πέπωκεν ἔξω τῶν κακῶν, ὁ χῖος ἀλλὰ κῖος. i. Euolauit è malis, haud Chius, sed Cius.

Quanquã hoc loco Aristarchus Cous legit, non Cius: Theramenes enim Cous fuisse dr. Fortassis allusum, ad id, quod is Theramenes fuerit Prodici Coi discipulus. Huius mentionem facit & Lucianus in Amoribus, ὥστε ἔγωγε ἂν δι' ἐμοῦ, εἴπερ ἦν ἐν δυνατῷ, γενέσθαι θηράμενης ἐκεῖνος ὁ κόθορνος. i. Itaque & ipse quoque, si fieri possit, optarim Theramenes fieri ille cothurnus. Nisi forte allusum est ad uocum affinitatem, cum res longe discrepet. Nam Chii male audiebant ob mores effeminatos, cum Cij nec tibicinas, nec meretrices reciperent in ciuitatem, ut indicat Athenæus lib. 13. Itaque, qui paullo ante nugator, mox veluti alius sumat vultum tætricum, in hunc recte dicetur: ὁ χῖος, ἀλλὰ κῖος. Aristarchus, qui legit Cous, videtur, ad taxillorum lusum spectasse, in quo iactus, qui Cous dicitur, habebat sex: Chius vnum duntaxat: Itaque Cous felicior erat iactus. Quo dicto, indicat Theramenem numquam infeliciter cõsuluisse. Eupolis, qui legit Cius, putat Theramenem adscitum in Ciorum ciuitatem, cum natus esset Cous. Didymus tamen effert prouerbium ὁ χῖος, ἀλλὰ κῖος, vt mutatio nominis indicet hominis versatile ingenium, ac tempori seruiens, semper ad potiorem partem sese accommodans. Huiusmodi ferme referuntur in Commentarijs eius fabulæ. Porro de Cothurno diximus alibi.

Extra oleas.

Ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν φέρεται. i. Extra oleas fertur. Vbi quis terminos præscriptos trãsgreditur, aut aliena, nec ad rem pertinentia facit, dicitve. Aristophanes in Ranis:

Μὴ σὲ ὁ θυμὸς ἁρπάσας
Ἐκτὸς οἴσει τῶν ἐλαιῶν, i.

Ita ne te concitum rapiat extra oliuas.

Interpres adagium hinc natum ait, Stadia, in quibus currendi certamina perage bantur, oleis per seriem positis, utrinque sepiebantur, quas præterire non licebat: proinde, qui præterijsset oleas, extra stadium currere videbatur.

Coronam quidem gestans, cęterum siti perditus.

Στέφανον μὲν ἔχων, δίψῃ δὲ ἀπολωλώς, i.

Coronam quidem gestans, cęterum siti perditus: In temulentum, & lurconem apte torquebitur, quiq; obligurrita re, redactus sit ad inopiam. Aristophanes in Equitibus:

Ὥσπερ κογνᾶς, στέφανον μὲν ἔχων ὁ αὖον δίψῃ δ' ἀπολωλώς, i.

Quemadmodum Connas coronam quidem gestans aridam, uerum siti perditus. Taxat autem Cratinum comicum tanquã ebriosum, ac delirantem. Effertur adagiũ, & ad hunc modum apud Diogenianum:

Δελφὸς ἀνὴρ στέφανον μὲν ἔχων, δίψῃ δ' ἀπολωλώς. i.

Vir Delphus cum portet serta, siti exanimatur.

Natum est à moribus Connæ cuiusdã. Is primum erat tibicen vinosus, atq; in cõuiuiis assidue coronatus potabat. Nã priscis mos erat in compotationibus coronas gestare. Deinde è tibicine factus est Olympionices, atque in Olympijs sæpe victor coronam tulit (vnde Cratinus eũ πολυστέφανον uocat.) Alioqui pauperrimo, neque tantillo ditior factus suis uictorijs. Nihil enim habuisse fertur, præter oleastrũ.

Aphya in ignem.

Ἀφύα ἐς πῦρ, idest. Aphya ad ignẽ. Prouerbium in ea, quæ celeriter intereũt, aut absumuntur, siue quæ facile, ac statim conficiuntur. Nam Aphya piscis genus candidum,

dum, molle, ac tenerum, quod, admotum igni, protinus decoquitur. Vnde meretrices aliquod, aphyas dictas indicat Athenæus li. 13 quod essent candidæ, graciles, & oculis prægrandibus. Talis enim apua. Frigitur autem in oleo feruenti: vnde fertur, & illud apud Græcos, ἀφυῶν τιμὴ ἔλαιον, i. Aphyarum honor oleũ, ac protinus, ut contigerunt oleum feruens, iam decoctæ sunt: adeo, ut ilico cum oleo stridant, statimq; percoctæ tollantur è patella. Hunc piscem Suidas scribit ἔτ ἀφρὸν, idest, spumam appellari, propter candorẽ, & ἐγγραυλιν: complura commemorans eius genera. Athenæus lib. 7. quibusdam & ἀφρύλω dici, nimirum à spuma, & ob id Veneri sacrum, quod eam poetarum fabulæ gignant e spuma maris. Idem eorum, quæ supra diximus, Clearchum adducit auctorem, addens & ad hũc modum efferri paroemiam, εἰ δὲ πῦρ ἀφύα, idest, Aphya uidit ignem. Quasi uidisse modo sufficiat ad decoctionem. Itaque, si puella iam nubilis statim sponso viso incalescat, conueniet ἴδε πῦρ ἀφύα. Nõ dissimile ei, q̃ alibi recensuimus, ἵππον εἰς πεδίον, idest, Equum in planiciem.

Boliti pœnam.

Βολίτυ δίκλω, i. Boliti pœnam dicunt, ubi quis de re friuola, nihilq; plectitur. Bolitus autem Græcis significat stercus quod uis, sed proprie bubulum. Porro Solon legem tulit, quæ pœnam minabatur etiã ijs, qui bubulum stercus furto sustulissent. Huc allusit Aristophanes in Equitibus:

Τοῖς βολίτοις ἢ πόμμυος. id est,
Bubulis stercoribus uictus.

Hesychius putat Græcis idem βόλβιτον, & βόλιτον, nisi quod prius illud Ionum sit peculiare: Idẽ indicat Etymologus. Sic ãt appellari bouis excremẽta, quod liquidiora sint, quam cęterorum animantium. Citat autẽ & Hipponactem, qui βολίτυ καστιγνήτλω dixerit fęminam, opinamur, extreme contẽptã. Et βολίτινον uelut è bubulo stercore conflatũ. Cynulcus apud Athenęũ lib. 13. ἀλλὰ βολίτινον ἔχων θάτερον σκέλος. idest, Sed è bubulo stercore conflatum habens alterum crus. In Phrysiorum agris uidere est domos bolitinis parietibus, in alijs bubulũ stercus ad ignis materiam siccari. Quin & hodie nostrates, quẽ insigniter contemnũt, βόλιτον appellant.

Haud unquam arcet ostium.

Οὐδὲ ποτ' ἴχει ἡ θύρα. idest, Haud unquam arcet ostium. Interpres Aristophanis paroemiam admonet esse de ijs, qui impendio sunt hospitales, quorum fores semper patentes neminem excludunt. Sumptũ ait ex Eupolidis comędia, cui titulus φίλοι. Eleganter accommodabitur, uel ad credulum, qui quoduis mendacium admittat auribus, uel in mulierem nulli negantem.

Semper aliquis in Cydonis domo.

Ἀεὶς τὶς ἐν κύδωνος, i. Semper aliquis in Cydonis domo. Cydon Corinthius quispiam erat, adeo insignis hospitalitate, ut etiam prouerbio locum fecerit. Refertur à Suida pariter, & a Zenodoto, neque non ab Aristophanis interprete. Hæc cum non careant gratia, quotiens simpliciter accommodantur ad homines φιλοξένους, tñ plusculum habebunt Veneris, si ad animum deflectantur: ueluti, si quis admoneat pium hominem, ne siuat animum suũ quibuslibet cogitationibus patere.

Summis unguibus ingredi.

Ἐπ' ἄκρων ὀνύχων, i. Summis ungulis. Metaphora prouerbialis in eos, q̃ auidius auscultant. Nã ij solent semet in summos pedes erigere. Καὶ ἐπ' ἄκρων ὀνύχων βαδίζων, idest, Summis ingrediens pedum unguibus. in fastuosos. Refertur adagium ab Aristophanis interprete ἐν ἀχαρεῦσι, putatq; huc allusisse poetam, cum ait:

Εὐθὺς διὰ τὼς σεφάνους ἐπ' ἄκρων ἀλ' πυγιδίων ἐκάθηδε, i.

Summis natibus mox residetis, animos addente corona. Id est, Efferimini, uobisq̃ placetis.

Haud impune uindemiam facies.

Οὐκ ἐρήμας τρυγήσεις, i. Haud impune uindemiam facies. In eos competet, qui, nullo seruante, impunè decerpunt uuas. Aristoph. in Vespis; Ἀλλ' οὐκ ἐρήμας ὦ ἐδ' ὄλω ῥαδίως τρυγήσειν. i. At ne existimetis uos adeo facile, atq; impune uindemiam facturos. Nã ἐρήμας Græci fieri dicũt, qd' fit nullo prohibente, nulloq̃ obsistente. Confine est illi, quod alio referem⁹ loco:

Γλυκεῖ ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος, i.
Est dulce pomum, uerũ ubi custos abest.

Solent

Solent enim vitibus, & pomarijs adhiberi custodes, pręsertim autumno, cũ iam maturi fętus furem inuitant. Itidem dicunt, ἐρήμλω κατηγορεῖν, ἢ ἐρήμλω δίκλω γράφειν, & ἐρήμλω νικᾶν, & ἐρήμλω κρίνειν, ἢ κατακρίνειν, quemadmodum indicauimus alibi.

Mens est in tergoribus.

Νοῦς ἐστὶν ἐν τοῖς σκύτεσιν, i. Animus est in tergoribus. De sollicitis dictitari solitum, quiq; malum aliquod imminens timere uidentur. Aristophanes in comœdia, cui titulus Pax:

Η μάρτομμ ταῦτ', ἀλλὰ συγγνώμλω ἔχε.
Ο νοῦς γὰρ ἡμῶν ἦν τότ' ἐν τοῖς σκύτεσιν. i.

Peccauimus quidem ista: sed uenia dabis.
Tum nauq; noster animus in corijs erat.

Metaphora sumpta est, vel à loris, quib. cæduntur serui. (Nã hæc e bubulis tergoribus secantur: Vnde Plautinum ænigma: Vbi uiuos homines mortui incursant boues) vel à clypeis, qui bubulo corio solent obduci. Proinde congruet, uel in eos, qui flagra metuunt: uel in hos, quos belli impendẽtis metus hẽt solicitos. Non dissimile Terentianum illud ex Eunucho. Iamdudum animus est in patinis. Item illud Aristophanicum in Vespis de homine litium auido:

Ο νοῦς πέταται νύκτα περὶ τλὼ κλεψύδραν, i.

At uolat animus nocte circa clepsydram.
Breuiter, quacunq; in re sumus intenti, in ea dicimur esse.

Σκύτη βλέπει.

Σκύτη βλέπει, idest, Vt uerbo uerbum reddatur, Tergora tuetur. Confine proximo, quo significabant, quempiam præ se ferentem uultu, quod mali quippiam instare suspicaretur: idq̃ coniecturis aliquib. colligeret ueluti, si quis conspectis bouum tergoribus, bellum futurum colligeret, quod his integantur clypei. Citatur Adagium ex Eupolidis fabula, cui titulus Chrysogenes,

Ατεχνῶς μὲν ἕν, τὸ λεγόμμνον, σκύτη βλέπει, i.

Plane, quod aiunt, obtinetur tergora.

Fortasse nec illud absurdum fuerit, hinc natũ prouerbiũ dicere, quod in clypeis barbaricæ quæpiam, & horrendæ facies depingi, sculpiue solent barbarorum, aut Cyclopum, aut bellu arum etiam, ut eam ob causam qui truculẽto essent uultu, σκύτη βλέπειν dicerẽtur. Athenęus lib. tredecimo: Οὐ πολλάσε σοφρονήσαντος, ἢ διδάξαντος σκύτη βλέπειν, i. Qui nihilo te fecit temẽdatiorem, tantumq̃ docuit torũ obtueri. Sentit enim, discipulũ à philosopho nil aliud didicisse, quã supercilium, & uultus truculentiam. Quamquam hoc adagiũ in sua duntaxat lingua gratiam habere potest. Aristophanes in Vespis:

Εγώ σε τὴμερον βλέπειν σκύτη ποιήσω, i.
Ego hoc quidem faxo die, te tergora obtueri.

Cochleare crescet.

Δοῖ δυξ αὔξει, i. Cochleare crescet. Chrysippus apud Zenodotum, & Aristophanẽ interpretem, ait, hanc paręmiam dici solere in pusillos homunciones per ironiam, Nam cochleare & pusillum est, & contortum. Aristophanes in Equitibus:

Σκάφη δύο χρηστίμα, δοῖ δυξ ἢ δὲ τορύνη, i.
Duo utilia uasa, cochleare, & toryna.
Est autem Toryna, qua mouetur olla.

Connæ calculus. Cochleare crescet.

Κόννυ ψῆφος, idest, Connæ calculus. In hominem, aut rem nihili, nulliusq̃ momenti. Prouerbium manauit à Conna quopiam citharœdo, siue (ut quidam uolunt) lyrista, ex eorum numero, qui citra uocem organo canebant. Sunt, qui dñt, Connam fuisse quendam extremę sortis hominem, qui deuorato patrimonio, pauperrimus fuerit. Callistratus, apud Aristophanis interpretem, ad hunc modum effert paroemiã, κόννυ φρίον, idest, Connæ ficulnum folium, quod eo lusitare sit solitus, Aristophanes in Fuccis:

Σὲ μὲν ἡγοῦνται κόννυ ψῆφον. i.
Te quidem Connæ suffragium existimãt: hoc est, nihili ducunt:

Vnicum arbustum haud alit duos erithacos.

Μία λόχμη οὐ τρέφει δύο ἐριθάκους, i. Idẽ arbustum non alit duos erithacos, Zenodotus auctor est, hoc adagio notatos illos, q̃ ex rebus minutis festinãt ditescere. Sed uidetur non intẽpestiuiter dici posse in eos, quibus parum conuenit, nec in eodem munere concorditer uersari queunt. Est autẽ Erithacus, auis quædam solitaria, ut eodem in saltu non temere nisi unam inuenias

nias. Hanc Theodorus Gaza nũc Sylniam, nunc Rubeculam interpretatur. Thomas magister ait, a quibusdã ἐριθέα uocari, ab alijs ἐρίθυλον, à plerisq; ἐρίθακον. Aristophanes eleganter ad hoc allusit adagium in Vespis:

Οὐ γὰρ ἄμποτε
Τρέφειν δύναται ἂν μία λόχμη κλέπτα δύω.

i. Non enim fieri potest,
Fures ut unquam saltus alat unus duos.

Non omnino dissimile est huic, quod dixisse fertur Alexander Magnus, Mundum non capere duos soles.

Pedibus ingredior, natare enim non didici.

Πεζῇ βαδίζω. νεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι, i. Ambulo pedes: nandi imperitus scilicet.

Prouerbialis senarius, in eũ, qui maiorũ rerum imperitus, minutioribus negotijs sese exercet. Aut qui, propter imperitiam, priuatus, & humilis viuit: aut q sese necessario confert ad illud genus: quãdoquidẽ ad illud, aut illud, nequaquã est idoneus, ueluti si quis negotiator fiat, ad literas indocilis. Refertur huic assimilis uersus:

Πεζῇ βαδίζων, οὐκ ἐπίσταμαι σκάπτειν, i. Fodere imperitus, pedibus ambulo meis.

Apud Aristophanem in Auibus sycophanta similiter excusat suam professionẽ: τί γὰρ πάθω σκάπτειν οὐκ ἐπίσταμαι, id est, Quid, quæso facerem quãdo fodere nescio? Huc referendũ: σκάπτειν δ' δύναμαι. Fossionẽ enim, pro quauis opera mercenaria posuit Aristophanes in Vespis:

Σύγγνωθι κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταται, i. Ignosce, neq; n. canere doctus est chely.

Nimirum alludẽs ad uulgatũ adagium: perinde, quasi dicat: Reliquarum imperitus artium, furto tantum rem parat. Idem in Equitibus.

Οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι, i. Ne musicam quidem scio.

Vna domus non alit duos canes.

Εἰς οἶκος οὐ δύναται τρέφειν τοὺς δύο κύνας, i. Eadẽ domꝰ nõ bene canes alit duos. Prouerbio iactatus senarius, in eos, inter quos parũ conuenit ꝓp idẽ lucrum, ꝙ cõiter expetũt. Sic idẽ munus, non fert duos ambitiosos, quorũ vterq; conẽt tenere primas. Refertur ab Aristophanis interprete.

Vallus vitem decipit.

Η χάραξ τὴν ἄμπελον ἐξηπάτησεν, i. Vallus vitẽ decepit. Vbi quispiã ab eo fallitur, aut læditur, à quo pendebat, cuiusq; fidei nitebatur. Traductũ a Vallis, quibus alligatę fulciũtur uites. Fit autem interdũ, ut illi radicibus actis, ramis, ac frondib. suis uitem strangulent, aut prostrati palmitẽ sẽ cum trahant. Aristophanes in Vespis:

Εἶτα νῦν ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον. idest,
Ita ne circunuenit ipse uineam palus suã?

Trepidat in morem galli cuiuspiam.

Πτήσσει ὡς τὶς ἀλέκτωρ, i. Trepidas tã q̃ gallus gallinaceus. In male affectũ, & cõmotũ, aut etiam pauitantem: opportunè dicetur: πτήσσειν. n. Græcis fugitare significat, atq; expauescere, peculiariter autem de auibus dicitur. Aristophanes in Vespis.

Πτήσσει φρύνιχος ὥσπερ ἀλέκτωρ. idest, Galli in morem Phrynichus horret.

Fuit hic Phrynichus Melanthæ filius, Atheniẽsis tragœdiarũ scriptor, quẽ Athenięses mille drachmis multarũt, qđ Milesiorũ excidiũ tragœdia cõplexus esset. Qđ quidẽ nõ adscripturi eramus inter adagia, nisi cõmentarius Aristophanis hoc nominatim prouerbij loco retulisset. Meminit huius & Plutarchus in Alcibiade, q cũ antea fuisset ferox, & insolẽs, ex Socratis familiaritate, cuius singularem integritatẽ suspiciebat, cępit esse mãsuetus, ac modestus. Citat aũt hunc senariũ è poeta quopiam:

Ἐπηξ' ἀλέκτωρ ὡς, κλίνας πτερόν.
Pauidus refugit, more gallinacei,
Cum uictus alas illi summittit suas.

Meminit huius & in uita Pelopidę. Certamẽ autem gallorũ apud ueteres solenniter, ac publicitus exhibebatur. Cęterum, quamquam animal natura pugnax est, tamẽ gallus, ubi se sentit imparem in conflictu, mire deiectus, ac supplex profugit, risum præbens spectatoribus.

Non magis, parcemus, quam lupis.

Οὐ φεισόμεθα μᾶλλον ἢ λύκων, i. Haud magis, parcemus, ac lupis. Aristophanis interpres prouerbialẽ figurã esse admonet, inde natam, quod antiquitus lex ad interficiendos lupos ẽt præmio inuitabat apud Atticos. Etenim, qui lupi, catulum interemisset, huic talentum: qui adultum occidisset, duo talenta dabantur. Vnde & Apollinem, λύκειον, καὶ λυκοκτόνον cognominarunt Aristophan. in Auibus.

Φεισόμεθα

φεισόμεθα γάρ τι τὴν ἢ μᾶλλον ἢ λύκων. i. Quid enim his magis parcemus, atque ipsis lupis?

Nisi si qua uidit auis.

Πλὴν εἴτις εἶδεν ὄρνις, i. Nisi si qua uidit auis. Hyperbole prouerbialis de re uehementer occulta, Aristophanes in Auibꝰ:

Οὐδεὶς εἶδεν τὸν θισαυρὸν τὸν ἐμὸν, πλὴν εἴτις ἂν ὄρνις. idest,
Nemo meum uidit thesaurum, nisi forsan si qua auis usquam.

Suidas etiam hunc uersiculum citat ex Aristophane.

Οὐδεὶς μεθεωρεῖ πλὴν ὁ παρίπτάμενος ὄρνις,
Nemo me contuẽt, nisi pteruolans auis.

Perdicis crura.

Πέρδικος σκέλος, i. Perdicis tibia. Perdix caupo quispiam erat claudus, ab Aristophane locis aliquot notatus. unde & in prouerbium abijt. Cuius mentionem fecit Aristophanes grammaticus in prouerbijs orationis solutæ. Dicebatur in crura gracilia, distortaq̃e. Refertur a Suida, περδίκειος πὺς, i. Perdicis pes. In loripedes quadrat. Citatur hoc carmen apud Athenæum in 1. libri fragmentis.

Εγχεειτιεῖν μοι καὶ τὸ πέρδικος σκέλος.
Ἀμίδα δότω τὶς, ἢ πλακοῦντα τὶς δότω.

i. Infunde bibere, & crura perdicis mihi.
Matulam det aliquis, aut placentam porrigat.

Verum haud uidetur hoc ad prouerbiũ admodum facere.

Tolle calcar.

Αἶρε πλῆκτρον ἀμωτήριον, i. Tolle calcar vltorium. Extat adagium in Aristophanis Auibus:

Αἶρε πλῆκτρον, εἰ μάχει.

Tolle calcar, si pugnas.

In eum dici solitum, qui iam ultionem parat. Mutuo sumpta metaphora a gallis pugnã inituris, quibus ferrei stimuli quidam alligari solent; quo se tueantur inter certandum. quãquam, auctore Aristotele libro De animalibus secundo, cap. 12. natura calcar addidit ex auium genere ijs, quæ ob corporis molem sint ad volatum minus idoneę. Cuiusmodi sunt galli. Id cõfirmat Plinius libro decimo cap. 21. Et regnum, inquit, in quacumque sunt domo exercẽt: dimicatione paritur hoc quoque inter ipsos, uelut ideo tela adnata cruribus suis intelligentes: nec finis sępe cõmorientibus.

Minus habet mentis, quàm Dithyrambornm poetæ.

Διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχεις ἐλάττονα, i. Minus sapis scriptoribus Dithyrambicis.

In stupidos, ac furiosos torquetur. Adagiũ annotatur ab Aristophanis interprete in Auibus. Sumptum a poetis Dithyrambicis, qui, Baccho afflati furebant. unde & Horatius:

Aut insanit homo, aut uersus facit.

In Odis, Pindari grandiloquentiam attollẽs, Seu, inquit, per audaces noua dithyrambos uerba deuoluit, numerisq; fertur Lege solutis. Philostratus in Sophistis, immoderatam in dicendo uehementiam, ac granditatem aliquoties appellat τὸ διθυραμβῶδες, eosque dicit ἐκβακχεύειν, καὶ ὑπερβακχεύειν.

Cercyræa scutica.

Κερκυραία μάστιξ, i. Cercyræum flagrũ: De re superuacaneo cultu exornata. Quadrabit & in ea qbus ornatus additur neutiquam decorus, aut congruus. Cercyræis (quoniã crebris seditionibus agitabantur) mos erat gestare flagra ingẽtia, ansis eburneis exornata. Quidam aiunt, ea duplicia fuisse. Itaque in prouerbium abierunt. Auctor interpres Aristophanis in Aues. Lycurgus rhetor, cum ob immodicã linguæ libertatem è cõcione eijceretur, exclamauit, ὦ κερκυραία μάστιξ ὡς πολλῶν τάλαντα ἀξία εἶ, i. O Cercyræa scutica, quam multa uales talenta. Notans populũ inutilem, magno tamen alendum. Refert Plutarchus in uita decem rhetorum.

Larus.

Κέπφος λάρος, i. Cepphus, larus. In garrulũ, ac uecordem dicebatur, pręcipue qui cuiusuis rei cupiditate deceptus capitur: Ab auis ingenio ductum, quam spuma marina gaudere tradunt. Capitur autem ad hunc modum, Obijcitur spuma primum longiore interuallo. Deinde propius, propiusq;. Postremo manibus gestantes exhibent. Larus itaque cibi auiditate captus cõprehenditur. Aristoph. utitur in Pluto, Interpres admonet cognomen esse prouerbiale. Rursum in Nepulis Cleonẽ Larum

vocat, quod furtis, ac rapinis inhiaret. Lucianus in libello De mercede seruiētibus, σαυτὸ παρακαλέσας θαρρεῖν, ὅτι χέρει τῇ ἄγρᾳ εἰθέλεις, καθάπερ ὁ λάρος, ὅλον ἐπιχανών τὸ δέλεαρ, i. Sumpta uero fiducia, uenatum aggredere, si uidetur, Lari in morem, totam escam ore deuorans. Athenæus libro Dipnosophistarum 10. indicat auem hanc Herculi attributam à priscis, quod & ille fuerit ἀδδηφάγος, atq. itidē βοφάγον esse uocatam. Olim præcipuus gurgitum luxus erat in piscibus, id quod omnium libri testantur, quicunque uel apud Græcos, uel apud Latinos scripserūt de hoc genere. Proinde congruet & in obsonatore, quod Larus auis piscium sit appetens.

Cepphus parturit.

Κέπφος ὠδίνει, i. Larus parturit. Dicebatur in eos, qui pollicerētur ingētia, deinde nihil promissis dignum præstarent. Est enim Larus auis, multa plumarum copia circumtecta, cęterū carnibus exiguis: pariens autem vociferatur. Recensetur adagiū ab Aristophanis interprete, in comēdia, cui titulus, Pax. Confine est illi:

Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Canis festinans cæcos parit catulos.

Η κύων ἀσάδδουσα τυφλὰ τίκτει, i. Canis festinans cęcos parit catulos. In eos iaciebatur, qui, nimio festinandi studio, rem parum absolutam edunt: vt, si quis operis parum elimati prēcipiter editionem. Hinc natum, quod canis, quia celerius pariat, catulos cæcos uelut adhuc immaturos edit. Aristoteles libro De generatione animalium 4. demonstrat, id potissimum euenire in animantibus, quæ multifidis sunt pedibus, & numerosum alunt fętum, ut vulpes, ursa, leæna, canis, lupa. Nam hæc omnia cæcos pariunt catulos: quædam etiam informes adhuc edunt. In caussa putat, quod, cum corporis humor non sufficiat alendo tam numeroso fetui, natura partū imperfectum potius educit. Galenus item libro, quem conscripsit de semine, τὰς δὲ κύνας ἤδη πῦ καὶ παροιμία φησὶν τυφλὰ τίκτειν ὑπὸ ἀσαδῆς, i. Canes uero etiam prouerbio iactatū est, obfestinationem cęca parere. Quamquam canum catulos Galenus mauult imperfectos dici, quā tæcos: cum talpæ proprie cæcæ dicantur. Animantia, quæ fętus edunt cæcos, ἀλαστόκα uocantur Græcis, quasi Latine dicas Cæcipara. Alludit ad parœmiam Aristophanes in Pace:

Η κώδων ἀκαλανθὶς ἐπειγομένη τυφλὰ τίκτει. idest,

Cæca parit properato Acalanthis tinnunula nixu.

Et interim Greci grammatici dubitant, quid sit Acalanthis: alij putant nomen insignis canis, deductum παρὰ τὸ ἀκαλὸν θεῖν. i. quod placide currat. Sunt rursus, q. suspicentur auem esse. κώδων aūt tintinabulum est, quo in ędibus magnatum, & hodie in collegijs, conuocantur familiares ad officiū. Alij suspicantur dictū, παρὰ τὸ ἀκάλλειν, idest, à blandiendo, quod notis abblandiens canis, allatrat hospites. Sic diuinant, Aristophanis interpres, Etymologus, & Suidas.

In canis podicem inspicere.

Aristophanes ἐν ἐκκλησιάζουσαις,

Τούτῳ μὲ εἶπον ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν. i.

Canis quidē hunc inspicere iussi podicē.

Interpres admonet vulgo diei solere incęcutientes: adscribens & hūc trocaicum:

Ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν καὶ τριῶν ἀλωπέκων. idest,

In canis despicere podicē, triumq. vulpiū.

Allusit eodem & in Acharnēsibus, Τοῖς ὀρίνοις φυσῆτε τὴν πρωκτὸν κυνός, i. Obscenius est, quam ut uertere libeat. Has profecto nugas pigeret adscribere, ni propositum esset operi suscepto per omnia satisfacere, καὶ ὦ ἔμαχον ἀπάρτιν κοσμεῖν.

Tentantes ad Troiam peruenerunt Græci.

Theocritvs in Syracusijs, tentando atque experiendo quantumlibet ēt ardua perfici, figura prouerbiali significans,

Ἐς τροίαν, inqt, πειρώμενοι ἦλθον ἀχαιοί.
Καλλίσα παίδων, πείρᾳ τ' πάντα τελεῖται. i. Tentando ad Troiam uenere Pelasgi.
Cuncta, puellarum pulcherrima, perficit usus.

Deum sequere.

Plvtarchvs in libello De audiendo, refert hoc adagiū, quod & inter septē Græciæ sapientū oracula celebratur, ἕπου θεῷ, idest, Sequere deum. Putat hunc esse sensum, Obtempera rationi. Quasi cuiq. debeat

beat oraculum esse, quidquid in pectore dictauerit ratio. Vnde & Virgil. dixit:

An cuiq. deus sua dira cupido.

Cui uersus ille Græcis celebratus adstipulatur.

Οὗτος γὰρ ἡμῖν ἐστὶν ἑνὶ κάστῳ θεός. i.

Inest enim suus cuiq. animus, deus.

Et Menander apud Plutarchum:

Οὗτος γὰρ ἡμῶν ὁ θεός. i.

Nam noster animus numen est.

Et consimilia quædam apud Lucanum dicit Cato Vticensis. Sumptum uidetur ex Homericæ Iliadis libr. 1. ubi Achilles Palladi obtemperans hæc dicit:

Οστε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ, i.

Qui diis paruerit, proni huius uota recepiant.

Apud eūdē est hoc hemistichiū nō uno loco positum, καί τις θεὸς ἡγεμόνευε, i. Quin & diuū aliquis ductor fuit. Plato in Critone, ἔα τοίνυν, ὦ κρίτων, καὶ πράττωμεν ταῦτα, ἐπειδὴ ταῦτα ὁ θεὸς ὑφηγεῖται, i. Sine igitur, ò Crito, & hoc pacto agamus, quandoquidē hac nos ducit deus. Cic. lib. De finibus tertio, commemorat inter pręcepta ueterum sapientum, quæ constat prouerbiorum uice celebrata. Quæq. sunt, inquit, uetera præcepta sapientum, q. iubēt tempori parere, & sequi deum, & se noscere, & nihil nimis.

Lingua quo uadis.

Γλῶσσα ποῖ πορεύῃ, πόλιν ὀρθώσουσα, καὶ πάλιν ἀναπτέμενα, i. Lingua quo uadis? Erectā ciuitatem, eandem denuo subuersura. Refertur a Suida, Zenodoto, Diogeniano. Docet linguam plurimū utilitatis afferre mortalibus, & eandem rursum plurimā afferre perniciem, tametsi membrum corporis sit per quā exiguum. Bias, referente Plutarcho in libello, De audiendo, rursum in alio, De loquacitate, Amasidi, Aegyptiorum tyranno, iubenti, ut sibi, quod esset in uictimæ, quem ad illū miserat, carnibus & optimum, & pessimum mitteret, linguam resectam misit, innuens huius usum esse præcipuū, siue prodesse cupias, siue nocere.

Ollas ostentare.

Χύτρας ἐπιδείκνυσι, i. Ollas ostētare, est, rem per se ridiculam, ac sordidā, perinde ut maximā, efferre. Plutarchus in libello, De auscultando, taxans sophistas, quibus mos erat ἀδόξους, id est, infames materias uerborum fucis exornare, cum uomitum, febrim, Busiridem, atque id genus alia laudāt, καὶ νὴ δία, inqt, χύτρας ἐπιδεικνύμενοι, id est, Ac per Iouem ollas ostentantes. Non quod prorsus improbandū sit, si quis uel exercēdi, uel laxādi ingenii gratia, ludat nonnunquā in huiusmodi argumentis, modo iocus sit eruditus, & cū uoluptate misceat nonnihil utilitatis. Quādoquidem ridentem dicere uerum, quid uetat? Immo fit, ut citra offensam, & gratius irrepat in animos mortaliū ueritas, huiusmodi lenociniis commendata, adeo, ut Aulus Gellius non dubitet ridiculas Aesopi fabellas tetricis illis, & è cælo delapsis Stoicorū dogmatis anteponere. Lusit & ipse Plutarchus in Gryllo, festiuiter sane, sed ita tamē, ut philosophum iocari, nō scurram, possis agnoscere. Ergo prouerbiū affine fuerit illi, quod alibi dictū est, χύτραν ποικίλλεις, id est, Ollam uariegas.

Puer glaciem.

Οπαῖς κρύσταλλον, i. Puer glaciem, Dicebatur in eos, qui, cum retinere quippiam non possint, nolunt tamen amittere. Veluti, si quis magistratū recuset deponere, cui gerēdo sit impar, aut a munere nolit absolui, quod tueri tamen non possit. Competet & in eos, qui sponte nolint a se amouere, quod tamen aliquāto post sit elapsurū. Vt, cum opes urgemus, premimusq;, mox nihilominus nos relicturas. Aut, cum rem noxiam urgemus, nec uolumus amittere, quod lædit. Refertur a Zenodoto, Suida, Diogeniano. Meminit Plutarchus, & explicat libro De futili loquacitate. Sumptum uidetur è Sophocle, qui amorē comparat pueris, qui glaciem conspectam arripiunt manibus, ac delectantur: sed, ea mox liquescēte, nec facile possunt abiicere lubricam massam, nec retinere noxiam. Itidē amor nec excuti potest ob uoluptatē adiunctā, nec retineri ob molestias admixtas uoluptatibus maiores.

Vnum ad unum.

Εν πρὸς ἕν, φασὶν, inqt Lucianus. i. Vnū ad vnū, nimirum figuram prouerbialē esse significans, cum exactius singula singulis componantur. Theocritus in Pastore:

Εμὶν δὲ τὺ βοκολιάσδ ἀν
ἐν ποθ' ἕν. id est si libet ad uerbum reddi.
Tu uero mihi pascito boues
Vnum ad unum.

Sic enim quidam eruditi legunt. Plato lib. De legibus quinto δεῖ δὲ πάντα ἀνδρα ἐν πρὸς ἕν τίτο πράδειν. Reddetur & hoc ad uerbũ, Oportet autẽ omnẽ, unum ad unum, ad hoc festinare, hoc est, pro se quemque. Idẽ in lib. 6. ἀν ἐφ' ἑνὶ παρέχειν. Vtitur & libro primo plane prouerbiali figura, ἐν πρὸς ἕν. Rursũ lib. quarto, ἀνθ' ἑνὸς ἕν. Translatum uideri potest a prelio, quoties acriter res geritur, singulis aduersus singulos dimicantibus. Nisi malumus ad Laconicum illud apophthegma referre. Narrat enim Plutarchus in libello de futili loquacitate, Lacedæmonios aliquando unum legatum ad Demetriũ regem misisse, Cumque stomacharetur tyrannus, uociferaretur q; , Vnum inquiens, ad me Lacedemonij legatum nihil attonitum respõdisse, Vnũ ad unum. Nec absurde dixeris, mathematicis mutuo sumptũm, quorum est hæc loquẽdi figura peculiaris, ἕν πρὸς ἕν. id est, Vnum ad unum, sic enim proportionem constare dicunt, quam uocant, parilitatis, siue æqualitatis.

In nocte consilium.

Εν νυκτὶ βυλὴ, i. In nocte consilium. Admonet adagium, non esse præcipitandum consilium, neque statim ad primos animi impetus quippiam agendum. Nox autem propter solitudinem, ac silentium, uel maxime ad considerandum, consultandum q; de rebus grauibus est idonea. Præterea sæpenumero fit, ut somnus, sedata cupiditate, pristinã sentẽtiam uertat. Vnde etiã uulgo dicitur ab idiotis nostratibus, super hac re indormiam, ubi significant se per otium deliberaturos. Porro pręceps cõsilium inauspicatum esse solere, & uulgato sermone dicitur, & eleganter admonuit Sophocles apud Plutarchum libello de garrulitate: Οὐ γὰρ τὶ βυλῆς τἀυτὸ καὶ δρόμυ τέλος. i. Cursus enim haud est finis idem, & consilij.

Siquidem in cursu uincit, qui celerrimus fit, in cõsultando cunctatio tutior est, periculosa celeritas. Plutarchus in Symposiacis, decade septima, problemate nono, citat Platonẽ, qui scripserit, apud Lacedemonios, ni fallimur, fuisse νυκτερινὼν σύλλογον, i. Nocturnum conuentum grauissimorum, ad quem difficilimæ caussæ reijciebãtur. Addit, apud ueteres noctem ἀφρόνων fuisse uocatam, παρὰ τὸ εὖ φρονεῖν, a bene sapiendo.

Vbi quis dolet, ibidem & manum habet.

Οπυ τὶς ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ ἡ χεὶρ ἔχει. i. Vbi dolet quis, ibi & manum frequens habet.

Senarius prouerbialis, quem refert Plutarchus libro De futili loquacitate. Natũ est dictum a naturali hominum consuetudine, qua fit, ut ei corporis parti, quẽ dolet, frequenter manus admoueamus. Tempestiuiter utemur, cum significabimus, quẽ piam ea tractare, deq; ijs libenter uerba facere, quæ mouent animum. Stobęus idem refert ad hunc modum.

Οπυ τὶς ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὸν νοῦν ἔχει. i. Vbi quis dolet, illic & mentem habet.

Allusisse uidetur ad prouerbium Cicero. Epist. ad Attic. li. 3. Sed non faciã, ut aut tuum animum angam querellis, aut meis uulneribus, sæpius manum afferam. Item Plautus in Persa. Quasi lippo oculo meus herus utitur, manum abstinere haud quit tamen. Plutarchus huc torquet. Vbi quid siue dolet, siue delectat, ibi quisq; linguam habet. Sic Laudibus arguitur uini uinosus Homerus, & Pindarus taxatur, ut φιλάργυρος, quod multus in laudando auro, Nã hoc pacto statim auspicat Olympia, ἄριςον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ χρυσὸς αἰδόμενον πῦρ ἅτε, διαφέρει νυκτὶ, μεγάνορος ἐξοχα πλούτου. i. Optima quidẽ aqua, cęterũ aurum, uelut ardens ignis, eminet noctu, magnificas supra opes. Rursum in Isthmiis hymno tertio, Καὶ μεγαδενῆ νόμισαν χρυσὸν ἄνθρωποι φειώσιον ἄλλων, i. Et multi potens iudicarunt auium homines eximiũ in cæteris.

Plus apud Campanos unguenti, quam apud cæteros olei fit.

PLINIVS naturalis historiæ libro 18. cap. 11. In Campania tamen, inquit, laudatissimus cãpus est. Montibus subiacet nimbosis, totis quidem 40. mill. pass. planitie. Gratia terræ eius, ut protinus soli natura dicatur, puluerea summa, inferior bibula, & pumicis fistulans uice. Montium quoq; culpa in bonum cedit. Crebros enim imbres percolat, atq; transmittit: Nec diluit, aut

aut madere uoluit, propter facilitatem culturæ. Eadem acceptum humorẽ nullis fontibus reddit, sed temperat: & concoquens, intra se uice succi cõtinet. Seritur toto anno, panico semel, bis farre. Et tamẽ uere segetes quæ interquieuere fundunt rosam, odorationem satiua. Adeo terra nõ cessat parere. Vnde uulgo dictum, Plus apud Cãpanos unguenti, quàm apud cæteros olei fieri. Quantũ autem uniuersas terras cãpus circumcampanus antecedit, tantum ipsum pars eius, quæ Laborię uocatur, quem Phlegræum Græci appellant. Hactenus Plinius. Si cui placebit adagium ad allegoriam trahere, poterit accommodari, uel in regionem, uel in hominem adeo cęteris antecellentem, ut apud hunc maior sit exquisitarum rerum copia, quam apud alios mediocrium, aut uulgarium.

Ne uia quidem eadem cum illo uult ingredi.

Μηδὲ ἡ αὐτὼ ὁδὸν βαδίζειν, i. Ne via quidem eadem ingredi dicuntur, qui extremo dissident odio, adeo, ut non solum mensa, tectove communi nõ sustineat uti, sed ne uia quidem communi uelint ambulare. Vnde & uulgata dicunt ironia, Vsque adeo illum amat, ut si forte fortuna fuerit obuius, in aliã deflectat uiã. Plutarchus in cõmentario περὶ φιλαδελφίας, τῷ ᾧ ἀδελφῷ μηδὲ ἡ αὐτὼ ὁδὸν οἰόμυος δεῖν βαδίζειν, i. Cum fratre uero ne uia quidem eadem sibi putans ingrediẽdum esse. Huic congruit prouerbialis ille uersiculus:

Κακῶ σωὶ ἀνδρὶ μηδ' ὅλως ὁδοιπόρει. i. Viro scelesto ne uiæ fueris comes.

Extra cantionem.

Παρὰ τὸ μέλος, i. Extra cãtũ, agi dicit ve dicunt, quod ad rem non pertinet. Etiam si prouerbio in alienam transfuso linguam, perit genuina illa gratia. Siquidem παρὰ μέλος perinde sonat, quasi dicas, parũ modulate, parum concinne, parum apte, parũ decore. Nam, quod in musica est μέλος, id in uita decorum. Lucianus in Eunucho, καὶ ἐφ' ὧν ἄντις ἡδέωτι παρὰ μέλος τὶ φθεγξάμενος, i. Et apud quos uereretur aliquis pter cãtum quippiam dicere, idest, quod à re esset alienius. Imitatus est hanc figuram ex Platone, qui libro De legib. tertio scribit ad hunc modũ: παρὰ μέλος ἔμοιγε ἐν δοκῆς φθέγξασθαι, i. Præter cantilenam mihi dicturus fuisse uideris. Et in Critia: Παρὰ μέλος ᾗ εἴτι περὶ ἀυτῶ ἄκοντες εἴπομὶν, δίκλω τὸ πρέπουσαν ἐπιδέναι. i. Quod si quid extra cantionem imprudentes de ipsis sumus locuti, congruam pœnã exigere. Aristoph. in Concionatricibus, eleganter unico uerbo dixit, παραχορδιεῖν, pro eo quod est, absona, nec ad rem facientia loqui.

-πρόσεχον ὅπως
Μηδὲν παραχορδιῇς ὧν δεῖσ' ἀποδείξαι.
.i. Attente cauens,
Vt ne quid alienum loquare, & absonum
Ab his, tibi quæ sunt probanda.

Aristoteles libro Rhetoricorũ 3. notat, à poetis quibusdã dictum, ἄχορδον, καὶ ἄλυρον μέλος, cantionem dissonam, nec fidibus respondentem. Apte torquebitur in eos, qui secus uiuunt, quam docent. Finitimũ est huic, quod alibi retulimus, οὐδὲν πρὸς ἔπος, nihil ad uerbum, seu nihil ad carmẽ. Quo quidẽ Aristoph. ἐν ἐκκλησιαζούσαις, noue utitur pro temere.

Οὐ γὰρ τὸν ἐμὸν ἱδρῶτα καὶ φειδωλίαν
Οὐδὲν πρὸς ἔπος κ' ἀνοήτως ἐκβαλῶ. i.
Neq. enim meo sudore quod parauerim,
Meaq. parcimonia, temere, ac nihil
Ad rem profudero.

Οὐδὲν πρὸς ἔπος, Scholia exponũt, ὡς ἔτυχε, ἕνεκα μηδενὸς, i. temere, & absque caussã. Posterior uersus Græcus non constat suis pedibus. Restituetur, si legamus οὐδὲν τε πρὸς ἔπος κἀνοήτως ἐκβαλῶ. Qd carmen, quidem duximus satius, uel alieniore citare loco, quam eo studiosum fraudare lectorem. Natũ, ut uidetur, ab apophthegmate Themistoclis, qui Simonidi poetæ, petenti quiddam a se parum æquum, respondit ad hunc modum: Neque tu bonus esses poeta, si præter cantum caneres, neque ego bonus princeps, si præter leges iudicem. Sumptum est ab antiquis cantoribus, qui uocem ad lyram accommodabant. Aut certe a concentu uocalium musicorũ, ubi si quis dissonat ab harmonia, grauiter offendit aures. Lucianus ἐξαγώνια, uocat, quæ ad caussam non pertinent. M. Tullius, οὐδὲ πάρεργα, quæ alienæ à re proposita.

Ignis, mare, mulier, tria mala.

CIRCVMFERTVR apud Græcos & hic trimeter prouerbialis:

Πῦρ, καὶ θάλασσα, καὶ γυνὴ, κακὰ τρία. i. Ignis, fretumque, & mulier, hæc multa tria.

Nã incendio nihil formidabilius, mare item periculosissimum est. Vnde & Aeschylus in Persis:

Ἁμαχον κῦμα θαλάσσης. idest,
Maris haud uincitur unda.

His autẽ simillimum quiddam esse mulierem sentit parœmia. Porro, mulierem omnem esse malã, perquam uenuste significauit Lacon quidam, qui, cum vxorẽ duxisset perpusillam, dicebat, è malis, quod minimum esset, eligendũ. Fatetur & apud Euripidem Medea, fœminarum genus esse malum:

Ἀλλ' ἐσμὲν οἷον ἐσμὲν, οὐκ ἐρῶ κακὸν, γυναῖκες. idest,
Sumus quidẽ quales sumus nos fœminæ,
Neque enim malæ ausim dicere.

Euripides apud Planudem in uita Aesopi, inter omnia mala principatum tribuit mulieri.

Πολλαὶ μὲ ὀργαὶ κυμάτων θαλασσίων,
Πολλαὶ δ' ποταμῶν, καὶ πυρὸς θερμῆ πνοαί.
Δεινὸν δὲ πενία, δεινὰ δ' ἄλλα μυρία,
Πλὴν οὐδὲν οὕτω δεινὸν, ὡς γυνὴ κακή. i.
Furore multo sæuit iratum mare,
Proniq; fluuij, & ignis acris impetus.
Inopia acerba, acerba alia quã plurima,
Sed nil ita acerbum, & noxium, ut mulier mala.

Falces postulabam.

Ἁμας ἀπήτων, i. Falces postulabam. In eos, qui rñdent id, quod ad rem nihil attinet. Plutarchus in commentario, περὶ ἀδολεσχίας admonet, ut qui uelit accurate respõdere, mentẽ rogantis diligenter perdiscat: ne illud fiat, quod prouerbio dici consueuit ἁμας ἀπήτων. Est aũt senarius prouerbialis apud Suidam, & Zenodotum:

Ἁμας ἀπήτων, οὐδ' ἀπηρνεῖτο σκάφας. i.
Falces petebam, at hi ligones denegant.

Videtur hinc natũ, qđ agricolę cuipiã, a uicino falcem commodato petenti, negauerit ille, sibi ligonẽ esse domi. Theocriti scholiastes in Pastoribus annotauit, Atticis ἅμλω dici, quod communis Græcorum lingua uocat δίκελλαν, siue σκαπάνιον, i. ligonem, quod si σκάφη, idẽ significat, qđ σκαπάνη, ridiculum erit in respõso, perinde, ac si quis petenti gladiũ, neget se habere ensem. Sunt, qui sentiant σκάφιον esse poculi genus, aut uasis caui.

Alba auis.

Λευκὸς ὄρνις, i. Alba auis: pro re noua, atq. auspicata dixit M. Tullius in Epist. familiaribus libro septimo: Cum enim salutationi nos dedimus amicorũ, (quę fit hoc etiam frequẽtius, quã solebat; quod quasi albam auem uidentur, bene sentientem ci uem uidere) abdo me in bibliothecam. Quadrabit & in rem admodum raram, & inusitatam, quod aues perpaucæ sint hoc colore: Ita Iuuenalis:

Coruo quoque rarior albo.

De albæ gallinæ filio, dictum est alibi.

In alieno choro pedem ponere.

Εν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τίθεσθαι, i. In alieno choro pedem ponere: est sese miscere negotijs alienis, & aliorum sibi vindicare partes. Plutarchus in commẽtario, quẽ inscripsit. Quo pacto seipsum aliquis citra inuidiam laudare possit, ἢ μὴ γὰρ ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθέντα, περιέργον ἡ παροιμία καὶ γελοῖον ἀποδείκνυσι, i. Eum quidẽ, qui alieno choro pedẽ imponit, curiosum, ac ridiculum esse prouerbium declarat. Idẽ in Symposiacis, ἐγὼ δ' καίπερ ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθεὶς, εἶπον, i. Ego, uero, tametsi pedem in alienum inferens chorum, dicebam, hoc est, respondens de re, quæ ad philosophi professionẽ non pertinebat. Affinis est huic adagio metaphora per quam elegans, neque discrepans a specie prouerbiali, qua usus est Aristides in Miltiade, μιλτιάδου δὲ καὶ ἐν μαραθῶνι, πῦ χορῦ τάξομεν, i. Porro Miltiadem, qui est apud Marathonem, qua chori parte collocabimus? Interpres addit, metaphoram sumptam a choris Dionysiacis. Certe constat, mutuo sumptũ, a choreis, ac saltationibus. Quibus si quis ignotus admisceat sese, deridcatur, atque exsibiletur ilico. Plato in Euthydemo. Τοῦ δὲ σοφίαν πῦ χορῦ τάξομεν, ἐν τοῖς ἀγαθοῖς, ἢ πῶς λέγεις, i. Hanc sapientiam in quo choro statuemus: inter bona: aut quid censes?

Ne magna loquaris.

Μὴ μεγάλα λέγε, i. Ne grãdia loquaris. Refertur à Diogeniano. admonet, temperãdum esse magniloquentia, iactantiaque, qua

qua nihil omnium intolerabilius. Dictum est autem propter Nemesim deam, quæ grandiloquentiam huiusmodi nõ finit impunitam. M. Tullius Epistolarum ad Atticum libro quarto, epistola octaua:

Μήπω μεγ' εἴπῃς πρὶν τέλος ἀντιάσῃς, i.
Me quando iactes, ni prius perfeceris.

Aristophanes in Ranis.

Ὦ δαίμονι ἀνδρῶν μὴ μεγάλα λίαν λέγε. i. Mirãde uir, ne magna nimium dixeris.

His uerbis Bacchus reprimit Euripidẽ, per arrogantiã semet anteponẽtẽ Aeschylo. Sophocles in Aiace flagellifero.

Μηδὲν μέγ' εἴπῃς, οὐχ ὁρᾶς ἵν' εἶ κακῦ, i.
Ne magna loquere, non uides, quo infis malo?

Theocritus in Cyclope.

Μηδὲν μέγα μυθεῦ, i.
Ne quid sublime loquaris. Theognis:

Μήποτε κύρν' ἀγορᾶς ἔπος μέγα. οἶδε γὰρ οὐδεῖς.
Ἀνθρώπων ὅτι νὺξ χἠμέρα ἀνδρὶ τελεῖ. i.
Verbum Cyrne caue magnum ne dixeris unquam.
Nescis, quid nam homini noxve, diesve ferat.

Plato ī Phędone, Μὴ μέγα λέγε, μήτις ἡμῶν βασκανίαν ὑπεκφύγῃ τὸν λόγον τὸν μέλλον τοῦ λέγεσθαι, i. Ne loquare grandia, ne qua nobis inuidia futuram orationem interturbet. Antiquitas enim finxit deam Nemesim, iactantiæ ultricem. Ita Pindarus in Isthmijs hymno quarto: Ἀλλ' ὅμως καύχημα κατάβρεχε σιγᾷ. Ζεὺς τάδε καὶ τὰ νέμει, i. Attamen gloriationem obnubila silentio. Iuppiter hæc, & illa partitur. Est enim unica placandæ inuidiæ ratio, si quid accidit boni, ad auctorem Deũ referatur. Idem in Nemeis hymno decimo. Εἰ δὲ καὶ κόρος ἀνθρώπων βαρὺς ἀντιάσαι id est, Est autem graue in hominum inuidiam incidere. Est enim inuidum mortalium ingenium, nec ulla re citius saturatur, quam audiendis laudibus, Idem eiusdẽ operis hymno quinto, αἰδέομαι μέγα εἰπεῖν. Huc allusisse uidetur Virgilius, li. decimo:

Dixerat ille aliquid magnum.

Inuenitur sæpius & μέλα φρονεῖν, p eo, quod est, insolentem, atque elatum esse. Sophocles in Oedipo tyranno.

Φρονεῖν γὰρ ὡς γυνὴ μέγα. i.
Sentire enim altum ut femina

Exstat & senarius prouerbialis:

Οὐ δ' τυχεῖς μέλισσα, μὴ μέγα φρόνει. i.
Ne quid tume, cum res secũdæ maxime.

Et μέγα πνέειν, id est, Magnum spirare. Eurip. in Bacch.

Κἂν πνέων ἔλθῃ μέγα, i.
Quamuis magnum spirans uenias.

Eleganter Horatius huiusmodi grandiloquentiam, ampullas, & sesquipedalia verba uocat in Arte poetica.

Proijcit ampullas, & sesquipedalia verba.

Terentius in militem gloriosum, Et magnifica uerba. Legimus & τραγικῶς λέγειν, i. loqui tragice, & ἐκ τραγῳδίζειν, p eo, quod est, magnificis uerbis efferre. Horatius in Epist.

Et spirat tragicũ satis, & feliciter audet.

Tametsi non fugit, poetam hoc loco simpliciter dixisse, spirat tragicum.

Exercitatio potest omnia.

Μελέτη πάντα δύναται. i. Cur omnia potest. Laertius hanc sententiam Periandro tribuit, qui Isthmum etiam tentarit perfodere. Significat aũt, nihil esse tam arduum, quod diligentia, curaque non efficiatur. Virg. in Georg.

Labor omnia uincit
Improbus, & duris urgẽs in reb. egestas.

Exstat apud Græcos prouerbialis sententia: θεοὶ τἀγαθὰ τοῖς πόνοις πωλοῦνται, i. Dij bona laboribus uendunt. Huc allusit Horatius:

Perrupit Acheronta Herculeus labor.

Sophocles in Electra:

Πόνος τοι χωρὶς οὐδὲν δ' τυχεῖ. i.
Citra laborem nihil bene est.

Fertur & uersus Menandri,

Πάντα τὰ ζητούμενα
Δεῖ θεοῖς, μεριμνῆς φασὶν οἱ σοφώτεροι. i.
Quæcumq. uotis expetuntur, prædicant
Egere curis, qui ualent prudentia.

Simplicius Antiphanes,

Τῆς ἐπιμελείας πάντα δῆλα γίγνεται. i.
Domat, atque subigit cuncta diligentia,

Quamquam autem in præsentia nõ est neque propositi, neque operis huius, quidquid ad huiusmodi sententias facit, in vnũ conuertere, tamen haud grauabimur, (q̃ doquidem casus obtulit) adscribere uerba Senecæ ex libro de ira secundo. Atque nihil est, inquit, tam difficile, & arduũ, quod non humana mens uincat, & in familiaritatem perducat assidua meditatio. Nulliq. sunt tam feri, suiq. iuris affectus, ut nõ di-

ſciplina perdomentur. Quodcumq. imperauit animus, obtinuit. Quidam nunquam ridere conſueti ſunt. Vino quidam, alii Venere, quidam omni humore interdixere corporibus. Alius contentus breui ſomno uigiliam indefatigabilem extendit. Dicerunt tenuiſſimis, & aduerſis funibus currere, & ingentia, uixq. humanis tolerãda uiribus onera portare, & in immenſam altitudinem mergi, ac ſine ulla reſpirandi uice perpeti maria. Mille ſunt alia, in quibus pertinacia impedimentum omne trãſcendit, oſtenditq. nihil eſſe difficile, cui ſibi ipſa mens patientiam indixerit.

Quid primum, aut ultimum?

Τὶ πρῶτον, ἢ τὶ ὕϛατον, i. Quid primũ aut ultimum? Figura prouerbialis, qua utimur, quoties aut rerum copiam tantam ſignificamus, ut hæſitemus, unde potiſſimũ exordiamur: aut cũ, perplexi, dubitamus, quid primũ agere debeamus. Lucianus in libello, cui titulus, De mercede ſeruiẽtib., ἢ τί σοι πρῶϊον ὦ φιλόϊης, ἢ τι ὕϛατον, φασὶ, καταλέξω τούτων ἀπάχειν ἢ ποιεῖν ἀνάγκη τοὺς ἐπὶ μισθῷ σωόντας, i. Quid nũ tibi primum, amice, aut quid poſtremum, ut dici ſolet, commemorem, ex his, quę & pati, & facere cogũtur ij, qui mercede ſeruiũt? Porro Lucianus deſumpſit ex Odyſſeæ libro nono, in quo Vlyſſes ad hunc loquitur modum:

Τὶ πρῶτον, τὶ δ' ἔπειτα, τὶ δ' ὕϛατιον καταλέξω. i.

Quid primum, quid mox, & quæ tandem vltima dicam?

Iuuenalis:

Quo te circumagis? quæ prima, aut ultima ponas?

Eiuſdem characteris eſt illud Euripidis in Iunone inſaniente:

Ὦ μοι τὶν ἡμῶν πρῶτον, ἢ τὶν ὕϛατον
Πρὸς ϛέρνα θῶμαι. i.

Quem ueſtrum ohe, quẽ pectori admoueam meo primum, vltimumve.

Dente Theonino rodi.

THEONINO dẽte rodi dicuntur, qui conuiciis lacerantur. Sumptum a Theone poeta quodam rabioſæ loquacitatis, petulantiſſimæq. maledicentiæ, unde & Auſonius in carmine Hendecaſyllabo, poetam quempiam indoctum, & mordacem Theonem appellat:

Nec poſthac metues ubiq; dictum:
Hic eſt ille Theon poeta ſalſus,
Bonorum mala carminum Lauernæ.

Horatius in Epiſtolis:

Dente Theonino qui circumroditur.

Neque diſſimili figura eſt uſus in epiſtola ad Iulium Florum:

Hic delectatur iambis,
Ille Bionæis ſermonibus.

Acron admonet, Bionem philoſophum fuiſſe, qui mordaciſſimis dialogis lacerauit poetas, ſic, ut nec Homero parceret. Porphyrion autumat Ariſtophanis comici patrẽ fuiſſe. Zoili quoque mordacitas pemodum in prouerbio eſt, ſed ut inuidũ intelligas magis, quam oblatratorem. Horatius hoc uitium, alibi ſuccum loliginis uocat, & ſalem nigrum, quod cum morſu addat, & fame maculam.

Hipponacteum præconium.

HIPPONACTEVM præconium, pro infami nota dixit M. Tullius, nimirum prouerbiali ſchemate, in Epiſtolis familiaribus, de Tigellio quodam ita ſcribens. Eũq. addictum iam tum puto eſſe Calui Licinii Hipponacteo præconio. Nam Hipponax poeta fuit Iambographus, amarulentus, ac notæ mordacitatis, qui, auctore Dionyſio Halicarnaſſeo, trimetrum Archilochium de induſtria in Scazontem infregit, cum inimicos lacerare uellet, quo uidelicet feriret fortius. Hic Bupalum, & Anthermõ, quod ab his deformi ſpecie pictus eſſet, verſibus iambicis inſectatus legitur. Erat aũt Hipponacti notabilis in uultu fęditas: quãobrem quidam imaginem eius propoſuere in ridentium circulis, quorum aliquot ſuis carminibus creditur ad laqueum cõpuliſſe. Negat id eſſe uerum Plinius libro triceſimoſexto, capite quinto.

Archilochia edicta.

ADAGIONIS faciem habet & illud, quod Cicero ſcribit ad Atticum, libro ſecundo: Itaque Archilochia in illũ edicta Bibuli, populo ita ſunt iucunda, ut eũ locum, in quo proponuntur, præ multitudine eorum, qui legunt, tranſire nequeamus. Archilochia edicta, cõtumelioſa uocat, ac uirulenta, Archilochi poetę mordacitas uulgo celebratiſſima fuit. Is Lycamben ſocerum, a quo fuerat repudiatus, huiuſque filiam adeo uirulentis uerſibus

ſibus inſectatus eſt, ut uterque ſe laqueo præfocauerit.

Archilochi patria.

Ἀρχιλόχου πατρὶς, i. Archilochi patria. Diogenianus teſtatur hoc dici ſolere de mordacibus, ac maledicis. Videas enim populos nonnullos natura dicaces, cuiuſmodi fuiſſe feruntur Siculi.

Genuino mordere.

QVI clamculum obtrectant, lacerantq; quempiam, eum Genuino mordere dicuntur. Perſius:

Et genuinum fregit in illis.

Lucilium ſentiens poetam Satyricum. Item diuus Hieronymus: Poſſim reſpondere, ſi uelim: poſſim genuinum Ięſus infigere. Dentes autem genuini ſunt omniũ reconditiſſimi, ac propemodum operti gẽgiua. Sero emergunt homini, nempe circiter annum uigeſimum, multis & octogeſimo, ut auctor eſt Plinius libro vndecimo, capite trigeſimoſeptimo. Et ob id haud abre, liuoris, atque obtrectationis morbo dicati. Poteſt non abſurde referri & ad uiperæ denticulos illos, quibus eam uenenum infundere putant. Plinius eodem, quodmodo citauimus, capite. Nam hi quoque ſunt uiperis ſub gena fiſtuloſi. Poteſt & ad canes referri, qui poſtremis dentibus oſſa duriora circumrodunt. Omnis autem obtrectatio, morſus dicitur. Vnde Ariſtophanes iocatur, in anulo non ineſſe remediũ aduerſus ſycophantæ morſum. Diogenes apud Laertium, rogatus, cuius nam animãtis morſus eſſet perniciioſiſſimus. Ex feris, inquit, obtrectatoris; ex cicuribus, adulatoris. Hoc uenenum. Horatius Loliginis ſuccum appellat.

Aureo piſcari hamo.

AVREO piſcari hamo, dicuntur, qui mediocris commodi cupiditate periculum adeunt, ut maximarum rerum faciãt iacturam. Commemoratur inter facetè dicta Octauij Cæſaris a Suetonio. Fit enim non nunquam, ut piſcis hamum etiam ipſum ſecum auferat. Porro met aphoræ pleræq. a piſcatione ductæ, prouerbii uice ſũt uſurpatæ. Sicut Expiſcari apud Terentium, pro eo, quod eſt, diligenter elicere, atque exquirere. Vorare hamum, apud Plautũ. Semper tibi pendeat hamus, apud Naſonem. Quod ſi quis pugnet, Auguſti dictũ non eſſe prouerbium, certè prouerbiale eſt, nec indignum, quod in hunc ordinem allegatur. Poteſt fieri, ut quibuſdam etiã hoc libuerit, aureo hamo piſcari. Siquidẽ, auctore Suetonio, Nero Cęſar reti auaro, funibus purpura, coccoq; nexis, piſcari ſolitus eſt. Proinde, quoties ſic ambimus quppiam, ut, ſi potiamur optatis, mediocre ſit emolumentum, ſin fallãt ſpes, damnum ingens, apte dicemur, aureo piſcari hamo. Id quod frequenter uſu uenit iis, qui ſcrutantur abditas terræ uenas, ſed frequentius, qui uulgo dicũntur Alcumiſtæ, de quibus apud Athenæum libro ſexto, uenuſte dixit Phalereus Demetri. ὅτι πολλάκις καταναλώσαντες τὰ φανεράτων ἀδήλων ἕνεκα, ἃ μὴ ἔμελλεν ἢ κ ἔλαβον, ἃ ἢ εἶχον ἀπέβαλον, i. Quod frequẽter certis conſumptis incertorum gratia, quæ ſe capturos ſperabant, non ceperunt; quæ uero habebant, abiecerunt.

Sapientia uino obumbratur.

PLINIVS hiſtoriæ mundi libro uigeſimotertio, capite primo, Vinum ieiunos bibere nouitio inuento inutiliſſimum eſt. Curas, uigoremq. animi impedit, ad procinctum tendentibus: ſomno accommodatum, ac ſecuritatibus, iamq; dudum hoc fuit, quod Homerica illa Helena ante cibũ miniſtrauit. Sic quoque in prouerbium ceſſit, Sapientiam uino obumbrari. Hactenus Plinius. Porro, quod Plinius citat, eſt Odyſſeæ quarto.

Homines frugi omnia rectè faciunt.

M. TVLLIVS libro Tuſculan. q. 4. Frugalitatis nomen tanquam ad caput referre uolumus: quod niſi eo nomine uirtutes continerentur, nunquam illud tam peruulgatũ eſſet, ut iam prouerbii locum obtineret: Homines frugi, omnia rectè facere. Hactenus Cicero. Decet adagium, quod dã improbos homines certis in rebus nõnunquam eſſe uſui, ac præclare ſe gerere, uerum ubiq;, ac perpetuo præſtare uirũ integrum, atq. inculpatum, id eius demũ eſſe uidetur, qui natura, uereq. ſit probus. Alludit ad hanc ſententiam Euripides in Hecuba, cum ait:

Ἀνθρώποις δ' αἰεὶ,
Ὁ μὲν πονηρὸς, οὐδὲν ἄλλο πλὴν κακὸς,
Ὁ δ' ἐσθλὸς, οὐδὲ συμφορᾶς ὑπο

Φύσιν

φύσιν διέφθειρ', ἀλλὰ χρηστὸς ἐς' ἀεί, i.
-Cæterum in mortalibus
Qui ſquis malus, nil aliud eſſe, quam malus:
Frugi uſque frugi eſt. non enim ingeniũ grauis
Fortuna uitiat, ſed probus ſemp manet,

Item Iphigenia in Aulide:

-Οὐ'ὀρθὸς,
Ἐσθλὸν σαφὲς ἀεὶ,
At, qui probus,
Is palam eſt ſemper probus.

Ariſtoteles libro Moraliũ ſeptimo: Τό τε γὰρ ἀγαθὸν ἁπλῶν, τὸ δ' κακὸν πολυμόρφον. καὶ ἀγαθὸς μὲν ὅμοιος ἀεὶ, καὶ ὁ μεταβάλλεται τὸ ἦθος, ὁ δὲ φαῦλος, καὶ ὁ ἄφρων οὐδὲν, ἔοικεν ἔοθεν καὶ ἑσπέρας, id eſt, Si quidem, quod bonum, idem ſimplex, cõtra, quod malũ, id uariũ eſt. Et, qui bonꝰ, is ſemper ſui ſimilis, neq; vnquam commutat mores. At, quiſquis Improbus, & ſtultus, haud quaquam idem eſſe uidetur mane, & ueſperi.

Fallacia alia aliam trudit.

Terentivs in Andria: Fallacia alia aliam trudit, Donatus admonet, prouerbiali figura dictum. Sumptum a conſuetudine conantium fallere, ac dolos dolis cõſarcinantium, ne deprehendantur. Vnde Conſutis dolis dixit Plautus. Et Sutelas appellat huiuſmodi technas. Et δόλους ὑφαίνειν, apud Homerum, id eſt, dolos texere.

Sera in fundo parcimonia.

Proverbialis ſententia, apud Senecam in prima epiſtola. Sera in fundo parcimonia, digna profecto, quæ omni ſcrinio, omni cado, omni cellæ penuariæ ſcribatur. Admonet, in tempore parcendũ rebus neceſſariis, neq. imitandum profuſorũ uulgus, qui tum denique incipiunt parcere, poſteaquam uiderint minimum ſupereſſe. Erit elegãtior ſentẽtia, ſi traducatur ad res animi, ueluti, ſi quis admoneat iuuenes, ne finant optimos illos annos inaniter effluere, ne illis eueniat, qd' pleriſq; ſolet euenire, ut iam natu grandes animũ ad res honeſtas applicent, &, cum perpuſillum uitæ ſuperſit, tum tempori parcere incipiant. Seram enim in fundo parcimoniã eſſe. Prouerbium ſumptum apparet ex Heſiodo, cuius hi ſunt uerſus in opere, cui titulus, Opera, & dies,

Ἀρχομένου δ' πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι,
Μεσσόθι φείδεσθαι. δεινὴ δ' ἐπὶ πυθμένι φειδώ. i.
Plena ubi dolia ſunt, aut iam prope inania uini,
Tum ſatiare, ſed in medio fac parcior eſto.

Abſurdum ſiquidẽ, & graue, in imo parcere fundo. Alluſit huc Perſius Satyra 2.

-Donec deceptus, & expes,
Nequidquã fundo ſuſpiret nummus in imo.

Plutarchus in Sympoſiacis: Decadis ſeptimæ, problemate tertio, indicat, poetam admonuiſſe, tum eſſe bibendum uinum, cum eſt optimum. Vinum autem, in medio ſal uberrimum, optimumq; eſſe potu, quemadmodum ſumma pars olei potiſſimum laudatur, mellis infima. Primum, quod uini uis calor eſt, is autẽ uidetur maxime colligi circa medium, proinde id optimum eſse ſeruare. Deinde uini pars inferior uicina fæcis corrũpitur, ſumma pars ab aere proximo læditur. Nam aerem inimicum eſse uino, uel illud ſatis arguit, quod dolio pleno uinũ minus uappeſcit, quam ſemipleno. Tum, quod terra defoſſa, ut aer attingere non poſſit, quam diutiſſime uigorem ſuum conſeruat. Theocritus item in Charitibus:

Κενεᾶς ἐπὶ πυθμένι χηλῶ. i.
Vacuæ fundo capſæ. ſcrinium inane ſignificans.

Sybaritica menſa.

Συβαριτικὴ τράπεζα, i. Sybaritica mẽſa. De conuiuio dicebatur nimium apparato. Natum a gentis eius moribus. Eſt. n. Sybaris opidum uicinum Crotoni, ut teſtis eſt Herodotus lib. 5. Stephanus indicat poſtea Thurion appellatum. Vnde Sybaritæ dicti, gens in architectura uoluptatum operoſiſſima, Suida teſte, luxu, deliciiſq; adeo notabilis, ut, quidquid effeminatũ, quidquid molle, quidquid accurata, atq. ambitioſa luxuria paratum eſset, id uulgo Sybariticum diceretur. Vnde Ouidius in lib. Triſtium 2. ſcribens ad Auguſtum,

Nec q̃ cõpoſuit nuper Sybaritida, fugit,

Sybaritida uocat opus Hemitheonis cuiuſdam cinædi Sybaritæ, de generibus uoluptatum, & obſcenarum delitiarum. Itẽ Martialis libro duodecimo:

Qui

Qui certant, inquit, Sybariticis libellis. Philo Hebræus in uita Moyſi, Sybariticas nequitias uocat laſciua poemata. Maximꝰ Tyrios in diſſertione tertia de uoluptatibus, Sybariticas ſaltationes commemorat. Ariſtoteles libro Moralium Eudemiorum primo, Smyndiridem quoque Sybaritam cõparẽ. Sardanapalo iter voluptarios nominauit. Suidas fabulas aniles, aut parum pudicas, Sybariticas appellatas ſcribit. Idem refert, Sibaritas inſtituiſſe, ut equi ad tibiæ cantum ſaltare condiſcerent. Et luxurioſos Sybaritas appellatos, & Sybariſſare, Sybaritarum ritu deliciis indulgere, dictũ. Adſtipulatur & Quinctilianus libr. tertio: Frugalitas, inquiẽs, apud Sybaritas forſan odio foret. Plutarchus in conuiuio ſeptẽ ſapientium, tradit, apud Sybaritas hunc fuiſſe morem, ut mulieres abuſque anno priore ad conuiuium uocarentur, quo ſe per otium auro, ueſtibusq. poſſent exornare. Hæc, atque huiuſmodi ferme referuntur ab Angelo Politiano Miſcellaneorum capite 15. Cæterum conuiuium Sybariticum depingit, ac miſſus Sybaritici meminit Aelius Lampridius in Heliogabali uita, Imperatoris luxu perditiſſimi, adeo ut nomen inuenerit, uulgo dictus Apicius, Lampridij verba hęc ſunt. Semper, inquit, ſane aut inter flores ſedit, aut inter odores pretioſos, Amabat ſibi pretia maiora dici earum rerum, quæ menſæ parabantur, orexin in conuiuio hanc eſſe aſſerens. Sexcentorum ſtruthionum capita una cena multis exibuit ad edẽda cerebella. Exhibuit aliquando, & tale cõuiuium, ut haberet uiginti & duo fercula ingentiũ epularum, ſed per ſingula lauarẽtur, & mulieribus uterentur, & ipſe, & amici cum iureiurando, quod efficerẽt uoluptatem. Celebrauit item tale conuiuium, ut apud amicos ſingulos ſinguli miſſus appararentur, &, cum alter maneret in Capitolio, alter in Palatio, alter in Celio, alter trans Tyberim, &, ut quiſque manſiſſent, tamen per ordinem in eorum domibus ſingula fercula ederentur, ireturque ad omnium domos. Sic unum conuiuium uix toto die finitum eſt, cum & lauarent per ſingula fercula., & mulieribus uterentur. Sybariticum miſſum ſemper habuit ex oleo, & garo, quẽ quo anno Sybaritæ repererunt, perierunt. De Sybaritarum tum luxu, tum interitu, permulta commemorat & Athenæus in Dipnoſophiſtis, cum alibi, tum libro duodecimo, in quibus & illud, Sybaritas nullam artem recipere in ſuam ciuitatem quæ ſine ſtrepitu non poteſt exerceri, ueluti fabrorum ærariorum, aut lignariorum, ac ſimilium, ne quid ſit quod dormientib. obſtrepat, Ob eãdẽ cauſſam gallũ gallinaceũ fas nõ eſt in ciuitate ali. Alia præterea deliciarum argumenta refert illic, ſi cui uacat legere. Ariſtophanes ἐν εἰρήνῃ συβαρίζειν dixit, pro eo, qd' eſt, opipare, ac genialiter uiuere.

Ἤδη δ' ἐξέσται τόθ' ὑμῖν,
Πλεῖν, μένειν, κινεῖν, καθεύδειν,
Ἐς πανηγύρεις θεωρεῖν,
Ἐστιᾶσθαι, κοπιαβίζειν,
Συβαρίζειν, id eſt,

Iam uero licebit uobis nauigare, manere, mouere, dormire, in feſtis ſpectare, conuiuio accipi, cottabo ludere, Sybariſſare. Gregorius Theologus ad Baſiliũ ſimili tropo mẽsã luxu redũdãtẽ, Alcinoi dixit, οὐχ ὡς λωτοφάγοι πενίαν, ἀλλ' ὡς ἀλκινόου τράπεζαν, i. Non ad lotophagorum inopiam, ſed Alcinoi menſam.

Sybaritica calamitas.

Συβαριτικὴ συμφορὰ, i. Sybaritica clades. Stephanus tanquam prouerbium notauit. Porro, quemadmodum Sybaritæ perierint. idem narrat ad hunc modum. Oraculum huiuſmodi acceperant.

Εὔδαιμον συβαριτᾶ, παν δ' δαιμον, σὺ μὲν αἰεὶ
Ἐν θαλίῃσι θεῶν τιμῶν γένος αἰὲν ἐόντων,
Εὖ τ' αὐδὴ πρότερον θνητὸν θεῖον δεβίζῃ
Τηνίκασοι πόλεμός τε, καὶ ἐμφύλιος σάσις ἥξει. i.
Felix omnino felix Sybarita futurus,
Dum rebus lætis uenerabere numina diuum.
At, ſimul atque illis mortalis homo anteferetur,
Tum ueniet bellumq. tibi, atque domeſtica turba.

Euenit deinde, ut Sybarita q̃ſpiã ſeruũ loris cæderet in agro, qui, cũ ad numinis aram confugiſſet, nihilominus perſequente domino cædebatur. Quod ubi uidit ſibi nihil profuiſſe numinis reuerentiã, protinus ad monumentum patris herilis confugit, atque ibidem religione commotus herus, deſtitit a cædendo. Itaque, iuxta dei reſponſum, a Crotoniatis euerſi ſunt Sybaritæ.

baritæ. Ælius Lampridius in uita Heliogabali, scribit, eos eodem anno perijsse, quo missum ex oleo, & garo reperissent: quem ob id Sybariticum uocabant, ut modo diximus. Cæterum de Sybaritarum luxu, deq. calamitate, permulta retulit Athenæus libro duodecimo, si cui hęc non satis faciunt. Quadrabit adagium in eos, qui, neglectu deorum, aut ob intemperantem luxum, subuertuntur.

Sybaritę per plateas.

Συβαρίται διὰ πλατείας, i. Sybaritæ p plateas, Cõtra fastuosior ingredientes per uiam, seseq. uelut ostentantes. Sumptum adagium a fastu, luxuq. Sybaritarum. Africanus in oratione, quæ Cestis inscribitur: Sed enim, inquit, Sybaritæ fastu præturgidi. Venustius erit, si paullo longius detorqueatur. ueluti, si de homine insolentius se gerente, aut arrogantius de se loquente, aut de stylo phaleratiore, dicas: συβαρίτης διὰ πλατείας. Cognatum est illi, qd alio dictum est loco, ἁρπαγίτης. Refertur adagium à Suida, atque Zenodoto.

Syracusana mensa.

Συρακουσία τράπεζα, i. Syracusana mensa, prælauta, atque opipara dicebatur. Syracusani enim, ut erant olim opibus florentissimi, ita uoluptatibus, ac delicijs addictissimi. Lucianus in dialogo Simili, ac Polystrati καὶ τράπεζα, inquit, ὑπὲρ τὰς ἐν σικελίᾳ, i. Ac mensæ Siculis lautiores. Athenæus libro duodecimo: διαβόητοι δέ εἰσιν ἔτι τρυφῇ καὶ αἱ τῶν σικελῶν τράπεζαι, idest, Celebres sunt ob delicias & Siculorum mensæ. Aedit, ex Clearchi auctoritate, Siculos dicere, apud se mare quoque dulce esse, quod gaudeãt edulijs, quę mare porrigit. Meminit Siculæ mensæ Diogenes in epistola quadam ad Aristippum. Item Aristides in Pericle. Denique Strabo lib. 6. & hæc, aliaque plura commemorat. Plutarchus in uita Niciæ ex Diphilo refert, παχὺς, ἀνθυλωμένος στέατι σικελικῷ, idest, Pinguis, & abdomine Siculo stercoratus, siue saginatus. quod miramur, quare Latinus interpres uertendum putarit, Delibutus, cum ὄνθος significet stercus bubulum, utilissimum agrorũ letamen. Plato in epistola quadam ad propinquos Dionis, negat sibi felicem illam vitam, in Siculis, Italicisq. mensis, ac reliquis uoluptatibus sitam, unquam placuisse, De Syracusanorũ luxu meminit & Aristoteles in Politia eius gentis, addẽs, Dionysium minorem nonnunquam ad nonagesimum usque diem ebrium perseuerasse, atque ob eam rem cæcutientibus, ac vitiosis oculis fuisse. Narrat Theophrast[9], apud Athenæum amicos illius, & compotores, in conuiuijs assimulare solitos, nõ uidere sese uel cibos, uel calices appositos: videlicet, ad eũ modũ adulãtes regi cæcutienti, Vnde διονυσιοκόλακες sũt appellati. Apud eundem Aristophanes ἐν δαιταλδῆσιν.

Αλλ' δ' γὰρ ἐμάθετε ταῦτα ἐμοῦ πέμποντος,
Αλλ' μᾶλλον πίνειν, ἔπειτ' ᾔδειν κακῶς
Συρακουσίων τράπεζαν συβαρίτιδας τ' ὀψοχίας, i. Atqui hæc quidẽ me duce non didicistis, uerũ bibere potius, deinde male canere, Syracusanorum mensam, Sybaritica q; cõuiuia. Item Plato de Repub. tertio, Συρακουσίαν ὦ φίλε τράπεζαν, καὶ σικελικὴν ποικιλίαν ὤφη, ὡς ἔοικας ἐκ αἰνεῖς. .i. Syracusanã, amice, mensam, & Siculã in obsonijs uarietatẽ non uideris approbare. Athenæus lib. 14. citat Cratinum, qui prælautam culinam, ac bene fumãtem, ac suauiter olentem describens, ita loquitur:

Οἰκεῖ τις, ὡς ἔοικεν, ἐν τῷ χάσματι
Λιβανωτὰ πώλης, ἢ μάγειρος σικελικός. i.
Habitare mi hoc uidet aliquis in specu,
Qui thura odora uendit, aut Siculus coquus.

Apud eundem mox Antiphanes quoq. laudat Siculos coquos, ut arte condiendi præstantes. Verum his temporibus Siculi frugalitatem Hispanicam, & Italicam sic imitantur, ut propemodum superent, huiusq; prouerbij gloriam planè perdiderũt. Quanquam Athenæus in Dipnosophistis, inter opiparas mensas etiam Italicas recenser. At his sane temporibus priscam illam frugalitatis laudem sibi uindicarũt, quem admodum & Græci ad pristinam illam temulentiæ gloriam post liminio redierunt. Vnde Faunus Andrelinus, Foroliuiensis, poeta, non solum laureatus, uerum etiam Regius, atque etiam si diis placet, Regineus, uetus congerro meus, qui plus quam triginta iam annos in celeberrima Parrisiorum Academia poeticen docet, in carmine, quod de pauimento Parisiensi inscripsit, adagionem in Anglos, deriuauit:

Mensa, inquiens, Britannia placet.

Spithama uitæ.

Σπιθαμὴ τοῦ βίου, i. Spithama uitæ, hoc est, modus uitæ perpusillus. Prouerbialis est, figura, mutuo sumpta a rerum mẽsoribus, apud quos Spithama, seu palmus digitos duodecim continet, quãtum ferme lõgissimo digitorum porrectu complecti licet. Quin hodie quoque pusillum homunculum palmum, aut pugillum hominis appellant idiotæ nostrates. Translatum a fabris, qui quatuor digitis coniunctis metiuntur materiam, eam mensuram appellant palæstram interdum diducta manu a summo pollicis, usque ad summum digiti medii, quam uocant σπιθαμῶ. Refertur adagium a Diogeniano.

Noua Hymettia, falerna.

Macrobius libro Saturnalium septimo: Cur Disari mel, & uinum diuersis ętatibus habentur optima? Mel, quod recentissimum: uinum, quod uetustissimum. Vnde est & illud prouerbium, quo utũtur gulones: Mulsum, quod probe temperes, miscendum est nouo Hymettio, Falerno uetulo. Quod adagium non uidetur ubi nobis possit usui esse, sed tamen adscripsim[9], ne nihil omnino de popinis mutuati uideremur, Nisi forte placeat eo torqueri, vt dicamus, è diuersis rebus quædam optime conflari.

Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit.

Ælius Lampirdius in uita Alexãdri Seueri. Idem, inquit, addebat sententiam de furibus notam, & Græce quidem, quæ Latine hoc significat. Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit. Quæ Græcè talis est:

Ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δοὺς, ἐκφεύξεται. i. Qui multo tollit, pauca dat, seruabitur.

Admonet adagiũ, (id qd nostris quoq. temporibus uulgo factitant fures nõ omnino stupidi) non nisi magnis prædis iniiciẽdam manum, ut superfit, quo iudicem, si forte sit opus, corrumpat, atq. exoculent. Cæterum, qui parua tollunt, deprehensi pẽdẽt, vt pote quib. nihil sit, qd impertiãt pfectis.

In simpulo.

M. Tvllivs libro de legibus tertio, agens de lege tabellaria, hoc est, de iure ferendorum per tabellam suffragiorum, Et auus quidem noster, inquit, singulari uirtute in hoc municipio, quoad uixit, restitit M. Gratidio, (cuius in matrimonio sororem, auiã nostrã, habebat) ferenti legẽ tabellariam. Excitabat enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos post filius eius Marius in Ægeo excitauit mari. Hactenus Cice. Quantum igitur coniectura consequi licet, in simpulo fieri dicebant quod uel clanculum, vel in re minuta, atque humili fieret. Est enim simpulum, auctore Festo, uas paruum, non dissimile cyatho: unde mulieres, rebus diuinis deditæ, simpulatrices uocantur. M. Varro scribit, uas esse minutim fundens, in cuius locum successerit Epichysis: unde ueteres res minutas, nulliusq; pretii simpularias appellabant. Plinius libro 35. capite 12. In sacris, quidem etiam inter has opes non myrrhinis, crystallinisve, sed fictilibus prolibatur simpulis innocentius. Attestatur & M. Varro, cum apud Nonium & Marcellum ait, deos ipsos uili simpulo inuitari. Item Apuleius. In hodiernum, inquit, populus Romanus diis immortalibus simpulo, & Catino fictili sacrificat. Sunt qui pro Sympulo legant Sympuuium, cuius meminit Iuuenalis satyra 6.

-Aut quis
Sympuuium, ridere Numæ, nigrumque catinum,
At Vaticano fragiles de monte patellas
Ausus erat.

M. Tullius in Paradoxis. Quid autẽ Numa Põpilius? minusne gratas diis immortalibus capedines, ac fictiles urnulas fuisse, quã filicatas aliorũ pateras arbitramur? Polemon apud Athenæum lib. 2. tradit, ad ipsius etiamnum ætatem Græcos quosdam bibere solitos ex fictilibus, uelut Argiuos in publicis cõuiuiis, ac Lacedæmonios in festis, aut epiniciis, aut nuptiis uirginũ. Proinde non absurdum uidetur, si qs existimet sumptam allegoriam a puerorũ lusu, quo solent per fistulã angustã in simpulum inflantes, quasi fluctus quosdam, & aquæ strepitum excitare.

Proteo mutabilior.

Πρωτέως ποικιλώτερος, i. Proteo mutabilior, i vafrũ, & versipellẽ cõpetit. Lucian[9] i sacrificiis, Iouẽ ποικιλώτερον αὐτοῦ πρωτέως

τέως appellat, quod se subinde in alias, atque alias forma trãsfiguraret. Plato i Ione, Ἀλλ' ἀτεχνῶς, ὥσπερ ὁ πρωτεύς, παντοδαπὸς γίγνῃ, στρεφόμενος ἄνω, καὶ κάτω, i. Sed prorsus, Protei, in more, in oẽm spẽm uerteris, sursum, ac deorsum teipsum distorquens. Horatius in eos, qui facile uertunt sententiam.

Quo teneã uultus mutãtẽ Protea nodo?

Idem alibi:

Effugiet tamen hæc sceleratus uincula Proteus.

Protea uocat tergiuersantẽ & quẽ Græci uocant δυσφώρατον, i. Deprehensu difficilem. Porrò fabulam Protei notiorem arbitramur, quam ut hic sit recẽsenda. Exstat apud Homerũ Odysseæ 4. & apud Maronem quarto item Georgicon. Simili figura diceretur & Vertumno incõstãtior. Nam hic deus in omnigenam speciem sese uariat, unde & nomen reperit apud Latinos. Horatius:

Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.

Huius meminit Ouidius, describẽs quẽ admodum, amans Pomonam deam, alias subinde formas assumpserit. Et δ' μεταβολώτερος ἐμπούσης, i. Empusa mutabilior. Cuius mentionem fecit Lucianus in commẽtario De saltationibus: Ἰδοὺς τ' ἂν ἕν αὐτὸς πρὸς τὴν αὐτὴν κεμρὸν ὠκέως διαλλαττομένους, καὶ αὐτὸν μιμουμένους τὴν πρωτέα. εἰκάζειν δὴ χρὴ καὶ ἐμπουσαν τινὰ ἐς μυρίας μορφὰς μεταβαλλομένην, id est. Videbis igitur ipsos eodem in tempore subito in aliam transfigurari speciem, atq. ipsum referre Proteum. Quin & Empusæ exemplũ conferre oportet, quæ sese in innumerabiles uertit formas.

Meminit huius Aristoph. in Ranis:

Καὶ μὴν ὁρῶ νὴ τὸν Διὸ θηρίον μέγα. (ταυ. Ποῖόν τι, δεινόν. παντοδαπὸν γὰρ γίγνε- Τότε μὲ βοῦς, νυνὶ δ' ὀρδός, τότε δ' αὖ γυνὴ Ὡραιοτάτη τὶς. πῆ ἐστί, φέρ' ἐπ' αὐτὴν ἴω. Ἀλλ' ἐκ ἔτ' αὖ γυνή ἐστιν, ἀλλ' ἤδη κύων. Ἐμπουσα τοίνυν γ' ἐστὶ. i.

At maximam profecto uideo belluam.

Qualem? Nouam, quæ in cuncta subito vertitur,

Modo bos, modo autem mala, rursum fęmina

Pulcherrima. Age ubi est? recta ad illam iam feror.

At rursus haud est mulier, immo iã canis.

Empusa proinde est.

Interpres adscribit. Empusam spectrum quoddam esse, quod ab Hecate soleat emitti uidendum miseris, & calamitosis. Id subinde consueuit aliis, atque aliis formis exhibere sese. Quidam existimãt meridianis horis apparere solitum ijs, qui parentant manibus. Sunt, qui hanc ipsam, Hecaten affirment esse, narrant autem, uno uideri pede, unde & nomẽ inditum putãt ἔμπουσαν, οἱονεὶ ἑνίποδα. Demosthen. ait Æschinis matrem, cui ipse Leucothoæ nomen mutasset, appellatam fuisse Empusam, eo quod quæstus gratia quiduis & faceret, & pateretur.

Amicus magis necessarius, quàm ignis, et aqua.

Ἀναγκαιότερος πυρὸς, καὶ ὕδατος ὁ φίλιος. i. Amicus magis necessarius, quã ignis, & aqua. Hyperbole prouerbialis, admonens neminem esse tam diuitem, aut potẽtem, quin opus habeat amicorum officiis. Quẽ admodum enim citra ignem, & aquam nõ constat hominum uita, ita nec sine consuetudine, atque opera familiarium, quos ob id ipsum Latini necessarios uocãt, ut amicitiam necessitudinem. Innuit adagium, duo quędam maxima commoda colligi ex amicitia, uoluptatẽ, & usum. Nihil est. n. neque iucundius igni, neque vtilius aqua. Quam ob rem scripsit Horatius:

Nil ego cõtulerim iucũdo sanus amico.

Item Euripides apud Plutarchum:

Εἰς ὄμματ' ἄνθρωπος ἐμβλέψαι γλυκύ. i.

Dulce est tueri hominis amici lumina.

Recensetur adagiũ a Plutarcho, commẽtario, quem inscripsit, Quo pacto sit dignoscendus affentator ab amico: Καθ' ὁ δὴ καὶ λέγεται, πῦρος, καὶ ὕδατος ὁ φίλος ἀναγκαιότερος, i. Quapropter dicunt etiam, amicum igni quoque, & aqua magis necessariũ esse. Exstat & apud Aristotelem in Moralibus, & apud Ciceronẽ in Lælio, Hodieque uulgus indoctum habet in ore, quod est uerissimum. Tolerabilius uiui sine pecunijs, quam sine amicis.

Lupus circum puteum chorum agit.

Λύκος περὶ τὸ φρέαρ χορεύει, i. Lupus circum puteũ chorũ agit. In eos dicetur, q, sumpta inaniter opera, spe sua frustrantur. Aiunt enim lupo morem esse, vt, si quãdo sitiat, nec tuto se possit demittere, circum puteum

puteum oberret, frustra inhians aquę, quã non possit contingere. Sunt, qui parœmiã inde ductam existiment, quod aliquando ueniat usu, ut lupus pecudem aliquẽ, aut hominem insectetur: qui, postea quam se in puteũ quempiam altiorem metu demiserit, obambulat ille, uelutiq. saltantium in modum, in orbem circumagitur, prędæ cupiditate, qua tamen potiri non queat. Plutarchus in commentario, cui titulus, Quõ possit adulator ab amico dignosci: ὦ χρώμενοι προσαπολλύουσιν αὐτοὺς, τὸν περὶ τὸ φρέαρ ὀρχησιν ἀτεχνῶς ὀρχούμενοι. i. Qua qui utuntur, seipsos quoque in perniciem adducunt, re uera saltationem illam circum puteum saltantes. Loquitur autem de dicacitate intemperanti, & uirulenta, qua fit, ut nec illis quidquam utilitatis afferamus, in quos dicimus, & nobis ipsis maximum malum conciliemus. Refertur adagium a Zenodoto, Suida, Diogeniano.

Lydius currus.

Λύδιον ἅρμα, i. Lydius currus. Hoc scõmate notabant, qui in certamine quopiã longe cęteris essent inferiores & παρὰ λύδιον ἅρμα θέειν, i. Iuxta Lydium currum curris. Plutarchus in libello, quem inscribit, De digno scẽdo assentatore ab amico, Τὸν δὴ κρείττονα πρέμει καὶ δέδοικεν, ἢ μὰ διὰ παρὰ λύδιον ἅρμα πεζὸς οἰχνεύων, ἀλλὰ παρὰ χρυσὸν ἐφθόν, i. Cæterum superiorem metuit, ac ueretur, non hercle ad currum Lydium pedes ingrediens, sed ad aurũ purum. Refertur adagium a Diogeniano. Quidam ad Pelopem Lydum referunt, qui suo curru uicerit Oenomaum socerum, in quibus est Gregorius Nazianzenus, sic usurpans, ut dicat, se tanto esse inferiorem eximiis Basilii uirtutibus, quantum pedes abest a Lydio curru. Effertur & ad hunc, ut diximus, modum parœmia: Παρὰ λύδιον ἅρμα θέειν. i. Præter Lydium currum currere: aut, iuxta Lydium currum, ut pedes intelligatur certare cum Lydio curru uelocissimo. quod quidẽ certamen nimis inique cõparatum uideatur. Achilles apud Euripidem in Iphigenia Aulidensi, pedestri cursu certat cũ quadriga, & uincit. Plutarchus in uitę Niciæ à Pindaro allegat: Οὐ γὰρ μὰ δία, inquit, παρὰ λύδιον ἅρμα πεζὸς οἰχυδίων, ὡς φησι πίνδαρος, i. Non enim per Iouem iuxta Lydium currum pedes incedens, ut inqui Pindarus. Herodotus libro primo tradit olim Lydios præ cæteris equitatu ualuisse, nec aliter fere nisi ex equis pugnare.

Cinclus.

Κίγκλοι, id est, Cincli, rusticano prouerbio dicebantur præter modum pauperes, quibus neque domus esset, neque quidquam, quod suum possent dicere. Qualem Catullus describit Furium, cui neque illula fuerit, neque domus, neque arca. Cinclus enim auis quędam est imbecillis, atque inualida, ita, ut non possit ipsa sibi proprium nidum parare, proinde oua nidis supponit alienis. Vnde & rustici uertunt in adagionem, ut mendicos, & errones Cinclos uocent. Auctor Ælianus libro De naturis animãtium duodecimo. Quod genus homines Græci ἀνεστίους uocant, hoc est, expertes penatium. Suidas tradit, Cinclum auem esse maritimam, gracilem, nulloque ferme corpore, cui peculiare sit clunium pennas subinde mouere, unde & nomen additum σεισοπυγίδι, nimirum ab agitatione caudæ: Eam prouerbio fecisse locum, quo Menander sit usus in Thaide:

Πτωχώτερος εἶ λεβηρίδος καὶ κιγκάλου. i.

Mendicior Leberide, atque Cincalo.

Hinc κιγκμίζειν dici, pro eo quod est, commoueri, & obstrepere.

Quæ sub alis sunt.

Αἱ ὑπὸ μάλης πράξεις, i. Facta subalaria, Prouerbiali figura dixisse uidetur Plutarchus in cõmẽtario, qd inscribitur, Quo pacto sit dignoscẽdus adulator ab amico: Πόνος, ἰκανὸς, καὶ ἀπόδης ἀπάσης ἀπολειπόμενος, ἐν τῇ ὑπὸ μάλης πράξεσιν ἀπροφάσιστος ἐστὶν, id est. Ad laborem, & res honestas segnis, in his rebus, quæ sub ala fiunt, nihil recusat. De adulatore loquitur, ad honesta officia tum pigro, tum inutili, ad voluptuaria ministeria prompto, videlicet ad scortum cum fide adducẽdum, ad comparanda obsonia, ad instruendum conuiuium. Equidem opinamur, ob id adulationi sub alis sedem datam esse, quod hæ corporis partes titillationẽ præcipue sentiãt, siue ob cutis tenuitatem, siue quod insolitus nobis earum contactus partium; siue quod is locus uenulas habeat, quibus frictu calefactis, eiusmodi nascatur delectatio.

tio. Aristoteles sectione 35. Problemate 2. indicat, sub alis potissimum, ac sub pedum uestigiis fieri titillationem, coniectans in caussa esse, uel quod ibi cutis sit mollior, uel quod contactus sit insolens, quod idé usu uenit in auribus. Quid autē aliud est adulatio, quam aurium pruritus quidam & gargarizatio? Vnde Lucianus in dialogo quodam Charontis, Menippi, & Mercurii, philosophum quempiam omnibus exiens uitijs, ἐν ἔτι τὸ βαρύτατον ὑπὸ μάλης ἔχει. τὶ ὦ μένιππε, κολακείαν ὦ ἑρμῆ, πολλὰ ἐν τῷ βίῳ χρησιμβάσασαν αὐτῷ. i. Vnū quiddam adhuc sub alis gestat, q̃ est omniū grauissimū. Quidnā, Menippe? Adulationem, Mercuri, q̃ illi plurimum attulit emolumenti in uita. Nisi si quis malit ὑπὸ μάλης, ita dictum, ut alibi Lucianus dixit, ὑπὸ κόλπῳ, sub sinu, significans eum Veneris usum, qui non uacat turpitudine. Nā oscula, quæq; supra sinum fiunt, utcumque cum honestate possunt cohærere. cæterum infra sinum, ἐ δὲν ὑγιὲς.

Simul sorbere, & flare, difficile.

TRANIO seruus apud Plautum in Mostellaria, obiurgatus est ab hero, quod nō maturius rediisset. Cum ille se alibi fuisset diceret, nec simul apud herum esse potuisse, & illud, quod iussus fuerat, peragere: Si uoles, inquit, uerbum hoc cogitare, simul flare, sorbereq;, haud factu facile est. Commode utemur hoc adagio, si quando significabimus, negotia quæpiam id genus esse, ut pariter ab ijs dē tractari non queāt. Veluti, si quis conetur simul & literis, & uoluptatibus uacare, simul amoribus, & parcimoniæ indulgere, simul uxori studijsque satisfacere: Quemadmodum fieri non potest, ut quis eodem in tempore sorbeat, hausto spiritu, & flet, emisso halitu. Affine uidetur huic adagio illud Phocionis ad Antipatrū; Οὐ δύνασαι μοι ᾧ φίλῳ χρῆσθαι, ᾧ κόλακι. id est, Non potes mihi simul & adulatore uti, & amico. Ad hæc senarius ille, qui falso Senecę inscribitur:

Amare, & sapere, uix deo conceditur.

Quodq; ait, Terentium imitatus, Horatius:

Nihilo plus explicet, ac si
Insanire patet certa ratione, modoque.

M. Tullio Philippica 11. Duas tamē res, magnas præsertim, non modo agere uno tempore, sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest.

Manum admouenti fortuna est implorandā.

Τὰν χεῖρα ποτιφέροντα δεῖ τὰν τύχαν ἐπικαλεῖν, id est, Manū admouenti fortuna inuocanda est. Admonet adagium, ita fidē dum esse diuino auxilio, ut nihilo segniores, quantum in nobis est, etiam ipsi nostra ad nitamur industria, alioqui non audituros superos inertium, ac desidiosorum uota. Plutarchus in Apophtegmatis Lacedæmonicis, refert, apud eam gentem deos, deasq. omnes hastatos fingi solere: Venerem etiam ipsam armis indutam, tanquam ne illis quidem otium agant, sed bellicis studijs exerceantur: Addunt, inquit, & prouerbium:

Τὰν χεῖρα ποτιφέροντα, τὰν τύχαν καλεῖν, i.

Manum admonenti sunt uocanda numina.

Æschylus apud Stobæum:

Φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συμπάρδειν θεός. i.

Huic qui laborat, numen adesse assolet.

In eandē sententiā Pindarus in Nemeis.

Πρὸς ἄκρον ἀρετᾶς ἦλθον οἱ τε πόνων ἐγάσαντο, σὺν θεῷ δὲ τύχᾳ, i. Ad summum uirtutis apicem peruenerunt, qui gustarūt labores, non autem sine dei fortuna. Proinde nec ita fidendum industriæ, ut diuinā opem negligamus, nec ita rursum pendendum ab illa, ut nostrum prætermittamus officium. Allusisse uidetur huc Aeschylus in Persis:

Ἐγὼ δέπω
Διὰ μακρῆ χρόνῳ τάδ' ἤυχην ἐκτελωτήσαι θεούς,
Ἀλλ' ὅταν πάρδῃ τὶς αὐτὸς, χ' ὧ θεὸς συνάπτεται, i.

Plurimo iam tempore a deis
Optaueram hæc ut dextra conficerēt mihi. at,
Vbi uigilas ipse, dij quoque admouent manum.

Refertur ex eodem:

Φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συμπάρδειν θεός. i.

Adesse gaudet sed laboranti deus.

Nonnulli quorum est Suidas, adagionis originem ad apologum referunt, Rusticus quidam, cum plaustrum hæreret in limo, otiosus inuocabat Herculem. At ille, adstans, Admoue, inquit, manum rotæ, ac stimula boues, iraque deum inuoca:

Τῷ

Τῷ χεῖρα προσφέροντα, ἢ θεὸν καλεῖν.

Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.

M. TVLLIVS Tusculanarum quæstionū libro primo, Sed hic quidem, quamuis eruditus sit, sicut est, hæc magistro concedat Aristoteli, canere ipse doceat. Bene enim illo prouerbio Græcorū præcipitur,

Quam quisque norit arte, in hac se exerceat,

Hactenus Cicero. Est autē senarius iambicus, admonens, ut, quarum rerum sumus periti, in his dumtaxat disputandis, tractādisq. uersemur: quarum uero sumus rudes, eas doctioribus concedamus, neque professionem alienam nobis uindicemus, neque in messem alienam mittamus falcem, neue sutores ultra crepidam iudicemus. Apud A. Gellium Plato ex Euripide citat, sed in sensum non nihil diuersum a Ciceroniano; nempe suo, quemq; uitæ instituto, studioq. impensę delectari, quod in eo se laudem aliquam assecuturum confidat. Accidit, inquit, illis illud Euripidis: Qua in re clarus quisque est, ad eam properat, & diei partem illi plurimam impertit, in qua ipse se exsuperet, contra, in qua stupidior ac nihili sit, inde effugit, eamque contemnit. Porro uersus, quem Latine refert M. Tullius est apud Aristophanem in fabula, cui titulus σφῆκες is est eiusmodi:

Ἔρδοι τὶς ὧν ἕκαστος εἰδείη τέχνῃ. i.

Quam quisque nouit artem, in hac se exerceat:

Quo quidem loco interpres admonet, inter prouerbia celebrari. Vsurpauit Stratonicus citharœdus apud Athenæum li. 8. Qui musico cuipiam, qui prius fuerat hostitor, de harmonia cum ipso disputanti, respōdit, ἔρδοι τὶς ὧν ἕκαστος εἰδείη τέχνῃ. Quamquam in editione Aldina legitur ἄδοι, pro ἔρδοι. Ad hoc prouerbium allusit Horatius, ita scribens:

Nauem agere, ignarus nauis, timet: abrotenum ægro
Non audet, nisi qui didicit, dare. Quod medicorum est,
Promittūt medici: tractant fabrilia fabri.
Scribimus indocti, doctique poemata passim.

Idem in epistola ad Villicum:

Quam scit uterque libens censebo exerceat artem.

Huc pertinet illud Pindaricū, quod refert Plutarchus in cōmētario, quē scripsit περὶ τῆς δ' ἀυμίας, Υφ' ἁρμασιν ἵππος, ἐν δ' ἀρότῳ βοῦς, παρὰ ναῦν δ' ἰθύνει τάχιστα δελφὶς. κάμπτῳ δ' βαλόντι φονὸν, κύνα δεῖ θαλάθυμον ἐξαιρεῖν. i. Equus in quadrigis, in aratro bos. Nauē ocyssime pūertitur Delphinus, apro cędem molienti inueniendus est canis laborum patiens. Videlicet significat, unumquemq; adhibēdum ad id, quo ualet. Athenæus libro 8. Cum Ptolemęus cum Stratonico citharœdo cōtentiosius disputaret de citharistica, ἕτερον, ἔφη, ἐστὶν ὦ βασιλεῦ, σκῆπτρον, ἕτερον δὲ πλῆκτρον, i. Aliud est, inquit, rex, sceptrū, aliud plectrū. Et apud Plinium libro 45. c. 10. Apelles Alexandro Magno, in officina multa imperite differenti de pictura, comiter suasit silentium, admonens, illum rideri a pueris, qui colores terebāt.

Dedi malum, & accepi.

DEDI malum, & accepi. Bœticum adagium est, quo licebit uti, quoties eiusmodi permutatio uidebitur facta, ut malum pro malo sit redditum, & par pari relatū; veluti, si quis improbum generum dedisset, ac nurum item improbam recepisset. Recensetur, & explicatur a Plinio iuniore in Epistolis. Cæcilius, inquit, Classicus, homo fœdus, & aperte malus, proconsulatum in ea parte non minus uiolenter, quam sordide, gesserat, eodem anno, quo in Africa Marius Priscus. Erat autem Priscus ex Bœtica, ex Africa Classicus, inde dictum Bœticorum (ut plerumque dolor etiam uenustos facit) non illepidum ferebatur, Dedi malum, & accepi. Congruet & in eos, qui liberos suos committunt malis præceptoribus, & recipiunt eos peiores, quam tradiderant. Rursum in eos, qui lacessunt illos, unde grauius læduntur, quod usu uenire tradunt ijs, qui in Ægypto, uenantur onagros. Nam animal lacessitum, frequenter calcitrando, lapides missos retorquet in iaculantes, tanto impetu, ut pectora insequentium penetrent, aut caput fractis ossibus displodant. Vnde & instrumento bellico nomen inditum. Auctor Ammianus lib. 23.

Carpet citius aliquis, quàm imitabitur.

Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. i. Reprehēdet aliqs citius, atq. imitabitur.

Senarius hic Apollodori pictoris operibus inscribi cõsueuit, qui primus umbrarum imitationẽ inuenit. Refertur ad hunc modum, μωμήσεταί τις θᾶσσον, ἢ μιμήσεται. Apte dicet de re quapiã artis absolutę, atque inimitabili. Porro res egregias multo procliuius est carpere, q̃ æmulari. Cętera est elegãs προσονομασία in duab⁹ vocibus Grecanicis μωμήσεται, & μιμήσεται, quæ cum sono minime distent, tamẽ res declarant lõge diuersissimas. Huc allusit Plin. lib. 37. c. 11. Imitati multi, æquauit nemo. Theognis in eandem sententiam:

Μωμεῦνται δέ με πολλοὶ ὁμῶς κακοὶ ἠδὲ καὶ ἐσθλοί,
Μιμεῖσθαι δ' οὐδεὶς τ' ἀσόφων δύναται. i.
Carpunt me plures docti indoctiq; imitari.
Nos indoctorum de grege nemo ualet.

In foribus adesse.

Περὶ τὰς θύρας, i. In foribus adesse, dicit allegoria prouerbiali, quod instat, iamque in proximo est. Plutarch. Πυρετῶ περὶ θύρας ὄντος, i. Cum febris in foribus adest.

Alia Lacon, alia asinus illius portat.

Ἀλλὰ μὲν λάκων λέγει, ἄλλα δ' λάκωνος ὄνος φέρει, i. Alia quidẽ Lacon dicit, alia Laconis asinus portat. Effertur apud quosdã & ad hunc modũ parœmia: ἀλλὰ μὲν λεύκων, ἄλλα δ' λεύκωνος ὄνος φέρει, i. Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat. In eos dicebatur, quorum oratio dissentiret a factis. Natum aiunt ab huiusmodi quodam euentu. Agricola quispiam, nomine Leucon, solitus est utres melle plenos storeis obuoluere. Rogatus autem ab exactoribus uectigalium, quidnam portaret, ordeũ se portare respondebat, uidelicet, quo minus pecuniæ persolueret. Sed, cum euenisset aliquando, ut lapsus in terram asinus onus effudisset, accurrerunt exactores, in reponendis sarcinis auxilio futuri. Verũ, ubi interim cognouissent, mel in utribus esse, non ordeum, Leuconem obtorto collo abduxerunt, tanquam qui se debito uectigali fraudasset. Atque illud ridentes addiderunt, Alia Leucon, alia portat asinus. Nam in nonnullis codicibus, Dicit, non additur, atque ita, nostra sententia, dictum festiuius redditur. Ea uox postea uersa est in adagionem. Refertur a Zenodoto, & à Diogeniano.

Corpore effugere.

Corpore effugere, est, periculum iam imminens, ac pœne præmens, arte quadam declinare. Translatum a gladiatoribus, ictum modico corporis flexu fallentibus. M. Tullius in Catilinam inuectione prima: Quot ego tuas petitiones, ita coniectas, ut uitari posse non uiderentur, parua quadam declinatione, &, ut aiunt, corpore effugi. Hactenus Cicero. Itaque, quoties aliquem discrimine quam minimo a periculo abfuisse significabimus, corpore declinatum malum dicemus. Minus enim periclitantur, qui mœnibus, aut alio quopiã obiectu defenduntur: uerum, qui nudi telis obiecti, nihil habent, quo se tueantur, nisi commodo corporis deflexu, ij demum in extremo periculo versari uidentur. Pœne diuersa figura dixit Catullus:

Cõtra nos tela ista tua euitamus amictu, idest, Facile depellimus, non secus, quàm muscarum insultus.

De alieno ludis corio.

De alieno corio ludere, prouerbio dicuntur, qui securius agunt, sed alieno periculo. Sumpta allegoria uel a coriarijs, uel ab apologo quopiam, uel a seruis, qui, si quid peccatum sit tergo dant pœnas. Apuleius in Asino aureo libro septimo. Quod si quomodo cæteri latrones persenserint, non rursus recurres ad asinum, & rursum, exitium mihi parabis. Re uera ludis de alieno corio. Verba sunt asini, puellam accusantis, quod, cum prius illius culpa fuisset in discrimẽ adductus in fuga, nũc denuo committat, ut sit rursum fugiendum, idque suo potissimum periculo. Allusum est autem ad asini corium, quod mortuis detrahitur. Est simile quiddam & apud Plautum, De meo tergo degitur corium, idest, res meo sit periculo. Neque dissimile, quod refert Festus, Pro scapulis, idest, pro periculo plagarum. Non admodum abludit ab hac forma, quod Seneca iocatur in Declamationibus, Cicero patri de corio Cestij satisfecit. Nam is Cestius erat ex eorum numero, qui contemnebant Ciceronis ingenium. hic, cum forte accumberet in eodem conuiuio cũ Cicerone, M. Tullij filio, qui tum Asiam obtinebat, &, submonente quopiam è famulis, cognitũ esset, eum esse Cestiũ, cuius iudicio nihil sciret

sciret M. Tullius: illico sublatus è conuiuio, iussus est flagris cædi. Circumfertur apud nostratium uulgus nõ absimile huic prouerbium, Ex alieno tergore lata secari lora. Quo quidem significant, unũquenque minus esse parcum in alieno, quam in suo. Tertullianus in libello De pallio, secus aliquanto usurpauit: Hoc soli Chamæleonti datum, quod uulgo dictum est, de suo corio ludere. Sentit, Chamæleontem pro suo arbitrio vertere colorem cutis.

In herba esse.

Vbi spem immaturam indicamus, ac longius adhuc abesse, ut consequaris, in herba esse dicimus. Sumpta metaphora à segetibus, teneris adhuc, & herbescẽtibus, de quibus nihil adhuc certi sibi possit agricola polliceri, propterea quod plurimi casus solent incidere, qui nõ sinant cultorem optato potiri. Verum vbi iam demessam segetem in horrea conuexit, tum demum utcunque tutum est bene sperare. Ouidius in epistola Helenæ ad Paridem:

Sed nimium properas, & adhuc tua messis in herba est,
Hæc mora sit voto forsan amica tuo.

Persius in satyra sexta,

Emole, quid metuis? occa, & seges altera in herba est.

Cornelius Tacitus in dialogo De oratoribus, in herba dixit, pro eo, quod est, momentaneum, moxq; periturum, quia ante tempus decerptum. Agit illic de plausu, qui datur poetis recitantibus sua carmina. Omnis, inquit, illa laus intra unum, aut alterum diem, velut in herba, uel flore, præcepta, ad nullam certam, & solidam perue nit frugem, nec aut amicitiam inde refert, aut clientelam, aut mansurum in animo cuiusquam beneficium, sed clamorem uagum, & voces inanes, & gaudium uolucre.

In alieno foro litigare.

Proverbium resipit hæc quoq; figura, In alieno foro litigare. pro eo, quod est, in re noua, cuiq; nondum assueueris, uersari. Habent enim diuersa fora diuersas litium formulas, uariasq; tractandarum caussarum rationes: quarum qui rudis sit, is, tanquam hospes in peregrina regione, multa deside ret necesse est. Martialis in præfatione libri duodecimi, Accipe ergo rationem, in qua hoc maximum, & primum est, quod ciuitatis aures, quibus assueueram, quero, & videor mihi in alieno foro litigare.

In seditione, uel Androclides belli ducem agit.

Εν δὲ διχοστασίῃ καὶ ἀνδροκλεὶς ἡν πολεμαρχεῖ. i.
Seditione orta dux est etiã Androclides.

Carmen Heroicum prouerbio celebratum, in homines contemptos, & humiles, qui per occasionem aliquam incidentem, dignitatem sortiuntur. Quemadmodum in rerum tumultu nonnunquam infimi quidam pro tempore regnant. Refertur à Suida, Diogeniano, atque item à Plutarcho in vita Niciæ, & apud eundem in commentario, περὶ φιλαδελφίας. Effertur etiã ad hunc modum:

Εν δὲ διχοστασίῃ καὶ πάγκακος ἔμμορε τιμῆς. i.
Reb⁹ turbatis, uel pessimus est in honore.

Citat idem in comparatione Lysandri, & Syllæ, nisi quod illic Aldina editio mẽdose habet, πάγκαλος pro πάγκακος. Rursum effertur hoc pacto.

Εν γὰρ ἀμηχανίῃ καὶ καρκίνος ἔμμορε τιμῆς. i.
Fert rebus desperatis & cancer honorẽ.

Ad hanc sententiam pertinet & illud, Græcis prouerbij vice celebratum:

Καιρῷ τυχὼν γὰρ πτωχὸς ἰσχύει μέγα. i.
Mendicus etiam plurimũ in loco potest.

Inter indoctos etiam Corydus sonat.

Εν ἀμούσοις δὲ κορυδὸς φθέγγεται, i. Inter amusos etiam Corydus sonat. Quadrabit in quosdam, qui apud idiotas audent se se uelut eruditos uenditare, inter doctos alioqui prorsus elingues. Id quod citra metaphoram eleganter extulit Euripides in Hippolyto coronato:

-Οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς
Φαῦλοι, πάρ' ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν. i.
Apud eruditos, qui nihil ualent, apud
Plebem imperitam pręeminent facũdia.

Corydus, uilissimum auiculæ genus, mĩnimeq. canorum, strepit tamen utcumque inter aues mutas, apud luscinian canens ferri nequaquam posset. Huc adscribendum arbitramur, quod, ut refert Athenęus libro sexto, non illepide dixit Philoxenus parasitus, cognomento Prernocopis, in alterum parasitum nomine Corydum: cum enim incidisset sermo, quod turdi magno

emerentur, præsente Corydo, de quo rumor erat obscęni obsequij. At ego, inquit, memini Corydum obolo fuisse æstimatũ. Parasitis autem solent indi nomina contemptus. Quanquam hic Corydus narratur in dictis fuisse lepidus. Corydum autẽ minime canorum esse, testatur & Gręcum epigramma, licet ἄδηλον.

Εἰ κύκνῳ δύναται κόρυδος παραπλήσιον ᾄδειν,
Τολμᾶεν δ' ἐρίσαι σκῶπες ἀηδονίσιν,
Εἰ κόνυξ τέττιγος ἐρεῖ λιγυρῶτερος εἶναι,
Ἰσα ποιεῖν κἠγὼ παλλαδίῳ δύναμαι, i.

Si corydus cygnum queat æquiparare canendo,
Noctua concertet si philomela tibi:
Coccyx si iactet se uoce anteire cicadam,
Tunc ego Palladio par potero esse meo.

Quæuis terra patria.

Πᾶσα γῆ, πατρίς, i.

Quæuis terra, patria.

Hemistichium est oraculi, quondã redditi Meleo Pelasgo, de victoria consuleti: cuius meminit & Mnaseas, teste Zenodoto, & Dionysius Chalcidẽsis. Admonet adagiũ, uirum sapientem, ac bonũ, ubicunque gentium uixerit, felicem esse. Vnde & Socrates, interrogatus, cuiatis esse, κοσμικὸν, i. mundanum, se esse respondit. Idem innuit Aristophanes in Pluto, cum ait,

Πατρὶς γὰρ ἐστὶ πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.

i. Illic enim patria est, ubi tibi sit bene.

Dicuntur hęc à Mercurio, cupiente, uel cęlo relicto, in Chremyli iam diuitis adscisci familiã. Vsqueadeo credebat ibi demum esse patriam homini, ubicunque feliciter ageret: illic exsilium, ubi parum cõmode uiueret. Fertur hic quoque uersiculus prouerbialis:

Τοῖς γὰρ καλῶς πράττουσι πᾶσα γῆ πατρίς. i.

Solum oẽ patria prospere quicunq; agit.

Cicero Tusculanarum quæstionum li. quinto, significat esse dictum Teucri, ex tragœdia quapiam. Itaque ad omnem rationem, Teucri uox accommodari potest, Patria est, ubicunque est bene.

Odium Vatinianum.

ODIVM Vatinianum, pro capitali, ac uehementer acerbo. Vatinius, in quẽ acerrimè M. Tullius inuectus est, in tantum odium populi Romani peruenerat, iã detectis illius flagitijs, ut in prouerbium cesserit, Odium Vatinianum Catullus:

-Munere isto
Odissem te odio Vatiniano.

Odium nouercale.

CONSIMILI figura legimus, Odiũ nouercale, propterea quod nouercis omnibus innatum sit fatale quoddam, & irreconciliabile odium in priuignos. id, quod elegãter indicat epigrãma Græcum, quod haud graua bimur adscribere. Fertur autem titulo Callimachi, nec illo quidem indignum auctore.

Στήλῳ μητρυιῆς μικρὰν λίδον ἔσεφε κόρος,
Ὡς βίον ἠλλάχθαι, καὶ τρόπον οἰόμενος.
Ἡ δὲ τάφῳ κλιθεῖσα κατέκτανε παῖδα πεσοῦσα.
Φεύγετε μητρυιῆς καὶ τάφον οἱ πρόγονοι.

Quorũ carminũ elegantiam cum haud nesciremus nos nõ assecuturos, tamẽ, quo possent intelligi, utcumque uertimus,

Exiguo lapidi puer addit ferta nouercæ,
Mutasse ut uitam, sic ratus ingenium.
At puerum extinguit tumulo hæc illapsa nouercæ
Priuigni exanimem uel tumulum fugite.

Euripides in Alcestide:

Ἐχθρὰ γὰρ ὀπῖσσα μητρὰ τέκνοις
Τοῖς πρόσθ', ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα.

Hostis nouerca, est ante natis liberis,
Nihiloq; mitior nocente uipera.

Perdidisti uinum infusa aqua.

Ἀπώλεσας τὸν οἶνον ὀπιχέας ὕδωρ.

Vini liquorem perdidisti infusa aqua.

Verba sunt Polyphemi ex tragœdia Aristij, cui titulus Cyclops, teste Chamęleõte in Satyris. Sic enim increpat Vlyssem, uinũ aqua temperantẽ. Antiquitus merum bibebant, nõ sine noxa, donec Staphilius, Sirrheni filius, ostendisset uinũ aqua diluere. Nam huius hoc inuentum, teste Plinio libro 7. Dicetur in eos, qui in initio quędã rectè faciunt, deinde, qua ui leui de caussa, benefacta malefactis subuertunt. Vlpianus apud Athenæum, in eum, qui βαλλίζουσιν dixerat, p κωμάζουσιν, idq; barbare, Σὺ δ' ἡμῖν ἐκ γῆς συβέρας ὄνομα πιάμενος, ἀπιόλεσας τὸν οἶνον, ὀπιχέας ὕδωρ, i. Tu uero nobis ex terra subulca uocabulũ mercatus, perdidisti uinũ, infusa aqua. Cyclops enim, ut barbarus ac temulentus, (talem inducit etiam Homerus) sic existimat uinũ aqua corrumpi: cum è diuerso, sapientum iudicio, reddatur melius, ac salubrius. Vnde & Plato admonet, ut Bacchũ, temulentum Deum, Nymphis sobrijs deabus temperemus. Idem docet epigramma Gręcum Meleagri, idest huiusmodi:

Αἱ νύμφαι τὸ βάκχον, ὅτ' ἐκ πυρὸς ἤλαθ' ὁ κῶρος
Νίψαν, ὑπὲρ τέφρης ὄρτι κυλιόμενον.
Τὼ νέκα σοὶ νύμφαις βρόμιος φίλος. ἰὼ δένιν ἄργης
Μίσγεσθαι. δέξῃ πῦρ ἔτι καιόμενον. idest,

Bacchus, ut e flammis puer exsilijsset, in undis
Tinxerunt Nymphæ sordidum adhuc ciuere.
Hinc iunctus Nymphis est Bacchus gratus: at ignem
Ardentem capies, hunc nisi miscueris.

Quamquã uinum largius dilutum illud habet noxæ, quod in posterum diem grauius dolet caput, qui biberit, quã si merũ bibisset. Aristoteles id esse putat in caussa, quod uinũ per se crassius, accessione aquę factum subtilius, citius penetrat angusta capitis foramina: meri noxam, cuius adhuc multam uim obtinet, eodem transmittẽs: præterea concoctu difficilius est.

Abiecit hastam. Ριψάσπις.

HASTAM abijcere, dicitur utiq; prouerbiali figura, qui caussæ suæ diffisus, abijcit animũ, ac desinit contra conari. Cicero pro L. Murena, Vides ne tu illum tristem, demissum? Iacet, diffidit, abiecit hastam. Græcis item prouerbiali conuicio dicunt ῥιψάσπιδες, ignaui, ac timidi, quique in acie locum deserunt, ac clypeum abijciũt: quo probro notatus est Demosthenes. Lucianus in Ioue Tragędo: Καὶ δηλός ἐστιν ὑποῤῥίψου τὴν ἀσπίδα, i. Ac plane vt scutũ abiecturus. Vsque adeo uero probrosum habebatur antiquitus clypeum abiicere, ut Lacedæmonii Archilochum è finibus suis iusserint excedere; quod scripsisset, satius esse clypeum abiicere, quam interire, teste Plutarcho in Apophthegmatis Laconicis. Id Archilochi distichon refertur ab Aristophane in fabula, cui titulus εἰρώνη, estq. huiusmodi:

Ἀσπίδι μὲν σαίων τις ἀγάλλεται, ἰὼ παρὰ θάμνῳ
Ἐγτὸς ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων. i.

Scuto aliquis gaudet Saiorum, ego quod bene pulchrum.
De ferni nolens inter opaca rubi.

Interpres admonet, Saios esse Thracię populos, aduersus quos bellãs Archilochus, fugerit abiecto clypeo. Cuius exemplũ postea secutus est Demosthenes, ad dicendũ, quã pugnandũ, instructior. Notatur apud Aristophanẽ & Cleonymus hoc nomine, ut in Vespis: Ἀπέβαλε τὴν ἀσπίδα. i. Abiecit clypeũ. Quin & Isocrates in oratione, quã scripsit de Pace declarat, infames olim habitos, q uel ordinẽ deseruissent, uel clypeũ abiecissent. Idẽ indicat Æschines aduersus Timarchum, quod qui nõ fuisset in bello, aut q hastã abiecisset, ei non licebat in concione quidquã agere. Postremo Aristoteles lib. Moraliũ 5. inter ea, quę lex vetat cõmemorat τὸ μὴ λιπεῖν τὴν τάξιν, μηδὲ φεύγειν, μηδὲ ῥίπτειν τὰ ὅπλα. i. nõ deserere ordinẽ, nõ fugere, nõ abiicere arma. Et aliquanto post, agens de iniustis, (qui τὴν πλεονέκτειν dici non possunt, quod nihil capiãt inde lucri) exempli loco ponit τοὺς ῥίψαντας ἀσπίδας διὰ δειλίαν, i. qui ob merũ, & ignauiam clypeos abiecerunt. Tale quiddam, opinamur, subindicat Horatius in Lyricis, cum ait:

Tecum Philippos & celerem fugam
Sensi, relicta non bene parmula.

Q. Curtius lib. 3. Tum cęteri dissipantur metu, &, qua cuiq; patebat ad fugã uia erumpunt, arma iacientes, quę paullo ante ad tutelã corporũ sumpserant, adeo pauor ẽt auxilia formidabat. Est aliquoties apud Iul. Cæsarem, Abiectis armis. Sed, quo longius receditur a simplici sermone, hoc maior est adagii gratia, ueluti, si quis eum, qui non reluctatur turpia suggerenti dæmoni, sed statim obsequitur, appellet Rhipsaspidem. Huius prouerbii facta nobis est antea mentio.

Mentiuntur multa cantores.

Πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. i. Multa mentiunt cantores. In eos quadrabit, qui ad gratiam loquuntur, & auribus blandiuntur. Inde ductum, quod cãtores hoc modo spectantes, ut delectẽt, ac placeant, pleraq. canunt in laudẽ auditorũ falsa. Nihil. n. ueritate grauius, nihil assentatione suauius. Aristoteles lib. τὴν μετὰ τὰ φυσικὰ primo, ἀλλὰ, κατὰ τὴν παροιμίαν, πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί, i. Sed, iuxta prouerbium, Multa mentiuntur poetæ. Est autem, nisi nos fallit memoria, hemistichium Homericum,

de citharœdis, solitis in conuiuio canere. At hoc dictum quosdã vsqueadeo mouet, ut prorsus ab omnibus omnium poetarum scriptis abstineant, non minima portione eruditionis.

Accissare.

Ἀκκίζειν, i. Accissare, Græco prouerbio dicebantur, qui, cum maxime cuperent accipere quippiam, tamen ficte recusabãt: qui mos hodie quoque multis durat. Scribunt, Acco mulierem fuisse quampiam notæ stultitiæ, quæ solita sit ad speculum, cũ imagine sua, perinde, atque cum alia muliere, confabulari, ut hinc vulgo, quæ stultius, aut ineptius aliquid agerent, Accissare dicerentur, & Accus nomine compellerẽtur. Apparet, illud etiam moribus huius mulieris affuisse, ut recusaret, quæ tamen cupiebat, unde & Accismus, ficta huiusmodi recusatio dicatur. M. Tull. ad Atticum lib. Epistolarum secundo: Hoc, opinor, certi sumus, perisse omnia: quid enim ἀκκιζόμεθα tam diu, idest, quid dissimulamus? Lucianus in libello De mercede seruientibus. Ὁ δὲ ἀκκιζόμενος, ἄπαγε παρὰ σοῦ δ' ἐγώ, i. At ille accissans: Auferr, inquit: ego ne abs te? Idem in Amoribus: Πάντα δὴ φεύγων ἀκκισμὸν, i. Omni sublato accismo, idest, tergiuersatione. Rursus in eodem sermone, Πολὺς δὲ ὁ μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἀκκισμὸς, i. Multus autem uiris adest accismus. Itẽ Philemon apud Athenæum lib. 13. Οὐκ ἐς' οὐδὲ εἷς ἀκκισμὸς, οὐδὲ λῆρος, i. Nec ullus est Accismus, aut nugatio. Plutarchus indicat, Acco, & Alphito mulieres fuisse, per quas fœminæ deterrerent pueros a peccando. Vsurpat hanc uocem & Plato in Gorgia: Ἀλλ' ἀκκίζῃ ὦ καλλίκλεις.

Scytha accissans asinum.

Ἀκκιζόμενος σκύθης ἢ ὄνον, i. Accissans Scytha asinũ. Aduersus eos, q uerbis auersantur, qd recupiunt. Id ad huiusmodi fabulam referunt: Quidam, conspecto asini cadauere, Scytæ cuidã, qui forte aderat, dixit, En quod cenes. Ille, primũ aspernatus, atq. abominatus, postea tamen apparauit, cenauitq;. Ita ferme Suidas, & Zenodotus. Hesychius secus affert, σκύθης ὄνειον δαῖτα, idest, Scytha asininum conuiuium, ut subaudias, reperit: si tamen hic locus apud Hesychium mendo uacat. Nam mutilum esse constat, & fortassis ὄνειον dictum est pro utili: sic, tamen, ut allusum sit ad asinum.

Aut quinque bibe, aut tres, aut ne quatuor.

ATHENAEVS libro decimo, de bibacitate disputans, scribit adagium huiusmodi vulgo fuisse celebratum, ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα, i. At quinque bibe, aut tria, aut ne quatuor. Præscribit modum diluendi uini. Hæc autem temperatura maxime placebat antiquis: ut quinque uini cyathis quo adderentur aquæ, aut duobus unus. Huius rei testem citat Ionem poetam, qui scripserit, uatem quendam Palamedi prædixisse, Græcos nauigaturos, qui tres cyathos ad unum biberent. Idem Nicocharem in Amymone, Χαῖρε πέντε, καὶ δύο, idest, Salue quinque, & duobus. Præterea Amypsiam, ἐγὼ δὲ Διόνυσος πᾶσιν ἡμῖν εἰμὶ πέντε καὶ δύο. i. Ego autem Bacchus omnibus uobis quinque & duo. Verum hac de re copiosius aliquanto Plutarchus. Περὶ συμποσιακῶν, De cade tertia, testans conuiualibus contiunculis celebratum fuisse, ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέσσαρα, ne quis temere Plauti uerba cõmutet. nam apud hunc quoq; referuntur. Atq. in hanc rem iocatur Ariston: Quemadmodum in musica. Hemiolij proportio symphoniam reddit diapente, dupla symphoniam efficit, quæ dicitur Diatessaron, at eam, quæ uocatur Diatessaron, symphoniam esse præter cæteras hebetem, & obscuram, & epitrito constare. Itidem & in bibendi harmoniis tres esse symphonias vini ad aquã, Diapente, διὰ τριῶν, & Diatessaron. Nam Diapente symphoniam ex Hemiolio constituit, si tres aquæ cyathi duobus uini cyathis admisceãtur. Quod si duobus admisceas duos, dupli proportionẽ exsistere. Diatessaron harmoniã fore, si uni uini cyatho tres aquæ cyathos addideris, atq. hic esse epitritum: quæ proportio pertineat ad tres magistratus in Prytaneo sapientes, ac sobrios, aut ad dialecticos, cũ, adductis superciliis, de suis anxiis argutiis disputant. Iam, si duos uni admisceas, tonũ nasci maxime turbulentum, & ut appellat ipse, ἀκροθώρακα, Chordas mouentẽ non mouendas mentium, propterea quod per hũc nec omnino sobrios esse licet, nec stultitiam mero immergere. Quod si duo tribus

bus addideris, harmoniã exsistere omniũ maxime musicam, ut quę somnos inuitet, tranquillitatem, ac summam quietem in ducat. His ita per iocum dictis, adiecit Plutarchi pater, priscos Ioui duas addidisse nutrices, Item & Adrastiam; Iunoni unã, nempe Euboeam; Apollini duas, Alethiã & Corythaliam; Baccho uero plures, qd hũc deum oporteat pluribus nympharum mensuris mansuefactum, ac domitum, moderatiorem, ac mitiorem reddere. Significat autem, uinum multa aqua diluẽdum. Meminit huius adagii Plautus in Sticho, seruos compotãtes inducẽs. Sed interim, Stratege noster, cur hic cessat cantharus? Vide, quot cyathos hos bibim⁹. Tot, quot digiti sunt tibi in manu Cãtio est Græca. Καὶ πέντε πίνε, καὶ τρία πίνε, ἢ μὴ τέτταρα.

Quamquam hic Plauti iocus nõ caret suspicione mendi. Quod autem prohibet Græca cantio, ne quatuor biberet, ad ueterum superstitionem pertinet, qua credi tum est, impares numeros ad omnia efficaciores esse, id quod Plinius intelligi putat in febribus, dierũ obseruatione. Porro de quaternione uitato in poculis, idẽ lib. uigesimooctauo, cap. sexto, scribit ad hũc modum: Numerum quoq. quaternarium Democritus, condito uolumine, & quare quaterni cyathi, sextarijve non essent potandi. Hunc nimirum allusit Horatius lib. Odarum 3.

Da Iunæ propere nouæ,
Da noctis mediæ, da puer auguris
Murenæ tribus, aut nouem,
Miscentur cyathis pocula commodis.
Qui musas amat impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates. tres prohibet supra,
Rixarum metuens tangere Gratia,
Nudis iuncta sororibus.

Item Ausonius.

Ter bibe, uel toties ternos, sic mystica lex est.

Id est, Aut tres cyathos, ad numerum Gratiarum; aut nouem, ad numerum Musarum.

Siculus mare.

Σικελὸς θάλασσαν, i. Siculus mare, subaudi, prospectat. De ijs, qui denuo sollicitantur ad subeũdum periculum. Natum aiunt a Siculo quodam, qui, cum, ficos naui portans, naufragium fecisset, ac deinde sedens in litore, mare placidũ, ac tranquillum uideret, uelut inuitans ad iterandum nauigationẽ, dixisse fertur: Οἷ δ' ὁ θέλεις, σῦκα θέλεις, i. Noui, quid uelis, ficos uis. Recensetur ab omnibus ferme prouerbiorum Græcorum Collectoribus.

Ficum cupit.

Σῦκον αἰτεῖ, i. Ficum petit. In eum dicebatur, qui commoditatis alicuius gratia blandiebatur. Inde natum tradunt, quod olim Athenienses agricolis blandiri solerent, ut ab illis ficos præcoquos acciperẽt, bene ominantes ac precantes, ut in annum sequentem fici feliciter prouenirent. Rustici uero, postea quam senserunt ciuium blandiloquentiam eo spectare, vt ficos acciperent, in prouerbium uerterunt, ut commodi spe adulãtem, ficos petere dicerent. Aristophanes in Vespis:

Σὺ δὲ νῦν σῦκά μ' αἰτεῖς. i.
Tu uero nunc ficos à me petis.

Longum ualere iussit.

Μακρὰν χαίρειν φράσας τῶν ἐνταῦθα τε μαῖς, idest, Honoribus, qui hic sunt, longũ ualere iussis. Ea figura, quoties ad rem, non ad hominem, refertur, haud dubie prouerbialis est. Rem igitur, a qua nos abdicamus, ei renunciare dicimur, ac longum ualere iubere. Sumpta metaphora ab iis, qui discedunt, diutius abfuturi, seu numquam redituri. Est sæpicule apud Lucianũ, & item apud alios M. Tull. in epist. ad Att. lib. 8. At ille, πολλὰ χαίρειν τοῦ καλῶ dicens, contulit se Brundisium. Incertũ, utrũ de philosopho quopiam loquatur, qui, cũ solitus esset multa præclara de honesto loqui, quod in ipso situm esset, postea, ueluti renuncians philosophiæ, sibi cõsuluerit, an de Pompeio, qui Cęsarem fugit in Gręciam, incolumitatis rationem habens potius, quam dignitatis. Item Hippolytus apud Euripidem:

Τῷ σῷ δὲ κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω. i.
Veneri tuæ multum ualere renuncio.

Vsurpat Lucianus in Ioue Tragędo. Idẽ in Apologia ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ προσαγορεύσει παίσματος interpretatur prouerbiũ his quidẽ uerbis, τὸ γὰρ μακρὰν χαίρειν, τὸ μηκέτι φροντιεῖν δηλοῖ. Hoc dictũ, Lõgũ ualere, declarat, nobis nõ amplius curæ futurum. M. Tull. Epistolarum familiarium lib. 15. pro μακρὰν χαίρειν dixit, Nuncium

remittere: Virtuti, inquit, nuncium remisisti, delenitus illecebris uoluptatis. Eadē forma dicimur Repudiare, aut Renunciare, aut Nuncium mittere iis, quæ spreta relinquimus, metaphora sumpta a solemni more diuortii. Quo, qui diuertebat, dicere solet, Tua tibi habe. Sic enim Caius libro uigesimoquarto, titulo secundo de diuortijs, & repudijs, capite Diuortium. In repudijs autem, id est, in renūciationibus, comprobata sunt hæc uerba, Tuas res tibi habeto, item hæc uerba, Tuas res tibi agito. His igitur uerbis peragebatur diuortium matrimonio. In sponsalibus autem, inquit, discutiendis, placuit renunciationem interuenire oportere. In qua re hæc uerba probata sunt: Condicione tua non vtar. Ita Alcmena apud Plautum, Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas. Huc alludens Cicero in Antoniū, Frugi factus est, inquit, illam suas res sibi habere iussit. Apudeiurecōsultos frequens est Nunciū mittere, quod fit pariter in matrimoniis, atque in sponsalibus, licet diuersa uerborum formula, quemadmodū diximus. De rebus animi fiet iucundius, ueluti, si quis dicit ab aulica uita, alio ve studio, recedere, de eo sic loquamur, Aulam suas sibi res habere iussit. Philologiæ suas res sibi habere iussit.

Ficus ficus, ligonem ligonem uocat.

Τὰ σῦκα σῦκα, ἢ σκάφιον σκάφιον λέγων. i. Ficusq; ficus, ac ligonem nominans Ligonem.

Senarius, è comēdiis Aristophanis ī ad agionem traductus. Quadrat in eum, qui, simplici, & rusticana utens ueritate, rē, ut est, narrat, nullis uerborum ambagibus, ac phaleris, obuoluens. Sunt enim apud Rhetores figuræ quædam, quibus fit, ut turpia honeste, aspera molliter, superba modeste, mordacia blande dicantur. At, qui crassiore sunt Minerua, rudius, ac planius eloquuntur, suo quidq. nomine signantes. Lucianus ī Ioue tragēdo. Ἐγὼ γὰρ, ὡς ὁ κωμικὸς ἔφη, ἀγροικός εἰμι, ἢ σκάφιον λέγων. i. Nam ego, quemadmodum ait Comicus, rusticanus sum, & ligonem ligonem appello. Rursum in præceptis historiæ conscribendæ, uult scriptorem, liberum, & incorruptum esse, qui rem, ut est gesta, narrans, ficus ficus appellet, ligonem ligonem. Inuenitur ad hunc quoque modum.

Τὰ σῦκα σῦκα λέγω, ἢ κάρδοπον κάρδοπον, i. Ficus ficus uoco, panarium panarium. Aristophanes in Nebulis,

Οὐκ ἂν ἀποδοίην ὀβολὸν ἂν ὀδενὶ,
Ὃς τις καλέσειε, κάρδοπον ἢ καρδόπιον. i.
Ego nec obolum cuipiam persoluerim,
Qui cardopum tantū uocarit cardopā.

Cardopus, arca panaria. Cæterum poeta facit Socratem nugantem, qui contendat, non esse dicendum κάρδοπον, (quemadmodum dicebat Cleonymus) sed καρδόπιον, ὥσπερ καλεῖς, inqt, τὸν σωκράτιον.

Domesticus testis.

Οἰκόθεν ὁ μάρτυς. i. Domesticus testis. Vbi quis ipse sese laudat, quasi domi testem habeat, non aliunde adductum. Huic autem testium generi quam minima fides haberi solet, ac legibus ceu suspecti reiiciuntur. Paulus Pandectarum lib. 12. titulo de testibus, cap. penultimo. testes, quos accusator de domo produxit, interrogari non placuit. Rursum Codic. libro quarto, eodem titulo. Etiam iure ciuili domestici testimonij fides improbatur. Lucianus in Ioue tragēdo, Εὖγε, οἰκόθεν ὁ μάρτυς, φασὶν, i, Euge, domo adductus testis, ut dici solet. Huc allusisse uidetur Seneca ad Lucilium, cum scribit in hūc modum. Exspecta me pusillum, & de domo fiet remuneratio. Nisi quis malit illic Dono, legere. Sunt Græci scriptores, qui dicāt, hoc adagium conuenire in eos, qui, prius mētiti, postea uerum confitentur, ueluti conscientia adacti, q̄ pectoris testis est. Sic Plutar. τὸν οἰκόθεν κρίσιν uocat, animi iudiciū, qd̄ non corrumpitur. Nec hinc multū abhorret, quod est apud M. Tull, De oratore libro secundo. Tertium uero illud, clamare, contra quam deceat, & quam possit, hominis est, (ut tu, Catule, de quodā clamatore dixisti) stultitiæ suæ quamplurimos testes domestico præconio colligētis. Domesticum præconium appellauit, quod ipse suā stultitiam traduceret. Idē in eiusdē libri principio. Quos tum ut pueri refutare domesticis testibus, patre & C. Aculeone propinquo nostro, & L. Cicerone patruo solebamus. Hic simpliciter domesticos testes appellat, propinqua cognatione iunctos. Nihil autem magis domesticum esse potest, quam sua cuique conscientia. Idem M. Tull. Cicero li. Epist. famil. 12. ad Cęliū, cuius

cuius initiū, Raras tuas. Mea uero officia, ei nō defuisse tu es testis, quoniā οἰκόθεν ὁ μάρτυς, ut opinor accidit Phania. Nam ita legendum suspicamur, tametsi nonnulli lacunam expleuerant his uocibus κωμικὸς μάρτυς, nisi forte pro κωμικὸς magis placet, οἰκιακὸς. Idē ī oratione pro L. Flacco, Neque in toto Æmonensiū testimonio, siue hic confictum est ut apparet, siue missum domo est, ut dicitur, cōmouebor. Terentius. Ego hāc domi cōiecturā facio.

Boeticum ingenium.

Boeotii apud antiquos malè audierūt uulgo, stoliditatis nomine, quemadmodū superius ostensum est. Vnde, quidquid insulsum esset, ac stultum, id Bœoticum dicebant. Lucianus in Ioue tragœdo, ἀγροικον τῷ τὸ εἴρηκας καὶ δεινῶς βοιωτικὸν, i. Istud, quod dixisti, prorsus agreste est, & uehementer Bœoticum. Inuenitur, & βοιωτικὸς νοῦς, i. Bœoticū ingenium, pro stupido, ac stolido. Horatius in Epistolis:

Bœotum in crasso iurares aere natum.

Plutarchus, ipse Bœotus, cum aliis aliquot locis, tum in commētario de carniū esu, scribit ab Atticis notatos Bœotos, tāquam brutos, & stupidos, ac pingues, idq. propter edacitatem, quemadmodum alibi meminimus, quod ea gens magis studuit exercendis corporibus, quam animis excolendis. Vnde, teste Stephano, quidem putauerunt nomen regioni inditum. Idem citat Ephorum, qui scripserit, Atheniēses rei nauticę fuisse studiosos. Thessalos equestris, Bœotos corporum exercitamentis, Cyrenæos: curribus ualuisse, Lacedæmonios circa leges fuisse diligentes.

Bœotica cantilena.

Βοιώτιος νόμος, i. Bœotica cantio dicebatur, si quibus rerum initia tranquilla, ac prospera fuissent, posteriora turbulenta, ac tristia. Vnde Sophocles scripsit.

Ὅταν τὶς ᾄδῃ τὸν βοιώτιον νόμον. i.

Vbi quis cecinerit cantionem Bœoticā.

Natum ex historia, nam Bœotii primū liberam, ac pacatam agebant uitam, deinde, mortuo Laio, in uarias calamitates inciderunt, ut illorum cantilēna a læto initio in luctum desijsse uidearur. Citatur a Zenodoto. Aristophanes in Acharnensibus usurpare uidetur pro cantione rudi, atque indocta.

Δεξίθεος εἰσῆλθ' ἀσόμενος βοιώτιον. i.
Dexitheus intrat, qui canet Bœoticum.

Bœotica ænigmata.

Βοιώτια αἰνίγματα, i. Bęotica ænigmata, dicebantur oblique, atque obscure dicta, quæque per difficile perici possent. Sumptum a fabula Sphingis, mōstri Thebani. Ea proposuit Oedipo ęnigma huiusmodi: Τετράπους, δίπους, καὶ πάλιν τρίπους, i. Quadrupes, bipes, ac rursum tripes. Id Oedipus interpretatus est hominē esse, qui puer manibus quoque pedum uice nititur, deinde, confirmato gradu, duobus pedibus se sustinet, donec ætas decrepita baculum, ceu certum pedem addat. Exstat epigramma Sphingis ęnigma complectēs ad hunc modum:

Εἰ δίπους ἐπὶ γῆς καὶ τέτραπον, ἐν μία φωνὴ,
Καὶ τρίπον· ἀλλ' ἀεὶ δὲ φυλῶ μόνον, ὅν ἐπὶ γαῖαν
Ἑρπετὰ κινεῖται ἀνάτ' αἰθέρα καὶ κατὰ πόντον.
Ἀλλ' ὁπόταν πλείοισιν ἐπειγόμενον ποσὶ βαίνῃ,
Ἐνθα τάχος γύοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ, i.

Est bipes in terris, & quadrupes, haud eadem uox,
Et tripes. immutat speciem hoc ex omnibus unum,
Quæcunque in terris reptant, uolat æthera circum,
Perq; mare: ast, ubi iam pedibus cōpluribus auctum
Accelerat gressum, uietis tum maxima membris
Segnities, ac torpor adest, minimumq; uigoris.

Hesiodus itaque in secundo Georgicō libro, uetulum, ac senio iam incuruum, tripedem hominem appellat.

Τότε δὴ τρίποδι βροτῷ ἴσοι. i.

Tunc iam tripedi mortali similes.

Bouem in faucibus portat.

Βοῦν ἐπὶ γναθοῖς φέρει. i.

In faucibus portat bouem.

In edacē olim dicebatur, ut indicāt Zenodotus, & Suidas. Natū, uti coniicimus, uel a Theagene athleta Thasio, uel a Milone Crotoniata, quorum alter bouē solidū solus comedit, teste ét Græco epigrammate: tum autem Posidippo apud Athenæum, alter

alter(ut narrat apud eundem Theodorus Hieropolites in Olympiis taurum quadrimum humeris sustulit, ac stadii spatio gestauit, eumq. eodem die solus comedit. Cuius rei meminit & Aulus Gellius i Noctibus Atticis.

Bœotis uaticinare.

Βοιωτοῖς μαντεύσαιο, i. Bœotis uaticinare. Abominantis est sermo, perinde, ut dicimus. Hostibus ista uaticinare.

Capiti cane talia demens
Dardanio. Et:
Hostium uxores, puerique cæcos
Sentiant motus orientis Hædi, &
Æquoris nigri fremitum. & Et,
Hostibus eueniant cõuiuia talia nostris.

Aptius autem dicetur in eum, qui tristia uaticinatur, si quando precabimur, ut ea in ipsius caput recidant. Zenodotus ab euentu natum scribit, Heraclidem allegans auctorem. Olim, inquit, cum Thebani de belli euentu cõsulerent oraculum, uates, quæ tum Dodonæ responsitabat, ait eos fore victores, si quid impie patrassent. Itaque consultorum quidam arreptam Myrtilam (nã id mulieris fatidicæ nomen) in lebetem, aqua calida feruentem, qui forte inibi aderat, inijcit. Sunt, qui narrent, Bombum diuinum quendam Thebanis de belli successu scisciitantibus, respondisse, futurum, ut quamplurimos uincerent, si prius quempiam è ducibus immolassent. At illos Bombum ipsum interemptum immolasse, atq. hinc ortum prouerbium.

Arietem emittit.

Αρια προβάλλει, i. Arietem obijcit. In rixæ, pugnæq. cupidum dicebatur. Antiquitus enim bellum suscepturi fetialẽ mittebant, qui arietem adductum in hostium fines immitteret, hoc significans pacto, ciuitatem, & agros illorum hostibus compascuos fore. Auctor Diogenianus.

Argenti fontes.

Αργύρου κρῆναι λαλοῦσιν, i. Argenti fontes loquuntur. Hoc adagio notabantur ij, qui stolide quidem, atq. indocte, sed arrogãter tamen, & confidenter loquerentur, opibus uidelicet suis freti. Vulgus.n. diuitum, dulci, ut ait Horatius, fortuna ebriũ, hoc quoque putat suis diuitiis deberi, ut, quidquid dixerint, id protinus uelut eruditum, omnes suspiciant, & approbent. Quã norans Flaccus;

Meæ, inquit, contendere noli,
Stultitiam patiuntur opes. Item alibi,
Et, quidquid uolet, hoc ueluti virtute paratum,
Sperauit magnæ laudi fore.

Huc pertinet & mimus ille neutiquam inuenustus,

Fortuna, quem nimium fouet, stultum, facit.

Item illud ex Antiphane, apud Stobæum,
Ο ὗ πλοῦτος ἡμᾶς, καθάπερ ἰατρὸς κακὸς,
Τυφλοὺς, βλέποντας παραλαβὼν, πάντας ποιεῖ. i.

Opes enim nos, sicuti medicus malus,
Vbi receperint, reddunt uidentes illico cæcos.

In eandem sententiã Menander in se ipsum lugente:

Τυφλὸς ὁ πλοῦτος, καὶ τυφλοὺς ἐμβλέποντας εἰς αὐτὸν δείκνυσιν. i.

Cæcæ diuitiæ, atq. eos, qui se intuentur, cæcos reddunt.

Rursum illud eiusdem.

Υπερήφανόν τι γίγνεται λίαν τυφὴ,
Οτε πλοῦτος ἐξώκειλε τὸν κεκτημένον
Εἰς ἕτερον ἦθος, οὐκ ἐν ᾧ τὸ πρόσθεν ἦν. i.

Nimis insolens tum redditur lasciuia,
Quoties opes qui possidet, mores repens
Mutat in alienos pristinis contrarios.

Diximus alias, Fenum habet in cornu. Felicitatis comes esse solet ferocia. Pindarus i Isthmiis, hymno tertio, εἴ τις ἀνδρῶν δ' ὀτυχάσας, ἢ σωὶ δ' δόξοις ἀέθλοις, ἢ θένει πλοῦτ, κατέχει φασὶν ἐανῆ κόρον, ἄξιος δ' λογίαις ἀστῶν μεμίχθαι, i. Si qs uir fortunatus fuit, uel in gloriosis certaminibus, uel in opulentia, obtinet, ut aiũt, magnificam saturitatem, dignus, qui laudibus ciuium admisceatur. Quadrabit in eos quoque, quorum oratio, propter opum fiduciam, plus satis libera, atque audax, uidebitur. Nam, quemadmodum paupertas timiditatem affert, itidem opulẽta παῤῥησίαν, id est, loquendi confidentiam, adducere solet.

Terram pro terra.

Τλῶ πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι. Prouerbialis est figura, in hominem exulem, erronem, & incertis uagantem sedibus. Aristophanes in Acharnensibus,

Κἂν

Κἂν διώκειν γλῶ πρὸ γῆς. i.
Terram ante terram persequi.

Item alibi:

Εγὼ ὑ φεύγων γλῶ πρὸ γῆς φοβούμενος, i.
Solum at ego fugiens præ solo, trepidus metu.

Lucianus in Pseudomãte, Αλλ' ἔδει γλῶ πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι, i. Sed oportebat ad terram pro terra uehi. Apud Latinos solum uertere dicuntur, qui exsilii caussa migrãt alio. Alciphron in epistolis: Αναστᾶσα ὁπήποτε γλῶ πρὸ γῆς φεύγομαι μᾶλλον, i. Demigrans quo libet fugiam potius, terram terra commutans. M. Tullius in epistolis ad Atticum, libro 14. Hæc & alia ferre non possum: itaque γλῶ πρὸ γῆς cogito. significat, se de fugiendo cogitare.

Ne ad aures quidem scalpendas. otium est.

Proverbialis est hyperbole, cum ne minimum quidem otij superesse significamus: dicimus, nec tantillum uacui temporis esse, quod ad scalpendas aures sit satis. Lucianus in bis accusato: Οὐδ' ὅσον κνήσασθαι τὸ ὦς, φασὶ, σχολὴ ἄγων, i. Ac, ne tãtisper otiosus, ut autem, sicut aiunt, scalpere uacet.

Citius in naui cadens à ligno exciderit.

Θᾶσσον ἄντις ἐν πλοίῳ πεσὼν διαμάρτοι ξύλου, i. Citius alicui in nauigio cadẽti lignum defuerit. Hyperbole prouerbialis, qua tantam ubiq; copiam significamus, ut quocunq. te uertas, occurrat, quod quæris. Etenim, cum nauis ipsa undique sit lignea, non potest non in lignum incidere, quisquis in ea cadit, Lucianus in bis accusato: Ὡς τε χρῆ τῶ παροιμίαν, θᾶσσον ἄντις ἐν πλοίῳ πεσὼν διαμάρτοι ξύλου, ἢ ἔνθ' ἂν ἀπίδῃ ὁ ὀφθαλμὸς, ἐπορήσῃ φιλοσόφου, i. Itaque, iuxta prouerbium, citius fiet, ut in naui lapsus, non incidat in lignũ, quam vt, quocunq. aspexerit oculus, philosophum desideret. Taxat Lucianus philosophorũ turbam tantam, ut omnia ubique plena videantur, nec liceat effugere.

Episcythizare.

Επισκυθίζεσθαι. Lacædemoniorũ adagio dicitur, pro eo, quod est, uinũ merum intẽperantius Bibere. Et Achæus in Æthone Satyrico σκυθιπιεῖν, siue, ut in quibusdã exẽplaribus legitur. σκυθισὶ πιεῖν dixit, pro eo quod est, ἀκρατοπιεῖν, hoc est, meracis bibere. Athenæus libro decimo Dipnosophistarum, ex Herodoto, & Chameleonte auctoribus refert Cleomenem regem Spartanum cum Scythis agentem consuetudinem, & illorum ἀκρατοποσίαν, i. meri potationem imitantem, in insaniam uersum fuisse. quemadmodum interpretantur Spartani. Locus est apud Herodotum libro 6. cui titulum fecit Erato, addens, hinc natũ apud eosdem Spartanos uulgare dictum, ut, si quando uelint ζωρότερον πίνειν, hoc est, intemperantius bibere, dicant, ἐπισκύθισον, hoc est nimium infundito aquæ: pro eo, quod dicendum erat, ἐπίχυσον, id est, infunde aquam. Apud eundem lib. undecimo, Hieronymus Rhodius docet, σκυθίσαι dictum, pro μεθύσαι, & Athenæus dubitat, utrum Scythis Scyphus, id est poculi genus habeat nomen, ut σκύφος dictum sit quasi σκύθος. Nam uocem sic immutatam ostendit apud auctores exstãre. Quin & illud addit, Lacedæmonios, cum sentirent barbaros Asiaticos omnia dolis agere, uice Thimbronis eo legasse Dercylidam, quod is nihil haberet synceritatis Laconicę, sed ingenium subdolum, ac ferũ existimantes, huic nõ posse dari uerba quẽ ob id σκύθον appellarũt Lacedęmonii, quasi σκύφον. Scythæ aũt, & Thraces ἀκρατοπόται uocantur, id est, meribibi, unde plerumque conuiuia illorum sanguinolenta sunt, & tumultuosa. Apud eundem Anacreon, ἀκρατοποσίαν, σκυθικὴν πόσιν appellat, quod Callimachus, uerbo composito, dixit ζωροποτεῖν. Eleganter apud Athenæum lib. 10. dixit Sophocles:

Τὸ πρὸς βίαν πίνειν
Ισον κακὸν πέφυκε τῷ διψᾶν βίᾳ, id est.

Cogi ad bibendum, non minus graue est malum.

Quam si quis acrem perpeti cogat sitim.

Commode deflectas licebit ad cuiusuis rei intemperantem, & immodicum usum.

Vinum caret clauo.

Athenaeus eodẽ libro, de potationibus differens, huiusmodi prouerbiũ eleganter uulgo dici solere scribit, τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλιον, i. Vinũ non habere clauũ: propterea quod ebrietas nihil cõsulte, neque moderate, uel dicit, uel facit: Obruitur.n. ratio, quę claui uice sobrios moderatur, ac gubernat. Huc pertinet Ouidianũ illud.

Nox,

Nox,& Amor,Vinumq. nihil moderabile suadent.

Illa pudore uacat,Liber,Amorq; metu.

Nõ illepidum est,quod apud Athenęũ libro 11.refert Xenophon , apud Persas fuisse ueritum , ne προχοΐδας inferrẽt in conuiuium. Id apparet fuisse uasculi genus,quo uinum è cratere ministri effunderent in cyathum. Id factum est, ne supra modũ bibẽtes,& animi, & corporis uirib. destituerentur,& addit,eum morẽ adhuc apud illos seruari, nec enim inferri prochoidas,sed nihilo seciꝰ tãtũ illos bibere, ὥστε ἀντὶ τῆ εἰσφέρειν, αὐτοὶ ἐκφέρονται, ἐπειδὰν μηκέτι δύνωνται ὀρχήθμοι ἐξιέναι,i.Pro eo quod nõ inferuntur prochoides,ipsi efferuntur, postea quam non amplius possunt exire saltantes. Itaque uinolentia nullis minus ignoscenda est,quam qui Reip.clauum moderantur , hoc est, regibus,& magistratibus. Nec uinum,nec somnus conuenit assidentibus clauo,sed interdum nulli magis indulgent uino, somnoq;.

Vinum senem etiam uel nolentem, saltare compellit.

Ac rursus ibidem hoc item carmen prouerbio iactatum scribit.

Οἶνος ἄνωγε γέροντα καὶ ὀκ ἐθέλοντα χορεύειν,i.

Vina senẽ,vt nolit,cogũt ductare choreas.

Admonet,nihil esse tã ineptum,neq.tã alienum,ad quod nõ inciter ebrietas.Subijcit & aliud carmen non dissimilis sniæ :

Οἶνος καὶ φρονέοντας ἐς ἀφροσύνιν ἀναβάλλει.i.

Insanire facit sanos quoque copia uini.

Idem libro quarto Dipnosophistarum adducit prouerbium ex Eripho quodam. comediarum scriptore.

Λόγος γάρ ἐς' ἀρχαῖος, ὀ κακῶς ἔχων.
Οἶνον λέγεσι τοὺς γέροντας, ὦ πάτερ,
Πείθειν χορεύειν ὀ θέλοντας.i.

Recte uetusto dicitur prouerbio,
Quod uina senibus persuadent, ò pater,
Vti uelint nolint,choreas ductitent.

Huc ptinet illud Platonis lib.de legib. primo.Οὐ μόνον ἀρ', ὡς ἔοικεν ὁ γέρων δὶς παῖς γίγνοιτ' ἄν, ἀλλὰ ἢ ὁ μεθυσθεὶς.Itaque,ut ait,non solũ senex fuerit bis puer, utrumetiam temulentus. Item Horatius:

Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ,

Ranis uinum præministras.

Βατράχοις οἰνοχοεῖς,i. Ranis uinum infundis.In eum dicebatur,qui id ministraret,quo nihil esset opus ei,cui exhiberetur:ueluti,si quis apud indoctos multa de philosophia disserat. Ranis.n.nihil opus uino,aqua palustri magis gaudentibus.Explicatur adagiũ a Zenodoto,Suida,Diogeniano.Pherecrates apud Athenęũ Coriano , Ἐῤῥὲς κόρακας , βατράχοις οἰνοχοεῖν σεδεῖ,i.Abi in malã rem,ranis pocillarite oportuit.Obiurgat enim pincernam , qdꝫ quatuor uini cyathis duos infuderit aquæ.Vnde licet conijcere,prouerbium in hos quoque conuenire,qui uinum immodica diluunt aqua,ita ut aquam , non uinum,bibere uideantur ranarum ritu.

Ouo prognatus eodem.

Fortassis simpliciter dictum est ab Horatio:

Ouo prognatus eodem.

Quãdoquidem ad fabulam respicit Ledæ,quæ grauida ex Ioue in cygnum conuersu,ouum peperit,vnde gemini prognati,Castor,& Pollux. Id ouum Pausanias i Laconicis refert, ostendi apud Lacedęmonios suspensum tæniis a testudine templi. Verum, si quis hoc dictum deflectat ad ijsdem natos parentibus,aut ab eodem eruditos præceptore, aut ita consimilibus ingeniis, ut eodẽ ouo nati videri possint, nihil æque fuerit prouerbiale. ueluti si dicas , Vultus , ingenium,mores , facta , ac prorsus omnia sic huic cum hoc conueniunt,ut iures eodem prognatos ouo.Aristoteles libro De generatione animalium quinto,ostendit,id iuxta naturam fieri,ut ex eodem ouo duo pulli nascantur , & qdem perfecti,si uitelli membrana diriman tur.Ijdem,si cohæreant , & confundãtur, fetum edi monstrosum.

De curru delapsus.

Ἐξημα,ξομένος,i.De curru delapsus.In hodiernum quoque uulgo durat adagiũ, in eum,qui,oblitus propositi, alio se trãsfert,aut,qui in sententia labascit , ut.De curru delapsus , dicatur,quemadmodum Ab asino delapsus.Aristophanes in Ranis.

Ἐξαμαξομένη φρλὼ.i.

Animus a curru decidens. hoc est,aberrans ab instituto.

Natum

Natum apparet a fabula Phaethontis,quẽ ferunt curru excussum.Siquidem animus, uelut auriga corporis est,& corpus ceu uehiculum.Est & apud Platonem de animabus è cælo delapsis,quod curribus suis essent excussæ.

Numerus.

Homines nullius bonæ rei,Numerus prouerbio dicuntur , etiam idiotis horum temporum. Aristophanes in Nebulis:

-Οὗτοι λίθοι
Ἀριθμός, πρόσθατ' ἄλλως γενασμένοι ἀμφορᾶς.

Horatius:

Nos numerus sumus,& fruges consumere nati.

Translatum uideri potest a calculis,ad nihil aliud utilibus, nisi ad numerũ.Anacharsis,Plutarcho teste,taxauit Athenienses, qui nummis ad rationem dumtaxat uterentur. Quamquam magis arridet, ut ita Numerus dicatur, quemadmodum dicunt,ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης,& εἷς τῆ πολλῶν,i.unus è plebe.Ita Flaccus, At summi paullo infirmior , unus multorum,etiam Græcam exprimens figuram. Et Seneca libro primo,Epistola decima. Iste homo non est unus è populo. Insignes nominantur.Qui nihil habent insigne, turba sunt, & numerantur tãtum. Vnde Flaccus:Nos numerus sumus.Et Virgilius: Cadit & sine nomine uulgus.

Summis uti uelis.

Ἀκροῖσι χρῆσθαι τοῖς ἰσίοις,i. Summis uti uelis,Prouerbiali metaphora dicũtur,qui maximo conatu adnituntur , atq. incumbunt: aut qui omnem captant occasionẽ. Mutuò sumptum a nautis,quibus mos est uelum in altum tollere,quo currãt celerius.Aristophanes in Ranis:

Ἀκροισι χρώμενος τοῖς ἰσίοισιν.i.

Vtens supremis carbasis.

Pindarus in Nemeis , hymno quincto : Δίδυ φωνᾶν, ἀνὰ δ' ἰσία τεῖνον φρὸς ζυγὸν καρχασίου,i.Da uocem, sursum autem tende uela ad summum antennæ iugum. Vt cuiq. res sunt secundæ, aut aduersæ,ita velum in altum tollitur.

Summum cape,& medium habebis.

Ἄκρον λάβε καὶ μέσον ἕξεις,i.

Summa cape,& medio potieris.

Hemistichiũ carminis Heroici . Vbi qd obscurius, & perplexius dictum significabant,admonentes,rem attentius expendẽdam,hoc prouerbio consueuerunt uti.Zenodotus hinc natum tradit,Aeginetis patria pulsis,de quærenda sede consulentibus oraculum,responsum est hoc ænigmate,ἄκρον λάβε,καὶ μέσον ἕξεις.atq. illos , cacumine quodam montis occupato,circa medium incoluisse.Potest & in hanc accõmodari sententiam , ut admoneamur , ad res summas,& egregias eniti.sic enim futurum,ut ad mediocritatem perueniamus. Summum animo destinandum,ut saltem modicis potiamur.

Iniquum petendum,ut æquum feras.

Hvic affine,quod recenset Quinctilianus Institutionum oratoriarum libro 4. Nec omnino sine ratione est,quod uulgo dicitur, Iniquum petendum,ut æquum feras. A negotiatoribus ductum uideri potest,qui callide merces longe minoris licentur, & multo pluris indicant , quam pro dignitate , quo pretium saltem æquũ accipiant. Non fugit hæc sententia Syrũ illum Terentianum in Adelphis, cum Sãnionem lenonem astu tractãs,postulat,ut puellam Aeschino dimidio pretii tradat, atque hac arte efficit,ut leno sortem solidam percupide,& rogans etiam accipiat. Iactatur & uulgo uerbũ huiusmodi: Qui annititur,ut auream quadrigam sibi comparet,unã certe rotam assequetur. Equidem arbitramur huc allusisse Senecam libro De beneficiis septimo . Quæ,inquit , ideo petimus ultra modum,ut ad uersum suum redeant . Cum dicimus,meminisse non debet,hoc uolumus intelligi,prædicare non debet,nec iactare, nec grauis esse.Pulchrè Seneca depinxit naturam hyperboles.

Ad ambas usque aures.

Μέχρι ἀμφοτίδων,idest,Vsque ad aures ambas impleri dicuntur,qui supra modum ingurgitant sese. Sumpta metaphora a uasculis,ad ansas usque impletis. Exstat apud Suidam.

Seruilis capillus.

Ἀνδραποδώδη τρίχα ἐπιδεικνύειν ,i. Seruilem capillum pręferre dicũtur,qui agrestibus,& inelegãtibus sunt moribus. Inde ductum,ꝓ Athenis serui manumittẽdi ca-

di capitis pilos deradebant. Plato scribit i Alcibiade, quosdã seruiles pilos in animo gestare, indoctos, & stupidos significãs. Citantur apud Suidam hæc ex auctore quodã: πολλῶν σωειλεγμένων ἀνδρῶν ἢ ὃ τὰ πάθη κατεσαμένων, ἀλλ' ἔτι τ ἀνδραποδώδη τρίχα, φασὶν, ἐπιδεικνύμενον, i. Multis collectis uiris, neq. compositis affectibus, sed qui seruilem, ut aiunt, capillũ adhuc præseferrent. Plinius lib. undecimo, capite trigesimoseptimo, rem prodigiosã tradit, homines quosdã hirsuto corde nasci. Pliniana uerba sunt hæc. Hirto corde gigni quosdam homines prodũt, nec alios fortiores esse industria: sicut Aristomenẽ Messenium, qui trecentos occidit Lacedemonios, ipse conuulneratus, & captus, semel per cauernam latomiarum euasit, an custos uulpium aditus secutus: iterum captus, sopitis custodibus somno, ad ignem aduolutus lora cũ corpore excussit. Tertio capto, Lacedemonii corpus dissecuere causa uidendi, hirsutumq; cor repertum est.

Amyris insanit.

Αμυρις μαίνεται. i. Insanit Amyris. Allegoria prouerbialis: qua recte utemur, ubi quis sub insaniæ prætextu rebus suis consulit. Aut, ubi quis, solus periculũ prospiciens, in tempore sibi cauet, creditus interim uulgo desipere: deinde rerum euentus docet, illum unum sapuisse. Vt hęc sit uox uelut opprobrantis socordiam ijs, q sibi non prospexerint mature, neque sapere cęperint, nisi accepto uulnere. Zenodotus ab historia natum ait huiusmodi. Cũ Sybaritæ florerent opibus, quendam Delphos amandarunt, qui de rerum suarum successu sciscitaretur oraculũ. Respõsum est, Euertendam Sybaritarum fortunam, ubi plus honoris habere cœpissent hominibus, quam diis. Euenit deinde, ut seruus, a domino uapulãs, nequidquã ad deorum aras confugisset, post, ad heri monumẽtũ confugiens, liberaretur a plagis, ut alibi dictũ est. Quod simulatq. cõspexisset Amyris, collectis rebus suis, i Peloponesum demigrauit, reliquis interim Sybaritis hominem uelut insanum ridentibus. Postea idẽ ob fictam insaniam miraculo fuit, & prouerbio locum fecit. Citatur ab Eustathio in secnndo Iliados libro, citatur autẽ ex Pausaniæ rhetorico dictionario. Addit, quosdam Thamyrim hũc appellare, quosdam Amyrim, abiecto theta. Solet autẽ more hominũ euenire, ut uati tum demũ habeatur fides, ac laudetur, posteaquã ipsis iam, premimur malis. Proinde Cassandra in tragędia quapiam loquitur ad hũc modum, citante Plutarcho:

Καὶ φρὸς παθόντων, κἂν κακῶσι κειμένων
Σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν ὃ μαίνομαι.

i. Sapiensq. dicor, his, malum qui sentiũt.

Porro, antequam illud sentiant, insanio.

Sophocles, Laudiceni.

Qvi ad ostentationem dicebant, aut recitabant, uulgato conuicio Sophocles, & Laudiceni dicebãtur. Adagium natum, ut apparet, ætate Plinii minoris, cui uerba paullo altius repetemus, quo planius prouerbii sententiam intelligere liceat. Nam in epistola quadam, adolescentium quorundam ridiculam in agendis caussis arrogantiam, & ambitionem taxãs, sic ait: At hercule ante memoriã meam, (ita maiores natu solent dicere) ne nobilissimis quidem adolescentibus locus erat, nisi ali quo consulari producente. Tanta uenerationę pulcherrimum munus colebatur. Nunc, refractis pudoris, & reuerẽtię claustris, omnia patent omnibus, nec inducũtur, sed irrumpunt. Sequuntur auditores actoribus similes, cõducti, & redẽpti mancipes. Conuenitur a conductis, & redemptis in media basilica, ubi tam palam sportulæ, quam in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari mercede transitur. Inde iam non inurbane, σοφοκλεῖς, ἀπὸ τ σοφῶς καλεῖσθαι, uocantur: Ijsdem Latinum nomen impositum est, Laudiceni. Hactenus Plinius. Vtroque uerbo notãtur, qui facũdi dici malebant, & uideri, quam esse. Sophocles enim Græcè dicitur ἀπὸ τ σοφὸς, καὶ κλέος. At illi, dedita opera, perperam interpretabãtur ἀπὸ τ σοφῶς καλεῖσθαι, id est, ab eo, quod sapientes uocarentur. In hoc igitur est allusio festiua ad poetæ tragici nomen: in Laudiceni uocabulo ad gentis nomen alluditur.

Quot seruos habemus, totidem habemus hostes.

Macrobivs in cenis Saturnalibus. Vñ putas arrogantissimum illud manasse prouerbium, quod iactatur, Totidẽ nobis hostes esse, quot seruos? Non habemus illos hostes,

hostes, sed facimus. Meminit & Seneca epistola quadragesimaseptima: cuius uerba sublegisse ví Macrobius, ut est oĩum auctorum uere fucus. Admonet adagiũ, ne quid fidamus illis, neve ex animo nobis amicos arbitremur, qui nos metu colũt. Admonet idẽ Plato libro de Legibus sexto, propterea quod seruorũ aĩus nequaquã integer fit sed mentis dimidium ijs ademerit Iupiter, Homero teste, quos seruituti fecit obnoxios. Verus aũt amor, libertatis est alũnus. Odit uero, quisquis metuit. Vnde genuinum quoddam odium insitum videtur seruis in dños. Verba, Platonis sunt hæc: Οὐ γὰρ ὑγιὲς οὐδὲν ψυχῆς δούλης, οὐδὲ γὰρ οὐδὲ πιστεύειν αὐτοῖς τ νοῦν κεκτημένον. ὁ ὃ σοφώτατος τ ποιητῶν φησὶν,

Ημισυ γάρ τε νόου ἀπαμείρεται εὐρύοπα Ζεύς.

Ανδρῶν, οὗς ἂν δὴ καὶ δούλιον ἦμαρ ἕλησι.

i. Nihil enim integrum, neq. sanum, habet animus seruilis. Nam nihil oportet credere his, hominem qui sapiat. Siquidẽ poeta doctissimus ait:

Dimidio mentis depriuat Iuppiter illos,
Seruilis quoscumque uiros sors cæperit unquam.

Ad hunc modum referuntur a Platone. Cæterum aliter habentur apud Homerum Odysseæ ρ, nimirum hunc in modum:

Ημισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεύς

Ανέρος, οὗ τ' ἂν μιν καὶ δούλιον ἦμαρ ἕλησι.

Asinius Capito, apud Festũ Pompeium, (nam is quoq. prouerbij facit mentionẽ) existimat, hominum errore perperam fuisse pronunciatum, propterea quod verisimilius sit, sic esse dictum initio. Quot hostes, tot serui. Quod capti, uictiq. ad seruitutẽ adducebantur. Vnde ẽt dicta Mancipia.

Vocatus, atque non uocatus Deus aderit.

Oracvlvm olim Lacedæmonijs redditum abijt in prouerbium, Καλούμενός τε κἀκλητος θεὸς παρέσται, i. Vocatus, & inuocatus Deus aderit. Vsus erit, ubi quid significabimus, etiã non accersitum, neq. curatum, tamen euenturum, uelimus nolimus: puta senectam, mortem, malefactorum pœnam. Horatius huc allusit in Odis.

Nec satellęs Orci
Callidum Promethea
Reuexit, auro captus, hic superbum
Tantalum atque Tantali
Genus coercet, hic lauare functum
Pauperem laboribus,
Vocatus, atque non uocatus audit.

Fortassis respexit huc & Terent. in Eunucho, Vt uocato mihi, atque inuocato, sit locus semper.

Influit quod exhauritur.

Επιῤῥεῖ τὸ ἐξαντλούμενον, i. Affluit, qd exhauritur. Vbi quis frustra sumi operam in re quapiam. Lucianus in Sectis, Επιῤῥεῖ, καὶ τ παροιμίαν, τὸ φρέαρμα, ἐξαντλούμενον, ἐς τὸ ἀμπαλιν ἢ τ δαναΐδων πίθος. i. influit, iuxta prouerbium, negotium, dum exhauritur, atq. diuersum quiddã accidit, atq. in Danaidum dolio: De philosophiæ studio loquitur, in quo, quantumlibet opera sumpseris, nunquam tamen deest, quod te laboribus exerceat, & labor laborem serit. & iuxta Sophoclem,

Πόνος πόνῳ πόνον φέρει. idest,
Labor e laborem fert labor.

Zenodotus carmen prouerbiale recẽsebat huiusmodi:

Αλλω μὲν ἐξωτλοῦμεν, ἢ δ' ἐπεισρέει. i.
Exhausimus quidem illã, at influit altera.

Sumptum a nautis, naui pertusa frustra sentinam exhaurientibus: tũ humoris accipientibus figuris, quantum ab illis educitur. Videtur ad hanc paroemiam allusisse Plato libro de legibus septimo: Τί δ' ἂν πολλὴ αὔξη ὅταν ὄπῤῥέῃ, i. Quid igitur multum argumentum, cum affluat? Quem sane locũ adducit Athenæus libro Dipnosophiston quincto: Καὶ γὰρ αὐτὸν δὴ τ πλάτωνα, ὄπῤῥεῖ δὴ ὄχλος μοι τοιούτων γοργόνων. i. Siquidem, iuxta ipsum iã Platonẽ, affluit mihi turba taliũ Gorgonum. Seneca libro De ira secundo: Nunquid ille cuius nauigium, multam undique, laxatis compagibus, aquã trahit, nautis, ipsiq. nauigio irascitur? Occurrit potius, & aliã excludit uim, deinde aliam egerit: manifesta foramina præcludit, latẽtibus, & ex occulto sentinam ducentibus, labore continuo resistit: nec ideo intermittit, qa quantum exhaustũ est, subnascitur. Apud Athenæum libro quarto, cum in conuiuio postlentẽ rursus aliter cocta lens apponeretur, quidam, alludens ad prouerbium, ait;

Καὶ τῷ μὲν ἐξωτλοῦμεν φακῇ, ἢ δ' ἐπεισρέει, idest,
Ex hauseramus lentem, ac influit altera.

Non dissidet ab illo, τῷ φρωκτῷ φαινομένῳ.

Tibi-

Tibicinis uitam uiuis.

Αὐλητοῦ βίον ζῆς. id est, Tibicinis uitam uiuis. In eum iaciebatur, qui laute quidē, sed alieno viueret sumptu. Tibicines enim quoniam in sacris olim adhibebātur, adesse solent & in cenis illis pontificalibus, idque immunes. De hoc hominum genere, ni fallimur, sentit Aristoteles, quērēs in Problematis, quāobrē τεχνῖται διονυσιακοί, i. Artifices Bacchanales, uim umquam bonæ frugis esse consueuerint. Reddit autem triplicem rationem. Siue quod, necessarijs artibus magnam uitæ partem occupati, non dant operam philosophiæ præceptis: Siue quod, assidue in deliciis, ac uoluptatibus uitam agunt: Siue quod egestas etiam ipsa ad uitia propellit. Problema refertur a Gellio, libro Noctium Atticarum 20. De tibicinibus, qui Roma Tibur successerant, narrat T. Liuius primę Decadis libro 9. Posteaquam perpelli nequibant, inquit, consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum, eos aggrediuntur. Die festo alii alios, per speciem celebrādarum cantu epularum, inuitant, & uino, cuius auidum ferme genᵒ est, oneratos sopiunt, atq. in plaustra somno uictos conijciunt, ac Romam deportant. Nec prius sē sere, quā, plaustris in foro relictis, plenos crapulę lux eos reliquit. Refertur a Dioge niano, & Suida. Musicè uiuere, dixit Plautus, pro eo, quod est, uoluptariam, & otiosam agere uitam. Huc respexit Terentius: Vide otium, & cibus quid faciat alienus. Item Alexis apud Athenæum in Commorientibus.

Οὕτω τίτ' ἀλλότρι' ἐσθίειν, ἐστὶ γλυκύ, i.
Vsque adeo dulce est deuorare, non tua.

Et illud apud eundem Theopompi.

Εὐριπίδου τἄριστον ἐ κακῶς ἔχων,
Τἀλλότρια δειπνεῖν ἢ καλῶς ἐ δαίμονα.
Sane eleganter dixit hoc Euripides,
Felicem eū esse, aliena qui usque cenitet.

Scytarum oratio.

SCYTHARVM feritas, apud Græcos in prouerbiū cessit, ut, quidquid agreste, qdquid barbarum, ac sæuum, intelligi uellent, id Scythicum appellarent. Est apud Lucianum, cum aliis aliquot locis, tū in meretricio dialogo Chelidonii, & Droſę, τὰ μὲν ἄλλα ἡ ἀπὸ σκυθῶν ῥῆσις. i. Reliqua quidē, Scytharū oratio. Sentit, in calce literarum fuisse quiddā mitius dictū, reliqua nihil præse ferre humanitatis. Quidam inde natum existimant, quod Scythę Dario regi nihil aliud responderint, quā κλαίειν, id est, ut ploraret, quæ quidē ipsa etiam vox in prouerbium abiit, ut plorare iubeamus, quos contemnimus. Ælianus in epistolis: Ἐγὼ σοὶ τοίνυν, ἡ ἀπὸ σκυθῶν λεγομένη ἀπόκρισις, αὕτη, ἐγὼ μαίνομαι καὶ φρονῶ, καὶ μισῶ τὸ τῆ ἀνθρώπων γένος, i. Itaq. cytharum, sicuti uocant, responsum hoc tibi sit: Ego insanio, & sapio, & odi mortalium genus. Diogenes Laertius in Vitis philosophorū putat hoc prouerbiū natū esse ab Anacharsidis asperitate. Nā is, Scythas natus, inter celebres Philosophos habitus est Athenis. Sed vero proximū est, quod refert Athenæus li. 12. Scytha, olim opibus, ac delicijs florentes, in tātam uenisse ferociam, ut, quoscunq. populos adissent, summas nares viris amputarent, horū mulieres Thracum uxoribus corpora subulis pungerent, deniq. cunctis sub illorū dominatu lacrymosa fuerit seruitus, ut in posteros deriuatū sit prouerbiū: ἡ ἀπὸ σκυθῶν ῥῆσις, id est, Scythica iussio, siue ꝓscriptio; & ἀποσκυθίσαι dicatur, ferro cæsariē amputare, quod, præter Athenæum, indicat & Stephanus. deniq. σκύθρωψ, & σκυθρωπὸς pro toruo tristi, austero, ac truculento, ab eius gentis moribus dictum uidetur: σκύζεσθαι, irasci: quod ea gens sit supra modum iracunda.

Accipit & glebam erro.

Δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης. i.
Accipit glebam erro.

Hemistichū carminis heroici, dici solitum in eos, qui nihil grauantur, aut aspernantur: sed, quidquid datur, quātumlibet pusillum, id boni consulunt. Neque intēpestiue dicetur ēt in illos, qui rerū inopia laborātes, quiduis undecunque libēter accipiunt, donec ad fortunam commodiorē emergant. Originem adagionis ad huiusmodi casum referūt. Aletes quidā, Corintho pulsus, adhortante oraculo, tētauit, si posset in patriā redire. Atque interim rustico cuipiam factus obuius, cibum mēdicauit. Ille, ludibrij caussa, glebā ex agro sublatam porrexit. Aletes eam, tanquā felix omen accipiens, effatus est:

Δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης.

Huius

Huius Aletæ mentionem facit & in Corinthiacis Pausanias. Plutarchus in Problematibus haud omnino dissimilem historiā recenset, unde prouerbium ortum uideri queat. Ænianes inquit, post sedes iam sępius aliunde alio transmutatas, tandem in agrum Inacho uicinum descenderunt: quē id temporis Inachienses, & Achæi obtinebant. Oraculum autem proditum erat, si in agrum eos recepissent, futurum, ut ueteres incolæ pellerentur: noui uero si quid a uolentibus accepissent, agrum retinerēt, Temo quidam igitur inter Aenianes uir sollers, & cautus, sumpta pera mendici habitu ad Inachienses accessit. Ibi cum per risum, & contumeliam rex mendicanti cibum, cespitem dedisset, in peram coniecit, ac uelut eo contentus, statim è conspectu se subduxit: nec præterea quidquam rogauit. Seniores, tum rei nouitate, tum oraculi recordatione, submoniti, rege adito, censent hominem neutiquā esse negligendum, nec è manibus omittendum. Quod ubi sensisset ille, fuga sibi consuluit: uotaq. protinus Hecatombe, & Apolline inuocato, furtim abijt. Postea congressi prælio Aenianes, pulsis Achæis, & Inachiensibus, illorum agros occupauerunt. Hæc ferme Plutarchus. Itaq; competet in illos quoq. qui magnum quiddam molientes, quiduis & patiuntur, & faciunt, ut uoti sui compotes aliquando fiant.

Stentore clamosior.

PROVERBIALIS hyperbole, Stentore clamosior. Iuuenalis:

Vt Stentore uincere possit.

Sumptum à fabula Stentoris: cuius meminit Homerus Iliados ε, eiq; ferreā (hoc est, inuictam) attribuit uocem:

Στέντορι εἰσαμένη μεγαλήτορι χαλκεοφώνῳ.
Ὃς τόσον αὐδήσας ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα. id est,

Stētoris in specie ualidi, cui ferrea uox, q
Quinquaginta alios ęquans clamore, sonoque.

Græci μεγαλοφώνους appellant.

Optimum, aliena insania frui.

OPTIMVM, aliena insania frui. Plinius Secūdus Naturalis historię lib. 18. ca. 5. nominatim prouerbij loco citat. Eodem, inquiens, pertinet, quod agricolam uendacē oportere esse dixit, fundum in adolescētia conserendum sine cunctatione, ędificandū non nisi consito agro; tunc quoq. cunctanter. Optimum est, vt vulgo dixere, aliena insania frui, sed ita ut illarum tutela non sit oneri. Hactenus Plinius. Idem totidem uerbis refertur a Plinio iuniore, in epistolis, de Reguli stultitia loquente, hominis ridicule ambitiosi, sed tamen ad excitanda studia non inidonei. Admonet adagiū, ut ex aliorum erratis ipsi cautiores efficiamur, & alienis periculis reddamur prudentiores: & aliorum desipientia nobis sapiendi præbeat occasionem. Vulgo iactatus versus est in eandem sententiam.

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Cicero in epistola quadam, bellum esse scripsit, ex aliorū erratis suā uitā in melius instituere. Plautus item: Feliciter sapit, q alieno periculo sapit. Extat & huiusmodi quidam mimus Publianus, uti cōijcimus.

Ex uitio alterius sapiens emendat suum.

Et Demea Terentianus iubet ex alijs exemplum capere. Potest & in hunc accipi sensum, ut is dicatur aliena frui insania, q alienis fruitur malis, ipse in tuto cōsistens. Nulla enim voluptas minoris constat, neq. ulla solet esse iucundior. Sumptum uideri potest prouerbium, ex Sophoclis tragœdia, cui titulus, Aiax flagellifer. Apud quem, Aiace per insaniam gloriāte, quod hostes sustulisset, cum sæuisset in pecudes, Pallas Vlyssem ad hoc spectaculum inuitat, his uerbis.

Οὐκοῦν γέλως ἥδιστος εἰς ἐχθρὺς γελᾶν. i.
Ridere de hoste, risus est suauissimus.

Ingens telum necessitas.

INGENS telum, necessitas. De re ineuitabili. Liuius primę Decadis lib. quarto: Necessitate, quæ ultimum, ac maximum telū est, superiores estis. M. Tullius de amicitia, Nec uero negligenda est fama, nec mediocre telū ad res gerēdas existimare oportet beneuolentiam ciuium. Vtitur eodem adagio quodam in loco Plinius a uuncula is. Est aliquoties apud Liuium, Huic rei aliud inuenietur telum. Ex eam rem hoc telo maxime parabant, ut pro consilio, rationeq ue, ac uia gerēdi negotij capi uidea tur, fortassis sumpta metaphora à uenantibus, qui telo appetunt, quod capere uolūt.

Vnde & certa dicentur Tela, consilia, quæ inquam fallunt.

Aduersum necessitatem ne Dij quidem resistunt.

Ἀνάγκῃ δ' οὐδὲ θεοὶ μάχονται, i. Necessitati ne Dij quidem resistunt. Hæc sententia Simonidi tribuitur: sumpta est ex Homero. Refertur duobus locis a Platone, libris De legibus 7. & 5. ἀλλ' ἔοικεν ὁ τῷ θεῷ πρῶτον παροιμιασάμενος εἰς ταύτ' ἀποβλέψας, εἰπεῖν, ὡς οὐδὲ θεὸς ἀνάγκῃ μή ποτε φανεῖ μαχόμενος, i. Sed apparet, eum, q primũ admiscuit deũ prouerbio, quę spectasse, cum dicit, quod ne Deus quidẽ unquam uisus est cum fato pugnare. Idem in conuiuio, πολλὰ δὴ καὶ δεινὰ τοῖς θεοῖς ἐγίγνετο, ὡς λέγεται, διὰ τὴν ἀνάγκης βασιλείαν, i. Multa uero, & acerba dijs accidérunt, vt dr, ob necessitatis regnũ. Item lib. De legibus 5. scribit, τὴν ἀνάγκην οὐδὲ τοὺς θεοὺς βιάζεται, i. Ne deos quidẽ cogere posse necessitatẽ. T. Liuius: Pareat necessitati, quã ne dij quidem superant. Palladius: Necessitas feriis caret. Euripides in Helena:

Λόγος γὰρ ἐστὶν οὐκέμος, σοφῶν δ' ἔπος.
Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον. i.
Namq; illud est sapiẽtium dictum, haud meum,
Nihil necessitate dira fortius.

Extat apud Græcos uersus prouerbialis: Τὸ τῆς ἀνάγκης πάντα δουλοῦται τάχα. i. In seruitutem cuncta agit necessitas,

Euripides in Hecuba:

Στερρὰ γὰρ ἀνάγκη. idest,
Rigida namq. necessitas.

Horatius:

Si figit adamantinos
Sũmis uerticibus dira necessitas Clauos.

Poetæ Necessitatem deã faciunt, Parcarũ matrẽ, quæ & ipsę ineluctabiles, atq. inexorabiles uocantur. Hanc Necessitatẽ philosophi fatum appellãt, quę est æterna rerum series, necessario cohærentium: cui ueluti cedens Iuppiter apud Maronem:

Fata, inquit, viam inuenient.

Et tragicus quidam apud Senecam:

Ducunt uolentẽ fata, nolentem trahunt.

Squillas à sepulcro uellas.

Σκίλλας ἀπὸ σήματος τίλλειν, i. Squillas a sepulcro uellere iubebantur, qui parũ sanę mẽtis esse uiderentur. Hac enim herba malum hoc expiabatur antiquitus. Theocritus in Hodoepor.

Σκίλλας ἰὼν γραίας ἀπὸ σήματος ἀυτίκα τίλλοις, idest,
I, squillas ab anus quam primum uelle sepulcro.

Innuit, illum, quod in certamine canendi superatus sit, adeo iracunde ferre, ut periculum sit, ne uertatur in insaniam. Et alter simile quiddam refert:

Εὐδὼν τὸν κυκλάμινον ὀρυσσέμεν εἰς τὸν ἀλέντα. idest,
Hinc abiens fluuio infodias Cyclaminon Halenti.

Dioscorides lib. 2. demonstrat, Cyclaminon Romanis dici rapum, efficacem detrahendo è capite phlegmati. Atque inter cętera eius remedia hoc quoq; commemorat, succũ illius melli admixtum inseri naribus, ac lanam hoc imbutam digito imponi, ad purgandam capitis pituitam. Huius radicem dissectam reponi, asseruariq;, non secus, ac squillæ. Denique contusam, & in pastillos redactam, ualere aduersus ueneficia, quæ Græci Philtra uocant.

Iucundi acti labores.

IVCVNDI acti labores. M. Tullius libro De finibus bonorum & malorum secũdo: Quid, si etiam iucunda memoria præteritorum malorum? ut prouerbia nonnulla ueriora sint, quam uestra dogmata, vulgo enim dicitur: Iucundi acti labores. Ex ipsa hominum natura sumptum adagiũ, est. n. hoc insitum omnibus, ut iucunda cuiq; sit anteactorum malorum, aut periculorum secura recordatio, commemoratioq;, præsertim insignium, fatalium, & quę cum turpitudine coniuncta non sint; ueluti bellorum naufragiorum, atque id genus discriminum. Vnde dictum est ab Horatio:

Gaudent vbi uertice raso
Garrula securi narrare pericula nautæ.

Hoc prouerbium ortũ ab Homero, ceu fonte, a diuersis deinde scriptoribus uarie est usurpatum. Extat autem apud hunc Odysseæ libro decimoquinto:

Νῶι δ' ἐνὶ κλισίῃ πίνοντέ τε δαινυμένοι τε
Κήδεσιν ἀλλήλων τερπώμεθα λδυγαλέοισιν
Μνωομένω μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνὴρ,
Ὅς τις δὴ μάλα πολλὰ πάθῃ καὶ πολλ' ἐπαλήθῃ. idest,

At nos

At nos, in scamnis uescentes, atq. bibẽtes
Tristibus inter nos recreemus pectora fatis,
Commerando. etenim fit, uti post gaudeat actis,
Aspera quisquis multa tulit, per multa vagatus.

Citatur & locus hic, & prouerbium ab Aristotele Rhetoricorum libro primo. vbi commemorat, quæ cuique natura uel iucũda sint, uel molesta. Virgilius li. 1. Aen. Homerum æmulatus.

Forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Item in tragędiis Seneca:

Quod fuit durum pati, meminisse dulce est.

Circũfertur Græcis & huiusmodi trimeter prouerbialis:

Ὡς ἡδὺ τοῖς σοφοῖσι μεμνῆσθαι πόνων. i.
Memoria dulcis iam peracti olim mali.

Cicero uidetur indicare sumptũ ex Euripide. Nec male, inquit, Euripides. cõcludam si potero Latinè. Græcum enim hunc uersum nostis omnes,

Suauis est laborũ præteritorũ memoria.

Cõstat uersus, si pro suauis legas suaue, nisi malis, priscorum more, elidere; aut, quod est commodissimum, omittere uerbum, Est: nisi mauis subijcere post Laborũ.

Aulędus sit, qui citharędus esse non possit.

M. TVLLIVS in oratione pro Murena, comparationem faciens iureconsultorum, & oratorum, Itaque mihi plerique uidentur, inquit, initio hoc multo maluisse, post cum id assequi non potuissent, istuc potissimum sunt delapsi. Vt aiunt, in Græcis artificibus eos aulędos esse, qui citharędi fieri non potuerint, sic nonnullos uidemus, qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studium deuenire. Hactenus Cicero. Recte dicetur in eos, qui maluntĩ multo inferiore ordine alicuius haberi momẽti, quam inter excellentes negligi. Quemadmodum Iulius Cæsar maluit in frigido opidulo primus esse, quam Romę secũdus. Nec male quadrabit in eos, qui, desperatione meliorum, ad humiliora sese conferũt.

Colophonem addidit.

Τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκεν, i. Colophonẽ addidit. Dici consueuit, cum summa manus rei cuipiam imponitur, aut cum accedit id, sine quo negotium confici non potest. Originem adagionis indicat Strabo lib. Geographiæ suę 14. scribens Colophonios olim cum naualibus copijs abundasse, tum equestribus usqueadeo pręcelluisse, ut, ubicunque gentium bellum gereretur, quod confici non posset, Colophoniorum equitum auxilio profligaretur. Atque inde uulgo natum prouerbiũ, κολοφῶνα ἐπέθηκεν. id est, Colophonem addidit. Refertur a Diogeniano prouerbium. Indicauit & Festus Pompeius, scribens, colophonem dici solere, cum aliquid finitum significaretur, tametsi locum eum arbitramur non uacare mendo. In eum sensum usus est Plato De legibus secundo: Ἐπὶ τείνων τῆς μέθης χρείᾳ τὴν κολοφῶνα πρῶτον ἐπιθώμεθα, i. Itaque de usu temulentiæ primum colophonem imponamus. etiam si apud Platonem legimus. χορείᾳ, præcessit enim ἡ chorea mẽtio. Ac mox. ξένος οὗτος ὡ ξένοι ἡμῖν, εἰ ξυνδοκεῖ, κολοφῶν ἐπὶ τῷ περὶ οἴνου λόγῳ ῥηθέντι εἰρήσθω. i. Hic nobis, hospites, si uobis idẽ uidetur, Colophon sermoni de uino habito dictus esto, Idẽ in epistola ad Dionysium 3. τὸν κολοφῶνα, ὦ θαυμάσιε τῶν ὑποχέσεσιν ἁπάσας, νεανικώτατον ἐπέθηκας. i. Colophonẽ, uir præclare, pollicitis omnib. maxime iuuenilem imposuisti, Rursus in Theęteto. καὶ ἐπὶ τούτοις τὸν κολοφῶνα ἀναγκάζω, προσβιάζων τῷ χρυσῷ σειρᾷν, i. Et ad hęc adigo Colophonẽ, ui compellens auream illam catenã. Sentit enim Socrates Homerum per auream catenam significasse solẽ, cuius motu seruãtur omnia, protinus interitura, si steterit. Præcipuũ igitur argumentũ, quo probet quiete corrumpi uniuersa, motu seruari, appellat Colophonem. Item Aristides in Themistocle, κἀνταῦθα κολοφῶν τῶν λόγων, i. Atq. hic orationis summa. Plutarchus i libello De musica, tametsi stylus prope clamitat illius nõ esse: Τούτους τοὺς στίχους, ἀγαθὲ διδάσκαλε, κολοφῶνα τῶν περὶ τῆς μουσικῆς λόγων πεποίημαι, i. Hos uersus, bone præceptor. Colophonẽ eorum, quæ de musica disputata sunt, feci. Idẽ i libello De prudẽtia animãtiũ dixit κορυφὴν· ἵνα δὲ κορυφὴν ὁ λόγος ἐπιθεὶς ἐνταῦθα παύσηται, i. Vt autẽ ratio sibi fastigium imponens, finẽ faciat. Gregorius Theologus in libello de fuga sua, εἶμι γὰρ ἐπ' αὐτῷ ἤδη κολοφῶνα τῶν λόγων, i. Iam enim uenio ad ipsum sermonis Colophonem. Sunt, qui admoneant,

 prouer-

prouerbium usurpari de extremis malis. Hesychius admonet, Colophonem interdum dici graculũ, quod, ut opinamur, summis ædium fastigiis auis ea soleat imponi, uelut admonens, iuxta cornicem Hesiodiam, ut homines sibi componãt nidos, neque enim semper fore ætatem. Latinis itẽ dictum est, Apicem imponere. M. Tullius in Catone maiore. Apex autẽ senectutis est auctoritas. Reliqua pete a prouerbio, quod alibi retulimus, Colophonium suffragium. Coronidẽ addere diximus alibi.

Nullum otium seruis.

Οὐ σχολὴ δούλοις, i. Nõ otium seruis. Refertur ab Aristotele lib. Politicorum septimo. Sumptum a seruorum conditione, quibus heri nullum cõcedunt otium: imo paullo plus etiam imponunt operæ, quam illi præstare possint, ut quã sunt in de mẽso parci, tam sint in operarũ pensis liberales. Dicetur in eos, quibus, propter obnoxiam ministeriis fordidioribus cõditionẽ, nõ uacat honestis disciplinis operam dare. Nam artes liberales hinc dicũtur, quod ijs ingenui incũberent: vtpote quibus & otiũ, & res suppetebat. Accommodabitur haud quaquam inscite & in improbos, quorum ingeniũ ita uitiis occupatur, ut nõ possint egregias artes perdiscere. Nihil enim occupatius seruitute. Nulla autem seruitus grauior, quã si quis uitiis seruiat. Maxime cũ is plurimos habeat dominos, eosq. plurimum inter se dissidẽtes, & ob id neutiquã eadem imperantes. Etenim, si quando segnities iubet in medios dormire dies, auaritia contra iubet, prima luce adesse i portu, cum tenacitas indicit parsimoniam, amor iubet profundere. Solus itaque sapiens & liber est, & in otio uiuit.

Titanas imploras.

Τιτᾶνας καλεῖς, i. titanas inuocas. Vbi quis, suis diffisus uiribus, alienũ implorat auxilium, Sumptum a gigantum fabula, in qua Iuppiter, suo timẽs Olympo, Titanas in auxilium accersiuit. Id quod prouerbiali quoque metaphora Latini uereres quiritari dicebãt, auctore Nonio Marcello. Tractum a more Romanorum, qui ui oppressi, Quirites inuocabant. Sic. n. appellãt ciues Romanos. Refertur adagium a Dio geniano. Lepidior fiet allegoria, si longius a simplici figura recedat.

Homo bulla.

Πομφόλυξ ἄνθρωπος, i. Homo bulla. Prouerbium hoc admonet, humana uita nihil esse fragilius, nihil fugacius, nihil inanius. Est. n. bulla tumor ille inanis, qui uisitur in aquis momento temporis enascens simul & euanescens. M. Terentius Varro in præfatione, quam scripsit in libros De agricultura. Cogitans, inquit, esse properãdum, quod, si, ut dicitur, homo est bulla, eo magis & senex. Annus enim octogesimus admonet me, ut sarcinas colligam, an tequam proficiscare uita. Lucianus itẽ in Charõtes, uitas hominum bullis huiusmodi similes facit, quarum aliæ, simulatque natæ sunt, protinus euanescunt, alię paullo diutius durant, omnes breuissimis quibusdam interuallis, aliæ succedunt aliis. Neque quidquam profecto potuit excogitari, quod melius repræsentaret, quam nihil sit hæc uita nostra. Primum, quanto discrimine prodimus in lucem? deinde quam destituta, quantis obnoxia periculis infantia? quam fugas adolescentia? quam præceps iuuenta? Aristoteles in libris Politicis, itemque Rhetoricorum libro tertio, uigorem humani corporis tradit iam euanescere anno ferme trigesimoquincto, animi unde quinquagesimo. Hyppocrates extremam hominis ætatem terminat quadragesimonono. Iam, si pueritiam, & senectam deducas de ratione æui, quæso, quantulum est hoc, quod relinquetur? Et hoc ipsum tantis circumscriptum angustiis, sexcenta morborum genera quotidie infestant, nec pauciores impetunt casus, ruinæ, uenena, naufragia, bellum, terræmotꝰ, lapsus, fulmen, & quid non? Alius acini granum glutiens, præfocatus est. Est, quem potus cum lacte pilus strangulari. Neque defuit, cui stiria gelu durata, deplasa tecto, subitum attulerit exitium. Et hoc est animal illud, quod tantos molitur tumultus, cuiusque cupiditatibus orbis hic angustus est. Hoc loco Plinii uerba adscribere liber ex libro septimo, uitæ fragilem breuitatem scite depingentis. Incertum, ac fragile nimirum est hoc munus naturæ, quidquid datur nobis. Malignum uero, & breue, in iis etiã quibus largissime contingit, uniuersum utique æui tẽpus intuentibus. Quid, quod, æstimatione noctur- cap. 50
næ quietis, dimidio quisq. spatio uitę suæ uiuit

uiuit: pars æqua morti similis exigitur, aut pœnæ, nisi contingit quies. nec reputantur infantiæ anni, qui sensu carẽt: nec senectæ, in pęnam viuacis, tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ: toties inuocata morte, vt nullum frequentius sit votũ. Natura uero nihil hominibus breuitate vitæ præstitit melius. Hebescunt sensus, mẽbra torquentur, præmoritur visus, auditus, incessus: dentes etiam, ac ciborum instrumenta. Et tamen uitæ hoc tẽpus annumeratur. Ad bullarum similitudinem accedit nobilis illa Homeri comparatio de caducis arborum folijs. Sic enim Glaucus apud hunc loquitur Iliados sexto:

Οἷηπερ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν,
Φύλλα τὰ μὲν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δ' ὑλη
Τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη.

i. Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum.

Quorum hæc uentus humi fundit, rursum illa uirescens
Profert silua, simul ueris iam afflauerit aura.

Hoc carmine Pyrrhonẽ Academicũ peculiariter delectatũ fuisse, testatẽ Diogenes Laertius. Rursus Homerus. Iliados φ,

Οἳ φύλλοισιν ἐοικότες, ἄλλοτε μέντε
Ζαφλεγεὲς τελέθουσιν, ἀρούρης καρπὸν ἔδοντες,
Ἄλλοτε δ' αὖ φθινύθουσιν ἀκήριοι. idest,

Frondibus arboreis similes, nunc ubere fœtu.
Exuperant, lætiq. satis uescuntur agrorũ,
Nunc rursum intereunt, euanescuntque caduci.

Idem alio rursum loco quopiam:

Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο. idest,

Nil hoie enutrit tellus infirmius alma.

Menander apud Plutarchum in libello consolatorio ad Apollonium:

Τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν λόγων, ἄνθρωπος εἶ.
Οὐ μεταβολὴ θᾶττον πρὸς ὕψος καὶ πάλιν
Ταπεινότητα ζῷον οὐδὲν λαμβάνει.
Καὶ μάλα δικαίως, ἀσθενέστατον γὰρ ὂν
Φύσει, μεγίστοις οἰκονομεῖται πράγμασιν.

i. Caput, atq. summa orationis hæc, homo es,

Quo nõ aliud est animal vsquã, qd modo
Surgat, modo cadat, citius, atq. crebrius;
Ac iure sane: quippe debilissimum
Cum sit, negotia administrat maxima.

Euripides apud eundem:

Ὁ δ' ὄλβος, κἂν βέβαιος ἀλλ' ἐφήμερος.
Καὶ ἡμέρα μία τὰ πάντα καθαιρεῖν ὑψόθεν
Τὰ δ' ἡρ' ἄνω. idest,

Nec stabilis est fęlicitas,
Sed in diem durans, & unicus dies
Et hæc ab alto traxit, hæc & sustulit
Ab imo in altum.

Quo quidem in loco Demetrius Phalereus poetam alioqui laudatum ob elegantiam taxasse legitur, qui nõ ἡμέραν μίαν, i. unum diem, sed σιγμὴν χρόνου, i. temporis punctum dicere debuerit. Pindarus vicit etiam Homericam similitudinem: ut qui hominem non frondes, sed umbrę somniũ uocarit. Locus est in Pythijs hymno 8.

Ἐπάμεροι. τί δ' τὶς, τί δ' οὐ τίς, σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος. idest, Diurni, Quid autem aliquis? Quid autem nullus? Vmbræ somnium homo. Nihil inanius umbra. Videtur enim esse, cum nihil sit. At hac quoque reperit quiddam inanius, nimirum umbræ somniũ. Vt nemo possit dicere: Hic est aliquis. Neque rursum: Hic est nullus, quod tam subita sit rerum humanarum immutatio, ut qui uidetur aliquid esse, mox sit nullus, &, qui uidetur perisset, mox sit aliquis. Aeschylus apud Stobæum, umbræ fumi similem facit hominis uitam:

Τὸ γὰρ βρότειον σπέρμ' ἐφήμερα φρονεῖ,
Καπνοῦ τὸ δὲν μᾶλλον ἢ καπνῦ σκιά. i.

Caduca molitur genus mortalium,
Neque certa res est ulla, nec tuta, haud magis
Atque umbra fumi.

Sophocles item in Aiace.

Ἄνθρωπος ἐστὶ πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον. i.

Nil aliud, ac vmbra, atq. flatus est, homo.

Pindarus in Nemeis hymno vndecimo:

εἰ δ' ἔτις ὄλβον ἔχων, μορφᾷ παραμείσεται ἄλλων, ἐντ' ἀέθλοισιν ἀρισ τεύων ἐπέδειξεν βίαν, δυνατὰ μεμνάσθω πόνεις ἔλλων μέλη, καὶ τελευτὰν ἁπάντων γᾶν ὑπεισόρμενος. i. Si quis autẽ, opes possides, forma præcellat cęteris, & in certaminibꝰ fortiter se gerens ostendit robur, meminerit, qd mẽbra circũfert mortalia, quod finẽ oium terrã aditurus est. Hanc sniam inscribi cõueniebat aulis, poculis, auleis, & insignibus principum, potius quam illa gloriosa, Qui uoler, & Adhuc lõgius, aliaq. huius generis. Nil autem uenustius illa comparatione, rosarum repente nascentium, senescentium, & intereuntium, cum hominum vita. Car-

men extat titulo Maronis, quod etiã si Virgilianam uenam non admodum resipit, tamen ita scatet gratijs, leporibusque, ut ab auctore non solum eruditissimo, uerum et festiuissimo, quisquis is fuit, profectum appareat. Huc pertinet, quod poetæ fingunt, mortales omnes a Parcarum filis pendere, quibus insectis protinus decidant. Atque alios quidem a candidis, alios a pullis suspendit filis. Rursum alios in sublime sublatos pendere, alios terræ vicinos. Omniũ tamen hanc eandem esse sortem, ut, simul atque inexorabilis Atropos pollice filium secuerit, illico decidat, is qui pendebat.

Nec ullum esse discrimen, nisi quod maiore tumultu decidit is, qui pendebat altius. Rides, & hos lusus esse, iocosq; poeticos existimas? Lusus quidem, sed sæuus ille, nimiumq; procax fatorum lusus: quẽ utinam in gregarios, & inutiles homines dumtaxat exercerent. in quos conuenit Homeri illud:

-Ἐτώσιν ἄχθος ἀρούρης,

Ac non etiam uiros cœlesti præditos ingenio, tum autem principes optimos ante diem è medio tollerent. A quibus non solum non abstinent hanc ludendi licentiã: verumetiam his quasi dedita opera uidentur insidiari, nimirum ambitiosa quadam inuidentia, ut hoc ipsum sibi licere declarẽt, palamq; faciant, oẽm mortalem, quicunque is fuerit, ex æquo bullam esse.

Tanquam in speculo. Tanquam in tabula.

Hyperbolae prouerbiales sunt & hę: καθάπερ ἐν κατόπτρῳ, καὶ ὥσπερ ἐν γραφῇ, i. Tanquam in speculo, tanquam in tabula. De re uehementer euidente, perspicuaque. Terentius in Adelphis: Denique inspicere tanquam in speculum uitas omnium iubeo. Plato lib. De legibus 10. ὡς ἐν κατόπτροις, i. Tanquam in speculis. Propterea quod inter multa, quæ rerum referunt imagines, uelut aqua, æs politum, gemmæ quædam, nihil æque perspicue reddit simulacra, ut uitrum plumbo sublitum. Nam uitrum quidem, ut rarum, ac pellucidum, maximè capax est imaginum; uerum acceptas non perinde continet, ob pellucentiam: proinde sublitum plumbũ, ob nigrorem aliquem, naturæque densitatem, fistit impressam imaginem, neque dilabi sinit. Euanescunt enim simulacra, non secus, atque candelæ lumen in sole, quoties excipiuntur in corpore nimiũ tenui, perspicuoq; uelut in aere, pura aqua, crystallo, uitroq; nõ obscurato corporis alicuius oppositũ. Rursum in nimium densis, & obscuris non hærent, uelut in silice, lignoue. Proinde natura, solertissima rerum omnium architectrix, oculum animantis ad speculorum imaginem finxisse uidetur, quippe parti pellucenti nigrorem quendã adiunxit a tergo, quo sublato, protinus tollatur & uidendi facultas. Vnde scitè dictum est illud, Vt speculum oculus est artis, ita oculum esse naturæ speculum. Illud miraculo dignum, speculum non modo clarissimè repræsentare simulacra rerum omnium, quæcũque obiecta sunt, uerumetiam interualla, colores, motus, breuiter res ipsas pœne dixerimus euidentius, quã sunt, hoc uno discrimine, quod aduersa refert. Cuius caussa hæc est, quod species, quæ a corpore solido per aerem manat ad speculi superficiem, simplex, puraq; est, unde fit, ut non alia sit aduersa, quam aduersa. Quibus de rebus acutissime multa disseruit Ambrosius Leo Nolanus in quæstionibus suis. Iam ars picturæ a rudibus initijs profecta, eo subtilitatis excreuit, ut non oculis hominum, sed etiam auibus, imposuerit, effeceritq; ut ueras res esse crederent, quæ coloribus erant fucata.

Salsitudo non inest illi.

Ἀλμὴ οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ, i. Salsitas non inest illi. In infacetos, & fatuos, ac stupidos. Sal enim primum, maximeque commune condimentum uidetur. Plinius libro trigesimoprimo indicat, metaphoram esse sumptam ab usu salis, quod in omnibus cibis sit condimenti uice, & auiditatẽ inuiter. Ergo hercle, inquit, uita humana sine sale nequit degere adeo necessariũ elementum est, ut transierit intellectus ad uoluptates animi quoque. Nam ita sales appellantur: omnisque uitæ lepos, & summa hilaritas, laborumque requies, non alio magis uocabulo constat, Atque hinc Insulsa oratio, quæ nihil habeat leporis, & Insulsus homo, moribus inelegantibus. Contra salsum dicterium, quod acrimonia quadam mordeat. Et sales uocant festiuiter, & argute dicta, non sine illecebra quadã mordacitatis. Seneca non uult sales nostros dẽtatos esse. Quintilianus Institutionũ lib. 6. capite de risu: Salsum, inquit, in

in consuetudine pro ridiculo tantum accipimus. Natura non utiq. hoc est, quãquam & ridicula oporteat esse salsa. Nam & Cicero, Omne, quod salsum, ait esse Atticorũ, non quia sint maxime ad risum compositi. Et Catullus, cum dicit,

Nulla in tã magno est corpore mica salis, nõ hoc dicit, nihil in corpore eius esse ridiculum. Salsum igitur erit, quod nõ erit insulsum, uelut quoddã simplex orationis condimentum, quod sentitur latente iudicio, & uelut palatũ excitat, quod & a tędio defendit orationem. Sane tamen, ut ille, in cibis paullo liberalius aspersus, si tamẽ nõ sit immodicus, affert aliquid propriæ uoluptatis, ita hi quoque in dicendo habent quiddam, quod nobis faciat audiẽdi sitim. Hactenus ille. Porro Catulli carmen quod Fabius citat sic habet:

Quinctia formosa est multis, mihi candida, longa,
Recta est, hæc & ego singula confiteor,
Totũ illud, formosa, nego: nam nulla uenustas,
Nulla in tam magno corpore mica salis.

Quo quidem in loco stultissime carpit Fabium Catullianus interpres, quasi poetę uerba parum perpenderit, cum ipse dormitans Fabii uerba parum perpenderit. Negat enim Fabius salsum uocari, quidquid ridiculum sit, etiam si uulgo sic uſurparent indocti. Adlusit ad hoc adagium Terentij in Eunucho. Qui habet salem, qui ĩ te est, fatuum militem, & insipidum intelligi uolens. Cui postea, simili ironia, Atticam tribuit eloquentiam. M. Tullius Philippica 2. At etiam quodam loco facetus esse uoluisti. Quam id, dii boni, non decedat, in quo est tua culpa nulla, aliquid enim salis ab uxore mima trahere potuisti. Salem dixit festiuitatem. Refertur a Diogeniano, & Zenodoto.

Acetum habet in pectore.

Hvic germanum est Plautinum illud in Bacchidibus: Huic experiar, sit ne acetum, tibi cor acre in pectore. Legitur & alias apud hunc ipsum: Ecquid habet acetum in pectore? pro eo, quod est. Num, sapit? Num quid habet astutiæ? Nam, ut salsa, itidem & acida, palatum iuuant, accuũtque, & irritant stomachum. Horatius ĩ Sermonibus, libro 1. Sat. 7. acetum pro mordacitate dixit.

At Græcus, postquam est Italo perfusus aceto,

Persius exclamat.

Et hoc ipsum, Aceto perfundere, puerbii speciem habet, sicut & illud ex Sermonibus Horatianis.

-At idem quod sale multo
Vrbem defricuit, charta laudatur eadem.

Solus sapit.

Narrat Diogenes Laertius, Chrysippũ philosophum usqueadeo sibi placuisse, ut consultus a quodã, cui potissimum filiũ suum philosophiæ præceptis instituendũ traderet, sibi committendum respõderit. Nam, si quem inquit, alium me præstantiorem arbitrarer, ipse apud hũc philosophiæ darem operam. Vnde & illud Homericum de eo uulgo iactatum fuisse, quod solus saperet, reliqui uero umbræ ferrentur. Est autem apud Homerum Odysseæ K. de uate Tiresia, cui uni Proserpina dederit, ut etiam uita defunctus saperet, reliquas umbras volitare, & eas quidem nihil aliud, quã umbras:

Τῷ καὶ τεθνεῶτι νόον πόρε περσεφόνεια,
Οἴῳ πεπνύσθαι, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν. i.

Huic etiam extincto dederat Proserpina mentem
Solus uti saperet, reliquis uolitantibus umbris.

Vſurpat & a Platone, tanquã prouerbii loco. Vnde licet conijcere, carmen hoc Homeri unum fuisse ex ijs, quæ plurima Macrobius scribit, adagionum instar solere celebrari. Sic & Cato senior de Scipione Iuniore pronunciauit, ut narrat Plutarchus in Præceptis ciuilibus, ac rursum in Apophthegmatis Romanorum:

Οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι. ĩ.

Ille sapit solus, uolitant alii uelut umbræ.

Apte dicitur de ijs, q tãto interuallo reliquos omnes post se relinquunt, ut illi nihil, nisi umbræ, præ his esse uideantur, planeq; quemadmodum Græci dicunt, λῆρος, καὶ φλυαρίας, id est, Nugæ, deliriaque.

Canem excoriatam excoriare.

Κύνα δέρειν δεδαρμένων. i. Canem excoriare excoriatã. Suidas ait, dici solere de ijs qui iterum ea patiuntur, quibus, aliquãdo fuerunt afflicti. Aristophanes in Lysistrata, nam hanc quoque nomine huius inscriptam inuenimus:

Τὸ τῷ φερεκράτους κύνα δέρειν δεδαρμένῳ, .i. Iuxta Pherecratem, detrahere cuté cani, Detracta cui iam est.

Diogenianus ait conuenire in eos, qui frustra sumunt operam. Sunt, qui putent, magis conuenire, cum quis affligit afflictũ. Cõfine est illi, quod alibi diximus: ἄσκον δέρεις, i. Vtrem excorias. Quod usurpat Aristophanes in Nebulis.

Perq; enses, perq; ignem oportet irrumpere.

Διὰ καὶ μαχαιρῶν, καὶ πυρὸς ῥιπεῖν δέει. i. Perq; ignem eundum est, & per enses impetu.

Cum significamus quidui, periculi subeundum. Aristophanes in comedia, cui titulus Lysistrata:

Κἂν με χρὴ διὰ τοῦ πυρὸς
Ἐθέλω βαδίζειν. i.
Et si per ignem fiet opus,
Transire cupio.

Et Terentius ait parasitũ non grauaturũ, uel è flamma cibũ petere. Calliæ adulatores taxauit comedia: ὅτι οὐ πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐδὲ χαλκὸς εἴργει μὴ φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον, i. Quod non ignis, non ferrum, neq. æs prohibuerit illos, quo minus uentitarent ad cenã. Hæc citat Plutarchus ex Eupolide. Refert eadem in libello De discrimine adulatoris & amici. Horatius itẽ in Epist.

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes,

Ad illud Theognidis allusit.

Χρὴ γὰρ δόμως ἐπὶ γῆν τε, καὶ ὑρεανάλα θαλάσσης
Αἰζεῦς χαλεπῆς, κύρνε, λύσιν πενίης. i.

Oportet enim similiter & super terrã, & super lata terga maris paupertatis solutionem, seu liberationem Cyrne quærere. Idem alibi non solum per mare currendũ censet, ut paupertatem fugiamus, uerum etiam in mare desiliendum, & ex altis, ac pruptis saxis præcipitandum, his uerbis: Ἢν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ εἰς μεγαλήτεα πόντον Ῥιπεῖν, καὶ πετρῶν, κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

M. Tull. Tusculanarum quæstionum libro secundo, Quæ flamma est, per quam non cucurrerint, qui hæc olim punctis singulis colligebant, id est, Quid non uel fecerunt, uel perpessi sunt?

Non impetam lingua.

Οὐκ ἐπιγλωττήσομαι. i. Non incessam lingua. Figuræ nouitas in prouerbiũ abijsse uidetur, auctore Diogeniano. Aristophanes in Lysistrata:

Περὶ τὸν ἀθηνῶν δ' οὐκ ἐπιγλωττίσομαι. i.
At lingua Athenas neutiquam incessam mea.

Hesychius citat Æschylum in Heraclidis. Græcis, ἐπιγλωττεῖν, est, linguæ conuicijs incessere. quasi dicas, Inlinguare, quemadmodum a uola dicimus Inuolare. Proprie uero pertinet ad male ominãtes. Rapiuntur enim dicta in omen, uelut iaugurium uenturi mali, bonive. Vnde semper a maledictis temperandum. Pindarus in Pythijs hymno quarto, inter cæteras uirtutes laudat & linguam a maledictis tẽperãtẽ: Ορφανίζει μὲ κακᾶν γλῶσσαν φαεννᾶς ὀπός. id est, Priuans malam linguã uoce dilucida. Interpres citat in hanc sententiam carmen Hesiodi.

Μηδὲ κακῶν ἑτάρων, μηδ' ἐσθλῶν νικητῆρα. i.
Haud solitum socijs certare bonisve, malisve.

Vti licebit, cũ significabimus non de re quapiam periculosa nolle uerba facere, ueluti de rebus Principum, aut potẽtum, οὐκ ἐπιγλωττήσομαι. Verbũ inde ductũ, quod, q; temere loquũtur, ὅτι ἂν ἐπὶ γλῶτταν ἔλθοι loqui dicũtur, sicut alibi monstrauimus.

Arena sine calce.

Vt auctor est Suetonius, Caligulę Cæsari usque adeo placebat ardor, ac uis in dicendo, ut Senecæ orationem sine calce arenam sit solitus appellare, tanquam dissolutam, ac neruis carentem, & ordine: quæ quodammodo compages est totius sermonis suo quidq. loco disponẽs. Quamquam autem Caligula multa parum integrę mẽtis dedit argumenta, tamen in hoc iudicio minimum aberrauit a scopo. Seneca fertur impetu quodam, minime seruiens ordini. Hoc inter egregias uirtutes habet ne ui. Male cohæret arena, ni calcem admisceas. Confine illi, quod alio dictũ est locõ: Scopæ dissolutæ.

Lupus hiat.

Λύκος ἔχανεν, i. Lupus hiat. Dicebatur, siquis, re multum sperata, multumq. appetita, frustratus, discederet. Aiunt enim, lupũ, prædæ

prædæ inhiantem, rictu latè diducto accurrere: qua si frustretur, obambulare hiantẽ. Aristophanes in Lysistrata:

Οἷς πιστὸν οὐδὲν, εἰ μὴ περ λύκῳ κεχηνότι. i.
Queis nihil fidum, ac tutum est, inhianti nisi lupo.

Itẽ Lucianus ĩ Gallo, εἰσῄειν ἓν, μάτην λύκος χανὼν παρὰ μικρὸν, i. Ingrediebar itaque, cũ parum abfuisset ut lupus hians discederem. Dionysius Sophista in epistola quapiã: ἄρα μὴ λέληθα ἐμαυτὸν εἰς παροιμίαν ἐλθὼν, καὶ γέγονα λύκος χανὼν διὰ κενῆς. i. Num inscius in prouerbiũ incidi, factusq; sum lupus frustra hians? Apud Athenęum li. 14. citantur hæc ex Eubulo:

Επειγ' ἔπειγε, μήποθ' ὡς λύκος χανὼν,
Καὶ τοῦ δ' ἀμαρτὼν, ὕστερον συχνὸν δράμῃς. .i.
Properato, ppera, more ne lupino hiãs,
Frustratus his, in posterum curras diu.

Porcellus Acarnanius.

Χοιρίσκος ἀκαρνάνιος, i. Porcellus Acarnanius. In mollem, & amabilem, atque in deliciis habitum dicebatur. Lucianus in Dialogis meretriciis, λεῖος μοι, φασὶ, χαρέας, καὶ χοιρίσκος, ἀκαρνάνιος, i. Læuis mihi, ut aiunt, Chæreas, & porcellus Acarnanius. Allusum ad porcellum, quem inducit Aristophanes ἐν ἀχαρνεῦσιν, symbolum eorum membrorum, quibus obscenæ uoluptes peraguntur.

Megaricum machinamentum.

Μεγαρικὴ μηχανή, i. ars Megarẽsis, dicitur, cum dolo, & astu res agitur, non sincera fide. Olim enim Megarenses uulgo male audiebant, tanquam fraudulẽti, ac ficti, quod aliud sentire soleant, aliud loqui, vt indicat Aristophanis interpres. Citatur apud Suidam hic senarius:

Αλλ' ὅτι γάρ μοι μεγαρικάτις μαχανὰ. i.
Sed enim ars adest mihi quæpiam Megarensium.

Est autem apud Aristoph. in fabula, cui titulus, ἀχαρνῆς. Celebrantur Megarensiũ uascula fictilia, uide, num huc spectet prouerbium, deinde constat, Euclidem Socraticũ fuisse Megarensem, qui suscepit scholam Megaricam. Hic fuit insignis machinarum artifex. Fieri potest, ut hinc natum sit adagium. Ad hæc est ciuitas eiusdem nominis in Thessalia Pontica, & de Thessalico commento dictum est alias. Sphinges Megaricas post referemus.

Seruus seruo præstat, dominus domino.

Δῶλος πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότου. i.
Seruoque seruus potior est, herusque hero.

Senarius prouerbialis, admonens, in eodem hominum genere non statim omnes æquales esse, uerum hominum habendam esse rationem, non tantum conditionis. Veluti generosus antecellit suopte genere plebeium. Verum est non mediocre discrimen inter generosum, & generosum, itidem inter plebeium, & plebeium, adeo, ut quosdam plebeios nonnullis ingenuis anteponas. Aristoteles libro Politicorum 1. τὰ μὲν ἐντιμότερα ἔργα, τὰ δὲ ἀναγκαιότερα, καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν,
Δῶλος πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότου. i.

Quædam ministeria honoratiora, quædam autem magis necessaria. Et iuxta prouerbium:

Heroq; herus, seruoq. seruus est prior.

Dædali opera.

Δαιδάλεια ποιήματα, i. Dędalea opera, dicũtur, quæ nouo artificio fabricata sunt, & admirando. Hinc natum, quod, cum ueteres illis plastæ formas animalium cæcas fingerent, & immobiles, Dædalus insolito artificio primus & oculos induxit, & neruis quibusdã additis effecit, ut huc atq. illuc mouerentur, adeo scite, ut spectãtibus uiuere, atq. ingredi uiderẽtur. Vnde ferũt quædã Dædali signa uinciri pedibus, ne aufugiãt. Huius rei meminit Plato ĩ Menone: his quidẽ uerbis, ὅτι τοῖς δαιδάλου ἀγάλματιν οὐ προσέχομεν τὴν νῦν ἔσως ὄν, οὐδ' ἐστὶ παρ' ὑμῖν πρὸς τὶ τοῦτο λέγεις, ὅτι καὶ τοῦ τὰ ἐὰν μὲν μὴ δεδεμένα ᾖ, ὑποδιδράσκει καὶ δραπετεύει· ἐὰν δὲ δεδεμένα παραμένει· τὶ δὴν δὴ, τοῦ ἐκείνου ποιήματος λελυμένου μὲν ἐκτήσεις, οὐ πολλῆς τινὸς ἄξιον ἐστὶ τιμῆς, ὥσπερ δραπέτου ἀνθρώπου, (οὐ γὰρ παραμένει) δεδεμένον δὲ πολλοῦ ἄξιον. i. Qm non aiaduc.iiti Dædali signa. Fortassisne sunt quidẽ apud uos. Quorsum istuc dicis? Qm illa quoq; , ni reuincta fuerint, discedunt, atq. aufugiunt. Sin uincta sint, consistũt. Quid tum postea? Si quod ex illius operibus solutum possideas, haudquaquã magno estimandũ, perinde quasi seruũ possideas fugitiuum. Neque. n. apud te manet. Sin aũt uinctum, id magno æstimãdum sit.

sit. Idē ī Hippia maiore sic refert, quasi de priscis, & obsoletis dici soleat, εἰ ἄρα νῦν ὁ ἱππίας ὁ Ἠλείας ἀναβιώη, γέλωτ' ἂν ὅλοι πρὸς ὑμᾶς. ὥσπερ καὶ τὸ δαίδαλόν φασιν οἱ ἀνδριαντοποιοὶ νῦν. εἰ γὰρ ὁμόμυος τοιαῦτ' ἐργάζοιτο, οἷα καὶ ἐφ' ὧν τὸν νόμον ἔχει, καταγέλαστον ἂν εἴη. i. Si sane nūc, o Hippia, Bias reuiuiscat, risum apud uos tulerit, quēadmodum & horū temporū statuarii de Dędalo narrāt, si nunc uiuens talia proferat opera, qualia erant illa, unde famā, ac nomen adeptus est, deridiculum fore. Meminit & Aristoteles libro Polit. primo, de seruis loquēs, quos ait nihil aliud esse, quam instrumēta uiua: Εἰ γὰρ, inqt, ἠδύνατο ἕκαστον τῶν ὀργάνων κελευσθὲν ἢ προαισθανόμενον, ἀποτελεῖν τὸ αὐτοῦ ἔργον, ὥσπερ τὰ δαίδαλα φασὶν, ἢ τοὺς τῶν ἡφαίστου τρίποδας, (ὃς φησιν ὁ ποιητὴς αὐτομάτους θεῖον δύεσθαι ἀγῶνα) ὅτως αἱ κερκίδες ἐκέρκιζον αὐταὶ, καὶ τὰ πλῆκτρα ἐκιθάριζεν, οὐδὲν ἂν ἔδει οὔτε τοῖς ἀρχιτέκτοσιν ὑπηρετῶν, οὔτε τοῖς δεσπόταις δούλων, i. Et enim, si fieri posset, ut unumquodq; instrumentū, uel iussum, uel per se pręsentiens, suū opus perageret, quē admodū aiūt Dædali statuas facere, & Vulcani tripodes, (quos poeta scribit ultro in diuinū certamen prodijsse) itidem & pectines per se texerent, & plectra cithara canerent, haud quaquā opus haberent, neq. architecti ministris, neq. domini seruis. Locus, quē citat Aristoteles, est apud Homerū Iliados 6. Meminit idē de anima li. primo, refellens opinionem Democriti, cēsentis, animam ita mouere corpus, ut ipsa prius mota, moueret. Ait enim, Democritum tale quiddam afferre, quale sit apud Philippum, comędiarum scriptorem. Is enim scripsit, a Dædalo ligneam Venerem fabricatam fuisse, quæ moueretur argēto uiuo infuso: οἷον, inquit, Δημόκριτος παραπλησίως λέγων φιλίππῳ τῷ κωμῳδοδιδασκάλῳ. φησὶ γὰρ τὸ δαίδαλον κινουμένῳ ποιῆσαι τὸν ξυλίνῳ ἀφροδίτῃ, ἐγχέαντα ἄργυρον χυτόν. Proinde prouerbium ad varios usus poterit accommodari. Vel ubi res inusitata arte cōfectas significabimus. (Nā Homerus artificiosa Dædala uocat:

Ος χερσὶν ἐπίσατο δαίδαλα πάντα
Τεύχειν. i.

Qui manibus norat fabricari Dędala cuncta.

Item Pindarus in Olympiacis:

Καὶ δεδαιδαλμένοι φοίνικες ποικίλοις ἐξαπατῶντι μῦθοι.

Et arte cōfictæ mendaciis uariis fallunt fabulæ. Et Virg. Dædalam Circem uocat, quod nouis, & admirandis artibus homines uerteret in feras. Quin & orationis poliendæ artifices λογοδαιδάλους, & obsonionum peritos ὀψοδαιδάλους appellāt Gręci, Vel cum inconstantiam, & instabilitatem cuiuspiam significabimus. Sic enim apud Platonem in Euthyphrone, Socrates argumenta non consistentia, Dædaleis operibus similia uideri dicit. Euthyphron autē respondet, Socratem sibi pro Dędalo esse, quippe qui rationes suas non sinat cōsistere, rursus coarguens, & euertēs, quod paullo ante uisus sit approbare.

Furemque fur cognoscit, & lupum lupus.

Εγνω δὲ φῶρ τε φῶρα, καὶ λύκος λύκον.

Furemq; fur cognouit, & lupum lupus. Aristoteles septimo libro Moralium Eudemiorum hunc quoque senarium citat inter adagia similitudinis. Amant enim uulgo se mutuo, qui similibus uitiis laborāt, præcipue fures. Et lupi latronum instar collecti grassantur. Videmus in quibusdam ob arcanam ingeniorum cognationem protinus amorem nasci. Contra aduersus alios odium ob naturæ dissimilitudinem. Ad hanc similitudinem, & dissimilitudinem Democritus referebat omnes omnium rerum caussas. adeo, ut interrogatus de cane semper eidem lateri incubante, quamobrem id faceret, responderit, ὅτι ἔχει τὲ κεραμίδι ὅμοιον ἡ κύων, i. quoniam habet canis aliquid cum illo latere simile. Id obiter narrat Aristoteles libro Magnorū moralium secundo, inter prouerbia similitudinis, irridens Democritum. Quid enim simile habet later cum cane? Nec tamen a Dęmocrito multum absunt medici quidam, qui ad omnem percunctationem obijciunt nobis occultam quandam rerum proprietatem.

Terra amat imbrem.

Ερᾶ μὲν ὄμβρυ γαῖα, idest,

Nam terra gaudet imbre.

Vbi quis desiderat ea, quæ sibi nouit esse accommoda, conducibiliaq;: Citat hoc he mistichiū, ueluti prouerbiale, Aristoteles libro Moralium Eudemiorum septimo, ostendens, non solum similitudinem conciliatricem esse amicitię, uelut inter fures, graculos,

graculos, & lupos; uerum etiam dissimilitudinem nonnunquam beneuolentiæ caussam existere: contra, similitudinem odii. Nā terra, cum suapte natura sit sicca, amat imbrem, & figulus odit figulum, indoctus amat literatum: mulier uirum. Ibidem narrat ab Heraclito reprehensum poetam, qui scripsit hoc carmen:

Ως ἔρις ἐκ θεῶν, καὶ ἀνθρώπων ἀπόλοιτο. i.

Lis utinam sublata, deos, hominesq́ue relinquat.

Athenæns libr. 13. carmen ex Euripide citat:

Ερᾶ μὲν ὄμβρυ γαῖ' ὅταν ξηρὸν πέδον, i.

Tellus quidem imbrem amat, solum cum est aridum.

Aristoteles libro Moraliū Nicomach. 8. citat eandem ex Euripide sententiam. sed perturbato metro:

Εὐριπίδης μὲν φάσκων,
Ερᾶν μὲν ὄμβρυ γαῖαν ξηραινθεῖσαν,
Ερᾶν δὲ σεμνὸν οὐρανὸν πληρούμενον
Ομβρῶ, πεσεῖν εἰς γαῖαν. i.

Euripides cum ait,

Requirere imbrem terram, ubi siti aruit,
Dium uicissim cælum, ubi iam nubibus
Impletur, optat in solum delabier.

Hoc affert ad confirmandam quorundam opinionem, qui dicebant secus, quam haberent prouerbia dissimile a dissimili, contrarium a contrario appeti. Terra enim frigida, & sicca appetit imbrem, qui, iuxta aeris naturam unde uenit, est calidus, & humidus: ac imber uicissim appetit terram.

Herculana balnea.

Ηράκλεια λουτρὰ, i. Herculana balnea. De impendio feruentibus balneis dicebatur, quales legimus & thermas Neronianas. Aristophanes in Nebulis:

Πῦ ψυχρὰ δῆτα πώποτ' εἶδες ἡράκλεια λουτρά. i.

Vbi nam frigida unquam uidisti Herculana balnea:

Interpres adscribit, Ibycum auctorē esse Vulcanum muneris uice submisisse Herculi feruida balnea. Atque, inde omnia calida balnea, Herculana dici cępta, testatur idē Atheneus li. 12. Porrò Aristot. ī Problematis Sectionis 24. Probl. ultimo ostendit huiusmodi balnea apud ueteres habita sacra, propterea quod ex sulphure, ac fulmine, rebus natura sacris, proueniant. Pisandrus autem tradit. Mineruam Herculi fesso calidum balneum suppeditasse. Vnde fit uerisimile, prouerbium recte dici posse, quoties ætate, aut labore quopiam fatigatis, ministerium paullo diligentius ad refocillandas uires adhibetur. Nam Plato libro De legibus 6. γερουτικὰ λουτρὰ, idest, Senilia balnea calida uocat, eaq́ue senibus exhiberi iubet. Siquidem ueteres frigida lauabant, calida balnea ualetudinarijs duntaxat exhibebantur. At his tēporibus aurigæ quoque & nautæ lauant in thermis. Ac Germani maximam uitæ partem in hypocaustis transigunt, pyraustarum instar. Pindarus quoque Olymp. 12. meminit horum balneorū, θερμὰ νυμφᾶν λουτρὰ βασάζεις, i. Calida Nympharum balnea frequentas, siue quod in ea ciuitate locus esset, cui nomen Calida balnea: siue quod ipse, more Herculis, post multa certamina exhausta, iam refocillaretur calidis balneis, quas Nymphæ Herculi laboribus fatigato submisisse feruntur. Porro corpus hominis magnopere reuocari calidis balneis declarat in Nemeis Oda 4. οὐδὲ θερμῶν ὕδωρ τόσσον γε μάλθακα τεύχει γυᾶ, ὅσον ἀλογίας φόρμιγγι σωφόρος, i. ne calida qdē aqua æquè mollit ac refocillat membra, quātum laudatio citharæ aptata.

Aut ter sex, aut tres tesseræ.

Η τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς κύβοι, i. Aut ter sex, aut tres tesseræ. Siquando significabimus nos extrema periclitari uelle, & aut plane uincere, aut prorsum uinci, hoc adagio tempestiuiter utemur. Sumptū est a uetusto tesserarum lusu, in quo qui nouem iecisset, is modis omnibus superabat, qui tres, is longissime aberat a uictoria. Nā antiquiores tribus tesseris uti consueuerant, non quemadmodum nunc duabus. Tesseram autem etiam iactum ipsum appellant, qui nonnunquam plenus est, interdum inanis. Itaque iactus ter trium, felicissimus erat, triū inanis. Meminit huius adagionis Iulius Pollux, libro de rerum uocabulis nono: Porro tesseras easdem esse cū ijs, quos Gręci, κύβους, appellāt, testis est A. Gell. libr. 1. cap. 20. κύβος enim, inquiens, est figura ex omni latere quadrata. Quadrantales sunt, inquit M. Varro, tesseræ, quibus in alueolo luditur, ex quo ipsæ appellatæ κύβοι. Zenodotus parœmiam hanc citat ex Pherecratis

craris fabula, cui titulus Myrmecanthropi. Est enim clausula carminis trochaici. Suidas & Aeschylũ adducit eo Agamẽnone:

Τὰ δεσποτῶν γὰρ ἐυ πεσόντα θήσομαι,
Τρὶς ἐξ βαλοῦσα τῆς ἐμῆς φρυκτωρίας, i.
Nam res herorum faxo vt optime cadãt,
Ter sex ubi phryctoriæ iaciam meæ.

Vsurpatũ est a Platone lib. De legibus vltimo: Τί δ' ἂν δὴ ποιητέον, ἐχόντων τούτων ὅτως ὦ ξένε, τὸ λεγόμενον ὦ φίλοι, ἐν κοινῷ, καὶ μέσῳ ἔοικεν ἡμῖν κεῖσθαι, καὶ ὑποκινδυνεύειν περὶ τῆς πολιτείας ἐθέλομεν ἐυμπάσης, ἢ τρὶς ἓξ, φασὶ, ἢ τρεῖς κύβους βάλλοντας, πάντα ποιητέον. i. Itaque, cum hoc in loco res fuerint, quid faciendum cẽses, hospes? Iuxta id quod vulgo dicitur, amici, uisum est nobis par esse, uti rem in publicum, & in commune conferamus, uelimusq. de uniuersa Rep. supremum subire discrimen, nihilq non facere, ita, ut uel ter sex, uel tres talos iaciamus.

Quantamus apud Pisam.

Ὅσα μῦς ἐν πίσῃ, i. Quanta mus apud Pisam, subaudi tulit, aut simile quippiam. De ijs, qui uincunt, & optatis potiuntur, sed non sine summo negotio, neque citra magnum incommodum suum. Suidas narum ait ab Athleta quodam, seu pugile Tarentino, qui in Olympiacis certaminibus, apud Pisam semel duntaxat uictor discessit, idque plurimis acceptis plagis. Plutarchus Simposiacõn commẽtario quinto docet apud Pisam μονομαχίας, i. singularia certamina celebrari solere, in quibus etiam ad cædem usque affligebãtur ij qui succubuissent.

Muspicem gustans.

Μῦς ἄρτι πίσσης γεύόμενος, i. Mus nũc picẽ gustans. Quidam aiunt dici solere in eos, qui cum antea fuerint audaculi, & cõfidẽtes, postea, periculo degustato, plane timidi uidentur. Nondum satis liquet, utrũ a mure in pice deprehenso sit translata allegoria, sicuti placet Diogeniano: an ab illo, de quo meminit Herodotus primo lib. in pice deprehenso, atque ita pœnas dãte: an a pugile illo Tarentino, de quo dictum est: ut in πίσσῃ sit allusio ad nomen urbis, apud quam celebrantur certamina Theocritus in Idyllio ξ.

Νῦν δὲ ποθ' ὡς μῦς, φαντὶ, θυώνυχε, γεύ μεθα πίσσας. id est,

Nunc, tandem, sicuti mus, ut aiunt, Theonyche gustauimus picẽ. Porrò siue ad animal referas, siue ad pugilem, nomine murem eadem ferme manet adagij significatio, uidelicet, experientiam male cessisse. Si quidem mus imperitus, si quando in picẽ inciderit, aut perit, aut uix eluctatur: ac deinde periculi memor timet contingere. Et pugil ante ferox, & iactabundus, simulatque certamen Olympiacum, expertus est, sensitque quanti constiterit ea victoria, deinceps abstinuit. Huc spectat illud Horatianum.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici,
Expertus metuit,

Itidem iuuenes bellorum imperiti, facile bellum suscipiunt. Senes experti, quantum malorum agmen secum trahat bellũ, reformidant. Quare non intempestiue dicetur in eum, quem pœnitet experimenti: aut qui rem, parum feliciter tentatam, iterum aggredi refugit. Finitimum illis, alibi dictis, Serò sapiunt Phryges, & Cumani serò sapiunt, &, Piscator ictus sapiet. Est autem hæc una præcipua pestis uitæ mortalium, quod non perinde discimus caauere malum, atque admisso mederi. Quæritur hoc Plato libro De legibus decimo: οὐκ ἐπὶ τὸ μὴ δρᾶν τὰ ἄδικα τρεπόμεθα οἱ πλεῖσι, δράσαντες ὃ ἐξακεῖσθαι πειρώμεθα, i. Non huc incumbimus plerique, ne committamus iniusta, sed, ut postea quam fecerimus, medeamur. Atqui, iuxta Plautũ. Nimio satius est non admittere malum, quam misso mederi.

Delphicus gladius.

Δελφικὸν ξίφος, i. Delphicus gladius. De re dicebac, ad diuersos usus accõmodabili. Quemadmodum ijsdem uasculis, & poculorum uice in conuiuijs, & clypeorũ uice in bellis utebantur. Nam Delphicus gladius ad eum modũ erat fabrefactus, vt eodem simul & sacras mactarent uictimas, & nocentes afficerent supplicio. Meminit huius gladij, cum Euripides in tragœdijs, tũ Aristoteles Politicorum lib. 1. differens naturã nõ gignere singula ad plures vsus, sed unumquodque ad suum peculiarem, propriumq. finem: οὐδὲν γὰρ ἡ φύσις ποιεῖ τοιοῦτον, οἷον χαλκοτύποι μάχαιραν δελφικὴν πενιχρῶς, ἀλλ' ἐν πρὸς ἕν. i. Neque. n. natura tale quippiã facit, quemadmodum erarij fabri gladium Delphicum, quasi per inopiam

inopiam, sed unumquodque ad singula. Meminit idem huius rei, libro De partibus animalium 4. tractans de linguis insectorum, quę pluribus funguntur officijs, simul & tentantes cibum, & attrahentes, & spiculi vice aduersus iniurias defendẽtes, id quod negat facere naturam, nisi coactam inopia, ut idem instrumentum ad usus dissimiles accommodet, quandoquidem ad defendendum magis appositum videatur, quod sit acutissimum, ad gustandum, quod sit fundosum. Vbi enim, inquit, licet duobus uti ad duo opera, nec aliud impedit, nihil tale natura facere, quale p inopiam ars excusoria obelisco lychnium ex ueru, lucernaque componit. Attamen, si id fieri non potest, eodem ad plura abutitur. Vnde videtur ὀβελισκολύχνιον iucundius quadraturum prouerbio, quam Delphicum gladium, nisi forte hic ipse. Delphicus est gladius. Item Euripides in Oreste:

Θανεῖν γὰρ αὐτῷ μοῖρα δελφικῷ ξίφει. i.
Fatale enim illi est, ense Delphico mori.

Quadrabit igitur uel in pauperes, q ob penuriam, eandem uestem, aut aliam rem quampiam ad uarios usus accommodant, aut in uitiosum procemiũ, & diuersis caussis applicabile. Licebit & in serium sensum accommodare prouerbium, ut, si quis eruditionem Delphicum appellet gladium, quod in omni ætate, omni uitæ conditione sit usui. Nam literæ iuuenibus sunt necessariæ, senibus iucundæ: pauperib. opes suppeditant, opulentis adiungũt ornamẽtum: in rebus aduersis solatio sunt, in secũdis gloriæ, claro natis genere splendorẽ augent, obscuro genere natis, claritatis initium conciliant.

Antequam incipias, consulto.

Antequam incipias, consulto, ubi cõsulueris, mature facto opus est. Hanc sententiam Sallustianã Aristoteles ut prouerbialem refert libro Moralium Eudem. 5. & Nicomachiorũ 6. καί φασι πράττειν μὲν δεῖ ταχὺ τὰ δόξαντα, βουλεύειν δὲ βραδέως. i. Et aiunt quidem mature faciunda, quæ decreta sint: cæterum lente, cunctãtérque deliberandum. Diogenes Laertius huius dicti auctorem facit Biantem. In hãc sententiam copiosius diximus in prouerbio, σπεῦδε βραδέως. Laudatur hoc nomine Datames apud Æmilium probũ, quod, ubi cogitasset, facere audebat cogitata, solitus cogitare priusquam conari.

Margites.

Margiten pro stupido dixit Lucianus i Hermotino: Ἀλλ' εἶει μαργείτην τινὶ διαλέγεσθαι. i. Sed existimas te cum Margite quopiam loqui. Hũc ita describit Homerus, citante Aristoteles libro Moraliũ Nicomachion 6.

Τὸν δ' οὔτ' ἄρ σκαπάνη θεοὶ θέσαν, οὐδ' ἀροτῆρα,
Οὔτ' ἄλλως τὶ σοφόν. id est,
Hunc neq. fossorem uoluerunt numina diuum
Esse, nec agricolã, nec in ulla pręterea re
Scitum aut egregium.

Suidas docet, Margiten fuisse quempiã ob insignem stultitiam celebrem, qui non potuerit numerare supra quinque, sponsam ductam non ausus est attingere, ueritus, ne se apud matrem incusaret. Cum iã esset factus iuuenis, rogauit matrem, an ex eodem patre nata esset. Quamquam hæc alii tribuunt Melitidi, alii Corœbo, de quibus suo dicetur loco. Satis apparet, uocem esse fictam ἀπὸ μὴ, & ἔργον, quod ad nullã actionem esset utilis. Erat autem Margites, titulus operis, qd a quibusdã ttibuebatur Homero, id, ut uidetur, intercidit. Indicat hæc interpres Aristophanis in Auibus. Cõuenit cum illo Hesiodio, Nulla in parte utilis, qui nec ipse sapit, nec aliis obtemperat: & Nullo in numero.

Quod factum est, infectum fieri non potest.

Nihil hac sententia uulgatius. Quod factum est, infectum fieri non potest. Exstat apud Terentium in Phormione. Aristot. libro. Moralium Eudemiorũ quinto: τὸ δὲ γεγονὸς οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι, i. Fieri non potest, ut, quod factum est, sit infectum. Mox citat carmen ex Agathonis tragœdia.

Μόνον γὰρ αὐτῷ καὶ θεοὺς στερίσκεται,
Ἀγένητα ποιεῖν, ὅσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα. i.
Etenim illud unum ipsi negatum est, & Deo, vt
Infecta reddat, facta quæ fuerint semel.

Vsurpatur in epistolis Ciceronis ad Atticum non semel uersus ille Homericus, ex Iliados σ. & τ.

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ. i.

Ista

Litterarum celebritas

Ista molesta licet anteacta ualere sinamus. Nec inscitum Phocylidis carmen:

Μηδὲ παροιχομένοισι κακοῖς τρύχου τεὸν ἦτορ.
Οὐκέτι γὰρ δυνάται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.i.

Neve malis iam præteritis animum excruciaris.
Quod semel est factum, fieri infectũ haud queat unquam.

Eandem sententiam habet Pindarus Olympiorum hymno secundo:

Τῶν δὲ πεπραγμένων
ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν,
ἄποινον ἁδ' ἐν
χρόνος ὁ πάντων πατὴρ
δυνάτο θέμεν ἔργον τέλος.i.

Eorum, quæ facta sunt, siue iure, siue pter ius, nihil ut sit infectũ, nec tempus quidem efficere possit opere perfecto.

Mendacem memorem esse oportet.

QVINTILIANVS Institutionum oratoriarum libro quarto, sententiam hanc prouerbij vice citat: Mendacem memorem esse oportere. Item Appuleius in Apologia Magiæ secunda: Sæpe, inquit, audiui, non de nihilo dici: Mendacem memorem esse oportet. D. Hieronymus, Oblitus ueteris prouerbij, Mendaces memores esse oportere. Satis liquet adagij sensus, nempe perdifficile esse, ut, qui mentitur, semper sibi constet, nisi sit summa memoria. Est autem fictarum rerum memoria non paullo difficilior quam uerarum. Proinde plerunq; deprehenduntur hoc pacto mendaciorum architecti, dum obliti, quę prius dixerint, diuersa à superioribus loquũtur. Sic deprehenditur apud Terentium Dauus, sic Psyches Appuleianæ commentum à sororibus sentitur.

Malus cum malo colliquescit uoluptate.

Κακὸς κακῷ γὰρ συντέτηκεν ἡδονῇ.i.

Etenim improbo vir est uoluptati improbus.

Refertur ab Aristotele inter similitudinis adagia, libro Moralium Eudemiorum septimo: Malus malo iucundus, ob uitiorum commercium, & societatem.

Iuuenalis item:

Magna inter molles concordia.

Ab eodem in Magnis moralibus adducitur ex Euripide. Æschines aduersus Timarchum citat ex Euripidis Phœnice eandem sententiam:

Ὅστις δ' ὁμιλῶν ἡδέτε κακοῖς ἀνὴρ
Οὐ πώποτ' ἠρώτησα γινώσκων ὅτι
Τοιοῦτός ἐστιν οἷς περ ἡδεται ξυνών,i.

At cum malis quicunque gaudet uiuere,
Nunquam rogaui: noui eum, quod talis est,
Cuiusmodi sunt, queis amat conuiuere.

Amicitia stabilium, felicitas temperantium.

ARISTOTELES libro Moralium Eudemiorum 7. sententiam hanc uelut è medio sumptam refert, Amicitiam esse stabilium, & felicitatem eorum, qui sua sorte contenti sunt: Ὀρθῶς λέγεται ὅτι ἡ φιλία τῶν βεβαίων, ὥσπερ ἡ εὐδαιμονία τῶν αὐτάρκων. Amicitia uirtute, non pecunijs, aut forma cõciliãda est. Etenim, si rebus caducis conciliatur, caduca sit & ipsa necesse est. Nihil autẽ in rebus humanis stabile, præter unã uirtutem, quæ sola fortunæ ludibriis obnoxia non est. Deinde felicitas hominis non est in facultatibus sita, quæ cupiditatẽ animi non explent, sed irritant, uerum in hoc, ut suam quisque fortunam boni cõsulat. Arist. lib. Rhet. 2. pro exemplo sententiæ simplicis, ac dilucidæ, si quis inspiciat, ponit hunc uersiculum:

Οὐδεὶς ἐραστὴς ὅστις ἐν ἀεὶ φιλεῖ.i.

Haud quisquam amator est, ni amarit iugiter.

Huic adstipulatur illud Senecæ, Amicitia, quæ desinere potuit, nunquã uera fuit.

Leonis catulum ne alas.

ÆSCHYLI sententia prouerbialis refertur apud Aristophanem in Ranis:

Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,
Μάλιστα δὲ λέοντα μιὼ πήλει τρέφειν,
Ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

.i. Catulum nec alas leonis in republica,
Ac maxime ipsum ne leonem alas ibi,
Quod si quis alitur, obsequendum moribus.

Refert hunc locum Valerius Max. lib. 7. c. de sapiẽter dictis. Admonet ænigma, nõ esse fouendam potentiam, quæ leges possit opprimere: quod si forte talis quispiã exstiterit, non esse è Rep. decertare cum illo, quem nequeas nisi magno Reip. malo deuincere. Tyrannus aut ferendus est, aut non recipiendus.

Qui

Qui bene coniciet, hunc uatem.

M. TVLL. in opere De diuinatione lib. 2. scribit Græcũ uersiculum uulgo iactatũ exstare in hanc sententiam: Qui bene coniciet, uatem hunc perhibeto optimum. Citat autem eum uersiculum Plutarchus in libello De ñsis Pythiæ: ὁ δὲ εἰκάζων καλῶς, οὗτος ἄριστον μάντιν ἀνηγόρευεν ἡ παροιμία, i. Bene coniectans, quem optimũ uatẽ appellauit prouerbium. Quamquã hic in Plutarcho locus mutilus erat & lacer: Attamen colligi potest carmen huiusmodi fuisse:

Μάντις γ' ἄριστος, ὅστις εἰ κάζει καλῶς.

Atque ita citat ex Euripide in libro De defectis oraculis. Citat & M. Tull. lib. ad Atticũ 7. A te, inquit, exspecto futura. μάντις γ' ἄριστος. Huc allusit Theocritus in Piscatoribus, si modo Theocriti sunt illa:

Οὗτος ἄριστος
Εἶν ὀνείρων κρίτας, ὁ διδάσκαλός ἐστι παρ' ὦ νῶς.i.

Nemo
Somnia coniectat melius, quam mente magistra.
Qui regitur.

Admonet adagium, futurorum præsciẽtiam non è sortibus, aut auguriis petendã esse, sed a prudentia. Siquidem, qui prudẽtia sit præditus, is ex præteritorum, præsentiumque coniecturis facile prospiciet, quid sit euenturum. Proinde nõ iniuria scripsit Aristoteles lib. Moralium Eudemiorum septimo: Φρονίμων καὶ σοφῶν ταχεῖαν εἶναι τὴν μαντικὴν, καὶ μόνων. id est, prudentiũ, atque sapientium hominum celerem esse diuinationem, & horum tantum.

Pannus lacer.

HOMINEM iã fastiditum, & reiectũ, ῥάκος πολυχιδὲς appellant Graeci, id est, pannum vndique lacerum. Sumpta metaphora a uesse longo usu detrita, atque ob id reiecta, cum noua fuerit in pretio. Sic autem quidam amicis utuntur, uti uestibus, dum usui sunt, ac uigent, amplectuntur, curant, ostentant, simul atque uel ætate defecti sunt, uel alioquin utiles esse desierũt, negligunt, ac reiiciunt. Lucianus: Ἄχρι οὗ ἔδησε τὸ τῆς λόγου τῆς, ῥάκος πολυχιδὲς ἐρ γασάμενος, ἐξέωσε, i. Donec, vbi te iam, iux ta id, quod dici solet, pannum undiq. lacerum reddiderit, expulerit. Idem in eodem dialogo, nempe de Mercede seruientibus similitudinẽ affert de nouis calceis, qui tantisper in pretio sunt, dum noui nitent, ijdem, ubi luto sorduerunt, in angulũ abijciuntur aliquo, atq. ibi nullo curãte, situ, cimicibusque opplentur. Solon eos, qui exercerent ad Olympiaca certa mina, primum dicebat esse sumptuosos, & ob id Reip. graues, ubi uicissent, ob fastum esse detrimento ciuitati, postremo, cum senuissent, iam prorsus esse inutiles. Ad id exprimendum Laertius citat uersiculum Euripidis.

Τρίβωνες ἐκλιπόντες οἴχονται κρόκας.i.

Filis solutis lacera pereunt pallia.

Metum inanem metuisti.

Δεὲς δέδιας δέος, i. Inanẽ metuisti metum. Vbi quis formidat in re tuta: Virgil. Omnia tuta timens.

Inest autẽ in ipsa Græcanici dicti figura prouerbiale quiddã propter ἀντιθέσιν. Velut in his quoque: Ἄδωρα δῶρα, δεσμὸς ἄδεσμος, παρθένος ἀπάρθενος, νύμφη ἄνυμφος, κῆπος ἄκηπος, atq. id genus aliis, de quib. iam non semel admonuimus. Græci dicũt μορμολύττειν, nã μορμολύκειον Græcis persona est, laruæ, aut malo genio similis, qua pueros territãt qdã. Basilius Athanasio: ἡ κομηδῇ γ' ἂν πᾶς εἴω τὰ τοιαῦτα μορμολυκεῖα δεδοικῶς, i. Sane uehemẽter essem puer, si talibus terriculamẽtis expauescerẽ. Refertur adagiũ in Collectaneis Plutarchi, si modo titulo est habẽda fides.

Multis parasangis præcurrere.

Πολλοῖς παρασάγγαις ὑπερδραμεῖν.i.

Multis parasangis præcurrere, dicitur, qui longo interuallo precedit, multiq. partẽ bꝰ superior. Et apud Athenęũ lib. Dipnosophistarũ tertio Πολλοῖς παρασάγγαις ὑπερδραμόντες τὴν σικελιώτιδα διονύσιον, id est, Multis parasangis superantes Siculum illum Dionysium. Id, quo magis ad animi res transferetur, hoc erit uenustius Parasãgam autem Persæ triginta stadiorum spatium uocant, ut locis aliquot indicat Herodotus, qua uoce usus est Lucianus in Icaromenippo: quem dialogum nos olim Latinitate donauimus.

Putre salsamentum amat origanum.

CLEARCHVS apud Athenæum libr. 3.

Σαπρὸς

Σαπρὸς τάριχος τῷ ὀρίγανον φιλεῖ. i. Putrida salsamenta amant origanum.

Origanum autem herba est acri succo, qualis & Thymbra. Quin & hodie frugi patresfamilias carnibus iam obolentibus addunt acetum origani loco, ne sentiatur putris odor. Apte dicetur de re per se parum honesta, aut iucunda, atq. ob id exoticis condimentis & honestamentis egente. Qui mos etiam hodie sordidis, ut piscibus supputribus, (ne quid offendat edẽtes putor) acida admisceant. Veritas per se placet, honesta per se decent. Falsa fucis, turpia phaleris indigent, hoc est, putre salsamentum origano.

Voracior purpura.

ATHENAEVS libro tertio Dipnosophistarum ex Apollodoro huiusmodi quodã refert prouerbium: λιχνότερα τᾶν πορφυρᾶν, i. Edaciora purpuris. idque ductum existimat, uel a tincta purpura, quę omnia, quibus admota fuerit, uelut ad sese rapit, suoq. colore res uicinas inficit, additque lucem: uel ab animante ipso, quod, quidquid nactum fuerit, retinet, ac deuorat. Vtrunque propemodum licet è Plinij uerbis colligere. Siquidem libro nono c. 36. de colore scribit in hunc modum, Sed purpuræ florem illum tingendis expetitum uestibus, in medijs habent faucibus. liquoris hic est minimi in candida uena. Vnde pretiosius bibitur, nigrantis rosæ colore sublucens, reliquum corpus sterile. Ac paulo post: Hinc (aut, ut alij legunt, Huic) fasces, securesque Romanæ uiam faciunt. Idemq; pro maiestate in pueritia est: distinguit ab equite curiam: dijs aduocãtur placandis: omnemque uestem illuminat: in triumphali miscetur auro. Quapropter excusata & purpuræ sit insania. De uoracitate mox hæc subijcit: Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascitur deuorãdo reliqua conchylia. Tanta duritia aculeo est. Conueniet in edaces, aut in eos, qui omnia in suum compendium vertunt. Tale quiddam cogitasse videntur poetæ, qui Midam finxerunt contactu corporis omnia uertentem in aurum.

Tarichus assus est, simul atque uiderit ignem.

Τάριχος ὀπτὸς αὐθὺς ἐν ἴδῃ τὸ πῦρ. i. Tarichus assus mox ut ignem uiderit.

Athenæus li. 3. prouerbij loco citat. Est autem Tarichus, piscis salsus, de quo nonnulla in prouerbio, Si non adsunt carnes. idem est cum illo, ἀφύα ἐς τὸ πῦρ. Quod ante iam exposuimus in prouerbio, Aphya in ignem. Eodem in loco refert & hunc uersum ceu prouerbialem:

Οὐκ ἂν πάθοι τάριχος, ὥνπερ ἄξιος. i. Tarichus haud laturus est, queis dignus est.

Non sunt amici, amici qui degunt procul.

Τηλοῦ φίλοι ναίοντες οὐκ εἰσὶν φίλοι, i. Haud est amicus, amicus absit si procul.

Hanc parœmiam recenset Athenæus libro Dipnosoph. 4. eamq; omnium μισανθρωποτάτῳ, i. inhumanissimam uocat: uidelicet quod absentium amicorum memoriam obliterare uideatur. Est omnino ex amicis, qui adsunt, uberior amicitiæ fructus, propter officia mutua, consuetudinẽque quotidianam. Præterea vulgo fit, ut, simulatq. è conspectu necessariorum seiuncti sumus, obrepat obliuio quædam familiarium: ut id iam omnibus in ore sit, Qui semotus sit ab oculis, eũdẽ ab animo quoque semotum esse. Aristot. lib. Moralium Nicomachiorum 8. fatetur locorum seiunctionem non dirimere quidem amicitiã, sed tamen officia interrumpere. Et, quoniã vulgus amicitias utilitate probat, sublatis officijs, uelut alumnis amicitiæ, emoritur & amicitia. Proinde Hesiodus, uicinos potissimũ ad conuiuiũ vocandos esse monet:

Καλεῖν, inquiens, ὅς τις σέθεν ἐγγύθι ναίει. Terentianus itẽ Chremes in propinqua amicitiæ parte ponit Vicinitatem.

Nec abludit hinc Propertius libro tertio:

Quantũ oculis, aio tã procul ibit amor.

Quamquam non apparet, quamobrem Athenæo videatur adagiũ hoc usque adeo ab humanitate alienum. Quandoquidem, vt opinamur, non tam docet, quid nobis faciundum sit, quam admonet, quid vulgo factitetur. Quorum autem quemque reperias amicum tam certum, qui, si absis, non sui dissimilis esse incipiat? Proinde prouerbio hoc, ueluti Delphico gladio, utrolibet pacto utaris licebit: ut intelligas, aut non esse fidendum amicis, qui longo locorum interuallo seiuncti sunt, aut non esse colendos amicos longinque dissitos, unde nõ queas multũ sentire cõmoditatis, sed hos potius, quibus præsens præsentibus fruare.

Persæpe

Persæpe sacra haud sacrificata deuorat.

Αθυτὰ δ' ἱερὰ πολλάκις κατεδέιε. i. Persæpe sacra haud immolata deuorat.

Senarius est apud Athenæum lib. 4. Simonidis, in mulierem quandam male moratam, & auidam in conuiuiis. Concinne dicetur in eos, qui, uentris impulsu, statim ad deuorandas epulas irrumpunt, non ex spectatis cærimoniis. Neque intempestiui ter dicetur in eos, qui, non exspectata iuris ratione, hæreditatem inuadunt, & aliena per uim occupãt. Ductum à uictimis, quas fas non erat cõtingere, nisi mysteriis peractis. Et Plato vult, etiam in conuiuiis prælibari diis. & mensam rem sacram existimauit antiquitas, teste Plutarcho, unde fit, vt his etiam temporibus nefas putẽt ἀνίπτοις χεροῖν, idest, illotis manibus accedere.

Chius dominum emit.

Χῖος δεσπότῃ ὠνήσατο, i. Chius dominũ mercatus est. In eos quadrabit, q. sibiipsi malũ accersunt. Vsus est hoc adagio Eupolis in amicis, Athenæo teste, lib. Dipnosophi. 6. Natum, ait, inde, quod, cũ Chii primi seruis mercenariis instituissent uti, postea, subacta à Mithridate Cappadoce, propriis seruis uincti sũt traditi, ut in Colchorum regionẽ deportarentur, idq; illis aliqñ euenturum oraculum prædixerat. Huius historiæ auctores citat Nicolaum Peripatericum, & Posidonium Stoicum. Nec Stephanus tacuit, hanc gentem primum usam famulis θεράπυσι, quemadmodũ Lacedæmonii utebantur, quos uocabãt εἴλωτας, idest, captiuos: Sicyonii quos dicebãt κορωνηφόρους, i. clauigeros, à claua: Itali Pelasgis: Cretes quos appellant δμωίτας. Est autem χίος clarissima Ionum insula, habens eiusdem nominis ciuitatem i. Possessiuum circumflexe scribitur χῖος.

Anima, & uita.

Ζωὴ, ἡ ψυχὴ, i. Anima, & uita, de re supra modum iuuui. Prouerbium natum in cubilibus, atque inde deductum in communem sermonem. Videtur autem peculiare fuisse mulieribus. Iuuen.

Ζωὴ ἡ ψυχὴ, modo sub lodice relictis
Veteris in turba.

Item Martialis epigrammatum lib. 10. in Læliam,

Ζωὴ, ἡ ψυχὴ, lasciuum congeris usq;
Proh pudor, Hersiliæ ciuis, & Aegeriæ.

Huc respexit Iuuenalis, cum ait.

Concumbunt Græce.

Hesiodus pecuniam, animam mortalibus esse dicit.

Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι. idest,
Pecunia enim anima est miseris mortalibus

Et Aristoteles pecunias uelut alterã hominis animam esse scripsit. Nihil autem est uita, neque iucundius, neque carius.

Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.

VIRGILIVS in Pharmaceutria:

Credimus, an, qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Seruius prouerbialiter admonet dictũ à poeta. Nam, quod quisque sperat, facile credit. E tarde, quæ credita lædunt, credimus, ut ait Ouidius. Metus autem, & spes, vt eleganter, & vere scripsit Lucianus in Pseudomante, diuinationem, & auguria repererunt. Qui impense cupiunt, suis uotis vndecunque blandiuntur, & quiduis in omen optati euentus trahunt. Rursum, qui misere metuunt, quauis ex re solatiũ formidinis aucupantur. Non usquequaq. discrepat ab hoc Terentianum illud, Mihi non fit uerisimile. Atqui ipsis commentũ placet. Non uideturalienum ab hac forma Theocritiicum illud:

Πᾶσα κύων ἄρτος μαντεύεται, ἰχθὺς κἠγών. idest,
Somnia cũcta canum panes, ego somnio piscem.

Qui suis uotis blãdiuntur, i. Græcis dicuntur ἑαυτοῖς ὀνειροπολεῖν, i. sibi ipsis sua interpretari somnia, quod omnia rapiunt in alimentum spei suæ.

Polypi.

POLYPI prouerbio dicebantur olim, uel stupidi, stolidique; uel rapaces, & vncis vnguibus homines. Siquidem ob eam caussam Polypo stultitiam tribuunt, quod ad manum captantis ultro mouetur, nec aliter capitur, nisi quod non cedat, auctore Athenæo. Adscribitur autem rapacitas, tenacitasque, quod, quidquid brachiorũ flagellis nactus fuerit, suctu trahat, ac retineat. Plautus in Aulularia. Ego istos noui polypos, qui ubi qdquid attigerint, tenẽt. Nihil autem uetabit, quo minus polypos

appellemus eos, qui ſemet in omnem habitum uertunt, omnibus aſſentantes. Quos eleganter notat Phocylides:

Μηδ' ἕτερον καθῆνς κραδίῃ νόον, ἀλλ' ἀγορεύων.
Μηδ' ὡς πεπροφυὴς πολύπους κατὰ χῶραν ἀμείβου. ideſt,

Pectore neve aliud celes, aliudque loquare,
Proque loco uariere, petris uti polypus hærens.

Ion, apud Athenæum libro 7.

Σὺν γῶ μεταλλακτῆ ρα πολύπεν χρόνος. i.
Odi colore ſubinde uario polypum.

Huc pertinet, quod admonet Plautus, ut, qui ſapit, bonus ſit bonis, malis malus. Hoc nomine laudat Pindarus in Nemeis hymno quarto quēndā, Μαλθακὰ μὲ φρονέων ἐσλοῖς τραχὺς παλυγκότοις ἔφεδρος. i. Mollis erga bonos, aſper uero inſidiator erga moleſtos aduerſarios. Nō alludit hic, qđ ibidē hī hymno tertio: Ἐν παυσὶ νέοισι παῖς, ἐν δ' ἀνδράσιν ἀνὴρ, τρίτον ἐν παλαιοτέροισι μέρος, ἕκαστον οἷον ἔχομεν βρότειον ἔθνος. i. Inter pueros teneros puer, inter uiros autem uir. Tertia inter ſeniores pars, quod quevt habemus mortale genus. Laudat Pindarus hominem omnium moribus, & ætatibus ſeſe attemperantem. Eodē titulo laudat quēpiam in Pythijs hymno octauo, Τὺ γὰρ τὸ μαλθακὸν ἔρξαι τε καὶ παθεῖν ὁμῶς ἐπίσασαι, καιρῷ σὺν ἀστεικεῖ. i. Tu enim & humaniter agere noſti, & affectum ſumere tempori congruentē. Rurſum eiuſdem operis hymno quarto: Κεῖνος γὰρ ἐν παυσὶ νέος, ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς. i. Nam ille inter pueros iuuenis, in conſilijs uero ſenex. Idem eiuſdem operis hymno ſecundo, φίλον εἴη φιλεῖν, ποτὶ δὲ ἐχθρὸν ἄτε ἐχθρὸς ἐὼν λύκοιο δίκαν ὑπαθύσομαι. i. Amicum contingat amare, ceterum aduerſus inimicum tanquam inimicus, lupi more incuriam, ſiue inſidiabor.

Nullus malus magnus piſcis.

Οὐδεὶς κακὸς μέγας ἰχθύς. ideſt,
Nullus malus magnus piſcis.

ÆNIGMA prouerbiale dici ſolitum in homines prægrandi quidem corpore, ceterum ingenio nullo. Clearchus in commentario de prouerbijs apud Athæneum libro 8. hinc ortum ſcripſit. Stratonicus citharędus, cum Porpin uidiſſet Rhodiū citharœdum ingenti corporis mole, uerum arte non perinde magnū, percunctantibus quibuſdam, quiſnam is eſſet, hunc ad modum rñdit, οὐδεὶς, κακὸς, μέγας, ἰχθύς, an cipiti dicto ſignificans illum, nullum, ideſt, nullius eſſe pretij, malum & improbū, magnum corpore, deniq; piſcem, quia mutus eſſet, & infacundus, ac male canorus. Theophraſtus De riſu fatetur dictum quidem eſſe a Stratonico, ſed non in Porpin, uerum in Simylā hiſtrionē, μέγας, οὐδεὶς, σαπρὸς, ἰχθύς, i. Nullus, magnus, putris, piſcis. Sed elegantius, quod retulit Clearchus, propter amphibologiam non inuenuſtā. Ariſtoteles in eodē mox loco apud Athæneum ſuper hoc adagio fabulam huiuſmodi refert, in Repub. Naxiorum. Apud Naxios, locupletes quidem pleriq; urbem habitabāt, ceteri uero ſparſi per uicos agebant. In quodam itaque uico, cui nomen Leſtadæ, Telegoras habitabat prædiues, ac nobilis, multæq; apud plebem auctoritatis, cui cum alii complures honores habebātur, tum præcipue muneribus quotidianis ciuium honorabatur, adeo, ut, qui uendebant, ſi quis minori liceretur, quam uellēt, dicere ſoliti ſint, ſe malle dono dare Telegoræ, q̄ tanti uēdere. Quidam igitur adoleſcentes, cum piſcem ingentem licitarentur, ac piſcator ex more diceret, ſe malle Telegoræ dono mittere, quam tanti vēdere, moleſte ferentes eadē audire toties, ſimulata beneuolētia, ad Telegoram adduxerunt emptum piſcem. Quem cum ille libenter accepiſſet, tum ipſum adorti ſunt, tū filias iam nubiles conſtuprarunt. Quod factum, indigne ferentes Naxii, abreptis armis inuadere conati ſunt adoleſcentes, tantaq; hinc orta ſeditio, ut Lygdāmis, huius tumultus præfectus, poſt arrepta tyrannide patriam oppreſſerit. Hactenus Ariſtotel. At hæc, non uidemus, quid ad prouerbium faciāt, niſi duo faciamus prouerbia, quorum hoc poſterius ſic efferatur, Citius Telegoræ donarim, quam tanti uendam. Nam Athenæus indicat Ariſtotelē de prouerbio differuiſſe. Videt eſſe ſenarius, ſed inuerſo dictionū ordine perturbatus. Conſtabit, ſi legas: οὐδεὶς μέγας ἰχθὺς κακὸς.

Eſquilla non naſcitur roſa.

PROVERBIALI figura dixit Theognis.

Οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται, οὔθ' ὑάκινθος,
Οὐδὲ ποκ' ἐκ δούλης τέκνον ἐλεύθερον. i.

Non

Non etenim è ſquilla roſa naſcitur, aut hyacintus,
Sed neque ab ancilla filius ingenuus.

Admouet adagium, è probis parētibus naſci liberos probos, ex improbis improbos. Simili forma dixit Horatius in Odis:

Neque imbellem feroces
Progenerant, aquilæ columbam.

Venuſtius erit, ſi ad indocti doctoris in doctum diſcipulū referatur, ad improbi nutricij improbum alumnum. Pertinet adagium ad illam claſſem: κακῷ κόρακος κακὸν ὠόν, i. Mali corui, malum ouum. Et, Οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός. i.

Prolem probam haud pater progignet improbus.

Eſt autē Squilla, herbę genus, nō diſſimilis aloe, de qua multa Pli. in diuerſis locis.

Non omnia poſſumus omnes.

NON omnia poſſumus omnes, apud Virgilium in Pharmaceutria. Prouerbialis ſententia, qua uix tritiorem aliam reperies. Sumpta uidetur ex Homero, apud quem Iliados N. Polydamas ſic alloquitur Hectorem:

Ἀλλ' ὄπος ἅμα πάντα δωήσεαι, αὐτὸς ἑλέσθαι.
Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
Ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν, ἑτέρῳ κιθαρίν τε καὶ αὐδήν,
Ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσι τίθει νόον εὐρυόπα Ζεύς
Ἐσθλόν, τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι. ideſt,

Haudquaquā poteris ſortirier oīa ſolus.
Namque alijs diui bello pollere dederūt,
Huic ſaltandi artem, voce huic, citharaq; canendi.
Rurſū alij inſeuit ſagax i pectore magnus
Iuppiter ingeniū, at multis eſt utilis ille:

Item Odiſſeæ θ.

Οὕτως οὐ πάντεσσι θεοὶ χαρίεντα διδοῦσι
Ἀνδράσιν, οὔτε φυὴν, οὔτε φρένας, οὔτε ἀγορήν τε.
Ἄλλος μὲν γάρ τ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνὴρ,
Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσιν στέφει. ideſt,

Nō ita cælites tribuūt ſua dona qbuſuis.
Seu formā, ſiue ingeniū, vires ve loquēdi.
Eſt etenim iformis ſpēs cui cōtigit, atqui
Linguę dote deus penſat di pēdia formę.

Euripides in Rhœſo:

Ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πάνθ' ὅπ' ἐσθλὸς βροτῶν
Πέφυκεν, ἄλλῳ δ' ἄλλο προσκεῖται γέρας

Vt cuncta norit, nemini mortalium
Datum eſt: at alia dos adeſt alij uiro.

Eodem pertinet, quod ſcribit Theognis:

Πάυροις ἀνθρώπου ἀρετὴ καὶ κάλλος ὁ πολὺ δεῖ,
Ὀλβιος ὃς τούτων ἀμφοτέρων ἔλαχεν. i.

Sunt pauci, quibus iſdem & virtus ſuppetit, & res.
Felix, cui ſimul hæc ſunt data ſorte deū.

Titus Liuius lib. 22. Non omnia eidem dij dederunt.

Vincere ſcis Hannibal, victoria uti neſcis.

Videt Liuius retuliſſe illud ex Iliados Ψ.

Οὐ δ' ἄρα πῶς ἅπαντα,
Ἐν πάντεσσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι. ideſt,

Haud illud contigit umquam, ut
Omnibus in factis callens appareat idem.

Huc ptinet & Pindaricū illud ex Nemeis:

Τέχναι δ' ἑτέρων ἕτεραι. ideſt,

Artes alijs aliæ.

Interpres oſtendit, illud Atticis prouerbij loco dictum fuiſſe:

Ἄλλαι δ' ἄλλον ἐπιτεχνήσιες. ideſt,

Aliæ aliorum inuentiones.

Idem alibi:

Φυᾷ δ' ἕκαστος διαφέρομεν βιοτὰν λαχόντες, ὁ μὲν τάν,
τὰν δὲ ἄλλοι
Τυχεῖν δ' ἐν ἀδυώτατον αἰδαιμονίαν ἅπασαν. ideſt,

Natura differimus, uitam ſortientes, hic hanc, illam alij. Porro fieri non poteſt, ut omnis felicitas uni contingat. Idem Olympiorum hymno primo,

ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι μεγάλοι. ideſt,

In alijs alij magni ſunt.

Idem expreſſius Encomio octauo:

ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλον ἔβαν
ἀγαθῶν πολλαὶ δ' ὁδοὶ
σὺν θεοῖς ἐπράγιαν. ideſt,

Alia ad alium venerunt bona, ſed dijs faauentibus multæ uiæ felicitatis. Rurſus eiuſdem tituli hymno nono:

ἐν τὶ γὰρ ἄλλαι
ὁδῶν ὁδοὶ παράτεραι,
μία δ' ἐχ ἁπάντας ἄμμε θρέψει
μελέτα.

Sunt enim aliæ viæ alijs efficaciores, ſed non omnes non alet unum ſtudium.

Multæ manus onus leuius reddunt.

VVLGO cū cumfertur adagium, Multis manibus onus reddi leuius. Quo ſignificāt, etiā difficilia facile confici, ſi quis non ipſe ſolus negotium aggrediatur, ſed in plures

adiutores,& auxiliares partiatur. Sumptũ est à tollendis oneribus. Videtur autem ea sententia ab ipsa usq; antiquitate in nostrã ætatẽ deuasse. Legimus.n.apud Hesiodũ in opere,cui titulus, ἔργα καὶ ἡμέραι,

Πλείων καὶ πλείονα μελέτη .i.

Plus potest & plurium industria.

Item Homerus Iliados M.

Ἀλλ' ἐφιμαρτεῖτον. πλείονα δέ τι ἔργον ἄμεινον.i.

Adsitis comites,multorũ industria nanq;

Plus pollet,quam paucorum.

Ad hoc respexit Euripides in Phœnissis:

Εἷς δ' ἀνὴρ ὁ πάνθ' ὁρᾷ.i.

Vir vnus autem nemo cuncta dispicit.

Rursum in Heraclidis:

Μιᾶς γὰρ χειρὸς ἀδεινὴς μάχη.i.

Inualida pugna est unicæ tãtum manus.

Eodẽ pertinet,quod alibi retulimus,εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνήρ,idest,Vnus uir,nullꝰ uir.

Sine Cerere,& Baccho friget Venus.

TERENTIVS in Eunucho, Verbum hercle hoc verum est,Sine Cerere & Libero friget Venus. Dicuntur hæc sub persona Chremetis,adolescẽtis rustici, qui sobrius oderat meretrices,post idem potus nõ abhorreret.Cibus enim, & potus irritamẽta sunt libidinis.Eleganter autẽ Cererẽ pro cibo,Bacchum pro uino, Venerem pro libidine dixit,continenter in figura persistens. Nam illud ipsum uerbum Friget,metaphoram habet,quam Donatus à picatione uasorũ mutuo sumptam autumat, quo frigida pix non adhæreat. Frigida profecto, ni minimq; affectata interpretatio, quod qui dem tãti uiri pace dictum sit,si modo illius est interpretamentum. Ardent amantes, & frigent,quæ languent. Horatius:

Non enim posthac alia calebo Femina.

Et frigent in uxores mariti, qui nõ admodum amant. D.Hieronymus, Terentianam sententiam crassiore Minerua explicans, Distento uentre distenduntur ea, quæ ventri adhærent:significans,libidinem esse gastrimargiæ comitem. Peculiariter autem vinum irritat libidinem. Euripides:

Οἶνος δὲ μὴ παρόντος ἐκκέκυκε κύπρις.i.

Absente uino,nulla tunc adest Venus.

In Græcorum collectaneis ita legitur:

Νεκρὸν ἀφροδίτη διονύσου δίχα, καὶ δήμητρος.i.

Mortua res Venus sine Baccho, & Cerere.

Cynicus apud Athæneum libro Dipnosophistarum sexto, refert eandem sententiam his fere uerbis:

Εν τῇ κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρως. Οὐκέτι. πεινῶσιν γὰρ ἡ κύπρις πικρά.i.Nam uẽtri inani nõ inest formarũ amor. Amara Venus est dira quos præmit fames.

Ac mox subiicit carmen Euripidis,quod ille mutuatus sit ab Achæo Satyrico:

Εν πλησμονῇ γὰρ τικύπρις, ἐν πεινῶντι δ' οὐ.i.

Saturno Venus adest,famelico nequaquã adest.

Athenæus lib.Dipnosophist.1.distichon adducit eandem complectens sententiam:

Εν πλησμονῇ γὰρ κύπρις,ἐν δὲ τοῖς κακῶς.

Πράγεσιν ἐκ ἔνεστιν ἀφροδίτη βροτοῖς.i.

Saturis Venus adest,ceterum infelicibus, Miserisq; nulla adest Venus mortalibus;

Apud hunc ipsum lib.10. Aristophanes vinum,lac Veneris appellat,quod alat libidinem:

Ἡδύς τε πίνειν οἶνος, ἀφροδίτης γάλα.i.

Vinum bibenti suaue, lac Cypriæ deæ.

Huc pertinet epigramma, quod fertur incerto auctore:

Ἐρῶντα πάνει λιμός. εἰ δὲ μὴ, χρόνος, Εἰ δὲ μὴ δὲ ταῦτα τῷ φλόγα σβέσῃ, Θεραπεῖα σοὶ τὸ λοιπὸν ἡ ρτὴ σῶ βρόχος.

Fames amorem sedat: id si sit minus,

Tempus medetur,sin nec ista extinguere

Flammam queant, tum restat, ut funem partes.

Idem intelligi uoluit Appuleius, cum Veneri ebriam cœnam affingit, cũ interim esuriat Psyche. Quamquam Aristoteles indicat,immodicam uini potionem inutiles reddere ad coitum.Nam diluit uim seminalem,atque ob eam caussam Alexandrum Magnum in Venerem parum fuisse strenuum, quod esset vinosus. Idq; Theophrastum dixisse narrat Athenæus.

Nauiges in Massiliam.

Πλεύσειας εἰς τὴν μασσαλίαν. Scribit Athenæus lib.12. Massilienses usque adeo delicijs effeminatos olim fuisse,ut prouerbio dici cõsueuerit,πλεύσειας εἰς τὴν μασσαλίαν,i. Nauiges in Massiliam. Non explicat quidem ille prouerbij sensum,sed facile conijcitur,in molles,& moribus, cultuq; parum uirili torqueri debere. Plautus in Cassina:Vbi tu es,q colere mores Massiliẽses postulas?Tametsi, quod ait Plautus, nobis

nobis potius referendum uidetur ad seueritatem uitæ, quemadmodum Plutarchus in uita Agesilai docet,Spartanam disciplinam appellatam,seuerã,minimeq; delicijs indulgẽtem.Nam nõ alia gens laudatior, quã Massiliensium, si Ciceroni credimus, siq; uera memorat Valer. Maxim.libro 2. cap.De institutis, multa commemorãs de disciplina eius ciuitatis, quæ nec mimos ullos in scenam admiserit,ne parum pudicis fabularum argumentis ciuium mores inficerẽtur,nec eos, qui, religionis prętextu,uitam inertem & otiosam sectarentur, intra portas receperit. Aliaq; id genus de Massiliensium seueritate referuntur apud auctores, ut appareat,Athenæum non de Gallica Massilia,sed de Lybyca loqui, cuius meminit Virgil. quarto Aeneidos lib.

Hic mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos.

Quo quidem ex loco coniecturam facere licet, Massylos maleficiis olim infames fuisse,quemadmodum & Thessalos. Ceterum, quoniam apud Athenæum Massalia est,nõ Massilia,fieri potest,ut nec sit Massilia,quæ est Galliæ Narbonensis,nec Massilia Maurorum, sed tertia quæpiam. Licet hanc nominum differentiam interdum cõfundant Græci scriptores.Stephanus indicat hoc nomine fuisse ciuitatẽ Ligusticæ. Phocensium coloniam,auctore Hecatæo: Timæum uero illud addere, cum nauclerus adnauigasset,viso piscatori proiecto in terram fune,dixisse, Alliga rudentem. Et hãc loco nomen inditum Massalia: μᾶσαι enim Æolibus est, quod alii dicũt δῆσαι, ἁλιεὺς piscator: ex μᾶσαι igitꝰ & ἁλιεὺς dicta Massylia.

Nauiges Trœzenem.

Πλεύσειας εἰς τροιζῆνα,i.Nauiges Trœzenem.Eustathius, enarrans secundũ Homericæ Iliados librum,ait, dici solitum in eos,qui cum mento imberbi essent, tamẽ appositiciis pilis barbam uirilem mentirẽtur. Additinde natum quod Trœzenis portus quispiam vulgo celebratus sit nomine Barba. Est autem alter Trœzen in Massilia.

Attica bellaria.

Πέμματ' ἀττικά.i. Bellaria Attica:De lautitiis,& cupediis.Transferri põt ad rem quamcunq; maiorem in modum suauem, ac iucundã.Plato Politiæ suæ li.3. φέγεις τὴ ἀττικῶν πεμμάτων τὰς δοκούσας εἶ) ἀγαθείας.i. Damnas & Attica bellaria, quæ uidentur ad lautitias pertinere.

Nemo bene merito bouem immolauit, præter Pyrrhiam.

Οὐδεὶς εὐεργέτη βοῦν ἔθυσεν ἀλλ' ἢ πυῤῥίας,i.Nemo bouem immolauit bene merito,nisi Pyrrhias. Hoc prouerbio, quondam utebantur, si quando quis extitisset homo insigniter gratus,qui beneficiũ acceptum ampliter repensaret. Plutarchus in Quæstionibus Græcanicis, unde sit natum adagium,enarrat ad hunc modum: Nauis quædam piratica appulit ad insulam Ithacensem, in qua forte fortuna senex quidã erat una cum cadis fictilibus plenis pice. Pyrrhias quidam Ithacensis,ut opinamur, negotiator, senem dato pretio redemit à piratis,non ob id,quod eo sibi foret opus, sed partim quod misertum esset senilis fortunæ, partim hominis oratione persuasus. Emit autem una cum sene cados illos picarios,idque auctore sene.Deinde, profectis piratis, quo Pyrrhiæ gratiam referret senex,quod nõ ob lucri cupiditatem, sed ob beneuolentiam sese liberum fecisset,indicauit in cadis multam pecuniæ uim picis admixtam,abditam esse. Qua reperta, cum Pyrrhias de repente diues esset redditus, cum magnifice collaudauit senis erga se gratitudinem, tum eidem bouem immolauit officij præmium. Atque hinc re iam peruulgata natum prouerbium, de gratia prolixe relata.Veteres enim regale sacrum & magnificum, opiparumque conuiuium βουθυσίαν appellabant.

Fumi umbra.

Καπνοῦ σκιά,i.Fumi umbra. Prouerbiali hyperbole id dixit antiquitas pro re qualibet uili. Sophocles in Antigone:

Τὰ δ' ἄλλα καπνοῦ σκιᾶς οὐκ ἂν ἀφαιρούμην .i.Reliqua fumi umbra non emerim.

Cũ omnis umbra res quædam est inanis, tum uero fumi umbram pęne dixeris umbrã umbræ. Exstat & hoc apud Aristophanem. De hoc alias nonnihil attigimus.

Viuum cadauer. Viuum sepulcrum.

Εμψυχος νεκρός,i.Viuũ cadauer.Prouerbiali figura dixit Sophocles in Antigone:

Οὐ πίθεμ' ἐγὼ

ζῶ τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν. i.
Huc ego uiuere,
Haud arbitror, uiuum ac cadauer iudico.

Refertur apud Athenæum libro 12. Euripides in Æolo apud Stobæum:

Φεῦ φεῦ παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει,
Γέροντες ἐν δὲν ἐς μὲν ἄλλο πλὴν ὀχλος
Καὶ σκῆμ' ὀνείρων δ' ἔρπομεν μιμήματα.
Νοῦς δ' οὐκ ἔνεσιν, οἱ ὁμεθα δ' οὐ φρονεῖν, i.
Heus heus, uetustum, ut recte habet prouerbium,
Nil aliud atque turba nos senes sumus,
Vmbræq. uerum serpimus imitamina
Insomniorum, cęterum mens haud inest,
Quamquam uidemur sapere nobis adprobe.

In eos dicetur, qui sic viuunt, ut nihil dignum uita agant. Lucianus senem decrepitum, ἔμψυχόν τινα τάφον, i. Viuum quoddam sepulcrum appellat. Huc pertinet etiam illud Mimi, cuiusdam Laberij apud Gellium:

Similis sepulcris nil nisi nomen retineo.

Ex fronte perspicere.

Ex fronte perspicere dicimus, quod statim & uelut ipso aptinus occursu percipimus. Sūptū ab Physionomicis, qui se profitentur ex oris lineamentis, reliquaque corporis specie, ingenium hominis posse deprehendere. M. Tull. ad Antonium: Non enim solum ex oratione, sed etiam ex vultu, & oculis, & fronte, ut aiunt, meum erga te amorem perspicere potuisses. Id adagiū etiam hodie vulgo tritissimū est. Q. Cicero ad fratrem de petitione cōsulatus, frontem appellat animi ianuam: Cura inquit, ut aditus ad te diurni, atque nocturni pateant: neque foribus solū ædium tuarum, sed etiam vultu, & fronte, quæ est animi ianua: Quæ si significat uoluntatem abditā esse, ac retrusam, parui refert patere ostiū. Hæc Cicero. Vnde & uera fronte fieri dicuntur, quæ fiunt ex animo. Interdū enim aliud frons loquitur, aliud celat animus. Allusit huc Aristophanes in Equitibus:

Επὶ δηλὸν ἡμῖν τοῖς προσώποισιν ποιεῖν
Ην τοῖς ἐπεσι χαίρωσι καὶ τοῖς πράγμασιν
.i. Nobis vt ipsis frontibus faciant palam
An nostra dicta, ac facta lęti cōprobent.

Spem pretio emere.

Est lucrū incertum, & in euētu situm, certo affectare damno. Teren. in Adelphis, Ego spem pretio non emo. Hanc sententiam leno refert illi, Pecuniam in loco ne gligere, maximum interdum est lucrum. Quadrabit potissimū in eos, qui spe rerū adducti maximarum, principum fauorem muneribus, obsequijsque captant. Certe ætatis, ac temporis impendio, quo nō alius sumptus carior. Nam ij quid aliud quam spem pretio emunt? Figura mutuo sumpta uidetur a quodam emptionis genere, in quo consueuit alea rei, non res emi. Veluti, si quis retium iactum emat in piscando, aut missilium prædam in uenatu, aut si quid aliud eiusmodi. Qua de re multa fit mentio in Pandectis, lib. 18. tit. de contrahenda emptione: ueluti, cum quis emit prouentum agri in annum proximum, aut partum animantis: siue, cum emitur captus piscium, aut auium, aut etiam missilium, quam illi uocant aleam: in partu tamē non tenetur emptor, si nihil natum fuerit, nisi forte hoc per ipsum actum est, ne quid nasceretur: in alea tenetur, quoniam spes empta est: tantum in missilibus euictio rei captæ perimit ex empto actionem.

Cœlum territat.

Proverbiali hyperbole apud Virgilium in Aeneide:

Et cœlum territat armis.

Conuenit in minaces, & feroces, Thrasonesq; magniloquos. Sumpta uidetur a bello Giganteo, quæ fabula notior, quam ut hic sit repetenda. Cōfine huic illud Synesij in epistola contra Andronicum, τῇ κεφαλῇ τὸν οὐρανὸν ἐξαράσσειν ὁπτχειρεῖ. i. Capite cœlum perrumpere conatur.

Subere leuior.

Φελλοῦ κυφότερος, i. Subere leuior. Prouerbialis hyperbole in homines inconstantes, & lubrica fide. Suberis enim lignum caeruleum, quod in aqua non sidit, uerum etiam retibus, & natantibus adligatur, ne possint sidere. Horatius in Odis:

Quamquam sydere pulchrior,
Ille est: tu leuior cortice, & improbo
Iracundior Hadria.

Strabo lib. primo, inter hyperbolas prouerbiales hanc quoq; cōmemorat, Subere leuior umbra. Quamquā hic locus apud Strabonem non caret suspicione mendositatis. Greca sic habēt: Καὶ καθάπερ εἰ σὶ τί-

νες ὑπερβολαὶ ἐπὶ ὑπερβολαῖς, ὥς καὶ τὸ κυφότερον ἢ φελλοῦ σκιᾶν, δειλότερον ἢ λαγῶς φρυγός, ἐλάττω δὲ ἔχειν γῆ τὸ ἄργον ὀπτολῆς λακωνικῆς. Hæc ita uertit Gregori Tifernas, siue Guarinus: Et, sicut nonnulli super excessibus excessus sunt, ut illud, Leuiorem subere umbram: & illud, Formidolosiorē lepore Phrygem, & illud, Ager minorem tellurem habet, quam epistola Laconica. Primum umbram esse leuiorem subere, non est insignis hyperbole, immo nulla potius est, ut iam demus, Greece recte dici, κυφότερον σκιάν. Vñ hic pro, σκιάν, legendum arbitramur σκιᾶς, ut sic dicta sit suberis umbra, quemadmodū dicimus Vmbrę somnium. Itē δειλότερον λαγῶ φρύγα, id est, timidiorem lepore Phrygem quomodo legisse uidetur interpres. Nec absurdum, si intelligamus Phrygium leporem, ueluti cæteris pauidiorem, quod ea gens imbellis habebatur, & effeminata deliciis. Pindarus in Pythijs hymno secundo metaphorā flexit ad laudem hominis, qui, quā quam pressus calumnijs malorum, nō deijcit tamen animū, sed se suapte natura recipit in apertum, unde & φελλὸν ἀβάπτιστον appellat, id est, suber, quod tingi nequeat. Huc respexit Horatius Epistolarum lib. 1. de Vlysse loquens:

Dum sibi dum sociis reditum parat, aspera multa
Pertulit, aduersis rerum immersabilis undis.

Cubito emungere.

Αγκῶνι ὑπομυστόμυος, i. Cubito emungens. Prouerbialis ironia in hominem sordidi quæstus, & conditionis abiectæ. A salsamētariis ducta, quibus mos est nariū mucū cubito abstergere, nimirū manibus, muria, & salsugine oppletis. Bion philosophus apud Suidā ex Laertio: ἐμοῦ πατὴρ μὲν ἦν ἀπελεύθερος, τῷ ἀγκῶνι ὑπομυστόμυος. i. Meus pater erat libertinus, cubito emūgēs. Celebratur scōma M. Tull. tortū in quēdā salsamentarij filium, cuius ratio auctoris nomine meminit, qui scripsit rhetoricen ad Herennium, in schematis specie, quæ dicitur significatio per consequentiam, Vt, inquit, Si salsamentarii filio dicas, Quiesce tu, cuius pater se cubito emūgere solebat.

Iberæ nęniæ.

Iberas nænias D. Hieron. nugas appellat, in prefatione, quam proposuit Moysis Pentateucho: Quod multi ignorantes, inquit, apocryphorum delyramenta sectātur, & Iberas nęnias libris authenticis prę ferunt. Idem in duodecim quæstionibus: Et Iberas nænias, Ægyptiaq; portenta sectari. Iberas nænias dicit, propter prodigiosas maleficiorum fabulas uulgo iactatas. Nam Iberos maleficiorum infamia laborasse, testis est in Odis Horatius. Nisi quis mauult ad flumen auriferum Tagum referre. Quamquam ipse D. Hieron. in epistola aduersus Vigilantium, satis indicat, de portentis, ac monstris intelligendum, scribens ad hunc modum. Et, quia ad radices Pyrenæi habitas, uicinusq. es Iberiæ, Basilidis, antiquissimi hæretici, & imperitæ scientiæ incredibilia portēta persequeris. Athenæus in secundo tradit, Iberos, cū essent opulentissimi, tamen ob parcimoniā semper ὑδροποτεῖν solitos, & μονοσιτεῖν, hoc est, aquam bibere, & solos cibum capere. Cęterum uestitu fuisse sumptuosissimo. Citat hoc ex Athenæo Stephanus. Sed pro μικρολογίαν deprauatū est μακρολογίαν.

Siculæ nugæ, Gerræ, Persolæ nugæ.

Siculae nugæ, prouerbio dicūtur res leuiculæ. Ausonius in epistola ad Symmachum, Cogitans, inquit, non illud Catullianum:

Cui dono lepidum, nouum libellum.

sed amargoteron, & uerius,

Cui dono illepidū, & rudem libellum,
non diu quæsiui. Tu enim occurristi, quē ego, si mihi potestas sit, ex omnibus unum semper eligerem. Misi itaque ad te friuola, gerris Siculis uaniora. Porro Siculorū dicacitas nota est ueterum literis. Nam Siculus fuit Epicharmus, ad cuius exēplar properare Plautus dictus est Horatio. Plautus autem i nugis, ac iocis, est immodicus, nec raro ineptus. Porro gerras Græci crates uimineas appellant. Ea uox postea vulgo pro nugamentis, rebusq. friuolis usurpata est, auctore Festo Pompeio, hac quidem occasione. Athenienses, cum Syracusas obsiderent, & crebro gerras poscerent, irridentes Siculi gerras clamitabant. Hinc in prouerbium cessit. Vnde & familiares, quique inter se nugas omnes communicant, Congerrones uocantur. Suidas neutro genere γέρρα refert, ut Persicam uocem, quæ quidem tum arma declaret, tū quoduis defensaculum,

ſaculum. Etymologicon Græcum addit, apud Siculos naturam muliebrem gerron appellari. γέρρα namque dici, commutatione literæ, quaſi δέρρα. Δέρας autem apud Græcos pellem ſignificat, & gerra proprie defenſacula ſunt pellicea. Plautus in Pœnulo: Scitum per tempus hoc iam eſt uerbum, ſi uerbum uetus. Nam tuæ blanditiæ mihi ſunt, quod dici ſolet, gerræ germanę. Ædepol liræ, liræ. Germanas dixit, nõ Germanicas, abſit, ſed meras, ac ueras nugas. Quod autem Plautus uocat liræ, Græci dicunt λῆρον, ſiue ληρήματα. Vocem dictam putant a λήθω, & ῥέω, quod dictum fallens memoriã, excidit. Quemadmodũ & φλύαρον, & φλυαρίαν dictam à φλύω, & ῥέω, qd̃ ſuperfluant, exundentque uerbis garruli. Apud hunc ipſum Plautum & Perſolas nugas legimus, opinamur ob montes aureos, qui apud Perſas eſſe perhibentur.

Qui ſemel ſcurra, numquam paterfamilias.

Qvi ſemel ſcurra, numquam paterfamilias. Porphyrion, enarrans Horatium, admonet fuiſſe prouerbium. Senſus eſt autem, eum, quem ſemel depuduerit, quique contempta fama ſcurram agere cœperit, uix umquam ad bonam frugẽ redire. Scurra gaudet alieno cibo, paterfamilias parat, Vnde domi uiuat. M. Tul. i actione pro Publio Quinctio: Memini, uetus eſt, de ſcurra multo facilius diuitẽ, quam patrẽ familias fieri poſſe. Fortuna crebro largitur opes indignis, at bonam mentem dat nemini.

Aegroto dum anima eſt, ſpes eſt.

Ægroto dum anima eſt, ſpes eſt. Sententia prouerbialis, admonens, ne in afflictiſſimis quidem rebus abiiciendam eſſe ſpem. M. Tull. ad Atticum: Vt ægroto dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur, ſic ego, quo ad Pompeius in Italia fuit, ſperare non deſiti. Sumptum uidetur adagium ex Theocriti Batto:

Θαρσεῖν χρὴ φίλε βᾶττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον:
Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσι, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.
Καὶ ζῶς ἄλλοκα μὲν πέλει αὔριος, ἄλλοκα δ' ὕει.

Hos uerſus non ineleganter uertit Philelphus:

Fidere, Batte, decet: melius cras forſan habebis.
Sperandum eſt uiuis, non eſt ſpes ulla ſepultis.
Nunc pluit, & claro nunc Iuppiter æthere fulget.

Item Euripides in Troadibus:

Οὐ ταὐτό, ὦ παῖ, πῷ βλέπειν τὸ κατθανεῖν
Τὸ μὲν γὰρ οὐδὲν, πῷ δ' ἐνείσιν ἐλπίδες. i.

Non eſt idem, mi gnate, uiuere, ac mori:
Siquidem hoc nihil, ſpes ſunt in illo ſcilicet.

Eodem pertinet fabula de Pãdore pyxide, in cuius ſummo labro ſola ſpes heſerit, reliquis omnibus morbis euolantibus.

Ad uiuum reſecare.

M. Tvll. lib. De amicitia, Ad uiuum reſecare dixit, pro eo, quod eſt, rẽ exactius, quã ſat eſt, ac moroſius excutere. Sed hoc, inquit, primum ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe. Neque id ad uiuũ reſeco, ut illi, qui hæc ſubtilius diſſerũt. Mutuo ſunt metaphora a tonſoribus, capillos, aut ungues reſecantibus. Nam ij ſæpenumero moleſti ſunt, dum nimium diligentes eſſe ſtudent. Idem in libris De finibus, dixit, Preſſius agere, pro exactius, & accuratius. Plautus in Bacchidibus, ſub perſona Chryſali: Tondebo auro uſque ad uiuam cutem. Et hoc ipſum Tondere, pro deludere, Græcis in prouerbio eſt.

Hoſtimentum eſt, opera pro pecunia.

Hostimentvm eſt, opera pro pecunia. Hoc adagium admonet, nihil gratuitũ eſſe debere, ſed officiũ beneficio penſandum. Hoſtimentum autẽ, auctore Pompeio Feſto, beneficii penſatio eſt, a priſco uerbo Hoſtire, & Redoſtire, quod eſt, paria referre. Ab eodem hoſtẽ dici putat Nonius, quod ex æqua cauſſa pugnam ſuſcipiat. Sic Iena apud Plautum in Aſinaria adoleſcenti reſpondet ſua exprobranti beneficia. Hoſtimentum eſt opera pro pecunia. Hoc eſt: Neuter habet, quod imputet alteri. Tu mulierem amabas, miſſa eſt. Ego pecuniã dedi ſti. T. Liuius: Nũquam nec opera ſine emolumentũ, nec emolumentũ ſeruis ſine impenſa opera eſt. At in amicorum officiis alia ratio eſt, nec enim liberatur a debẽda gratia qui gratiam retulit, nec permutatione officiorum fit, ut neuter alteri quidquã debeat. Confine illis, Manus manum fricat, & Scalpentem ſcalpe.

Vtramque

Vtramque paginam facit.

Plinivs Hiſtoriæ mundi libro ſecundo, ca. 7. de fortuna loquens, Huic, inquit, omnia expenſa, huic omnia feruntur acceptа: & in tota ratione mortaliũ, ſola utrãq; paginam facit. Prouerbii faciem habet illud, Vtramque paginam facit, ſumpta metaphora a codicillis rationabilibus, duas habentibus paginas; alterã, quæ indicat, quid ſit datum; alteram, quæ, quid acceptũ ſit, oſtendit. Itaque in rebus humanis fortuna utramque facit paginam, id eſt, ſiue, qd obtigit boni, ea laudatur, quaſi dederit; ſiue mali quid accidit, eadem inceſſitur, ceu malorum auctor.

Nec omnia, nec paſſim, nec ab omnibus.

Οὔτε πάντα, οὔτε πάντῃ, οὔτε παρὰ πάντων, i. Nec omnia, nec paſſim, nec ab omnibus. Admonet adagium, in muneribus accipiendis non ſolum uerecundiam adhibendam eſſe, uerum etiam delectũ. Sunt enim quædam, quæ neutiquam decorum ſit accipere. Eſt item locus, eſt tempus quo pulchrum ſit recuſare munus oblatum. Sunt quidam, a quibus inhoneſtum ſit admittere donum. Laudat Horatius Telemachum Homericum, qui equos ab Menelao oblatos recuſarit. Hoc adagium citatur ab Vlpiano in Pandectis libro primo, titulo de officio proconſulis, ex epiſtola DD. Seueri, & Antonini imperatorum. Verba ipſa ſubſcribamus. Quantum, inquit, ad xenia pertinet, audi, quid ſentiamus. Græcũ prouerbium eſt, οὔτε πάντα, οὔτε πάντῃ, οὔτε παρὰ πάντων. id eſt, Nec omnia, nec paſſim, nec ab omnibus. Nam inhumanum, a nemine accipere, ſed paſſim, uiliſſimum eſt: & omnia, auariſſimum. Hactenus illi. Græca uerba in omnibus exemplaribus deſiderabantur. Ea Politianus ex archetypis reſtituit, ne quid hunc interim debita fraudemus laude. Alluſit huc Theocritus in Thionycho:

-Αἰτεύμενος οὐκ ἀναιδέων
Οἷα χρὴ βασιλῆ· αἰτεῖν δὲ δεῖ οὐκ ἐπὶ παντί. i.

-Non ſolet ille negare rogatus
Principe digna, nec eſt de re quacunque rogandum.

Tempus omnia reuelat.

Tertvllianvs, quẽ D. Cypria-

nus præceptorem ſuum appellare conſueuit, in apologetico contra Ethnicos, Bene autem, inquit, quod omnia tempus reuelat, teſtibus etiam ueſtris prouerbiis, atque ſententiis. Aulus Gellius Noctium Atticarum lib. 12. cap. item 12. citat in hanc ſentẽtiam hos Sophoclis uerſus:

Πρὸς ταῦτα κρύπτε μοιῇ, ὡς ἀπαν θ' ὁρῶν
Καὶ πάντ' ἀκούων, πάντ' ἀναπύοτει χρόνος. i.

Ob iſta, ne quid occulas, ſi quidem intuens
Cuncta, audiensq; cuncta proferet dies.

Idem in Aiace flagellifero:

Ἀπαν δ' ὁ μακρὸς κ' ἀναρίθμητος χρόνος
Φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται. i.

Cuncta pariter immenſus ordo temporũ
Occulta prodit, & idem prodita occulit.

Eodem in loco Gellius admonet, quendam ueterum poetarum Veritatem temporis filiam uocaſſe, quod, licet aliquando latent, tamen temporis progreſſu in lucem emergat. Fertur in eandem ſentẽtiam hic quoque ſenarius prouerbialis:

Αγει δὲ πρὸς φῶς τ' ἀλήθειαν χρόνος. i.

At ueritatem tempus in lucem truit.

Et alter huic adſimilis.

Πάντ' ἀνακαλύπτων ὁ χρόνος πρὸς φῶς φέρει. i.

Omnia ſub auras tempus aperiens refert.

Idem opinamur ſenſiſſe Thaletem, cum ait, τ' χρόνον σοφώτατον ἁπάντων· ἀνεύρίσκειν γὰρ τὰ πάντα. Hoc eſt. Tempus omnium eſſe ſapientiſſimum, ut quod cuncta reperiat, eruatq;. Nec aliud Pindarum in Olympiacis, cum ait:

Αμεραὶ δ' ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι. i. Poſteri dies ſapientiſſimi teſtes.

Idem alibi tempus omnium parentem appellat, quod nihil non fiat progreſſu tẽporis:

Αποίητον οὐδ' ἂν χρόνος ὁ πάντων πατὴρ
δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος. i.

Ne tempus quidem rerum omnium pater, poſſit quod factum eſt infectum reddere.

Habet eandem ſententiam Pindarus cũ aliquot locis, tum Olymp. 10.

ὅτ' ἐξελέγχων μόνος
ἀλάθειαν ἐτήτυμον
χρόνος, τὸ δὲ σαφανὲς ἐὼν πόρσω
κατέφρασεν. i.

Et ſolum tempus quod ueritatem certã prodit, quodq; latebat in obſcuro, progrediens

diens enarrauit. Huc allusisse uidetur Virgilius in sexto:

-Subigitq; fateri.
Quæ quis apud superos furto lætatus inani
Distulit in seram commissa piacula mortem.

Neque discrepat Euangelicum dictum apud Matt. ca. 11. οὐδὲν ἐστὶ κεκαλυμμένον ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται. καὶ κρυπτὸν ὃ οὐ γνωθήσεται. i. Nihil opertum, quod non reuelabitur; & occultum, quod non scietur. Plutarchus in Problematis caussam inquirit, cur antiquitus operto capite res diuina Saturno fieri consueuerit. Atque id significatum arbitratur, quod ueritas plerumq; tecta, ignorataq. fit, sed eadem aperitur tempore. Saturnus enim temporum auctor, ac Deus fingitur. Nã χρόνος Saturnus, κρόνος tempus. Nec aliud sensit T. Liuius, cum ait lib. 22. A ueritate laborare nimis ius sæpe aiunt, exstingui numquam. Seneca lib. De ira 2. Dandum semper tempus est: ueritatẽ enim dies aperit.

Alpha pęnulatorum.

MARTIALIS epigrammatum lib. 2.

Quem nõ lacernis Publius meus uincit,
Non ipse Codrus, Alpha pœnulatorum.

Alpha uocauit præcipuum, & quasi primatem, prouerbiali nimirum figura. Idem alias iocatur in quendam, offensum, quod eum dixisset Alpha, monetq;, vt huius iniuriæ talionem faciat, seq. uicissim Beta, si uelit, appellet. Translatum a notulis literarum, quibus Græci numerum indicant. Eosdem signiferos, & antesignanos appellant, metaphora sumpta a militia. Quamobrem autem alpha inter literas primum obtineat locũ Plutarchus non inscite caussas reddit τῷ συμποσιακῶν προβλημάτων. Decade nona. Protogenes grammaticus e suo ludo caussam adducit, primũ, uocales iure præferri consonantibus, quod citra illarum adminiculum sonent, deinde, uocales ancipites merito præferri longis, ac breuibus, quod utriusque generis uim complectantur. Cæterum inter ancipites recte primum locum alpha tribui, quod in conficiendis syllabis, iota & ypsilon sequatur alpha, uelut in αὔριον, αἶας. Alpha numquã sequatur illas duas, ut eandem efficiãt syllabam, sed resilit, & propriũ tuetur principatum. At Hammonius mox diuersam allegat caussam, Cadmum ob id alpha principem inter literas locum tribuisse, quod Phęnicum lingua bos alpha uocetur, cui primum locum attribuendum putarit, non secũdum, aut tertium, quemadmodum fecit Hesiodus:

Οἶκον μὲν πρώτισα, σωαῦκά τε βοῦν τ' ἀροτῆρα. i.

Primum ędes, deinde vxorem, inde bouẽ agricolantem.

Nam his præsidiis putat opus esse, si qs cupiat famem, ac paupertatẽ effugere. Rursum Plutarchus addit hanc caussam, se a Lampria suo didicisse auo, Primam vocem naturalem, & articulatam reddi per alpha, propterea quod spiritus, qui est in ore, potissimum formatur, ac fingitur motu labiorum. quibus diductis, primum hic egreditur sonus mire simplex, & nullius indigẽs negotiis, vt neque linguę requirat auxiliũ, sed ea subiacẽte per spatium efferatur. Vnde & pueri nascentes, primum hanc edunt uocem. Disputatur & apud Platonẽ de alpha inter literas principatu. Quin & illa prouerbium sapiũt, Primas tenere, Primas deferre, siue tribuere: &, Non posteriores feram. quæ metaphoræ sunt a partibus histrionum in fabula, & apud Græcos, πρωτοδίδοσθαι τὰ πρῶτα δοῦναι: καὶ τὰ πρῶτα φέρειν. Quod a fabularum actoribus sumptũ apparet, inter quos primas agunt, qui maximam fabulæ partem sustinent, secundas, ac tertias, qui illis sunt inferiores. Quamquam & in caussarum actionibus sunt πρωτολογίαι, δευτερολογίαι, & τριτολογίαι, quẽadmodũ sunt πρωταγωνισταὶ, δευτεραγωνισταὶ, & τριταγωνισταὶ, quæ si cõmode transferuntur, speciem habent prouerbii.

Saliuam imbibere.

DIVVS Hieronymus, in Euãgelia præloquens, Quis enim inquit, doctus pariter, uel indoctus, cum in manus uolumen assumpserit, & a saliua, quam semel imbibit, uiderit discrepare, quod lectitat, nõ statim erumpat in uocem? Elegãter profecto, prouerbialiq; figura dixit, Et a saliua, quam semel imbibit, id est, ab illo gustu, quo puer imbutus est. Sumpta metaphora ab infantibus, quibus præmansum cibum nutrices in os inserunt, non sine saliua. Cui cum assueuerint, nihil iam illis sapit, quod ab illius primæ saliuæ gustu diversum sit. Proinde

inde modis omnibus curandum, ut optimis assuescamus. Idem solet accidere plerisque nostrum, ut, quidquid dissideat ab ijs, quæ primis illis annis imbibimus, protinus displiceat. Aiunt & canes eos amare, quorum saliuam gustarint. Verum malim ad superiorem metaphoram referri. Huc spectare uidetur & Persianum illud:

Inq. luto fixum possis transcendere nummum,
Nec gluto sorbere saliuam Mercurialem.

Quamquam magis referendum esset ad ficos Mercuriales, de quibus alias diximus: quos ioci caussa quidam saliua oblinebãt, ut ludibrio essent, qui tollerent, cum consimilem lusum præmiserit de nummo infixo luto. Illud certe pertinet ad hoc prouerbium, qđ est apud eundem in 6. Satyra:

Nec tenuem solers turdorũ nosse saliuã.

Saliuam pro gustu dixit.

Quo semel est imbuta, &c.

HVIC non dissimile est Horatianum illud:

Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu.

Proinde recte monet Fabius, ut statim optima discantur, propterea quod nihil hæret tenacius, quam id, quod rudibus annis perceperimus. Et Aristoteles lib. Moraliũ Nicomachiorũ secundo: εἰ μικρὸν ἕν διαφέρει τὸ ὕτως ἢ ὕτως ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ πάμπολυ μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν. i. Itaque nõ parui refert, hoc, an illo pacto potinus a pueris consuesiamus, immo plurimum interest, uel potius omne in eo momentum est situm. Et Virgilianum illud ἐπιφώνημα, in Georgicis:

-Adeo a teneris consuescere multum est.

Augiæ stabulum repurgare.

Αὔγειον βυσσία, i. Augiæ bubile. Allegoria prouerbialis in hominem, aut in rem maiorem in modũ inquinatam. Lucianus in Pseudomãte: καὶ γὰρ αὐγείου βυσσίαν, οἱ καὶ μὴ πᾶσαν, ἀλλ' εἰς δυνάμιν γε τὴν ἐμαυτῷ ἀνεκαθήρασθαι πειράσομαι. i. Et Augiæ bubile, si non omne, at certe pro mea uirili conabor submouere. Ostẽdit autem, huius stabula tantum habuisse congesti fimi, quantum ter mille boues pluribus annis reddere potuerint. Huius mentionem facit & Pausanias in Eliacis, deq. bubus, & fimo nonnihil meminit. In Græcis epigrammatis recensetur inter Herculis labores Augiæ stabulum repurgatum. Quin & Seneca ludicro libello de morte Claudii Cæsaris usurpat hoc prouerbium. In quos inquit, si incidisses, ualde fortis licet tibi videaris, maluisses cloacas Augiæ purgare, multo plus ego stercoris exhausi. Etiamsi prouerbium omissum erat in exemplari, quod primũ secutus est Frobenius, id nos restituimus ex exemplari, cuius nobis copiam fecit ex sua bibliotheca collegiũ liberales artes profitentium, in florẽtissima Louaniẽsium Academia. Neq. enim æquũ arbitramur imputari uniuersitati, quod paucorum seniculorum cõspiratione, tam odiose repugnatum sit hic bonis literis, ac linguis. Gregorius Theologus ad Basilium Magnũ: πῶς, inquit, παρέλθω τοὺς ἀκήπους κήπους ἐκείνους καὶ ἀλαχάνους, καὶ γὰρ αὐγείου κόπρον ἐκ τῆς εἰκίας ἐκκαθαιρομένῳ, i. Quomodo prætercam hortos illos incultos, & holeribus uacuos, atque Augiæ stercus ex ædibus repurgatum? Sentit, uitã luxu perditam in melius correctam.

Periculosum est, canem intestina gustasse.

Χαλεπὸν χορίων κύνα γεύσαι. i.
Intestina canem semel adgustasse, periclũ est.

Prouerbiali allegoria dictum est a Theocrito in Idyllio decimo. Admonet adagiũ, haud facile temperare a peccando, qui semel illecebram illam, uelut auctoramentum uitiorum, degustarit. Quemadmodũ, qui semel scortum attigerit, qui semel periurio, siue furto rem auxerit, qui semel aulicam uitam sit expertus. Effertur & ad hunc modum apud Lucianum: εὖ κύων παύσαιτ' ἂν, ἅπαξ σκυτοτραγεῖν μαθών, id est. Neque canis desiturus est, q. semel corium edere didicerit. Theocriti Scholiastes indicat, hoc prouerbium & hũc i modũ efferri, χαλεπὸν μαθοῦσα κύων σκυτοτραγεῖν, id est, Periculosa res est canis, quæ didicit arrodere coria. Horatius in Sermonibus simili figura dixit:

-Quæ si semel uno
De sene gustarit, tecum partita lucellũ,
Vt canis à corio numquam absterrebitur uncto.

Canis circum intestina.

Κύων πὰρ ἐντέρους, i. Canis iuxta intestina.

na. Dicebatur, ubi quis res eas, quarum esset cupientissimus, propositas conspiceret, quibus frui tamen non liceret. Canes enim oberrant circum intestina, deuoraturi, nisi fustem timerent. Suidas arbitratur accommodari posse in res inutiles, & insua ues: intestina enim non facile deglutiri a canibus, ac deuorata reuomi plerumque.

Aureæ compedes.

Χρυσαῖ πέδαι, i. Aureæ compedes. Pro uerbiali metaphora dicitur seruitus splendida, & amabilis, qualis est fere aulicorum uita. Diogenes in epistola quadam scriptũ reliquit, Aristippum in aula regia aureis teneri compedibus, nec posset auolare. Seneca in dialogo quodam affectus, & rationis, Stulti est, inquit, compedes suas, quãuis aureas, amare. Loquitur de uxore formosa. Horatius item de amica formosa:

Tenetq; grata
Compede vinctum.

Herculana scabies.

Ηράκλειος ψώρα, i. Herculana scabies: de scabie iucunda, facileq. sanabili, interprete Suida, aut quæ desideret Herculana, id est, calida balnea. Narrant enim, Herculi, laboribus illis ingentibus fatigato, Palladem, ac nymphas crebro balnea feruẽtia suppeditasse. Vsum huius adagii non indicat neque Zenodotus, neque Suidas. opinamur autem dici posse uel in eos, qui multo studio, aliove labore valetudinem offendunt, ut quibus aliquo laxamẽto sit opus; uel i eos, qui, blãdis adulationibus deleniti, ueluti iucunda quadam scabie pruriũt.

Herculanus morbus.

Ηράκλειος νόσος, i. Herculanus morbus. Hunc Dicæarchus apud Zenodotum, eum existimat esse, quem alii sacrum, alii comitialem appellant. Est autem ex eorum numero, quibus nulla medicorum ope succurri potest: propterea quod diuinitus immitti creditur, eoq. cognomẽ additum est sacro. Appuleius in prima defensione, diuinum appellatum putat, quod diuinam, id est, rationalem, animi partem uiolet. Nasci, quoties caro in humorem crassum, & spumidum, inimico igni conliquescit. Signa esse, graue caput, ceruicem torpẽtem, tempora pulsata, auris præcipue dextræ tinnitum. Deprehendi potissimum incenso lapide gagate, & rotæ figularis circumactu. In hunc aiunt Herculem incidisse, uel propter immensos labores, uel immittente Iunone. Heraclitus arrogantiam sacrum morbum uocauit, uel quod id mali summos plerumque uiros cõsequi soleat, uel quod sola mors remedium afferat. Herodotus in Thalia refert, Cambysen, huic obnoxium morbo, quosdam sibi maxime familiares per insaniam occidisse. Herculem item liberos suos interimentem inducunt tragici poetæ. Herculanus appellatus uidetur, quod, ut ille inuictus, ita hic nulla medicorum ope superabilis. Quanquam Aristoteles in Problematis sectione trigesima, problemate iuxta Theodorum primo, putat Herculem uere huic morbo obnoxium fuisse, atque omnes adeo, qui uel ingenio, uel studio philosophiæ, uel in administranda repub. uel in aliis artibus excelluerunt, atræ bili obnoxios fuisse. Sane non uidemus, quamobrem hoc debeat inter adagia referri, nisi sacrum, aut Herculanum morbum appellemus tumorem animi, aut aliud aliquod uitium insanabile, quod genus est in senibus auaritia, in mulieribus loquacitas. Nam in omnibus fere Græcorum Collectaneis prouerbii titulo recensetur.

Io Pæan.

Io Pæan, acclamatio prouerbialis, qua consueuimus uti, re gnauiter, & feliciter peracta, Cui non dissimile uidetur illud Homericum, βαλλ' ἴτως, & apud Latinos, Macte uirtute. Athenęus ex Clearchi primo de prouerbiis libro citat, ἴη παιῶν, ἴη παιὰν, id est, Ie pæon ie pæan. Nam utroque modo scriptum reperitur. Natum hinc existimant: Cum Latona ex Chalcide, Eubœæ ciuitate, Dianam, & Apollinem in Delphos transportaret, euenit forte fortuna, ut iuxta specum, in quo Pytho latitare dictus est, præteriret. Vbi uero iam prosiliens Pytho impetu ferretur in illos, Latona, mulierum more, territa, filii auxilium inclamauit his uerbis, ἴη παῖ, id est, iaculare fili. Ibi Apollo, qui tum forte gestabat arcum, misso telo, Pythonem interemit. Inde uox deflexa est, ut diceretur ἴη παιῶν. Idque, cum ter iterari cõsueuerit in sacris Apollini factis, quidam arbitrantur primum ortum esse carmen Hexametrum Heroicum, & Iambicum trimetrum.

Eteimn,

Etenim, si pronuncies primis productis syllabis.

Ιη παιὰν, ἴη παιὰν, ἴη παιὰν,

Hexametrum erit, meris constans spondeis, sin primis correptis, iambicũ erit trimetrum puris iambis absolutum. Cuius rei meminit etiam Terentianus grammaticus. Itẽ Iulius Pollux in quarto demonstrat, in Pythicis ludis quinque fuisse cantus species. πεῖρα, repræsentari Apollinẽ certaminis dispicientẽ locum: καταπελάσμῳ prouocantem Pythonẽ, ἰαμβικῷ pugnantem, σπονδείῳ, vincẽtem, κατάχορδοι, ouantem. Hinc uulgo prouerbij uice receptum est, ut, re feliciter peracta, acclamem, ἴη παιὰν. Latini uidẽtur η, in ω mega commutasse. Ouidius in opere de Arte amandi:

Dicite Io pæan, & Io bis dicite pæan,
Decidit in casses præda petita meos.

Et in triumphis acclamabatur, Io triũphe: Horat. in Odis:

Non semel dicemus Io triumphe.

Nemo mortalium omnibus horis sapit.

Plinius lib. 7. cap. De præstantia gentiũ, Si uerũ facere iudiciũ uolumus, ac repudiata omni fortunæ ambitione decerne re, mortalium nemo est felix. Abunde igitur, atque indulgẽter fortuna decidit cum eo, qui iure dici non infelix potest: Quippe vt alia nõ sint certe, ne lacessat fortuna, metus est. Quo semel recepto, solida felicitas non est. Quid, quod nemo mortalium oĩbus horis sapit? Vtinamq. falsum hoc, & non a uate dictum quam plurimi iudicẽt. Ex quibus Plinij verbis conijcere licet, eã vocem, Neminẽ omnibus horis sapere, velut oraculo proditam, in vulgi sermonem abijsse. Sẽsus vel citra interpretem liquet: nempe, neminem esse, q non aliqua parte uitæ desipiat, ac peccet. Porro stultitię comes est infelicitas. Aut certe, si quod incidit infortunium, id stultitiæ solet imputari, Eodem pertinet, quod paullo post eodẽ in loco subnectit, Alius de alio iudicat dies, supremus de omnibus. Exstat apud Aristophanem in Ranis, & huiusmodi senarius, quem illic indicat Euripidis esse:

Οὐκ ἐστὶν ὅς τις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.

i. Haud uiuit ullus omnib. felix modis.

Item Euripides in Supplicibus:

Τῶν γὰρ ἐν βροτοῖς
Οὐκ ἐστὶν οὐδὲν διὰ τέλους εὐδαιμονῶν. i.

Siquidem vniuersis rebus in mortalium
Nil continẽter, & undecũq; prosperũ est.

Ad eundem modum Horatius.

Nihil est ab omni
Parte beatum.

Simonides, apud Stobæum,

Πάμπαν δ' ἄμωμος ἔστις, οὐδ' ἀκήριος. i.

Nemo uacat prorsũ malo, neq; crimine.

Sui cuique mores fingunt fortunam.

Cornelius Nepos in vita Pomponij Attici: Itaque hic fecit, vt vere dictum videatur cuiq; mores fingunt fortunam. Et paullo post in eodem opere. Supra significauimus, suos cuique mores plerunque cõciliare fortunam. E medio uidetur sumpta sententia. Nam plerunque uidemus mala malis euenire, digna dignis, idq. vulgo dictitant, Malus malũ reperit, & κακοῖς πρὸς κακά, id est, Malis, ter mala. Attestatur & versiculus prouerbialis:

Εὐλῷ γὰρ ἀνδρὶ τ' ἔσθλα καὶ διδοῖ θεός.

i. Viro bono fortuna suppeditat bona.

Item Menander citante Plutarcho:

Νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεός. id est,
Nobis enim animus est Deus.

Et apud eũdẽ Heraclitus: ἦθος ἀνθρώπου δαίμων. i. Mores hominis Deus, siue fortuna. Eodem pertinet, quod Alcman scripsit, fortunam esse sororẽ εὐνομίας, πειθοῦς καὶ προμηθείας, i. Rectæ institutionis, persuasionis, & prouidentię, ut refert Plutarchus in commentario De fortuna Romanorũ. Plautus in Trinummo, Sapiens ipse sibi fingit fortunam. T. Liuius Decadis quartæ, libro 1. de M. Portio Catone ita prædicat, In hoc uiro tãta uis animi, ingenijq, fuit ut, quocunque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus uideret. Pacatus in Panegyrico, Sua, inquit, cuique prudentia Deus. Fulgentius in commentarijs Virgilianis citat ex Telesiaco Carneadis, Omnis fortuna in sensu sapientis habitat, Opinamur, idem esse, quod adducit M. Tull. paradox. 5. Tametsi locus is habetur mendosus, emendandus tamẽ ad hunc modum: Cui quidem etiam quæ vim habet maximam, fortuna ipsa cedit, &, sicut sapiens poeta dixit, Suis cuique moribus fingitur. Sentit enim fortunam fingi cuique suis moribus.

Insanus laurus adest.

Plinius lib. decimosexto, cap. quadragesimo-

gesimoquincto, Iuxta quorũdã distinctionem quarto, In eodem, inquit, tractu portus Amyci est Bebrice rege interfecto clarus. Eius tumultus a supremo die lauro tegitur, quam insanam uocant, quoniam, si quid ex ea decerptum inferatur nauibus, iurgia fiant, donec abijciatur. Hactenus Plinius. Nobis non uisum est absurdum hoc adagijs annumerare, quandoquidem res usqueadeo vulgata fuit, vt hinc arbor cognomen inuenerit. Itaque quadrabit in hominem rixarum auctorem, ut sunt non nulli, qui quocunque se uertunt, iurgia suscitant.

Apologus Alcinoi.

Απόλογος ἀλκινόου, idest, Apologus Alcinoi, de longis, & anilibus fabulamentis. Refertur a Diogeniano, & Iulio Polluce libro 6. Sumptũ ex Homeri Odyssea, vbi Vlysses in conuiuio Alcinoi, Phęacum Regis, prodigiosas, ac deridiculas fabulas, & portẽtuosa mẽdacia cõmemorat de Lotophagis, Lęstrigonibus, Circe, Cyclopibus, atq; id genus alijs plurimis miraculis fretus videlicet Phæacum inscitia, barbaricq. Plato de Republica li. decimo. Αλλ' ὁ μέν τοι σοι ὦ δ' ἐγὼ ἀλκινόου γε ἀπόλογον ἐρῶ, ἀλλὰ ἀλκίμου μὲν ἀνδρὸς ἥρος τοῦ ἀρμενίου, τοῦ γένος παμφύλου. i. Haud tibi sum narraturus Alcinoi apologum, sed excellẽtissimi viri Eris Armenii, genere Pamphyli. Narrat ãt eo in loco fabulam, quę cum Lestrygonum, Cyclopumq. figmento facile certare possit. Scribit enim, cum hic inter multos cecidisset in prælio, decimoq; post die cadauera cæsorum tollerentur, reliquis putribus, huius unius cadauer integrum, atque incorruptum adhuc apparuisse, domumq; deportatum, ut iustis cæremoniis sepeliretur, die duodecimo, cum esset imponendus rogo, reuixisse, ac prodigiosa quædam narrasse, quę diebus illis decem apud inferos, tum iens, tum rediens conspicatus esset.

Canina facundia.

Sallvstivs apud Nonium Marcellum, in dictione Rabula, Canina, vt ait Appius, facundia exercebatur. Quod quidem Appii dictum apud eruditos scriptores in adagionẽ cessit in quosdam, qui tãtum ad maledicendum eloquẽtiæ studium exercerẽt, a rixa canũ, & ob latratu sumpto epitheto. Siquidem, ρ, literã, quæ in rixando prima est, canina uocatur. D. Hieronymus in epistola ad Rusticum monachum, Pomparum ferculis procedunt in publicum, vt caninam exerceãt facundiam. Idem obtrectatores suos subinde canes appellat. Sumptũ a genere philosophorũ, quos κυνικοὺς appellant, siue ob sordidã uitam, siue qd obuios quosque mordent, cum mẽdicato viuant, more canum.

Iliensis tragædos conduxit.

Ιλιὰς τραγῳδὸς ἐμίσθωσε, i. Iliẽsis tragœdos conduxit. Vbi quis vltro prouocat quempiam, vnde sua audiat probra, veluti si Troiani accersant histrionẽ, qui ipsis calamitates, quas semel pertulere, denuo quasi renouet. Lucianus in Pseudologista: Επεὶ γὰρ κῷτιλω παροιμίαν ἰλιὰς ὢν τραγῳδὸς ἐμισθώσω. i. Posteaq̃. n. iuxta prouerbium, Iliensis cum sis, tragędos cõduxisti. Idẽ alibi, τὰ γοῦν ἡμῖν ἰλιέων ἀτεχνῶς πεπόνθαμεν, τραγῳδὸν τίνα τοῦτον, ἐφ' ἡμᾶς κεκινήκαμεν, ἀσύμφορον τοῖς φρυγῶν συμφοραῖς. i. Itaq. plane idẽ nobis accidit, quod Iliensibus, vt qui istum ceu tragædũ quempiam aduersus nos excitauimus, qui Phrygum cantet calamitates.

Tribus minis insumptis, duodecim imputat.

Ironia prouerbiali apud Aristophanem in Pluto:

Καὶ μὴν φίλος γ' ἄν μοι δοκῇς νὴ τοὺς θεοὺς
Τρεῖς μνᾶς ἀναλώσας γε λογίσασθαι δώδεκα. i.

At certe amicus ut uidetur per deos,
Vti pro minis tribus imputes duodecim.

Quadrabit in eos, qui non nisi compendii sui gratia colunt amicos, & pro quãuis exiguo officio, multum beneficiorum expectant. Vulgo item aiunt. Pileum donat, vt pallium recipiat.

Oculus dexter mihi salit.

Αλλεται ὀφθαλμός μου ὁ δεξιός. i.
Salit mihi oculus dexter.

Vbi spes est, visuros nos lætum quippiã, & vehementer exoprandum. Ductũ a muliercularum superstitione, quę ex membri pruritu diuinare solent, quid sit euẽturũ. Vnde illa apud Plautum nõ semel obuia, Prurit mihi tergum, pruriunt dentes, pruriunt pugni, &, Vtrum dentes tibi pruriũt, an malæ? Theocritus in Amaryllide:

Αλλεται

Αλλεται ὀφθαλμός μοι ὁ δεξιός. ἀράγ' ἴδησῶ
Αὖταν. idest,

En oculus dexter salijt mi. illã ne uidebo.

Est etiam apud Plautũ: Supercilium salit. Hodieque per iocum aiunt sibi dextrã tinnisse aurem, significantes alicubi sermonem de se absentibus factum cum laude. Idq; Plinius testatur, vulgo quandoq; creditum fuisse, ut, qui laudaretur absens, ei dextra tinniret auris, qui uituperaretur, sinistra. Lucianus in Dialogis meretricijs ἤπου, ὦ παρμένων, ἐβόμβει τὰ ὦτα ὑμῖν, ἀεὶ γὰρ ἐμέμνητο ἡ κεκτημένη μετὰ δακρύων. i. Num uobis tinniebant aures, Parmeno? Nam hera assidue cum lacrymis uestri meminerat.

Nebulæ in pariete.

Avsonivs in epistola quadã ad Gregoriũ filium, nebulas in pariete dixit, pro re nihili, somnijq; simillima. An nunquã, inquit, uidisti nebulam pictam in pariete? Carminis, quod ei subscribitur epistolæ, lemma significat friuolum, ac uanum. Nã nebula res est inanior, quàm ut coloribus exprimi queat.

Ne sis patruus mihi. Sapere patruos.

Patrvorvm in nepotes, ceu peculiaris, genuinaq. seueritas, prouerbio locum dedit Horatius in Odis.

Metuentis patruæ uerbera linguæ.

Patruam linguã uocat seuerã, & obiurgatricem. M. Tullius aduersus Herẽnium: Fuit in hac caussa quidem patruus, censor, magister. obiurgauit M. Cœlium sic, ut neminem unquam parens. Horatius:

-Siue ego prauæ,
Seu recte hoc uolui, ne sis, patruus mihi.

Idest, ne me castiges. Ad hanc formam pertinet illud Persianum:

Cum sapimus patruos.

Idest, Postquam, abiectis puerilibus nugamentis, seueros mores induimus. Idem, Horatium æmulatus, ut solet, dixit. Ne sis mihi tutor, idest, ne mihi perscribas, atque imperes.

Saxum voluere.

Λίθον κυλινδεῖν, i. Saxũ uoluere, dicuntur, qui inexhausto quopiam, atq; inutili labore fatigantur. Terentius in Eunucho: Satis diu iam hoc saxum voluo. Donatus admonet, prouerbium fuisse in eos, qui inextricabili sudore, sed inutile affligerẽtur. tractumq; putat à notissima Sisyphi fabula, saxũ apud inferos sursum ac deorsũ volentis. Apte uero stolidum militem saxum uocat cui ipse fuerit Sisyphus, ua fer, & callidus.

Capere prouincias. Tradere prouinciam.

Tradere prouinciam, figura prouerbiali, dicuntur, qui negotium aliquod curandum committunt. Capiũt, suscipiuntve prouinciam, qui rei curandæ onus in se recipiunt. Metaphora sumpta est à consuetudine Romanorum, apud quos, qui magistratum gerebant, prouincias alias alij sortiebantur. Exempla passim apud auctores obuia sunt. Terentius in Seipsum excruciãte: Videlicet ille Cliniæ seruus, tardiusculus est. Idcirco huic nostro tradita est prouincia. Idem in Phormione: O Geta, prouinciam cepisti duram. Plautus in Cistellaria. Abi rus, abi directus in tuam prouinciam. Officium illi delegatum prouinciam uocat.

Corinthus, & collibus surgit, & vallibus deprimitur.

Srtabo libro Geographiæ octauo scribit, Corinthios opibus, & artibus egregijs præcelluisse, ceterum regionem illorum non admodum fuisse feracem, quod inæqualis esset, & aspera, ac petricosa. Eamque ob caussam senarium hunc prouerbio iactatum fuisse.

Κόρινθος ὀφρύεταί τε καὶ κοιλαίνεται. i.
Alibi tumet Corinthus, aliubi caua est.

Meminit & Eustathius in Bœotiam Homeri. Huiusmodi autem terræ genus non perinde sementi idoneum est, atq. campestris. Id adagium ubi nam possit esse vsui, non satis uidemus, nisi si quis detorqueat ad hominẽ intractabilem, aspero ingenio, & sibi ipsi inæqualem, parumq. secum constantem. Cœlius Rhodiginus etiam atque etiam contendit, adhibendum esse prouerbium, ubi significabimus felicitatem aliquo incommodo uitiatã, ut est fere rerum humanarũ conditio. Quem libentius sequeremur auctorem, si, quod contendit, & asseuerat, uel unius auctoritate probasset.

Crotone salubrius.

Κρότωνος ὑγιέστερον, i. Crotone salubrius. De re nequaquam noxia, sed undequaque saluti-

salutifera. Zenodotus ab animante sumptam parœmiam existimat. Est enim Croton muscæ genus: Theodorus Rediuum uertit. Hermolaus mauult Ricinum dici. Latine placidum, & innoxium, neq. suctu, neque alia quapiam re molestum. Strabo libro Geographiæ 6. tradit hinc ortum, quod Crotoniatarum locus longe saluberrimus olim fuerit iudicatus, uel hoc argumento, quod breui temporis spatio quam plurimos produxerit, tum athletas, tum philosophos, hoc est, corporibꝰ pariter, atque animo præstantes uiros: inter athletas præcipuum Milonem, inter philosophos Pythagoram. Idem eodem libro tradit, Myscellam, & Architam pariter. Delphos adiisse, ut de urbe condenda consulerent oraculum, & alterutrum pollicente deo, Architam opes delegisse, Myscellum loci salubritatem: illum itaque Syracuses condidisse, hunc Crotonem, quam urbium altera cessit in prouerbium opulentiæ, altera salubritatis. Allusit ad hoc prouerbium Pallada in epigrammate:

Οὐκ ἀλόγως ἐν δίζυθίοις δωάμιν τίνα θείλω
Εἶναι ἐφίω, χθὲς γῆν δίζυθον ἐν χρονίῳ
Ἐπιάλῳ κάμνοντι τεταρταίῳ θεὶν ἥψα,
Καὶ γέγονεν ϝαχέως ὀξὺ ἀκρόϝων ὑγιὴς. i.

Diuinum quiddam, uimq; admirabilem inesse
Dizythiis, certe diximus haud temere.
Namq; here, quem febris longa, & quartana tenebat,
Iam delassatum conficiens misere,
Dizython admoui, neq. erat mora lõga,
Crotone,
Hoc ubi fecissem, sanior ille fuit.

Suida mauult, ad animalis similitudinẽ referri, quod undiq; sui simile sit, nec ullã habeat incisionẽ. Nam ὑγιὲς interdũ integrũ dicitur, ut Integer uitæ, Integer mentis, pro quo Græci ὑγιὲς. Est autem insecti genus, canibus, ac bubus infestũ. Suspicamur esse cuius sine nomine meminit Pli. lib. 11. cap. 34. Sẽper habet caput infixum sanguini, cumq; cibi exitum non habeat nimia satietate dehiscit: Nunquam in iumentis gignitur, in bubus frequens, in canibus aliquando, in quibus omnia: in ouibus & capris hoc solum. Verum pro insecto Stephanus indicat ultimam oportere acui, κροτῶν. Hesychius addit Crotonẽ dici genus gummi Aegyptii, cuius varias medicinas indicat Plinius lib. 24. ca. 11. Quidam aiunt, & Sesamidem dici Crotonem, fortassis eandem, quam Plinius lib. 25. capite quinto, appellat Sesamoides, qd ait helleboro admisceri solitum, quo tutius sumeretur; idest, ni fallimur, hellebori genus, quod Italia ueratrum appellat. Quoniam hæc herba nõ solum corpus morbis alias immedicabilibus liberat uerum, & animum purgat ab insania. Non admodum dissimile ueri videtur, hinc ductum prouerbium, Crotone salubrior. Sesami meminit & Dioscorides. Sesamæ Plin. lib. 15. cap. 7. meminit Sesami, quod sit arboris genus, unde confici solet oleum, quam alii uocant Cyci, voce, ut uidetẽ, Aegyptia, alii Crotonem, alii Rhibim, alii Sisamum sylueſtre. Ibidem indicat, & ex castaneis, & ex oriza fieri simile genus olei. Rursum libro 22. cap. 25. meminit sesamæ, cuius in remediis uarios usus indicat. Ceterum quid sit Dizytum in epigrammate, nondum compertum est, nisi quòd Plinius libro eodem circa finem, ostendit zythum esse potionem apud Aegyptios repertam, ex frugibus, hinc δίζυθον dictũ uidetur, quasi dicas duplicem ceruisiam. Hac sibi medentur & hodie bibuli quidam.

Crotoniatarum postremus, reliquorum Græcorum primus est.

Κροτωνιατῶν ὁ ἔχατος, πρῶτος τῶν ἄλλων ἑλλήνων. i. Crotoniatarum postremus primus reliquorum Græcorum, Strabo libro Geographiæ suæ sexto, prouerbiũ hoc ait ortum ob insignem Crotoniatarum præstantiam in certaminibus Græcanicis. Plurimos enim egregios athletas protulit ea ciuitas, adeo, ut in uno certamine Olympiaco, septem uiri, qui reliquos: uirtute præcesserant, omnes pariter fuerint Crotoniatæ. Huius gentis præcipuum decus Milo, literis omnium celebratus, qui septies cõtinenter uicit Olympia. Hunc, si constitisset, nullꝰ è uestigio poterat educere. Malum tenenti nemo digitum porrigebat. De admirando, nec indigno uita interitu meminit Gellius. Adagioni locus erit, ubi genus aliquod tanto interuallo præcedere dicemus, ut, qui in hoc sit uel infimus, in illo possit primus videri, ueluti si qs dicat in re militari uel ignauissimũ Græcorum præstantiorẽ esse fortissimo Troianorum. Aut, q sit apud Italos infantissimus, apud Gallos

Gallos eloquẽtissimum uideri posse. Aut, qui citharœdus sit deterrimus, eum aulœdorum principem haberi posse.

Ne decima quidem Syracusanorum pars.

Οὐδὲ τῶ δεκάτλω τῶ συρακυσίων ἔχει, i. Ne decimam quidem partem opum Syracusanarum possidet. Strabo libro Geographiæ sexto: Συρακύσας δὲ ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεσεῖν πλοῦτον, ὡς τε καὶ αὐτοὺς ἐν παροιμίᾳ διαδοθεῖναι, λεγόντων πρὸς ϝοῦς ἄγαν πολυτελεῖς, ὡς οὐκ ἂν ἐκγένοιτο αὐτοῖς συρακυσίων δεκάτη, i. Syracusas diuitiarum peruenisse, ut in prouerbiũ abierint. Siquidem de diuitibus, ac splendidis ita dicere solent, Ne decimã quidem Syracusanarum opũ partẽ assequi possent. Significabant autẽ, aliorũ opes, quantumuis amplas, nihil esse ad Syracusanas diuitias. Nonnihil ueneris accesserit prouerbio, si paullo lõgius detorqueatur, ut, si quis prælocutus, Ciceroné lõgo interuallo reliquos omnes post se relinquere, dicat, opulentam quidem, & uberem esse Quinctiliani dictionem, uerum hãc uix esse τῶ συρακυσίων δεκάτλω.

Maleam legens, quæ sunt domi, obliuiscere.

Strabo libro Geographiæ octauo tradit, Corinthiorum urbem, in Isthmo sitã, duos habuisse portus, alterum Asiam uersus, alterum Italiam. Verum, quod freti instar esset, non sine discrimine eo nauigari, uelut olim in mari Siculo, maxime præter Maleam, propter reflantes inde uentos: Vnde & prouerbium celebratum fuisse,

Μαλέα δὲ κάμψας ὀπλάδυ τῶ οἴκαδε. i.

Maleam legens, q̃ sunt domi obliuiscere.

Est autem Malea promontorium Laconiæ, a Maleo, Argiuorum rege, dictũ, quod per quinque passuum millia in mari protenditur, auctore Seruio in 5. Aeneidos, in quo libro Virgilius uidetur ad parœmiam adlusisse, cum ait:

-Maleæq. sequacibus undis.

Item Statius septimo Thebaidos libro:

-Et raucæ circumsonat unda Maleæ:

Item in Tiburtino Manlij Vopisci:

-Si Maleę credenda ratis.

Significat & Homerus libro Odysseę nono, periculosam circa Maleam nauigationẽ fuisse: sic Vlyssem loquentẽ inducens:

Καὶ νύκτεν ἀσκηδὴς ἰκόμλω ἐς πατρίδα γαῖαν,
Ἀλλά με κῦμα ῥόος τε περιγναμπτοντα μάλειαν
Καὶ Βορέης, ἀπέωσε, παρέπλαξεν δὲ κυθήρων. idest,

Forsitan & patrias redijssé sospes in oras,
Sed me, dum Maleã pręteruehor, undaq́ fluctusq́;,
Et Boreas illinc pulsum admouere Cytheris.

Allusit huc Ouidius in Heroinis:

Ausus es, o nimium, nimiumque oblite tuorum,
Tracia nocturno tangere castra dolo.

Nam suorum obliti uidentur, qui sese temere periculis obiiciunt. Quando quidẽ una hæc præcipua caussa vulgus a subeundis uitæ periculis deterret, quod meminerint esse, quibus se saluo sit opus, ut ait Flaccus, & quibus incolumes prodesse tũ debeant, tum possint, exstincti grauem allaturi luctum. Videbimur non intempestiuiter uti hac parœmia, si quando discrimen negotij suscipiendi uolemus ostendere, aut non esse suscipiendum, aut negligendam uitam.

Omnia sub unam Myconum.

Πάνθ' ὑπὸ μίαν μύκωνον, i. Oia sub vnã Myconũ. Strabo Geographiæ suæ lib. 10. Μύκωνος δ' ἐστὶν ἐφ' ᾗ μυθεύουσι κεῖθι τῶ γιγάντων τοὺς ὑς ἀτους, ὑφ' ἡρακλέους καταλυθέντας, ἀφ' ὧν ἡ παροιμία πάνθ' ὑπὸ μίαν μύκωνον, ἐπὶ τῶν ὑπὸ μίαν γράφω ἀγόντον τὰ διηρημένα τῇ φύσει, i. Est aũt Myconus, in qua fabulis proditũ est, positos esse Gigantes postremos ab Hercule confectos. unde ductũ est illud prouerbiũ: Omnia sub unam Myconũ, in eos, qui res natura diuersas eodem titulo cõplectuntur. Quibꝰ ex uerbis magis colligitur vsus adagii, quam ratio: tametsi coniicere licet, quoniã summa Gigantum, & reliquiæ sub Mycono cõderentur, sub ea Gigantes omnes iacere vulgo dictum, cum sub aliis itẽ montibus siti fuerint. Itaque, qui eodẽ in libro grãmatica pariter, & theologica, itẽ dialectica, & iurisconsultorum literas tradat, in eum non iucõcinne dicetur, Omnia sub eandẽ Myconum. Aut ubi diuersa gesta, ab eo, qd̃ postremo loco factũ sit, æstimentur. Est aũt Myconus, ex Cycladibus una, teste Stephano: qui prouerbii quoque facit mentionem in dictione Miconus. At Zenodotus lõge diuersam affert fabulam;

quæ prouerbio dederit occasionē. Heleus, inquit, filiis suis, Hegetori, & Hippocli, mādarat, vt insulas illas in mari spersas subigerent. Deinde, ubi Hegetor multas esset aggressus, Hippocles unā Modo Myconū, uelletq; nihilominus reliquarum etiā omnium ex æquo particeps esse: consuluerunt super hac re oracul um, quę nā insulę Hippocli cederent: Respondit, μίαν μύκωνος, idest, Vna Myconus. Vsus est eleganter Plutarchus primo συμποσιακῶν lib. μίαν μύκωνον ἀποφλώας τὸ συμπόσιον. i. Vnam Myconum faciens conuiuium. significans indistinctos adhuc conuiuas. Vnde & de indiscretis dictum apparet.

Lerij mali.

Λέριοι κακεί, i. Lerij mali. In eos recte dicetur, qui pariter omnes gētes vitio sunt improbi. Leriorum enim populus, ob insignem morum improbitatem, in prouerbium abijt, auctore Strabone libro Geographiæ 10. Citatq Phocylidis nescio cuius uerba hęc: Λέριοι κακοί, οὐχ ὁ μέν, ὁς δ' οὐ. πάντες, πλὴν παξοκλέους, καὶ παξοκλέης λέριος. i. Lerij mali, non ut hic malus, ille nequaquam: uerum omnes, excepto Patroclo. Et Patroclus est Lerius. Leria insula est una ex Sporadibus contra litora Cariæ, quam Plinius Leron appellat, cum alijs aliquot locis, tum lib. 5. cap. 21. Quod hic dictum est in Lerios, Græca epigrammata detorquent in Chios: Epigramma sic habet:

Καὶ τόδε δημοδόκου, χῖοι κακοί, οὐχ ὁ μὲν, ὁς δ' οὐ
Πάντες πλὴν προκλέους, καὶ προκλέης δὲ χῖος. idest,
Hoc quoque Demodoci, Chius malus, haud quidem hic, hic non:
Omnes absque Procle, Chius at ipse Procles.

Apud Strabonē Græcum scriptura mendosa est, cum προκλέης legendum sit, non παξοκλέης. Interpres usus est codice castigatiore. quin ipsa carminis ratio reijcit, παξοκλέης. Si addas, καὶ τόδε δημοδόκου, plenum erit distichon. Id redderetur uenustius, si ab hoīe ad rē deflexeris: ut, si dicas, omnes prognostæ uani, uno excepto Venātio: & tamen prognostes est Venantius. Impii sunt milites omnes, uno excepto Langio: & tamen miles est Langius. Græcorū prouerbium imitatus est Ausonius in Siluium quendam, cognomento bonum, natione Brittonem, quæ natio & hodie apud Gallos vulgo male audit.

Ad Phasim usque nauigauit.

Auctore Strabone libro Geographiæ undecimo, Phasis est Euxini sinus, & extremæ nauigationis meta, uel teste prouerbio:

Εἰς φᾶσιν, ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος. i.
Ad Phasim ubi supremus cursus nauibus.

Per phasim, Cholchidem significauit, non flumen Phasim, neque urbem eiusdē nominis ad flumen sitam. Theocritus in Idyllio N.

Πεζὸς δ' ἐς κόλχους τε καὶ ἄξενον ἵκετο φᾶσιν. idelt,
Et Colchos pedes, & te accessit inhospite Phasis.

Pindarus consimili figura in Isthmiis hymno B. ἀλλ' ἐπέρα ποτὶ μὲν φᾶσιν θερείας, ἐν δὲ χειμῶνι πλέων νείλου πρὸς ἀκτάς. i. Sed transibat ad Phasim quidem mensibus æstiuis, hieme uero nauigans ad Nili ripas: idest, a Colchide in Aegyptum. Strabo enim putat, Phasianos ab Ægyptiis oriundos. argumentum sumens ex uiu lineorum, quorum tanta sit uis apud Phasianos, ut hinc exportentur etiam in alias regiones. Dicitur de iis, qui longinquas orbis regiones peragrarint. Est enim ipsa figura quasi prouerbialis hyperbole. quo modo dixit & Iuuenalis:

Omnibus in terris, quæ sunt a Gadibus usque
Auroram, & Gangem.

Et Horatius in Odis:

Extremum Tanaim si biberes, Lyce.

Et Virgilius in Bucolicis:

At nos hinc alii sitientes ibimus Afros:
Pars Scythiam, & rapidum Cretæ ueniemus Oaxem.

Sumptū uidetur ab Iasonis fabula. Neq; dissimile fuerit schema, si qs ad Herculis usq. columnas dicatur nauigasse, aut usq. ad Britannos, quos, auctores extra mundi terminos ponunt, quod Oceano separentur. Horatius in Odis, libro tertio:

Visam pharetratos Gelonos,
Et Scythicum inuiolatus amnem.

Idem eadem oda.

Visam Britannos hospitibus feros.

Idem rursum:

Et ultimos orbis Britannos.

Mysorum.

Mysorum, ac Phrygum termini discreti sunt.

Strabo libro Geographiæ duodecimo, regiones quasdam commemorat inter se finitimas, puta Phrygum, Bithynorum, Mysorum, Dolonum. Item, qui iuxta Cyzicum accolunt, Mygdonum, ac Troianorū. Neminem autem inficias ire, quin unaquæque suis finibus sit circumscripta. Verum eos fines ad amussim dijudicare, id neutiquam facile. Porro de Phrygijs, ac Mysis prouerbium quoque uulgo iactatum fuisse uersibus trimetris.

Χωρὶς τὰ μυσῶν, καὶ φρυγῶν ὁρίσματα,
Τὸ δὲ διορίζειν χαλεπόν. i.
Sunt separati Mysiorum termini,
Phrygumque, sed finire perquam est arduum.

Huius rei caussam adducit, quod hi populi non satis stabiliter tutati sint suas sedes, sed subinde aliunde alio depulsi, termi nos incertos reddiderint. Plinius libr. 5. Mysiā in Phrygia collocat. Plutarc. ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς παραγγέλμασι, Χωρὶς γὰρ ἔφη τὰ φιλοσόφων, καὶ ἰατρῶν, ὥσπερ τινῶν μυσῶν, καὶ φρυγῶν ὁρίσματα. i. Separatam. n. aiebat esse philosophorum, ac medicorū professionē, non aliter, ac Mysorum, ac Phrygum fines. Manent in hodiernū diem passim id genus de finibus gentium rixæ, longa serie temporum omnia confundente. Adagio licebit uti, de rebus toto genere inter sese dissidentibus, ueluti, si quis, sentiēs longe aliud spectare philosophum, aliud oratorem, dicat, Χωρὶς τὰ μυσῶν, καὶ φρυγῶν. Aut de hominibus, inter quos nihil conuenit, nihilque commune intercedit, ut apud Euripidem Achilles:

Χωρίς τ' ἐμὰ κἀγαμέμνονος, i.
Separatæ sunt meæ res a bonis Agamemnonis.

Quod index auro, id aurum homini.

Inter multas Chilonis sententias, hæc præcipue placuit eruditis, auctore Laertio: ἐν πλινθίναις ἀκόναις ὁ χρυσὸς ἐξετάζεται, δίδοὺς βάσανον φανερὰν, ἐν δὲ χρυσῷ ἀνδρῶν ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν τε νοῦς ἔδοκεν ἐλεγχόμενος. i. In saxeis coticulis aurum explorat ur, euidentem præbens speciem. In auro uero proborum pariter, & improborū ingenium deprehenditur. Stobæus carmē hoc citat ex Antiphone:

Πλοῦτος δὲ βάσανος ἐστὶν ἀνθρώπου τρόπου. i.
Opes, ut index, hominis ingeniū arguūt.

Allusit huc Aristides in Themistocle: Εὐτεύθεν ὅρα τὸν ἄνδρα, ἀπὸ γραμμῆς ἀρξάμενος, καὶ μή μοι λόγῳ τὸν χρυσὸν, ἀλλὰ τὸν βάσανον προσάγων σκόπει. i. Hinc uirum spectā, a linea facto initio. Neq. mihi, quod dicitur, aurum, sed ipsum admouens iudicē considera.

Caue Thoracem.

Φύλαττε τὸν θώρακα, i. Caue Thoracem. Strabo lib. Geographiæ 14. scribit, fluuium esse, nomine Latheū, uicinū Libybus Hesperiis, huic imminere montem, cui nomen Thorax, in quo fama est, Daphitam grammaticum cruci suffixum fuisse, quod male dico carmine reges incessiuisset, vñ dictum illud manarit in vulgus, ut dicerēt, φύλαττε τὸν θώρακα, i. Caue a Thorace. Hoc uelut ænigmate prouerbiali festiuiter admonebimus, frœnandam esse linguam, ne uoces, petulanter emissæ, per iugulum aliquā do redeant. Stephanus tātum indicat Thoracem esse ciuitatem Ætoliæ, & item Magnesiæ: de prouerbio silet.

Magna ciuitas, magna solitudo.

Strabo Geographię lib. 16. Seleuciam ad Tigrim ait Babylone maiorem fuisse, sed pleraq; sui parte desertam, ac iure optimo de illa dici posse, quod de Megalopoli Arcadiæ ciuitate dixit comicus quispiam.

Ἐρημία μεγάλη σὺν ἡ μεγάλη πόλις. i.
Est magna solitudo, magna ciuitas.

Allusum est ad nomen urbis, cuius meminit & Plinius in quarto. Quadrabit in urbes, aut domos, agros, aut hortos, aut aliud id genus quippiam, amplum quidē, & spatiosum, sed parum excultum. Aut in librum ingentem quidem illum, uerum impolitum, & illimatum.

Ad Scolon nec proficisceris ipse, nec alterum comitaberis.

Strabo lib. Geographiæ nono scribit, Scolon uicum esse quempiam Asopiæ, sub monte Citherone, sedem inamęnam, inculta m, infrugiferam, asperam, Atque hinc uulgo prouerbium manasse:

Εἰς σκῶλον μήτ' αὐτὸς ἴμθυ μήτ' ἄλλῳ ἕπεσθαι. i.
Nec per te Scolon ipse, nec ulli alii comes ito.

Refert eadem totidē uerbis Eustathius in

Bœotiam Homericam. Nam Scolon & Stephanus ponit in Bœotia. Nomen ex re uidetur inditum: σκῶλοι enim Græcis spinæ genus est. Quo prouerbio conueniet uti, si quãdo significabimus modis omnibus abstinendum a conuictu cuiuspiam, aut a loco, ubi nihil sit sperandum, quod uel ad voluptatem faciat, uel ad emolumentum.

Oenoe charadram.

Οἰνόη τ χαράδραν, i. Oenoe torrentis alueum. Nam charadra Græcis significat eam terræ fissuram, quam aqua pluuia, aut torrens, nonnunquam terræ motus efficit: Zenodotus in Collectaneis adagiorum ait, dici solitum in eos, qui sibi malum accersierent. Hinc esse natam parœmiam, quod Oenoe uicus quidam sit Atticæ, quem qui incolebant, alueum quendam torrentis uicinum, suis finibus incluserunt. Deinde, ingruente immodica ui aquarum, & ob id corruptis agris, agricolationem perdidisse, Strabo Geographiæ lib. 8. duas Oenoas cõmemorat, alteram Eleutheris finitimã, alteram apud Marathonem, de qua uulgo iactata parœmia, οἰνόη τ χαράδραν, id est, Oenoe charadram. Effertur adagium ad hunc quoq. modum, οἰνάοι τ χαράδραν, i. Oenei charadram, ubi quippiam accersitur ad commoditatem, unde pernicies adfertur. Hesychius hoc prouerbium refert:, & explicat ex Demone, prouerbiorum auctore. Stephanus indicat, Oenoen esse unam duarum ciuitatum, quas habet Icaria. Vnde dicuntur Oenæi.

Nihil ad Bacchum.

Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, idest, Nihil ad Bacchum. Vbi quis ea nugatur, quæ ad rem præsentem nihil attinent. Adagionis origo uaria traditur. Zenodotus ait, antiquitus in choris Dithyrambos in Bacchum cani solitos. Deinde poetas, mutata consuetudine, Aiaces, centauros, atque id genus fabula cępisse describere. Proinde spectatores per risum acclamasse. Nihil ad Bacchũ. Quo conuicio moniti, deinceps satyros in ducere cęperunt, ne dei prorsus obliti uiderentur. Strabo Geographiæ suæ libro octauo, scribit, euersa funditus a Romanis, propter uiolatos legatos, Corinthiorum urbe, milites in opera quoque nobilia, quibus ea ciuitas præter cęteras abundabat, ludibriis insultasse. Citatque testem Polybium, qui prædicet præsentem uidisse sese tabulas quasdam, abiectas in solum, in quibus miiites talis luserint. Quarum una fuit ab Aristide depicta. Argumentum erat Bacchus. Hinc inquit, quidam aiunt manasse, qd prouerbio dicitur, οὐδὲν πρὸς τ Διόνυσον, i. Nihil ad Bacchum. Suidas refert, Epigenem quendam Sicyonium tragędiam de Baccho conscripsisse, quæ cum indigna Deo uideretur, quosdam è spectatoribus acclamasse, Nihil ad Bacchum, eãque uocem in prouerbium abiisse. Verum magis approbat eorum sententiam, qui dicunt quondam poetas de Baccho fabularũ argumenta consuesse tractare, eaque demum actitari solita. Deinde paullatim ad tragœdias scribendas conuersos, alias fabulas, & historias scriptitasse, prætermissa Bacchi mentione, spectatores igitur acclamasse, Nihil ad Bacchum. Eiusque fermè sententiæ suffragatorem citat Chamæleontẽ. Huic opinioni adstruit Plutarchus in primo libro Symposiacon, ostendens, ab Æschylo, & Phrynico natam parœmiam, qui fabularum argumenta ad historias, & calamitates deflexerint. Ad Threętetus apud eundem Suidam, in opere de prouerbio, scribit Parrhasium pictorem Bacchum summa arte finxisse. Itaque, cũ apud Corinthios pictorũ inter ipsos de arte certamen ageretur, & complures Bacchũ pictum proferrent, quorum nullus ad Parrhasij Bacchum accedere, succlamasse populum, Nihil ad Bacchum. Apud eundem, quidam, cum Corębum, Vlyssem illum uafrum, & uersipellem uocasset, audiit. Canẽ adducis ad præsepe, & nihil affers ad Bacchum. Vtroq. prouerbio significatum est, nimis inæqualem esse comparationẽ Coræbi cũ Vlysse. Lucianus in Baccho, ἀλλὰ τὶ πρὸς τ Διόνυσον, ὅ τος ὁ Διόνυσος, εἴ ποτ τίς αν, id est, Sed dixerit quispiã, quid ad Bacchum hic Bacchus? id est, quid ad rem propositã pertinet hæc de Baccho fabula? Itaq. uidetur adagium quadraturũ, uel de re ab instituto aliena, uel multo inferiore, uel contemnẽda. Plutarchus in Symposiacarũ quæstionũ prima, de ijs agens, qui anxios syllogismos, uelut eũ, quẽ Κυρι Δίον]α uocãt, i poculis proponere solẽt, τὶ ταῦ]α inquit, πρὸς τ Διόνυσον. Idem ibi, Πέμψω δὴ τὰ λοιπὰ ταχέως, ἂν ταῦτα δόξῃ μὴ παντελῶς ἀμεσα μηδὲ ἀπροσδιόνυσα ἦ) .i. Mittã autem propediem & reliqua, si qdem

dem hæc uidebuntur non usquequaq. inscita, neque nihil ad Bacchum pertinẽtia. Noue quidem, sed tamen opido quam elegãter dixit, ἀπροσδιόνυσα, tacite alludẽs ad prouerbium. Significat autẽ, ἀπροσδιόνυσα, non aspernãda, & ad rem pertinẽtia. Idẽ in eiusdẽ operis lib. 4. Οἴ μαι δὲ ἐγὼ τ σαββάτων ἑορτ μὴ παντάπασιν ἀπροσδιόνυσον ἦ). id est, Arbitror autem nec sabbatorum festum, nihil prorsus ad Bacchũ pertinere. Athenæus lib. 2. ἀπροσδιονύσους λύσεις πραγματιδίου. i. Solutiones nihil ad rem pertinentes, moliens. tertio, πάραυλα μέλη dixit, modos non respõdentes ad tibiã. Ac mox ἀκρότητα κύμβαλα, hoc est, cymbala non congruentia ad numeros saltationis. Sic enim uocat sermones intempestiuos, aut nihil ad rem pertinentes, quos idem ἀμυσολογίας uocat. De huius formæ prouerbiis dictum est nobis alias, Nihil ad uersum. Pindarus in Nemeis, παρὰ μέλος ἔρχεσθαι dixit, pro eo, quod erat, secus, quam conuenit loqui, μαθὼν ὅ τις ἂν ἐρεῖ, εἰ παρὰ μέλος ἔρχομαι M. Tullius libro ad Atticũ 16. Sed nihil tam ἀπροσδιόνυσον mihi primo uidebatur, quam ad has literas, quibus ego a te consilium petierã, te mihi illa rescribere. Tametsi quidã hoc loco pro ἀπροσδιόνυσον legunt ἀπροσδόκητον hoc est, inopinatũ, inexspectatũ. Prouerbii speciem hẽt, quod est, apud eundem Ciceronem in Bruto, Sed domum redeamus. Id uelut interpretans subiicit, idest, ad nostros reuertamur. Vtimur & hodie sermonis huius colore, quoties significamus nos a digressione ad id reuerti, quod institueramus.

Farcire centones.

PERIPHANES in Epidico Plautina, militi iam pugnas militari more paranti narrare: Quin tu, inquit, alium quæras, cui centones farcias, idest, quem tu gloriosis mendaciis, & confarcinatis fabulamentis expleas. Solent enim homines gloriosi mẽdacium aliud ex alio connectere, nullum facientes neque finem, neque modũ. Centones autem dicuntur uestes è uariis pãniculis, ac diuersis etiam interdum coloribꝰ consarcinatæ. Iuuenalis:

Intrauit calidum ueteri cẽtone lupanar.

Ad harũ similitudinem Centonẽ uocãt carminis genus, ex diuersis carminibus, & carminum fragmentis, hinc atq. illinc accersitis contextum, quasiq. consutum. Græci κέντρωνας appellãt, addita litera, quam abijciunt Latini. Extant adhuc ὁμηροκέντρωνες, quorum meminit & D. Hieronymus: & Virgilio centones Probæ mulieris: & Centon nuptialis Ausonij, qui legem etiam eius carminis tradit.

Quod dedi, datum nollem.

LENA Milenis in Cistellaria Plautina, Inter nouam rem, inquit, uerbum usurpabo uetus, Quod dedi, non datum uellem, quod reliquum est, non dabo. Significat, se pœnitere, quod puellę fecerit copiã, de cætero non facturam. Vsus adagii fiet uenustior, si paullo longius a simplici figura detorqueatur, ueluti, si quis, indicans se superioris operæ, quam in poetices studium insumeserit, pœnitere, nec esse consilii diutius in ea tempus terere, dicat, Quod dedi, datum nollẽ, quod reliquum est, nõ dabo.

Crocodili lacrymæ.

Κροκοδείλου δάκρυα, i. Crocodili lacrymæ. De ijs, qui sese simulant grauiter angi incommodo cuiuspiam, cui perniciem attulerint ipsi, cui ue magnum aliquod malum moliantur. Sunt qui scribant, Crocodilum, conspecto procul homine lacrymas emittere, atque eundem mox deuorare. Cuiusmodi propemodum erant lacrymæ Bassiani imperatoris, apud Aelium Spartianum. Lacrymabatur, quoties aut mentio fieret, aut imagines uideret Getæ fratris, quem occiderat. Alij narrant hanc esse Crocodili naturam, ut, cum fame stimulatur, & insidias machinatur, os hausta impleat aqua, quã effundit in semita, qua nouit, aut alia quæpiam animantia, aut homines aquatum uenturos: quo lapsos ob lubricum descensum, neque ualentes aufugere, corripiat, correptosq. deuoret. Deinde, reliquo deuorato corpore, caput lacrymis effusis macerat, itaque deuorat hoc quoque.

Bona etiam ossa post panem.

Ἀγαθὺ καὶ μάζα μετ' ἄρτον. idest,
Et post panes bona maza est.

Hemistichiõ carminis heroici. Zenodotus ait, de ijs solere dici, q, penuria meliora amplectuntur deteriora. Nam Maza quiddam est pane cocto deterius, conflatum ex

lacte & farina, quo rustici uice panis uti cõ sueuerunt. Siquidem ὅπερ ἄλφιτον, in deliciis olim fuisse alias demonstrauimus ex Theocrito. Prouerbii speciem habet, quod est apud Athenæum libro sexto, licet huic dissimile, πεινῶν τι γὰρ ἀνδρὶ μάζα τιμιωτέρα χρυσοῦ τε κ' ἀλέφαντος, i. Maza, siue offa esuriẽti homini carior & auro, & ebore. Quo licebit uti cum indicabimus rem usu non opinione, æstimãdam. Ex his, quæ prodidit Athæneus de apparatu conuiuiorum, liquet, mazam prius apponi solere, deinde panem. Verum consumpto pane, probatur & maza. Vt possumus, quando, ut uolumus, non licet. Xenophon lib. sexto παιδείας, facit quendam consolantem milites, qui defecti pane, maza uesci cogebantur. Hoc cibo qui uictitant, dicuntur ἀλφιτοσιτεῖν, quemadmodum, qui pane, ἀρτοσιτεῖν.

Si non adsunt carnes, taricho contentos esse oportet.

Αν μὴ παρῇ κρέα σεκτέον τῷ ταρίχῳ. i. Probanda fallamenta egenti carnium.

Sunt qui dicant, τάριχον accipi pro pisce, sed uili, putriq;, qui idẽ sit Aphya. Fortassis hic pro iure accipiendum tarichus. Nam quibus deest obsonium, solent pane in ius immerso uesci. In Aphyas, & Tarichos creber iocus est in comœdiis. Sensus hic est, Vbi non est copia meliorum, boni consulere oportet, quęcunque contingũt. Refertur a Diogeniano.

Agathonia cantio.

Αγαθώνιος ὕμνησις, i. Agathonia cantio. Recte dicetur de oratione blanda magis, quàm frugifera. Agathon tibicen quispiam erat, cantilenarum suauitate maiorem in modum aures deliniens. Nec huius mores dissimiles musicæ fuisse perhibentur. Laborauit enim infamia mollitiei. Auctor & Suidas, & Zenodotus. Haud scim⁹, an hic sit idem ille Agathon, in tragicorũ certamine uictor, in cuius epinicijs Plato celebrat illud nobile conuiuium. Huius multis modis Aristophanes in Thesmophorijs, carminum mollitiem deridet.

Edax currus.

Αδδηφάγον ἅρμα, i. Edax currus, in gluttones, & uoraces dicebatur, propterea quod currus multum absumit unguinis, siue ceromatis: siue, quã sumptuosa res sit, equos, & currus alere, unde & comicus Aristophanes in Nebulis iocatur in Strepsiadẽ, quẽ filius ἱπποτροφῶν, ad inopiam redegerat, multo ære alieno contracto. Flauius Vopiscus indicat, Aureliano in deliciis fuisse Phagonẽ quendã, qui uno die ad mensam imperatoris ederit aprum integrũ, centum panes, ueruecem, & porcellum biberit autem in fundibulo apposito plus orca. Sed de hoc hominum genere plura Athenæus in Dipnosophistis, apud quem libro 5. Socrates, cum quendam uidisset in conuiuio sese intemperantius ingurgitantem obsoniũ: O uos, qui adestis, inquit, quidam ex uobis pane utitur ut obsonio, obsonio ut pane. Venustius reddetur, si deflexeris ad animi uitium: ueluti, si dicas, Huius, aut illius principis amicitiam immodica pecunia parari, ac retineri, aliquẽ. Aut, Cupiditates inexplebiles esse, cum naturæ usus perpauca postulet.

Sanguine flere.

Αἵματι κλαίειν, i. Sanguine flere, prouerbialis hyperbole, significans, nihil nõ fieri quo flectatur aliquis, sic enim antiquitus loquebantur, Haud flectes illum, ne si sanguine quidẽ fleueris. Itidẽ αἵματι σένειν, idest, Sanguine gemere. Durat hoc adagiũ in hodiernum etiam diem. Translatum uidetur a prodigiis, quibus interdum statuæ sanguineis guttis lacrymare uidentur.

Pardi mortem assimulat.

Θάνατον παρδάλεως ὑποκρίνεται, i. Pardi mortẽ simulat. Dicebat, ubi quis astu puniciem alicui moliretur, ueluti, cũ Brutus stupidum, ac dementem ageret, ut in posterum imperio potiretur. Id adagiũ ad quendam apologum referunt. In Maurusia simiarum ingens copia. Pardalis autem animal est, natura simiis infestissimum: quas tamen uiribus assequi non potest, nimirũ illis in summas arbores subuolãtibus. His itaque dolis in eas utitur. Sternit se supinã sub ramis, ac porrectis cruribus emori fingit sese. Gaudent eo spectaculo simię cõsidentes in arbore. Deinde, ubi iã mortuã arbitrantur, unam aliquam emittunt, exploraturam, num uere mortuus sit hostis. Illa, cautim, ac pedetẽtim, accedẽs, ubi nullum uitæ uidet argumentũ, (Pardale nimirum

rum modis omnibus cadauer imitante) demum audet etiã conscendere. Quod simul atque reliquæ simiæ conspexerint, iam, deposito omni metu, descendunt, & Pardalim omnia ferentem circumsultant: postremo conculcant, insultantes ludibrii caussa, donec Pardalis, sentiens illas iam saltando defatigatas, derepente reuiuiscens, aliam dentibus, aliam unguibus corripit, dilaniatq. ac deuorat. Hanc fabulam (ne quid fuci fiat lectori) non reperimus apud idoneum auctorem, sed in Græcis collectaneis cuiusdam Apostolii Byzantij, cuius testimonium quodam in loco Politianus etiam refert, alioquin auctoris nõ admodum grauis.

Mandare laqueum.

Mandare laqueũ, dicimur, ijs, quos vsqueadeo negligi a nobis significamus, ut, si uel suspẽdant sese, nihil ad nos attineat. Iuuenalis de Democrito:

-Cum fortunæ ipse minaci
Mandaret laqueum, mediumq. ostenderet unguem.

Confine illi, cum iubemus, οἰμώζειν, i. plorare quempiam, & μακρὰ οἰμώζαι, i. clare plorare: κὴ κλαίειν, κὴ μακρὰ χαίρειν, i. flere, & longum ualere.

Medium ostendere digitum.

Medio item digito porrecto, supremum contemptum significabant: Martialis libro secundo:

-Et digitum porrigito medium.
Nam hũc digitum Martialis impudicum uocat:
Ostendit digitum, sed impudicum.

Persius infamem.

Infami digito, & lustralibus ante saliuis.

Huc pertinet, quod apud Laertium Diogenes, ut alibi diximus, hospitibus, quibusdam, Demosthenem uidere cupientibus, non indice digito, sed medio porrecto, demonstrauit, parum uirum innuens, & effeminatum. Ac paullo post eodem in loco, satis indicat porrectione digiti medii quipiam obscenum significari, cum ait, insanos haberi, qui medium porrigant digitũ; qui indicem, non item. Itaque eodem in carmine duobus adagiis extremum contẽptum indicauit Satyricus:

Mandaret laqueum, mediumq. ostenderet unguem.

Elegantius fiet utrumq;, si lõgius deteorqueatur: Vt philosophicis præceptis laqueum mandes, tu tuo uiuito more. Et theologorum decretis negotiatores medium unguem ostendunt, id est, plane cõtemnunt, ridentq̃ue.

Barbam uellere.

Τὸν πώγωνα τίλλειν. i. Barbam uellere. Est illud quoq. sumptum a gestu, Barbam uellere, quo summum contemptũ, ac ludibriũ significamus. Horatius Sermonũ li. 1.

-Barbam tibi uellunt
Lasciui pueri. Persius:
Iccirco stolidã præbet tibi uellere barbã
Iuppiter. Idem alias.
Si Cynico barbã petulãs Nonaria uellit.

Et Dionysi⁹ Siculus, nõ dubitauit Aesculãpio barbam auream detrahere. Lucianus ĩ Timone de Ioue Olympio, ἐκάθηρο τὸς πλοκάμους ἀπειρόμυος. i. Desidebas, dũ tibi circumtonderetur cęsaries. Et Barbam uellit mortuo leoni, qui ferox est in prostratum: quod alias attigimus.

Malis ferire.

Μήλοις βάλλειν, i. Malis petere, dicũtur, qui muneribus assequi student, quod optant; aut qui donis prouocant ad amorem mutuum. Dicta est allegoria a fabula Atalantæ, quam Hippomenes cursu superauit, sed arte proiectis inter currendum malis aureis, in quibus sublegendus dũ puẽlla subinde remoratur, præcessit, ac uicit iuuenis. Refertur adagiũ a Diogeniano. Plutarchus ĩ Symposiacis indicat, olim fuisse morem, ut in eos, qui semper uincerẽt, mala, rosas, nonnulli etiam mala punica iacerẽt. Vt hinc quoq. uideri possit ortum adagiũ, ac dictitatum de iis, qui magnopere mirãtur, ac probant quempiam, aut etiam blandiũtur. Idem decade nona narrat, Anaxarchum, cum ab Alexandro post cenam malis peteretur, surrexisse, dixisseq. hunc senarium ex Oreste Euripidis.

Βεβλήσεταί τις θεῶν βροτησία χερὶ. i.
Ferietur aliquis mox deũ humana manu.

Potest & simplici⁹ accipi, Malis petere, cum quis ad amandum lacessitur, ac prouocatur, sic enim interpretatur Suidas. Vnde & illud apud Maronem:

Malo me Galatea petit lasciua puella. Et
Aurea mala decem misi, cras altera mittam. Et:

Ipse ego cana legã tenera lanugine mala.

Et Acontius apud Ouidiũ Cydippę malum inscriptum in gremium mittit. Aristophanes i Nebulis: Μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου, i. A scorto malo percussus. Interpres adscribit, malum amoris esse symbolum, propterea quod Veneri sit sacrũ. Vnde in certamine formarum, præmium malum erat aureum, idque Veneri cõtigit. Theocritus in Cyclope:

Ἡραῖο δ' οὔτι ῥόδοις, οὐ μάλοις, οὐδ' κικίννοις,
Ἀλλ' ὀλοαῖς μανίαις, i.

Nõ malis, non ille rosis, nõ ille cicinnis,
Sed furiis mage pestiferis adamabat.

Idem in Hodœporis:

Βάλλει κ' μάλοισι τ' αἰπόλον ἀκλεαρίσα.

Olim munuscula malis constabant. unde Horatius in Epistolis.

Fruitis, & pomis uiduas uenẽtur auaras,
Excipiãtq; senes, quos in uiuaria mittãt.

Mare prius uitem tulerit.

Τὸ πέλαγος πρότερον οἴσει ἄμπελον, i. Mare prius uitem feret. De ijs, quæ nullo pacto fieri possint. Nam salsitudo uitibus inimicissima. Hinc Homerus, & Hesiodus identidem pontum uocant ἀτρύγετον, qd illic nulla colligatur uindemia. Salsa terra fere sterilis est frugibus, sed uitibus inimicissima. Refertur apud Diogenianum.

Betizare, Lachanizare.

Lachanizare uulgo dicebant, pro languere, teste Suetonio in uita Octauij Cæsaris, pro qua Augustus nouauit Betizare. Quadrabit & in insulsos, & insipidos. Catullus:

Lãguidior tenera cui pẽdẽs Sicula beta.

Item Martialis:

Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betę,
O quam sępe petet vina, piperq. coquus?

Eodẽ pertinet illud Diogenis Cynici dictum apud Laertium: Cum adolescẽtes quidam eum canem uocarent, seq; cautros dicerent, ne ab illo morderẽtur, bono animo esse iussit: canẽ enim haudquaquã uesci betis. mollitiem illorum notans. Bliteos appellant stupidos. Est βλίτον, herbæ genus, cui nomen etiam a stupore saporis inditum putant, quasi βλαξ, quæ uox bardum, & stupidum significat. Aristophanes in Auibus, ὡς βλακικῶς διακονεῖς, Vt stupide ministras. Plautus in Truculento, Blitea, & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in uino, ad rem suam. Laberius Mimographus apud Nonium Marcellum, bipedem, & blitea belluam appellat insulsum, & uecordem. Apud Menandrum quoq. mariti vxoribus ex blito conuiciũ faciunt, bliteas eas nominantes. Aristophanes in Nebulis, κ' σεκαλεῖσι βλιτόμαν. i. Teq; vocant bardũ, acstultum. Fieri potest, ut Gallica quoque uox hinc manarit, qua nunc uulgo cõtemptissimos, extremæq; notæ homines compellant Bliteros, addita litterula.

Promus magis, quàm condus.

Sane quàm elegans & prouerbialis Ausonij dimeter iãbicus, Promusq;, quã condus magis, in quendam profusiorem, qui parta prodigere posset, quærere, aut quæsita seruare non posset. Sumpta metaphora a rei familiaris dispensatoribus, maximeq. penuariæ, quos Græci ταμίας uocant, quorum partes sunt ad usum familię promere (id est, proferre) quædam; alia condere, hoc est, seponere. Iam, qui tantũ promit, is ad inopiam uel equisque properat. Plautus in Truculento, Parce promos appellat, sordidos, ac tenaces, & qui sumptum libenter effugiunt.

Nodum in scyrpo quæris.

Nodym in scyrpo quæris. In anxium dicebatur, nimisque diligentem, aut meticulosum, qui illic scrupulum moueret, ubi nihil esset addubitandum. Hoc adagiũ refertur apud Plautum in Menæhmis, & ver bis totidem apud Terentium in Andria. Festus ex Ennio citat:

Quæris & in scyrpo (soliti quod dicere) nodum:

nominatim prouerbii titulo referens. Donato iunci species est scyrpus, læuis, atque enodis. Quamquam apud Gellium Scyrpi dicuntur captiunculæ, argutiæque. Nisi forte quis malit legere. In scrupo, quod hi lapilli læues fiat, ac rotundi,

Delphinum siluis appingit, fluctibus aprum.

Horatius in Arte poetica, prouerbiali schemate dixit:

Delphinũ siluis appingit, fluctibus aprũ,

Indocti poetę stultitiã taxãs, qui multa non suo loco, neq. tẽpestiuiter, describit, perinde, quasi pictor Delphinum piscem, iuxta Callimachi dictũ, in nemoribus pingeret, rursus aprum in undis. Cõfine illi: ἐν φακῇ τὸ μύρον, i. In lẽticula unguentũ.

Cancer leporem capit.

Καρκῖνος λαγῶν αἱρεῖ, i. Cancer leporem capit. De re nequaquam uerisimili, diq.q. absurda. Velut, si quis dicat, ab indoctissimo superari doctum.

Ne caprea contra leonem.

Μὴ πρὸς λέοντα δορκάς, i. Ne caprea aduersus leonem, hoc est, ne lõge inferior cum potentiore decertes. Dorcas enim silueſtris est capreolus. Refertur a Diogeniano. Suidas integrum refert senarium:

Μὴ πρὸς λέοντα δορκὰς ἄψωμαι μάχης. i. Ne cum leone caprea pugnã sumpsero.

Homerus Odysseæ Θ.

Ἀνδράσι δὲ προτέροισιν ἐριζέμεν οὐκ ἐθελήσω. i.

Cum potiore viro nolim certamen inire.

Pellem caninam rodere.

Pellem caninam rodere, prouerbiali metaphora dixisse uidetur Martialis, proco, quod est hominem maledicum, & improbum conuiciis insectari. Sic enim scribit in obtrectatorem quendam, & oblatratorem:

Non deerunt tamen hac in urbe forsan,
Vnus, vel duo, tresve, quatuorve,
Pellem rodere qui uelint caninam.

Echino asperior.

Ἐχίνου τραχύτερος, i. Echino asperior. In hominem intractabilem, & insuauibus moribus dictum. Metaphora, sumpta ab animante, cuius duplex est genus, terrestre, spinis obsitum, & maritimum, pinnata undique testudine, ac spinis obductum, quibus se pedum uice uoluit, auctore Plinio. Martialis:

Cortice deposito mollis echinus erit.

Aristoteles lib. De generatione animãtium quinto, tradit, Echinum ipsum quidem pusillum esse, cæterum spinas habere, & longas & acutas. Athenæus Dipnosophicon lib. 3. fabellam haud infestiuam refert è Demetrio Scepsio. Laconem quempiam uocatum ad cenam, appositis Echinis, cum ignoraret, quo pacto soleant edi, nec obseruaret, quomodo cæteri conuiuæ his uescerentur, corripuisse quendã, & in os coniecisse una cũ ipsa testa porro, cũ interdẽtes strideret Echinus, & hominis os cibo misere cruciaretur, O sceleratum, inquit, edulium, neq. nunc te omittam tibi mitis, nec te posthac umquam sumpsero.

Echinus partum differt.

Ἐχῖνος τ' τόκον ἀναβάλλει. i. Echinus partũ differt. De ijs dici suetũ, qui prorogarẽt quippiam suo malo: ueluti, qui creditã pecuniam cõperendinant, tamen aliquando reddendam uel maiore cũ fenore. Aiũt, Echinum terrestrem, stimulata aluo, remorari partũ, deinde, iam asperiore, ac durio re facto fetu, mora temporis, maiore cruciatu parere. Auctor Suidas. Plinius libro nono cap. 25. tradit, piscẽ, qui dicitur echineis, fluxum grauidarum sistere, & usque ad puerperium in utero continere fetum. Quamquam hoc ἀπροσδιόνυσον.

Prius duo Echini amicitiam ineant.

Πρὶν δὲ δύο ἐχῖνοι ἐς φιλίαν ἔλθοιεν, ὁ μὲν ἐκ πελάγους, ὁ δ' ἐκ χέρσου, i. Prius echini duo inierint amicitiam, alter è mari, alter è terra. De ijs, qui moribus, ac studiis sunt inter se discrepantiores, quam vt spes sit, aliquando inter eos necessitudinẽ coituram. Venustius erit ad rem deflexũ. Nã est Echinus marinus, de quo multa Plinius, & Aristoteles. Est & terrestris, quem alio nomine uocant Erinaceum: illud commune, quod uterque spinosus est, unde & uocabulum inditum. Refertur a Suida.

Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.

Proverbii speciem habet illud etiam Horatianum in Arte poet.

Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.

Quadrabit in homines nimiũ sedulos, & quibusuis in rebus immodicos. Cuiusmodi nonnullos uideas, qui, cum semel cęperint, nullum faciunt finem, donec defatigati desistant, nec rationem ullam habent alieni fastidii, sed suo tantum animo negotii modum metiuntur, haudquaquam memores vetustissimi sermonis, admonẽtis, vtum a lusu desistamus, cum adhuc est iucũdus, ne uoluptatem odii molestia consecuta contaminet, Nemo nescit, hirudinem, ubi semel hæserit corpori, nulla ratione posse reuelli, donec suctu sanguinis explenta decidat. Quidã appellant sanguisugam, Græci

Græci βδέλλαν, siue βδέλλιον, linguã habet bisulcã, ac fistulatam, quam penitus infigit cuti. Meminit Plinius li. 11. c. 34. atq. inibi de altero quodam animali, cui nomen non sit, quod semper infixo sanguini capite uiuat, donec nimia satietate dehiscat, & ipsi immoriens alimento, cum cibi non sit exitus.

Mea est pila.

MEA est pila, id est, Vici, & uoti sum compos, aut, Res mihi in manu est, apud Plautum in Truculento. Sumptum a notissimo pilæ ludo, cum, multis insequentibus, unus aliquis præstãtior occupat. Consimili figura dixit in Cassina. Sed, si nunc uult hera facere officium suum, nostra omnis lis est: id est, uicimus. Traducta metaphora a iudicijs.

Ab ouo usque ad mala.

AB ouo vsque ad mala, prouerbiali figura dixit Horatius in Sermonibus, Satyra tertia, pro eo, quod est, ab initio conuiuij vsque ad finem.

Si collibuisset, inquit, ab ouo
Vsque ad mala, citaret, io Bacche modo summa

Voce, modo hac resonat quæ cordis quatuor ima. Antiquitus enim cenam ab ouis auspicabantur, malis finiebant. Erit uenustius, si longius trahatur, Ab ouo usque ad mala, id est, toto colloquio, tota nauigatione, aut toto opere. Qui rem altius repetunt, quam oportet, notantur illo uersu Horatiano:

Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo.

Qui a primis initijs repetunt, ἐκ τῆ ῥιζῶν, id est, a radicibus, & a stirpibus imis exordiri dicuntur, qui nihil prętermittũt, ordine narrant, & a capite usq. ad calcem, quod alibi retulimus, Græcis ἄνωθεν dicitur, & ἀρχῆθεν.

Virtutem, & sapientiam uincunt testudines.

IVLIVS Pollux libro nono de rerum vocabulis, scribit hoc carmen olim prouerbio celebratum fuisse:

Τὰν ἀρετὰν, καὶ τὰν σοφίαν νικᾶντι χελῶναι. i.

Et uirtus testudinibus, & sapientia cedit.

Est autẽ uelut ęnigma, innuens pecuniã longe plus posse, quam aut uirtutem aut sapientiam. Antiquitus enim Peloponnesiorũ numisma χελῶνη, id est, testudo dicebatur, propter inscalptam in eo testudinis figuram. testem huius rei citat Eupolidẽ, qui in fabula, cui titulus, Captiui, ὀβολὸν dixerit καλλιχέλωνον, i. obolum pulchræ testudinis. Consimili figura dictum & illud: Multas noctuas sub tegulis latitare: & Bos in lingua, quæ suis retulimus locis.

Sacra hæc non aliter constant.

SACRA hæc nõ aliter constant. Hoc adagio licebit uti, si quãdo fatebimur culpã, sed quæ rei, locove conueniat, ueluti, siq; in balneis agat impudentius, aut rusticius in naui, aut in compotationibus ebriorum intemperantius, aut inter mulierculas ineptius, aut inter aulicos dissimulantius: aut inter sophistas loquacius, aut apud populum adulantius. Ausonius, nuptialis Cẽtonis excusans licentiã, Etenim fabula est, inquit, de nuptiis, &, uelit nolit, sacra hæc aliter non constant. Sumptum a sacris, quibusdam certis quibusdam cęrimoniis peraguntur, de quibus si quid demutes, piaculum admissum putetur. Plutarchus in commen. De audiẽdis poetis: Θυσίας μὲν γὰρ ἀχόρους καὶ ἀναύλους ἴσμεν. ἐκ ἴσμεν δ' ἄμουσον, οὐδὲ ἀψόφητον ποίησιν. i. Sacra enim absque choris, ac tibijs nouimus. Non nouimus autem absque fabula, ac mẽdacio poesim.

Sequitur uer hiemem.

SEQVITVR ver hiemẽ. Hoc adagio rerũ uices significamus, necessario sibi succedentium, ut, si quis, suadens in rebus afflictis animum fulciendũ spe meliorum, dicat, Sequitur ver hiemem, id est, tristib. succedẽt lętiora. Ita Pindarus Isthmiorũ hymno quarto: νῦν δ' αὖ μετὰ χειμέριον πολίων μηνῶν ζόφον, χθὼν ἅτε φοινικίοις ἄνθος ῥόδοις. i. Nunc uero rursum post hibernã multiplicium mensiũ caliginẽ, terra veluti purpureis floret rosis. Ausonius in prefatione monosyllaborum, nonnihil abusus est prouerbio, Vt in uetere uerbo est, Sequtur uer hiemem. Iam similium nugarum subtexto nequitiam.

Venereum iusiurandum.

Αφροδίσιος ὅρκος ἐκ ἐμποίνιμος, i. Venereum iusiurandum non punitur. Sensus est, amantium iusiurandum irritum esse, neque ad deos quidquã pertinere, tanquã iocosum. Et, auctore Nasone,

Iuppiter ex alto periuria ridet amãtum,
Et iubet Æolios in freta ferre notos.

Et Horatius:

Ridet hoc inquam Venus ipsa, rident
Simplices nymphæ. Tibullus.
Periuria ridet amantum
Iuppiter, & uentos irrita ferre iubet.

Citatur hoc adagiũ a Platone in Conuiuio: ὁ δὲ δεινότατον, ὡς γε λέγουσιν οἱ πολλοὶ ὅτι κἂν ὀμνύωσι μόνῳ συγγνώμη παρὰ θεῶν, ἐκβάντι τῆ ὅρκων. ἀφροδίσιον γὰρ ὅρκων, ὃ φασιν εἶ). οὕτω καὶ οἱ θεοὶ, καὶ οἱ ἄνθρωποι πᾶσαν ἐξουσίαν πεποιήκασι τῷ ἐρῶντι. i. Quodq; oĩum maximũ est, ut sanè dĩ vulgo, uni ẽt iurãti à dijs parata est uenia, si, quæ iurauit, non præstiterit. Venereum enim iusiurandum negant esse, Adeo tum dij, tum homines nihil non permittunt amanti. In uerbis Platonis uidetur deesse uocula, ἐμποίνιμον ὃ φασιν εἶ) ἐμποίνιμον. Meminit & Procopius in epistola ad Epiphanũ ultima: καλῶς ἄρα ἠδει τὸ τῆ ἐρώντων πάθος ἡ παροιμία κἂν ἐπορκεῖν ἐθέλωσι, συγγνώμλω αὐτοῖς ἐκ θεῶν ἐπαγγέλλεται. i. Pulchrè nouit amantiũ affectum pro uerbium: ẽt si peierare uoluerint, ueniam illis à dijs pollicetur. Plato in Philebo, apud Athenæum libro duodecimo: ὡς δὲ λόγος, κὴν ἐν τῆ ἡδοναῖς τῆ περὶ ἀφροδίσια, ἃ δὴ μέγιστα δοκοῦσιν εἶ), κὴ τὸ ἐπορκεῖν συγγνώμλω εἴληφε παρὰ θεῶν, ὥσπερ, καθάπερ παίδων, τῶν ἡδονῶν ὁ δὲ τῆ λογισμὸν κεκτημένου, i. Cęterũ, quemadmodum dĩ, etiam in uoluptatibus circa res uenereas, quæ sanè uidentur esse præcipue, periurium quoq; uenia donatur à dijs: perinde, quasi uoluptates puerorum instar sint, qui nondum rationis sunt compotes. Refertur & illud ex Callimacho:

Ὤμοσεν, ἀλλὰ λέγουσιν, θεατὸς ἐν ἔρωτι
Ὁρκοὺς μὴ δώσειν ἔστ' ἐς ἀθανάτων. i.
Iurauit, uerum uulgo dicunt, in amore
Quod iuras, aures nõ penetrare deum.

Prior uersus non caret mendo. Deflecti potest ad quod uis promissum, cuius fides præstanda non uideatur.

Tanquam meum nomen, Tanquam digitos.

PROVERBIALES hyperbolæ sunt, Tanquam meum nomen, & Tanquam meos digitos, teneo: si quando promptam, certamq; memoriam significare uolumus. Martialis:

Toties diebus, Afer, hæc mihi narras:
Et teneo melius ista, quam meũ nomen.

Iuuenalis.

Tanquam ungues, digitosque suos.

Nihil magis meminimus, quam proprij nominis, unde & uita defunctos olim suo nomine inclamabant. Et proprij nominis oblitum, dicimus prodigiosæ obliuiscentiæ hominem. Antiquitus in digitis computus peragebatur. Exstat ea de re libellus Bedæ. Quin hodieque numerandi imperitum, & obliuiosum per iocum rogare solent, quot in manibus habeat digitos. Plutarchus in commentario, cui titulum fecit. Quo pacto quis intelligere possit se profecisse, scribit olim morem fuisse nomina digitorum ediscere, hisque in metu tanquam remedio futuris uti. ipsius uerba subscribemus: Οἱ μὲν γὰρ ἐκ μεμαθηκότες τὰ τῆ ἰδίων ὀνόματα δακτύλων, χρῶνται πρὸς τὸς φόβυς αὐτοῖς ὡς ἀλεξικάκοις, ἀριθμὰ καταλέγοντες ἕκαστον. i. Quidã. n. ediscunt suorum noĩa digitorum, eisque contra pauores utuntur, tanquam ad depellenda mala remedium habeant, paullatim singulos recensentes. Quæ uero sint digitorum apud Græcos uocabula, Gellius in Noctibus Atticis indicauit. Cęlius Calcagninus, ut indicat Alexander, mauult intelligi de nominibus Dactylorum Idæorum: de quibus nonnihil attingemus in puerbio; Celmis in ferro; licet in Plutarcho, ἰδίων legatur, non ἰδαίων.

Bonorum glomi.

Αγαθῶν ἀγαθίδες, i. Bonorum glomi: de opibus exstructis, & affatim accumulatis. Sumpta metaphora à glomere textorio, cui fila sunt obuoluta, aut certè ligno illo textorio, cui filorũ maxima uis est obuoluta, quod idem πλωίον uocant. Prouerbij meminit Iulius Pollux lib. 7. cap. 10. indicans apud comicos esse frequẽtissimum. Videtur autem allusum ad uocem in Agathide, & Agathis, perinde ut Thucidides i Euripidis epigrãmate Athenas τῆς ἑλλάδος ἑλλάδα, uocat. id est, Græcè Græciam. Etiamsi libro quinto tribuit hanc sententiam Pindaro. Et quemadmodum ἔχατα ἐχάτων, id est, postrema postremorum: item κακὰ κακῶν, id est, mala malorũ, dicunt Græci: quam quidem figuram Latini non agnoscunt.

Rem

Rem acu tetigisti.

Est apud Plautũ in Rudente. Rem acu tetigisti, pro eo, quod est, rẽ ipsam diuinasti, nihil aberrans. Metaphora sumpta uideri potest a lusu quopiã, in quo diuinator, id quod alius notasset, summa acu tangebat, aut lineam, aut calculum, aut aliud qd dã simile. Igitur acu tangere, perinde est, quasi dicas, ipsissimum punctum attingere. Nã minutissima puncta denotãtur acu.

Purgatis auribus.

Purgatis auribus, pro attentis, & uacuis, prouerbiũ resipit. Plautus in Milite:

Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus.

Horatius in Epistolis:

Est mihi purgatam crebro qui personet aurem.

Persius quincta Satyra:

Stoicus hic autem mordaci lotus aceto.

Nam sordes in auribus collectę auditũ hebetant, exemptę reddunt acriorem,

Purior clauo.

Αγνότερος πηδαλίου, .i. Purior gubernaculo. Comparatio prouerbialis, de re vehementer inculpata, aut moribus vndequaq. integris, & incontaminatis. Clauus enim nauticus assiduis fluctibus abluitur, ut nihil sordidum possit hærere. Adagium refertur à Suida.

De calcaria in carbonariam.

Quoties fit, ut a re proposita ad aliud quippiam longe diuersum digrediamur, de calcaria in carbonariam decurrere dicimur, siue, cum ex uno malo in aliud diuersum incidimus. Tertullianus lib. de carne Christi: Igitur, inquit, de calcaria, quod dici solet, in carbonariam, a Marcione ad Apellem. Huic non dissimile est illud Ciceronis in actione pro Murena: Respondebo igitur Postumio primum, qui nescio quo pacto, mihi uidetur prætorius candidatus in consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere.

Datyli dies.

Δατύλου ἡμέρα, i. Datyli dies. Vbi res feliciter successerunt. Sumptum a Datylo quodam, qui apud Athenienses summos est honores consecutus.

Monstrum alere.

Monstrum alitur, ubi quid occulti uitii latere significamus: haud scimus, an inde sumpta metaphora quod monstra pudorem clanculum aluntur, & occultantur. Siquidem Pamphilius in Andria Terentiana, quo prius repudiatus gener, rursum ad affinitatem repeteretur, suspicans aliquid esse vitii in puella, quod celaretur: Repudiatus, inquit, repetor. Quamobrẽ nisi si id est quod suspicor, aliquid monstri alunt. Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me.

Non curat numerum lupus.

Proverbium sapit Virgilianum illud in Bucolicis;

Hic tantum Boreæ curamus frigora, quãtum

Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

Recte dicetur in hominem impudẽter furacem. Exstat hodieq. uulgo iactatũ adagium, Lupus non ueretur etiam numeratas oues deuorare. Porro fures paullo timidiores consueuerunt a rebus numeratis abstinere manũ, metu uidelicet, ne hoc indicio deprehendãtur. Huic affinis iocus ille facetus in seruum furacem, cui nihil erat domi, neq. clausum, neq. obsignatum.

Spartam nactus es, hanc orna.

Ην ἔλαχες σπάρταν, κόσμει, i. Spartam, quam nactus es, orna, siue administra. Admonet adagium, ut, quamcunque prouinciam erimus fortè nacti, ei nos accommodemus, proque huius dignitate nos geramus. M. Tull. ad Attic. lib. 4. epist. 6. Reliquũ est: σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει. Nõ mehercle possum. Et Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit. Idẽ ad eundem lib. 1. Eam caussam, quã mihi dicis obtigisse σπάρταν, nõ modo numquã deseram, sed, etiã si ab illa deserar, in mea pristina sententia permanebo. Quod a Cicerone refertur, carmen est anapæsticũ, è tragœdia quapiam, Spartam nactus es, hãc orna. Theocriti Scholiastes indicat allusum ad hoc prouerbium in Hodœporis:

Αὐτόθι πολέρισδε, καὶ αὐτόθι βουκολιάζεν.
Τὰν σαυτᾶ πατέων ἔχε τὰς δρύας. i.
Mecum istic certa, simul istic pascito tauros.

Et

Et, terram calcans propriam, ne desere quercus.

Prouerbiũ igitur ad uarios usus licebit accommodare, uel cum admonebimus, ut suam quisque personam, quam suscepit, cũ decoro tueatur. Maritus es, cura, quę mariti sunt officia. Aulicus es, aulicum age. Iudex es, ne iam amicum, aut inimicum, sed iudicem agas. Principatus tibi contigit, principis officio fungere. Priuatus es, ut priuatum te gere. Sic propemodum usus est Aristophanes, nam huic inscribitur comędia, cui titulus θεσμοφοριάζουσαι:

Χρὴ γὰρ ποιητὴν ἄνδρα πρὸς τὰ δράματα
Αἰεὶ ποιεῖν, πρὸς ἦθη τῆς πόλεως ἔχειν .i. Decet poetam accommodari moribus,

Vtcumq. ad argumenta, quæ tractauerit.

Vel cũ iubebimus unumquemq. sua sorte contentum esse opotere, quæcumq. contigit. Quemadmodum enim peritus gubernator in omni tempestate bonum præstat nauclerum, ita uir sapiens in omni fortuna sapienter se gerit. Est ampla res familiaris, sapienter administra. Nõ est, utere paupertatis commodis. Contigit eruditio, utere ad bene uiuendum. Plutarchus in commentario περὶ τῆς εὐθυμίας, admonens, vt suam quisque sortem boni consulat, σπάρτλω, inquit, ἔλαχες, τάυτλω κόσμει. i. Sparta tibi obtigit, hanc exorna. In eodẽ libello monet hoc dictum a Solone proditum. Citatur autem ex Euripide.

Σπάρτλω ἔλαχες, κείνλω κόσμει,
Τὰς δὲ μυκήνας ἡμεῖς ἰδία. i.
Spartam nactus es, hanc guberna,
Sors est proprie nostra Mycenæ.

Videntur uerba esse Agamemnonis ad Menelaum. Quod confine est illi Platonico: τὸ παρὸν εὖ τίθεσο, id est, Quod præsens est, bene dispone, siue boni consule. Nũc uulgus hominum magis incumbit augendæ rei, quam bene administrandæ. Cõtra quam recte monet Socrates in Theeteto Platonis: κρεῖττον γάρ τι σμικρὸν εὖ, εἰ πολὺ μὴ ἱκανῶς περᾶναι. i. Nam satius est, pusillum bene, quam multum non ut oportet peragere. Hanc igitur sentẽtiam passim in principũ aulis insculpi oportuit, σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει. Principis munus est, modis omnib. reip. cõmodis prouidere, publicam tueri libertatem, alere pacem, excludere quam minimo suorum exitio maleficia, dare operam, ut sanctos, & integros habeat magistratus. Nihil principi pulchrius, quã ut hoc quidquid est regni, quod fortuna dedit, sua sapientia, uirtute, diligentia reddat ornatius. Contigit opidulum, imitare Epaminondam, fac, vt frigidum illud opidulum tua opera multo reddas celebrius, ac locupletius, Cõtigit fera, & intractabilis natio, da operam, vt eã paullatim cicurem, & legibus obtemperantem reddas. Quasdam nationes ingeniũ ac linguę sonus discreuit, ut Germanos, & Hispanos, quosdam ipsa natura diduxit, ut insulares mari. Italos mari simul, & Alpiũ molibus. Nõnullis casus suos terminos dedit. Si quisq;, quod nactus sit, nitatur ornare, nimirum ubique florebunt omnia.

Contigit & malis uenatio.

Δέδοται καὶ κακεῖσιν ἄγρα. i. Contigit & ignauis è uenatu præda. Vbi quid feliciter obtigit immerẽti, quodq. fortunę magis, quam illius industriæ, sit acceptum ferendum. Allegoria sumpta a uenatu, in quo uel præcipue dominatur fortuna, Virtus minimum affert momenti. At eruditio nemini contigit nisi labore parta. Regnum obuenit dormiẽtibus, opes affluunt cessantibus nonnunquam, honores accidũt etiam fugitantibus, cæterum, quæ uere bona sunt, nostra industria parentur oportet. Inde natum, quod olim mos fuerit, quod uenatu captum esset, omnibus impartiri, etiam immerentibus. Ita Theocritus in Piscatoribus:

Ὡς καὶ τὰν ἄγραν τὠνείρατα πάντα μερίζειν. i.
Sic uti uenatum partiri insomnia cuncta.

Quemadmodum arcana non committimus nisi selectis amicis, ita omnia non narramus quibuslibet. Prouerbium refertur a Suida, & Zenodoto. Si pro δέδοται legas δίδοτο, siue δέδοτο, erit initium carminis trochaici. Nam probabile est, è poeta quopiam decerptum.

Ire per extentum funem.

Proverbiali figura dixit Horatius, Ire per extentũ funẽ, pro eo, quod est, rem factu per quã difficilem præstare, neq. uel tãtillum aberrare. Sumptum a funambulis, ut Acroni placet, qui nõ sine summa arte, summoq. usu, per funem protensum ingrediuntur. Quæ res, sicuti coniicere licet, priscis ingenti miraculo fuit, hodie nihil uulgatius. Horatii carmen hoc est.

Ille

Ille per extentum funem mihi posse uidetur
Ire poeta, meum qui pectus inaniter angit.

Lucernam adhibes in meridie.

Λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἅπτεις, i. Lucernã accendis in meridie, id est, facis non suo tempore, aut explicas, quæ per se sunt clarissima. Quorsum enim lucernis opus clarissima luce? Natum uideri potest a ridiculo Diogenis facto, qui, adhibita interdiu lucerna, rogatusq;, quid nam sibi uellet, respondit, ἄνθρωπον ζητῶ, idest, Hominem quæro, quemadmodum testatur Diogenes Laertius. Seneca libro De beata uita, indicat hoc fieri solere per superstitionem, si quando denunciabatur ira numinis: Cum, inquit, sistrum aliquis concutiés ex imperio mentitur, cũ aliquis secãdi la certos suos artifex, brachia, atque humeros suspensa manu cruentat cum aliqua genibus per uiam repens ululat, laurumq. linteatus senex è medio lucernam die præferens, conclamant iratum aliquem deorũ, concurritis, & auditis.

Soli lumen inferre.

QVINCTILIANVS Institut. orat. libro quinto, titulo de usu argumẽtorum, simillima huic figuræ dixit, eum Soli lumẽ inferre, qui rem per se euidentissimam conaretur argumentationibus probare. Videtur idem cum illo, quod alio retulimus loco, ἡλίῳ τὸ φῶς δανείζειν, id est, Soli mutuare lumen.

Zoili.

ZOILI audax quidem, sed parum felix, mordacitas prouerbio locum fecit, ut uulgo Zoili uocentur, alienarum laudum obtrectatores, & alienorum laborum reprehensores. Marrialis.

Pendentem uolo Zoilum uidere.

Hic Zoilus sophista quispiã fuit, hoc facinore potissimum nobilitatus, quod Homerum poetarum omnium principẽ, ausus est, libris aliquot in eum scriptis, incessere, unde ὁμηρομάστιγος cognomẽ meruit, quod ipsum etiam abiit in prouerbium. sic enim appellari cœpti nobilium auctorum castigatores, uel Plinio teste in præfatione Historiæ naturalis. Et Virgilio mastiges, quorum de numero fuit Pero. Zoilus igitur commentarios in Homerum compositos Ptolemæo tyranno Aegyptiorum obtulit, ingens, uidelicet, præmium a rege sperans. Verum, cum nihil mitteretur, penuria coactus, misit, qui peterent. Ibi Ptolemæus ait, se mirari, cum Homerus, tot annos defunctus, tot hominum millia pasceret, Zoilum egere. Homero doctiorẽ: Denique per occasionem supplicio affectus est. Quamquam de mortis genere diuersa tradunt auctores.

Bona Cillicon.

Ἀγαθὰ κιλλικῶν, i. Bona Cillicon. subaudiendum, facit, aut habet. Conuenit, ubi quis malefactis, ac fœdis artibus sibi parauit opes. Huic adagio locum fecit Cilicon quidã, natione Milesius, qui, prodita Prienensibus Mileto patria, ampliter quidem, sed fœde, ditatus est. Is, cum, proditionem moliens, rogaretur, quid nam esset facturus, respondit, πάντ' ἀγαθά, i. Omnia bona. Vnde prouerbium effertur etiam ad hunc modum, πάντ' ἀγαθὰ ὡς ἔφη κιλλικῶν. id est, Omnia bona, uelut inquit Cillicon. Auctores Suidas, & Zenodotus. Alludit huc & Aristophanes ἐν εἰρήνῃ,

Οὐδὲν πονηρόν, ἀλλ' ὅπερ κ̓ κιλλικόν, i.
Mali nihil, uerum quod inquit Cillicon.

Interpres adiicit, Cillicontis exitium. Prodita a Cillicõte insula, Theagenes quidam Syrius commigrarat Samũ, atq. illic uẽdebat carnes. Ab hoc cũ Cillicon carnes emere uellet, tradidit illi, ut, quod superesset, amputaret. At ille, porrecta machæra, manum hominis abscidit: Ista, inquiens, manu non prodes alteram ciuitatem.

Plumbeo iugulare gladio.

PLVMBEO iugulare gladio, est, futili, leuiq. argumento cõuincere quempiã. M. Tullius ad Atticum: Cum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. Idem in libris De finibus bonorum, frigidum argumentum, plumbeum appellat pugionem. Quemadmodum Aurelius Augustinus libro aduersus Iulianum 3. Et tamẽ, inquit, dialecticorũ quasi iaculis oneratus acutis, in certamẽ procedis, & iactas plumbeos pugiones. Demosthenes i orõne cõtra Aristogitonẽ prima: ὅτε γὰρ μαγείρῳ μαχαίρεις οὐδὲν ἐστὶ ὄφελος ἥτις οὐ τέμνεται. i. Neq; nõ eo quo machęrę ullus est usus, q̃ nõ secat,

Leonem radere.

Λέοντα ξυρεῖν, i. Leonem radere, dicuntur, qui feroces, & præpotẽtes arte tractãt, & illudunt magno suo periculo. Vsurpauit hoc adagium Socrates apud Platonẽ lib. de Republica primo, negans, se usqueadeo demẽtem esse, ut leonem ausit tondere, & Thrasymacho, homini pręferoci illudere: οἶει γὰρ ἄν με ὅτῳ μαινῴμαι, ὥστε ξυρεῖν ὀπχειρεῖν λέοντα, καὶ συκοφαντεῖν θρασύμαχον; Nam agni citra periculum tõdentur, uellãturque, leo nullo modo tractari uult. Ad hoc adagiũ allusisse uidetur Martialis Epigrãmatum libro decimo, cum ait:

Quare, si pudor est, Ligella, noli
Barbam uellere mortuo leoni.

Vertit enim poeta in iocum, quasi tutũ esset, & ignauum, leonem iam non sentientem uellere. Per leonem autem innuit pudenda muliebria, iã emortua senio. Id Aristides in Panathenaicis, ad Periclẽ à Platone taxatũ refert: Οἱ δ' ὁρᾶν μὴ λέοντα ξυρεῖν ὀπχειρῶμεν, ὁ θρασύμαχον συκοφαντεῖν ὀπχειρῶντες, ἀλλὰ κωμῳδεῖν ἐπιχειρέα, καὶ ταῦτα δειλίας. i. Itaque uide, ne leonẽ radere conemur, non Thrasymachũ calumniari uolentes, sed Periclem taxare, præsertim de timiditate.

Ne mihi Suffenus esem.

NE mihi Suffenus essem, ne mihi ipsi blandirer, ac stulte meipsum admirarer. Suffenus erat poeta longe ineptissimus, in aliorum uitia dicax, ad sua cæcus. Itaque prouerbium receptum, ut, qui sibi inaniter placerent, Suffeni dicerentur. Catullus in epigrammate,

Idem infaceto est infacetior rure,
Simul poemata attigit: neq; idem umquã
Æque est beatus, ac poema cum scribit,
Tam gaudet in se, tamque se ipse miratur.
Ibidem,
Quem non in aliqua re uidere Suffenum
Possis.

Suffeni simillimum Meuium facit Horatius, suis ignoscentem uitijs, aliena mordacissime insectantem.

Egomet mi ignosco, Meuius inquit.

Siculus omphacizat.

Σικελὸς ὀμφακίζει, i. Siculus omphacissat. Omphaca Græci dicunt uuam acerbã, & immaturam, ἀπὸ τοῦ ὠμὸς φαγεῖν, idest, quod crudi comedantur. Vnde dicebatur in eos, qui libidine furandi quantumlibet uilia tollerent furto. Ductum à furacitate Siculorum. Non perperam dicetur & in illos, qui, ob immodicam, & præproperam auiditatem, quo pusillum lucelli faciant sibi, damnum ingens alijs inferunt. Sunt, qui credant, quadrare posse in eos, qui bellissima quæque sibi decerpunt: ut Syrus ille Terentianus. Zenodotus ait, ex Epicharmo sumptum. Refertur & à Suida.

Anus simia sero quidam.

Γέρον πίθηκος ἁλίσκεται μέ, μετὰ χρόνον δ' ἁλίσκεται. idest, Anus simia sero quidem capitur, sed tamen aliquando capitur. Vbi uersutus aliquis, qui diu eluserit, tandem dat pœnas. Valebit ad exhortandum, ut quisque ueris rationibus agat, si uelit esse tutus, ne fidat callidis quidẽ, sed inhonestis consilijs. Nullum enim tam instructum dolis, ut perpetuo fallat, sed tandem casus aliquis in apertum profert dissimulatam malitiam.

Parni scaphula.

Τὸ πάρνε σκοφίδιον, i. Parni scaphula. Cõuenit in eos, qui, ob res minutulas, multum litium, & querellarum mouent. Sumptum a Parno quopiam, qui, ob nauiculam ereptam, populo molestissimus fuisse legitur. Auctor Diogenianus. Cum enim huius caussa frequenter ad populum deferretur, tandem in popularem iocum abiit, uelut illud, ὁ διὸς κόρινθος,

Ne puero gladium.

Μὴ παιδὶ μάχαιραν, i. Ne puero gladiũ subaudiendum, commiseris. Allegoria prouerbialis, admonens, non esse mandandam potestatem uel adolescentibus, uel imperitis, ac stultis, qua tum in suam, tum aliorum perniciem sint abusuri. Ne iuueni commiseris administrationem pecunię. Ne puero gladium. Ne regnum impuberi. Ne puero gladium. Ne magistratum mandaris stultis. Ne puero gladium. Μὴ παιδὶ μάχαιραν. Plutarchus in libello, cui titulus, Ὅτι καὶ γυναῖκας κακὰς παιδεύτέον, citãte Stobęo: nã is liber nõdũ emersit in lucẽ: Μὴ παιδὶ μάχαιραν ἡ παροιμία φησὶν. Ἐγὼ δὲ φαίην ἂν μὴ παιδὶ πλοῦτον, μὴ δὲ ἀνδρὶ ἀπαιδευσίαν, id est, Ne puero

puero gladium, ait prouerbium. Significat, pecuniam pestiferam adolescentibus, uiro inscitiam. Idem in Problematis Symposiacis, Εἰ δὲ μὴ δοτέον ὥσπερ παισὶν ἀφεμεῖν μὴ δωναμένοις, ἀ δόρυ καὶ ξίφος, ἀλλὰ πλαταγὴν, καὶ σφαῖραν. i. Sin minus, da re oportet, ueluti pueris nõ valentibus cõquiescere: non hastam, aut ensem, sed crepitaculum, aut sphæram. Vsurpauit & Athenæus libro Dipnosophistarum 5. in philosophum, cui commissum esset Imperium.

Lindij sacrum.

Λίνδιοι τὰ θυσίαν, i. Lindij sacrum, subaudi, faciunt. Dicebatur in eos, qui inauspicato rem diuinam faciebant. Sumptum ab historia, cuius meminit etiam Lactantius in Institutionibus Christianę religionis, libro 1. Hercules olim agricolæ cuidã Lindio duos boues per uim eripuit, & mactatis illis conuiuium sibi parauit. Senex autem Herculi comedenti, cum multa in eum male dicta congereret, uoluptati pariter, & risui fuit: ita, ut Herculem dixisse ferant, nullum unquam conuiuium sibi iucundius accidisse. Sed haud ab re fuerit Lactantij uerba subscribere. Apud Lindum, inquit, quod est opidum Rhodi, Herculis sacra sunt, quorum a cęteris longe diuersis est ritus: siquidem non ἀφημία, ut Græci uocant, sed maledictis, & exsecratione celebrantur. Eaque pro uiolatis habet, si quando inter sollemnes ritus uel imprudenti alicui exciderit bonum uerbum. Cuius rei hæc ratio redditur, si tamen ulla esse in rebus uanissimis potest. Hercules cum eo delatus esset, famemque pateretur, aratorem quendam adspexit operantem, ab eoq. petere cœpit, ut sibi unum bouem uenderet. Enimuero ille negauit fieri posse: qa spes sua omnis colendæ terræ duobus illis iuuencis niteretur. Hercules, solita violentia usus, quia unum accipere non potuit, utrũque sustulit. At ille, infelix, cum boues suos mactari uideret, iniuriam suam maledictis ultus est: quod homini eleganti, & urbano, gratissimum fuit. Nam, dum comitibus suis epulas apparat, dumq. alienos boues deuorat, ilium sibi amarissime conuiciantem cum risu, & cachinnis, audiebat. Sed, postquam Herculi diuinos honores, ob admirationem uirtutis, deferri placuit a ciuibus, ei ara posita est, quam de facto βώζυγον, idest, bonis iugũ, nominarunt, ad quam duo iuncti boues immolarentur, sicut illi, quos abstulerat aratori: eumq. ipsum sibi constituit sacerdotem: ac præcepit, ijsdem maledictis semper in celebrandis sacrificiis uteretur. quod negaret se unquam epulatũ iucundius. Hucusque Lactãtiana reddidimus uerba. Zenodotus addit, hunc apud Lindios inoleuisse morem, iubente etiam oraculo, vt, inter peragenda sacra, conuitia quædam iactarentur.. Meminit huius & Gregorius Nazianzenus in orationibus stelieuticis. Adagium ad multos usus accõmodari potest, uel ad rixosum conuiuium, seu disputationem, uel ad rem quampiam, malis ominibus institutam.

Megarensium lacrymæ.

Μεγαρέων δάκρυα, i. Megarensiũ lachrymæ, dicebantur uel fictæ, nec ex uero dolore profectæ, uel ui adactę. Diogenianus ad huiusmodi refert historiam. Bacchius quidam Corinthius, Clytij, Megarensium Regis, filiam uxorem duxerat. Ea defuncta Clytius complures uirgines, & adolescentes Corinthum misit, qui in funeralibus pompis puellam deplorarent, lacrymis utique, fictis:

Vt, qui conducti plorant in funere, dicũt,
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo.

Contra Iuuenalis:

Ploratur lacrymis amissa pecunia ueris,

Suidas aliã affert caussam. Apud Megarenses enim permultam alij copiam esse: huius acrimonia multis exprimi lacrymas uel inuitis. Proinde apud Aristophanem, qui lacrymatur, allium olfacere, per locũ dicitur. Igitur, si adsimulatum dolorem accommodes, prouerbium affine fuerit illi,

Flere ad nouercæ tumulum.

Ventus neque manere sinit, neque nauigare.

Ἄνεμος ὅτε μένειν ἐᾷ, ὅτε πλεῖν, i. Ventus neque manere sinit, neque nauigare. Philocteres apud Aeschylum,

Εν θ' ὅτε μίμνειν ἄνεμος, ὅτε πλεῖν ἐᾷ. i.

Vbi nec manere, nec ire uentus annuit.

Simillimũ est illi, Lupũ auribus teneo. Vsus erit, ubi quis in eas rerum angustias inciderit, ut nec relinquere negotium sit integrum, nec absoluendi sit facultas. Mutuo sumpta metaphora a sæuissima uentorum tempestate, cum nautis periculo-

sissima est nauigatio, neque tutum tamen anchoram iacere. Q. Curtius lib. 8. citra figuram extulit hoc pacto: Attonitisq. auribus stupens agmen, nec progredi, nec considere audebat. Refertur a Diogeniano.

Vulpes non iterum capitur laqueo.

Αλλ' οὐκ αὖθις ἀλώπηξ πάγας, i. At non iterum vulpes laqueis. subaudiendũ, capitur. Qui sapit, ὃ δὶς ποὸς τὰ αὐτὰ προσκρούει λίθον. i. non iterum ad eundem offendit lapidem. Stupidi est hominis, in malũ gustatum iterum incidere. In Plutarchi Collectaneis effertur hũc admodum, ἀλώπηξ διαφυγοῦσα πάγας, αὖθις οὐχ ἁλίσκεται. i. Vulpes, quę semel effugerit laqueos, non capitur iterum: Huic animanti natura inest astutia, quemadmodum leonibus audacia. Sic Pindarus in Isthmijs hymno quarto, Τολμᾶ γὰρ εἰκὼν θυμὸν ἐριβρεμέταν θηρὰν λεόντων ἐν πόνῳ, μῆτον δ' ἀλώπηξ. i. Virum fortem, ob robur, leoni; ob prudentiam, vulpi comparat. Confine est illi, quod alibi retulimus, Iterum ad eundem lapidem impingere: quod usurpauit Gregorius Theologus in epistola quadam ad Bosphorium, δὶς γὰρ ποὸς τὰ αὐτὰ λίθον προσπαίειν, τοῖς ἀνοήτοις μονοῖς ἡ παροιμία δίδωσιν. i. Bis enim ad eundem lapidem impingere, solis stultis concedit prouerbium.

Abydena illatio.

Ἀβυδηνὸν ὀπφώνημα, i. Abydena illatio, siue irruptio. Dici solitum, ubi quis ostrepit, aut conuiuantibus, aut aliud qppiam agentibus, & tumultu molestiam affert. Zenodotus ait exstare prouerbium apud Eudoxum in fabula, cui titulus Suppositicius. Atque hinc esse natum, quod olim Abydenis mos fuerit, si quem ciuẽ, aut hospitem, acciperent conuiuio, præterea in sacris, ac solemnibus epulis, ut post unguentum, & coronas, infantes a nutricibus inducerentur, circumferrenturq; suauiandi. Vagientibus autem, & clamantibus pueris, garrientibus item, & obstrepentibus nutriculis, cõuiuium tumultuosum, & iniucundum reddebatur. Ergo, cum amicis aliquot suauiter colloquentibus interueniet tabula quispiam, & immodice loquax, qui confabulationem sua loquacitate sit inamœnam redditurus, recte dicemus, ἀβυδηνὸν ὀπφόρημα. Tametsi in quibusdam codicibus, ὀπφώνημα legimus, i. acclamatio: uerum, ut opinamur, mendose: quandoquidem Athenæus libro Dipnosophistarum 14. mentionem facit huius adagij, demonstrans, complurium auctorum testimonijs, ὀπφορήματα dici bellaria, siue secundas mensas: ab inferendo, non ab acclamando. Quin & Stephanus ὀπφόρημα legit, non ὀπφώνημα. Itidem Zenodotus, & Suidas. Solus Hesychius legit ὀπφώνημα, indicans & hoc dici in eos, qui hospites calumniabantur. Cęterum, quod in nonnullis codicibus scriptum uisitur, ἀβυδηνῶν, pro ἀβυδηνὸν, minimum interest ad sensum.

Mendici pera non impletur.

Πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται, i. Mendici pera non impletur. Zenodotus ait, ex Callimacho sumptum. Sensus per se liquet, nempe inexplebilem esse mendicitatem. Nam, quo plura dederis ijs, qui ãnimo sunt mendico, hoc plura petunt. Deflecti potest uel ad improbos, qui semper aliqd flagitant ab amicis; uel in diuites, quibus nihil est satis. Aptissime congruet in illos, qui libidini, cupiditati, ambitioni, reliquisq. id genus affectibus addicti sunt. Nam ijs illud euenit, ut, quo intemperantius explent sese, hoc magis magisque sitiant, esuriantque.

Laconicæ lunæ.

Λακονικὰς σελήνας, i. Laconicas lunas, subaudiẽdũ, caussaris, aut eiusmodi quippiam. De promissis, aut pactis incertis, atq. infirmis dicebatur. Nam, ut aiũt, Lacones, si quando pactum auxilium poscerentur, lunas caussabantur, atque hoc prætextu suffugiebant, quod, ut testatur Lucianus, legem tulisset Lycurgus, ne prælium inirent, nisi plenilunio. In cæteris item negotiis auspicandis, lunæ rationes superstitiosius obseruabant: atq; hinc occasio prouerbij. Ad hoc allusit M. Tul. in epist. quadam ad Atticum, cuius initium est, Dionysius, vir optimus, li. 7. Ego, quoniã 4. Non. Ian. compitalicius dies, nolo eo die Albanum uenire, molestus familię. Veniam 3. Nonarum. Igitur inde ad urbem prid. Non. Tua σελὶς quem in diẽ incurrat, nescio: sed prsus cõmoueri te incõmodo ualetudinis tuę nolo. Quamquã haud clã est, hoc loco in vulgatis codicibus λὶς scriptũ esse, nõ

σελωὶς. Nonnulli λῆρις mutauerant: uerum sensus huc uocat, ut σελωὶς, i. lunula, legamus. Cum enim significasset, quos dies obseruasset, aut delegisset ipse, ueluti superstitiosior, adiecit de Attico, Tua lunula in quem incidat diem, nescio, ludens & in illius superstitionem, sed ita tamen, ut ualetudinis rationem haberi velit ab Attico: Cõuenit cum eo, quod alias recensuimus, Acessei luna.

Lucerna pinguior, & Lecytho pinguior.

Λιπαρώτερος λύχνε, λιπαρώτερος λυκυθίε, i. Pinguior lucerna, Pinguior lecytho. Videtur ironia prouerbialis in eos, q, cum sint edaces, nihilo tamen inde fiunt habitiores. quemadmodum lucerna plurimum absumit olei, neque tamen fit unquã saginatior. Fortassis non absurde deflectetur in homines crasso iudicio, aut luxui deditos, aut uoluptarios. Refertur a Diogeniano.

Ad mensuram aquam bibunt, citra mensuram offam comedentes.

Μέτρῳ μὲν ὕδωρ πίνοντες, ἀμέτρῳ δὲ μάζαν ἐδοντες, i. Ad mensuram bibentes aquã, citra mensuram offam edentes. Zenodotus scribit, hunc uersiculum, oraculo proditum in Sybaritas, in uulgi sermonẽ abijsse, qui ob immoderatum luxum a Crotoniatis subuersi sunt: quemadmodum alibi retulimus. Vnde poterit accommodari, uel in eos, qui ex summis deliciis, opibusque rediguntur ad extremam inopiam; uel in eos, qui præpostere sunt sordidi, parcissimi in rebus minutissimis, in magnis negligentes: cuiusmodi plerosq. uideas mortales. Est autem uersus heroicus, qui tamen in omnibus, quos adhuc uiderimus, codicibus depranate legitur. Restituetur autem hoc pacto,

Μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες, ἀμέτρως μάζαν ἔδοντες.

Consimilis formæ est illud Theocriti in Bucoliastis,

Καὶ φεύγει φιλέοντα, καὶ ἐ φιλέοντα διώκει. i. est,

Auersum insequitur, rursum auersatur amantem.

In toga saltantis personam inducere.

SALTANTIS personam in toga inducere est, quippiam facere neutiquam decorum: ueluti, si senex ineptiat: Aut, si qs seriis misceat ludicra. Martialis in prefatione secundi libri, Noli ergo, si tibi uidetur, rem facere ridiculam, & in toga saltantis inducere personam. Toga, ciuium erat Romanorum, & honoris gratia sumebatur ab ijs, qui iam excessissent e pueritia: deposita prætexta, ipso cultu uirilem animum, ac mores profitentibus. unde & uirilis toga dicebatur. Hinc illud Ciceronis in Philip. Sumpsisti uirilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. Quin & pacis tempore gestabatur, quemadmodum sagum in bello. Vnde M. Tullius in Philippicis subinde iubet, depositis togis saga sumere. Et idem, Cędant arma togæ. Item Lucanus de Pompeio,

Prætulit arma togæ, sed pacem armatus amauit.

Abronis uita.

Αβρονος βίος, i. Abronis uita. De molliter, ac delicioſe uiuentibus. Sumptum a moribus Arabonis cuiuspiam, notæ luxuriæ: quemadmodum apud nos Apicius, & Æsopus luxu nobilitati sunt. Græci, quidquid delicatum, ac molle, ἁβρὸν, & πάναβρον appellant: unde ἁβροδίαιτος, lauti uictus, & opipare uictitans. Refertur a Zenodoto.

Inest & formicæ, & serpho bilis.

Ενεστι καὶν μύρμηκι καὶν σέρφῳ χολή. i. Formicæ inest sua bilis, & serpho sua.

Admonet adagium, non esse contemnẽdum inimicum quempiam, nec ullum temere lacessendum, quandoquidem nullũ animal tam minutum, aut imbecillũ, quod irritatum non excandescat ira. Quadrabit & in homunculos, nullis præditos uiribus, tamen uindictam molientes, ira, ut solet, animos suppeditante. Serphus, minutulũ animal, non dissimile formicæ. Brasidas, auctore Plutarcho, cum manum in caricas temere misisset, & a mure inibi forte fortuna latente morderetur, Papæ, inquit, ut nullum est animal tam pusillum, neq. tam inualidum, quod, lacessitum, non cupiat ulcisci sese.

Locrense pactum.

Λοκρῶν σεώθημα, i. Locrensiũ pactum. De fœdifragis dictum, cuiusmodi quondã habiti Locrẽses, qd, fœdere prodito, quod cum

cum Peloponnesijs inierant, ad Heraclidarum partes defecerint. Vel, ut quibusdam placet, quod Siculos eluserint, non præstita fide. Hæc propemodum Zenodotus. Refertur ijsdem ferme uerbis ab Eustathio in Boœtiam Homeri.

Cassioticus nodus.

Κασσιώτικον ἄμμα, i. Cassioticus nodus. De moribus uafris, ac uersutis, dici consueuit. Cassius mons est, & eiusdem nominis ciuitas i Aegypto uicina Pelusio. Ei genti quasi genuinum, ac gentilitium est, miros quosdam nodos nectere. Huic affine, quod alio diximus loco, ἡρακλεῖον ἄμμα, id est, Herculeus nodus, quo arctissimam, atq. indissolubilem amicitiam significamus. In caduceo Mercuriali duo sunt serpentes, masculus, & fęmina, qui medio corporum cõplexu nodum efficiunt Herculanum. Ab eo supernæ partes sic ad osculum coeunt, ut flexu circulum efficiant: infermæ simili flexu ad caducei capulũ reuocantur, qua parte item caudæ coeunt utriusque. Hanc imaginem caducei, adhuc uidere est in nomismatibus antiquis. E quibus opinamur symbolum suum mutuatus est Ioannes Frobenius, typographo rũ huius ætatis diligentissimus, nisi quod extra circulum, quem serpentes faciunt capitibus inter se coeuntes, addita est columba sceptro insidens. Hunc nodum Mercurio consecrarunt Ægyptii. innuentes fœdera non oportere umquam dissolui, uerum plurimum valere debere, unde & Herculano cognomen additum. Quamquam Galli, & haud scimus, an etiam Aegyptii, non alium putant Herculem, quam Mercurium. Refertur apud Diogenianum, ac Suidam, adagium de Cassiotico nodo. Stephanus aliter effert, nimirum hoc pacto, κασσιώτικα ἱμάτια, id est, Cassiotica pallia nisi forte pro ἱμάτια, scriptũ erat ἱμάντια, id est, lora.

Bonus cantor, bonus cupediarius.

Αγαθὸς ψάλτης, ἀγαθὸς ζωμοποιός, i. Bonus cantor, bonus cupediarius. In uitu perium musicæ artis dictum, quasi eiusdẽ sit hominis, aures delectare cantu, & palatum cupedis. Archidamus, Zeusippi filius, cum quidam sibi commendaretur hoc nomine, quod bonus esset cantor: At hic, inquit, apud nos bonus cupediarius.

Ad amussim applica lapidem, non ad lapidem amussim.

PLVTARCHVS in commentariolo, cui titulus, Quo pacto quis intelligere possit se profecisse, throcaicum hunc prouerbialem refert:

Πρὸς σάθμιν πέτρον τίθεσο, μήτι πρὸς πέτρῳ σάθμιον.

Lapis amussi est applicandus, non amussis ad petram.

Admonet, uitam ad leges esse corrigendam, non cõtra, leges ad mores nostros tractandas esse, ut id faciamus, quod honestũ sit; non id rectum existimemus, quod facimus. De Lesbia regula retulimus alibi.

Extra quærere sese.

PROVERBIALI schemate dictum a Persio. Satyra prima:

Examenq; improbum in illa
Castiges trutina, nec te quæsieris extra.

Id est, tuis te facultatibus metiaris, nõ populari opinione. Respõdit illi, quod idẽ alibi dixit, Tecum habita. Nam domi habemus, quæ proprie nostra sunt, nec aliunde petenda. Qui nõ est contentus recti cõscientia, sed famam spectat, ἔξω βλέπειν, i. foras prospicere dicitur. Plutarchus in cõmentario, qui inscribitur, Quemadmodũ quis intelligere possit se profecisse, Δῆλος ἐστὶν ἔξω βλέπων ἔτι, καὶ πρὸς δόξαν ἐλκόμενος. id est, Palam est illum adhuc foras prospicere, & opinione, famaque duci. Huc pertinet illud quoque, quod alibi retulimus.

Αλλότριος βοῦς πολλάκις ἔξω βλέπει. i. Extraneus bos sæpe prospectat foras.

Nimirum domi multa desiderans. Porro sapiens omnia sua bona secum portat in se ipso, totus instar mundi teres, atque rotundus.

Aliorum medicus, ipse ulceribus scatens.

PLVTARCHVS in cõmẽtario, cui titulus, Quo pacto quis ab inimico iuuari possit, hunc senariũ ex tragœdia quapiã illegat.

Αλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βράων. i. est, Alijs medens, at ipse ulceribus scatens.

In eos torquẽdus est, qui errari cauãt, incessuntq; aliena, intercutib. vitijs ipsi madẽtes. illud uulgo tritissimũ: Medice, tibi ipsi medicus esto. Gregorius in Apologia de fuga sua, ἢ τῆς παροιμίας πόῤῥω θέμενος,

ἄλλοις ἰατρεύειν ὄπι χειρῶντες, αὐτοὶ βρύον τες ἕλκεσι. i. Aut prouerbium procul effugiamus, aliis mederi parantes, ipsi scatentes ulceribus. Non dissimilem sententiam refert M. Tul. Phil. 12. Etenim, qui multorum custodem se profitetur, eum sapiẽtes sui primum capitis aiunt custodẽ esse oportere. Xenophon in conuiuio simile quíddam indicat uulgo iactatũ in diuinatores, οἱ μάντιες λέγονται δήπου ἄλλοις μὲ προαγορεύειν τὸ μέλλον, ἑαυτοῖς ὃ μὴ προορῶν τὸ ἐπιόν. i. Aiunt sane diuinos aliis quidẽ prædicere futura, sibi ipsis uero non prospicere, quod instat.

Tragice loqui.

Τραγικώτερον λαλεῖν, i. Tragice loqui. Est, uerbis uti magnificentioribus. Est. n. tragicorum character sublimis, amatq. tragedia ampullas, & sesquipedalia uerba. Menander apud Plutarchum in consolatorio commentario ad Apollonii, Εἰ δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς νόμοις, ἐφ' οἷς περ ἡμεῖς ἔσασας τὴν ἀέρα τὴν κοινὸν, ἵνα σοι τραγικώτερον λαλῶ. .i. Quod si ijsdem legibus, quib. & nos, hausisti communem aerem, ut tibi Tragice loquar. Vtitur & Plato libro De repub. tertio, Gregorius Theologus in epist. quadã, Ἀλλ' ἐκ νῆν, οἶμαι, πράττοντα τραγικῶς, παγκυρίζειν κωμικῶς. i. Non licebat, cũ ageres tragice, festum agere comice. Idem in epistola ad Basilium, ὦ γῆ καὶ ἥλιε, ἀὴρ, καὶ ἀρετὴ, τραγῳδίσω γάρ τι μικρὸν, i. O terra, & sol, aer, & uirtus: quamquam suspicamur, pro ἀρετὴ scriptũ fuisse αἰθὴρ, quẽ admodum ex ἀὴρ fecerat ἀνὴρ. Nam, qui primus has epistolas edidit, adeo uidetur callere Græce, ut uix legat. Est subinde apud Lucianũ ἐκτραγῳδίζειν, pro eo, qd est, magnificentius eloqui, & rem uerbis ampliorẽ reddere: & φορτικῶς λαλεῖν, pro, grandius, & fastosius dicere.

Tragicum tueri.

Τραγῳδικὸν βλέπειν, i. Tragicum tueri. Non dissimili figura dixit Aristophanes in Pluto, πενίαν, id est, paupertatem, describens,

Βλέπει γέ τοι μανικόν τι καὶ τραγῳδικόν. i. Tragicum tuetur, ac furiale quippiam.

Quadrabit uel in fastuosos, uel i tristes, ac luctuosos.

Lingua iurauit.

Illvd e tragedia cessit in prouerbiũ, ἡ γλῶσσ' ὄμοσεν, id est, Lingua iurauit. Vbi quis non præstat fidem promissi: aut ubi non ex animo pollicetur. Est apud Euripidem in Hippolyto coronato:

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. i. Iurata lingua est, animus iniuratus est.

Hunc versiculum incessiuerunt Comicorum conuicia. Aristophanes in Bacchis,

Ἡ φρένα μὲν οὐκ ἐθέλουσαν ὀμόσαι κατ' ἱερῶν.

Γλῶτταν δ' ὀπορκήσασαν ἰδίᾳ τῆς φρενὸς. i.

Aut mentem, quæ nolit per sacra iurare,
Linguam autem iuratam, seorsum ab animo.

Item in Ranis, taxans Euripidem.

Ἡ γλῶττ' ὀμώμοκ', αὐχύλον δ' αἱρήσομαι. .i. Iurata lingua est, Æschylum autẽ præferam.

Sic & Pindarus in Isthmijs, encomio 5. laudans quendam cordatæ, ueracisq. linguæ dicit,

Γλῶσσα δ' οὐκ ἔξω φρενῶν. i.

Lingua uero non extra mentem.

Euripidis dictum citatur a Platone in Theæteto, ἐὰν ὑποκρίνῃ ὅτι ἐστὶν, Εὐριπίδειόν τι ξυμβήσεται, ἡ μὲ γλῶττα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἔσται, ἡ δὲ φρὴν οὐκ ἀνέλεγκτος, .i. Si responderis esse, eueniet nobis quiddã Euripideũ, lingua vobis erit irredarguta, cæterum mens non erit irredarguta.

Heri, & nudiustertius.

Χθὲς, καὶ πρώην. i. Heri, & nudiustertius. Prouerbialis hyperbole, tempus admodũ nuper actum significans. Plutarchus in cõmentario De contentione ignis, & aquæ, ἡ τοῦ πυρὸς χρῆσις, ἐχθὲς, φασὶ, καὶ πρώην, ὑπὸ Προμηθέως, βίος πηρὸς, οὐκ ἄνευ ὕδατος ἦν. i. Atqui ignis usus heri, ac modo, qd aiunt, sub Prometheo: ignis uita, nõ citra aquam erat. Est subinde apud Lucianum, nominatim in libello De mercede seruientibus. Itẽ Plato De legibus lib. tertio, τὰ δ' ἄλλα ἄλλοις πάμπολλα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, χθὲς, καὶ πρώην γεγονότα. i. Quin & alia, quæ & alijs plurima, heri, ut ita loquar, ac nudiustertius acciderãt. Alibi legimus, nec tamẽ occurrit locus, ὁ χθὲς, καὶ πρώην ἑαυτῷ σῶσας θεὸς. i. Qui heri, & nudiustertius sibi deos instituit. Plato i Alcibiade secundo, Οἶμαι δέ σε οὐκ ἀνήκοον εἶναι

ἐν ἐνιάγε χθιζάτε, καὶ πρωιζὰ γεγενημένα. i. Arbitror autẽ tibi non inauditũ esse, quædam & heri, & nudiustertius esse facta.

Non pluet post noctem, qua sus agrestis pepererit.

Plvtarchvs in commentario De caussis naturalibus, uersum hunc ceu prouerbio iactatum citat.

Μηκέτι νηκτὸς ὕειν, ἧκεν τέκῃ ἀγροτέρα σῦς. ideſt,

Non iam nocte pluet, sus qua enitetur agrestis.

Sues cicures sæpius pariunt, ac diuersis temporibus, feræ nõ nisi semel. Idq. ijsdẽ ferme diebus, nimirum ineunte æstate. Vnde negant fore pluuiam, posteaquam sus agrestis pepererit, nimirum exactis iã mensibus pluuiis. Per iocum usurpari poterit, si dicamus, res fore tranquilliores, posteaquam morosus, ac rixosus quispiam animo suo morem gessit.

Cum diis pugnare.

Θεομαχεῖν, i. Cum diis pugnare dicuntur, qui uel naturæ repugnãt, uel aduersus necessitatem reluctantur, Sumptũ à gigantum fabula. M. Tullius in dialogo De senectute. Quid enim aliud gigãtum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare? Euripides in Bacchis.

Κ' θεομαχήσω, σῶν λόγων πειθοῦς ὑπό. i. Cedam deis, parens tuis sermonibus.

Fertur & huiusmodi senarius inter sententias prouerbiales:

Θεῷ μάχεσθαι δεινὸν ἐστὶ καὶ τύχῃ. i.

Pugnare cum diis, cumque fortuna, graue est,

Celebratur & illud Homericum,

Οὐκ ἔστιν πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι. i.

Haud pugnare potest hominum cum numine quisquam.

Imitatus Pindarus.

Χρὴ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν. ideſt.

Non conuenit cum deo contendere.

Dorica musa.

Δωρικὴ μῶσα, i. Dorica musa. De munerum auidis. Aristophanes in Equitibus iocatur in Cleonem, quod nullã aliam musicam discere potuerit, quam Doricam, uidelicet alludens ad notissimas harmoniarum species. Doricam, Lydiam, Phrygiam, & Bœoticam. Ludit autẽ uerbo perperam deprauato, δωροδοκησὶ pro δωρισὶ ὅπος, inquiens, ὁ δώματα μαθεῖν, ὦ μὴ δωροδοκησὶ. i. Iste discere haud potest, pterquã δωροδοκησὶ. Est aũt Græcis δωροδοκεῖν, muneribus corrũpi, ut in gratiã alicuius dicas sententiam, id quod Pythagoras appellat κύαμους ἐσθίειν, i. Fabas edere. Nam antiquitus factis suffragia ferebantur. Itaque συμβολικῶς, fabas edebant, qui q̃stum ex ea re facerent. Sic enim interpretatẽ is, quisquis fuit, qui collegit historias quas Gregorius Nazianzenus attigit. Quamquam exortus est nuper, qui Pythagoræ fabas uertit in oua, quod insit animantis initium: κύαμον autẽ dictum, quasi κύησιν. quem audiendum putaremus, si uel unum auctorculum ueterem, uel argumentũ aliquod grauius allegasset. Hesiodus itẽ principes corrupte iudicãtes, δωροβόρους appellat, ideſt, doniuoros.

Ne supra pedem calceus.

Μὴ ὑπὲρ τὴν πόδα τὸ ὑπόδημα. i. Ne ultra pedẽ calceus. i. Ne maiora uiribus suscipias. Aut, ne magnificentius te geras, quam pro tua cõditione. Lucianus in Imaginibus μηδὲ ὑπὲρ τὴν πόδα ἔστω τὸ ὑπόδημα i. Neque maior pede sit calceus. Rursum in proxime sequenti dialogo, ταῦτά σοι ἔκμετρα ἔδοξε, καὶ ὑπὲρ τὴν πόδα i. Hæc tibi uisa sunt immodica, & quam pro mensura pedis maiora. Rursum in Gallo, καὶ οὐχὶ κατὰ λόγον τοῦ ποδὸς. i. Et haud quaquam iuxta pedis rationem.

Ne è quouis ligno Mercurius fiat.

Οὐ ἐκ παντὸς ξύλου ἑρμῆς ἂν γένοιτο. i. Non è quouis ligno Mercurius fingi posset. i. Non oium ingenia sunt accommodata disciplinis. Quidã enim, ut ait Fabius, tr̃ablegandi sunt. Sumpta est allegoria à fabris, qui materiam deligunt. Quandoquidem ad alias res alias materias conuenire, copiose demonstrat Teophr. lib. De plantis 5. Item Plin. lib. 16. Quidam superstitiosius exquirunt materiam, unde numen exscalpant. Et quamquam Priapus ille, deus facilis, & crassus, haud grauatur ficulnus esse, non tamen idem liceat in Mercurio, deo tam ingenioso, totque prædio artibus. Tametsi magis arridet, ut ad magicum Mercurij simulacrum referatur, quẽ non ex quauis materia, sed certo ligno, scalpebant, alioqui non futurum idoneũ ad magicæ artis usum. Vnde id quoque in-

inter reliqua magici criminis argumenta obiectum fuerat Appuleio, quod Mercurii sigillum scalpendum curasset ligno buxi, quemadmodum ostēdit ipse apologia Magiæ prima. Fortassis buxus ad id potissimum deligebatur, uel quod hominis pallorem præseferat, uel quod materies sit omnium maxime æterna. Nam & aduersus ignem quoque ferri rigorem obtinet, auctore Plinio. Appuleius in apologia Magię prima prouerbiū refert ad auctorem Pythagoram; Nō enim, inquit, Ex omni ligno, vt Pythagoras dicebat, debet Mercurius exscalpi. Finitimum est huic, quod est apud Atheneum libro 5. Incertum autem, utrum Democharis an Cratetis, Ἐκ θύμβρας οὐδεῖς ἂν δώματα κατοικοδόμοι λόγχιον οὐδὲ ἐκ σωκράτους στρατιώτιν ἄμεμπτον i. Ex thymbra nemo queat cōficere lanceā, neque ē Socrate probum militem. Est autem Thymbra, oleris genus, aut fruticis, non dissimile thymo, aut satureię. Cuius meminit Plinius libro 19. cap. 8. cōdimentis aptum, unde & θυμβροφάγοι dicūtur Græcis, qui acribus delectantur, qd dicetur & in eos, quibus res sunt asperæ. Rursus Athenæus in eodē libro, ἀλλ' ὅτε ἐκ θύμβρας, ἔφη δημοχάρης, λόγχη, ὅτε ἐκ ποιήτων λόγων ἀνὴρ ἀγαθὸς γίνεται. i. Sed neque ē thymbra, quēadmodū inquit Demochares, lancea, neque ex huiusmodi sermonibus uir bonus fit.

Non sum ex istis heroibus.

Οὐκ εἰμὶ τούτων τῶν ἡρώων. i. Non sum de numero istorum heroum, idest, nō sum ex eorum numero, qui propensiores sunt ad lędendum, quam benemerendum. A gēniis sumptum, qui, lacessiti, sæpe perniciē adferūt, perraro iuuant. Vnde, qui se commodum, non noxam, allaturos esse pollicebantur, hoc utebantur adagio. Zenodotus Menandrum citat Ephebis.

Noui Simonem, & Simon me.

Οἶδα σίμωνα, κἀ σίμων ἐμὲ. i. Noui Simonem, & me Simon. De iis dicebatur, q pares essent. Zenodotus, & Suidas scribit, duos fuisse ductores, notæ utrumq. improbitatis, Simonem, & Niconē. Simonem autem, quod uitiis antecelleret, alterius famam obscurasse. Vnde prouerbio, Simonē unum nominant. Tradunt, hos duos Telchines fuisse qui inducta in terram aqua Stygia, Arnon ædificarint. Vocantur autē apud Græcos Telchines, mali genii, siue homines fascinatores, & maleficī. Strabo lib. 10. meminit Telchinum, aitq. nouem fuisse, qui, ē Rhodo Rheam sint comitati in Cretam. τελχῖνας autem dictos uolūt, παρὰ τὸ θέλγειν, quod est, obscurare, siue demulcere, quod homines illectos circūuniāt. Huic & τελχίνειον, siue τελχινῶδες, dicunt, quidquid insigniter est improbū, τελχιτᾶνειν, pro contentiose, ac pertinaciter agere. Addit Etymologus, omnes Cretenses τελχῖνας dici, & ipsam Cretā dictam τελχίωνα. Adagium usurpat Chrysostomus in Babyla, ὦ δεξιᾶς τελχῖνος. idest, O dextram Telchinis. Sic enim appellat nocentem dextram.

Ne nimium callidum hoc sit modo.

TERENTIVS in Eunucho, Vide ne nimiū callidū hoc sit modo. Donatus puerbium esse demōstrat, quamquā anceps est lectio. Potest enim utrunq. legi, & Calidū, & Callidum, ut prius illud adfestinatū consilium, alterum ad nimis astutū referatur. Siquidem utraque parum feliciter euenire solent, uel quæ nimiū calent, i. quæ præcipitantius instituuntur, uel quæ nimium audacibus aguntur dolis. Et sicut, auctore apud Titum Liuium, Fabio Maximo, temeritas non solum stulta, uerum etiam infelix plerumque est, ita uersutia nonnunquam ad summum discrimē adducit. Qui Callidum legunt, respicere videntur ad id quod paullo superius dixerat Chærea, Nunquam uidi melius cōsilium dari. Qui Calidum legunt per unicum l, &: nostra quidem sententia rectius, Græcam figurā agnoscunt. Quoniam θερμὸν, illi tum scelestum, tum præceps, & audax facinus uocant. Sic enim Penia in Pluto Aristophanica, de senibus, qui rem nouam moliuntur, ut Pluto cæco restituant oculos:

Ὦ θερμὸν ἔργον καὶ νόσιον, κἀ παράνομον. i.
Calidū ò facinus, & impium, & nefariū.

Interpres exponit θερμὸν, παράδοξον, τολμηρὸν, ἀκίνητον, i. Inauditū, audax, & præceps, ac temerarium. Item Sophocles in Antigone.

Θερμῷ ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις. i.
In frigidis tibi mens calet negotiis.

Obiurgatur Antigone, quod nimiū auide cuperet sepelire fratrem. Et Plutarchus Symposiacon Decade quinta, significat ζωρότερον quibusdā significare τὸ θερμὸν, ut

Achilles apud Homerum, iubens Patroclū miscere ζωρότερον, exegerit celeritatē ministerij. Quemadmodum nos quoque, inquit, sæpenumero iubemus ministris θερμότερον ἅπτεσθαι τῆς διακονίας, idest, Calidius ac celerius adire ministerium.

Ne gladium tollas, mulier.

Νὴ μάχαιραν αἶρε θῆλυ. i.
Ne machæram tolle, mulier.

Hemistichium est carminis trochaici. Ne suscipias negotii molem, cum nequeas auxiliari. Virorum. n. est, Ἀμωᾶσθαι περὶ πάχης, vt inquit Homerus. Potest, & in hunc trahi sensum, Ne spem ostendas, quā præstare non possis. Ne mineris, aut ne lacessas inimicum, cum lacessitum, nō queas profligare. Brutus notat Ciceronem, quod Antonium concionibus suis irritaret, quē irritatum non potuerit comprimere: hoc est, gladium tolleret mulier.

Nec sibi, nec aliis utilis.

QVI prorsus inutiles sunt, & fruges cōsumere nati, schemate prouerbiali, nec sibi, nec aliis utiles dicuntur. M. Tullius in libris Officiorum, Quamobrem, ut ante dixi, contemnuntur ii, qui nec sibi, nec aliis prosunt, ut dicitur. In quib. nullus labor, nulla cura, nulla industria est. Sumptū est ex nobili illo carmine Hesiodi, ex opere, quod inscribitur ἔργα καὶ ἡμέραι, qd subinde citat Aristoteles:

Οὗτος μὲν παράριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει.
Φραασάμενος, τάτ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ἧ σιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ος δέ κεμήθ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλα ἀκούων.
Εν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήιος ἀνήρ. i.

Omnia q. p se sapiat, lōge optimꝰ ille est,
Multo ante expendens, quæ nam sint optima factu:
Is tñ & frugi est, qui paret recta monēti.
At, q. nec p se sapiat, neq; mēte reponat.
Ex aliis audita, uir undiq; inutilis hic est.

Horum carminum sententiam T. Liuius sane quam eleganter & commode reddidit. Sæpe ergo, inquit, audiui milites, eum primum esse uirum, qui ipse consulat, quid in rem sit; secundum, eum, qui bene momenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, cum extremi ingenii esse. Huius generis haud paucos uideas mortales, qui, cum ipsi ob mentis inopiam nequeant dispicere, quid facto sit opus, dictu tamen mirum, quam sint præfracti, quamq. non admittant alienum consilium, uidelicet asinum illum Horatianum referentes, qui, cum nec uiam nosset, nec duci pareret, in rupem præceps datus est. Hesiodi carmen Zenon, teste Diogene, sic inuertit.

Κεῖνος μὲν παράριστος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει. i.

Optimus ille quidem, qui patet recta monenti.
Rursus at ille bonus, qui per sese omnia nouit.

Videlicet anteponens eum, qui bene pareret, ei, qui bene saperet. Huic enim intelligentiam dumtaxat adesse, illi uero iam usum, & exercitationem.

Neque compluitur, neque sole aduritur.

Οὐθ' ὕεται, ὅτε ἡλιοῦται, idest, Neq. cōpluitur, neque sole aduritur. De eo dici solitum, qui procul ab omni incommoditate semotus, uitam ageret. Cui contrarium illud Horationum:

Sudauit, & alsit.

Et pulueris, & solis, & cęlestis aquę patiens latus. Negotiatores, milites, athletę, nautæ, atq. id genus homines soli ferēdo, & imbribus tolerandis, assuescant oportet. Qui domi moliter uiuit, ab his malis abest. Quamobrem in hominem delicatū, & ad labores ferendos inhabilē, quadrabit, Aristophanes in Ranis, Bacchi, mollitiē notās,

Καὶ μήτε θερμὸν μήτ' ἄγαν ψυχρὰν φράσης. i.

Nec æstuosam, nec nimis cedo frigidam.

Refertur à Zenodoto prouerbium.

Simiarum pulcherrima deformis est.

Τῶν πιθήκων ἀμορφότατος δύσμορφος ἐστί, idest, Simiarum pulcherrima deformis. Recte dicetur de iis, quæ ipso genere sunt nitiosa, neq. prorsus conferendā cū uel extremis eorum, quæ sunt in honestorū ordine, ueluti, si quis dicat, Ienonem integerrimum esse periurium, aut honestissimū histrionem infamem, aut optimū Meuii carmen malum esse. Citatur a Platone, & ad Heraclitum auctorem refertur.

Quæres obsonium, vestem perdidi.

Σιτῶν γὰρ ὄψον, θοιμάτιον ἀπώλεσα, i. Obsonium dum quæro, vestē perdidi. Vbi res pessime cadit: aut cum, pusilla quædam captantes, maiora perdimus. Refertur à Suida, & ab alijs, nec indicant vnde sit natum. Quamquā obscurum non est, ab euentu profectum esse, quo fur quispiam, dum studet cibum tollere, comprehensus, uix pallio quoque reiecto, effugit. Allusit ad hoc prouerbium Aristophanes:

Διὰ ταῦτα δὴ καὶ θοιμάτιον ἀπώλεσας

idest.

Ob hæc tibi uestis quoq; perijt insuper.

Citius elephantum sub ala celes.

LVCIANVS in indoctū, θᾶσσον ἂν πέντε ἐλέφαντας ὑπὸ μάλης κρύψειας ἢ ἕνα κίγαν δόν. i. Citius quinque elephantos sub ala tegas, quā unum cinædum. De ijs, qui dissimulari nullo pacto possunt, quin notis aliquibus prodant animi morbū. Est autē figura prouerbialis in hyperbole: cui cognatum illud apud M. Tullīū ex Ennio, libro de Oratore 2. Flammam à sapiente facilius in ore ardente opprimi, quam ut bona dicta teneat.

Felix Corinthus, a tego sim Teneates.

Εὐδαίμων γε κόρινθος, ἐγὼ δ' εἶλω τενεάτης. i.

Fortunata Corinthus, at ipse sīē Teneates.

Tena, uicus quidam, haud procul à Corintho, nemorosus, & amœnus. Porro Corinthiorum opulentia insignis fuit. Strabo libro 8. scribit, hunc uersum oraculo prodi tum fuisse cuidam Asiano, consulenti, num præstaret Corinthum demigrare. Vnde uidetur, sicut alia pleraque, in uulgi sermonem abijsse: atque adeo refertur in catalogo Græcanicorum adagiorum. Tempestiuum fuerit hoc uti quoties in contentione duorum, non infitiabimur alterum per se præstantius, uerum alterum magis arridere, placereq; animo nostro. Veluti, si quis dicat, equidem fateor iuris scientiam, & ad rem, & ad famam comparandam magis idoneam, quam sit poetica, uerum:

Εὐδαίμων γε κόρινθος, ἐγὼ δ' εἶλω τενεάτης.

Sit illud melius, aut utilius, hoc animo meo gratius. Strabo admonet, à quibusdam pro τενεάτης perperam legi τεγεάτης. Nā Tegea ciuitas est Arcadiæ.

Asinus in paleas.

Ονος εἰς ἄχυρα, i. Asinus in paleas subaudiendum, incidit. Dici solitū, ubi cuipiā fortuna lautior præter spem obtigerit, aut nactus sorte fuerit aliquis, quo uel præcipue gaudeat. ueluti, si quem ostreorum auidum uideas, affatim uescentem illis, nō importune dixeris, ὄνος εἰς ἄχυρα, idest, Asinus in paleas. In fragmentis secundi libri Dipnosophistarum citatur hic senarius ex Philomenis Comœdijs:

Ονος βαδίζεις εἰς ἄχυρα τραγημάτων. i.

Iam uadis asinus in paleas tragematum.

Iucundius erit, si longius transferas: puta, si quis cupienter legat poetam, quo peculiariter delectetur. Conueniet & in hūc usum, ubi quis inscitia rem contaminat, ueluti, si barbarus, & illiteratus, bonum auctorem malis commentarijs inquinet. Gaudet enim asinus uolutatione, & omnia confundit hac lasciuia. Quod indicat Appuleius quoque, cum horti areolas omnes uolutationibus corporis à se turbatas scribit. Adagium ab euentu natum esse, nemo non uidet.

Alia voce psittacus, alia coturnix loquitur.

PROVERBIALI schemate dixit Martialis in clamcularium quendam poetam, qui, corniculam Æsopicam referens, suos ineptos uerficulos nomine Martialis i uulgus spargebat, ratus futurum, ut titulo decepti lectores, Martialis esse crederent.

Credis hoc, Prisce,
Voce ut loquatur psittacus coturnicis.

Conueniet in musicos, aut poetas, longe dispari stylo, longeq; dissimili facultate. Psittacus inter aues proxime uoces humanas exprimit: coturnices, pugnaces magis, quam loquaces. Vnde Ouidius in Epitaphio psittaci:

Ecce coturnices inter sua prælia uiuunt.

Caluus comatus.

CALVVS comatus, apud eundem Martialem, haud dubie figura prouerbiali:

Caluo turpius est nihil comato.

Rursus idem,

Caluus cum fueris, eris comatus.

Apte dicetur in eū, qui ueris bonis nudus, adsciticijs se uēditat. Veluti, si quis indoctus aliena p suis ederet, aut, si quis dissimulet, eē se, qd est, ueluti, si senex, assuto galericulo,

galericulo, aut tinctis capillis, affectet uideri iuuenis; si deformis, adhibito fuco uel t haberi formosa.

Primum Aegina pueros optimos alit.

Τὰ πρώτ' ἀρίστους παῖδας αἴγιν ἐκ τρέφει. idest.

Ægina primitus optimos pueros alit.

De re quapiam, quæ melioribus initijs cœpta, paullatim ad deterius delabitur, ut pleraq; mortalium faciunt. Exortum ad agium, ob Achillem, Patroclum, Aiacem, Neoptolemum, quod hi uirtute præcellurint, cū essent Ægineræ. Concinit his Strabo lib. 8. ostendēs, ex hac insula profectum Æacum cum sua posteritate. Nam Stephanus insulæ nomen inditum putat ab Ægina, Æaci matre. Eandem aliquando maris imperium tenuisse, quæ ne cum Athenienfibus quidem in nauali ad Salaminem prælio de principatu certare dubitauerit, cum Persæ Græciam inuaderent. Huius meminit etiam Homerus. Est autem Cycladum nobilissima, quæ diu dicta fuit Oenone, ut indicat idē Strabo, & Stephanus. Ob laborum autem tolerantiam, & industriam, frugalitatemque, dicti sunt Ægineræ Myrmidones, cum enim haberent terram superne lapidosam, inferne frumentis idoneam, fodientes, in cauernis habitare uisi sunt formicarum more, & asportandis lapidib. quodammodo eius animantis industriam repræsentare. Deinde, labente morum integritate, male cœperunt audire Ægineræ, id quod prouerbijs aliquot testatum est, quorum est illud, Ægineuses, neque tertij, neq. quarti, ut dictum est in prouerbio de Megarensibus. Non dissimile illi, Quondam fuerunt strenui Milesij.

Irrisibilis lapis.

Αγέλαστος πέτρα, idest, Irrisibile saxum. De re uehementer acerba, tristiq́ue. Ostendebatur olim saxum quoddā in Attica, in quo ferebatur consedisse Ceres, cum, relicto cęlo, succensis facibus, Proserpinam à Plutone raptam quæreret. Porro, cum Eleusinē peruenisset, ibi tristis in saxo quodam insedit, quod ob eam ipsam caussam ἀγέλαστον appellabant. Auctor Zenodotus. Quadrabit in seueros, ac tętricos, quosque uocant ἀγελάστους. quorum in numero Socratem ponit Plinius, Periclem Aristides. Neque perperam accommodabitur ad rem magnopere molestam.

Agamemnonis hostia.

Αγαμέμνονος θυσία, idest, Agamemnonis uictima. Quondam in duros, & persuasu difficiles dicebatur. Inde natum, quod, Agamemnone rem diuinā in Troia facturo, bos effugerit, uixq; multo negotio comprehensus, reductus est. Tantum Zenodotus. Quadrabit etiam in eos, qui nolentes, & adacti quippiam agunt. Olim in sacris spectabatur, ut hostia lenis, ac uolens adstaret. Quod si refracto fune profugisset, infaustum omnem habebatur. Nobis uidetur & huc posse referri, quod Agamēnon in Aulide filiam Iphigeniam sacrificauit, sed admodum inuitus. Recensetur à Zenodoto.

Mactata hostia lenior.

MACTATA hostia lenior, prouerbiali figura, dixit Horatius in Odis:

Mactata ueniet lenior hostia.

De spontaneis, ac mansuetis. Sumptum est à sacrificijs, in quibus explorabatur hostia, ducto per frontem cultro, idq; mactare uocabant. Vnde, qui spectata sunt uirtute, eos Mactos uirtute uocant.

Exiguum malum, ingens bonum.

Μικρὸν κακόν, μέγ' ἀγαθόν, i. Pusillum malum, ingens bonum. Admonet adagiū, ex paullulo incommodi, laboreq́. exiguo, summa, maximaq́. commoda colligi. Refertur à Diogeniano. Non discrepat hinc Musonij sententia, quam commemorat A. Gellius li. 16. cap. 1. ἀντὶ πράξης καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει. ἀντὶ ποιήσης αἰσχρὸν μεθ' ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. i. Si quid feceris honestum cum labore, labor abit, honestum manet. Si quid feceris turpe cū uoluptate, uoluptas abit, turpitudo manet. Eandem sententiam Cato, minus quidem modulate, minusq. rotunde, sed tamē fideliter extulit ad hunc modum. Cogitate cum animis uestris, si quid per laborē recte feceritis, labor ille à uobis cito recedet, benefactum à uobis, dum uiuetis, nō abscedet. Sed, si qua per uoluptatem nequiter feceritis, uoluptas cito abibit, nequiter factū illud apud uos semper manebit.

Attici Eleusinia.

Αττικὰ ἐλευσίνια, i. Attici Eleusinia, sub audiendum,

audiendum, καθ' ἑαυτούς, idest, inter sese. Duris apud Zenodotum, ait, parœmiam usurpari solitam, si quando conuenissent inter sese aliqui secreto de re quapiam arcana tractantes. Ducta metaphora à mysterijs sacrorum Eleusiniorum, quæ in honorem Cereris agebantur apud Eleusim, summa religione, mysticisque cærimoniis, à quibus arcebantur profani. Capitale autem erat, ex his mysteriis quidquam in uulgus efferre, cuiusmodi uidentur fuisse apud Romanos sacra Bonæ deæ, quam eandem C. Bassus apud Lactantium Fatuã appellatam tradidit. Nam hæc & noctu, & in operto fiebant, & exclusis maribus.

Hermionis vice.

Ἀνθ' ἑρμίονος, idest, Hermionis uice, addendum, ex usu sententiæ, uerbum, quod eam expleat, puta, fuero tibi, aut mea domus, aut hæc urbs erit uobis, aut aliud simile quippiam. Valet autem, perinde, quasi dicas, loco asyli tibi fuero, uel instar araæ, quæ te tutum reddat. Est Hermione, templum in Peloponneso sacrum Cereri, ac Proserpinæ, ad quod qui confugerint, tuti sunt, propter loci religionem. Zenodotus Aristophanem citat in Babyloniis, qui huius adagii fecerit mẽtionẽ. Effertur bifariã ea uox, ἑρμίον, καὶ ἑρμιόνα, ut ὑπὸ τῆς κάλυκος καλύκη. Auctor Stephanus.

Antronius asinus.

Ἀντρώνιος ὄνος, idest, Antronius asinus. Olim dicebatur, qui deformi, prægrandique mole corporis esset, ceterum ingenio stupido, bardoque. Antron autem ciuitas erat Thessaliæ, nomen inde sortita, quod cauernis, & specubus abundaret. Illic aiunt asinos insigni magnitudine quondam fuisse, unde prouerbium increbuit. Auctores Stephanus, & Suidas. Attingit prouerbium & Homeri Scholiastes in Iliados β. Exstat & hodie iocus uulgaris, in homines magno corpore, quasi ii parum sapiant. Quasique natura, sic paria facere gaudeat, ut, quod corporis addiderit moli, detrahat ingenio. Traditur à nonnullis, apud Antronios ingentes reperiri molares lapides, quorum qui substernuntur, ob segnitiem, & quietem ὄνοος uocant Græci. Lapidem autem uocamus stupidum, & amentem.

Ventorum stationes.

Ἀνέμων στάσεις, idest, Ventorum stationes. De rebus multo usu obseruatis, perspectisque. Apparet, parœmiam integre sic esse pronunciandam, ἀνέμων στάσεις γινώσκουσιν οἱ ἐγχώριοι, idest, Ventorum stationes norunt indigenæ. Sunt enim plerisque regionibus sui quidam uenti, quorum naturam optime norunt incolæ regionis illis obnoxiæ, qualis est Atheniensibus Scyron, paullulum ab Argeste deflexus, reliquæ Græciæ ignotus. Narbonensi Galliæ Circius, à turbine, & uertigine, sic appellatus, siue Certius, ut uocat Cato, uentus apud illos clarissimus, nec ulli uiolentia inferior. Idem non modo in reliquis cęli partibus ignotus, sed ne Viennam quidem, eiusdem prouinciæ urbem, attingens. At Auster in Ægyptum non penetrat, ut auctor est apud Plinium Fabianus. Iapyx Apulis est familiaris, & Atabulus Apuliæ certis montibus, notus, ac pestilens, unde & uocabulum inditum. Sunt & alii permulti cuiusq. regionis indigenę; ut apud Gellium testatur Fauorinus. Ad hæc est nõnullis alia alijs regionibus uis, ac natura. Nã, ut testatã in Problematis Aristoteles, Hellespontias, qui idem Scyron uocatur, Atticæ terræ, insulisq. uicinis imbrem affert. Aquilo Hellespõto, ac Cyrenæ, Auster Lesbo. Atq. hic, cum apud alios sit tepidus, & pluuius, Africæ frigidus est, ac serenus, ubi rursus Aquilo pluuius, auctore Plinio. Etę siæ, quæ & statis anni temporibus oriũtur, & certis horis dici spirant, & cõquiescunt, in Hispania, & Asia flant ab oriẽte, in Ponto ab aquilone, in reliquis mundi partibus a meridie. Suidas hęc uerba refert, incertũ, unde sumpta, ἐγχώριοι γὰρ δ' μόνον τὰς τῶν ἀνέμων στάσεις κατὰ τὴν παροιμίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐγχωρίων ἀνθρώπων ἤθη κάλλιστα γινώσκουσιν. hoc est, Indigenæ. n. non solum uentorum stationes, iuxta prouerbium, uerum etiam indigenarum hominum mores pulcherrime norunt. Licebit in hunc usum trahere, ut dicas, suæ cuique gentis ingenium esse cognitũ suos cuique familiares esse notissimos, suã cuique uxorẽ maxime esse cognitam, suã cuique notã artem, in qua sit, quã diutissime uersatus.

Venti campus.

Ἀνέμου πεδίον, i. Venti campus. In hominem

nem instabilem, leuem, & inconstantem dicebatur. Refertur a Diogeniano. Nam in planicie venti liberius huc atque illuc diuagantur, nullo coerciti obstaculo. Et Homerus subinde uana uocat ἀνεμωλία. Et ὑπωρέμια dicuntur, quæ solida non sunt, sed subuentanea. Denique instabiles ventosos dicimus. Horatius,

Romæ Tibur amo ventosus, Tibure Romam.

Idem:

Non ego uentosę uenor suffragia plebis.

Postremo domum undique perflabilem, non illepide dixeris ἀνέμων πεδίον. Pindarus Olympiorum hymno 2. varias rerũ humanarum uices eleganter expressit,

Ροαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι
Εὐθυμιῶν τε μετὰ καὶ
Πόνων εἰς ἀνδρὰς ἔβαν.

Nunc alij, nunc alij fluxus, & cum tranquillitate, & cum laboribus i homines uenere. Hoc translatum uideri potest & ab æstuarijs maris reciprocationibus. Ceterum in Encomio septimo sententiam eandem extulit, metaphora sumpta a ventis, qui non semper spirant idem.

Εν δὲ μιᾷ μοίρᾳ χρόνῳ
Αλλοτ' ἄλλαι διαθύουσιν αὔραι.

In una parte temporis nũc hæ, nũc aliæ discurrunt auræ. Rursus hymno 12. idem effert, metaphora sumpta a tesseris:

Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσαν,
Βραδὺ μὲν τέρψιος, οἱ δ' ἀνιαραῖς
Αντικύρσαντες ξάλαις,
Εσλὸν βαθὺ πήματος χρόνῳ.

Vbi cerui abijciunt cornua.

Οπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν. id est, Vbi cerui cornua abijciunt. Hoc adagio significabant uelut αἰνιγματικῶς, quempiam in negotio difficili uersari. Siquidem cerui, cornua deposituri, secedunt in loca aspera, atque inaccessa. Conueniet & in eos, qui a communi hominũ conuictu subducunt sese, Timonem illum Athenienſem, ob id ipsum μισάνθρωπον appellatum, imitantes. Quadrabit item, ubi locum uehementer abditũ abstrusumque significabimus. Postremo, quod inuenemus nusquam inueniri, illic esse dicemus, ubi cerui cornua abijciunt, ut quemmadmodum ad Græcas calendas, de tpe, itidem hoc de loco dicatur. Veluti si quis dicat ad hũc modum, Vbi gestum est illud præclarum facinus, q̃ iactas? Illic, opinor. ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν. Plinius lib. 8. cap. 32. de ceruis cornua mutantibus scribit in hunc modum: Cornua mares, habent, soliq. animalium omnibus annis, stato ueris tempore, amittunt. Ideo sub ipsam diem quam maxime inuia petunt. Latent amissis, uelut inermes, sed & ipsi bono suo inuidentes. Dextrum cornu negant inueniri, ceu medicamento aliquo præditum. Idq. mirabilius fatendum est, cum & in uiuarijs mutent omnibus annis, defodi ab ijs putant. Hactenus ille. Meminit huiusce prouerbij & Aristoteles libro De natura animantium nono, cuius uerba non pigebit adscribere. ἔτι δὲ ὁ ἄρρὴν ὅταν γένηται παχύς, (γίνεται δὲ σφόδρα πίων, ὁπώρης ὥστης) εὐδαιμῶ ποιεῖ ἑαυτὸν φανερόν, ἀλλ' ἐκποτίζεις ὡς διὰ τὴν παχύτητα δι' ἄλωπος ὢν. ἀποβάλλουσι δὲ κὴ τὰ κέρατα ἐν τόποις χαλεποῖς, κὴ δυσεξεύρετοις. ὅθεν κὴ ἡ παροιμία γέγονεν, ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσι ὥσπερ γὰρ ὅπλα ἀποβεβλημῆσθαι, φυλάττονται ὁρᾶσθαι. λέγεται δὲ ὡς τὸ ἀριστερὸν κέρας οὐδείς πω ἑώρακεν. ἀποκρύπτειν γὰρ αὐτὸ, ὡς ἔχοντινα φαρμακείαν. id est, Præterea mas, posteaquam pinguerit, (pinguescit autem admodum, idque autumno) nequaquam sese conspiciendum præbet. verum secedit e medio, quippe qui, propter corpulentiam, tum facile capi possit. Ad hæc abijciunt & cornua locis asperis, inuentuque difficillimis. Vnde prouerbium etiam natum est, Vbi cerui abijciunt cornua. Nã, ut iam armis suis exsuti, cauent, ne conspiciantur. Aiunt, sinistrum cornu a nemine adhuc uisum esse. Abdere enim illud ceruos, tanquam remedium aliquod in se habeat. Quamquam Plutarchus in commentario De Pithijs oraculis oratione prosa redditis, ostendit, hoc oraculũ editum fuisse de Procle tyranno, ut illi fugere, ac migrare liceret eo, ubi cerui cornu abijciunt, significãte deo, ut defoderetur, & e medio prorsus tolleretur. Idem meminit adagij Sympoſiacon decade 7. problemate 2.

Verberare lapidem.

PLANESIVM meretrix apud Plautum, amatorem admonens, ne seruũ, qui iã ad plagas obduruerat, occalluerat q., pulset, manui potius, quam illi, nociturus. Nolis, inquit, amabo, verberare lapidẽ, ne lædas manum. Apte dicetur, ubi quis obiurgas incasti-

incastigabilem, aut docet indocilem, aut inanem operam sumit in re quacunque.

Vorare hamum.

NEQVE minus elegans illud in Curculione, Meus est, hamum uorat. De leone, cui fraus intendebatur, epistolam, qua decipiendus erat, lecturiente. Lucianus, καταπιεῖν τὸ ἄγκυστρον. Item apud Horatium in Epistolis:

Occultum uisus decurrere piscis ad hamum.

Idem Plautus in Bacchidibus eandé sẽtiam simili extulit metaphora, Nunc ab transenna hic turdus lumbricum petit. Alterum a piscantibus, alterum ab aucupio ductum est. Nos item in epigrammate quodam ad hanc paræmiam sic allusimus,

Non stulti vsqueadeo sumus futuri, vt
Gustatum toties voremus hamum,
Vnco plus semel ære sauciati.
Vel sero sapiemus, & nocentem
Tandem carpere desinemus escam.

Vulcanus tibi uaticinatus est.

Αφθάστοι λελάληκεν, i. Vulcanus tibi vaticinatus est. Refertur a Suida. Dictũ est vbi quis crederet se rem habere certam, velut ex oraculo auditam. φθὰς apud Mẽphiticos Vulcanus dicitur, unde, literulæ accessione, ἀφθὰς, uelut στάχυς ἄσταχυς.

Cantilenam eandem canis.

Τὸ αὐτὸ ἄδεις ᾆσμα, i. Cantilenam eandem canis. De eo, qui molestus est, sæpius eadẽ inculcãs. Nihil enim odiosius, quam quod semper idem est. Dorio leno in Phormione Terentiana, Cantilenam eandem canis. &, Mirabar si quid adferres noui. Familiare poetis est, nuntium, cantilenam appellare. Euripides in Ione.

Τίς ἥδε μῶσα χ' ὡ φόβος τίνων περὶ: i.
Quæ ratio hæc, qbusve de rebus metus?

Idem in Hecuba,

Ἥξει τὶ μέλος γοερὸν γοεραῖς. idest,
Aliqua accedet cantio tristis tristibus.

Sumptum est a cantoribus, qui, si quando diutius eandem occinant cantionem, tædium adferent auribus. Proinde periti subinde variant carminis genus, quo satietatem deuitent.

Caligare in sole.

APVD Quinctilianum legitur, vt eleganter, ita & prouerbialiter dictum, Caligare in sole, pro eo, quod est, in re clarissima cæcutire: idque solet accidere vitiosis oculis, qui nihil vident in luce quam maxime perspicua, uidelicet sensum debilẽ obruente vi splendoris. Idem euenit noctuis, & lusciosis. Nam iis lumen pro tenebris est. Non inuenuste torquebitur in istos, qui velut obscurum caussantur, quid quid eruditum fuerit. Quibus tenebricosa est vel Ciceronis oratio. Noctem enim in oculis circumferunt. Quemadmodum apud Senecam Porcius dicebat, quendam spinas ĩ pedibus habere, cum se per spinas ingredi quereretur, videlicet ingenij vitium in argumentum conferens. At pedes, inquit, tui spinas habent, non locus. Itidem isti noctem, qua se prędicant offendi in bonis auctoribus, in oculis secum afferunt, non in libris reperiunt.

Bos aduersus seipsum puluerem mouet.

Βοῦς ἐφ' ἑαυτῷ κονιεῖται, i. Bos aduersus seipsum puluerẽ mouet, siue festinat. Vbi quis ad suum ipsius malum volens lubensq; ducitur. Nam boues, vt sunt mansueti, facile se prębent vinciendos, neque grauatim obtemperãt iugo. κονιεῖν enim Græcis significat, festinandi studio ciere puluerem. Quidam accommodant in eos, qui prudentes, ac scientes semet in præuisum periculum inijciunt, bouis in morem, qui sibi patitur inijci vincula, quibus ad cædem ducatur. Refertur a Zenodoto.

Tragicus rex.

Τραγικὸς βασιλεύς, i. Tragicus rex dici potest, vel fastuosus, ac turgidus; vel q nomine dumtaxat rex sit, ceterum viribus parũ polleat: quẽadmodũ Gallico prouerbio chartaceum regẽ appellant τὸν αὐτοκράτορα, ceu titulo regẽ verius, quã opibus, aut ditione. Dionysius Pheræũ, quod decem menses potitus imperio, mox uita decesserit, τραγικὸν βασιλέα dixit. Nam ĩ tragœdijs tantisper durat imperium, dum fabula peragatur. Tum, deposita persona, q paullo ante fuerat Agamemnon, aut ẽt Iuppiter, tressis homuncio discedit domũ.

Contra retiarium ferula.

MARTIALIS in epistolari quadã prefatione, Deniq; videas, an te delectet contra retiarium ferula: id est, an id faciendũ tibi putes,

putes, quod nemo non damnet, atque exsibilet. Domitius Calderinus, interpres admonet, subesse prouerbium, dici solitum in eos, qui infirmo præsidio cõtra maxime instructum pugnarent. Quamquam idem paullo post alio dilabitur, nempe huc, gladiatores olim, si minus placuissent, ferula cęsos eijci solere. Huic finitimum est illud Gellianum libro Noctium primo, capite secundo. An non cõtra istum baculum moueas? heus, homo, quid mecum tibi. Itaq. ferulam, aut baculum mouere contra quẽpiam, est, refragari, & insolẽtius repellere sententiam. Est autem Ferula ligni genus, quo quondam pueri cædebantur, atq. itẽ milites, si quid contra disciplinam facere uiderentur. Opinamur idem factitare solere in ludis gladiatorijs huiusmodi certa minibus præfectos.

Mulier imperator, & mulier miles.

Γυνὴ στρατηγεῖ, καὶ γυνὴ στρατεύεται. i.
Et fęmina dux est, fęmina æque miles est,

Senarius est prouerbialis, quoties totũ negotium ignauis commissum est, cumq; & ij, qui præsunt, & ij, qui parent, pariter sunt formidolosi. Apud Athenæum libro tertio, citatur Alexis in fabula, cui titulus γυναικοστρατία. Natura fęminã ĩ hoc finxit, non ut imperet, sed ut pareat, uel Græco uersiculus teste.

Γυναικὶ δ' ἄρχειν οὐ δίδωσιν ἡ φύσις. idest,
Natura non dedit imperare fęminis,

Etenim, quod in homine ratio, & affectus, id in uita uir, & mulier, ac, iuxta Moysen, demiurgus ille fęminam viro subiecit. Tametsi Plato non omnino arcet mulierũ genus ab administranda Rep. si qua modo reperiatur idonea. Tacite uidetur huc alluisse Aeschines cõtra Timarchũ, κατιδὼν γὰρ οἰκίαν πλουσίαν καὶ οὐκ ἀνομμένην, ἧς ἡγεμὼν μὲν ἦν γυνὴ μέγα φρονοῦσα καὶ νῦν οὐκ ἔχουσα. i. Cum uidisset domũ opulẽtam, maleq. gubernatã, cuius dux erat mulier superba & excors. Iucundior erit sentẽtia, quoties longius deflectetur, ueluti, si quis auctorem, ac præcipuum Peripateticæ philosophiæ ducem appellet Tartaretum. Ita Virgilius,

-Tanti dux fęmina facti.

Sic Galenus alicubi Aristotelem appellat ὁ λόγου πατέρα, quod ab ipso profecta esset sententia.

Trutina iustius.

Δικαιότερον σταχάνης. i. Iustius trutina. Doricum prouerbium, de ijs, qui insigni, incorruptaque sunt æquitate. Dores. n. τὴν τρυτάνην, id est, trutinam, σταχάνην uocant. Est autem id libræ genus, quo uel minutissimum ponderis momẽtum sentitur, dignoscituq;. Latini quoq. exactã æqualitatem Aequilibrium appellant. Vnde & Aequa lance fieri dicitur, qã pari iure fit, citra personarũ respectum. Ita Modestinus Pandect. lib. 42. titulo de re iudicata. Quod & in persona mulieris æqua lance seruari, æquitatis suggerit ratio. Item Iustinianus Cod. 5. titulo de naturalibus liberis. Quapropter sancimus, in huiusmodi casibus omnes liberos, siue ante dotalia instrumenta edita sunt, siue postea, una, eademq. lance trutinari. Adsimili figura dixit Nicharchus in Epigrammate:

Γέγονεν δ' ὀρθότερος κανόνος. i.
Rectior est factus, regula quam ulla fiet.

Sterilior agrippo.

Ἀκαρπότερος ἀγρίππου, i. Sterilior agrippo. Laconicum adagium est, de ijs, qui extremæ sunt paupertatis, neque quidquam facultatum possident. Quadrat & in ignauos, nulliusq. industriæ homines: Lacones oleam siluestrem agrippum uocant. Tantũ Zenodotus, & Suidas.

Iouis suffragium.

Διὸς ψῆφος, id est, Iouis suffragium: dicebatur, sacrum, & inuiolatum. Vnde sentẽtiam eius, cuius sit uelut refragabilis auctoritas, Iouis suffragium recte dixeris. Aut p ironiam, ubi quis arrogantius de re quapiam pronunciat, suamque opinionem pro lege atque oraculo postulat accipi, subijcietur διὸς ψῆφος. Aiunt enim, locum, in quo Neptunus, & Minerua iudicium peregerũt, utrius nomine, auspiciisq. ciuitas Athenienſium institueretur, Iouis suffragium appellatum fuisse, Suidas Cratinum citat ex Archilochiis,

Ἐνθα διὸς μεγάλου θῶκος πεποίητε καλεῦται. i.
Magni vbi dicũtur tali, sedesq. Tonantis.

Nam & talis olim ferebantur suffragia, nimirum a sortientibus.

In

In neruum ire.

In neruum ire, Donatus, aut quisquis is fuit interpres Phormionis Terentianę, de mõstrat esse prouerbium, pro eo, quod est, decipere. Sumpta a sagittariis metaphora, quibus illud euenit interdum, ut, dum nimium tendunt arcum, rumpant, aut sibi neruum aliquem fatigent. ut confine sit illi, de quo dictũ est alias, ἐπὶ ῥῆξομὲν τὸ κα λώδιον, πάνυ τεινόμενον. Dictum est autẽ, In neruum ibit, pro eo, quod est, in uincula ibit. Antiquitus enim, qui soluẽdo non essent, uincti tradebantur creditoribus, donec opera compensarent creditam summam. Vrgebat enim adolescens amans, ubi eum in locum uocaretur Phormio, ut aut puellam domum ducere cogeretur ex pacto, aut certa pecunia acceptam renume rare cogeretur, uinciendus, & iuxta leges, corpore luiturus, quod ęre nõ posset. Sibi magis consulturum illum, ut uel prodat omne commentum, uel uere mulierẽ abducat. Porro, Conijcere in neruũ, & Eximere è neruo, pro eo, quod est, ob ęs alienum uinctos abducere. Sed uerba Terentii subscribemus: At enim non ducet, noui. Cæterum, cum argentum repetent, nostra caussa scilicet in neruum potius ibit.

Ipse semetcanis.

Αὐτὸς αὑτὸν αὐλεῖ, i. Ipse suimet tibicen est, hoc est, ipse cuiusmodi sit, factis ipsis declarat. Tibicines.n. olim laudes fortium uirorũ decantabant. Proinde, qui recte gestis sibi satis magnã gloriã cõparat, quorsum huic necessum est cõducere buccinatorẽ laudum suarum? Adagiũ in utrãlibet partem poterit applicari, bonam, uel malam. Nihil huic opus tibicine, qui suis egregie gestis sat illustris est. Aut, Nihil opus huius uitã insectari, satis per se fędã, atq. infamem. Cõueniet & in illos, qui se metipsos laudant. qui mos est gallis galli naceis, etiã cum è pugna se proripuerint. Plato i theęteto, Φαινόμεθά μοι ἀλεκτρυόνος ἀγεννοῦς δίκλω, πρὶν γενικέναι, ἐπὶ πολὺ δίσαντες ἐπὶ τὸν λόγον ἄδειν, i. Videmur mihi, ignaui galli in more, cum ante victoriam a sermone resilierimus, canere.

Ipse dixit.

Αὐτὸς ἔφα, id est. Ipse dixit. Quoties tãtam esse cuiuspiam auctoritatem significamus, ut ea uel citra rationẽ ad quiduis credendum sufficiat. Adagium autem a Pythagora natum, qui, quo plus uenerationis, & auctoritatis, sibi, suisq; cõciliaret, in dissertationibus dicere solitus est, αὐτὸς ἔφα. id est, Ipse dixit: perinde, quasi non sua referret, sed ab oraculo quopiam accepta. Ea uox deinde in uulgarem abijt sermonem, Huiusmodi ferme Suida. Diogenes Laertius indicat hoc dictũ a Pythagora Zacynthio manasse. Quamquam M. Tullius libr. De natura deorum primo, secus rẽ narrat. Non enim, inquit, tam auctores in disputãdo, quam rationis momẽta quęrẽda sunt. Quin etiam obest plerunque ijs, qui discere uolunt, auctoritas eorum, qui se docere profitentur. Desinũt enim suum iudicium adhibere, id habent ratum, quod ab eo, quem probant, iudicatum videt. Nec uero probatur id, quod de Pythagoricis accepimus, quos ferunt, si quid affirmarent in disputando, cum ex his quęreretur, quare ita esset, respondere solitos, Ipse dixit. Ipse autem, erat Pythagoras. Tantum opinio præiudicata poterat, ut etiam sine ratione ualeret auctoritas. Quinctilianus i Institutionibus, Nam & inuiti iudices, inquit, audiũt præsumentem partes suas: nec hoc oratori contingere inter aduersarios, quod Pythagoræ inter discipulos cõtingit, potest, Ipse dixit. Sed illud magis, minusue uitiosum est, pro personis dicẽtium. Allusit huiusmodi & Aristophanes, ἐν νεφέλαις,

Φέρε τὶς γὰρ ὅστος, ὁ ὑπὲ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ.

Αὐτὸς. τὶς αὐτὸς, σωκράτης. τὶς σωκράτης.

Ἰδ' αὐτὸς ἀναβόησον αὐτόν μοι μέγα.

Αὐτος μ' ἐν σὺ κάλεσον, ἐ γὰρ μοι χολή.

i. Dic, age, quis est iste cremathrę insidens homo?

Ipse est. quis ipse? Socrates. quis Socrates?

Abi ipsus ipsum voce magna mihi voca.

Quin ipse magis accerse, non mi est otiũ.

Quod autẽ dixit, ὁ ἐπὶ κρεμάθρας, (ut hoc obiter indicẽ) risus caussa nouatũ est, cũ Socratẽ intelligi uellet, animo suspẽso nubes suspicientẽ. Nam Cremathra uascu lum est pensile, in quo obsoniorum reliquiæ consueuerunt reponi. Dicitur autem bifariam, simpliciter aliquoties, sed frequẽtius per ironiam, ueluti, si quis Aristotelem, ceu oraculũ, citãri dicat, αὐτὸς ἔφα. rationem dicti flagitans, neque contentus simplici scriptoris auctoritate. Conueniet etiam,

etiam, quoties sententiæ uel inuidiam, uel defensionem a nobis ad ipsum auctorem reijcimus. Iuuenalis.

Sic uolo, sic iubeo: sit pro ratione uoluntas.

Melius Horatius.

Nullius addictus iurare in uerba magistri.

Illud admonendum uidetur, αὐτὸς ἔφη, in hac parœmia perinde ualere, quasi dicas, dominus dixit, ut Pythagoras ab Aegyptiorum uatibus uideatur didicisse figurã hãc prophetis familiarẽ. Aristophanes ĩ Ranis.

Φράσον ταῖς ὀρχηστρίσιν, ὅτι αὐτὸς εἰσέρχομαι. i.

Dic saltatricibus, meipsum aduenire.

Hoc est herũ, quod is quodãmodo & famulis missis aduenire uideatur. Huc pertinẽt, quæ nobis antea dicta sunt prouerbio, Infixo aculeo. Sic Augustinus alicubi recensens opinionẽ Manichæi, Hæc, inquit, Manichæus dixit, atq; abijt; notans illum, quod sat haberet dixisse, cũ docendũ esset, quod dixerat Galenus itẽ libro περὶ φυσικῶν δυνάμεων primo: ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα εἰπὼν, ἐξαίφνης ἀπαίσφ καὶ σαφεῖ σόματι τελευτήσας, ἀποπνήσας ἀπῆει καταλιπὼν ἡμᾶς, ὡς μηδὲ πιθανῆς τινὸς ἀντιλογίας ἀπορήσαι δυναμένους. i. Hęc, & his similia locutus, repente ore nihil cunctãte, quasi labi non posset, uerbis apertis absoluit sermonem, moxque proripiens sese abiit, nobis ita relictis, quasi nihil omnino reperire possemus, quod uel probabiliter contradiceremus.

Teipsum non alens, canes alis.

Αὐτὸν δ' τρέφων κυνὰς τρέφεις, i. Cũ temetipsum non alas, canes alis. In eum dicebatur, qui, cũ per inopiam sibi, quę sunt ad uitam necessaria, suppeditare non posset, conaretur, aut equos, aut famulos habere domi. Apposite dicetur aduersus istos quibus cũ ob rei familiaris angustiam uix suppetat, quo uitam sustineant, tamen per ambitionem conantur fastu uestium, reliquoq; strepitu potentes, & opulentos imitari. Breuiter, cõueniet in omnes, qui, quæ ad uoluptatem, aut splendorem, pertinẽt, curant, neglectis his, quę magis sunt necessaria. Porro necessariis prima debetur cura, dignitati posterior: ueluti, si quis in eruditione comparanda laboret, uitæ secutus, de qua periclitetur.

Terræ intestina.

Τῆς ἔντερα, i. Terræ intestina. Dicebantur uilia, nulliusq; pretij. Saxa uero, terręuiscera dicuntur. Refertur à Diogeniano. Terræ enim intestina sunt saxa: & lapides appellamus homines inutiles. Simile illi.

- Ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. i.
- Telluris inutile pondus:

Tenedius tibicen.

Τενέδιος αὐλητής, id est, Tenedius tibicen, dicebatur testis falsus, & calumniator, hinc natum, quod Philonome tibicinem suum subornauit, qui testaretur apud Cygnum, ipsam à Tenne de stupro fuisse interpellatam, ac ui etiam tentatam. Hęc fere me Stephanus in catalogo urbium. De Tenedo sæpe iam dictum est alibi.

Cyrbes malorum.

Κύρβεις κακῶν, id est, Cyrbes malorũ. De uehementer improbis, & omni facinorum genere contaminatis. Apud Athenięses tabulæ quædam erant quadræ, in quibus leges descriptæ proponebantur, præterea uariæ delinquentium pœnæ. Has illi κύρβεις appellãt, apud Lucianũ ἄξονες dicuntur. Non dissimile est illi, quod alibi retulimus, ἰλιὰς κακῶν, idest: Ilias malorum. Simili figura apud Athenæum libro 9. dixit Antiphanes, opinamur:

Καὶ ταῦτα μέν μοι τῶν κακῶν παροψίδες. i.

Et hic malorum mihi catinus exititit.

Solent enim in eodem disco uaria eduliorum genera apponi, sed quæ uoluptatem afferant. Quo gratior est tropus, deflectens in contrarium, quasi dicas, Ilias bonorum.

Aries nutricationis mercedem pręsoluit.

Κριὸς τροφεῖα ἀπέτισεν, i. Aries aliturã rependit. Citatur ex Menandro. Quadrat, ubi quis pro benefactis maleficiũ reponit. Allegoria sumpta est ab eo, quod aries cornibus impetat, aut uas, in quo pabulum apponitur, ipsosque, quorum opera nutritus est, aut etiam nutritur, cornibus incessit. Effertur & ad hũc modum prouerbiũ, κριοῦ διακονία, idest, Arietis ministerium, pro officio collato in ingratum, qui beneficium iniuria pensat. Huic affine, quod est apud Aristophanem in Vespis, ἡ χάραξ τῶν ἀμπελον, id est, Vallus uitem.

A Dorio

A Dorio ad Phrygium.

Ἀπὸ δορίου ἐπὶ φρύγιον, i. A Dorio ad Phrygium, uenire dicebatur, qui a uita tẽperatiore ad luxum sese conuertisset, aut qui a fortuna mediocri se cõtulisset ad maiorẽ uitę strepitũ. Sumpta metaphora a notissimis illis veterum harmoniarum generibus, in quibus Dorium moderatius: quẽ admodum indicat Suidas, referens hęc verba ex Icerto auctore: Ἦν δὲ τροφὴν ἐκλήρωσατο μετρίαν, καὶ ἄθρυπτον. ὅτε κακεργοῦσαν διὰ πενίαν, οὔτε διὰ πλοῦτον βλακύνουσαν, ἀλλὰ μέσῳ, καὶ μουσικῷ, ᾗ δῶριον τρόπον τῆς τύχης ἀληθῶς ἡρμοσμένῳ i. Victum aũt sortitus erat moderatum, deliciarum expertem, neq. sordidum, ac molestum ob inopiã, neq. ob diuitias dissolutũ, sed mediũ quẽdam, ac modulatũ, uere ad Doriũ fortunæ modũ attemperatũ. Refert & aliũ locũ, suppresso auctoris nomine, ni fallimur: ὑφανθῆναι τρογγύλων λογάρια, αὐτὰς τὰς θέσεις τῶν νοημάτων εἰς μέσον τιθέμενος μόνον, ἀπὸ τῆς γλώττης τὸν τόνον ἀπὸ τῆς διαλέξεως εἰς ὀπτροφὴν μεθαρμόσαιμι, ἀπὸ δωρίου, φασὶν, ἐπὶ φρύγιον. Quę tametsi difficile est apte uertere, si nescias, quid pręcedat, aut sequatur, tamẽ apponamus diuinationẽ nostrã, donec locus occurrerit. Non uidebor hominum rotũde loquẽtium uerbula, sed ipsos sensus in medium afferens, tantũ non ipsius linguæ tonum a disputatione ad attentionem adaptauero. Quãq; apud Suida legit μόνον εἰ. Ex his uerbis apparet, Dorium modũ fuisse delicatiorem, Phrygium seuerioręẽ. Appuleius Floridorum lib. 1. palam indicat, Doricam musicam a Phrygia longe diuersissimam fuisse, quandoquidẽ hæc ad religionem inflammabat animos, illa ad bellũ inflãmabat. Appuleij uerba sic habent. Tibicen quidã fuit Antigenidas, oĩs uoculæ melleus modulator, & idẽ omnimodis peritus modificator, seu tu uelles Aeolion simplex, seu Asiũ uariũ, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum. Hactenus Appuleius: cui si credimus, nõ potest esse temperatus modus Dorius, qui ad bellum accẽdit: nisi forte ituris in prœlium moderatius canebãt tibiæ, qd illic plus ualeat sibi præsens animus, quam furore percitus. Verum, an in Appuleij uerbis, pro Aeolion, legendũ sit, Aetolicum, siue Aetolium, & pro Asium, Iassium, siue Iastium, ab Iade, siue ἰασὶ, (vt Ionicũ intelligas modum) doctis expendẽdum relinquitur. Quamquam his non satis cõgruunt, q̃ refert Lucianus in Harmonide, καὶ ἑκάστης ἁρμονίας διαφυλάττειν τὸ ἴδιον, τῆς φρυγίου τὸ ἔνθεον, τῆς λυδίας τὸ βακχικὸν, τῆς δωρίου τὸ σεμνὸν, τῆς ἰωνικῆς τὸ γλαφυρὸν, i. Vniuscuiusq. harmoniæ seruare proprietatem, Phrygiæ diuinum impetũ, Quod Appuleius uertit religiosum Lidiæ bacchanalem furorem, siue licẽtiam, Doricæ seueritatem, Ionicæ iũcunditatẽ, Quod Appuleius vt transtuliſſe uarium. Contra Dion in commentariis de regno refert, Alexãdrum magnum ad bellum accendi solere, Timotheo musico Dorium incinente. Athenæus libro 14. Doricę harmonię tribuit τὸ ἀνδρῶδες, καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς, καὶ τὸ σφοδρὸν, i. seueritatem, maiestatem, ac uehementiam: ut quæ neque dissoluta sit, neque hilaris, sed tristis, minimeque uaria. Iam his recentior Boethius in præfatione libri De musica, ostendit, hanc artem ad mouendos affectus præcipuam habere uim, proq; ratione modorum, alios atque alios animi motus uel excitare, uel sedare. Addit, Pythagoram incẽtione modi Phrygii incitatum, adolescentem patria barbarum, quippe tauro minitanum, uino temulentũ, ira furentem, cum iam ædibus amicæ, quæ riualem admiserat, ignem admouere tentaret, tibicina iussa spondeos succinere, ad sobriam mentem reuocasse. Boethius refert, iuuenem Phrygio modo fuisse incitatum, ac mutato modo ad se redisse, nec exprimit, in quem modum sit mutatus Phrygius. M. Tullius, quem illic citat Boethius, neutrius meminit modi, tantũ ait spondeorum incentione fuisse sedatum adolescentem. Si Timotheus Dorio modo concitabat Alexandrum ad bellum, & hic adolescens ad expugnandam domum Phrygio fuit accensus, apparet modos hos non multum inter se discrepare. Lucianus Phrygio tribuit τὸ ἔνθεον, id est, furorem, sed sacrum duntaxat. Huius autem furoris Plato tria facit genera: unũ quod poetis immittant Musæ: alterum, quod uatibus immittit Apollo, tertiũ, qd amantibus Cupido. Habet autem & Bacchus, & Mars furorem suum. Iraque iuuenis ille, triplici furore correptus, insaniebat, Bacchi, Cupidinis, & Martis, Pyrrhichio

chios aũt ad prełiũ acuere aliàs docuimus, unde illud πυρρίχην ἐλέπειν, de trucibus, & commotis. Pyrrhichio aũt cõtrarius est spondeus. Qd ni Boethius dixisset mutatũ modum, probabile esse poterat eundẽ modum Phrygiũ, & incitare Pyrrhichiũ, & sedare Spõdeis. Et haud scimus, an Boethi', cum ait immutatũ modũ, sentiat non mutatas harmonias, sed uocũ celeritatẽ. Videtur locus prouerbio, cum ad diuersa transitur, ueluti si quis de rhetorũ pręceptis sermonẽ exorsus ad Theologicam materiam digrediatur. Veteres, ut arbitramur, de generibus harmoniarum diuersa tradiderũt, quod ipsa mutatis gentiũ moribus pariter sint immutata. Priscorum enim Asianorũ laudata est seueritas priusquam luxu effęminarentur. Idem usu uenit Laconibus, in quibus sunt Dores. Hinc illa mixturarum nomina ἀπὸ δωρίου, μιξολύδιον, ὑπερμιξολύδιον. Athenæus hypodorium modũ putat eũdem esse cum Aeolio, cui tribuit tumorem, ac fastũ, & submolle quiddã. Quidam musices studiosi affirmãt difficillimũ esse transitum à Dorio ad Phrygium. Oftẽdimus & aliàs, Phrygiũ melos, σκολιὸν appellatũ, & in funebribus nænijs adhiberi solitum. Quod si Dorius cantus Phrygio diuersus est, ut pote qui ad belli cupiditatẽ inflãmet, consentaneũ est illum Pyrrhichiis contiuisse, quandoquidem Spondeo contrarius est Pyrrhichius. Verum de his harmoniarũ generibus permulta Plato in libris de rep. Rursus in Lachete docet hãc esse uere Doricam cantionem, & Græcam harmoniam, non Phrygiam, neque Ionicũ, neque Lydiam, si uita concordet cum oratione bona. Nõnulla Plutarchus, in libro de musica. Nos quantũ ad percipiendum adagii sensum sat est, attigimus.

A carcere.

Ἀπὸ βαλβίδος, i. A carcere, siue repagulo, i. ab ipso rei principio. Sumptum a certaminibus equestribus, ubi cursus initium est a carceribus, i. repagulis, finis meta. Itaque cũm exorsum negotij significamus ab ipsis carceribus dicimus: cum finem, ad metam usque. Veluti si quis dicat fœdum esse, si quis artifex ab ipso statim carcere peccet, aut neminem tam ignauum, qui non ἀπὸ βαλβίδος strenuus esse uideatur. Extat apud Aristophanem. Confine quod alibi positum est, ἀπὸ γραμμῆς, idest, A linea.

A cœlo ad terram.

Ἀπὸ οὐρανοῦ μέχρι γῆς, idest. A cœlo ad terram. Prouerbialis figura, perinde ualẽs quasi dicas quacunque de re ab extremo initio usq. ad supremum finem. Sic apud Plautũ in Persa licitatori roganti, num ex puella quædam scitari liceret, uenditor quantum uellet percontari permittens, A cœlo, inquit, ad terram, quod lubet.

Mores amici noueris, non oderis.

Porphyrion in Horatium, hunc uersum prouerbialem admonet fuisse.

Mores amici noueris, non oderis.

Eum nos inter Græcas sententias repertum restituimus. Et enim huiusmodi.

Φίλου τρόπους γίνωσκε, μισήσῃς δὲ μὴ.

Admoneat in amicorum moribus q̃dam uitia dissimulanda, sic ut intelligantur quidem, sed tamen tolerentur, ne seuerior, & oculatior in obseruandis amici malis subuertas amicitiam. Atque id præcepti locũ habebit in leuioribus morbis, non in his quæ ad famam, aut ingens periculum pertinent amicorum. Non nosse amici uitia, est hominis parũ diligentis, quos diligat: odisse, parum ciuilis. Noscẽda sunt, ut aut corrigas, aut certe minuas: at non sic, ut ob ea uidearis amicum odisse. Siquidem nulli futurus est amicus, qui nihil uitiorum in amico ferre possit.

Bithus contra Bacchium.

Bithvs, & Bachius nobile par gladiatorũ fuit, quorum mentionem Suetonius quoq; fecit, pares arte, pares audacia. Proinde quoties duo æqualiter improbi contendunt inter sese, ita ut neuter alteri uelit cõcedere, non intẽpestiuiter dicemus, Bacchiũ cũ Bitho cõmissũ. Hor. in Sermonib.:

-Vti non
Compositus melius cũ Bitho Bacchius.

Rupili, Persiiq;, parẽ inter ipsos improbitatẽ, & maledicentiã significans. Quidquid insigniter improbum est, & ad omnẽ contentionem paratum, gladiatorium appellamus. Gladiatoria corporis firmitas, gladiatoria audacia, gladiatoriis animis ad me affectant uiã. M. Tullius in Philippicis Antonii fratrẽ aliquoties Mirmillonem appellat. ut in Philippica sexta: Etiam ne ab hoc Mirmillone Asiatico, senatus mandata, legatorum uerba audientur?

Eserninus cum Pacidiano.

SIMILE fuerit illud ex Lucilio, Eserninus cum Pacidiano compositus. Erãt & hi gladiatores per omnia pares, longeq; omnium nobilissimi. M. Tullius in li. De optimo oratorum genere, Ame aũt, quo maximis minima cõferã, gladiatorũ par nobilissimũ inducitur. Æschines tamquam Eserninus, ut ait Lucilius, non spurcus homo, sed doctus, & acer, cũ Pacidiano hoc cõponitur, optimus longe post homines natos.

Bis septem plagis Polypus contusus.

Δὶς ἑπτὰ πληγαῖς πολύπους πιλούμενος. i. Plagis adactus Polypus quatuordecim.

Dici solitum, ubi quis multo tandem malo sit emendatior. Quemadmodum accidit in domitis adolescentibus, qui plurimorum experientia malorum tandem cicurantur. Conueniet, & in eos, qui durio re ingenio præditi, non nisi grauibus supplicijs corriguntur. Aiunt Polypum piscẽ captum diu, multumq; tundi, cædiq; solere, quo mitior fiat, & ad esum accommodatior. Auctor Zenodotus.

Mopso Nisa datur.

SCHEMA prouerbiale uidetur & illud apud Vergilium in Pharmaceutria,

Mopso Nisa datur:

cum præter omniũ spem res præclara contigit cuipiam prorsus indigno, ut nihil iã non posse sperari uel a quouis appareat.

Mopso Nisa datur. quid non speremus amantes?

Est autem emphasis in nominibus. Nam Mopsum dicens, intelligit infimum, abiectissimumq. pastorem. Nisam puellam insigni forma. Non abludit hinc illud Sophoclis in Aiace flagellifero,

Οὐκ ἐς' ἄελπτον οὐδέν. idest,

Nihil est, quod haud sperare liceat.

In eandem sentẽtiam Linus apud Stobęũ;

Ἐλπεῖσθαι χρή παντ' ἐπεὶ οὐκ ἐς' οὐδὲν ἄελπτον

Ῥάδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνλώνυτον οὐδὲν idest,

Speres cuncta, nihil quod non contingere possit.

Omnia sunt magnis factu procliuia diuis.

Quid nisi victis dolor.

Τὶ ἄλλο, ἢ τοῖς νενικημένοις ὀδύνη. i. Quid aliud, q̃ uictis dolor? Vsurpandum, ubi palã fit in contumeliã quippiã. Sumptum a dicto Brenni palã illudentis Romanos in appendendo auro, quod stipulatus fuerat ab illis desperantibus auxiliũ, ut e Romanis finib⁹ abduceret Gallorũ exercitũ, Sed ipsius Plutarchi uerba libitũ est subscribere. Εἶτα δόξαν τοῖς κρατίσοις, συνελθεῖν εἰς λόγους βρέννῳ, καὶ σουλπικίῳ τῷ χιλιάρχῳ ῥωμαίων. ὡμολογήθη, τοὺς μὲ χιλίας λίτρας χρυσίου καταβάλλειν, τοὺς δὲ λαβόντας ἐκ τῆς πόλεως, καὶ τῆς χώρας αὐτίκα ἀπελθεῖν, ἐπὶ τούτοις ὀμνυμένων ὅρκων, καὶ τ χρυσίου κομιζέντος, τ δὲ κέλτ περὶ τ σταθμὸν ἀγωνιζόντων, κρύφα τὸ πρῶτον, εἶτα φανερῶς ἀφελκόντων, καὶ διαστρεφόντων τ ῥοπὼ, ἠγανάκτων ῥωμαῖοι πρὸς αὐτοὺς, ὁ δὲ βρένος οἷον ἐφυβρίζων, καὶ καταγελῶν ὑποδυσάρεστος τ μάχαιραν ἅμα, καὶ τ ζωστῆρα προσέθηκε τοῖς σταθμοῖς. Πυθανομένου δὲ τ σουλπικίου τὶ τοῦτο, τί γὰρ ἄλλο εἶπεν, ἢ τοῖς νενικημένοις ὀδύνη, τοῦτο μὲ ἤδη παροιμιώδης λόγος γέγονε, i. Itaq. cum placuisset, uti principes in colloquium uenirent Brennus, & Sulpitius Romanorũ ductor, conuenit ut Romani mille libras auri dependerent: hi simul atq. accepissent aurũ, ex urbe, atq. ex agris discederent. Super his cũ iusiurandũ intercessisset, iamq; aurũ esset adductũ, Galliq; pactæ fidei immemores initio furtim, mox palã deprimerent, detorquerentq; lancem, Romanorũ aduersos illos coorta est indignatio. At uero Brennus tanquam per ludibrium, & irridendi caussa ensem una cum baltheo exutum lancibus adposuit. Porro Sulpitio roganti, quid hoc esset rei, Quid enim aliud, inquit, nisi uictis dolor? Atque id dictum iam in prouerbium abijt. Cuius meminit Festus Pompeius, illud addens: Cum Camillus Brennum insidijs circumuentum concideret, & ille quereretur contra fędus fieri, retorsit in eum suam uocẽ, Væ uictis. Sic etenim Festus effert prouerbium. Vnde palã est, dolorem, non opprobrium in Plutarcho uertendum fuisse. Lapus interpres aut lapsus est, aut usus est exẽplari, in quo scriptum erat. pro ὀδύνη ὄνειδος. Huc allusisse uidetur Plautinus Ballio: Væ uictis, cum uictus uel iniquis conditionibus parere cogitur. Et, ni fallimur, Vergilius in Mœride,

Nunc uicti tristes, quoniam fors omnia versat.

Hos

Hos illi quod nec bene uertat, mittimus hœdos.

Nonius Marcellus in dictione cestus, citat titulum Satyræ Varronianæ, Ve victis.

Aquam bibens nihil boni parias.

Ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις. i. Aquam bibens probum, & utile paries nihil.

Huius auctorem ferũt Demetrium Halicarnasseum, cuius sensus est, a poetis nihil præclarum, aut posteritate dignum, aut uenustum proficisci, si biberint aquã, hoc est, si pauperes fuerint, & tenui victu. Horatius,

Nulla placere diu, neque uiuere carmina possunt,
Quæ scribuntur aquę potoribus.

Item Iuuenalis;

Quod si Virgilio puer, & tolerabile desit
Hospitium, caderent omnes a crinibus hydri,
Surda nihil gemeret graue buccina.

Idẽ, Satur est cum dicit Horatius. Ohe.

Demetrii Halicarnassei distichon huiusmodi citatur a Zenodoto, etiam si in epigrammatis refertur Nicerati titulo,

Οἶνός τυ χαριέν, τι φέρει ταχὺς ἵππος ἀοιδῶν,
Ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις.

Quamquam apud Athæneum secus refertur uersus prior,

Οἶνός τι χαριέντι πέλει μέγας ἵππος ἀοιδῶ. i.

Sane magnus equus lepido sunt uina poetæ.

Ijdem uersus referuntur ab Athenęo, secundo Dipnosophistarum libro, ex epigrãmate quodam, quod quidã scripserat in Cratinum, qui frequenter in comędiis taxatur ut uinosus. Quin & Horatius eloquentiam uino tribuit,

Fęcundi calices quẽ non fecere disertũ?

Martialis,

Possum nil ego sobrius, bibenti
Succurrunt mihi quindecim poetæ.

Aristoteles libro De naturis animantiũ octauo, Psittacum loquaciorem fieri putat, si uinum biberit.

Digna canis pabulo.

Ἀξία κυνὸς βρώματος, i. Digna canis pabulo. Ferme pinde ualet, ac si dicas, Dignus operarius mercede sua. Et uix quisquam est tam inutilis minister, quin si nõ amplo salario, certe uictu dignus esse uideatur. Refertur a Suida. Quadrabit in hominem non usquequaq. reijciendum, atq. inutilem, aut in hominem assentatorem.

Canis digna sede.

Ἀξία κυνὸς θρόνου, i. Canis digna sede. Cũ nouus honos obtigit cuipiã immerenti. Sũptũ uidetur a Meliteis canibus, quibus non nullæ mulierculę maiorẽ habent honorẽ, quã ipsis maritis. Nisi mauis referre ad Anubim Aegyptiorum deum. Porro constat canibus a dominis tantum honoris habitum, ut defunctis etiam monumẽta statuerint, Refertur a Diogeniano.

Si uinum postulet, pugnos illi dato.

Αν οἶνον αἰτῇ, κονδύλους αὐτῷ δίδου. i.

Si uina poscat ille, pugnos porrige.

Vbi pro bonis rebus expectatis, diuersa accipiuntur. Sumptus est hic senarius e tragœdia quapiam, de Cyclope, & Vlysse. Est autem notissima fabula, quemadmodum apud Homerũ Vlysses Polyphemo Cyclopi uinũ petẽti subinde porrigit, quo simul atque iam temulentus, sopitusque iaceret, palo præusto oculum illi perterebrauit. Putant metaphoram a pueris ductam, qui petentes non petenda, nõnunquã colaphos recipiunt. Ter. in Phormione. Pugnos in uentrem ingere. Pugnos plagas ipsas, uocat itidem vt Gręci κονδύλους. Adagium refertur a Suida.

Pro perca scorpium.

Αντὶ πέρκης σκορπίον, i. Pro perca scorpiũ. Vbi quis optima captans, pessima capit. Na perca piscis est uel maxime laudatus, cuius identidẽ meminit Athenæus, gulonum delicias recensens. Scorpius lętalis est, quãquam est & piscis huius nominis, contẽpti saporis, de quo magis sentire uidetur adagiũ. Simili figura dixit Lycophron.

Οὐ δ' ἀντὶ πιπῆς σκορπίον λαμῷ πάσας. i.

At. scorpium ille glutiens pipus uice.
Est enim pipo auis genus.

Pro beneficentia Agamemnonem ulti sunt Achiui.

Αντ' εὐεργεσίας ἀγαμέμνονα τίσαν ἀχαιοί, i.

Pro meritis male tractarunt Agamemnona Graij.

Quidam ad hunc efferunt modum:

Αντ' ἐργεσίας ἀγαμέμνονα δῆσαν ἀχαοί.i.

Pro benefactis uinxerunt Agamemnona Graij.

Dicebatur in ingratos, qui pro summo beneficio summum remetiũtur maleficiũ. Agamemnon enim tot exhaustis laboribꝰ in expugnanda Troia, pro dignitate Græciæ, domũ reuersus, veste inexplicabili inuolutus, interfectus est, a Clytemnestra, auxiliãte Ægistho adultero, Annotatum est, hoc fere accidere uiris de repub. bene meritis, vt pro bñfactis pessimã gratiã tulerint a populo. Pindarꝰ i Pythijs hymno quarto, φαντὶ δὲ ἔμμεν τοῦτο ἀνιαρότατον, καλὰ γινόσκοντ' ἀνάγκα ἐκτὸς ἔχειν πόδα, .i. Aiunt autem hoc esse molestissimum, qui norit honesta, necessitate foris habere pedem: hoc est, non frui bonis, cum ipse bene meritus sit de alijs, sed pro bene factis male audire.

Cane Tellenis cantilenas.

Ἀεὶδε τὰ τέλλωος.i. Cane cantiones Tellenis. Quidam dici putant de dicacibus, mordacibusque: quidam de inepte loquaculis. Nam Tellenem hunc, tibicinem quendam fuisse, poetam item carminum ineptissimorum. Alii tradunt, hunc iocos quosdam uersibus lepidissimis descripsisse, non sine multo sale scommatum. Meminit huius Tellenis Diarchus Messenius apud Zenodotum. Itẽ Plutarchus in Apophthegmatis.

Azanæa mala.

Ἀζανᾶια κακά.i. Azanæa mala. Dici solitum, vbi quis in re perdifficili, & infrugifera plurimum sumeret laboris. Aut vbi res esset cuipiam cũ homine difficili, moroso, intractabili, tenaci. Tradunt Azanæa regionem quampiam esse Arcadiæ, sterilem, & culturæ inhabilem, in qua coloni multo sudore parum fructus referũt. Hæc ferme traduntur a Græcarum parœmiarum collectoribus. Cæterum Stephanus de nominibus urbium, ueluti fontem aperit nobis huius adagii. Siquidem is complures refert Azanias, unam quæ sit Arcadiæ pars: in hac fontem quempiam esse, cuius aquam qui gustarit, hunc usque adeo a uino abhorrere, ut nec odorem ferat. Alteram Massiliæ, tertiam Phrygiæ, cuius mentionem fecerit etiam Strabo libro Geographię 12. De hac Hermogenes, citante Stephano, huiusmodi quandam narrat fabulam. Cum illic frequentes essent uillæ rusticorum, orta ob sterilitatem agrorum fame, collecti pastores rem diuinam fecerunt, fertilitatem a dijs petentes. Cæterum cum dij non audirent illorum uota, perduraretq; agrorũ sterilitas, Euphorbus e pastoribus quidam nouum sacrificij genus excogitauit. Immolauit enim οὐρανοῶν, ἣ ἔξιν, qd Phrygũ lingua sonat, uulpem, & Echinum. Hac hostia placatis dijs agros feraces esse cœpisse, quod ubi finitimis pastoribus esset cognitũ, Euphorbo sacerdotium, & imperium detulerunt: post loci nomen commutatum est. proq; Azania ἐξαναγοῶν uocatũ, quod pinde sonat Phrygio sermone, quasi Græce dicas, ἐχιναλώπεκα, Latine, echino vulpẽ. Huiusmodi ferme Stephanus, ex quibus coniectari licet, ex ea fabula natam parœmiam.

Capra nondum peperit, hædus autem ludit in tectis.

Αἶξ ὅπω τέτοκεν, ἔριφος δ' ἐπὶ δώματα παίζει.i.

Nondum enixa capra, at iam ludit in ędibus hędus.

Qui postrema, perfectaq; iam aggrediũtur pręteritis ijs, quę pręcessisse oportuit. Aut qui gloriantur iam assecutos sese, cuius ne fundamenta quidem sunt iacta. Aut qui rem agunt præpostere. Prius est enim peperisse, quam ut hędus ludat in tectis. Refertur a Zenodoto.

Reperit deus nocentem.

Εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν, i. Reperit deus nocentem. Cum tandem ultio contingit improbis, quasi diuinitus immissa. Theocritus in Idyllio decimo,

Εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν, ἔχεις, πάλαι ὃν ἐπεθύμεις.i.

Inuenit deus impiũ, habes quæ olim cupiebas.

Theocriti Scholiastes idicat, prouerbiũ, & alia forma solitũ efferri, εὗρε θεὸς αἴτιον. Simile est Homericũ illud Iliados Δ.

Εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν,

Εκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ, σώτε μέγαλῳ ἀπέτισαν.i.

Quamquam etenim non punit Iuppiter ilico fontem,

At

At faciet tandem, & luerint sua crimina magno.

Huc pertinet illud Sophocleum,

Ο τ' ἂν δὲ τὶς θεῶν

Βλάπῃ δύναιτ' ἂν οὐδὲν ἰχύων φυγεῖν.i.

Vbi quis deorum læserit,

Nemo queat suffugere quamlibet potẽs.

Adstipulatur autem senarius ille prouerbialis,

Θεῶν δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός. i.

Plagam deorum nullus hominum suffugit.

Pindarus item in Pythijs.

Θεὸς ὁ ἣ περόεντ' αἰετὸν κίχε, καὶ θαλασσαῖον παραμείβεται

Δελφίνα, ἣ ὑψιφρόνων ἕν' ἔκαμψε βροτῶν.

.i. Deus & alatam aquilam assequitur, & marinum præuertitur delphinum, & elatorum quempiam depressit mortalium.

Adstipulatur huic sniæ & in Olympijs,

Εἰ δὲ θεὸν ἀνήρ τις ἐλπεταί τι λαθέμεν ἔρδων ἁμαρτάνει, idest,

Quod si deum homo quispiam sperat fallsurum se, cum agit aliquid, errat.

Ignauis semper feriæ sunt.

Qvi uacant otio, feriari dicuntur, & otiosi feriati, & otiũ feriæ, quæ metaphorę tamquam in prouerbium receptę sunt. Theocritus in Bucolicis,

Αἐργοις αἰὲν ἑορτά. idest,

Semper feriæ inertibus.

Nam feriis etiam ethnici à prophanis negotiis abstinebant. Qui fugitant laborem, optant dies festos, quo liceat otiari, uentriq;, & uoluptatibus indulgere. Siquidem antiquitus in hoc dabantur agricolis feriati dies aliquot, ut lusu reficerent lassitudinem, Admiscuerunt autem religionẽ, quo moderatiores essent lusus. Sed ut ad prouerbium reuertamur, apte accommodabitur in eos, qui nunquam non caussantur aliquid, quo sint in otio, uelutiquibus insuaues sunt literæ, nunc excusant ualetudinem, nunc occupationes rei domesticæ. nonnunquam obstat rigor hyemis, alias æstatis feruor, inrerdum autumni periculosum cælum. Demum auocat a libris, ueris amœnitas, mox fugitura. Pransi negant esse rem habendam cum libris, antequam concoxerit stomachus. Imprãsis obstrepit fames, quo minus libeat. Luci dicunt ignauũ esse, domi desidere. Ceterum ad lucernam uigilare, oculis inimicum. Si suppetit res domestica, quorsum opus, inquiunt, literis? Si deest, negant pauperem posse philosophari. Iuuenis negat, æui florem curis senilibus absumendum. Prouectior ait, ualetudini parcendum.

Catulæ dominas imitantes.

Τὰς δεσποίνας αἱ κύνες μιμέμεθα, i. Dominas imitãtes catellæ. Vbi serui dominorum ferociam repræsentant, aut discipuli præceptoris resipiunt arrogantiam, aut ministri principum fastum. Breuiter quoties ij, qui subsunt, eorum exprimunt mores, sub quorum imperio degunt. Vnde & illud Iuuenalis.

Maxima quæq; domus seruis est plena superbis.

Videas aũt & Melitæas, opulentarũ mulierũ delicias, fastũ, lasciuiã, totamq; ferme morũ imaginem reddere. Vsurpatur hoc adagiũ a Platone, libro de repub. octauo, Ατεχνῶς γὰρ αὖ τε κύνες καὶ ἵπποι παροιμίαν οἷαι περ αἱ δέσποιναι γίγνονταί τε δὴ καὶ ἵπποι, καὶ ὄνοι πάνυ ἐλευθέρως, καὶ σεμνῶς εἰθισμένοι πορεύεσθαι καὶ τὰς ὁδοὺς ἐμβαλλόντες πρὸς αἰεὶ ἀπαντᾷ τι, ἐὰν μὴ ἐξίστωνται.i. Palã. n. tũ catellę, iuxta prouerbium, tales quales sunt dñæ. Tum & equi, & asini tales redduntur, qui assuefacti fuerint admodum libere, fastuoseq; per vias ingredi: semper incursantes in obuium, ni cedat.

Tantali pœnæ.

Ταντάλειοι τιμωρίαι, i. Tãtali supplicia. De ijs dicendum, quibus adsunt quidẽ bona, uerum bis frui negatũ est. A fabula Tãtali sumptum, quem poetę fingũt, apud inferos assistere flumini sitientem, quod si quando admouerit se potaturus, repente a quam labris cõtractam refugere. Tum capiti imminere arborem pomis onustam, sed eam subito porrigenti manum alio subducere sese, atq. ita miserum pręsente copia, inopia discruciari. Id olim in diuites parcos, & sordidos dici vulgo solere, testis est Horatius in Sermonibus,

Tantalus a labris sitiens, fugientia captat
Pocula: quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. congestis vndique saccis
Indormis inhians, & tamquam parcere sacris
Cogeris, aut pictis tamquam gaudere tabellis.

Idem in Odis,

Magnas inter opes inops.

Grægorius Nazianzenus in epistola ad Basiliũ eleganter detorquet ad huius mundi delicias, quæ nunquam explent animũ παντάλεθοι, inquit, τινὲς καὶ κατάκριτοι δι ψῶντες ἐν ὕδασι, τὴν ἐλεεινὴν ἐκείνην, καὶ ἄτροφον Πανδαισίαν. i. Tantalij, & execrabiles sitientes in aquis, miserandã illam, & nihil alimonię conferentem Pandæsiam. πανδαισίαν autẽ Græci uocãt conuiuiũ ex omni genere deliciarum apparatum.

Viro seni maxillæ baculus.

Ἀνδρὸς γέροντος αἱ γνάθοι βακτηρία, i. Maxilla senibus Scipionis est vice.

Dici solitum de ijs, q ob defectas ætate uires, lautiore pariter, & copiosiore uictu coguntur uti, quo quod senecta deterit, utcunque farciant cibo. Manet & in hodiernum senile uerbum. Ego medentibus meis sustento, Est autem uelut ænigmaticum, reliquos ingredi pedibus, senes dentibus. Etenim quod decessit natiuo corporis, succo, id cibi, ac potus adminiculo farciẽdum. Videmus illud euenire vulgo, posteaquam destituit senes edacitas illa, uitæ finem imminere.

Ne verba pro farina.

Μὴ λόγους ἀντ' ἀλφίτων. idest,

-Ne uerba pro farinis.

Aduersus eos iacebatur, qui beneficium uerbis, non re dabant. Qui fere magnatum mos est, uti suos splendidis promissis alãt. Bene autem admonet in Pandectis Pomponius iurecõsultus, peculium re, non uerbis augendum esse. Quadrabit item in eos qui beneficium pollicitis rependunt, Aut qui consolantur oratione, cum auxilio sit opus. Veteres quidquid ad uictum pertineret, ἄλφιτα uocabant. Apparet e comœdia quapiam sumptum est, enim hemistichiũ carminis Iambici trimetri. De prouerbio Aristophanico, οὐδὲν πρὸς τὰ ἄλφιτα, dictum est alias.

Anchoras tollere.

Nonnvllam prouerbij faciẽ habet, quod est apud M. Varronẽ in opere De re rustica, capite extremo, Anchoras tollere, pro eo qd est, moliri discessum, qd genus & illud, Talaria nectere. Hęc sũt huius uerba: Interea redit ad nos Pauo. Et si uultis, inquit, anchoras tollere, latis tabulis sortitio sit tribuũ, hoc est, si vultis omissa disputatione hinc abire. Quamquam hic alludit tur ad ambiguam tabularum significationem, quæ tum nauticæ sunt, tum forenses, quibus suffragia ferebantur. Huic simile Quintilianicum illud: Oram soluere. Nãita plerique legunt.

Vino vendibili suspensa hedera nihil opus.

Vino uendibili suspensa hedera nihil opus, idest, Vera uirtus non eget alienis præconijs. Aut res præclarę per se placent, neque desiderant exoticam commendationem. Sumptum apparet a cauponum more, qui uinarijs tabernis signum hederaceum solent prætendere. Ita Plautus idẽ in Pœnulo. Inuendibili merci oportet ultro emptorem adducere, proba merx facile emptorem reperit. Horatius,

-Vbi largius æquo.

Laudat uenales q vult extrudere merces.

Canere ad myrtum.

Ἄδειν πρὸς μυρρίνην, idest, Ad myrtum canere, prouerbio iubebatur imperitus literarum & infacundus, quique nõ posset apud eruditos loqui. Hinc sumpta metaphora, quod apud ueteres mos esset, ut in conuiuijs singuli suam cantionem canerent, quod si quis citharam accipere recusasset, utpote musices ignarus, is per ioculũ accepto ramo laureo, seu myrteo, cogebatur ad eum canere. Porro priscis hunc canendi fuisse morem testatur & Fabius, libro Institut. 1. Vnde, inquiens, etiam illemos, ut in conuiuiis post cenam circumferretur lyra: cuius cum se imperitum Themistocles confessus esset, ut uerbis Ciceronis utar, habitus est indoctior. Sed ueterum quoq; Romanorum epulis fides, ac tibias adhibere moris fuit. Plutarchus 1. Sympo siacon libro scribit, olim fuisse morem, ut in conuiuio primum uoce communi deũ canerẽt παιανίζοντες, ut ait, deinde myrteũ ramũ unicuiq. tradi solere, quẽ ἄσαρκον uocatũ existimat, qd is, qui eum accepisset, caneret. Post lyra circumlata, qui peritus artis fuisset, eã accipiebat, canebatq; sonum chordarũ ad uocem attemperans, Recusantibus autem musices imperitis, σκολιὸν carmen dicebatur, quod non esset uulgare, neque cuiuis facile. Alij dicunt myrtum nõ solere ordine circumduci, sed

a sponda

a sponda ad spondam transferri, ut posteaquam cecinissetis, qui in prima sponda primus sedebat, ei traderet, qui in secundo lecto primus accumberet, hic rursum tertij lecti primo. Deinde rursum primi lecti secundus, secundo loco in secunda accumbẽti sponda traderet, eumq; ad modum per omnes iret. Hæc ferme Plutarchus.

Admeti nænia.

Ἀδμήτου μέλος, idest, Admeti nænia, De tristi, lugubriq; cantione. Accommodari poterit ad orationem querulam, ac miserabilem, Accipitur enim cantilenæ genus, quod σκολιὸν uocant, de quo multa Iulius Pollux. Dictum est autem obliquum, uel à tibiarũ figuris, uel quod in conuiuijs, quẽ admodum modo diximus, obliquo ordine a lecto in lectum flecterentur canendi uices. Quidã huiusmodi cantiones faciles, & illaboratas intelligunt, nimirum quales oportet esse, quæ inter pocula canuntur, & ex tempore. Verum de ijs, deq; superiore prouerbio, qui uolet copiosius edoceri, legat Aristophanis interpretem, in eo, quem mox indicabimus loco. Adagium ad huiusmodi fabulam referũt. Admetus rex fuit Pheræorum, cuius armenta pauisse fingitur Apollo, mercede conductus, cum ex Olympo depulsus, humana specie exularet apud mortales. Exilij caussam hanc afferunt: Æsculapius Apollinis filius Chironę præceptore medicam artem perdiderat, deinde sanguine qui ex Gorgonis fluxerat uenis, à Pallade accepto, per hunc plurimos restituit sanitati. Porro sanguine, q è sinistris defluxerat uenis, ad pernicię hominum utebatur, qui è dextris, ad salutem. Quin fabulis uulgatum est, illum etiã uita defunctos quosdam in uitam reuocasse. Quare ne pro deo haberetur apud mortales, cum id uideretur præstare quod deorũ est proprium, Iuppiter illum fulmine percussit. Ob id indignatus Apollo, Cyclopes qui Ioui fulmen illud fuerant fabricati, peremit. Quam rem indigne ferẽs Iuppiter, Apollinẽ destinarat è cælo ad inferos præcipitem dare, sed Latonæ interuentus, precesq; mitiorem pœnam impetrarunt. Itaq; cælo interdictum est, iussusq; solum uertere, damnatus ut annum apud hominẽ mortalem mercede seruiret. Igitur ad Admetum profectus Apollo regis armenta sicuti dictum est, pascebat, & ut erat artifex, effecit, ut omnes uaccæ gemellos parerent. Cumq. apud Admetum per quam humaniter esset habitus, ut patrono gratiam officij referret, à parcis impetrauit, ut cum in illarum fusis Admeti fatalis dies uoluerentur, liceret hac lege mortem effugere, si quem alium reperisset, qui uolens illius uice mortem oppetere uellet, suiq; capitis dispendio illius uitam redimere. Ergo cum adesset dies ille fatalis, neq. quisquam inueniretur, qui mortis uicarius esse uellet, patre etiam, ac matre recusantibus, una Alcestis uxor mariti uitam sua cariorem habuit. Qua defuncta stridulæ quædam, & lugubres næniæ decãtabãtur assidue apud Admetum, donec mota Proserpina, remisit Alcestidem. Aut, ut quidam dicunt, donec Hercules expugnato Orco, hanc ad superos reduxit. Meminit περὶ τοῦ μέλους etiã Euripides in Alcestide.

Διοσῶ δ' ἰῶ μέλη κλύειν i.

At cantiones duplices audire erat.

Notat etiam Aristophanes in Vespis,

Ἀδεικλέωνος λαβόμενος τῆς δεξιᾶς
Ἀδμήτου λόγον, ὦ τᾶρε μαθὼν τοὺς ἀγαθοὺς φίλει.
Τούτῳ τὶ λέξεις σκολιόν,

Canit Cleonis apprehensa dextra.
Verbum Admeti doctus, amice diligito probos,
Huic quid obliquum loqueris?

Miscet Iambicis anapæstica. Interpres citat hos uersiculos ex fabula Ciconijs.

Ὁ μὲν ἦδεν ἀδμήτου λόγον πρὸς μυρρίνην,
Ὁ δ' αὐτὸν ἠνάγκαζεν ἁρμοδίου μέλος. i.

Atque is quidem canebat Admeti modos
Ad myrtum, At alter adegit Harmodij melos.
Vt caneret.

Congerit & alia quædam non indigna cognitu, quæ licebit inde petere.

Bellum haud quaquam lacrymosum.

Ἀδάκρυς πόλεμος, idest, Bellum lacrymis carens, ubi victoria contigit citra cædẽ, & sanguinẽ. Aut ubi quis e periculoso quopiã negotio sic extricauit sese, ut nullo suo malo discesserit, siue cũ rixosi uerbis inter se digladiantur, nec est quidquã periculi, ne ueniatur ad manus, Aut ubi certamẽ agitur eiusmodi, ut neutri parti quidq̃ accidat incommodi, uelut in conflictatione literaria, in qua uictus discedit erudi-

tior, victor amicior. Natum aiunt è vetusto quondam oraculo Dodonæo, quo responsum Lacedæmoniis aduersus Arcadas pugnaturis: ἄδακρυν πόλεμον ἔσεσθαι, i. Bellum sine lacrymis futurum. Deinde contigisse illis uictoriam nemine prorsus interfecto. Nos item incruentam uictoriam uocamus, cum nulla cæde contingit victoria: & apud Græcos, ἀναιμωτὶ νικᾶν idest, Citra sanguinem uincere. Plutarchus in commentario de fortuna Romanorum, ἄδακρυν νίκην appellat eam, quam Paullus Æmilius de Persa reportauit. Effertur prouerbium etiam ad hũc modum, ἀναίματον ἔστησε τρόπαιον, idest. Incruentum statuit trophæum. Celebratur inter Pittaci oracula illud quoque: δεῖν τὰς νίκας ἀνὰ αἵματος ποιεῖσθαι, Oportere victorias citra sanguinẽ fieri. Auctor Laertius. Nec abhorret hinc illud, quod in Græcorũ commentarijs reperitur: πόλεμός τις ἀσίδηρος ἀνὰ τὴν ἑλλάδα κελεύεται. i. Bellũ quoddam absque ferro motum est in Græcia. Significat autem bellum, quod oratione, non armis peragitur. Atque hæc tum magis erunt prouerbialia, si longius transferantur: vtputa, ad litem forensem, contentionem, aut aliud id genus certamen.

Flet victus, victor interijt.

Κλαίει ὁ νικηθεὶς, ὁ δὲ νικήσας ἀπόλωλεν. idest.

Qui uicit, perijt, plorant qui succubuere.

Quoties vtraque pars magno suo malo discedit: ita ut plerunque in bellis solet accidere. Item in litibus forensibus, in contentionibus. Nam Hesiodus duas facit Eridas, quarũ altera pestifera sit mortalibus, altera frugifera. In priore certaminis aggere qui vicerit, discedit improbior, victus fit infelicior. In posteriore, qui superior euaserit, discedit clarior: qui superatus fuerit, discedit seipso melior. Tradunt hoc natum à Sibyllæ Erythrææ uaticinio, quod edidit de pugna apud Cheronæam cõmissa. Nam illic Athenienses cũ Thebanis uicti perierunt: Philippus uictor protinus à Pausania sublatus est. Meminit huius Georgius Gemistus in Hellanicis. Quamquam idẽ olim usu uenit Troianis, & Græcis, post insanissimum bellum, pro mala muliercula tot annos gestum. Nam Troia funditus euersa est, Græci victores aut in reditu perierunt, aut domi reperere perniciem.

Timidi nunquam statueruns trophæum.

Ἀλλ' οἱ γὰρ ἀθυμοῦντες ἄνδρες, ὄπωτε. Τρόπαιον ἀστήσαντο, i.

At enim trophæum nobile haud unquã viri.

Statuere pauidi.

Suidas ex Eupolide citat. Vsurpatur à Platone i Critia: Ἀλλὰ γὰρ ἀθυμοῦντες ἄνδρες ὄπω τρόπαιον ἔστησαν. Apte dicet in eos, qui per animi socordiam, inertiamq; nihil egregium, nihil arduũ audent aggredi: aut qui periculi metu à magnis abstinẽt negotijs, cũ insignis gloria nõ nisi magnis periculis contingat. Neque triũphum egit quisquam, qui non sit ausus Martis euẽtũ experiri. Profertur & illud in timidos è Sophocle: πάντα γάρ τοι τῷ φοβουμένῳ ψοφεῖ. idest, Formidoloso strepunt omnia.

Vna cum ipsis manipulis.

Αὐτᾶς ἀμάλας, idest, Cum ipsis manipulis. Cum omnia funditus pereunt, hoc est, cum ne gluma quidem sit reliquum. Prouerbium à rusticis natum uidetur. Refertur à Suida.

Ne Æsopum quidem triuisti.

Οὐδὲ τὸν αἴσωπον πεπάτηκας, i. Ne Æsopum quidem triuisti. De vehementer stupidis, & imperitis. Refertur à Suida. Extat autem apud Aristophanem in Auibus:

Ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς, κ' ἀπολυπράγμων.
Οὐδ' αἴσωπον πεπάτηκας. i.

Indoctus enim es, neque sat solers,
Neque triuisti saltem Æsopum.

Nam antiquitus Æsopi fabellas etiam vulgus idiotarum tenebat. Has igitur qui non legisset, nihil scire uidebatur. Erat autem natione Phryx, seruus Xanthi, liber factus est ab Idmone cęco. Plato comœdiarũ scriptor, fingit illum reuixisse. Ab hoc omnes fabellæ in quibus inducuntur animalia bruta, αἰσωποποιητοὶ dicuntur, quemadmodum in quibus homines, Sybariticæ, siue Sybaritides diminutiue.

Vulpes bouem agit.

Ἀλώπηξ τὸν βοῦν ἐλαύνει, i. Vulpes bouẽ ducit. Cũ res absurde geritur. Nihil nauulpi cum agricolatioue, ueluti si quis poeta de rebus sacris concionetur, aut leno tractet rẽpublicam. Licebit & ad eũ torquere, qui non ex animo, sed alio spectans, fingit

fingit sese quippiam velle facere. Extat & hoc apud Suidam.

Non inest remedium aduersus sycophantæ morsum.

Ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δήγματος, i. Aduersus ictum sycophantæ non inest.

Subaudiendum φάρμακον, id est, remedium, dictum est in calumniam, cuius morsus non solum perniciosissimus est, uerum etiam ineuitabilis, quod clancularius plerunque. Olim remedia quædam anulis inesse creditum est: ueluti aduersus serpẽtiũ morsus, aut morbum aliquem, aut fascinationem. Est apud Aristophanem in Pluto, apud quem iactanti anulum magicum, in quo remedium esset aduersus omne malorum genus, respondetur:

Ἀλλ' οὐκ ἔνεστιν συκοφάντου δήγματος.

Quod imitatus videtur apud Athenæũ lib. 3. Aristophanes.

-Εάν δ' ἄρα
Στρέφῃ με περὶ τοῦ γαστέρος τὸν ὄμφαλον,
Παρὰ φερτάτου δακτύλιος ἐστί μοι δραχμῆς. i.

Quod si mihi aluum torserit,
Aut umbilicũ, est anulus drachma mihi
A Phertato emptus.

Indoctior Philonide.

Ἀπαιδεύτερος φιλωνίδου, i. Indoctior Philonide. Hic Melitensis erat prægrandi corpore, ceterum insulsus, & indoctus. Notatur aliquoties apud Aristophanem, vt mulierosus, & in parasitos profusus.

Apage hospitem in tempestate.

Ἀπαγε ξένον ἐν χειμῶνι, i. Apage hospitem in tempestate. Dici solitum ubi quis importunius aduenirет. Nam molestiam afferunt hospites, si quando in rebus aduersis & afflictis superueniunt. Quando familiares magis adesse conuenit ægrimoniæ lenitores. Si peregrini superueniant, ad calamitatis molestiam accedit pudor, interdum maxima malorum pars. Recte accommodabitur, si quando petitur quippiam a principe negotijs parum lętis occupato. Admonet idem adagium, ne quis externus domesticis aliorũ malis admisceat sese. Simile quiddam dixit Euripides in Alcestide:

-Ἄρα τὸν ξένον
Στυγῶ δικαίως, ἐν κακεῖς ἀφιγμένον, i.

An non mihi iure optimo.

Inuisus hospes, qui in malis aduenerit?

Verba serui ad Herculem aduenientem, domo Admeti iam occupata luctu. Rursus in eadem fabula:

Λυπουμένοις ὁ χλυρὸς εἰ μόλοι ξένος. i.

Molestus hospes tristibus si aduenerit.

Dentem dente rodere.

DENTEM dẽte rodere dicitur, qui carpit eum, qui neq; lędi queat, neq; sentiat. Aut qui mordet pari mordacitate præditũ quempiam. Martialis libro decimotertio, in obtrectatorem quendam:

-Quid dentem dente iuuabit
Rodere? carne opus est, si satur esse velis,
Simile illi, noli verberare lapidem.

Iouem lapidem iurare.

IOVEM lapidem iurare, dicuntur qui sancte, & religiose deierant. M. Tull. Epistolarum familiarium septimo, ad Trebatiũ: Quomodo autem tibi placebit, Iouem lapidem iurare, cum scias iratum esse Iouem nemini posse? Sumptum a prisco feriendi fœderis ritu, quod a patre patrato manu tenente lapidem conceptis verbis perageba tur. Quemadmodum describit T. Liuius, & Macrobius. Vtebantur & Arabes lapide in feriendis fœderibus, quemadmodum refert Herodotus in tertio. Adagium uarie poterit vsurpari. Ego tibi super hac re non dubitem, uel Iouem lapidem iurare, id est, quantumuis sancte. Huic iniurato fidem habere malim, quam tibi Iouem lapidem, vt aiunt iuranti. Iouem lapidem iurabat, nihil istiusmodi cogitatum fuisse, id est, magnopere asseuerabat. A. Gellius in Noctibus usurpauit ad hunc modum: Iouem lapidem, inquit, quod sanctissimum iusiurandum est habitum, paratus sum ego iurare, Virgilium hoc nunquam scripsisse. Apuleius in sermone De Deo Socratis; Quid igitur iurabo per Iouem lapidem Romano vetustissimo ritu? Veteres per caput illius quam carissimum habebant iurabant, Romani per genium principis, Socrates per canem, & anserem, Zeno Citiensis per capparim, plerique per brassicam, ναὶ μὰ τὸν κράμβον, quod multis exemplis e uetersũ poematibus repetitis docet Athenæus libro nono, eo quod huic diuinatoria quædam vis insit, coq. & sacram habitam tradit.

Cimmeriæ

Cimmeriæ tenebræ.

MVLTAM obscuritatem, aut animi caliginem Cimmerias tenebras appellant. Lactantius Institutionũ diuinarũ li.4. O cę cũ pectus, o mentẽ Cimmerijs, ut aiunt, tenebris atriorẽ. Et hunc uelut ęmulatus diuus Hieron. vt Lactantianæ admirator eloquentiæ, Rogo, inquit, q̃ tanta est cæcitas, & Cimmerijs, sicut aiunt, tenebris inuolutą? Natũ adagiũ a Cimmeriæ regionis prodigiosa obscuritate. De qua Strabo libro Geographiæ primo, scribit in hunc modũ. Καὶ μὴν ἡ τὸν κιμμερικὸν βόσπορον οἶδε, τοὺς κιμμερίους εἰδώς, οὐδήπου τὸ μὲ ὄνομα τῶν κιμμερίων εἰδώς: αὐτοὺς δὲ ἀγνοῶν, οἳ κατ' αὐτὸν, ἢ μικρὸν πρὸ αὐτῆ μέχρις ἰωνίας ἐπέδραμον τὴν γλῶ ἐκ βοσπόρου πᾶσαν, αἰνίττεται γοῦν τὸ κλίμα τῆς χώρας αὐτῶν ζοφῶδες, ἡ φησιν,

Ἠέρι, ἡ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδὲ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιλάμπεται.
Αλλ' ἐπὶ νυξ ὀλοὴ τέταται. idest,

Quin Bosphorũ quoq. Cimmeriũ cognouit, vt q Cimmerios nõ ignorarit. Neque.n. uidelicet cũ Cimmeriorũ nomẽ cognitum habuerit, ipsos ignorauit, qui temporib. illius, uel paullo ante illius ętatem a Bosphoro ad Ioniã vsq. terrã oẽm pcursarint. Itaq. quo nam in climate sita sit illorum regio, velut innuit, cum eã caliginosam facit, &, ut ipsius utamur uerbis, umbris, ac nebulis tectam, si quidem.

Igneus illos
Haud vnquam irradiat Phœbus, nox atra sed illis
Ingruit assidue.

Porro locus quem Strabo citauit, quamquam uerbis aliquot diuariãs a poeta, est apud Homerum Odysseæ 11.

Ἠδ' ἐς πείραθ' ἵκανε βαθυῤῥόου ὠκεανοῖο.
Ἐνθα δὲ κιμμερίων ἀνδρῶν δημός τε, πόλις τε
Ἠέρι, ἡ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδὲ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ὑπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν,
Οὔτ' ὅποτ' ἂν σείχησι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
Οὔθ' ὅτ' ἂν αὖ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται,
Αλλ' ἐπὶ νυξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι. idest,

Aſt ille Oceani peruenit ſumma pfundi
Illic ſunt populiq; , & mœnia Cimmeriorum,
Nubibus, & cęca aſſidue caligine tecta.
Illos haud vnquam radijs ſol aſpicit ardens,
Nec quando aſtriferũ curru petit arduus axem,
Nec rurſum ad terras magno deuectus olympo,
Sed nox incũbit miſeris mortalibus atra.

Cimmeriorũ mẽtionẽ facit ẽt M. Tulli⁹ libro Academicarũ qõnũ quarto. Et Cimmerijs quidẽ, quib. aſpectũ ſolis, ſiue Deus aliquis, ſiue natura ademerat, ſiue eius loci quem incolebant ſitus, ignes tñ aderant, quorũ illis vti lumine licebat. Iſti ât, quos tu probas, & cetera. Et in hac regione Naſo poeta Somno Deo regiam ædificauit, libro Transformationum undecimo.

Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca recceſſu,
Mons cauus, ignaui domus, & penetralia Somni,
Quo nunquam radijs Oriens, mediusve, cadensve,
Phœbus adire poteſt; nebulæ caligine mixtæ
Exhalantur humo, dubięque crepuſcula lucis.

Apud Græcos cõſtãter p duplex m, ſcriptum inuenitur, tametſi refragatur etymologia, q̃ adfert Euſtathius, autumans κιμμερίους, dictos, quaſi ἐν τῷ ἀέρι κειμένους. Sed vero ,ppi⁹ eſt, κιμερίους uocatos, quaſi χειμερίους, quãquã hic quoq; m, ſimplex.

Fruſtra Herculi.

Εἰκῇ τῷ ἡρακλεῖ. Fruſtra Herculi, ſubaudi; calumniã ſtruxeris. De his dici cõſueuit, q ſic omnia ſua negotia gerunt, ut nemo queat, aut audeat calumniari. Nã Herculi mos erat res alienas vi abducere, non dolo. Conueniet aut in vehementer laudatum, probatumq; , aut in præpotentem, quem inſimulare tutum non ſit. M. Cato Cẽſorinus plus quadragies in ius uocatus fuiſſe memoratur, ſemper iudicum abſolutus ſententijs. Hunc Cæſar in Anticatonibus inſimulauit auaritiæ. Id Plutarchus perinde ſcribit eſſe, quaſi ſi quis Herculem inſimulet ignauiæ. Nihil enim minus in Herculem quadrat, quam hoc criminis. Sunt qui putent cogruere, cum aliquis omnia facit impune, nec a quoquam accuſatur. Quemadmodum Hercules impune res alienas conſueuit abigere.

Ne in neruum erumpat.

TERENTIVS in Phormione. Verum hoc ſæpe Phormio vereor, ne iſta fortitudo in neruum erumpat denique. Quadrat in temerariam, inconſideratamq. audaciã, quæ plerunque infelix eſſe ſolet, & in maximum malum aliquando adducere. Donatus interpres a ſagittarijs ſumptam metaphoram exiſtimat: qui dum neruum arcua lem adducunt immodice, rumpunt nonnunquam, idque non ſine ſuo periculo.

Adraſtia Nemeſis, Rhamnuſia Nemeſis.

Αδράστεια νέμεσις, i. Adraſtia Nemeſis, ſubaudiendum, adeſt, aut aderit, aut eiuſmodi quippiam. Licebit vti vel in eos quibus ob inſolentiam, arrogantiamq. fortunæ commutationem minamur, vel quia rebus florentibus ad calamitoſam fortunam redacti ſunt. Hanc qdam Nemeſim Deam eſſe putant, inſolẽtiæ, & arrogantiæ vindicẽ, q̃q; ſpes imoderatas, & vetet, & puniat, ἀδράστεια dicta ὑπὸ τοῦ ἀστερητικοῦ μορίου, καὶ δρασμοῦ, ꝗ nemo nocẽs meritam pœnam vſquam effugerit: etiam ſi quando ſerius aſſequitur. Lucian⁹ in meretricijs dialogis, Εἰ τὶς θεὸς ἡ ἀδράστεια, καὶ τὰ τοιαῦτα ὁρᾷ, i. Eſt dea quæpiam Adraſtia, videtq; iſta. Euripides in Rheſo.

Αδράστεια μὲν ἀδιὸς παῖς,
Εἴργοις σωμάτων φθόνον. i.

Adraſtia Iouis filia, arceas dictorum inuidiam. Idem in eadem fabula:

Ζωὸ δ' ἀδραστείᾳ λέγων. idest,

Volente uero dixerim hoc Adraſtia.

Idem teſtantur etiam Epigrammata.

Ἡνέμεσις προλέγει τῷ πήχει τῷ τε χαλίνῳ,
Μήτ' ἀμεταφαντι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν. idest,

Innuit hoc Nemeſis cubito, frenoq;, gerendis,
Sit modus in rebus, dictaq. frenũ habeãt.

Item aliud:

Η νέμεσις πήχον κατέχω. τίνος ἕνεκα, λέξεις.
Πᾶσιν ἀπαγγέλλω, μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον. idest,

Contineo Nemeſis cubitum. Quæ cauſa requires?
Nam cunctis iubeo rebus adeſſe modũ.

Strabo libro Geographię decimotertio Adraſtiam dictam tradit non ab aufugiendo, ſed ab Adraſto rege, qui primus huic templum conſtituerit, idque Antimachi poetæ verſibus confirmat:

Εἰ δὲ τὶς νέμεσις μεγάλη θεός, ἣ τάδε πάντα
Πρὸς μακάρων ἔλαχεν. βωμὸν δὲ οἱ εἵσατο πρῶτος
Αδρηστος ποταμοῖο παροιθ' ῥόον αἰ σήποιο.
Ενθα τετίμηται τε, καὶ ἀδρήστεια καλεῖται.

.i. Eſt quædã Nemeſis dea magna, cui omnia quadam hæc
Sunt data ſorte Deum. Aſt huic primus condidit aram
Adraſtus iuxta Aeſopi ſacrata fluenta.
Atque inibi coliturq; , tenetq; Adraſtia nomen.

Huius oppidi meminit Plinius lib. quinto, capite trigeſimoſecundo his verbis, Parium colonia, quam Homerus Adraſtiam appellauit. Adraſtiæ deæ mentionem facit & Plato in Phædro. Ammianus libro decimoquarto. Hæc, & huiuſmodi innumerabilia vltrix facinorum impiorũ, bonorũq; præmiatrix aliquando operatur Adraſtia, atque utinam ſemper quam uocabulo duplici ẽt Nemeſim appellamus. Hanc aiunt ex opinione veterum lunę ſuperpoſitam, generali potẽtia præſidere fatis, omnia terrena deſpectantem, vt reginam, & arbitrãrerum omnium, quæ præcipue faſtui infenſa, nunc erectas mentiũ ceruices opprimit, & eneruat, nũc bonos ab imo ſuſcitans ad bene viuendum extollit. Huic antiquitas addidit pẽnas, celeritatis ſymbolum; dedit gubernaculũ, & rotam, ſignificãs illã p oia diſcurrentẽ, ſingula moderari. Idẽ lib. 22. Ideo intolerabilem, humanorũ ſpectatrix Adraſtia, aurẽ, ꝗ dĩ, vellẽs, monẽs ut caſtigatius viueret, &c. Zenodotus originẽ adagionis ad hmõi fabulam refert, q̃ quidem non admodũ ſane lubentes, adſcribemus tñ, ne lectorem auidũ hac fraudaſſe uidea mur. Eteocles, & Polynices poſt interitum Oedipi patris, de regno Thebanorũ hac lege pacti ſunt, vt imperiũ alternis annis adminiſtrarent. At Eteocles, nam huic ſorte primus obtigerat annus, exacto tempore recuſauit fratri vices regni tradere. Itaque Polynices repulſus, in Adraſti ditionẽ Argos profugit, noctuque appulit. Hic cum forte Tydeum eſſet nactus, qui ob cædem perpetratam e Calydone profugerat, cum eodem prælium conſeruit, inter quos clamore, tumultuq; coorto, interuenit Adraſtus, & pugnantes diremit. Atque ibi ſimul recordatus, oraculi cuiuſdam, quo monitus

tus fuerat, vt apro, & leoni filias suas in matrimonium collocaret, utrũque sibi generum adsciuit. Habebant enim in clypeis, alter apri, alter leonis figuram: Policitusq; est se utrumque restituturum in patriam, Cumq; primum Polynicis nomine Thebas fuisset adortus cæsis Argiuorum optimatibus, Adrastus solus effugit. Interfectorum cadauer cum Thebani insepulta abijcerent, neque sepultura dignarentur, liberi cæsorum ad aram Misericordiæ confugientes parentũ cadauera reposcebant, Athenienſibus exercitum admouentibus Thebani cadauera reddiderunt. Quo tempore & Euadne Capanei uxor, semet in rogum abijciens, una cum uiri cadauere combusta est, Post id temporis filij Argiuorum qui perierant ad Thebas, nullam unquam reportarunt uictoriam, suis partam auspiciis, sed stipendiarii pro externis militabant. Diogenianus paroemiã effert ad hunc modum, ἡ νέμεσις παρὰ πόδας βαίνει, i. Nemesis ad pedes adest. Galenus denique libro De usu partium humani corporis sexto μνημονεῦσαι, καὶ δεῖξαι τὴν ἀδρασίας ὡς οὐδεὶς ἐκφεύξεται θεσμὸν .i. meminisse, ac declarare, quod Adrastiæ legẽ nullus effugiet. Ac paullo iferius, οὐκ ἐννοήσας οἶμαι τὴν τῆς ἀδρασίας θεσμὸν. .i. Haud cogitans opinor. Adrastiæ legẽ. Minitatur medicis, qui falsa pro ueris docent. Eadem appellatur Rhamnusia, à Rhãnunte Atticæ loco cognominata, ubi quẽadmodum ostendit Zenodotus, huic deæ statua est, solido lapide decem cubitorum magnitudine, Phidiẽ opus. Fingebatur autem olim Veneris specie, quamobrem & malum arborem dextra tenebat, ut auctor est Eudemus. Hoc adagium quamquam separauit Zenodotus, tamen uisum est cum superiore coniungere, cum nihil intersit præter commutatam cognominis uocem. Plin. lib. 28. cap. 2. Cur & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus? Alii Græcam Nemesim inuocantes, cuius ob id Romæ simulacrum in Capitolio est, quamuis Latinum nomen non sit.

Risus syncrusius.

Γέλως συγκρούσιος. Risum effusiorẽ, Græci συγκρούσιον uocãt, quod hominem quatiat, quem eundem quidam existimant Sardonium esse. Putant autem, & recte putant hunc uisum graui uiro uehemẽter indecorum esse, propterea quod uideatur ab animo impotente proficisci. Siquidem, ut turpe est uiro graui muliebri more eiulare, si quid doleat, ita gaudio immoderato in cachinnũ effundi, parũ decorum est. Simili figura Philostratus in Sophistis aliquoties dixit, πλατὺ γελᾶν, idest, late, diductoque ore ridere.

Rosam, quæ præterierit, ne quæras iterum.

Πόδον παρελθὼν μηκέτι ζήτει πάλιν. i. Ne quære rursum preteritã semel rosam.

Ne te maceres desiderio rerum, quę reuocari, restituiq; non queunt, uelut exactæ iuuentę, formę, uirium, fortunę. Nam vt nihil est gratius, ita nihil minus diuturnum. In eundem sensum dixit in Odis Horatius.

Mitte sectari, rosa quo locorum
Sera moretur.

Habẽt enim rosæ suum tempus, sed breue. At exquisitius delicati, etiam alieno tempore rosam querunt. Vnde quadrabit & in eos, qui iam ἔξωροι uoluptates sectantur, uelut si nucibus ludat uir, aut amet, potitetve senex.

Rosam cum anemona confers.

Πόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις, i. Rosam cũ anemona confers. ubi quis uehemẽter imparia inter se cõponit. Rosa priscis in precio fuit. Anemona papaueris genus, cuius flos specie quidem rosam imitatur, ceterũ nulla odoris gratia. Passim nascit in agris cum olim rosę summus sit habitus honos.

Rhodij sacrificium.

Ῥόδιοι θυσίαν. idest, Rhodienses sacrificium, ubi res iurgiis, & uerbis male ominatis peragitur. Refertur à Diogeniano. Idem est cum eo, quod paullo superius retulimus, λίνδιοι θυσίαν, idest, Lindii sacrum. Nam Lindus ciuitas in Rhodo est, teste Stephano, à qua deductũ videri possit Londinum apud Britannos, quam urbem Stephanus Lindonium uocat, citatq; Martianum auctorem. Siquidem utraque insula est, Rhodus, & Britannia, ac uetus eius gentis lingua, quę nunc Vualica dicitur, satis indicat, eã aut profectã à Gręcis, aut certe mixtã fuisse. Ne mores quidẽ admodũ dissident à Gręcanicis.

Rho-

Rhodiorum oraculum.

Ῥοδίων χρησμός, i. Rhodiensium oraculum. Vbi quis de re minuta nimium crebro, nimiumq; diligenter sciscitatur. Etenim Rhodienses Lindiæ Mineruæ sacrificantes, dies aliquot apud aram deæ conuiuia prorogabant, atque inibi perpetuo manebant. Cumque illis mos non esset matulam in sacrificium inferre, ac super hac re deum consuluissent, atque ut inferrent, respondisset, illi rursus ambigere cœperunt, utrum æream, an testaceam inferre deberent: ac denuo super hoc adeuntibus oraculum, indignatus Deus, neutram respondit. Refertur a Diogeniano.

Rusticanum oratorem ne contempseris.

Αγροίκου μὴ καταφρόνει ῥήτορος, i. Rusticanum ne contempseris rhetorem. Admonet adagium, ne quem ob imperitiam, infantiamve fastidiamus. Neque spectemus a quo, quove pacto dicatur, sed quid. Qui ualent eloquentia, non perinde curandum est, quid minentur, aut polliceantur. At penes quos rusticana ueritas est, si quid uel inculte dixerint, haud quaquam oportebit negligere. Siquidem huiusmodi plus solẽt efficere, quã loqui. Auctor Diogenianus.

Rus ciuitas.

Αγρὸς ἡ πόλις, i. Rus ciuitas. Vbi quis in urbe neglectis legibus, ui, proq; sua libidine rem gerit. In ciuitatibus enim legibus ex æquo uiuitur, in agris licentius agitur. Epicharmus apud Diogenianũ, Αγρὸν τὴν πόλιν ποιεῖς. i. E ciuitate rus facis. Quadrabit etiam in ciuitatem, in qua legum non magnus habetur respectus. Huc allusit Seneca in ludicro libello, quẽ lusit in Claudium Imperatorem. Vos mera mapalia fecistis, uolo seruetis disciplinam curiæ.

Cicernus Bacchus.

Ερεβίνθιος διόνυσος, i. Cicernus Bacchus. De re uehementer contempta. Sumptũ adagium a potu ex leguminibus confecto, qui uinum imitatur. Veteres autẽ diuersis rationibus uinũ effingebant, quarũ nonnullas commemorat Plinius libr. 14. cap. 16. Idem lib. 22. cap. 25. meminit de Zyto Ægyptiorum, Celia Hispanorum, Ceruisia Gallorũ. Erat id potus genus ex leguminibus coctum, quod inopia uini repertum est in his regionibus, quæ uitẽ nõ ferunt. Hinc natum uideri potest, & illud quod alibi retulimus adagium, οὐδὲν πρὸς διόνυσον, id est, Nihil ad Bacchum, ut id dixerit quispiam gustata ceruisia. Porro contemptam, fastiditamq; fuisse ceruisiã ijs, qui eatenus assueuerant uino, uel Epigrãma restatur, quod Iuliano Imperatori tribuunt. Id est, huiusmodi:

Τίς πόθεν εἶς διόνυσε; μὰ γὰρ τὸν ἀληθέα βάκχον
Οὐ σε πάνυ γιγνώσκω, τὸν διὸς οἶδα μόνον.
Κεῖνος νέκταρ, οὐδ' ὧδε; σὺ δὲ τραγῶν, ἢ ῥάσε κελτοὶ
Τῇ πενίῃ βοτρύων τὰ ξέν' ἀπ' ἀσταχύων.
Τῷ σε χρὴ καλέειν, δημήτριον, οὐ διόνυσον,
Πυροῦν μᾶλλον, καὶ βρόμον, οὐ βρόμιον. i.

Bacche quis? vnde venis? verum tibi deiero Bacchum
Te haud noui, tantum est cognitus ille Iouis.
Is nectar redolet, hircum tu, dic age nũ te
Espicis finxit Gallia vitis inops?
Non igitur Bacchum te dixero, sed Cerealem,
Et frumenti genam, nec Bromiũ, immo Bromum.

Est autem Bromos hordei genus quod dam, sed a Theophrasto lib. De plãtis octauo, inter ea ponitur, quæ pene syluestria sunt, & immitia. Plinius potissimum usum eius generis putat, quod illius spuma cutem fœminarum in facie nutrit. Nam qd' ad potum ipsum attinet, inquit, prestat ad uini transire mentionem,

Ne quere mollia, ne tibi contingant dura.

Μὴ γὰ μαλακὰ μώεο, μὴ γὰ σκληρὰ ἔχῃς id est. Ne quære mollia, ne dura feras. Refertur a Phurnuto in opere de natura deorum, capite de Musis, & ita refertur, tanquam vulgo iactatum. Congruit in eos, qui dum nimis improbe, ac morose petũt, quæ uolunt, offensis ijs a quibus petunt, accipiunt ea, quæ nolunt. Aut in eos, qui dum præter modum captant uoluptatem, incidunt in molestiam.

Ne Execestides quidem uiam inuenerit.

Οὐδ' ἐξηκεστίδης ἂν ἔυροι θ' ὁδὸν ἀθεῖαν, idest, Ne Execestides quidẽ rectã uiã inuenerit. De negotio perplexo, atq. inexplicabili. Execestides quidã vulgo male audijt,

quod

quod immodicus esset in peregrinationibus, ut omnes uias, quã maxime cognitas haberet, Idem taxatur ab Aristophane in Auibus.

Εἰ δ' δῆλος ἐστὶ, καὶ κἀρ, ὥσπερ ἐξηκεστίδης.

.i. Quod si feruus est, & Car quẽadmodũ Execestides.

Rursum in eiusdem fabulæ initio.

Οὐδ' ἂν μὰ δία γ' ἐντεῦθεν ἐξηκεστίδης. i. Non per Iouem hinc uel ipse uiam Execestides.

Subaudiendum, inuenerit. Vnde dici cęptum de his, qui tota aberrassent uia, aut qui difficili, inexplicabiliq́ue negotio distringerentur.

Hermonium officium.

Ἑρμώνιος χάρις, i. Hermonium beneficium. Quoties aliquis studet officii caussa uideri facere, quod alioqui coactus facit, non quo commodet cuipiam, sed quod nõ liceat secus agere. Hanc parœmiam ad huiusmodi referunt fabulam. Gens quędam Pelasgica, quæ Lemnum incolebat, nauibus transmisit in Bæbronem, uel, ut Herodotus, Brauronem Atticæ regionem, atq. ex ea mulieres raptas abduxerunt. Post vbi pestilentia laborarent, oraculo iussi sunt Athenienſibus satisfacere, atque ita futurum, ut pestilentia liberarentur. Athenienses rogati, quo pacto placari uellent, denũtiarunt, ut Lemno decederẽt. Hanc conditionem cum audissent Pelasgi, per iocum respõderunt id facturos sese, si quis Borea uento unius diei nauigatione domo profectus Lemnũ transmitteret. Euenit deinde, vt cum Darius in Thracia agens, omnia undique subigeret, Miltiades dux Athenienſium è Cherroneso soluens, Lemnum aggrederetur, Pelasgis denuntians se Borea, uniusque diei cursu adesse domo profectum, nam Cherronesum tenebat, atque illic habitabat. Itaque Hermon Pelasgorum princeps Lemno cessit. Idq́ue Darij metu compulsus facere, adsimulabat tamen se uolentem cedere, quo gratum faceret Athenienſibus. Huiusmodi ferme comperimus in Græcarum collectaneis. Aemilius Probus in Miltiade aliquãto diuersius rem narrat. Cum Athenienses decreuissent coloniam mittere in Chersonesum, quæ tum a Thracibus tenebatur, consultus Apollo, quem sibi ducem sumerent ad expellendos Thraces iussit ut Miltiadem adsciscerent. Is Lemnũ aggressus, postulauit, ut se sponte dederent. Athenienſibus. Lemnij per iocum responderunt, se id tum facturos, cum ille domo nauibus proficiscens uento Aquilone uenisset Lemnũ. Nam hic uentus aduersus est Athenis proficiscentibus Lemnum Miltiadex ne illic tempus tereret, Chersonesum profectus est. Ea capta, rebusq́. illic ex animi sententia ordinatis, rediit Lemnum, & ex pacto postulauit insulam. Nam se uento Borea domo profectum uenisse, quod in Chersoneso domum habebat, decreuerat enim illic manere. Itaque qui Lemnum tenebãt, cessere metu. Simplicius quidem Pamphilus ille Terentianus, negans liberi hominis officium esse, cum nihil mereatur, postulare id sibi gratiæ apponi.

Ex arena funiculum nectis.

Ἐξ ἄμμου χοινίκον πλέκεις, i. Ex arena funem nectis. In stulte, frustraq́ue conantem quippiam dicebatur; aut ubi quis ea connectere laboret, quæ nequaquã cohęreãt. Apposite dicetur in orationẽ, aut syllogismum male cohærentem. Vt affine sit illis, Arena sine calce, & Dissolutæ scopę. In hanc fere sententiam usurpauit Irenęus libro primo, Veluti faciunt qui colligunt Homero centones. In summa quadrabit in quiduis ἀδιώατον, καὶ ἄτοπον, ut pertineat, & ad illam formam, Laterẽ lauas, & Aethiopem dealbas.

Halcedonia sunt apud forum.

Quod dixit in Cassina Plautus, Halcedonia sunt circa forum, prouerbii speciem gerit. Significatur hac uoce trãquillitas, & silentium. Idem in Pęnulo, Nisi mihi illã tam trãquillam facis, quam mare est olim, cum ibi halcedo pullos educat suos. Extat etiam in Græcorum commentariis huiusmodi prouerbiũ ἀλκυονίτιδας ἡμέρας ἄγεις, id est. Halcyonios agis dies de trãquillam, & otiosam agẽtibus uitam. Aristophanes in Auibus:

Αλκυόνιδας τ' ἤγεθ' ἡμέρας ἀεὶ. i.

Atque halcyonios duxit adsidue dies.

Ab aue quadam marina ductũ adagium, quæ Græcis Halcyon dicitur, Latinis Halcedo, vt auctor est M. Varro libro de ligua Latina tertio, ne quis Plautinum uerbum deprauatũ esse putet. Fabula de Ceyce, & Halcyone

Halcyone est apud Ouidium. De aue sic refert Plinius lib. 10. cap. 32. Halcyon paullo amplior est passere, colore cyaneo ex parte maiore, tantum purpureis & candidis admixtis pennis, collo gracili, & procero. Ea fœtificat bruma, qui dies Halcyonides uocantur. Neque apparent nisi mari tranquillo maxime Siculo. Faciunt autem septem ante brumam diebus nidos, & totidem sequentibus pariunt. Hi dies & nautis sunt noti. Nam in his tempestatem non metuunt. Nidificant autem medio in mari. Nidi pilæ figura, paullum eminenti, ore perquam angusto, grandium spongiarum similitudine, ex spinis aculeatis compacti, tanta duricie, ut ferro incidi nequeãt. Frãguntur ictu ualido, ut spuma arida maris. Hactenus Plinius. Lucianus de tranquillitate Halceonidum dierum testatur in dialogo, cui titulus ἀλκυών. Virgilius inter prognostica futuræ tempestatis hoc quoque refert,

Non tepidum ad solem pennas in litore pandunt.

Dilectæ Thetidi Halcyones.

Meminit harum & Theocritus Idyllio 7.

Χ ἀλκυόνες σορεσεῶτι τὰ κύματα, τῷ τε θάλασσαν,

Τόντε νότον, τόντ' εὖρον, ὃς ἔχατα φυκία κινεῖ,

Αλκυόνες γλαυκαὶς νηρηΐσι ταί τε μάλισα

Ορνίδων ἐφίλαθεν, ὅσσις τέ περ ἐξ ἅλος ἄγρα. i.

Halcionesq́. undas sternunt pelagusq́ue notumq́.

Atque Eurum extremam motantem flatibus algam.

Halcyones, quas inter aues Nereides oẽs

Vnice amant glaucæ, quæcunque ex æquore pastum Venantur.

Empedoclis simultas.

Εμπεδοκλέους ἔχθρα, i. Empedoclis simultas, dicebatur pertinax, & irreconcilia bilis. Empedoclem enim aiũt ijs fuisse moribus, ut assidue simultatem cũ aliquibus susciperet, eamq́ue pertinacissimè exerceret. Quadrabit ẽt, ubi quis leui de caussa ex amico fit inimicus. Referẽ à Diogeniano. Suidas ex Lysia citat hæc uerba, ὤμην δ' ἔγωγε τοιαύτην φιλίαν σωκρμόδζ, ὥστε μήδ' ἂν τὴν ἐμπεδοκλέους ἔχθραν ἐμπεδῶν ἡμῖν γενέδζ. i. Ego sanè putabã nos eiusmodi necessitudine copulatos esse, ut ne Empedoclis qdẽ simultas nobis possit obstare. Referẽdũ ad illud, q́ alio dictum est loco, Odium Vatinianum, & Odium nouercale.

Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem.

Plautus in Truculento, Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem, hoc est, Longe maior est habenda fides referentibus ea, quæ uiderint oculis, quam ijs, qui narrãt ab aliis audita. Idem innuũt poetæ, duas apud inferos insomniorũ fingentes portas, alteram eburnam, per quã falsa insomnia ueniant ad superos, alterã corneam, per quam vera. Virgilius Aeneidos sexto Homerũ imitatus ex Odisseæ τ.

Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur.

Cornea, qua ueris facilis datur exitus vmbris,

Altera candẽti perfecta nitens elephãto,

Sed falsa ad cęlum hac mittũt insomnia manes,

His ubi tum natum Anchises, unaq́; Sybillam

Prosequitur dictis, portaq́ue emittit eburna.

Seruius interpretatur per corneam portam, oculos intelligendos, quod colore sint corneo: per eburneam dentes, nimirum osseos, & candidos. Per corneam egredi ueras umbras, quod ea demum certa sint, quæ conspicimus oculis. Per eburnam falsas, quod uana plerunque soleant esse, quæ fama percipiũtur. Itaque Aeneas per eburnam portam demissus, significat pro falsis habenda, quæcunque de inferis narrarit poeta. Adagij meminit, & Apuleius libro primo, Floridorum, narrans quemadmodum Socrates prouerbiũ inuerterit: Pluris est auritus testis, quam oculati decem. Nam cum conspexisset adolescentem decorum, sed diutine tacentem: Vt te uideam, inquit, aliquid eloquere. Sensit itaque Socrates aurium indicium certius esse, quam oculorum, quod oculis non nisi corporis formam contueamur, ex oratione mentis habitum deprehendamus. Iustinianus Institutionum libro tertio, de gradibus cognationum, oculatam fidem appellat, cum res subijcitur oculis. Vnde cæcam diem appellant, cum non protinus exhibẽtur pactum: oculatam, cum præsente pecunia res agitur.

Vulpi

Vulpi esurienti somnus obrepit.

Τευῶσαν ἀλώπεκα ὕπνος ἐπέρχεται, i. Esurienti vulpi somnus obrepit. Vbi quis inopia cibi dormit. Nam nonnullis pauperibus somnus loco pastus, testante uersiculo illo prouerbij instar celebrato:

Ὕπνος δὲ πεῖναν τ' κακὲ χατον δαμᾶ. i. Somnus domat famem malorum pessimum.

Pauperem autē vulpem appellat, quod callida sit inopia, & multarum repertrix artium, iuxta illud, quod alibi retulimus, πενία τ' σοφίαν ἔλαχε, i. Paupertas sapientiā sortita est. Neque perperam dicetur, & in illos qui dissimulant, conniuentq; ad quędam, ut per occasionem aliquid commodi ferant. Siquidem vulpes urgente fame somnum assimulat, ut allectas aues capiat, deuoretque. Fit autem hoc physica quadā ratione, ut famem, ac sitim extinguat somnus. Adagium recensuit Diogenianus.

Ad deorum aures peruenit.

Εἰς θεῶν ὦτα ἦλθεν, i. Ad Deorum aures peruenit. Vbi facinus aliquod clanculū patratum, rescisciturab ijs, qui possunt uel remunerari recte factum, uel punire secus admissum. Sic enim imaginantē poetę, quæ recte, secusve gerantur in terris, ea p Mercurium explorata referri Ioui. Is deinde cōcilio deorū conuocato, de pœna statuit. Et illud etiam nunc solemne in principū, & pōtificū literis, Ad nostras aures peruenit. Paulo diuersius pastor ille Virgilianus.

Et quoties, & q̄ nobis Galatea locuta est,
Partem aliquam uentu diuum referatis ad aures.

De rebus egregijs, quasq; deorum auribus dignas iudices. Itidem Horatius:

Et Iouis auribus ista Seruas.

Admirabiles in nectendis machinis Aegyptij.

Δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς αἰγύπτιοι, i. Nectunt stupendas machinas Aegyptij.

De uersutis, & ut ait Plaut. cōsutis dolis dictitatum. Torqueri potest, & in perplexas sophistarum argutias, ac syllogismorū inexplicabiles labyrinthos. Aut in sycophātes, ac delatores, q̄ uera falsis permiscēdo nectant calumnias. Ammianus 4. refert, Paulo cuidam qui plurimos admirandis technis deferebat apud Constantium, vulgo cognomen inditum cathenæ, quod in complicandis delationibus nodos necteret insolubiles. Celebrabant olim Aegyptiorum opera ex uariis lignorum frustulis miro quodam artificio connexa, quorum est & Herculanus nodus. Adagium hoc cognatum est illi, quod alibi retulimus, καασιώτικον ἄμμα, i. Cassioticus nodus. Cassium enim in Aegypto est, quemadmodum paulo superius ostendimus.

Acesei, & Heliconis opera.

Ἀκέσεως, καὶ ἑλικῶνος ἔργα, i. Acesei, & Heliconis opera. Quæ singulari artificio confecta uiderentur, sic antiquitus appellabantur. Locum prouerbio fecerunt duo quidā celebratæ artis artifices, Aceseus natione Patarensis, & Helicon Carystius. Hi primi contexuisse dicuntur peplum Palladis Poliadis: id enim cognomen Mineruę, quæ in arce Atheniensium colebatur.

Acesias medicatus est.

Ἀκεσίας ἰάσατο, i. Acesias medicatus est, dici solitum de re, quæ semper urgeret in deterius, quoq; magis accuraretur, hoc peius haberet. Occasionem adagio dedit Acesias quidam medicus imperitus, & stupidus, qui dum cuidam pedū dolore laboranti mederi studet, auxit dolorem. Vnde Aristophanes:

Ἀκεσίας, inquit, τ' πρωκτὸν ἰάσατο.

Quod ea pars, quantumuis cures, tamē per se semper inquinetur. Auctor Diogenianus.

Agamemnonij putei.

Ἀγαμεμνόνεια φρέατα. i. Agamemnonij putei. De nouis, & admirandis operibus dicebatur. Aiunt enim Agamemnonem, & circa Aulidem, & passim in omni Græcia puteos effodisse, ne per æstum aquarū inopia laborari posset. Auctor Zenodotus.

De fera comedisti.

Ἀγρίᾳ βέβρωκας, i. De fera comedisti. Dicebatur olim oscitanti. Nam vulgo creditum carnem ferinam comesam crebras oscitationes excitare. Venustius erit, si cō mode transferatur ad supinos, obscitabundos, & negligentes.

Ruris fons.

Ἀγροῦ πηγή, i. Ruris fons, De nimiū laboriosis

riosis, & perpetuo operi assidentibus. Cuiusmodi fingit Menedemum Terentius. Conueniet item & de negotio laborioso, cuiq̄ue nunquam exhausti satis est. Nam hoc ipsum uerbum πηγὴ hyperbolem habet copiæ, non tantum apud Græcos, uerumetiam apud Latinos.

Aesopicus sanguis.

Αἰσώπειον αἷμα, i. Aesopicus sanguis. Delphi Aesopum quendam nihil commeritum interemerunt, eamque ob caussam iratū numen dira illis uaticinabatur. Sunt qui putent hunc Aesopum esse, cuius nomine feruntur apologi. Traduntq; huiusmodi quædam super illius interitu, tametsi fabulis, quam uero propiora. Cum Delphos profectus gentis illius iram in se cōuitijs, & contumeliosis apologis concitasset, Delphi sacra phiala in huius perā clanculum imposita, Phocidem consecuti, cōprehensum sacrilegij damnarunt, obtestantemque, ac dira imprecantem, præcipitarunt. Mox oborta pestilentia, consultum oraculum, admonuit vt Aesopi manes placarentur, itaque Delphi monumentum Aesopo constituerunt. Cæterum Græciæ principes, & eruditi, simulatq. cognouissent indignam Aesopi mortem, Aesopicū sanguinem vlti sunt, sublatis ijs, qui fuerāt mortis auctores. Vnde dici solitum, aut vbi quis præter meritum acerba pateretur, aut ubi propter læsam innocentiam irati superi, pœnam immittere uiderentur. Meminit huius historiæ Plutarchus in commentario, cui titulus περὶ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων. Neq; Aesopum multam auri uim accepisse a Cręso, uti Delphis splendide sacrificaret, & Delphorū singulis quatuor minas distribueret. Verum cum incidisset illi nescio quid diffidij cū Delphis, sacrum quidem fecit, cæterum pecuniam, quā acceperat distribuendam, Sardis misit, Delphos indignos iudicans eo beneficio. Quamobrem irati, sacrilegij condemnatū præcipitarunt è rupe, qua Hyampeiam uocant. Eo facto deus indicauit terrę sterilitatē, & morborū prodigiosorū uim instare, proinde territi Delphi, in publicis Gręcię conuentibus assidue per præconem clamabant, si quis esset qui pęnas Aesopi nomine de se uellet sumere. Tandē tertia generatione Samius Idmon aduenit, nihil affinis Aesopo, sed nepos eorū, qui Aesopum Sami emerant. huic cum pœnas quasdam dedissent, malis leuati sunt. Indicat eodē in loco Plutarchus, dici solere, quoties sero pœna datur.

Manum ferulæ subduximus.

Et nos manum ferulæ subduximus, id est, nos quoque literas didicimus, & præceptorum opera sumus usi. Nam antiquitus literatores discipulorū manus ferula cædebant. Est autem ferula fruticis genus, quo non aliud leuius, ut indicat Plinius lib. 13. cap. 22. Græcis νάρθηξ dicitur, utilis ad fulciendos uacillantes ætate senes. Vnde & Baccho, Silenoq; sacer, ut uino titubantes fulciat, nec oneret tamen. Est enim ligno durissimo foris, licet intus lignū non habeat. Hac exceptum ignem cęlestē poetæ fingunt Prometheum deportasse in terras. Postremo hinc fiunt sceptra pædagogorum, ut Martialis appellat, quo terreāt magis, quàm lædant. Notauit id eleganter Columella in carmine:

Nec manibus miteis ferulas. Et ibidem:
Ferulæq; minaces Plantantur.

Vnde manū ferulæ subduxisse dicuntur, qui desierunt in ludo literario uersari, neque iam pueri docendi, sed utcumq; docti sunt. Iuuenalis in prima satyra:

Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos
Consilium dedimus Syllæ.

Hieronymus, subduximus accipere videtur, pro eo quod est subiecimus, supposuimus. Sic enim scribit ad Domionem. Et nos didicimus literas, & nos sæpe manum ferulæ subduximus. Nisi forte manum ferulæ subducere pueri dicuntur, cum metu plagæ subtrahunt manum. Est similis apud Græcos sermonis color. Citatur apud Athēneum libro decimotertio Timocles:

Δεῖν δ' ἔτι
Ἀγωνιᾶσαι καὶ βαπιδῆ ναί γε, καὶ
Πληγὰς λαβεῖν ἀπαλαῖσι χερσὶν ἡδύγε.

i. Opus esse ad huc
Trepidare, & alapis cædi, & in teneras manus
Recipere plagas, res profecto suauis est.

Aetnæus cantharus.

Αἰτναῖος κάνθαρος, i. Aetnęus scarabeus. De magnis, & fœdis. Aristoph. in Pace:

Οὐκ οἶδ' ὅποι εἰσήγαγ' αἰτναῖον μέγισον κάνθαρον.

Aetnæum autem dixit, quasi pregrandem, quod in Aetna uarij, maximique scarabei sint: vel Aetnæus dixit, tãquam instar Aetnæ montis maximus. Porro scarabæus insecti genus, quod è stercore, ut nascitur, ita pascitur. Fabulis quoque ante proditum est, Aetnam unum è Gigantibus præcipuũ complexam fuisse, ac seruasse, ne cum reliquis periret fulmine. Vnde & illud: Οὔτε πῦρ ἐράνιον ἐπ' αὐτῇ ἦλθεν, ἔτε αἴτνη πιέζει αὐτῇ, idest, nec ignis cœlestis illum attigit, nec Aetna illum premit. Auctor Diogenianus.

Extra chorum saltare.

Ἐκτὸς χορῆς ὀρχεῖσθαι, i. Extra chorũ saltare dicitur, qui dicit, aut facit a re, quam propositum fuit alienum aliquid. Etenim qui choros agunt, certis limitibus, certisque numeris adstricti mouentur, ut liberũ non sit, quolibet euagari. Quod si quis discrepet a lege chori, ridiculus habeatur.

Exordiri telam.

Pleraeqve metaphoræ, quæ dicuntur a textrina, prouerbij faciem præ se ferunt. Plautus in Bacchidibus. Exorsa hæc tela est nõ male omnino mihi. Idẽ in Pseudolo: Neque nunc quid faciam scio, Neq. exordiri unde occipias, habeas, Neque ad detexendam telam certos terminos. M. Tull. libro De oratore dixit, pertexere, pro perficere. Pertexe modo, inquit, Antoni, quod exorsus es. Rem enim, quam arte, cõ filioq; instituimus, exordiri dicimur. Ea re texitur, quæ denuo refingimus. Item illud ad Herennium: Ego te iam retexam ab exordio, idest, ab initio uitę explicabo, qualis sit. Cognatũ illi, quod alio commemorauimus loco: Ea tela texitur. σήμονα τῆσαι, Pollux citat ex Græcis auctoribus.

In caducum parietem inclinare.

Proverbiali figura, in caducũ parietem inclinare dicimur, cũ aitimur, confidimusque rei parum firmæ, ducta metaphora ab ædificijs. Hadrianus Imperator de Cõmodo adoptato, & Imperij successioni destinato, dictitare consuenit, in caducum parietem inclinamus, & perdidimus quater millies sestertium, quod populo, & militibus pro adoptione Commodi dedimus. Caducum autem parietem uocabat, quod esset ualetudinarius, & rebus gerendis inhabilis esse uideretur. Item, qui senis præsidio nititur, qui forma superbit, qui in caducis fortunæ bonis uitæ præsidia collocare, recte dicet, in caducum inclinare parietem. Hinc proximum est illud Maronis:

In te omnis domus inclinata recumbit.

Scipioni arundineo inniti.

Ad eandem formã pertinet quod apud Hebræos in prouerbio fuisse uidet. Arundineo inniti baculo, de eo, qui spes suas figit in his, qui non solum nõ possunt esse præsidio, uerum etiam noceant destituto. Siquidem arundineus Scipio, non modo non sustinet innitentem, uerumetiam manum penetrat, ac uulnerat.

Homo Bombylius.

Βομβύλιος ἄνθρωπος, i. Bombylius homo, dicitur uerbosus, multiq; strepitus, cæterum inutilis. Bombilius Græcis, apis, aut vespæ genus, a sonitu, sicuti uidetur, appellatum, ingens, sed ad mellificium inutile, fauos sibi nectit è luto. Est & ingens apis, ac musca, quam a strepitu sic dixerunt. Hesychius addit βομβυλίδας, Græcis dici bullas, quas nasci uidemus ex aqua, quæ mox euanescunt. Item bombylion dici poculi genus, quod paullatim extillante potu sonitum reddit in modum animantis, de quo dictum est, quamquam & huic a bombo uocabulum. Apud Suidam quidẽ tibicinem, pro bombylio, βομβαύλιον dixit, addita litera α, παρὰ τὸ αὐλοῖς βομβεῖν. Quin & M. Tul. Philippica tertia meminit cuiusdam Bambalionis, hominis nihili, & impeditę linguę. Bambalio, inquit, quid pater, homo nullo numero. Nihil illo contemptius, qui propter hæsitantiam linguę, stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. Hesychius ait Græcis βαμβαλεῖν esse labijs tremere. Nam id accidere solet hoc uitio linguæ laborantibus, quemadmodum & frigore horrentibus. Quamquam autem hęc uox uarijs modis describitur, tamen eadem est origo, nimirum a sono titubanter loquentium, aut uehementer algentium. Adagium refertur apud Zenodotum.

Buthus obambulat.

Βοῦθος περιφοιτᾷ, i. Buthus oberrat. De le uibus

uibus, ac stolidis dicebatur. A moribus Buthi cuiusdẽ athletæ, qui uicerat in Pythiis ludis. Huius meminit Cratinus, ἐν χείροσι, teste Zenodoto. Meminit & Hesichius, in dicãs & Arist. alicubi de huius uictoria meminisse. Fieri potest, ut huic id nominis indictum fuerit ab edacitate, quod solidos boues uorare soleat. Nam cognominatus est, & Hercules βουδόινας, quod aliquando esuriens quendam è bubus Theodamantis, quibus ille terram proscindebat abductũ occidit, ac uorauit. Vnde uidetur dici posse in edaces, hoc est, βοφάγους.

Bunas iudex est.

Βοῦνας, δικάζει, i. Bunas indicat, In nonnullis codicibus scriptum est βουλίας, non βοῦνας, sed deprauate. Vbi lis in longũ protrahitur, nec umquam explicatur. Paręmia nata a Buna quodam Athenienſi. Cum esset cõtrouersia inter Calidonios, & Eleos, utrique rem ad arbitrium Bunę detulerũt. Conuenerat autem, ut a manibus temperarent, donec ille de negotio pronuntiasset. Quod ubi sensisset Bunas, de industria audiebat quidem utranque partem, cæterum per fictas occasiones rem in longum distulit, nec unquam de lite uoluit pronũtiare. Auctor Mnaseas apud Zenodotum.

Bos sub iugum.

Βοῦς ἐπὶ ζυγόν, idest, Bos sub iugum, ubi quis assidue laborat, aut ubi se quis laborioso inuoluit negotio. Ductum a bubus agricolis. Quin & hic erit locus utẽdi, cũ negabimus aliquem ad id trahendum negotij, ad qd̃ administrandũ parum sit idoneus, sed eum, qui sit aptus, quod bos iugo ducendo natus uideatur, non item canis, aut ceruus. Proinde confine fuerit illi, quod alio positum est loco, bos clitellas. Recenset Zenodotus.

Tenui filo.

Tenvi filo, pro stilo subtiliori, minusq; grandiloqua oratione. Nam Rhetores tres faciũt orationes χαρακτῆρας, grãdem, tenuem, & mediocrem, sumpta metaphora à nentibus, aut certe a textoribus. Horatius:

-Tenui deducta poemata filo.

Ausonius in oratione, qua Gratiano Imperatori de consulatu gratias agit. Tenuiori, inquit, filo, vt dicitur, deducta libauerim. Cui diuersum erit, Crasso filo, Crassiore filo. Veluti si dicas, Barbaros crasso filo tractare rem theologicam. M. Tull. libro De oratore 2. dixit, uberiore filo, pro copiosius: & in Senectute, aliud filum orationis, pro alio dicendi genere.

Tenui uena, diuite uena, tenui canale.

Rem eandem alia reddunt metaphora, cum aiunt: Paupere uena, benigna uena, diuite uena. Venam autem appellant indolem, & uim genuinam ingenii, trãslatione ducta, vel à fontibus, quorum alij angustiore vena manarit alij tanta, vt flumen ingens efficiãt: vel à metallis, quorum etiam venæ non genere tantum, sed & copia differunt. Simillimum his est, quod ait Quintilianus lib. 11. Pleniore tamen hæc canali fluunt. Vos Albani tumuli, atque luci.

Υπερμαζᾶν.

Μάζα Gręcis genus est cibi è simila tritici, quod, ut apparet, in deliciis erat, unde vulgari ioco dicebãt, περιμαζᾶν, pro opipare, splendideque uiueret, siue ob egregias mazas, siue quod aliquid his ẽt lauti sumerent. Eam uocem Iul. Pollux lib. 7. indicat fuisse veterum, pro qua recentiores dixerint κριθιᾶν, a iumentis ductũ, quibus hordeũ placentę sunt. Illud mirum cũ hoc, verbum proferat ex Æschylo, & Sophocle, cur recentiorum esse dicat, nisi forte apud recentiores cępit usitatius esse, quã ὑπερμαζᾶν. Euplous ad Thalasserotẽ: ὑπερμαζᾶς ἢ μέμηνας, Ἀκέω γάρ σε ληδόρυγωσα κοὐ ἐρᾶν, i. aut luxu diffluis, aut insanis. Nã audio te captũ amore mulieris maledicæ. Cõsimili forma dicebãt μαπυάζειν, a Matya cibi genere, quod Athenæus lib. 14. recenset inter secundæ mensæ delicias.

Ne propius ferire.

Οὐδ' ἴκταρ βάλλειν, i. Ne proprius quidẽ ferire dicuntur, qui procul absunt a scopo, multoq; interuallo aberrãt a re proposita. Sumptũ est ab imperitis sagittariis, cuiusmodi, cum Diogenes ille Cynicus conspexisset, proxime scopum consedit: rogatus quid sibi uellet, ne me feriat, inquit, innuens quiduis illum tacturũ potius, quam scopum. Ergo qui nimium aberrant a signo, οὐδ' ἴκταρ βάλλειν dicebãtur, perinde ualet, quasi dicas οὐδὲν ὅμοιον, id est, Nihil simile τοῦ σκοποῦ dixit Homerus, Vsurpauit

pauit hoc adagium Plato lib. de Republica nono: καὶ ταῦτα δὴ πάντα, πρὸς τύραννον πονηρία τε, καὶ ἀθλιότητι πόλεως παραβαλλόμενα, τὸ λεγόμενον ἐδ' ἴκταρ βάλλει. .i. Hæc quidem sane oia ad tyrannum collata: accedunt ad scopum, ut prouerbio dici solet. Suidas admonet, è linguę proprietate dictũ prouerbiũ, uelut, & illudq; proxime sequitur. Huc allusisse uidetur Lucianus in Dialogo, quem inscripsit, ὑπὲρ τῶν εἰκόνων, Μὴ τῆς τηλικούτων ἀξίαν, μηδὲ ἐγγύς, i. Neque. n. esse me tantis laudibus dignam, ne prope quidem. Item Aristides in Miltiade: οὐκ ἐστὶ ταῦτα οὐδὲ ἐγγύς, i. Multum abest, ut hæc ita se habeãt. Adagium hoc referendum in gregem illorum, quę commemorauimus alibi, τῆς θύρας ἁμαρτάνειν, & toto errare cœlo, & tota errare uia.

Diolygium malum.

Διωλύγιον κακόν, i. Ingens malum, ipsa loquendi figura prouerbialis est. Vtitur hoc adagio Plato in Theęteto, Οὐ μακρά, καὶ διολύγιος φλυαρία, i. Haud longa quidem, ac Diolygia nugacitas. Apud Suidã referuntur hæc ex auctore Damascio, καὶ ταῦτα οὐδὲ διωλύγιος φλυαρία δόξειεν ἄν, καὶ δικαίως, οὐ κατὰ γραῶν ὕλθον λεγόμενον, ἀλλὰ πέρα τῆς μεγίστης φληνάφου. id est, Nonne hæc uel maxima nugamenta uidebuntur? Sane videbuntur, & quidẽ merito. Non iuxta deliramenta, quæ uocant anicularum, sed ultra maximas nugas. Chrysostomus aduersus Iudęos oratione prima ait, μέγα διωλύγιον ὀλολύξαντες, i. clare iubilantes vt vox procul queat exaudiri, loquitur de pastoribus uiso lupo inter se vociferantibus. Vocis originẽ bifariã indicãt. διωλύγιον quasi δόλου ἴον, qd' clamor nusq; nõ penetret; & διωλύγιον quasi διωλλύον, id est, perdens, & exitium afferens. Dicitur autem prouerbiũ de eo, qui malo quopiã ingenti, ac diuturno tenetur.

Eadem tibi, & Pythia, & Delia.

Ταῦτά σοι καὶ πύθια, καὶ δήλια, i. Hæc tibi, & Pythia, & Delia. Quoties supremũ aliquod opus significamus. Perinde quasi dicas hæc summa omnium, quæ gesturus es in uita: Citatur adagium ex Menandro. Natum aiunt ab oraculo quodam reddito Polycrati Samiorum tyranno. Nã is postea quam Rheneam insulam cœpisset, eamque consecrasse Apollini, constitutis apud Delum ludis pulcherrimis Delphos misit cõsulturos, utrum oporteret eos ludos Delios, an Pythios appellare. Respondit oraculũ ταῦτά σοι καὶ πύθια, καὶ δήλια, futurum innuens, ut propediem excederet è uita, idq; euenit. Iraque res in prouerbium uersa. Cæterum si scribas ταυτὰ, vertes eadem, si ταῦτα vertes hæc. Neque enim ad sensum magni refert.

Claue findere ligna, & securi fores aperire.

Τῇ κλειδὶ τὰ ξύλα χίζειν, τῇ δὲ ἀξίνῃ τὴν θύραν ἀνοίγειν πειρᾶς, i. Claue ligna findere, securi uero fores aperire conaris, cũ res præpostere geritur, ueluti si quis liberos metu studeat emendare, seruos beneficijs sibi adiungere. Aut si quis apud imperitos philosophicis rationibus agat, apud eruditos clamore, & improbitate uincere conetur. Refertur a Plutarcho in libello, cui titulus: περὶ τῆς ἀκούειν.

Bellerophontes literas.

Βελλεροφόντης τὰ γράμματα, i. Bellerophontes literas, Subaudiendum uerbũ aliquod accommodum sententiæ, adfert, aut aliud aliquod. Locus erit huic prouerbio, cum quis literas uelut commendaticias perfert, quæ contra ipsum sint descriptæ. Vulgo literas Vriæ uocant. Neque dissimilis est historia apud Hebræos. De Bellerophonteis literis huiusmodi fabulam commemorant Græci, Bellerophontes propter occisum Bellerum, Argos exilio mutans, in Tirynthem peruenit, Pœtiq; regis hospitio est usus. Interim Antea regis uxor, adolescentis amore correpta, cœpit illius animum ad stuprum sollicitare, & sui copiam obtulit. Ille ubi flagitium recusasset, uidelicet hospitij religione permotus, illa prior occupans, uersoq; in odium amore muliebri, Bellerophontẽ apud moritum occulte defert, tanquam ab illo fuisset de stupro interpellata. Quod vbi persuasisset, quoad poterat regis animũ in perniciem iuuenis instigabat, semper ad aurem occinens illud Homericum.

Τεθναίης ὦ πρόιτ' ἢ κάκτανε βελλεροφόντιω.

Aut morere Prœte, aut interfice Bellerophontem.

Prœtus

Prœtus itaq; vere regio ingenio, & ut Homeri utamur uerbo ἀγκυλομήτης, ueluti officij caussa Bellerophontem ad Iobaten hospitem mittit, additis literis uelut in illius cõmendationem scriptis. In his mandabat Iobatæ, ut iuuenem quoquo pacto tolleret è medio. Bellerophon, ut est mini me suspicax innocentia, literas acceptas reddit, ut fuerant, obsignatas. Quas ubi pleglisset Iobatas, quo Prœto gereret morẽ, aggreditur adolescentem honesto titulo perimere. Nam hic fermè malorum principum mos. Animum iuuenis suapte sponte ferocem, ad periclitandas uires, gloriãque parandam inflammat. Ac primum persuadet, ut cum Chymęra congrediatur. Id erat monstrum triforme.

Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra.

Id est, Caprina specie. Hãc Bellerophontes equo insidens alato, telo confixit, confecit. Post alijs, atque alijs periculis obiecit iuuenem, a quibus omnibus cum ille victor rediret, rex & uires admiratus, & ex euentu coniectans innocentiam, literas Prœti ostendit, generũ adsciuit, ac moriẽs eidem Imperij successionem tradidit. Itaq. quisquis imprudens aut nunciat, aut facit quippiam, quo se prodit, in eum recte dicetur: Βελλεροφόντης τὰ γράμματα, aut qcunque sub officij prætextu lædit. Adagium recensetur a Zenodoto. Plautus in Bacchidibus: Tace, nullus homo dicit, hę tabellæ te arguunt. Quas tu attulisti, hę te vinciri iubent. Alia Bellerophontem iam tuus me fecit filius. Egomet tabellas detuli, ut uincirer, fine. Effertur adagiũ in hunc etiam modum: Βελλεροφόντης κατ' σαυτοῦ, i. Bellerophontes aduersus seipsum. Lucianus in Apologia: τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. κατ' σαυτοῦ ὁ βελλεροφόντης γεγραφὼς τὸ βιβλίον, idest, Qui Bellerophontes librum aduersus teipsum scripseris. Simili commento Rex Pharnabazus imposuit Lysandro. Refert Plutarchus in ipsius uita.

Cœno puram aquam turbans, nunquam inuenies potum.

Βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιαίνων ἔπειθ' εὑρήσεις πότον. idest,

Si lympidam perrexeris.

Cœno aquam spurcare, nunquam quod bibas inueneris.

Carmen est Trochaicum, quod nos Hemistichio, & carmine eiusdem generis expressimus, Dici solitum, ubi quis ea, quæ sunt per se pulcherrima, contaminat admixtis ijs, quæ sunt turpissima: Veluti si quis poeticæ admisceat obscęnitatem, suo utique uitio. Nam ars per se syncera; aut amicitiã principis crebris offensis irritet. Conueniet in hos quoque, quibus hæc vita grauis est, idq; ipsorum culpa, quod animi uitio, quæ per se molesta non sunt, molestiam afferre uideantur. Quod si adsit mens a stultis affectibus immunis, quidquid acciderit, uoluptati futurum est.

Charetis pollicitationes.

Αἱ χάρητος ὑποσχέσεις, i. Charetis pollicitationes. Dici solitum, vbi quis facile, ac benigne promittit, iuxta illud Nasonis:

Promittas facito, quid enim promittere lædit?

Pollicitis diues quilibet esse potest.

Natum adagiũ à Charete quodã Athenienſium duce, qui quiduis cuiuis pollicebatur, at non præstabat item, quod recepe rat. Narrant, & de Vespasiano filio. Cum admoneretur, ne tam facilis esset ad pollicendum, quod longe plura promitteret, quàm præstare posset, respondit, nõ oportere quemquam ab Imperatoris conspectu tristem discedere. Adagium refertur à Suida, nec dubitamus, quin sumptum sit ex Aristophane.

Cescon habitas.

Κέσκον οἰκεῖς, idest, Cescum habitas. In stupidum, & bardum dicebatur. Cescos Pamphyliæ, ciuitas, cuius ciues ob uecordiam, stultitiamq; vulgo male objiciebãt. Iuxta Cescum urbem fluuius erat, cui nomen ἄνυς, idest, amens. Quamquam Suidas, & qui ipse prouerbij meminit, Cescũ ponit in Cilicia, non in Pamphilia. Vnde & vulgari sermone iactatum est: πόλις κέσκος νῦν οὐκ ἔχουσα, i. Cescus ciuitas mentis inops. Quadrabit & in cœtum, aut cõciliabulum hominum stultorum. Conuenit cum eo, quod alias ostendimus. Bœotica sus. Adagium recenset Zenodotus. Illud obiter admonendum, locum hunc in Suida deprauatum haberi in dictione κέσκος, & pro κέσκον οὐκ ἔχειν legendum esse κέσκον οἰκεῖν.

Circulum absoluere.

Τὸν κύκλον ἀποτελεῖν, i. Circulum absoluere, est rem omnibus numeris, omnibusq; partibus perfectam reddere. Vnde & κυκλοπαίδεια dicta, quæ disciplinarũ omniũ ueluti orbem absoluerit, & ἐγκύκλιος παιδεία. Metaphora sumpta uidetur à mathematicis, apud quos circularis figura perfectissima absolutissimaq. iudicatur. Vnde illud non sine caussa laudatum carmen de sapiente.

Mundi instar habens teres, atque rotundus,
Externæ ne quid labis per leuia fidat.

Confine illud, πάντι ῥυθμῷ, i. Omni numero. Ita Fabius in præfatione libri 8. Quam ut per omnes numeros, & penitus cognoscere, ad summam scientię necessarium est, ita incipientibus simplicius, ac breuius tradi magis conuenit, quod a musicis ductum uidetur.

Calidam veruti partem.

Τὸ θερμὸν ἢ ὁ βελός. i. Calidã ueruti partem. Subaudiendum arripuit, aut simile quippiam: ubi quis per imperitiam negotij ea parte rem aggreditur, qua minime tutum fuerat aggredi. Aut ubi quis ob inscitiam pro melioribus eligit peiora. Zenodotus ut huius adagij meminisse Sophoclem. Sumpta metaphora ab ijs, qui per imprudentiam, eam ueruti partem manu præhẽdunt, quæ calet, deinde offensi reijciunt, & alteram partem apprehendunt. Non usquequaque dissimile huic ἁλιεὺς πληγεὶς νόον οἴσει, i. Piscator ictus sapiet, quod alio loco retulimus.

Titanicus aspectus.

Τιτανώδες βλέπειν, i. Titanicum tueri, hoc est, vultu Titanico obtueri. Titanicũ autem torum uocant, ac tetricum: ac cuiusmodi fuisse ferunt ueteres illi Titanes. Lucianus in Timone: Ἐκπετάσας γὰρ ἢ πώγωνα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας, καὶ βρενθυόμενός τι πρὸς αὐτὸν ἔρχεται τιτανῶδες βλέπων, i. Itaq. promissa barba, reductisq. supercilijs, secum murmurans nescio quid accedit Titanico vultu aspiciens. Idẽ in Icaromenippo, ὁ Ζεὺς μάλα φοβερῶς δρυμύτε, καὶ τιτανῶδες εἰς ἐμὲ ἔπιδων. i. At Iuppiter admodũ terribiliter, acriterque, & Titanico me intuens vultu.

Thraces fœdera nesciunt.

Θρᾶκες ὅρκια ὄρκες οὐκ ἐπίστανται, i. Thraces fœdera non norunt. Apud Thraces euenit, ut natu maximus quadã iaculo perfectus adacto interierit. Vnde Ionibus, & Æolibus ueluti per ænigma dici cœptũ: Θρᾶκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται, quod natu grãdibus, honos magis debeatur apud hos, qui legibus uiuunt. Porro Thracum barbariem, & immanitatem, perfidiamq. satis arguit interemptus a Polymnestore Polydorus, hospitij iure uiolato. Et Euripides in Hecuba:

Τάχ' οὖν παρ' ὑμῖν ῥᾴδιον ξενοκτονεῖν,
Ἡμῖν δέ γ' αὐχρὸν τοῖσιν ἕλλησιν τόδε. i.
Iugulare forsitã hospitem vobis leue est,
Nobis Achiuis istud oppido est graue.

Thunnissare.

Θυννίζειν, Græci trãsferunt pro stimulare, pungereq;, uel qđ hic piscis, quo sit palato gratior, pungi soleat, uel quod ipse piscis adurat, pungatq. contactu. Plin. lib. 9. cap. 15. rem auditu nouam memorat de Thymno. Ait in mari animalculũ esse per quam exiguum, aranei magnitudine, scorpionis effigie: id se Delphino, & ei, qui gladius vocatur, crebro Delphini magnitudinem excedenti, sub pinna affigit aculeo, tantoq; infestat dolore, ut in naues sępenumero exiliant. Athenæus libro Dipnosophistarum septimo, prodidit Thynnorum generi, quos Athenienses Thynnidas appellant, subter ventrẽ pinnam affixam esse, quæ uocetur athera. Addit pisci nomen inditum παρὰ τὸ θεῖν, quod impetu feraẽ, pręsertim, cum œstro cõcitus agitur, id qđ illi accidit circa solstitium æstiuum. Idest animalculum in capite specie scorpij, magnitudine drachmæ. Quo malo sic exagitantur, ut ex aquis subsiliant, non minus alte, quam Delphini. Atq. huius rei testẽ adducit Aristotelem. Lucianus in Ioue Tragedo: Ἀπάγε, θωνῶδες τὸ ἐνθύμημα ὦ Ποσειδῶν, καὶ κομιδῆ παχύ, i. apage Thũnicũ enthymema Neptunae, & supra modũ pingue. Rursum in eodẽ Dialogo ad idem uerbũ alludens: Εἰ τ' ἀμὰ δόξως ὑμῖν ὑποτεθώνισται. i. Si mea nobis ita expuncta sunt. Adagium recenseturà Diogeniano.

Citius vsura currit, quam Heraclitus.

Θᾶττον ὁ τόκος ἢ Ἡρακλείτῳ τρέχει. i. Citius

i. Citius usura quã Heraclitus celerrimus currit. Admonet adagium abstinendum a mutua pecunia, quæ credatur ad usuram. Nam opinione celerius recurrere diẽ usurarium. Sumptum prouerbium ab Heraclito quodam celeritate currendi præter cæteros eximio, atque excellenti. Iuxta Doricam dialecton dictum est, ἢ Ἡρακλείτῳ, & περινέω pro ἢ Ἡρακλείτῳ τρεχέω. Videtur carmẽ fuisse trochaicum tetrametrum catalecton paucis syllabis deprauatis.

Celerius, quàm Butes.

Θᾶττον ἢ Βούτης. i. Celerius, quam Butes. Hoc adagio significabant aliquid quam primum absolui, compendioq. explicari. Quemadmodum solent ij, qui paucis uerbis, & ijs trunce pronuntiatis, longam sententiam significant. Aiunt hinc fuisse natum. Athenis inter picturas Stoæ porticus depictus erat Butes quidam, atque ita pictus, ut summa capitis pars cum oculis dumtaxat uideretur, uidelicet ut spectator imaginaretur reliquum corpus tegi montis obiectu, in quo ingrediebatur. In eius igitur pictura quoniam non multum operæ sumpserat pictor, prouerbio iactari consueuit de his, quæ facile perficiuntur. Auctor Zenodotus.

Lydus ostium clausit.

Λυδὸς ἢ θύραν ἔκλεισε, i. Lydus ostium clausit. De furacibus dicebatur, quod Lydi non discederent, nisi re quapiam sublata. Quod si permittitur nobis diuinare (cur autem non permittatur in re tam uetusta, cum nec auctor extet, nec interpres) malumus accipere de ijs, qui rem quampiam ob scenam aggressuri, fugitant arbitros, abduntq; sese, propter Lydos molliciei notatos. Vnde & Plaut. Lydum uolsum appellat. Allusit ad prouerbium, atq. utinã aperuisset etiam Plutarchus in commentario, quem scripsit aduersus Coloram: Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, καθάπερ ὁ λυδὸς ἐφ' αὑτῷ ἀνοίγειν θύραν μίαν, ἀλλὰ πλείσας πορίων, καὶ μεγίσας βάλλειν ἐπίκυρον, i. At mihi uidetur, quemadmodum Lydus aduersus seipsum, non vnam aperire ianuam, sed plurimis, ac maximis difficultatibus Epicurum inuoluere. Nisi si cui magis placet, ut hic Plutarchi locus referatur ad illud, quod alias dicetur, uiro Lydo negotiũ non erat. Hesychius meminit prouerbii, sed nihil addens præter hæc uerba; Ἐπὶ τῶν μωροκλεπτῶν, de stulte furacibus. Verum hic prodidit nobis deprauatam in aliis libris scripturam, legendumq. non ἔκλεισε, sed ἐκίγκλισε, id est, mouit, siue tẽtauit. Fures enim imperiti dum nõ sine strepitu mouẽt ostium, sese produnt sępius, κιγκλίζειν enim Græcis, auctore Suida, polysemõ est. Sonat enim σαλεύειν, μοχλεύειν, ἴχνος ποιεῖν, κινεῖν, i. mouere, obdere pessulum, strepitum facere, attingere. Hæc est autem pręcipua furum ars, ut siue ingrediantur, siue egrediãtur, absq. sonitu moueant ostium. Ex his iam arbitramur esse perspicuum, qđ sentiat Plutarchus.

Lydus in meridie.

Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ, i. Lydus in meridie. In hominem infatiatæ, aut etiam intẽpestiuæ libidinis dictitabatur. Narrant Lydos adeo libidine perditos fuisse, ut nõ tantum noctu uacarent uoluptati Venereæ, uerum etiam ipso meridiæ lasciuirent, manibus fędum opus peragẽtes, unde λυδιάζειν dicunt Græci, pro Lydorum more uitam agere. De gentis huius luxu, deliciisq; multa commemorat Athenæus lib. 12. Meminimus alibi, nimirum in prouerbio, Sybaritica mensa, de conuiuio Sybaritico, in quo & Venus admiscebatur. Porro nullum est tempus magis alienum a coitu, quam uel meridiei ob æstuantem solem, uel conuiuij, propter spiritus circa stomachum, & cõcoctionem occupatos.

Caprarius in æstu.

Αἰπόλος ἐν καύματι, i. Caprarius ĩ æstu. Consimilem habet sensum, uidelicet intẽpestiuæ libidinis. Nam hi horis caprarii, dum seductis grẽgibus in umbra latitant, lasciuire soliti scribuntur. Zenodotus utrũque refert adagium, & item Suidas. Poterit ad quamuis uoluptatem accommodari non in tempore adhibitam.

Lydus cauponatur.

Λυδὸς καπηλεύει, i. Lydus cauponatur. In effeminatos, & uoluptatibus addictos iaciebatur. Ex huiusmodi natum historia tradunt. Cyrus Rex deuictis Lydis imperauit ex consilio Cresi, ut cauponũ exercerent

cerent, neque tractarent arma, sed ueste ad terram usque demissa uterentur, quę olim molliciem indicabat, ut ad eũ modum ueluti in fœminas transformati, ad rebellionem fierent inutiles. Herodotus lib. 1. tradit, Lydos primos omniũ caupones, & institores extitisse. Hesychius tradit ab his inuenta spectacula, & hinc Romanos dixisse ludos. καπηλεύειν Græcis proprie dici, qui uendunt esculenta. Prouerbium sapiunt & illa, q̃ refert Suidas: λυδιάζω, seu λυδίζω, pro eo quod est, Lydorum more uiuo. Refertur a Suida.

Lydorum carycæ.

Λυδῶν καρύκας, i. Lydorum carycas antiquitus appellabant quidquid esset opiparum, & uariis conditum cupedijs. Nam caryca cibi genus Lydij, ex multi iugis lautitijs, & sanguine confectum. Athenæus Dipnosophistarum lib. 12. tradit., carycarũ apparatum primum repertum a Lydis. Effertur adagium integre ad hunc modum: Μήτε λυδῶν καρύκας, μήτε μασίγων φόφους, i. Nec Lydorum carycas, nec flagrorũ strepitus, subaudiendũ uolo, aut simile qdpiam, id est, neq; blandimenta uolo, nec cõuitia, nec nimiũ blanda, nec rursum aspera nimium, de quo plura dicentur alias.

Lupinum potum.

Λυκεῖον ποτόν, i. Lupinum potum dicebant, ubi quis uoluptatem suo periculo capitis emeret. Narrant duos erupisse fontes sacros Apollini, quorum alter uino scateret, alter melle, ad quos cum aues aduolarent, arcu feriebantur. Porro Apollo super cætera cognomina dictus est, & Lucio, siue a luce, quam aperit, siue a lupis interfectis. Auctores Zenodotus, & Suidas, admonẽtes penultimam esse circumflectendam. Nam λύκειον prima acuta, gymnasiũ est Arhenis, quod quidam a Pisistrato, quidam a Pericle constructum putant. Atque hinc ortum prouerbium, confine illi, ut: Canis è Nilo.

Lupi decas.

Λύκου δεκάς, i. Lupi decas. Dictum apparet in eos, ad quos inhonesti lucri pars aliqua tametsi pusilla rediret. Aut in eos, qui largitionibus essent corrupti, aliosve corrumperent. Nam Athenis in foro, ubi causæ agebantur, Lycus quidam genius scalptus stabat, lupina specie. Apud hãc statuã Sycophantæ pecunia corrupti uersari consueuerunt, uelut apud deum quempiam sui quæstus præsidem, eiq. in dies singulos triobolus secabatur. Auctore Zenodoto, quamquam attigit, & Hesychius. Suidas addit Sycophantas fuisse decem numero, ueluti decem uiros referentes. Meminit huius Aristophanes in Vespis:

Θ' ἡρῶον εἴπως ἐκκωμίσας τὸ τοῦ λύκου, i.
Si qua simulacrum efferre possis Lyci.

Erat hoc quæstus genus apud ueteres in uisissimum, eorum qui in ius uocabant, vt ex damnato dicta mulcta portionem aliquam præmij loco ferrent. Vnde & sectores dicti sunt, & quadruplatores.

Verba importat Hermodorus.

Λόγους γὰρ ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται. i.
Sunt Hermodori uerba mercimonium.

In eum dicebatur, qui præter uerba nihil afferret. Quemadmodum Laches in Hecyra Terentiana Pamphilum filium rogat, num unam dumtaxat sententiam secum è Lemno reportasset. Aut in eos, qui uerba uendunt pecunia, quod in poetas aduocatos, fumi uenditores, atque in id genus homines recte dici poterit. Natum aiunt ab Hermodoro quodam Platonis auditore, qui commentarios ab illo conscriptos, in Siciliam deportare consueuerit, atque inibi uenditare. Vnde Siculi, ut sunt dicaces, rem in prouerbium uerterunt, dicentes, Hermodorum pro mercibus importare uerba. Cæterum sophistæ, & philosophi lucubrationes suas, λόγους appellãt: Allusit haud dubie huc M. Tull. lib. Epist. ad Atticum 13. Dic mihi, placet ne tibi primum edere iniussu meo? Hoc ne Hermodorus quidem faciebat is, qui Platonis libros solitus est diuulgare, ex quo λόγοισιν ἑρμόδωρος. Porrò licet Cicero mutulum adduxerit prouerbium, tamen si addas ἐμπορεύεται constabit Græcus senarius. Hinc & λογέμπορος dictus, qui præter uerba nihil affert.

Pomarius Hercules.

Μήλιος ἡρακλῆς, i. Pomarius Hercules. Per contemptũ dicebatur in eum, qui nomẽ quidem magnificum gereret, cæterum opibus nullis, nullaque potentia pollens. Ab euentu natum. Narrat Suidas, cum rustici

stici quidam Herculi bouem essent immolaturi, ijsq; rupto fune profugisset, nec esset quod sacrificaretur, malum abreptum suppositis quatuor ramis crurum uice, deinde additis alteris duobus, ceu cornuũ loco, bouem utcunq. sunt imitati, idq. ridiculum simulacrum pro uictima sacrificauerunt Herculi. Iulius Pollux libro de uocabulis rerum primo, fabulam aliquanto secus narrat, nempe ad hũc modum. Solemne est inquit, apud Bęotos, Herculi malis rem diuinam facere. Cumque iam adesse dei festum, & immolandæ uictimæ tempus urgeret, porro hostia erat aries, cũ ea seri adduceretur, propterea quod Asopus fluuius ita subito creuisset, ut transiri nõ posset, pueri, qui iuxta aram ludebant, sacrificii ritum nihilominus peregerũt. Pulchro cuipiam malo quatuor stipulas vice pedum addiderunt, rursum alias duas cornuum loco, imaginantes sese ad eum modum arietem immolare. Creditũ est Herculem hac uictima magnopere delectatum, proinde mansisse apud Thebanos hunc morem, ut malis sacrificaretur Herculi. Cognomen hinc additum deo, ut ἡρακλῆς μήλων, i. Hercules malorum uocaretur.

Verecundia inutilis uiro egenti.

Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι.
Ita legitur apud Homerũ Odisseæ P. Citatur a Platone in Lachete. Ac mox,

Αἰδὼ δ' οὐκ ἀγαθὴν φὴς ἔμμεναι ἀνδρὶ παρίκτη.

Apud Hesiodum item:

Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ κομίζει. i.
Verum homini pudor haud quaquam cõducit egeno.

Is uersus in prouerbium abijt. Admonet autem abijciendum pudorem, quoties urget necessitas. Est enim uerecundia cum ad multa uehementer inutilis, tum maxime cum res postulat, ut omnia nobis sint facienda, uelut inutilis pudore est, qui deterret a discendo quod turpe est nescire. Et, ut ait Flaccus, incurata malus pudor ulcera celat. Idem alibi: Pudor, inquit, te malus vrget. Eodem allusit Euripides in Ephigenia in Aulide:

Ὅμως δ' ὅσον γε δυναλὸν, αἰδεῖσθαι χρεών. i.
Veruntamen pudere oportet eatenus,
Quo ad licet.

Homerus Iliados Ω. scribit uerecundiã, seu reuerentiam plurimum prodesse, & eandem officere plurimum:

Οὐ δὲ οἱ αἰδὼς
Γίγνεται ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησιν. i.
Nec pudor est illi, qui uel lędit uehemẽter,
Vel multum prodest homini.

Et uidere est nonnullos hoc inutili pudore præditos, qui corporis incõmoda cęlare malunt, quã amicorum ope tolli, quo ingenio fuisse legitur Apelles, cui & morbũ, & inopiam dissimulanti candidus amicus furtim sub ceruicale pondus auri submisit. Sed eorum multo maxima turba est, qui animi morbos, & egestatem inutili pudore dissimulant. At qui his fere accidit, ut post malo in apertum erumpente, tum miserius, tum frustra erubescant.

Ventrem mihi obijcis.

Commemorantur & hi uersus ĩ Græcanicorum adagiorum collectaneis:

Γαστέρα μοι προφέρεις κάλλιστον ὄνειδος ἁπάντων,
Ἡ πλήρης μὲν ἐλαφροτέρα κενεὴ δὲ βαρεῖα.
Ventrem mi obiectas quo probum haud pulchrius ullum
Plenus is est leuior, grauis idem ubi penet inanis.

Sane ubi prouerbium sit non uidemus, nisi in hoc, κάλλιστον ὄνειδος, qd apud Græcos prouerbii uice uidetur usurpatum. Euripides in Iphigenia Aulidensi:

Καλόν γέ μοι τ' ὄνειδος ἐξωνείδισας, i.
Mihi opprobrasti probum honestum scilicet.

Aut in ea parte uelut ænigmatica, leuis cum plenus est, grauis cum inanis. Nam reliqua uascula, quo pleniora sunt, hoc sunt grauiora, quo magis inania, hoc leuiora. Contra uenter, quo distentior cibo, hoc leuior est, propter auctos, excitatosq. pastu spiritus.

Turpe silere.

Αἶσχρον σιωπᾶν, i. Turpe silere. Hoc licebit uti, quoties quis alterius exemplo extimulatur ad studium, aut negotiũ aliquod suscipiendum. Aut natum, aut certe usurpatum ab Aristotele, qui cum Isocrates rhetoricen doceret, æmulatione commotus, cępit & ipse pomeridianis illis suis περιπάτοις

ρεπάτοις dicēdi artem docere, dicēs illud: Αἰσχρὸν σιωπᾶν λαλοῦντος Ἰσοκράτους, i. Turpe silere loquente Isocrate. M. Tullius in opere De oratore ostendit è tragœdia quapiam mutuasse Aristotelem, paucis immutatis; scribit enim hunc in modum: Aristoteles cum florere Isocratem nobilitate discipulorum uideret, quod ipse suas disputationes a caussis forensibus, & ciuilibus ad inanem sermonis elegãtiam transtulisset, mutauit repente totam prope formam disciplinæ suæ, uersumq; quendam de Philocteta paullo secus dixit. Ille enim turpe sibi ait esse tacere cum barbaris, hic autem cum Isocratem pateretur dicere. Ad Atticum libro sexto. Ego, nisi Bibulus, qui dũ unus hospes in Syria fuit, pedem porta nõ plus extulit quam domo sua, admiraretur de triumpho, æquo animo essem. Nunc uero αἰσχρὸν σιωπᾶν. Hoc nunc quidã abutuntur, nihil existimantes turpius, quam silere, ne apud homines illiteratos parum eruditi, parumq; diserti uideantur. Vnde apud Lucianum præceptũ illud: ἀπαιδ ἀντε ῥήτορος, μηδέποτε σιωπᾶν, i. Ne unquã sile, propterea quod apud imperitos is demum infans, & imperitus habeatur, qui nõ perpetuo garriat.

Munerum animus optimus.

Δενίων δέ τε θυμὸς ἄριστος. id est, Verum in muneribus res præstantissima mens est, Græcis hemistichium Heroicum prouerbiale, quo significatur, in amicorum muneribus non esse spectandum rei missæ precium, sed mittentis potius animum, ut Xerxes ille aquam manibus haustam, a rustico libenter accepit. Et quidam monet exiguũ munus a tenui missum amico, perinde ut maximum boni consulere. Plinius in præfatione diuersa extulit metaphora. Verum & dijs lacte rustici, multæq; gentes supplicant: & mola tantum salsa litant, qui non habent thura. Quin tritissimum hodie est, ut qui munus aliquod offerant, animum iubeant spectari, non rem. Refertur adagium a Phurnuto in opere de natura deorum.

Nescit capitis, & inguinis discrimen.

Qvi eo impudentiæ, uel cæcitatis potius deuenerunt, ut nullum prorsus faciãt discrimen inter honestum, ac turpe, hi nescire dicuntur, quod interest inter caput, & inguen. Inter honesta corporis membra caput primum obtinet locum, ac proinde recte nudatur, quæ uero sub uentre sunt, ut inhonesta teguntur. Iuuenalis de mulie re temulenta:

-Quid enim Venus ebria curat?
Inguinis, & capitis quæ sint discri mina ne scit.

Prouerbiali figura dictum uidetur.

Multitudo Imperatorum Cariam perdidit.

Πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν. i. Multi duces deperdidere Cariam.

Admonet senarius, nihil esse perniciosius licentia multitudinis, dum nulli paretur, sed pro sua quisque libidine rẽ gerit. Hanc Græci uocant ἀναρχίαν, malum pene tyrãnide peius, qua nihil potest esse peius. Par aũt malum est πολυαρχία cum eo, quod dicitur ἀναρχία. Idem docet Homericum illud Iliados libro secundo, quod ipsum in prouerbium abijt:

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω. i.

Multos imperitare malum est, rex unicus esto.

Nã his uerbis Vlysses milites tumultuãtes, in quibus erat & Thersites, compescit. Eum Homeri uersiculum usurpauit Dion, cum uideret Heraclidem moliri factionẽ. Auctor Aemilius Probus. Natum adagium a Caribus quondam florentissimis, postea per ciuiles seditiones eo redactis, ut etiam in uilitatis prouerbium abierint, quemadmodum alio docuimus loco.

Mus albus.

Μῦς λευκός, i. Mus albus, apud Suidam: μῦς κακός, id est, mus malus, apud Dionianum. In hominem lasciuum, & libidinis immodicæ dicebatur. Nam mures domestici salacissimi sunt, præsertim albi. Aelianus miram esse murium salacitatem auctorum testimonijs docet, lib. 12. cap. 10. Atque inter multa illud addit. Epicratem in fabula quapiam cum mulierem significare uellet prodigiosę libidinis, μυωνίαν appellasse, citatq; prouerbium μῦς λευκός, ex Philemonis comędia. Vnde receptum uidetur, ut inter amatoria blãdimenta, quẽadmodum passerculi, columbulæ, & id genus aliorum, itidem & muris cognomentum usurpetur. Martialis.

Nam

Nam cum me murem, cum me tua lumina dicas.

Facies tua computat annos.

Proverbiali nimirum schemate dictum à Iuuenale in vetulam, iam ἔξωρον quidem, & ad Veneris lusus prorsum intẽpestiuã, sed quę uerborum nequitijs puellam etiam dum ageret.

Facies tua computat annos.

Hoc est, frontis rugæ, numerũ annorum tuorum præferunt, quamquã libido nondum in te consenuit. Congruit huic apologus de Crocodilo, cui iactanti maiorum suorum claritatẽ, & primas in certaminibus partes, vulpes ad hunc modum rñdit: ἀλλὰ κἂν μὴ συλέγῃς ἀλλ' ὑπὸ δέρματός γε φαίνῃ, ὡς ἐκ παλαιῶν ἐστί σοι γεγυμνασμένος, i. Quin & si tu non dixeris, tñ ipsa pelle præ te fers, quod multos iam annos in certaminibus sis uersatus. Habet enim hoc animal cutem, ceu laminis quibusdã durissimis aduersus omnes ictus armatam. Martialis in quendam, qui affectabat etiãnum puer uideri puer:

In te, inquit, reclamat, sed tua barba, uir es.

Phœnice rarior.

Φοίνικος παυγιώτερος, i. Phœnice rarior. De rebus aut etiam hominibus inuẽtu per quam raris. Natum adagium a fabula Phęnicis auis, de qua scribit Plin. li. 10. ca. 2. Et ante omnes nobilem Arabiæ Phœnicem, nescitur an fabulose, unum in toto orbe, nec uisum magnopere. Aquilæ narratur magnitudine auri fulgore circa collũ, cętera purpureus, cęruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem, caputq. plumeo apice honestante. Commemorantur hoc loco & alia quędam de Phęnice prodigiosa, quæ quoniam ad prouerbij sententiam nihil attinent, cui libebit inibi legenda relinquuntur. Ouidius in Transformationum libro 15. sub persona Pythagoræ:

Vna est, quæ reparet seq. ipsa reseminet ales.
Assyrij Phœnica uocant, nec fruge, nec herbis,
Sed thuris lacrymis, & succo uiuit amomi.
Hæc ubicunque suę cõplenit sęcula uitę,
Ilicis in ramis, tremulæq. cacumine palmæ,
Vnguibus, & duro nidum sibi construit ore,
Quo simul ac casias, & nardi lenis aristas,
Quassaq. cum fulua substrauit cynnama myrrha,
Se super imponit, finitque in odoribus æuum.
Inde ferunt totidem qui uiuere debeat annos
Corpore de Patrio paruum Phœnica renasci.
Cum dedit huic ætas uires, oneriq; ferendo est,
Põderibus nidi, ramos leuat arboris altę,
Fertq. prius, cunasque suas, patriumque sepulchrum.
Perq. leues auras Hyperionis æde potitus,
Ante fores sacras Hyperionis æde reponit.

Extat de Phœnice carmen, & Firmiani Lactantii non inconcinnum, per Musas, neque fastidiendum.

Non est laudandus, ne in cena quidem.

Οὐκ ἐπαινεθείης, εἰ δ' ἐν τῷ δείπνῳ, i. Nõ queas laudari, ne in parẽtalibus quidẽ. In hominẽ dicebatur uehementer illaudatũ. Antiquis mos erat, præsertim Atticis in cenis funeralibus, quas Græci περίδειπνα vocant, encomiis, epicediis, & epitaphiis laudare uita defunctũ, etiam si parũ metuisset in uita. Siquidem, ut inquit Ouidius:

Pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit,

Vnde fit, ut uiuos nonnunquã merita laude fraudemus, mortuis etiam immeritam tribuamus. Sextus Pompeius docet, antiquitus solere, conduci mulieres, quę in funere non sine laudibus lamentarentur uita defunctum, aliisq. lamentandi modum præirent, unde & præficæ dictæ sunt, quasi præfectæ: citatq. Nævii testimonium. Hæc quidẽ me hercle opinamur prefica est, quę sic mortuum collaudat. Fortassis hinc ductum est, quod antiquitus mos fuisse videtur, ut in cõpotationibus aliquorũ, etiam uiuentium laudes dicerẽtur. Quemadmodum apud Platonem Alcibiades Socratis encomium refert, & apud Plutarchũ, Alexandrum Magnum laudat Callisthenes. Eiusmodi uero laudes non admodum speciosæ uidebanẽ, ut inter pocula decantarẽ. Nec absurdum arbitramur, si quis ad priscorum consuetudinẽ referat parœmiam,

qua

qua fieri solet, ut in conuiuijs citharœdus aut deorum, aut insignium uirorum facta cantaret. Veluti apud Homerum in omnibus ferme conuiuijs. Apud Virgiliũ item:

-Cithara crinitus Iopas
Personat aurata.

Tametsi hæ quoque laudes plerunq; ad auditorum gratiam fingebantur. Adagium refertur à Diogeniano.

Pedibus in sententiam discedere.

QVID sit pedibus in sentẽtiam discedere, & quid Pedaria sententijs satis explicuit Aulus Gellius libro 13. cap. 18. Id si transferatur ad quamlibet alienæ sententiæ comprobationem, prouerbij formam accipiet. Veluti si quis dicat: Non est uiri prudentis quidquid uxori libuerit, protinus in illius sentẽtiam pedibus discedere. Aut par est, ut affectus in rationis sententiam pedibus discedat, non contra. Ego uero in tuam sententiam manibus, pedibusque, ac toto corpore discedo. Translatum est a ueteri consuetudine, quæ seruari consueuit, quoties ingens erat turba suffragia ferentium. Liuius decadis primæ, libro 7. Vbi sententiam meam uobis peregero, tum quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti transibitis. Quæ pars maior erit, eo stabitur consilio. Et aliquanto post: Quibus hæc salutaria uidentur, agite dum in dextram partem pedibus transite. Omnes transierunt, uadentemque per intermissa custodijs loca Decium secuti sunt. M. Tullius Philippica 11. Dixit tamen si quis eorum, qui post se rogati essent, grauiorem sententiam dixisset, in eam se iturum. Idem in epistola ad Lentulum: Perspiciebant enim in Hortensij sententiam multis partibus plures ituros, quam aperte Volcatio assẽtirentur. Ibidem: Frequentes ierũt in alia omnia. Idem Planco: Frequens eũ senatus reliquit, & in alia oia discessit. Hæc ratio ferendorum suffragiorũ discessio dicebatur. Plinius nepos epistol. libro 2. Adriano, Sed cum fieret discessio, qui sellis curulibus astiterant, in Cornuti sententiam ire cœperunt. Tum illi, qui se collegæ annumerari patiebantur, in diuersum transierunt. Qui sententias interrumpebat, intercedere dicebatur. T. Liuius lib. ab vrbe condita 9. cum omnes laudibus modo prosequens uirum in sententiam eius pedibus irent, tentata paullisper intercessio est. Idem ab urbe condita 5. In quam sententiam cum pedibus iretur, ceteri tribuni militum nihil contradicere. Plinius maior libro 2. cap. 7. non nihil nouauit sermonis formam, Sedere, inquiens, cœpit sententia hæc pariterque, & eruditum vulgus, & rude in eam cursu uadit. Vehementer, ac præcipitanter assentiri dixit cursu uadere in sententiam, & sedere dixit pro placere. Nam Flauius Vopiscus in uita Aureliani Imperatoris, indicat, & manuum porrectione sententiam alienam comprobari solere. Sic enim scribit: Deinde alijs manus porrigentibus, alijs pedibus in sententiam euntibus, plerisque uerbo consentientibus, conditum est senatusconsultum. Tale quidam sensit & Sallustius in bello Catilinario, cũ ait: Sillanũ postea permotum C. Cæsaris oratione, pedibus in sententiam Tiberij Neronis iturum se dixisse, ceteros uerbo, alios uariè Cęsari assẽsisse, Quintilianus dixit: Manibus, pedibusque in sentẽtiam discedere, Porro qui vultu quoque, ac gestu significant se assentiri, toto corpore in sententiam discedere dicuntur. Suffragiorum genus quod porrectis manibus peragitur, Gręci uocãt χειροτονεῖν, & χειροτονία, q̃ uocem usurpant, & sacræ literæ, Vt 2. Cor. 8. χειροτονηθεὶς. Quinetiam subscribere sentẽtiæ, subscribere iudicio, subscribere uolũtati, suffragari, refragari, atque id genus alię metaphorę, quoties lõgule trahuntur ab oratione simplici, in prouerbij speciẽ paullatim abeũt.

Sustine, & abstine.

EPICTETVS Cynicæ sectæ philosophus uniuersa philosophorum dogmata, quæ ad humanæ uitæ pertineãt fęlicitatẽ, quæq; tot uoluminibus uix explicant ceteri, duobus uerbis absolute complexus est, quæ iam olim prouerbij uice celebrantur à doctis, digna profecto, quæ omnibus parietibus, omnibus columnis inscribantur, omnibus anulis inscalpãtur. Ea sunt huiusmodi ἀνέχου, καὶ ἀπέχου, i. Sustine, & abstine, Quorũ altero monemur, ut aduersa fortiter toleremus: altero, ut ab illicitis tẽperemus uoluptatibus. Referuntur in Noctibus Gellianis lib. 17. cap. 19. Apud Athenęum refertur hoc carmen, tacito auctoris nomine.

Ἀγαθὸς ἀνὴρ λέγοιτ' ἂν ὁ φέρων τ' ἀγαθὰ
Ἀγαθὸς ἂν εἴη ὃ ὁ φέρων καλῶς κακά, i.

Bona

Bona quisquis affert, uir bonus uocabit,
Bonus erit & ille, q mala ptulerit bene.

Naturam expellas furca, tamen usque recurrit.

CVM videamus a Gręcis quædam velut obtorto, quod aiunt, collo in prouerbiorum aceruum trahi, cur verebimur eiusmodi recensere, quæ præter adagii figuram, ita venuste dicta sunt, ut uenustius dici nõ possint? Quod genus est illud Horatii in Epistolis:

Naturam expellas furca, tamen vsque recurret.

Sensus est, haud facile dedisci, quę nobis natura penitus indidit, atq. inseuit. Qd si quãdo vi fit, vel metu, vel pudore, uel alia quauis caussa vt personã alienã sumamus, facile per occasionem redimus ad mores naturales. Velut qui metuunt peccare, non virtutis amore, sed formidine fustis, ij simulatq; tollitur fustis, recurrunt ad mores pristinos. Et Terentius: Si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit. Ducta est metaphora a ramis, qui apposita furca torquentur alio, quam natura posuerat, qua sublata rursum uergunt eodem, quo prius. Pindarus in Olympiis hymno 11. eandem sentẽtiã aliter extulit: τὸ γὰρ ἐμφυὲς, οὔτ' ἄθων ἀλωάπηξ, οὔτ' ἐρίβρομοι λέοντες διαλλάξαντο ἦθος, i. Nam ingeniũ, natiuamq; indolem, nec astuta uulpes, neq. præualidi leones mutare quiuerint. Quantũuis enim cicures leonem, semper redit ad geminam feritatem, neque vulpes unquam obliuiscitur fraudulentiæ natiuæ, quãtum uis mansuefacta. Idem in eodem opere hymno 13. ἄμαχον ὃ κρύψαι τὸ συγχυὲς ἦθος, id est, Difficile est occultare natiuos mores. Item Horatius alibi.

-Tolle periclum,
Iam vaga profiliet fręnis natura remotis.

Nauis annosa haud quaquam nauigabit per mare.

Ναῦς παλαιὰ πόντον οὐχὶ πλώσει, i. Nauis antiqua non nauigabit per mare. Congruit in eos, qui iã ob ætatis imbecillitatẽ ad res arduas obeundas, sustinendaq. pericula parum sunt idonei, ac primum ipsi pereunt oppressi negotiorum magnitudine, & in discrimen adducuntur quorum res agitur. Nota est allegoria. Refertur adagium a Diogeniano.

Ni pater esses.

Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθα, Ni pater esses, Hoc vulgo dici consueuit, quoties honoris, aut metus caussa conuitium reticebant, & conijciẽdũ relinquebãt. Plene sic effertur: Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ' εἶπον ἂν σ' ὀρθῶς φρονεῖν. i. Ni esses pater, te sapere dicerem haud bene

Est autẽ versus hic in Antigone Sophoclis. Sunt enim Hæmonis uerba Creontẽ patrem obiurgantis, quod sponsam filii pararet occidere. Itaq. quoties senis, aut potentis, aut alioqui uenerandi sententiã nobis haud quaquam probari significabimus, cui tamen honoris caussa nolimus refragari, ueluti si quis opinionem Aristotelicã apud Peripatetitos recte damnare uelleт, loquetur ad hunc modum, Hæc habet sententia grauissimorum auctorẽ. Fortassis. n. fas non est ab Aristotele dissentire. Alioqui, Εἰ μὴ πατὴρ ἦν, hoc est, nisi auctoritati deferrẽ, habeo, quo refellam. Quod si mutilum efferas, plusculum etiam habebit gratiæ. Refertur à Diogeniano.

Magnum os anni.

Μέγα στόμα τοῦ ἐνιαυτοῦ, i. Magnum os anni. Dicebatur quoties vberior rerum prouẽtus, aut vilior annona animos, & loquẽdi libertatem adderet, alioqui timidioribus. Solent enim rustici magnificentius loqui, largiusq; polliceri, spe prouentus uberiori. Refertur a Suida. Non admodum diffidet ab illo: Fęnum habet in cornu. Item illo: Argenti fontes loquuntur.

Megaricæ sphinges.

Μεγαρικαὶ σφίγγες, i. Megaricæ sphinges, ita scorta quædam vulgus olim appellabat sine quod vulgo molles sphictę παρὰ τὸ σφίγγω dicuntur apud Græcos, siue quod apud Megarenses nutrix sphinx appelletur, sine quod Megarensium mores improbi, fictiq;, & populari conuitio quondam notati fuerint. Vnde Aristophanes in Vespis, risum Megaricum, de quo dictum est alibi, taxat:

Μὴ δ' αὖ γέλωτα μεγαρόθεν κέκλας μένον. i. Sed ne Megaricos rursus infractos iocos.

Suidas refert & hunc uersiculum, sed tacito, ut solet, auctoris nomine.

Αλλ'

Αλλ' ἔστιν ἡμῖν μεγαρική τις μηχανή.i.
Nobis adest Megarica quędam machina.
Risum, seu iocum Megaricum, intelligit molliciem Megarensium. Refertur in collectaneis Diogeniani.

Mellis medulla.

Μέλιτος μυελός, i. Mellis medulla. De re maiorem in modũ suaui dicebatur. Vnde & Ennius apud M. Tullium, M. Cornelium Cethegum, Suadæ medullam appellat, ob singularem suauiloquentiam. Nam quod optimum est, id natura uidetur intime recõdidisse, Vnde & illa passim obuia, In medullis, & medullitus amare; non dissident a simulacro prouerbiali. Huius est formæ: τῆς ἑλλαδός ἑλλάς.

Meliores nancisci aues.

Αμεινόνων οἰωνῶν τυχεῖν, idest. Meliores nancisci aues dicuntur, quibus post res aduersas succedũt prosperiora. Nam ut apud Latinos auis, & ales interdum non animal, sed omen ipsum, & augurium significat, itidem apud Græcos οἰωνός, & ὄρνις, cũ τρυθός, & non eodem accipiatur modo, quẽadmodum indicat Eustathius in primum Odisseæ librum. Horatius in Odis:

Mala duci aui domum — Idem alibi:

Mæonij carminis alite, Home. Iliados Ω.

Μηδέ μοι αὐτὴ
Ορνις ἐνὶ μεγάροισι κακὸς πέλοι.i.
Hisce mihi ne tu fueris mala in ædibus ales.

Rursum eiusdem operis M.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμυνέσθαι περὶ πάτρης.i.
Optimum id augurium est, patriam uirtute tueri.

Laborauit autem hac superstitione antiquitas, ũt in magnis rebus aggrediundis auium occursus obseruaret, neque defuerunt, qui eam uelut artem profiterentur. Atque hinc apud Romanos augurum collegium. Iam pene explosa est apud Christianos huius professionis superstitio, sed ita ut in eius locum successerit malum prope pestilentius, atq. adeo conduplicatum, nempe horum, qui ex astris futura pronũciant.

Aliud genus remi.

Αλλο γένος κώπης, i. Aliud genus remi. Dicebatur olim, ubi quispiã res nouas, & antea nõ uisas induceret. Aut ubi quis ver sis moribus pristinis, nouum, & inusitatum uitæ genus institueret. Hinc ortum aiunt, quod Hercules cum ad boues Erithræas nauigaret leonis exuuio carbasi uice, clauа mali loco, pro rudentibus pharetræ loris, pro remo arcu, dẽique pro nauigio lebete sit usus. Quod inusitatũ profecto nauigandi genus cum uidissent accolæ, acclamabãt: ἄλλο γένος κώπης. Refertur in Plutarchi collectaneis.

Clamosior lauro ardente.

Μείζονα βοᾷ δάφνης χλώρας καιομένης, .i. Magis uociferatur, quam laurus uiridis incẽsa, propterea quòd Laurus adhuc uirẽs ĩ ignẽ coniecta, maximos crepitus edit. Vnde & in maleficiis amatoriis incẽdi cõsueuit, tanquam amantium quærimonias repræsentans.

Daphnis me malus urit, ego hãc in Daphnide laurum.

Refertur a Diogeniano.

Nunc leguminum messis.

Νῦν ὀσπρίων ἄμητος, i. Nunc leguminum messis, id est, nunc tempestiuum, hoc, aut aliud agere, ueluti si quis admoneat iuuenem nunc adesse tempus, parandæ gloriæ, parandæ eruditioni, parandis opibus idoneum, dicat, νῦν ὀσπρίων ἄμητος. Sũptũ a rusticis, qui tum maxime uigilant, nec sinunt illud tempus per otium perire. Recẽsetur a Diogeniano, & Suida.

Nunc dij beati.

Νῦν θεοὶ μάκαρες, idest. Nunc dij beati. Vox erat uelut adgaudentis & adgratulantis quoties nocentibus supplicium meritis dignum cõtigisset, perinde quasi diis & iucundum, & honestum sit, ut scelerati dent pęnas. Contra probrosum si uiris improbis res secundæ sint, uidelicet iuxta sententiã illam prouerbialem:

Θεὸς δ' ὄνειδος τοῖς κακοῖς εὐδαιμονεῖν, i.
Probrũ est deo, si res malis sint prospęrę.

Ouium nullus usus.

Προβάτων οὐδὲν ὄφελος ἐὰν ὁ ποιμὴν ἀπῇ, i. Ouiũ nulla utilitas, si pastor absit. Admonet adagiũ ἀναρχίαν rẽ esse omnium perniciosissimam. Nihil recte faciunt ministri, nisi adsit herus. Inutiles discipuli, quoties abest præceptor. Inutilis populus, nisi principis auctoritate gubernetur. Apparet senarium fuisse. Nam paucis syllabis commutatis restituetur hoc pacto:

Προβάτων γὰρ οὐδὲν ὄφελος ἂν ποιμὴν ἀπῇ, i.
Namque usus ouium nullus, ubi pastor deest,

De huius animantis stultitia, quamque sibi sit inutile, ni pastoris cura succurrat, lege quæ alias ex Aristotele citauimus in prouerbio: Ouium mores.

Periculum proræ sellis.

Κίνδυνος ἡ ἐν πρῴρᾳ σελὶς, i. Periculum sella proræ. Quoties in re quapiam præcipuum periculum, caputque negotii esse significamus. Nam hostes expugnaturi nauim, in proram primum assultum faciunt. Selis autem sella est, quæ in proris esse cõsueuit, si Zenodoto credimus.

Impete peritum artis.

Βάλλ' εἰς ἔχοντα τὴν ὀπισήμιλον, id est, Iaculare in eum, qui nouit artem, ubi quis conuitium facit homini, qui norit & ipse retorquere conuitium, aut qui carpit uelut imperitum, qui non inferior sit in artis scientia. Sumpta metaphora uidetur ab ijs, qui iaculo, aut saxo petunt eum, qui caleat ictum uel declinare, uel in iaculantẽ retorquere.

Philippi gallus.

Φιλίππου ἀλεκτρυών, i. Philippi gallus. Hoc dictitari consueuit, ubi quis de leui quopiam facinore, perinde ut maximo sese iactaret. Nam Alectryon dux quidam erat Philippi Regis, quem Chares Athenieẽsis confecerit. Apparet aũt Charetẽ hunc huius facti, nimium crebro, nimisque insolenter apud populum Athenienſem verba facere solere, ut hinc uulgo sit usurpatum. Recensetur apud Zenodotum.

Parit puella, etiam si male adsit uiro.

Τίκτει κόρη ὅταν κακῶς ἀνδρὶ παρείη. i. Parit puella, cum male etiam adfuerit uiro. Dici conueniet, quoties res facile confici tur ex sentẽtia, etiã si negligẽter, & ignauiter gesta fuerit. Veluti puella ,ppter ætatis felicitatem facile gerit uterum, etiam si cum uiro nõ admodũ uiro rem habuerit. Non item anus, immo bis uirum requirit ætas affecta mulieris. Egregium ingenium etiam sub malo, & indiligente præceptore bonas literas assequitur. Contra si discipulus sit ὄνος λύρας, præceptor etiã optimus, oleum perdit, & operam.

Pasetis semiobolus.

Τὸ πάσητος ἡμιοβόλιον, i. Pasetis semiobolus. De re noua, stupendaque, & præstigiis simillima. Veluti cum orator efficit, ut eadem caussa primum optima, mox pessima uideatur, res eadem maxima, statimq; minima appareat. Et cum sophistæ demonstrant eundem & asinum esse, & hominẽ. Aut ubi quis asseuerat id factum, quod citra magiam aliquam fieri non potuerit, licebit ὀπφωνεῖν, πάσητος ἡμιοβόλιον, Nec intempestiuiter dixeris, cum quidã ita dãt munus aliquod, ut idem mox arte quadã ad se retrahant. Tradunt Pasetem quendam præstigiarum, & magiæ peritia primũ nomen meruisse. Is incantamentis quibusdam efficiebat, ut repente conuiuium omnibus instructum partibus adesse uideretur: rursum ubi libuisset, omnia protinus euanescebant. Emebat autem frequenter, preciumq; rei numerabat, uerum mox nummus non apud uenditorem, sed apud Pasetem reperiebatur. Huiusmodi ferme tradit Suidas.

Paruus semper tuus pullus.

Μικρὸς ἀεὶ σὸς πῶλος, i. Paruus semper tuus pullus, ubi quis ob staturæ breuitatẽ diu puer uideri cupit. Cõueniet & in hos, qui tametsi natu grandiores, tamẽ uerborum deliciis affectant uideri iuuẽculi. Aut cum ob amorẽ cascus cascam puppã uocat, & ipse uicissim puppus audit, quod alias indicauimus. Aristophanis interpres admonet apud Græcos, quod cuique vehementer carum esset, id pullum illius appellari solere. Blandimur autem uerbis diminutiuis, eoq. in Equitibus quidam populo blandiẽs appellabat illum δημίδιον, id est, popellum, eoq. mox audit: ὡς ἀπὸ μικρῶν, ἄνυς αὐτῷ θωπεύματίων γεγένησαι, i. vt è pusillis blãdiciolis beneuolus illi factus es: parua vocat blãda, atque is vicissim audit: ἀν σὺ γὰρ αὐτὴν πολὺ μικροτέροις, τούτων δελεάσμασιν εἷλες, quod ipse multo abiectius adulatus esset populo.

Phaselitarum sacrificium.

Φασηλιτῶν θῦμα, i. Phaselitarũ sacrificiũ, tanquam

tanquam uile, citraq; sanguinem. Sordidũ, ac tenuem sumptum hoc adagio significabant. Tradunt enim apud Phaselitas Pãphiliæ gentem moris esse, ut piscículi salsidijs sacrificentur. Auctor Zenodotus. Eudemus item scribit, eos Capro deo salsamentis rem diuinam facere, eiusq; rei testem citat Callimachum. Finitimum est illi. Sine fumo sacrum.

Peius Babys tibia canit.

Κάκιον Βάβυς αὐλεῖ, i. Peius Babys cantat. Hoc adagium iaci cõsueuit in eos, quorum exercitatio semper uergit in peius. Quod genus sunt oratores quidã, q quò diutius dicunt, hoc dicũt indoctius. Refertur autem ad huiusmodi fabulam. Ferunt Babym fratrem fuisse Marsyæ, qui non ueritus est ipsum Apollinẽ ad canendi certamen euocare. A quo cum esset uictus, ab eodem supinus de pinu suspensus, excoriatus est. Deinde cum Apollo pararet Babym quoque perdere, intercessit Pallas, admonens hunc usque adeo infeliciter, & indocte tibijs canere, ut omnino negligendus esse uideretur, κάκιον, inquiẽs, βάβυς αὐλεῖ, i. Deterius Babys tibijs canit. Quibus uerbis commotus Apollo Babyn adeo contempsit, ut eum ne supplicio quidem dignum existimaret, sed suæ potius inscitiæ iudicaret relinquendum. Vsurpabitur adagium & per comparationem, ut mentione facta de præceptore indocto, si quis de discipulo percunctanti, hoc pacto respõdeat, κάκιον βάβυς αὐλεῖ, Neq; uero repugnamus, si qs hoc loco κάκιον, accipiat p miserius, ut sit sententia, Babym infeliciorem esse, dum indocte canens omnibus est ridiculus, quam si tolleretur e medio. Meminit huius adagionis Athenæus lib. 14. ostẽdens dici solitum de ijs, qui in dies deterius canerent. Quamquam hic locus apud hunc auctorem deprauatus est in vulgatis exemplaribus, ni fallimur. Sic enim legimus, ἢ κίων ἢ βάβυς αὐλεῖ, i. Et Cion, aut Babys canit. Erroris ansam præbuit, quod paullo ante commemorans ineptos tibicines, quos Hipponax iambographus lacerasset, nominauit Cionem, Codulum, & Babyn. In collectaneis, quæ excudit Aldus reperitur, ἢ βάβυος χορὸν, id est Babys chorum, pro indocta, parumque modulata cantione, & fabulam adscriptam huiusmodi. Mæandro fluuio duo fuere filii, quorum Babys solitus est unica tibia canere, Marsyas duabus Phrygio more. Cum autem suum uterque chorum haberet, & Babys inscite tractaret tibiam, frater eo insolentiæ sublatus est, ut Apollinem quoq; præ se contemneret, a quo cum esset excoriatus, iamq. Babyi similis pœna pararetur, Palladis interuentu exemptus est supplicio. Verum suspicamur scripturam esse depraua tam, ac legendum esse ἢ βάβυος, χεῖρον, ut idẽ sit cũ eo quod modo retulimus.

Cercopum cæcus.

Ἀγορὰ κερκώπων, i. Cętus Cercopũ, de conciliabulo, conuentuq. uersutorum, & improborum hominum dicebatur, Narrãt enim, Cercopes quosdam in Epheso fuisse, notæ fraudolentiæ uiros, qui suis dolis conati sint ipsi Ioui imponere. Hos admonuerat mater, ne in Melampygum incideret, id quod euenit. Nam post ab Hercule uincti sunt iussu Omphales. Quidã aiunt, quosdam ob imposturas, & malas artes, κέρκωπας, quasi caudatos appellatos fuisse apud Ephesios, atq. Athenienses, ut idẽ sit sensus huius adagionis, & illius cuius alibi meminimus, λύκου δεκάς. Torquet hoc conuitium Aeschines in Demosthenem: ὅτι μὲν ἕν ἰῷ ποθ' ὁ κερκωψ, ἢ τὸ καλόμενον παιπάλημα ἢ τὸ παλίμβολον, ἢ τἀ τοιαῦτα ῥήματα, οὐκ ἤδειν πρότερον. νυνὶ δ' ἐξηγοῦ τοῦτον λαβὼν τῆς πάσης κακοηθείας μεμάθηκα. i. Aliqñ fuisse cercopem, aut qd dĩ pæpalema, aut palimbolum ante hac nesciebam. Nunc uero nactus hunc omnis malitiæ expositorem, didici. Videntur & illa duo uerba pæpalema, & palimbolũ fuisse iactata vulgo. Hesychius indicat παιπάλημα dictum hominem ποικίλον ἐν κακίᾳ, i. uarium in malitia: dictum apparet a πάλλω, quod est, moueo, & παι syllaba p conduplicationem adiecta est, cuius futurum παλῶ. & παιπαλᾶν est circumspicere, ac scrutari, nihilq. non tentare. Rursus παιπάλη, subtilissima pars frumenti cribro excussi. Concussione fit utrumque sortitio, & frumenti purgatio. Vnde πάλος, sors, & πάλη farina. Proinde qui se uertunt in omnia, pæpalematis scommate notari videntur, simul allusum suspicamur ad uoces. Nam παῖς puerum sonat, & παλάω uenor, siue in retia duco. Idem exponit multis uerbis quid sit παλίμβολον, nimirum

nimirum hominem, qui sibi minime constat, sed facile in diuersum reuoluitur. Suspicamur conuitium sumptum ab instrumentis sic arte confectis, ut facile recurrant in diuersum, atque hinc detortum in hominem lubricæ fidei.

Ceruinus vir.

Ἐλάφειος ἀνὴρ, i. Ceruinus vir, olim dicebatur formidolosus, & fugæ fidens magis, quã uiribus. Ceruus enim animal cursu pernicissimum, & in uenatu pedibus sibi quærit salutem. Vnde apud Homerum Iliados primo, Achilles, ut uir fortis, Agamẽnoni, uelut imbelli, & ignauo conuitium facit ad hunc modum:

Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο.

Objicit illi temulentiam, impudentiam in occupandis aliorum pręmijs, & cor cęt uinum, quod ad congressum timidus esset. Aristoteles libro De natura animantium nono tradit, ceruo natiuam quãdam inesse prudentiam, ut quod uiribus tueri non potest, id efficiat ingenio: parere enim iuxta semitas, quo uidelicet tutior sit a belluis propter hominum frequentiam. Deinde postea quam peperit inuolucrũ statim exedit, ne deprehendatur: præterea hinulũ ducens in stabula monstrat, ac consuefacit quo debeat refugere, si quod immineat periculum, id ait saxum esse abruptum.

Cercopissare.

Κερκωπίζειν, i. Cercopissare dicuntur, vel qui lasciuiunt, aut qui adulantur. Metaphora ducta ab animantibus, quæ mota cauda adblandiuntur, ut Crysippo placet, Suida teste: uel qui molesti sunt, obturbãtque, & obstrepunt, ut uox deflexa sit a Cercopibus illis Lydijs, quos Hercules, quod sibi cum Omphale cubanti, petulantius obturbarent, amicæ iussu uictos de claua suspendit, quemadmodum retulimus in adagio: Ne in Melampygum incidas.

Vale carum lumen.

Χαῖρε φίλον φῶς, i. Vale gratum lumen. Hoc apparet vulgo dici solitũ, quoties extingueretur lucerna. Referunt autem ad fabulam, non admodũ castam, sed docendi caussa referendã tamen. Narrant enim anũ quampiam, cum nuda libidinari pararet, extinxisse lucernam, ne rugę, situsq. corporis ostenderet, & extinguentẽ dixisse, χαῖρε φίλον φῶς, i. Vale amicum lumen. quæ quidem uerba suspicamur hoc magis in vulgi iocum abijsse, quod ijsdem utantur in tragœdijs exituri è uita, uelut Polyxena in Hecuba Euripidis, Iphigenia in suis nominis fabula, Alcestis, Electra, aliæq. complures. Tametsi Plutarchus Conuiuialiũ quæstiuncularum, Decade 7. problemate 5. indicat dictum a quodam, qui amicæ p deunti in conspectum, cum ipse uino, opinamur, cæcutiret, χαῖρε, inqt, φίλον φῶς. Poterit ad uarios usus accommodari parœmia. Siue cum nos significamus licentius agere uelle. Nox autem tegit omne dedecus, & quoniam iuxta Nasonem, pudore uacat, accommoda uidetur inhonestis, ac flagitiosis actionibus, quas eo Lucianus νυκτερινὰς appellat. Huc allusit Aristophanes in Concionatricibus, cum mulierem uolentem deijcere aluum, ita loquẽtem facit.

ἢ παντάχοῦ τοι νυκτὸς ἐστὶν ἐν καλῷ. i.

An uero ubiq; est hoc honestũ noctibus.

Siue cũ relinquimus amicum, aut rem interius adamatam. Siue cum innuimus mulierem iam marcida forma, quæq; non possit nisi p tenebras adamari, χαῖρε φίλον φῶς. Aut cum significabimus nobis perisse rem longe carissimam. Siquidẽ diuus Ambrosius in homiliis, quas cõscripsit in Euãgelium Lucæ, refert ad huiusmodi fabulã: Theotimo cuipiam, cum graui morbo oculorum laboraret, medici interminati fuerant, ne cum uxore rem haberet: si faceret, prorsus cæcitatem imminere. Verum is libidinis impatiens, non potuit sibi temperare, quin uxorem amplecteretur. Itaq. cum iam medio Veneris calore feruerat, & in mẽtem uenisset medicorum interdictum, χαῖρε, inquit, φίλον φῶς, i. Vale amicum lumen. Nimirum intelligens se uoluptatem eam perbreuem oculorum dispendio emisse, Similis est apud Martialem fabula de Phryge quodam lusco bibone, cui cum interdictũ esset a medicis, ne biberet uinum, alioqui nihil uisurum, protinus admotis poculis:

Valebis, oculo, inquit, exitum requiris?
Vinum Phryx, oculus bibit uenenum.

Veniat hospes quisquis profuturus est.

Ξένος ἔλθοι ὅστις ὀνήσει. idest,

Veniat qui proderit hospes.

Theopompus, citante Zenodoto, scribit hoc adagiũ ex Philippi regis apophthegmate profectum esse. Nam is, ubi Thessalorum ciuitatem subuertisset, & hospites, quos inibi reperit diuendidisset, per iocum dicebat:

Ξένος ἔλθοι ὅστις ὀνήσει.

Videtur ex oraculo, aut poeta quopiam sumptũ. Est enim hemistichium carminis heroici. Admonet adagium, eorũ demum aduentũ esse gratum, qui commodi quippiam afferunt. Ouidius:

Ipse licet uenias Musis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Obolum reperit Parnœtes.

Ὀβολὸν δ' ἄρε παρνοίτης, i. Reperit obolũ Parnœtes. Accõmodari poterit ad illos qui nouũ aliquod excogitarunt premium, quo illectẽt. Natũ aiũt a Callistrato Atheniensium Reipublicæ principe, cui cognomen additum Parnœtes. Is enim instituit, ut in iudiciis, & concionibus nummuli quadam distribuerentur. Quam rem Comicorum insectatio uertit in prouerbium.

Apertæ musarum ianuæ.

Ἀνεῳγμέναι μουσῶν θύραι, i. Apertæ Musarum ianuę. Hoc adagio cõueniet uti, quoties aliquem facili, promptoq. ingenio significamus, & in percipiendis optimis disciplinis celerem, quasi Musis fauẽtibus, & haud grauatim suppeditãtibus. E diuerso, qui tardiores sunt, clausis Musarum ianuis discere dici poterunt. Aut si quãdo dicemus, non oportere celare doctrinam Musarum munus, sed candide, citraq. inuidiam impertire, tanquam lumen de lumine suppeditantes. Refertur a Zenodoto.

Martis campus.

Ἄρεος πεδίον, i. Martis campus. Suidas ex Alexandridis Pisandro citat. In eos torquebatur, qui militari confidentia præditi uiderentur, quiq. rem ui, non iudicio gererent. Non doctis dictis, sed pugnis. Nõ ex iure manu consertum, sed improbis clamoribus. Et quibus ius est in armis, quos Hesiodus eleganter composita uoce χειροδίκας uocat. Cæterum in quo quis ualet, id Græci campum illius uocant.

Argenteis hastis pugnare.

Ἀργυρέαις λόγχαις μάχεσθαι, i. Argenteis hastis pugnare dicuntur, qui cum negotium alio pacto confici nequit, muneribus, & largitione perficiunt. Nihil autem tam arduum, quod pecunia non explicetur. Quemadmodum eleganter dictum est a M. Tullio actione in Verrem secunda. Nihil esse tam sanctum, quod non uiolari, nihil tam munitũ quod non expugnari pecunia possit. Ortam aiunt parœmiã ab oraculo quodam Apollinis Pythij, qui Philippo regi consulenti quo pacto posset victoria potiri, responderit ad hunc modum.

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις. idest,

Argenteis pugna telis, atque omnia vinces.

Videlicet iuuenes, ut quosdam largitionibus ad proditionem sollicitaret, atque ita consecuturum, quæ uellet.

Archytæ crepitaculum.

Ἀρχύτου πλαταγή, i. Architæ crepitaculum. In hominem uehementer garrulũ, & obstreperum iaciebatur. Archytas, crepitaculi genus æreum excogitauit, qđ pueris lusitantibus daretur, ne quid interim ex uasis domesticis contingerent. Quemadmodum docet Arist. 8. libro Politicorũ Suidas indicat Archytam fuisse Pythagoricum Empedoclis præceptorem. Quamquam huius nominis referuntur aliqua, tamen consentaneum est hunc Tarentinũ philosophum eius organi fuisse opificem, utpote qui fertur in mechanicis mire præcelluisse. Cuius & columba lignea celebratur, ita ratione mathematica librata ut uolaret. Quamquam Diogenes Laertius in huius uita testatur, huius nominis & architectum fuisse quendam, qui librum quoque conscripserit de machina. Columbæ meminit & A. Gellius lib. 10. cap. 12. ex auctoritate Phauorini tribuens inuentum hoc Archytæ philosopho. Sed utriuscunque fuit inuentum, consentaneum, est huiusmodi quoddam organum fuisse, qđ suapte sponte sonaret. Vnde non absurde torquebitur in eos, qui naturæ uitio, quouis loco, quauis de re, & apud quosuis, quoduis garriunt, quos Græci λάλους, ἀμετροεπεῖς, ἀκριτομύθους, & πολυμύθους appellant, Latini garrulos, locutuleios, rabulas,

bulas, blaterones, & linguaces: In quos Eupolis scite:

Λαλεῖν ἄριστος, κἀδυωπατώτατος λέγειν. i.

Ad garriendum præcipuus, & optimus,
Verum ad loquendum nemo minus idoneus.

Nec inscite Epicharmus,

Οὐ λέγειν δεινὸς, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος. i.

Nihil ualebat eloquendi uiribus,
Verum silendi habebat impotentiam.

Habebatur simile quidam & apud Romanos, Citeriam appellabant. Erat ea effigies quædam arguta, & loquax, quæ ridiculi gratia in pompa uehi solita sit. Vnde M. Cato in M. Cecilium: Quid ergo dicerem amplius, quem ego denique credo in pompa uectitatum iri, ludis pro Citeria, ac spectatoribus sermocinaturum? Ergo prouerbij speciem habebunt orationes huiusmodi, Citeria loquacior, & præ hoc mutam dicas Citeriam, & unus cum multis Citerijs certare possit.

Aratro iacularis.

Ἀρότρῳ ἀκοντίζειν, i. Aratro iaculari dicunt, qui quippiã incircumspecte faciunt, haud prospicientes quid sit in posterũ euẽturum, aut qui suo magno incommodo conantur alterum lædere. Quisquis enim iacto aratro petit alium, is quo morẽ gerat iræ, semet re necessaria priuat, cuius usum paullo post sit desideraturus. Recensetur à Diogeniano. Translatũ uideri potest a belli temporibus, quibus uomeres, marræ, & sarcula, reliquaque agriculationis arma, in Martia diffinguntur arma. Plutarchus in cõmẽtario: περὶ τῆς ἀθυμίας usurpat, veluti de re uehementer absurda: οὐδὲ γὰρ ὁ τοξεύειν ἀρότρῳ βελόμενος, καὶ τοῦ βοὸς τὸν λαγὼ κωνηγετεῖν, δυσυχής ἐστιν, i. Neque enim is, qui uult aratro iaculari, & boue leporem uenari, est infortunatus.

Atticus moriens porrigit manum.

Ἀττικὸς ὑπέχει τὴν χεῖρα κἀποθνήσκων, i. Atticus porrigit manum, etiam cum moritur. Huic adagio locum fecit Atheniẽ. in muneribus captandis, & aucupandis lucris insatiata cupiditas. Vnde & apud Aristop. frequens iocus in τοὺς δωροδοκοῦντας. Auctor Diogenianus.

Argicollis.

Ἀργῦ λόφος. i. Argi collis. Vbi quis ingẽtibus malis esset implicitus. Potest accommodari, uel ad locum, uel ad negotium uarijs obnoxium calamitatibus. Natum aiũt à colle quodã, cui cognomen Argi, frequẽtibus homicidijs, ac latrocinijs infamĩ.

Asinus esuriens fustem negligit.

Ὄνος πεινῶν ῥοπάλου ἀμελεῖ, i. Asinus esuriens fustem negligit. In eos congruit, qui uentris, compendijve gratia quamuis contumeliam perferunt. Refert Aristot. in lib. Moralium tertio, ἐπεὶ ὅτῳ γε καὶ οἱ ὄνοι ἄνδρειοι ἂν εἶεν πεινῶντες, τυπτόμενοι γὰρ οὐκ ἀφίστανται τῆς νομῆς, i. Nã isto pacto & asini cum esuriũt essent fortes, quod licet uerberentur, non discedunt tamen à pabulo. Negans fortem esse censendũ, qui quouis pacto toleret incommoda. Alioquin asinos longe fortissimos futuros, qui dum esuriunt, nullis uerberibus à pabulo dimoueri queunt. Apparet ex Homero sumptũ, qui sanè quam eleganter describit asininam patientiam Iliados λ.

Ὡς δὲ τ' ὄνος παρ' ἄρουραν ἰὼν ἐκιήσατο παῦδας
Νωθὴς, ᾧ δὴ πολλὰ περὶ ῥόπαλ' ἀμφὶς ἐάγη,
Κείρειτ' εἰσελθὼν βαθὺ λήϊον, οἱ δέ τε παῦδες
Τύπτουσιν ῥοπάλοισι, βίη δέ τε νηπίη αὐτῷ,
Σπουδῇ τ' ἐξήλασαν ἐπεὶ τ' ἐκορέσσατο φορβῆς. i.

Vt cum per segetes ignauus trãsit asellus
Inuitis pueris, cui multus tergora circũ
Iam crepuit fustis, neque segnius ille profundam
Ingreditur segetẽ, pueri sed fustibus illũ
Cædentes studio, tandem ac puerilibus aruo
Viribus eijciunt, ubi pastu expleuerit aluum.

Aut cucurbitæ florem, aut cucurbitam.

Ἢ κρίνον, ἢ κολοκυώτιον, i. Aut florẽ, aut cucurbitam. Id perinde ualet quasi dicas: Aut mortem, aut uitam, aut lucrum, aut dãnum, aut uictoriam, aut contra. Græci cucurbitæ florẽ κρίνον appellant. Incertũ autem utrum mox euanescat, an cucurbitã sit pariturus. Proinde per florem, mortem, aut frustratam spem significabant, per cucurbitam uitalẽ. Diphilus apud Zenodotũ: ἐν ἡμέραις αὐτὸς ἐπ' ἀσοι γέρον θέλω παρα χεῖν κολοκυώτιον ἢ κρίνον, i. Ipse tibi senex intra septem dies exhibebo uel cucurbitã,

aut crinum, id est, possum efficere, ut aut recte ualeas, aut moriaris. Huic non dissimile est illud, quod apud Homerum Odyssea λ. dicit spectrum apparens Penelopæ dormienti:

Ζώει ὅγ' ἢ τέθνηκε, κακὸν δ' ἀνεμώλια βάζειν. i.

Is superest, aut interijt. Nam uera loquẽdum est,

Et quod ad huius imitationem Horatianus dixit Tiresias:

O Laertiade, quidquid dicam, aut erit, aut non.

Nudæ gratiæ.

Αἱ χάριτες γυμναί, i. Gratiæ nudæ. Admonet adagium, ut candide, ac beneigniter impertiamus amicis. Aut ne quid inter amicos fictum, aut fucatum, uerũ nuda, simpliciaq. omnia. Nam poetæ tres fingunt charites, id est, gratias, humanitatis, & beneuolentiæ præsides. Horat. in Odis:

Gratia cum nymphis, geminisq; sororibus audet

Ducere nuda choros.

Idem alibi:

Et solutis gratiæ zonis.

Sunt qui parœmiã ad ingratos referant, quod ab ijs gratiæ ueluti dispoliẽtur, dum semper auferunt beneficii quippiam, nihil rependunt. Itaque conueniet in illos, qui sua benignitate redigũtur ad inopiam, largientes amicis quidquid nacti fuerint.

Crobyli iugum.

Κροβύλου ζεῦγος, i. Crobyli iugum. De societate duorum pari improbitate dici cõsueuit, ut de quibus est in Epigrammatis Martialis libro octauo.

Vxor pessima, pessimus maritus,
Miror non bene conuenire uobis.

Ductum prouerbium a Crobylo lenone quodam omnium scelestissimo. Is duo scorta domi alebat, quorum lenociniis quam plurimos adolescentes in perniciẽ alliciebat, nec his contentus, eosdem illectos furto compilabat. Vnde Crobyli iugum dictum, uel quod digni uiderentur, qui tanquam pares improbitate cum hoc copulari deberent, uel quod iugum, id est, par scortorum aleret domi.

Mylus omnia audiens.

Μῦλος πάντ' ἀκούων, id est, Mylus oĩa auscultans. Dici solitum, ubi qui se dissimularet audire, fingeretq; surditatẽ, cum omnia tamen auribus curiosis caperet, auscultaretq;. Tractum uidetur a mola, unde exploratores obseruare solebant quæ fierent, nam μύλον molam sonat Græcis, aut Myli curiosi cuiuspiam moribus. Zenodotus testis est, Cratinum hoc usum adagio in Cleobulinis. Hesychius indicat Mylon fuisse poetam quempiam Comicum, præterea piscis esse nomen, nullum opinamur sentiens. Ad hæc μύλλον Græcis significare, curuum, obliquum, ac distortum. Scribit enim duplici λλ. De carcini Strobilis dictum est alias. Habent autem principes quidam & hoc sycophantarum genus, qui se fingunt surdos, ac mutos, quo magis audita referant.

Nos decem Rhodienses, decem naues.

Ἡμεῖς δέκα ῥόδιοι δέκα νῆες. i. Nos decem Rhodiẽses, decẽ naues. In eos torquẽdũ, qui nimium suis tribuunt uiribus. Natũ uidetur a dicto Thrasonis cuiuspiã, qui decẽ homines, decẽ nauibus oppositerit. Nisi malumus ad Homericũ illud referre.

Τλιπόλεμος δ' ἡρακλείδης τ' ἠύς τε μέγας τε

Ἐκ ῥόδου ἐννέα νῆας ἄγεν ῥοδίων ἀγερώχων. i.

Tlepolemusq; Heraclides, magnusq; bonusq;

Ter ternas naues Rhodijs præstantibus aptas

E Rhodo egit.

Obliquus cursus.

Κάμπιος δρόμος, i. Obliquus cursus. Quoties res arte, ac dissimulanter agitur. Aut quoties aliud præ nobis ferentes alio tẽdimus, & cuniculis, atq. ambagibus quibusdã pergimus ad id, quod assequi conamur. Sumptum adagium a genere quodam cursus, qui κάμπιος dictus est, propterea quòd anfractibus certis, ac flexibus perageretur. Vt in aliis impetus, & celeritas plurimum ualuerit, in hoc ars, & ratio plus habuerit momenti. Huiusmodi cursus genus describit Virgilius lib. 5.

Olli discurrere pares, atq. agmina terni
Diductis soluere choris, rursusq; uocati
Conuertere uias, infestaq; tela tulere.
Inde alios ineũt cursus, aliosq. recursus.

Ac paullo post:

At quondam Creta fertur labyrinthus in alta

Parietibus

Parietibus textũ cæcis inter, ancipitemq;
Mille uias habuisse dolum, qua signa sequendi.
Falleret indeprehensus, & irremeabilis error.

Potest à nauigãtibus traductũ uideri, cũ reflantibus uentis, transuersim nauigant.

Ne Iuppiter quidem omnibus placet.

Theognis in sententijs:

Οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
Οὐθ' ὑων πάντας ἀνδάνει, ὅστ' ἀπέχων. i.

Neque Iuppiter ipse,
Siue pluat, seu non, unicuique placet.

Hodieq. uulgo dicunt, neminem inueniri, q satisfaciat omnibus. Nam alijs alia probantur. Et:

Tres mihi conuiuæ, prope dissentire uidentur:

Poscentes uario multum diuersa palato.

Pindarus in Olympiorum 8.

Τερπνὸν δ' ἐν ἀνθρώποις ἴσον ἔσεται οὐδὲν. i.

Inter homines nihil erit æque iucundũ, uidelicet quòd alios alia delectãt, & suum cuique pulchrum est.

Non persuadebis, ne si persuaseris quidem.

Οὐ γὰρ πείσῃς, οὐδ' ἂν πείσῃς.

Haud etenim persuaseris unquam,
Nec si etiã persuaseris istud, prouerbiali schemate dictum ab Aristophane. Est autem hyperbolæ genus, qua significamus tanq. ἀδυνατωτάτοντι. Perinde quasi dicas: Non credam, etiam si uidero.

Nouit hæc Pylæa, & Tyttygias.

Οἱ δ' τε πυλαία ταῦτα, καὶ τυττυγίας. i.

Hæc & Pylæa nouit, & Tyttygias.

Hoc uelut enigmate uetares innuebãt, opes malis artibus quęsitas. Tyttygias plagiarius quispiam fuit, qui seruos, & res alienas, quas furto sustulerat, ĩ Pylęa, is est Arcadiæ locus, uenditare consueuit, atq. hoc quæstu diues euasit. Auctor Zenodotus.

Polycrates matrem pascit.

Πολυκράτης μητέρα νέμει, i. Polycrates matrẽ pascit. Hoc adagiũ ex historia petũt, narrantes Polycratẽ Samiorum tyrannũ, matres militũ, qui in bello interissent, recẽsuisse, easq; locupletioribus ciuibus nutriẽdas tradidisse, unamquamq; his cõmẽdãtẽ uerbis σοὶ ταύτ' ἐστὶ μητέρα δίδωμαι, idest, Hanc tibi do matrẽ. Vsum prouerbij non adscribit Zenodotus, proinde liberum est unicuiq. conijcere, cui sententiæ rectissime possit accommodari. Putamus nõ incommode posse usurpari, quoties aliquis in cõmẽdandis amicis est benignior, officiosiorq;. Aut ubi quis alieno sumptu de quopiã bene mereri studet, ita ut alijs nummos impẽdentibus, ipse præter officiosa quædam uerba nihil insumat.

Teipsam laudas.

Σαυτὸν ἐπαινεῖς, i. Laudas te ipsam, Hemistichium iambicum, quod accinitur, ubi quis sese laudat, suiq; tibicinem agit. Plene sic effertur:

Σαυτὴν ἐπαινεῖς ὥσπερ ἀσυδάμας γύναι. i.

Laudas teipsam mulier Astydamę in modum.

Astydamas histrio quispiã fuit Morsimi filius. Huic statua in theatro ponẽda decreta fuerat, qđ in agẽdo Parthenæũ sese gnauiter, ac scite gessisset. Itaq. titulũ ipse conscripsit, in quo suas laudes cõplectebatur, eumq; in concionẽ attulit, ut approbatus adderet statuæ. Verũ suffragiis populi decretũ, ne molestus ille titulus inscribereť. Ea res primũ comœdiæ iocis agitata, post in prouerbiũ abiit. Ita nunc quoq. non infacete uulgus dictitat, malignos esse uicinos illi, q ipse laudator sui fuerit. Recẽsetť à Zenodoto. Titulus quẽ Astydamas statuę suæ inscripsit, extat ẽt num apud Suidam:

Εἰθ' ἐγὼ ἐν κείνοις γενόμην, ἢ κείνοι ἀμ' ἡμῖν,
Οἱ γλώσσης τερπνῆς φῶτα δοκοῦσι φέρειν,
Ὡς ἐπ' ἀληθείης ἐμρίθην ἀφεθεὶς παράμιλλος
Νῦν δὲ χρόνῳ παρέχω σ' οἷς φθόνος οὐχ' ἕπεται.

Eos uersus eleganter Latinos reddidit Conradus Goclemus, linguę Latinę publicus olim professor in Academia Louaniẽsi, iuuenis utriusq; linguæ ad unguem doctus, & in utroq. scribẽdi genere mirificus artifex, siue prosam orationem malis, siue carmen, subscribere uisum est:

Vixissent utinam mecũ illi, aut inter ego illos,
Quos penes est linguæ suauiloquentis honos.
Præmia prima equidem citra certamẽ haberem.
Nunc adimũt, in quos nil habet inuidia.

Vsurpauit & Iulianus ĩ epistola quadã ab Basilio: ἐπῄνεσα γὰρ ἐμαυτὸν ὥσπερ ἀσυδάμας, i. Laudaui me ipsũ ut Astydamas.

Syrbenæ chorus.

Συρβαίων χορός, i. Syrbenæ chorus. De choreis incompositis, ac tumultuosis olim dictitatum, Nã σύρβη, quidam uocẽ existimant, qua subulci erga sues utantur, unde & σύρβα pro tumultu abutunt. Cęterum Hesychius interpretatur, σύρβαι, μετὰ θορύβου. Idem mox addit σύρβη Græcis sonare thecam fistularẽ, unde συρβιωτὴς dicatur tibicen, aut tumultuosus. Vsurpat Athæneus libro 15. Ἐπεὶ θόρυβος κατεῖχε τὸ συμπόσιον, ἔφη, τίς ἔστος ὁ συρβιωτῶν χορός, i. Cum conuiuiũ esset plenum tumultus. Quis, inquit, iste Syrbenæorum chorus? Sic enim constanter refert hãc uocem Athenæus. Vsurpat idem pagina eiusdem libri proxima: & aliquanto post ex Clearcho docet, qs sit συρβιωτῶν χορός, uidelicet in quo quisq; quod sibi uisum fuerit, canat, nec auscultet, quid præscribat is, qui choro præsidet, quique docet quemadmodum oportet canere. Ducta uidetur metaphora à dissono illo porcorum grunnitu. Non intempestiue dicetur in homines inter se discordes, & querulos, aut ubi offendet aures imperitorum cãtorum symphonia discors.

Hesiodi senecta.

Ἡσιόδειον γῆρας, i. Hesiodia senecta. Lõgęuas, uiuaxq; sic appellabat. Fertur enim de Hesiodi longæuitate Pindari epigramma quoddam huiusmodi:

Χαῖρε δὶς ἡ θήσας, καὶ δὶς τάφῳ ἀντιβολήσας
Ἡσίοδ' ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

Quod autẽ ait, eum bis pubuisse, significat, extremã senectam, quasi pueritiam referentem, iuxta prouerbium quod alibi retulimus, δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Porro qd̃ bis sepultum, alludit ad historiã, cuius meminit Plutarchus in Conuiuio septem sapientũ. Cum ob suspicionem interfectus esset in Locris, & cadauer eius abiectum in mare, Delphinorum agmen illud exceptũ, in Rhium exposuit. Illic cum Locrenses satrum ex more peragerent, & recẽs Hesiodi cadauer agnoscerent, rebus omnibus omissis, cædis auctores uestigarunt: eos comprehensos, uiuos in mare præcipitarũt, ac domos incenderunt. Hesiodum in Nemeo sepelierunt. Sed occultãt sepulchrũ propter Orchomenios, qui moniti oraculo, conabãtur uiri reliquias apud se seruare. Vnde consentaneum est quemadmodum Homeri natiuitatem permultæ urbes sibi uendicant, ita Nemeos simul, & Orchomenios Hesiodi sepulchrũ sibi asserere. Nisi sepultum semel accipere malumus, cũ in mare proiectus esset. Proinde uideto lector, ne pro ἀντιβολήσας legendũ sit ἀντιοώσας, quod paternum admittit casum, cum significat consequi, aut nancisci.

Lotum gustauit.

Λωτὸν ἔφαγες, i. Lotum gustasti, de ijs, dicebatur, qui diutius in peregrinis regionibus hæterent, uelut obliti reditus. Neq; incõcinne dixeris in eos, qui simulatq; semel uoluptatem inhonestam degustarint; ad pristina studia reuocari non queunt. Sũptũ à fabula Lotophagorũ, de quibus meminit Homerus Odysseæ lib. 9. narrãs quẽ admodum Vlyssis socij gustata apud Lotophagos populos herba loto, redire ad nauim noluerint, nisi uerberibus adacti:

Ἀλλάσφι δόσαν λωτοῦ πάσασθαι.
Ὃ δ' ὅστις λωτοῦ φάγοι μελιηδέα καρπόν,
Οὐκ ἔτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, οὐδὲ νέεσθαι.
Ἀλλ' αὐτῆ βούλοντο μετ' ἀνδράσι λωτοφάγοισι
Λωτὸν ἐρεπτόμενοι, μηδ' ἐμμεναι, νόστου τε λαθέσθαι. idest,

Verum illis lotũ degustãdam exhibuere.
Aſt horum quisquis loti gustarat amicũ
Et suauẽ fructũ, neq; nũtia protinus illi
Vlla remittere cura, nec ipse redire studebat.
Verum inibi cum Lotophagis remanere uolebant.
Obliti reditus, carpturi germina loti.

Est autẽ Lotus, quam eandem celtim dici docet Dioscorides libro 1. arbor, de qua Plin. lib. 13. Tam dulcis ibi cibus, ut nomẽ etiam genti, terræq; dederit, nimis hospitali, aduenarum obliuione patriæ. Est & herba eiusdẽ nominis gratissima & ipsa palato, de qua pmulta Theophrastus libro De Plantis quarto, capite nono. Reperimus & hoc prouerbium in collectaneis cuiusdam recentioris, quod quoniam uidebatur haud illepidum adscripsimus.

Ex ore lupi.

Ἐκ λύκου στόματος, i. E lupi rictu, ubi res quępiam præter spem recipitur, quæ iam plane periisse uidebatur, ueluti cum pecunia erepta à prædonibus, aut rapaci tyranno, aliquo inopinato casu recuperatur. Solent enim sic recepta esse gratiora. Sic Flaccus in Odis: Vel hędus ereptus lupo. Nota metaphora. Adagium refertur a Diogeniano. Natum uidetur ab Aesopica fabella, quæ narrat gruem, cum stipulata mercedẽ os, quod lupi gutturi inhæserat, immisso capite eduxisset, præmium exigentem irrisam à lupo fuisse, cum is diceret, abunde magnum esse præmium persolutum, quod ex ore lupi caput incolume retulisset.

Boni uiri lacrymabiles.

Ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες. idest,

At quisquis prouus, is multum lacrymabilis est uir.

De ijs dicebatur, qui facile commouerẽtur ad misericordiam, ac precibus flecterẽtur. Nam illacrymare dicuntur, qui miserescunt. Ouidius:

Quibus possint illacrymasse feræ.

Proinde Horatius Plutonem, quod nullis flectatur precibus, illacrymabilem appellat:

Non si trecenis, quotquot eunt dies,
Amice places illacrymabilem
Plutona tauris.

Et Dido Vergiliana Aeneæ duriciẽ incusans,

Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Num lacrymas victus dedit, aut miseratus amantem est?

Potest & ad Heraclitum referri, res humanas perpetuo fletu prosequi solitum. Contra duros, & inexorabiles, adamãtinos ferreos, & corneis fibris dicimus. Licebit & huc detorquere, quod boni fere cum paupertate rem habent, multaque coguntur perpeti. Adagium recenseturr a Zenodoto.

Bocchyris.

Βόκχυρις seu βόκχυρις, nã utrũq; reperiit. Plutar. in uita Demetrij, Bocchorẽ uocat, indicãs exactum iudicium, βοκχόρεως κρίσιν appellari solere. Rex qdã fuit Aegyptiorum, adeo notæ, & incorruptæ in iudicandis litibus iustitiæ, vt uulgo si quẽ magnopere iustum, & integrũ significare uellet, Bocchyrim appellaret, perinde quasi Rhadamantum dicas, aut Minoem. Plutarchus in commentario De uitiosa taciturnitate testatur, fabulam de hoc iactatam fuisse, quod esset cũ natura grauis, & auste rus, Isis illi aspidem immittere solita sit, q capiti circumuoluta, supernè hominem inumbraret, ut ostento territus recte iudicaret. Adagium refertur a Suida. Dici potest & de ijs, qui non temere de re quapiã pronunciant. Negant enim hunc regẽ solere sententiam ferre, nisi de caussa iam comperta, & certis argumentis deprehensa, & tamen huius Bocchyris iudicium quoddam reprehensum fuit a meretrice Lamia. Adolescens quidam in Aegypto deperibat amore Theonidis meretriculæ. At illa pro nocte mercedem ingentem postulabat. Interim euenit, ut adolescens nocte somniaret se rem habere cum Theonide. Eo viso liberatus est ab amore, desijtq; scorto molestus esse. Illa ubi factum resciuit, appellat adolescentẽ, petit pactã mercedem. Cum non conueniret, itum est ad iudicem Bacchorem. Is caussa cognita pronunciat, vt adolescens tantum pecuniæ afferret in uasculo, quãtum illa postulasset, eamq; præsente, ac inspectante Theonide, huc illucq; manu tenens volueret, & illa interim hęreret umbræ, quasi recte somnium umbra pensaretur. At hoc iudicium ut iniquum reprehendit Lamia meretrix: Per somniũ, inquit, adolescens amore coitus liberatus est, at umbra Theonidem nõ liberauit amore pecunię. Hæc Plutarchus in uita Demetrij.

Camelus saltat.

Vbi quis indecore quippiam facere conatur, & inuita, sicut aiũt, Minerua, camelũ saltare dicebant. Veluti si quis natura seuerus, ac tetricus, affectet elegans, ac festiuꝰ uideri, naturæ, genioq; suo uim faciens. D. Hieronymus prouerbij nomine citat, torquetque in Heluidium. Risimus, inquit, in te prouerbium, Camelum uidimus saltitãtem. Taxat Hieronymus hominis ineptiã, qui cum a Musis esset alienissimus, tamen disertus haberi uellet.

Canis in uincula.

Κύων ἐπὶ δεσμά, i. Canis in uincula. Dicebatur, vbi quis sapium in seruitutem, aut in malum aliquod inijceret. A canibꝰ sumptum vltro se præbentibus uinciẽdos cibi lenocinio. Auctor Zenodotus. Hesychius indicat in eandem sententiam dici: βοῦς ἐπὶ δεσμά, idest. Bos in uincula.

Chius ad Coum.

Χῖος πρὸς κῶον, i. Chius ad Coum. De comparatione uehementer inæquali dicebatur. Nam in ludo talorum iactus, qui Chius dicebatur, vnioni respondebat Cous senioni. Quem Græci Chium dicunt, nos canẽ uocamus, & quem illi Coum, siue ἐξίτλω, nos senionem. Porro quemadmodum Cous inter felices iactus habebatur, ita Chius fuit inter felices. Vnde Persius:

-Quid dexter senio ferret
Scire erat in uotis, damnosa canicula q̃tum
Raderet.

Videtur autem senio per se felix, infelix haberi solere, si accederet canis. Sic enim Martialis:

Senio nec nostrum cũ cane quassat ebur.

Quod si uerum est, adagium conueniet non solum in collationem rerum inæqualium, verum etiam pugnantium. Velut si quis conferat plebeium cum rege, Chius est ad Coum: si quis adolescentem cum sene, contrarietas est, non solum inæqualitas. Adagij meminerunt Zenodotus, Hesychius, & Suidas, nisi quod Suidas pro ἐν habet ἔνδον, pro ἐξ ἐξω. Id utrum scribæ culpa cõmissum sit, an interior talis pars, & exterior intelligenda sit, doctis excutiẽdum relinquimus. Fit autem interim allusio ad gentes, quarum vtriusq; mores non caruerunt nota, sed præcipue Chiorum. Ita simile fuerit illi: κρὴς πρὸς τὸν κρῆτα.

Optimum condimentum fames.

OPTIMVM condimentum fames. Inter apophthegmata Socratica celebratur. Irridebat hoc dicto luxum Atheniensium, q uarijs cupedijs, & operosis condituris conarentur efficere, ut cibus saperet palato, cum id optime præstet fames condimentũ ut optimum, ita & uilissimum. Nihil.n. suauius edi, quam quod editur ab esurientẽ. Manet, hodieq. uulgo tritum prouerbiũ, famem efficere, ut crudę ẽt fabæ saccarum sapiant. Antiphanes apud Stobæum: Απαν δ' ὁ λιμὸς γλυκέα πλὴν αὑτῆς ποιεῖ. .i. Præter seipsam cetera edulcat fames.

Quod fames facit in cibo, idẽ sitis facit in potu. Darius enim in fuga cum aquã turbidam bibisset, & cadaueribus inquinatã, negauit, se vnquam bibisse iucundius, nimirũ nunq̃ sitiens biberat. Eãdẽ sniam sic apud Athenæum lib. 4. effert Xenophon: ἡδὺ μὲν μάζαν, καὶ καρδαμα φαγεῖν πεινῶντι, ἡδὺ δὲ ὕδωρ ἀρυσάμενον ἐκ ποταμοῦ διψῶντα πιεῖν, id est, Dulce est mazam, & nasturtium edere esurienti, dulce est sitienti aquam è fluuio haustam bibere. Ibidem refert quiddam non infestiuum de Socrate, qui frequenter ad multam uesperam ambulare consuenit ante ędes suas, percontantibus quid illic ageret, Obsonium, inquit, comparo in cœnam. De Dionysio, cui fastidienti nigrum ius, quod in phiditijs apponebatur, coquus respondit, non esse mirum, cum deessent condimenta, de palæstra, cursuque ante cœnam sentiens, alias nobis dictum est. Aut natum a Socrate prouerbium, aut ab illo usurpatum, quod uulgo ferebatur. M. Tullius in lib. De finibus bonorum 2. Diceret id, quod Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, cibi condimentum esse famem, potionis sitim. Licebit non nihil gratię addere prouerbio, si longius deflectatur, uelut ad literarum studium, quod eo dulcius est, quo uehementius sitiantur literæ. Et uoluptates commendat rarior usus.

Phani ostium.

Η φάνου θύρα, i. Phani ostiũ. Id accinebatur, ubi quis frustra seruasset aliquid, ueluti si cuius uxorem adulterio uitiari contingeret, q̃ tñ ille multa zelotypia seruasset. Natum aiunt a Phano quodam usurario: uel ut alij dicũt, cæco, qui cũ cellæ penuariæ ostium ita obstruxisset, vt citra stre pitum non quiret aperiri, tamẽ a ministro apertum est, sublatũq; penu. Alij narrant, huic Phano uxorẽ fuisse parum spectatæ fidei, quam quod is haberet adulterij suspectam, atri fores sic occlusit, ut non nisi cum stridore, sonituq; possent aperiri. Verum illa cum per tegulas reciperet adulterum, uicini p iocũ dicebãt, ἡ φάνου θύρα. Eaq; uox postea cessit in uulgi sermonem. Haud scimus, an sit idem cum eo, quod refert Eustachius in Odysseæ lib. ult. φανίου θύρα, A Phania quodam, qui finxerit sibi multam opum uim domi reconditam esse.

Viro Lido negotium non erat.

Ανδρὶ λυδῷ πράγματα οὐκ ἦν, ἀλλ' αὐτὸς ἐξελθὼν ἐπρίατο, i. Viro Lydo negotiũ non erat, at ipse foras profectus parauit, Dici solitũ, vbi qs impatiens otij, ipse sibi negotium, ac turbam arcessit. Allusisse videt huc Plutarchus, aduersus Colotem: Εμοὶ δὲ δοκεῖ καθάπερ ὁ λυδὸς ἐφ' αὑτὸν ἀνοίγειν θύραν μίαν, ἀλλὰ τῇ πλείσταις τῶν ἀπορίων, καὶ μεγίσταις περιβάλλειν τὴν ἐπίκουρον, i. Mihi vero videtur quẽadmodum Lydus ille, in seipsum aperire non vnam ianuam, sed maximis, ac plurimis difficultatibus circumuallare Epicurum. Sumptum a Cræso Lydorum rege, qui antea felix, rebusq; florentissimis vtens, Cyrum in se p uocauit: a quo uictus, in maximas calamitates deuenit. Auctor Zenodotus.

Ne unquam uiri senis.

Ανδρὸς γέροντος μή ποτ' εἰς πυγὼ ὁρᾶν. .i. Tu ne viri vnquam inspicito podicem senis.

Id est, ne requiras illud a quoquam, qd̃ ab eo præstari non possit. Veluti si quis a philosopho requirat eloquentiam, ab oratore exactam colligendi rationem, a sene facilitatem, & festiuitatem iuuenilem. Metaphora fœdior est, quam ut libeat interpretari, simul autẽ apertior, quam ut opus sit. Refertur a Zenodoto.

Amæa Azesiam reperit.

Αμαῖα τῷ ἀζησίαν μετῆλθεν, i. Amæa ad Azesiam accessit. Dici consueuit de re diu, multumq; quæsita, desiderataque. Didymus auctor est, apud Trœzenios Cererem appellari Amæam: Proserpinam, Azesiam. Nota fabula de Proserpina a Plutone abducta ad campos Elysios, & Cerere toto orbe quærente filiam. Refertur a Plutarcho in Alexandrinensium prouerbiorum collectaneis.

Tamquam heros in clypeo excipere.

Αλλ' ὥσπερ ἥρως ἐν ἀσπίδι ξενίσαι σὲ βούλομαι, i. Immo tamquam heros in clypeo te uolo hospitio accipere. Dici solitum, vbi quis suis ipsius artibus, aut benefactis fretus, de amicis bene mereri conaretur. Inde ductum, quod antiquitus heroes assidue in armis agentes, uelut in clypeo diuersabantur: & si quid opus fuisset amicis, quod armis præstari poterat, id prompte præstabant, utpote sola uirtute diuites. Et apud Homerum, heroes tergoribus bubulis accipiuntur, & apud Maronem, Euander Aeneã uillosi pelle leonis accipit. Ex tergoribus autem integebantur clypei.

Iouis sandalium.

Τοῦ διὸς σάνδαλον, i. Iouis crepida. Per ironiam dicebatur in eum, qui magni q̃piam uideri vellet, propter principis alicuius familiaritatem, ueluti si quis insolens sit, ac ferox, quod regius sit coquus, aut imperatoris satelles, aut pontificius tonsor, apposite diceẽt, τοῦ διὸς σάνδαλον. Nihil autem uetat, quo minus & ad rẽ accommodetur: ut si quis equum regium, aut vestem miretur, quemadmodum uulgus facere consueuit non ob aliud, nisi quod regis sit. Suidas ex Eupolide citat.

Lux affulsit.

VBI melior rerum spes ostẽdi cæperit, lucẽ adfulsisse dicũt. Euripides in Oreste:

Ηκει φῶς ἐμοῖς, καὶ σοῖς κακοῖς. .i. Meisq. uenit lumen, ac tuis malis.

De Menelao dictum, è cuius aduentu remedium aliquod malorum suorum sperabant. M. Tull. in Antonianarũ prima, Lux quędam uidebatur oblata, non modo regno, quod ptuleramus, sed etiam regni timore sublato. Porro lumen fausti ominis apud ueteres fuisse, testis est & M. Varro li. De lingua Latina 2. Putat enim mane diei inde dictum, quod antiquitus manum bonum vocabant. Ad cuiusmodi religionem Græci quoque cum lumen infertur, solent dicere, φῶς ἀγαθόν. Nos item illata lucerna fausta inuicem precamur. Lumen.n. vitam interpretantur. Vnde inuisam abrumpere lucem. Et tædet cæli conuexa tueri. Euripides in Iphigenia in Aulide:

Τὸ φῶς τὸ δ' ἀνθρώποισιν ἡδίστον βλέπειν .i. Lucẽ tueri est hominibus dulcissimũ.

Et apud Græcos βλέπειν, simpliciter dicuntur, qui viuunt. Aegyptij uitam lucernæ symbolo repræsentabant, quod nihil aliud existimarent esse uitam, quam ignẽ humore, velut olei liquore, nutritum.

Lupus aquilam fugit.

Λύκος ἀετὸν φεύγει, i. Lupus aquilã fugit, vbi periculum imminens euitari non potest. Aquilam.n. alata cum sit, frustra lupus fugit. Refertur a Diogeniano, meminit autem & Zenodotus. Nec indicant originem prouerbij. Numquã enim audiuimus aquilas molestas esse lupis.

Lupus

Lupus ante clamorem festinat.

Λύκος πρὸ τῆς βοῆς πρόδδει. i. Lupus ante clamorem festinat, ubi quis admissi conscius, vltro timet, prius quam accusetur. Siquidem lupus simul atque prædam rapuit, mox properat aufugere, ne coorto rusticorum clamore veniat in periculum. Auctor Diogenianus.

Lupo agnum eripere postulant.

LENO quispiam in Pœnulo Plautina: Lupo agnũ eripere postulant, nugas agũt. Vbi quis frustra conatur prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim videtur sperare futurum, vt lupus agnum semel abreptũ amittat. Con fine illi, quod alibi diximus, ἐκ λύκου στόματος, idest, E lupi ore.

Viam qui nescit ad mare, &c.

PLAVTVS in Pœnulo: Viam qui nescit, qua deueniat ad mare, eum oportet amnem quærere comitem sibi, id est, qui rem commode conficere nequit, is quauis ratione conficiat necesse est. Potest & in hunc accommodari sensum, qui per se nõ sapit, alijs obtemperet, qui plus sapere videantur. Potest item in hunc, Qui recte viuendi rationem ignorat, eos sibi proponat quorum vita laudata est. Fluuius etiam si longis ambagibus, tamen aliquando ad mare deducit, quandoquidem illuc infunditur. Huic confine est, qui uiæ ignarus est, virgiferum adhibet. Cato Censorius in eos, qui subinde ambirent magistratum, non inscite dicere solet, eos καθάπερ τοὺς ἀγνοοῦντας τὴν ὁδὸν ἀεὶ μετὰ ῥαβδούχων ζητεῖν πορεύεσθαι μὴ πλανηθῶσι, i. Non aliter quam uiæ ignaros semper uelle cum uirgiferis incedere, ne errarent. Magistratus enim ex more lictor, aut aliquis uirgam gestans præcedebat.

Volens nolente animo.

Ἑκὼν ἄκον τί γε θυμῷ, i. Volens inuito sane animo. Hemittichium Homericũ Iliados libro quarto. Dicendum, ubi quis fingit se nolle, quod cupit, aut contra. Terentius nõ dissimili figura dixit in Andria: Tu uoluntate coactus es tua. Non nunq; de ambigente, animiq; incerto dicitur, ut apud Euripidem in Hecuba:

Ὁ δ' οὐθέλων τε καὶ θέλων. idest, At is uolens q; , & non uolens.

Est etiam i arcanis prouerbijs Hebræorum: Pigrum uelle, & non uelle.

Vulturis umbra.

Γυπὸς σκιά, idest, Vulturis umbra. De nullius precij homine dicebatur. Refertur a Diogeniano. Sed magis quadrare uidetur in hæredipetas, aut alioqui rapaces inhiantesque prædę. Respondet illi: Si vultur es, cadauer expecta.

Præsens abest.

Παρὼν ἀποδημεῖ, i. Præsens peregrinatur. In eum dicendum, qui non animaduertit ea, quæ dicuntur, cogitatione alijs in rebus occupata. Vnde quos iubemus attẽtos esse, ijs sic loqui solemus. Hic estote, & hoc agite, & adeste animis. Hodieq; vulgo dicũt, cogitatione peregrinante, domi non esse, sed foris. Terentius in Eunucho. Cũ isto milite præsens, absens vt sies, i. corpore quidem præsens, cæterum animo semota. Cõtra qui amãt, absentes, præsentes sũt, ueluti de Didone Virgilius in quarto.

-Absens absentem, auditque, uidetque.

Teocritus Cyrenensis Therapeutices li. 1. ex Heraclito Ephesio adducit. Ἀξύνετοι ἀκούσαντες κώφοις ἐοίκασι, φάτις, αὐτοῖσι μαρτυρεῖ, παρίοντας ἀπεῖναι, i. Stolidi cum audierint, surdis sunt adsimiles. Testatur prouerbiũ illos præsentes abesse. Item Aristophanes in Equitibus,

Πρός τε τὸν λέγοντ' ἀεὶ
Κέχηνας, ὀνᾶς δέ σε παρὼν ἀποδημεῖ. i.
Tu semper inhias ad loquentes, cęterum
Animus peregre est, mensque tua præsens abest.

Vna lauabor.

Παραλοῦμαι, i. Vna lauabor. Dici cõsueuit, ubi quis insinuat se in societatem alterius, aut ubi quis admittit aliquẽ in societẽ, uti qui pauperior est, sumptũ effugiat. Suidas ait olim fuisse morẽ, ut diuites una cũ pauperibus lauarent, ut quibus propria supellex strigilum, spongiarum, guttorũ, atq. id genus rerum non esset, diuitum uterentur supellectile. Citat idem Aristophanẽ ex Anagyro, ἀλλὰ πάντας χρὴ παραλοῦσθαι, καὶ τοὺς σπόγγους ἐᾶν. i. Verũ oportet omnes una lauare, ac spongias omittere. Tamquã hoc commoditatis laturi sint tenues,

tenues, si cum diuitibus balneum ingrediantur, ut spongijs suis parcant. Vnde nobis videtur, non inconcinne dici posse, vbi quis leuiculam aliquam commoditatem, quam citra suum incommodum præstat, perinde ut ingens beneficiũ imputat. Qui dã codex habet: παραδύομαι, uelut una mergor.

Pinus in morem.

Πεύκης τρόπον, i. Piceæ ritu. Vbi q fundítus, radicitusq; perit, ita ut nullo pacto restitui possit, piceæ ritu perditus dr. Nam piceam succisam negant suppullulascere. Meminit huius prouerbij Staphylus, citante Diogeniano meminit & Suidas.

Procridis telum.

Πρόκριδος ἀκόντια, i. Procridis iacula. De ijs, qui ueluti certis telis, quidquid aïo destinant, assequuntur. Sumptũ à notissima fabula, uel Ouidio narratore, libro Transformationũ septimo, de Cephalo, qui certo iaculo emisso, Procridem uxorem interemit, ratus feram esse. Huic diuersum est illud Horatianum.

Non semper feriet, quòdcunque minabitur arcus.

Idest, non semper assequeris quod cupis.

Promeri canes.

Προμέρου κυνές, i. Promeri canes. Dici solitũ, ubi quis nouo casu pęnas daret ijs, quos aliqũ læsisset. Promerus regius quidã minister fuit. Is Euripidem tragicum poetam, supra modum exosum habebat, delatus ab eodem aliquando, nescio quo nomine apud regem. Quare postea canes quosdã feros in poetam soluit, a quibus ille deuoratus interiit. Proinde quoties potens quispiam offensus, aliquos subornat, submittitq; qui tibi negotium facessant, tempestiue dixeris, προμέρου κυνές. Cõuenit cũ illo, quod alio dictum est loco, κυνὸς δίκλω, idest, Canis uindictam. Recensetur a Diogeniano.

Magistratum gerens, audi & iuste, & iniuste.

Ἄρχων ἄκουε καὶ δικαίως, κἀδίκως. idest, Princeps iniqua, & æqua pariter audias.

Sumptũ aiunt hoc adagium ex Solonis elegijs, etiam si hic trimeter est iambicus. Admonet, ut qui in tractandis Reip. muneribus uersatur, patientissimis sit auribus, æquoq; animo & bene, & male audire consuescat: neque facile populi uel laudibus, vel conuitijs à recto dimoueatur: Cõgruit huic illud Sophocleum in Antigone.

Ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τόνδε χρὴ κλύειν,
Καὶ σμικρὰ, καὶ δίκαια, καὶ τἀναντία. i.
Sed quem instituerit ciuitas, & parua eũ
Audire oportet, & æqua, & his contraria.

Potest & ad hoc accõmodari, quod quidã Romanus imperator dixisse legitur, in ciuitate libera linguas itẽ liberas esse oportere. Neque uero mirum aut magnum, si principes permittant populo, quæ uelint dicere, cum ipsis liberum sit, quæ uelint, facere. Præterea de principum factis vulgus uarie pronũciare cõsueuit, quod alius probat, alius damnat. Maiore autem animo oportet esse principem, quã ut huiusmodi uoces captandas, aut obseruãdas existimet: tantum id spectet, quod ex usu sit reipublicæ. Huc Alexandri dictum pertinet, cui cum quidam renunciasset, esse, qui de ipso male loqueretur: Regium est, inquit, male audire cum bene feceris.

Fulgur ex pelui.

Ἀστραπὴ ἐκ πυέλου. i. Fulgur ex pelui. De minis inanibus eorum, qui lædere nõ queant. Fulgor enim, qui fulguris imitatione quadam e uasculorum nitẽtium uibratione, aut ex aquis redditur, nocendi uim nullã habet, pueros modo territat. Habentur & hodie specula quædam, quæ uibrata ad solem fulgur imitantur: uerum id fulmen non est, quod montes, ac maria percutiat, ut inquit Plinius. Paræmiam recẽset Diogenianus. Ad quã allusit Augustinus, in lib. De quinque hæresibus, Non nos hostium turba, non bellantiũ reuocet forma, non quasi uitrea fulgentia terreant arma.

Ex inanibus paleis.

Ἀτὰρ ἐκ καθαρῶν ἀχύρωντε τετρύγηκας σιτίον, i. Atqui e puris paleis trituram frumenti facis, i. Operam sterilẽ, & infrugiferam sumpsisti. Natũ a rusticis adagiũ, cum male enatis segetibus, præter culmos & paleas nihil afferunt in horrea. Recenseturr a Diogeniano.

Atrei oculi.

Ἀτρέως ὄμματα, i. Atrei oculi. De torno, truculentoq; aspectu dicebatur. His n oculis in tragœdiis inducebatur Atreus, qui

qui Thyestæ fratri filios ipsius epulandos apposuit, propter uxorem adulterio uiriatam.

Mutus Hipparchion.

Ἄφωνος ἱππαρχίων, i. Mutus Hipparchion Vbi quis repente obmutescit, cum maxime uox illius expectatur: id quod nõ raro consueuit quibusdam in cœtu dicturis euenire, ut subito uelut attonitis uox faucibus hęreat. Quod aiũt accidisse Theophrasto, homini in circulis alioquin eloquentissimo. In huiusmodi casu igitur fuerit huic adagio locus. Narrant olim apud Græcos, duos præcipuos fuisse citharœdos Hipparchionem, & Rufinum. Cum autem in solemnibus ludis, qui decimo quoque anno apud Iuliopolitas agebantur, essent inter se decertaturi: contigit, ut Hipparchion theatri strepitu turbatus, obticuerit, eaque res in vulgi iocum abiit, Auctor Zenodotus.

Pecuniarum cupiditas Spartam capiet, præterea nihil.

Φιλοχρηματία σπάρταν ἕλοι, ἄλλο δὲ οὐδέν. idest,

Vna fames auri Spartam capiet, subigetq;
Præterea nihil.

De iis, q sola pecunia possunt expugnari, alioquin inuicti. Natũ adagium ab oraculo, quo respõsum est Alchmeni, & Theopompo Spartæ regibus, tum demum uincẽdos esse Lacedæmonios, cum aurũ, & argẽtum in precio cœperint habere. Respõdet apophthegmati Philippi Macedonũ regis, qui putauit nullam arcem tam munitam esse, quin capi posset, modo asino pateret accessus onusto auro. Respondet & Danaes fabulæ, à qua nulla custodia, auri insultũ arcere potuit. Meminit M. Tullius in sẽdo libro Officiorũ, & Plutarchus ĩ Laconicis.

Non decet principem solidam dormire noctem.

INTER pleraque Homeri carmina, quæ quondam prouerbiorũ uice celebrata fuisse testatur Macrobius, illud uel præcipue annumerauimus, quod est in Iliados libro ecundo:

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. idest,

Haud dignum duce, idest, noctem dormire per omnem.

Admonet parœmia, vigilantiam, ac solicitudinem maxime cõuenire principibus; ut qui tantam negotiorum sarcinam substineant humeris. Vnde & Virgilius Æneã suum alis dormientibus, aut uoluptati indulgentibus, aut uigilãtem facit, aut certe excitat, fingitq. cogitabundum, sobrium, & de futuris agitantem animo:

At pius Æneas per noctẽ plurima voluẽs.

Et rursum:

Æneas potes hoc sub casu ducere sõnos?

Atque iterum:

Vigilasne Deum gens
Aenea? vigila.

Huius rei pclarum exemplum prębuit. Epaminondas ille dux Thebanus. Siquidẽ cũ Thebani ciues festis quibusdã diebus solutius cõpotationibus indulgerent, licẽtiusq; uoluptatibus fruerentur, ille solus uigil, ac sobrius arma lustrabat, & urbis obambulabat mœnia. Rogatus cur id faceret, respõdit se νήφειν, καὶ ἀγρυπνεῖν, ὅπως ἐξῇ τοῖς ἄλλοις μεθύειν, καὶ καθεύδειν. i. sobriũ esse se, ac uigilare, quo reliqs liceret temulentos esse, ac dormire, quemadmodum refert Plutarchus in libello Aduersus ducem imperitum. Porro quæmodo retulimus ex Homero, dicũtur ad Agamemnonem sub persona somnij, Nestoris speciẽ imitantis Integrũ carmen sic habet:

Εὕδεις ἀτρέος υἱὲ δαΐφρονος ἱπποδάμοιο,
Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
ᾧ λαοί τ' ὀπιτετράφατα, καὶ τόσσα μέμηλε. idest,

Belligeri Atridæ proles dormis ne Agamemnon?
Perpetuam noctem dormire haud principe dignum est,
Cui populi cõmissi, & tãta negotia curę.

Eundem ceteris dormientibus solum uigilantem facit Iliados κ.

Ἄλλοι μὲν παρὰ νηυσὶν ἀρίστῆες παναχαιῶν
Εὗδον παννύχιοι μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ,
Ἀλλ' οὐκ ἀτρείδῃ ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν
Ὕπνος ἔχε γλυκερός, πολλὰ φρεσὶν ὁρμαίνοντα. idest,

At reliqui Danaũ proceres noctem usq; per omnem.
Dormibant, placido corre pti membra sopore
At non Atridem pastorem Agamemnona plebis
Somnus habet dulcis, uersantem pectore multa.

Consi-

Consimilem ad modum Iouem uigilãtem fecit Iliados 2.

Ἄλλοι μὲν ῥα θεοί τε, καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ
Εὗδον παννύχιοι, δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος,
Ἀλλ' ὅγε μερμήριζε κατὰ φρένας. i.

Tum reliquos omnes, diuosq;, uiros que tenebat.
Pernox somnus. at insomnis Saturnius unus,
Pectore sollicito uoluebat.

Narrat Plutarchus in eodem cõmentario, quem modo citauimus, quiddam nec alienum ab hac parœmia, nec indignũ memoratu, nimirum regi Persarũ hunc fuisse morem, ut semper unum quempiam haberet cubiculariũ, cui hoc muneris erat mandatum, ut mane regium thalamum ingressus, his uerbis illũ expergefaceret: Ἀνάστα ὦ βασιλεῦ, καὶ φρόντιζε πραγμάτων, ὧν σὲ φρουτίζειν μεσορομάσδης ἠθέλησε. i. Surge rex, ac negotia cura, quæ te Mesoromasdes curare iussit, Quod si quis princeps eruditus sit, ac prudens, huic nihil opus fuerit hmõi cubiculario monitore: sed ipsa rõ sẽper in pectore tale quiddã insonabit: φρόντιζε, καὶ οὐ χρὴ παννύχιον. Plato septimo De legib. libro, multis modis vigilãtiã cõmẽdat, maxime ĩ principe. Eius uerba sũt: Ἐγρηγορότες δὲ ἄρχοντες ἐν πόλεσιν νύκτωρ φοβεροὶ μὲν κακοῖς, πολεμίοις τε ἅμα, καὶ πολίταις. i. Principes, qui noctu uigilãt in ciuitatibus, malis sunt formidabiles ciuibus, pariter & hostibus. Ac paullo superius eodem in loco: Καθεύδων γὰρ οὐδεὶς, οὐδένος ἄξιος. i. Nullus. n. dormiens alicui⁹ est rei. Dormiunt autẽ, qui oscitãter agũt, quibus interdum succedit, sed raro. Proin recte Pindar⁹ Olymp. 10. Ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροι τινὲς. Gaudium citra laborem pauci quadam assecuti sunt.

Capram portare non possum, & imponitis bouem.

PLVTARCHVS in commentario, cui titulus: περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζειν.

Ἐπεὶ τὸ τῆς παροιμίας ἔσται γελοῖον,
Οὐ δυνάμαι τὴν αἶγα φέρειν, ἐπιτίθετέ μοι βοῦν. i.

Tauro oneratis, cum nequeam portare capellam

Vbi quis, quod leuius est recusat, & qd multo sit intolerabilius, imponi sibi postulat. Veluti si quis impatientia paupertatis, nam ad id accommodat Plutarchus, usuris inuoluat sese, quod onus uix diuitibus sit tolerabile.

Numquam enim meos boues abegerunt, nec equos.

Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμοὺς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους. i.

Non enim equos umquam mihi subduxere bouesve.

Prouerbiali figura uidetur olim usurpatum, pro eo quod est: Numquã me lęserũt, aut adfecerunt iniuria: Cum negamus nobis esse caussam, cur illum aut illum odisse debeamus. Plutarchus in cõmẽtario de uitanda usura: Καὶ ταῦτα μήμε οἰέσθω λέγειν πόλεμον ἐξενηνοχότα πρὸς τοὺς δανειστάς. οὐ γὰρ πώποτ' ἐμοὺς βοῦς ἤλασαν. οὐδὲ μὲν ἵππους. i. Neq. uero me existimetis hęc dicere, quod, bellum mihi sit cum usurarijs.

Numquam etenim uel equos mihi subduxere bouesve.

id est, numquam quidquam mei abstulerunt. Id quo longius traducetur a simplici sermone, hoc magis erit prouerbiales. Sũptum est autem ex Iliados Homericæ lib. primo: ubi Achilles contendens cum Agamemnone, negat sibi caussam esse, quamobrem cum Troianis bellum suscipiat, nisi ut illi morem gerat.

Οὐ γὰρ ἐγὼ τρώων ἕνεκ' ἦλυθον αἰχμητάων
Δεῦρο μαχησόμενος, ἐπεὶ οὔτί μοι αἴτιοί εἰσιν
Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμοὺς βοῦς ἤλασαν, οὔ τε μὲν ἵππους
Οὐδέποτ' ἐν φθίῃ ἐριβώλακι βωτιανείρῃ
Καρπὸν ἐδηλήσαντο. i.

Haud ego Troiugenum huc accessi nomine, quo cum
His bellum gererem, neque enim sum lęsus ab istis.
Numquam etenim uel equos mihi subduxere, bouesve
Nec Phthies vmquam segetumq;, uirũq. feracis
Sunt populati agros.

Dictũ est autem ex antiqui sęculi ritu, quo cum uita mortaliũ adhuc esset pastoralis, prima belli caussa erant abacta pecora: quemadmodũ eleganter indicat Homerus Iliad. Σ. depingens Achillis clypeum.

Τοῖσι δ' ἔπειτ' ἀπάνευθε δύο σκοποὶ εἵατο λαῶν.
Δέγμενοι ὁππότε μῆλα ἰδοίατο, καὶ ἕλικας βοῦς.

Οἱ δὲ

Οἱ δὲ τάχα προγένοντο, δύω δ' ἀμ' ἔπον-
το νομῆες:
Τερπόμενοι σύριγξι, δόλιον δ' ἔτι προ-
νόησαν
Οἱ μὲν τὰ προιδόντες ἐπέδραμον, ὦ κακὸ δ'
ἔπειτα
Τάμνον δ' ἀμφὶ βοῶν ἀγέλας, καὶ πάσα
καλὰ
Αργυνῶν ὀΐων, κτεῖνον δ' ἐπὶ μηλοβοτῆ-
ρας.

Et reliqua quæ sequuntur: Quos uersus ne quis omnino cõtemptos, quæratur, ita uertimus:

De hinc procul bis speculatores populi unus & alter
Obseruant, si fors uideant ouiumve, boumve
Agmina, at hęc confestim adsunt, quę pone sequuntur
Pastores duo, demulcẗes pectora cãnis,
Ignari fraudis: contra illi ex composito, mox
Accurrunt, armenta boum, niueosque bidentum
Concidere greges, cæsis pastoribus ipsis,

Felix qui nihil debet.

Εὐδαίμων ὁ μηδὲν ὀφείλων, i. Felix qui nihil debet. Sententia Græcis celebrata: quam facile is veram dicet, qui periculum fecerit, quid sit ære alieno obstrictum esse. Qui non sit expertus, is Plutarchi commẽtarium euoluat De uitandis usuris, quãq. sit miserum debere facile cognoscet. Quid enim calamitosius quam toties erubescere, toties perfricare faciem, fugitare, latitare, mentiri, dissimulare, nunc supplicem agere, nunc flagitare palam appellari, uitari, notari digito: breuiter numquam tui iuris esse? Nam hæc, cumq. his multa alia incommodo secum affert æs alienum. Extat in hanc sententiam epigramma Græcũ huiusmodi, titulo Automedontis:

Εὐδαίμων πρῶτον μὲν, ὁ μηδενὶ μηδὲν
ὀφείλων,
Εἶτα δ' ὁ μὴ γήμας, τὸ τρίτον, ὅς τις ἄπαις
Ην δὲ μανεὶς γήμῃ τις ἔχει χάριν, ἢν κα
τορυξῃ
Εὐθὺς τ' γαμετῆ, πρῶικα λαβῶν μεγάλῳ.
Ταῦτ' εἰδὼς, σοφὸς ἴσθι. μάτην δ' ἐπὶ
κέρον ἔασον
Πᾶ τὸ κενὸν ζητεῖν. καὶ τίνες αἱ μοναδες. i.

Qui nulli debẽ, fortunatissimus ille est.
Proximus huic cęlebs, tertius orbus erit.
Quod si qs demens uxorem duxerit, illi
Hæc ita res demum cõmoda grata feret:
Eueniat si fors, ut grandi dote recepta,
Protinus uxorem deferat in tumulum.
Hæc doctus sapiens, Epicurum quærere frustra,
Qua sit inane sinas, quæq. sient monades.

Plutarchus in libello, cui titul[o]: περὶ τοῦ δεῖν δανείζεσθαι scribit Persis duo fuisse peccata: primũ debere, proximum mẽtiri. Nam ea iudicabãt cohęrere, quod qui sunt obærati, sæpius cogantur mentiri. Quod autem refert Plutarchus, est apud Herodotum libro primo.

Ad digituli crepitum.

Qui arrogantius, fastuosiusque iubent quippiam, digituli crepitu significare dicuntur. Diuus Hieronymus in epist. ad Rusticum monachum vsurpauit, in supercilio sum quendam, & fastidientem, qui dicturus, digituli crepitu silentium imperabat, deinde simili fastu singulas uoces, per interualla promebat, ut singultire crederes, non proloqui. Videtur autem hic gestus fuisse dominorum, seruis humilius aliqd̃ ministerium innuentium. Martialis libro tertio in Zoilum.

Digiti crepantis signa nouit Eunuchus.

Item in Distichis:

Cum poscor crepitu digitorum, & verna moratur.
O quoties pellex culcitra facta mea est.

M. Tullius libro Officiorũ tertio; Itaq. si vir bonus habeat hãc uim, ut si digitis cõ crepuerit, possit in locupletum testamẽta nomen eius irrepere, hacvi non vtatur, ne si exploratum quidem habeat id omnino neminem umquam suspicaturum. Simile est illud de nuru, & re nutu Iouis, quod ex Homero citat Plinius in Epistolis. Et nutu dicũtur efficere, qui minimo negotio rẽ conficiunt. Item ad omnes nutus obseq, qui prompte morigerantur.

Suem irritat.

Υν ὀρίνει, id est, Suem irritat. In auidum rixarum dicebatur. Sus enim agrestis prouocatus, recta petit eum, a quo prouocat[o] est. Sic enim narrant uenandi periti, si quis suem lancea protensa prouocarit, etiã si iam ille sequebatur alium quempiam, illi conuertere cursum, & in prouocatorem tẽdere, ne cuspide quidem uitata.

Seruatori tertius.

Τὸν τρίτον τῷ σωτῆρι. i. Tertium seruatori.

tori. Proclus Diadochus in cõmentario de tribus animi partibus, iuxta Platonis diuisionem, deq; quatuor uirtutum generibus, usurpauit adagium hoc, his quidem uerbis; Αλλὰ τούτων διαλυθέτων, καὶ τὸν τῆς ψυχῆς μερῶν κατ' οὐσίαν διακριθέντων, τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι φασὶ, idest, His dissolutis, animiq; partibus iuxta suam rationẽ distinctis, tertiũ seruaturi, qd̃ aiunt. Sentit autem Proclus, absolutis duobus restare tertiũ, videlicet, quo pacto quatuor virtutes ad tres illas animi partes possint referri. Proclus vt Platonem imitatus, in Charmide: πάλιν τοίνυν ἐγὼ τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς ἐπισκεψώμεθα. i. Rursum igitur, inquam, tertium sospitatori, uelut ab initio consideremus. Eodẽ allusisse uidetur, licet rectius, lib. De legibus 3. οἱ δὲ τρίτος σωτῆρ ὑμῖν ἔτι παραγῶσαν, καὶ δυμκμένλω τλῳ ἀρχλῳ ὁρῶν, εἶον ψάλλιον ἐνέβαλλεν αὐτῇ, τοῦ ἐφόρων δύναμιν. i. Porro tertius vobis seruator vidẽs principatum adhuc frementẽ, & animosum, ceu psallium iniecit illi, Ephororũ potentiam. Sentit Lacedæmoniorũ rẽp. tribus modis fuisse temperatam, ne erumperet in tyrannidem. Primum addita, altera familia, ex qua reges creari liceret. Nã initio ex una tantum phas erat. Deinde nobilium, ac principum potentiæ opposita uigintiocto seniorum auctoritas, quæ in grauissimis negotiis regiæ par habebatur. Postremo quinque Ephororum magistratus, cui rex parere cogebatur, Hæc autem omnia putat numinis prouidẽtia fuisse procurata ad ciuitatis incolumitatem, eoq. dicit, tertius seruator. Sumptum est adagiũ ex Isthmiorum hymno sexto Pindari, apud quem de tertio Iouis Sospitatoris calice legimus ad hunc modum:

Εἰ δὲ τρίτον.

Σωτῆρι πορσαίνοντας ὀλυμπίῳ, αἴγιναν
κατασσέν δειν μελιφθόγγοις ἀοιδᾶς,
subaudi: Κρατῆρα.

Quorum carminum hęc ferme mẽs est, Optat Pindarus, ut aliquãdo uincat Olympia Æginensis, quo contingat tertium miscere calicem Sospitatori Ioui, nõ sine laudibus, tum ipsius victori, tum Iouis Olympij. Craterem autem intelligit, aut simpliciter eum, qui sumitur in conuiuiis victorialibus, aut κρατῆρα τὸν ᾠδῶν, id est, Calicem cantionum, quemadmodum alibi: Γλυκὺς κρατὴρ ἀγαφῶν ἐγκτῶν ἀοιδᾶν, i. Dulcis calix vocalium cantionum.

Quo quidem loco Pindaricus interpres ostendit antiquitus fuisse morem, ut in cõuiuijs primus calix misceretur Ioui Olympio, secundus heroibus, tertius Ioui seruatori. Testem huius rei citat Sophoclem ἐν ναυπλίῳ.

Ζεῦ παυσίλυπέ τε, καὶ διὸς σωτηρίου
Σπονδὴ τρίτου κρατῆρος. i.

Curarum ademptor Iuppiterq. & tertij Libatio scyphi Sospitatoris Iouis.

Citat & Aeschylum in Epigonis.

Λοιβὰς διὸς μὲν πρῶτον ὡραίου γάμου
Ηρας τε, εἶτα τῷ δ' ὑστέραν γε κρείσσιν
Ηρωσι νέμω, εἶτα, τρίτον διὸς τοῦ σωτῆρος
δίκταίαν λίβα. i.

Libationes primum quidem Iouis tempestiuarum nuptiarum, Iunonisq. Deinde secundum poculum heroibus tribuo. Deinde tertio loco Iouis Sospitatoris opta bilem stillam. Addit autem, hunc calicem σωτῆρος appellatum, quod hucusque potatio citra ebrietatem, animiq. noxam consisteret. Vltra quẽ si quis progressus esset, iam ad libidinem, intemperantiamque res urgere uideretur, iuxta illud apud Apuleium Asclepiadis dictum, existimantis primum craterem pertinere ad sitim, secundum ad uoluptatem, tertium ad ebrietatem, quartum ad insaniam. Hunc autem eundem, διὸς σωτῆρος calicem appellant τέλειον, siue quod in hunc desineret bibẽdi modus: siue quod hic numer[o] inter omnes absolutissimus esse putatur, ut cui adsit & initium, & medium, & finis, eoq. rebus diuinis potissimum accommodatur, & a Platone refertur ad animum, vtpote diuinum, & ob id ternione constantem. Ne id quidem theologica ratione uacat, quod primam, & ultimam pateram Ioui dicarint, mediam semideis. Primum enim heroibus medius locus competebat, uel quod iuxta Platonis sententiam medię cõditionis essent inter summos illos deos, οἱ ὄλυμπον ἔχουσι, vt inqt Homerus, quos Plato mentes autumat esse nullis obnoxias corporibus, & inter nos corporibus oneratos, & ob id affectibus, mortiq. obnoxios; Dæmonibus enim Platonici tribuunt corpora, tametsi non eiusmodi, qualia sunt nostra, uerum aerea, cuius opinionis se fuisse testatur & diuus Aurelius Augustinus, in libello De natura dæmonum, & alias aliquoties. Vel quod iuxta poetarũ fabulas

fabulas ſemidei compoſitæ, mediæq; ſunt originis, ex altero parente deo, altero homine: uelut Hercules ex Alcmena, & Ioue, Caſtor, & Pollux ex Leda, & Ioue. Porro Iouem intelligunt mẽtem illam ſummam omnia ſimul complectentem, ut idem & initiũ, & finis ſit omnium: eamq; ob cauſſam ab hoc auſpicabantur potationem, & in eundem finiebant. Meminit Iouis Soſpitatoris non ſemel Ariſtophanes in Pluto, uelut hoc loco:

Τὸν ἥν δία τ' σωτῆρα κ' αὐτός μοι δοκῶ
Χαίρειν ἐάσας ἐνθάδ' αὖτ' καταμένειν. i.
Mihi itaque uiſum ſoſpitatorem Iouẽ vt
Valere finam, atque hoc permaneã poſthac loco.

Tradit interpres tẽplum Athenis fuiſſe τ' διὸς σωτῆρος, quẽ eundẽ quidam ἐλευθέριον appellant. διὸς σωτῆρος mẽtionẽ facit & Athenæus in Dipnoſophiſtis, libro ſecundo, addens olim fuiſſe morẽ, ut cibis appoſitis mox uinum indilutum infunderetur, quo nimirum declararent, quanta uis eſſet boni dei. Deinde cum ſuo quiſq. arbitrio diluiſſet, nomen Iouis Seruatoris præfabantur, innuentes ita temperatum, vinum tuto, citraque noxam bibi. At idem lib. vndecimo propemodum docet, & poſt cœnam a lotis manibus inferri ſolere calicem Iouis Seruatoris, qui idem fuerit cum eo, qui dictus eſt ἀγαθοῦ δαίμονος, Diphilum adducens auctorem qui ſcripſerit in Saphone:

Αρχίλοχε δέξαι τοῦ δε τ' μεταυιπτρίδα
Μεστὸν διὸς σωτῆρος ἀγαθοῦ δαίμονος. i.
Archiloche ſumito hanc tibi metaniptridem
Plenam Iouis Soteris optimi dei.

Adagio licebit uti, cũ ſignificabimus nos ad id, quod in negotio poſtremum, ac præcipuũ eſt accedere. Prius q̃ finẽ faciamus illud admonere libet, ex Pindari uerbis, eũdẽ videri Iouẽ Olympiũ, ac Soſpitatorem. Plutarchus cõuiualiũ q̃ſtionũ, decade quinta de trib. his calicib. loquitur, ni fallimur: Οὐδὲ γὰρ θεῷ θύοντες, πᾶσι τοῖς ἄλλοις θεοῖς, μελίσσα καὶ σῶ ναοῖς, καὶ βωμοῖς καθιδρύομεθα, ἀλλὰ τριῶν κρατήρων κιρναμένων, τοῖς μὲν ἀπὸ τ' πρώτου ἀπένδομεν, τοῖς δὲ ἀπο τ' δευτέρου, τοῖς δὲ ἀπο τ' τελευταίου. φθόνος γὰρ ἐξω θείου χορῦ ἵσταται, i. Neque enim cum deo rem diuinã fecimus, reliquis omnibus dijs, maxime cum templis & aris uota facimus. Sed tribus crateribus mixtis, aliis de primo libamus, aliis de ſecundo, aliis ex ultimo. Nam inuidia ſtat extra chorum diuinum. Meminit huius rei & decade ſeptima, demonſtrans, cum uni ſacrificabatur deo, omnibus ſimul vota fieri, ſed non nominatim.

Hyperi uertigo.

Υπέρου στρεπτὴ, i. Piſtilli circumuolutio. Vbi quis ſemper idem agitat, neque quidquam tamẽ explicat. Plato Cumicus, opinamur, in Adoniide, apud Zenodotum.

Εἶτα δ' χ' ὑπέρου μοι στρεπτὴ γενήσεται. i.
De hinc mihi uertigo piſtilli haud erit.

Plutarchus aduerſus Stoicos ſignificãs, illorum rationes eodẽ reuolui: πολὺς ἦν ὁ διὸς κόρινθος ἐπὶ τὸν λόγον αὐτῶν ἀφικόμενος. τοῦ γὰρ ὑπέρου στρεπτοῦ ἵνα μὴ σκώπτειν δοκῶν ἕκαστον. i. Multus igitur Iouis Corinthus ad rationem illorum admittitur. Nam piſtilli circumuolutionem, ne redire videaris, omitte. Vnde uidetur ſolere dici, cum eadem ſæpius iterantur nõ ſine tædio. Dialectici peti principium aiũt, quoties eodem reuoluitur argumentatio. Heſychius interpretatur de his qui ſemp eadem aiunt, neq. quidquam interim proficiunt. Huic ita finitimum eſt, ut idem uideri poſſit, qd Plato recẽſet in Theæteto: ἢ μὲν σκυτάλης, ἢ ὑπέρου ἢ ὅτου δὴ λέγεται στρεπτοῦ. i. Scytalę quidem, aut piſtilli, aut ſi cuius alterius dicitur circumuolutio: cum ſermo in idem reuoluitur, quemadmodum illic Theætetus iubet aſſentiri rectæ opinioni, eum, qui rectam habet opinionem. Scytalam interpres uertit, ſcuticam, cum Plato loquatur de loro, quod ſurculo circumuoluitur.

Sus ſub fuſtem.

Υς ὑπὸ ῥόπαλον. i. Sus ſub fuſtẽ. Vbi os ſeſe in præſens diſcrimen, ac perniciem p̃cipitat, Nam ſues apud quoſdam fuſte mactari mos eſt. Refertur a Suida. Zenodotus indicat extare apud Dinolochum.

Si bouem non poſſis, aſinum agas.

Εἰ μὴ δύναιο βοῦν, ἔλαυνε ὄνον. i. Si nequeas bouem, aſinum agito, id eſt, ſi nõ potes vt vis, vtcunque potes facito. S. fortuna ſplendidior non cõtingit, eam ſortem quę contingit, boni conſulas: ſi quod optas nõ licet, id quod eſt proximum, amplectere. Auctore Suida.

Syre

Siren amicum nunciat, apis hoſpitem.

Σειρὴν μὲν φίλον ἀγγέλλει, ξεῖνον δὲ μέλισσα. id eſt,
Hoſpitem apis, uerum Sirẽ prędicit amicum.

Quoties complures eadem de re bene ominantur: aut ubi ſuæ quiſque ſpei blandiens ex quamlibet leuibus argumentis diuinat futurum, quod optat. Nam Sirẽ hoc loco non unam ex illis uirginibus Homericis ſignificat, uerũ inſecti genus, api non diſſimile. Auctore Suida. Quamquã apud Heſychium σείρη legitur, non σειρὴν.

Etiam ſi lupi meminiſſes.

Εἰ καὶ λύκου ἐμνήσθης. i. Etiam ſi lupi mentionem feciſſes, ſubaudiendum interueniſſet: Quoties prętер expectationem interuenit is, de quo fuerat mẽtio: cognatum ei, quod alibi recenſuimus: Lupus in fabula. Id frequenter accidit in Comędijs, ac Tragędijs arte, curaq; ſcriptoris, vt de quo fiunt uerba, mox interueniat. Accõmodari poterit ad rem, ueluti ſi apud auctorem protinus, uel caſu occurrat, id de quo uerte bat̃ ſermo, adagiũ refert Zenodotus. Plato in Phędro, λέγεται γοῦν ὦ φαίδρε δίκαιον εἶναι, καὶ τοῦ λύκου εἰπεῖν. i. Aiunt igitur o Phędre iuſtum eſſe etiam quod de lupo dicitur, narrare.

Similior ficu.

Ομοιότερος σύκου, i. Similior ficu. Per iocũ dicebatur, de uehementer inter ſe ſimilibus. Ducta metaphora a ficorum inter ipſas ſimilitudine. Plurar. aduerſus Stoicos; Θαυμαστὸν, καὶ παράδοξον εἰ μήτε, φάττα φαττῃμή τε μελίττῃ μέλιττα, μήτε πυρῶ πυρός, ἢ σύκῳ. τὸ τοῦ λόγου, σύκον, ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ γέγονεν ἀπαράλλακτον, i. Mirũ, & inopinabile, ſi neq; palumbus palũbo, nec api apis, nec tritico triticum, aut ſico, quod eſt in prouerbio, ficus, ſemper adſimilis fuiſſet. Cõfine eſt ijs, quæ retulimus alibi: Non tam ouium ouo ſimile, & Non lac lacti magis eſt ſimile.

Simul & da & accipe.

Αμα δίδου, καὶ λάμβανε, i. Simul & da, & accipe. Vbi res eſt, cũ homine parum certa fide, cui non ſit tutum quidquam credere, niſi ſtatim receperis, quod fueris ſtipulatus. Torquebit̃ ad eũ, qui nõ collocat officiũ aut munus ſuũ, niſi iam certus de mutuo: nec ſpem emit precio, quemadmodũ ait leno Terentianus. Ariſtoteles hanc parœmiam uenuſtius extulit libro Moraliũ Nicomachiorũ octauo, taxãs amicos, quos mutua cõciliat utilitas: & perinde, ut in forẽſibus commercijs nõ dant beneficiũ, ſed uendunt. ἡ μὲν πάμπαν ἀγοραία ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα, ἡ δὲ ἐλευθεριωτέρα εἰς χρόνον. i. Altera quidem omnino ſordida, & cauponaria compenſatio de manu in manum: Altera magis ingenua ad tempus. Alluſit philoſophus ad Comicum illud, quod citatur ab interprete Pindari.

Φοῖνιξ γὰρ δύθυς γίγνομαι·
Τῇ μὲν δίδωμι χειρὶ, τῇ δὲ λαμβάνω. i.
Phœnix enim fio ilico.
Quippe altera manu do, & accipio altera.

Phœnices notantur nimio cauponandi ſtudio. Vnde & Pindaro dictum in Pythijs hymno 2.

Τὸ δὲ μὲ κ' φοίνισαν ἐμπολὰν μέλος.

Phœnicum commutationem appellat cum datur aliquid, & uiciſſim accipitur.

Semper me tales hoſtes inſequantur.

Αἰεὶ τοιοῦτοί με πόλεμοι διώκοιεν, id eſt,
Me bella ſemper inſequantur talia.

Vbi quoſpiam libenter odimus, ac ſimultatem illorum cõtemnimus: Eſt enim hominum genus, quos periculoſius ſit demeruiſſe, ut ait Seneca, quam offendiſſe: & quos magis expediat inimicos habere, quam amicos. Et quibuſdam diſplicuiſſe, laudabile eſt. Et ſunt cum quibus amicitia copulatum eſſe dedecori ſit, ſimulate diſſidere pulchrum. Poteſt accommodari & in eos, qui deſciſcunt ab amicitia, ſed vt inimici nihil queant nocere. Legitur & ad hunc modum:

Αἰεὶ τοιοῦτοί με πολέμοι διώκοιεν. id eſt,
Me ſemper hoſtes inſequantur hoc genus.

Anus Eriphus.

Γραῦς ἔριφος. i. Anus hœdus. Apollodorus apud Zenodotum ait, anum quandam fuiſſe, quæ dicta ſit Eripha, quod in uirginitate conſenuiſſet: perinde quaſi eadẽ & anus eſſet p ætatẽ, & puella, qd adhuc innupta. Sunt qui tradant locutã agreſtem, a non nullis Man in appellatam, in Sicilia γραῦν ἔριφον appellari. Aiunt autẽ quodcunq; animal aſpexiſſet, illi mali quippiam accidere. Proinde in mulierem veneficam

& fascinatricem quadrare uidetur. Quod genus apud Horatium Canidia.

Anus saltat.

Γραῦς χορεύει. i. Anus saltat. In eum cõuenit, qui indecore quippiam facit: uelut, si senex ludat nucibus: aut princeps exemplo Neronis musicetur. Confine est illi, quod supra retulimus: Camelus saltat. Horatius in anum intempestiuæ libidinis.

Te lanæ prope nobilem
Tonsæ Luceriam non citharæ decent,
Nec flos purpureus rosæ,
Nec poti uetulam fece tenus cadi.

Apud Plutarchum in uita Periclis legimus, Elpinicem quandam, cum eum indecoris cõuiciis palam incesseret, nihil aliud responsi tulisse, quam uersiculum illum ex Archilocho.

Οὐκ ἂν μύρισι γραῦς ἐδόσα ἠλείφεο. i.
Vnguento, anus cum sis caueto inungier.

Quid autem secutus Lapus uertit. Haud, vnguenti, uetula cum sis oblita es, nõ satis coniectamus, nisi forte pro ἀλείφεο legit, ἠλείθεο aut εἰλήθεο.

Anus subsultans multum excitat puluerem.

Γραῦς ἀναπροτήσασα πολὺ κονιορτὸν ἐγείρει. idest,
Anus subsultans, multũ puluerẽ excitat.

In eos dici solitum, qui ob rerum experientiam, multum negotiorum aggrederentur. Videtur carmen heroicum syllaba duntaxat deprauatum.

Anus velut equus profundam habebis fossam.

Γραῦς ὡς τις ἵππος ἢ χαραδραῖον τάφον ἕξεις. i. Anus uelut equus, alte hiantem habebis ac nigrũ specũ sepulta. De ijs, qui penitus abijciuntur, tanquam prorsus inutiles. Equi postea, quam consenuerint, in altos terrarum specus aliquo præcipitantur. Ita mulier olim amata, simul atque deflorauit forma, fastiditur ab omnibus. Qualis est apud Horatiũ Lyce simile illi: Equi senectus.

Aphyarum honos.

Ἀφυῶν τιμή. i. Aphyarũ honos. Quoties humilibus exiguus quispiam honos cõtingit. Nam Aphya piscículus est uilis: cui coquẽdo nihil adhibetur præter oleum, quo frigitur. Vnde iactatũ illud ἀφύας τιμήτ' ἔλαιον, idest, Aphyæ honos oleum.

Cur non suspendis te?

Τί δὴ ἀπάγχῃ, ἵνα θήβησιν ἥρως γένῃ, i. Quin te suspendis, ut apud Thebanos heros fias? Apud alios summus honos habebat iis, qui sibi mortem consciuissent, præsertim pro salute patriæ; ut apud Atticos Codro pro patria non timido mori: apud Romanos Deciis, & Quinto Curtio, M. Catoni Vticensi, Bruto, & aliis plerisq; apud Thebanos autem nullus honos habebatur ijs, qui sibi uim attulissent. Vnde per ironiam dictum putant, ut Thebis semideus fias. Dici posse uidetur in eos, qui famæ ducti cupiditate, semet periculis grauibus obiiciunt. Refertur à Zenodoto.

Quid tibi Apollo cecinit?

Τί σοι Ἀπόλλων κεκιθάρικεν, i. Quid tibi Apollo cecinit cithara? hoc est, quid tibi respondit? Allusum est autem ad Apollinis citharam, quam illi tribuunt poetæ. Vsus est hoc adagio Æschylus in Aiace. Refertur a Zenodoto. Conueniet, ubi quis a principe redeuntẽ percunctabitur, quid respõsi tulerit, Τί σοι Ἀπόλλων κεκιθάρικεν.

Quid non fies, profectus Arbelas?

Τί δ' γενήσῃ, ἰὼν ἀρβέλας, i. Quid non fies, Arbelas profectus? De eo dici solitũ, qui peregre proficiscens ingenia sibi pollicetur, fretus gẽtis ad quam demigrat inscitia, barbarieque: Siquidem Arbela Siciliæ ciuitas, auctore Stephano, cuius ciues male audiebãt olim, ut stupidi, & quibus facile imponeretur: Apud hos igitur etiam contemptus alibi, magnum aliquid esse possit. Quamquam est huius nominis ciuitas in Perside, cuius meminit Strabo libro 16. Et Quinto Curtio est oppidum Mesopotamiæ Darij copiarum internicione nobile.

Bonus pharetra dies.

Ἀγαθὴ ἐκ τῆς φαρέτρας ἡμέρα. i. Bonus è pharetra dies. De die fortunato dicebat. Translatũ a Scytharũ consuetudine: quibus, ut narrat Philarchus, mos erat, ut uesperi prius quam dormirent, calculum in pharetrã immitterent candidũ, si forte is dies citra molestiam abijisset: atrum, si secus. Demũ ubi quis uita decederet, eius pharetram

retrã proferebant: in qua si plures cãdidos calculos reperissent, felicẽ pronuntiabant contra, si plures nigros. Atq; hinc uitæ sũmam æstimabant: unde prouerbio receptũ est, ut dicerent bonum diem è pharetra esse, si quid ex animi sententia accidisset.

Res Cannacæ.

Τὰ καννάκα, idest, Res, aut mala Cannacæ. Bifariam hac utebantur paræmia, vel de rebus ob uetustatem admirandis, vel de lamentis, & comploratiõnibus miseris, ac lachrymosis Cannacas quispiam Phrygum rex, quemadmodum narrat Hermogenes in Phrygijs, qui cum præuidisset euenturũ diluuium, conuocatis omnibus ad tẽpla deorũ, multis lachrymis supplicabat dijs, ut id malum auerterent. Vnde Herodes iambographus inqt, ἵνα τὰ καννάκα κλαύσω, idest, Vt Cannacæ more plorem. Hæc referunt a Zenodoto. Plinius libro tricesimo sexto, Cannacum inter statuarios nobiles recenset. Stephanus in dictione Iconium, meminit adagij, nisi quod Annacum appellat non Cannacum, aut Cannacam, & de fabula nonnihil euariat. Ait enim Annacum quendam uixisse super annos trecentos. Itaque vndique consulta oracula, quo usque victurus esset. Responsum autem, mortuo Annaco peritura vniuersa: quo defuncto, successisse diluuium Deucalionis. Cæterum audito responso magnopere luxisse Phryges, atque hinc de graui luctu ortum prouerbium ἐπὶ ἀν νακῷ κλαύσειν.

Qui modus equitum.

Τίς τρόπος ἵππων, idest, Qui modus equorum? Vbi quis nouã, ac peregrinã induceret consuetudinem: ueluti si quis Italus Gallicis uestib. uteretur. Dictum uidetur de hospitibus nouo quadrigarum genere inuectis. Metagenes in Thurioperſis apud Suidã: Τίς τρόπος ἵππων, ὡς δ' ὀρχοῦνται ἢ βαρβαρικὸν τρόπον ἤτοι, i. Quis equorum modus? Vt autem saltant hi more barbarico. Confinitatem habet cum illo, qd paullo superius recensuimus: ἄλλο γένος κώπης, id est, Aliud genus remi.

Chironium vulnus.

Χειρώνειον ἕλκος, id est, Chironium vulnus, immedicabile malũ appellabant: Chiron in bello aduersus Centauros ictus ab Hercule, vulnus immedicabile accepit in pede, unde & periit. Hinc natam paræmiam auctor Zenodotus. Virgilius autem noster, nam huic carmen inscribitur, Chironiam manum medicam uocat:

Viuit pectore sub dolente uulnus,
Quod Chironia nec manus leuaret.

Ab hoc Chirone centauro fertur educatus Achilles. Vnde Plato Comicus Damõnem, qui sub obtentu tradendæ musices putabatur Periclem instituisse ad tyrãnidem, taxat his uersibus:

Πρῶτον μὲν ὅν μοι λέξον ἀντιβολῶ, σὺ γὰρ
Ὥς φασιν ὁ χείρων ἐξέθρεψας Περικλέα. i.
Primum quidẽ illud obsecro dicas mihi
Tu quippe Chiron educasse diceris Periclem.

Quem locum ita reddidit Lupus: Tu enim, ut aiunt, pessime Periclem educasti. Quin & in editione Aldina geminum uitium est. Primum enim uersus perperam distinctus est, deinde ut pro ὃ χείρων, legamus ὁ χείρων, idest, tu ille Chirõ metri cogit ratio. Per tropum siquidem appellat Damonem Chironem, quod id fuerit Pericli, quod Chiron fuit Achilli, quẽ docuit quidem fidibus canere, sed ad Centauricam ferociam eduxit. Hoc licet alieniore loco, uisum est studiosis indicare, ne quis imprudens ad eum impingat lapidẽ.

Charontis ianua.

Χαρώντιος θύρα, id est, Charontica ianua. De imminente capitis periculo, siue de re magnopere tristi. Sic enim antiquitus appellabãtur una è carceris ianuis, per quam damnati iudicum sententiis ad supplicium educebantur. Referunt Zenodotus, Hesychius, & Suidas: Charontis enim cymba fingunt animas ad inferos deduci. Hinc Aristophanes in Pluto, ὁ δὲ χάρον τὸ ξύμβολον δίδωσι, i. Dat symbolum Charon: significans illi imminere mortem.

Maschalam tollere.

Μαχάλιν αἴρειν, i. Maschalam tollere dicebatur, q auidius biberet. Sumptũ a gestu bibonum, inter ebibendum cyathos, gulam, ac mentũ incidentiũ, & altius erigẽntium cubitos, ne quid resideat in cyatho liquoris. Idẽ appellãt κωθωνίζειν, ἀπὸ τοῦ κώθωνος, quod est poculi genus, Hesychius indicat μαχάλιν esse partẽ proræ, q̃ contineat

tineat τέρθρον, siue Antemonē. Antemonem autem uolunt esse ueli genus. Sūt q dicant μαχάλιον esse canistrum è palma cōtextum, quod uirga palmea maschale dicatur, nonnumquam & pro funę poni. Alii contendunt maschalam esse machinā, qua sarcinæ deponuntur in naues, aut eximuntur è nauibus. Hinc iocus in eos, qui poculum tollunt in altum. Hesychius affert & hunc trochaicum tetrametrum citra nomenclaturam auctoris.

Ὡς ἄνω τὸν μαχάλιον αἴρωμεν ἐμπεπωκότες. i.

Sursum in altum ut irruentes erigamus maschalam.

Fortassis huc allusit Stratonicus citharędus apud Athenæum libro octauo, qui notās singulas Græcię ciuitates: Βυζάντιον εἶπεν μαχάλιον τῆς Ἑλλάδος, idest, Byzantium dixit Græciæ maschalam, quod illic opinamur strenue potaretur, siue quod esset emporium Græciæ. Est enim Thraciæ ciuitas, eadem dicta Constātinopolis. Adiungit prouerbio gratiam allusio, qd sunt pocula nauigii specie, ueluti cymbia, σκάφια, τριήρεις, & alia nonnulla. Refert a Zenodoto. Meminit & Iulius Pollux li. septimo, capite tertio, his quidem verbis, ἐπὶ δὲ τῶν μεθυόντων ἔλεγον τὸ μαχάλιον αἴρειν, ὅς τοῦτο ἔθος ὄντοῖς ἐν μέθῃ, i. De ebriis uero dicebāt, maschalā tollere, tāq is mos sit temulentis. Adducit & Homerici carminis testimonium.

Χεῖρας ἀνίσχοντες γέλῳ ἔκδαον,

Sublatis manibus risu emori.

Ex his uidetur nō a tollēdo poculo, sed a gestu gaudentium fuisse dictum. Certe manet & hodie apud Germanos milites, ut dextra sublata lætitiam indicent animi.

Magis ipse Phryx.

Μᾶλλον ὁ φρύξ, i. Magis ipse Phryx. Eqdem conijcimus dictitatum, quoties ea magis probarētur, non quæ ueriora sint, sed quæ adulātius dicta. Narrant Crœsum Lydorum regem aliquando percunctatum septem illos sapientes, cui nam primum felicitatis titulum tribuerent. At cum uarie responderetur, aliis dicentibus feras indomitas sibi uideri felicissimas, quod pro tuēda libertate mortem oppeterent, aliis cicurissimi citra legem, suapte natura ius, piaq; ferauerent: solone uero negante, quemquam appellandū felicem, prius quā ex uita decesserit, assistens Phrygius ille fabulator Æsopus, Tanto, inquit rex cęteros antecellis, quanto mare præstat fluuiis. Id ubi rex audisset, respōdisse fertur, μᾶλλον ὁ φρύξ. Ea uox in prouerbium cessit, equidē haud scimus an ita legēdum sit: μᾶλλον ὦ φρύξ. vt sit libenter agnoscentis eam laudem, & cum esset maxima, tamen aliquid etiam adiungi desiderantis, unde cum qs aperte nobis adulat, succinere licebit, μᾶλλον ὦ φρύξ. Referunt Suidas, & Zenodotus.

Magis sibi placet, quàm Peleus in Machæra.

Μέγα φρονεῖ μᾶλλον ἢ πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ, i. Magis sibi placet, quā Peleus sua machæra. In eum competit, qui præter modum re quapiam insolēs est, ac tumet. Aiūt autem hunc gladium a Vulcano fabrefactum, a diis dono datum fuisse Peleo, virtutis illius, ac prudētiæ symbolum. Quo quidem ille utens & in præliis, & uenatibus, consequebatur quidquid optabat. Zenodotus ait huius mentionem factam & apud Anacreontem, & apud Pindarum.

Generosus es ex crumena.

Γενναῖος εἶ ἐκ βαλαντίου, i. Generosus es ex crumena. In eum iaciebatur, qui propter opulentiam generosus haberi uoluisset, alioquin obscurus, & humilis. Pariūt enim nobilitatem & opes, non antiquę solum, iuxta Aristotelē, ucrum etiam undecunque, & quandocunque partæ. Solet autem hoc genus ferocius insolescere, quam qui maiorum imaginibus clari sunt.

Liberorum amantior, quàm Gello.

Γελλῶ παιδοφιλοτέρα, i. Puerorum amātior Gello. Dici solitum uel in eos, qui morte præmatura perissent, uel in eos, qui mira quidem caritate filios prosequerentur, sed eosdem indulgentia, deliciisq. corrumperent. Aiunt Gello uirginem quāpiam fuisse, quæ puella adhuc uita decesserit. Huius spectrum oberrare Lesbiis creditum est, ac pueros impetere. Vnde puerorum mortem, qui præmaturo fato perirēt, huic Gello imputabant. Citatur Sappho, quæ huius fabulæ meminerit.

Gleba

Gleba aruum.

Βῶλος ἄρουρα, i. Gleba aruum, ubi quis exigua maximis apponit, credens sese nōnihil iuuare: Proinde legendum suspicamur: βῶλος ἄρουραν, aut ἀρούρᾳ, ut subaudias, προσίδεται, aut αὐξάνει, aut eiusmodi quippiā. Nihil em affert momenti, si gleba aruo adiungatur, quod perinde sit, ac si quis aquam è lacu haustam infundat mari.

Glauci ars.

Γλαύκου τέχνη, i. Glauci ars. Huius parcemiæ duplex est usus. Conuenit enim vel in opus celeriter absolutū, uel in id, quod est arte sūma, summaq. cura elaboratū. Quidam ortum existimant a Glauco quodam Samio, qui primus æris ferruminationem inuenerit. Alij a Libyco quodam, qui quatuor cymbala quædam fabricatus dicitur, certis proportionibus ita inter se respondentia, ut primi spissitudo Epitriti rationē haberet ad secundum, ad tertium Hemiolij, ad quartum dupli. Ea pulsata musicā quandam harmoniam reddebant. Auctor Zenodotus.

Noctuæ Laurioticæ.

Γλαῦκες λαυριοτικαί, i. Noctuæ laurioticæ, hoc uelut ænigmate pecuniarum vim significabant. Laurios enim Atticæ regio est auri uenis frequens. Porro nomismatis aureis noctuarum figura inscalpebatur, quemadmodum alio diximus loco. Interpres addit & tetradrachmis noctuam solere insculpi. Aristophanes in Auibus:

Γλαῦκες ὑμᾶς ἔποτ' ἐπιλείψουσι λαυριωτικαί,
Ἀλλ' ἐνοικήσουσιν ἐνδὸν, ἔντε τοῖς βαλαντίοις
Ἐννεοσσόοι. idest,
Noctuæ uos non relinquent Laurioticę, sed hæ
Aedibus aderunt in ipsis, inque loculis nidulos
Sibi parabunt.

Glaucus poto melle resurrexit.

Γλαῦκος πιὼν μέλι ἀνέστη, i. Glaucus poto melle reuixit. Dici solitū, quoties aliquis vulgari rumore dictus mortuus, denuo prodit in publicū, & quasi rediuiuus apparet iis, quibus persuasum fuerat eum uita defunctum esse. Satis constat ab euentu natum. Nempe Glaucum quempiam præter omnium expectationem, gustato mellito pharmaco reualuisse. Eamq. rem in iocum popularem uersam fuisse. Quidam enarrant in hunc modum: Glaucus quidam poto melle, ob bilem pœnę exanimatus est. Ad hunc multis accurrentibus medicis, polyidos herba, quam Draconem uocant, eum restituit.

Generosior Codro.

Εὐγενέστερος κόδρου, i. Generosior Codro. Per Ironiam recte dicetur in istos, qui maiorum fumosis imaginibus, & natalij antiquitate gloriantur. Codrus Melāthi filius fuit. Melāthus a Neleo sextus. A quo Neleo prognatus & Nestor. Hic igitur Melanthus, Messene patria pulsus uenit Athenas, atq. ibi cū Xantho Bœoto, qui tum Athenis imperabat, singulari certamine cōgressus, uictor discessit, & Athenienſium imperium occupauit. Cui successit filius Codrus, singulari in patriam pietate pręcipue nobilis. Nam cum Atticis bellum esset aduersus Dores, proditumq. esset oraculo, uictoriam penes Athenienſem populum futuram, si rex illorum ab hostibus fuisset occisus, Codrus patriæ gloriam sua incolumitate cariorem habens, ignota specie hostem prouocauit, & interemptus est. Reliquit autem filios duos, Mentorem, qui patri defuncto successit in imperium, & Neleum, cuius auspiciis colonia in Asiam demigrauit. Hæc ferme Zenodotus.

Cadmea uictoria.

Κάδμειος νίκη, i. Cadmea uictoria. Huius adagij uariū adducunt & sensum, & originē. Sunt q putent inutilē uictoriā, Cadmeā uocatā, propterea, qd Eteocles, & Polynices Thebani, cum de regni uicibus disceptarent, singulari certamine congressi, utriq. perierint. Cuiusmodi victorię meminit Herodotus lib. 1. de Phocensibus agens. Vel qd Cadmei deuicerint quidem Argiuos cū Adrasto militātes, sed suo malo. Posteris.n. illorū pœnas abūde magnas dederūt. Vel quod Oedipus soluto Sphingis ænigmate, uictoriā quidē a mōstro magnificam reportauit, uerū post imprudens suam ipsius matrem duxit uxorem. Idq. simulatq. resciuit, oculos sibimet eruit. Itaque illius quoq. victoriæ parū fęlix exitus fuit. Sunt qui huc referant. Cum Cadmus

literas a Phœnicibus acceptas, Græcis tradere uellet, Linum, quod is quoq. literas suas proferret, interemit. Deinde ciues Cadmeũ exegerũt, vt nec huic bono fuerit Linũ supasse. Plutarchus subscribit primæ sententiæ. Nam ad hunc modum scribit in cõmentario: περὶ τῆς φιλαδελφίας. Οὐ γὰρ ἑτέραν οἱ παλαιοὶ καδμείαν νίκλω, ἀλλὰ τὴν περὶ θήβας τῶν ἀδελφῶν, οἷς αἰχίστω καὶ κακίστω προσηγόρευσαν, i. Non enim aliam prisci Cadmeã uictoriã, q̃ eam, quæ fuit fratrũ apud Thebas, vt turpissimã, atq. miserrimam appellarunt. Idem περὶ παίδων ἀγωγῆς, ostendit Cadmeam appellari victoriã, quoties præstat uinci, quàm vincere usurpauit hoc adagiũ. Plato libro De legibus primo; παιδεία μὲν ἔν φέρει καὶ νίκω, νίκη δὲ ἐνιότε ἀπαιδευσίαν. πολλοὶ γὰρ ὑβριστότεροι διὰ πολέμων νίκας γενόμενοι μυρίων ἄλλων κακῶν δὶ ὕβριν ἐνεπλήσθησαν, καὶ παιδεία μὲν οὐδεπώποτε γέγονε καδμεία, νίκαι δ' ἀνθρώποις πολλαὶ δὴ τοιαῦται γεγόνασί τε, καὶ ἔσονται, i. Proinde eruditio ẽt victoriã adfert: cõtra uictoria nonnumq̃ imperitiam: eo qd̃ cõplures ob uictorias bello partas insolentiores facti, innumeris aliis malis pp uiolentiam repleti sunt. At eruditio numq̃ fuit Cadmea, uictoriæ uero multæ profecto hoĩbus tales & fuerunt, & futuræ sunt. Aristides in pericle. Ὡς τε τὴν καδμείαν νίκλω ἡγεῖτο νικήσειν, i. Itaq. Cadmeã uictoriam reportaturum sese existimabat. Quo quidem loco scholium adscriptum præter alia, illud admonet ab iis, quæ retulimus, nonnihil diuersum. Thebanos cæsis Argiuis, qui cum Polynice pugnarãt, negasse sepulturam. Qua inhumanitate exasperati Athenienses, Thebanos oppugnatos deuicerunt, & consimilem ad modum uetuerunt, ne cadauera cęsorum darentur sepulturæ. Nec prorsus dissonant ab his, nec prorsus congruunt, quæ scribit Pausanias in Bœoticis. Scribit autem in hanc ferme sententiam: Commisso apud Ismenũ prælio in congressu uicti sunt Thebani, & cõpulsi in fugam intra mœnia sese receperũt, tanquam Pelopõnesii oppugnationis essent ignari. Porro cum illi magis ira, quàm arte irruerent, non pauci a Thebanis è muro iaculis sunt interempti. Postremo uicerunt & alios, idest palantes, turbatosque facta impressione, ita ut totus exercitus, excepto Adrasto, interiret. Neque paruo ea uictoria cõstitit Thebanis, καὶ δὴ τὸ ἐκείνου, inqt, τῷ σῶ ὀλέθρῳ κρατησάντων, καδμείαν ὀνομάζουσι νίκλω. i. Ex eo uictoriam coniunctam cum exitio eorum, qui uicerunt, Cadmeam appellant. Sed undecunque natum est adagium, Cadmeam uictoriam appellabant infelicem, etiam ipsis victoribus. Cu iusmodi fuit & Græcorum, quorũ nulli non magno constitit capta Troia. Et me dici Cadmeam uictoriam uocant, cum ita depellitur morbus, ut ægrotus interim in remedio pereat, succumbente natura.

Pecuniæ uir.

Χρήματα ἀνήρ, i. Pecuniæ uir. Hoc est, tanti quisque sit, quantum possidet. Horatius:

Nil satis est, inquit, quia tanti quantum habeas, sis,

Zenodotus ex Pindaro citat. Extat autẽ in Isthmiis hymno secundo, his quidem verbis:

Νῦν δ' ἐφίστι τ' ὠργείου φυλάξαι
Ῥῆμα τῆς ἀληθείας ἄγχιστα βαῖνον
Χρήματα, χρήματ' ἀνήρ.
Ὃς φακτεάνων δ' ἅμα λειφθεὶς, καὶ φίλων.

Nũc subit illud, Argiui seruare dictũ, ad veritatẽ proxime accedens, Pecuniæ, pecuniæ uir. Sic ait possessionibus simul destitutus, & amicis. Interpres Pindari testatur Chrysippum auctorem in prouerbiis, qui scripserit esse Aristodemi Spartani. Idem interpres uersum, quem paullo ante recensuimus ex Alcęo, refert hũc in modũ, χρήματ' ἀνήρ, πενιχρὸς δ' οὐδεὶς πέλετ' ἐσθλὸς οὐδὲ τίμιος. Meminit apophthegmatis, & Laertius in uita Thaletis, addens apud Lacedęmonios esse percelebre. Alcęi idem testantis hæc uerba citãtur apud Suidã, Ὡς γὰρ δήποτ' ἀριστόδαμόν φασιν ἐν ἀπάρτα οὐκ ἀπάλαμνον λόγον εἰπεῖν, χρήματ' ἀνήρ, πενιχρὸς δ' οὐδὲ ποτ' ἐσθλός, i. Sic. n. olim aiunt Aristodemum apud Spartanos uerbum non inscitum dixisse pecuniæ vir, pauper autem numquam probus. Quidam ad septem illos sophos referre malunt. Ad hanc sententiam pertinent illi versus è comœdia quapiam.

Τ' ἀργύριον ἐστὶν αἷμα, καὶ ψυχὴ βροτοῖς.
Ὅστις δὲ μὴ ἔχει τοῦτο μηδὲ κτήσατο,
Οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατεῖ. idest,

Argentum anima, & sanguis, est mortalibus.

Hoc

Hoc qui caret, nec sibi parauit sedulo,
Viuos hic inter mortuus circũambulat.

Secundus uersus Græcis constabit, si tollas: δὲ, aut si legas: μὴ ἔχει pro μὴ ἔχει. Tertiꝰ cõstabit si pro τεθνηκὼς legas: τεθνεώς. Celebratur & hic senarius, non alienus ab hac sententia:

Βίος βίου δεόμενος οὐκ ἔστιν βίος. i.
Vita haud uocãda est uita uictus indiga.

Proinde quemadmodum apud Græcos βίος, itidem apud Latinos uita significat, & uitã morti contrariam, & facultates quibus uitam sustinemus.

Diues factus iam desiit gaudere lente.

Ἐπειτα πλουτῶν οὐκ ἔθ' ἥδεται φακῶν, i. Lenticula diuiti placere desiit.

Lẽs legumen pauperum, ac tenuium cibus est. Quæ fastiditur, simulatq; lautior fortuna cõtigit. Vnde prouerbium in eos, quibus ad uberiorem cõditionem euectis, fastidio sunt, ea quæ prius inopes, boni cõsulebant. Sumptum est adagium ex Aristophanis Pluto. Dicitur enim illic in adolescentem, qui cum pauper haberet consuetudinem cum anu, nactus diuitias, cępit illam fastidire. Non dissimile illi, quod alibi recensuimus, ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα.

Caluum uellis.

Φαλακρὸν τίλλεις, i. Caluum uellis. Vbi inanem operam sumit, aut ubi quis auferre conatur, quo uacat is, a quo petitur. Veluti si quis a paupere conetur extũdere pecuniã, ab indocto literaturam. Simillimũ est illi Plautino: Aquam è pumice postulas. Rursum illi: Nudo vestimenta detrahere. Quin hodie quoq. uulgus ubi significat nihil esse, quod adimatur, uolã manus ostendẽs, iubet inde, uelli quippiam, quod ea corporis pars nemini non sit calua.

Somnus absit ab oculis.

Ὕπνος δ' ἀπέστω γλυκύθυμος ὀμμάτων. i.
Oculis abesto leniens animum sopor.

Vbi quis rem aggreditur, quæ summam diligentiã, curamq. desideret, Quod genus, si quis philosophiæ capessat studium. Sumptus est autem hic senarius ex Aristophanis Nebulis, apud quem dicitur sub persona Socratis adhortantis Strepsiadem, ut philosophiæ daturus operam, omnia tum faciat, tum patiatur.

Phoci conuiuium.

Φῶκυ ἔρανος, i. Phoci præmium, siue conuiuium. Dictitari suetum, ubi quis suo malo conuiuas acciperet. Tametsi nihil vetat, quò minus longius etiam traducatur: nempe ad quosuis, qui læduntur ab ijs, de quibus benemeriti fuerint. Aiunt Phocoeuipiam filiam fuisse iam nuptiis maturã. Is Procos, nam erant complures, conuocare solitus præmia statuebat, & conditionibus subinde nouis propositis nuptias prorogabat. Quamobrem indignati iuuenes Phocum in conuiuio trucidarunt. Auctor Zenodotus. Etiam si Plutarchus in Amatoriis narrationibus fabulã hanc diuerse narrat. Eustathius in primum Odysseæ, tres conuiuiorũ species facit, εἰλαπίνλω, quod ad splendorem, ac magnificentiam sit apparatũ. γάμον, quod ipsum etiam sumptuosius esse consueuit. ἔρανον, id quod plurimi conueniunt, sed suo quisq. cibo, sumptuq;. Ea conuiuandi ratio præcipue probatur Hesiodo, propterea quod, cũ plurimum habeat iucũditatis, minimum habeat sumptus. Nã temperantius & editur, & bibitur, ubi quisque de suo edit, ac bibit. Hesiodi carmen est huiusmodi:

Αν κοινῶ πλείστηΓε χάρις δαπάνηΓ' ὀλιγίστη.

Porro qui splendidiores affectarent uideri, ij ẽt ἔρανον tum de suo, tum lautius exhibebant. Homerus has tres conuiuiorum formas simul complectitur:

-Τίπτε δέ σε χρεὼ,
Εἰλαπίνη, ἢ γάμος, ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἐστίν.

Antiquior, quam chaos, & Saturnia tempora.

Χάος ἀρχαιότερος, i. Antiquior, quam chaos. De re nimiũ prisca, & obsoleta. Ibycus, ποτᾶται δ' ἐν ἀλλοτρίῳ χάει, i. Volat in alieno chao. Ac rursũ: ὁ δὲ φλυαρεῖ, καὶ μάτιω ἡμῶν λῆρον καταχεῖ τὸν χάος ἀρχαιότερον, καὶ κρονίων ἀπόζοντα, i. Hic aũt nugatur, ac temere nugas in nos infundit antiquiores, quam chaos, ac Saturni tempora redolentes. Alludit adagiũ ad chaos, ad quod poetę deorum, ac rerum omnium originem referunt. Ouidius opificium mũdi hinc auspicatur.

Tanquam Argiuum clypeum abstulerit. ita gloriatur.

Ὡς τὴν ἐν ἄργει ἀσπίδα καθειλὼν σεμνύνεται, i. Superbit tãquã Argiuum clypeum detraxerit. In fastuosos, & magnificentius sese gerentes dicebatur. Aiunt apud Argiuos sacrum quendam esse clypeum, clauis affixum, ut facile detrahi non possit. Alii dicunt, apud eos ordinem, ac delectum iuuenum viribus antecellentium, ἀσπίδα, i. clypeum appellari. Auctor Zenodotus.

Tanquam conchylium discerpere.

Ὥσπερ κογχύλιον διελεῖν. i. Tamquam concham dilacerare. De imbecillis, & uiribus longe inferioribus dicebatur. Nã illisæ solo rumpuntur conchæ, quo cibꝰ exi matur, aut inciso neruo, quo se contrahunt, ac diducunt, aperiuntur. Refertur apud Suidam.

Mutus magis, quàm scapha.

Συσσιωπότερος σκάφης, i. Magis elinguis, quam scapha. De ijs dici consueuit, qui propter humilitatem cõditionis apud præstantiores nõ audent hiscere. Natum hinc aiunt quod olim inquilini, & hospites alienæ Reip. ludis popularibus, in pompa incedebant, nauim gestantes: unde quoties hospitem, non ciuem significabant, σκάφιον, ἢ σκαφηφόρον, appellare consueuerũt. Proinde uulgo sic minitabãtur: ποιήσω σὲ συσσιωπότερον σκάφης, i. Reddam tibi os occlusius scapha. Etenim ijs, qui in Rep. uiuunt non sua, multa sunt mussitãda. Nam uti non conuenit in aliena ciuitate curiosum esse, ita nec tutum est liberioris esse linguæ. Huius interpretamenti Suidas auctorem citat Theophrastum in opere De legibus. Equidem in plerisque codicibus, σιωπωμώτερος scriptũ reperimus, nõ συσσιωπώτερος. Quæ lectio si cui magis arridebit, non reluctabimur, nẽpe ut metu cõtractum, & humilem accipias.

Nudus tanquam ex matre.

Γυμνὸς ὡς ἐκ μητρός, i. Nudus ut ex matre. Prouerbialis hyperbole de uehementer paupere. Nudissimi enim nascimur, ac ne pilis quidem tecti, nedum uestibus, quod non item in cæteris animantibus accidit. Hoc dictum & hodie uulgo nostrati est in ore, tam nudus, quã natus erat. Huic simile, quod alibi referetur: Tanquam è naufragio.

Est Pylus ante Pylum.

Plvtarchvs in libello, cui titulus: περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, testatur hunc uersum apud Messenios prouerbio fuisse celebratum:

Εἰ πύλος πρὸ πύλοιο, πύλος γὲ μὲν ἐστὶ καὶ ἄλλος, i.

Est Pylus ante Pylum, siquidem est Pylꝰ altera sane.

Dictum apparet, ubi quid alteri præfertur uelut antiquius, & præstantius. Aut ubi aliquis iactat sese, quasi uel solus sit, uel summus, cum reperiantur & alii, qui possint cum eo decertare. Pylus enim Messeniorum ciuitas, Nestore nobilis, ut affirmant quidam. Hoc autem carmen Plutarchus hoc pacto commutauit.

Εἰ τόκος τοκοτόκοιο, τόκος γε μέν ἐστι καὶ ἄλλος. i.

Vsura usura ptior, usura altera sane est.

In eos accommodari potest, quibus alia usura ex alia nascitur. Vnde natum sit adagium Eustathius interpretãs Homeri Βοῶτιαν indicauit. Scribit enim iuxta eos, qui de populis conscripserũt, tres fuisse Pylos. Vnam Messeniæ, alteram Triphyliæ, tertiã Arcadiæ. Triphyliacam obtinuisse Nestorem. Idem geographum testem adducit, Strabonem opinamur, qui tres item Pylos constituerit in Peloponneso. Tractat aũt hac de re Strabo lib. Geographiæ octauo, demonstrans, fuisse multas huius nominis urbes, quarum una quæq. sibi uindicauerit Nestorem, ob uiri celebritatem. Quamquã idem post autumat Nestoris patriam fuisse, ex utraque parte Alphei. Allusit ad adagium Aristophanes in Equitibus:

Ἀλλὰ τόδε φράζω, πρὸ πύλου πύλον, ἣν σοι ἔφραζεν

Εἰ πύλος πρὸ πύλοιο. τὶ τοῦτο λέγει πρὸ πύλοιο. i.

Hoc age dic Pylus ante Pylum est, quam tu mihi narras,

Est Pylus ante Pylum, sibi quid uult ante Pylum istuc?

Interpres adscribit uersiculum, quem paullo ante citauimus è Plutarcho, proditum oraculo fuisse.

Iecit Achilles duas tesseras, & quatuor.

Βέβληκ' ἀχιλλεὺς δύο κύβω, καὶ τέσσαρα. i.

Duas

Duas Achilles, quatuorq; tesseras Iecit.

Hunc versum Suidas ex Euripide citat. Quid autem sibi velit adagium, nullus explicat. Nisi quod coniectare licet dictum fuisse, de ijs, qui omni re uincerent, propterea quod is tesserarum iactus felix esset. Interpres Aristophanis in Ranis Aristarchũ citat, qui scripserit hunc senarium Euripidis nomine circumferri solitum, sed falso, cum sit ἀδέσποτος. Apud Aristophanem usurpat Bacchus in Æschylum, uictorẽ Euripidis, unde apparet in faustis acclamationibus huius esse usum prouerbii.

E tardigradis asinis equus prodijt.

Ἐκ βραδυσκέλων ὄνων ἵππος ἄρυσεν. i. E tardigradis asinis equus emersit. Cum clarus euadit quispiam obscuro genere natus, aut quoties abindocto præceptore proficiscitur discipulus eruditus. Potest & per Ironiam proferri, & per negationem, ut numquam ex asinis nascitur equus. Et, en tibi ex asinis equum, id est ex infimis parẽtibus arrogantem, & ferocem. Huic contrarium est, quod alibi retulimus, heroum filij noxæ, cum ex egregijs viris prognati, non respondet maiorum virtutibus, quem admodum Socrates apud Platonem in Alcibiade priore, docet ambos Periclis filios Paralum, & Zantippum fuisse stupidos, Cliniam euasisse furiosum. Denique nullum illius opera factum sapientem, cum Zenonis consuetudine multi sapiẽtes euasserint. Idem tractat in Menone, commemorans & Aristidem, qui filium habuit Lysimachum nullius rei, præterea Thucydidem, cui duo fuerint filii, Melesias, & Stephanus. Neuter respondit uirtuti paternæ. His addi poterat Marcus Tullius, qui filium reliquit illaudatum, & a patriis uirtutibus plurimum degenerantem.

Epeo timidior.

Ἐπειοῦ δειλότερος, i. Epeo timidior. De magnopere pauido dicebatur. Ab Epeo quopiam dictum, notæ timiditatis homine. Datum est hoc cognominis Cratino comico, per allusionem fortassis, quod cum Oenoidis tribus princeps esset, in eo munere timidius se gereret.

Ephesiæ literæ.

Ἐφέσια γράμματα. i. Ephesiæ literę. Dictum uidetur de ijs, qui mira felicitate, tãquam diuina uirgula, quidquid optarent, assequerentur. Aiunt enim Ephesiis notulas quasdam, & uoces magicas fuisse, quib. utentes in omni negotio uictores euaderent. Auctor Diogenianus. Eustathius in Odyssęæ φ. tradit his literis usum Cręsum in rogo. Fuisse autem uerba quædam, obscura, ænigmatibus simillima, neutiquam cohærentia, descripta in pedibus, zona, & corona Dianæ. Suidas addit huiusmodi fabulam, in Olympijs Milesium quempiam cum Ephesio palæstra cõmissum nihil potuisse in conflictu, quod is Ephesius in talo Ephesias haberet literas. Quod simulac animaduersum esset, ademptus literis, Ephesium qui iam triginta defatigarat, succubuisse. Hesychius indicat fuisse priscas quasdam uoces, p sacris habitas, quib. impostores deinde multas addiderint. Priscas putat has fuisse, ἄσκι, qd interpretatur tenebras, κατάσκι, lumẽ, αὖξ, ipse, δαμναμενὸς sol, αἴσιον, verũ. Meminit harum & Anaxilas apud Athenæum libro duodecimo. Commemoratis enim philosophi cuiusdã delicijs ait, καὶ πρὸς τούτοις ἐν σκυταρίοις ῥαπτοῖσι φορῶν ἐφεσία γράμματα καλά, i. Ad hæc, in cõsutilibus pelliculis gestans Ephesias literas pulchras. Nec desunt hodie, qui huiusmodi confictis uocibus imponant stultis. Illud satis apparet librariorum incuria cõmissum, quod cum Hesychius inter magicas uoces recenseat τέτραξ, non meminit tamen interpretans singulas.

Eodem in ludo docti.

Eodem in ludo docti dicebantur, similibus uitiis laborantes, & improbitate pares. Hoc dictum adeo uulgo manet, ut nihil sit tritius. Terentius in Hecyra, In eodem omnes mihi uidentur ludo doctæ, ad malitiam. Solent enim ferme, qui cum munibus usi sunt præceptoribus, ingenio, moribusq; conuenire. Quod autem Terentius dixit in mulieres, omnes inter ipsas similibus esse moribus, idem Græcus at testatur senarius.

Γυνὴ γυναικὸς πώποτ' οὐδὲν διαφέρει. i.

A fęmina nil fęmina umquam discrepat.

Innuit autem, prouerbium nullã inueniri bonam mulierem.

Tanquam in phiditijs.

Ὥσπερ ἐν φειδιτίοις, i. Velut ĩ phiditijs, ubi

vbi quid parcius, nimiumq. frugaliter actũ significabimus. Lacedæmonii publica loca habebant, in quibus cibum caperẽt. In his accipiebant hospites ac legatos suos, sed apparatu perparco. Vnde & Græca uox ducta videtur a φείδεσθαι, idest, parcẽdo. Quãquam sunt qui malũt φιδίτια, dicta, quasi φιλίτια, quod eiusmodi cõuiuijs coiretur sodalitas. Vtranque vocis etymologiam recenset Plutarchus in uita Lycurgi. In priore abijcitur ε, e diphthongo, in posteriore λ, vertitur in δ. Addit autem tertiam etymologiam, phiditia dicta quasi ἐδίτια, a sumendo cibo, quæ Græci præsertim Athenienses uocãt συσσίτια, Cretẽses ἀνδρία, quemadmodum ibidẽ indicat Plutarchus. Hoc genus conuiuiorum Lycurgus instituit, ad excludendum luxum, ac temulentiam. M. Tullius meminit Phiditiorum libro Tusculanarum quæstionum quinto, Quid inquit, victum Lacedæmoniarum in phiditijs, non ne videmus? Vbi cum tyrannus cenauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod cenæ caput erat, delectatum: tum is qui illa coxerat, Minime mirum, inquit: condimenta enim defuerunt. Quæ tandem inquit ille? Labor in uenatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis. His.n. rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. Quamquam hæc fabula secus narratur apud Plutarchum in Coronide, quam adiectam uidemus apopthegmatis Laconicis, de Lycurgi institutis. Erant apud Lacedæmonios, & aliæ conuiuiorum species, quorum vnum erat κοπὶς, quod certis ciborum generibus instruebatur, alterum αὔκλον aliquãto splendidius. Omniũ frugalissimum erat, quod agebatur in phiditiis. Multa super his Athenæus libro quarto, si cui licebit cognoscere. Accommodari poterit & ad orationem, ut si quis neget se contentum simplici sermone, uelut i Laconicis phiditiis accipiatur, sed desiderare splendoris aliquid, & quod appetentiam irritet illecebra.

Equo senescenti minora cicela admoue.

Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κείκελα ἐπίβαλλε, i. Equo senescenti minora cicela admoue. Admonet adagium, ubi uires per ætatem fatiscunt, respirationem, ac refocillationem quandam a laboribus dandã, & decrescente robore minuendos labores, augendam remissionem. Ductum aiũt ab equis militaribus, quibus senescentibus, leuius τριστίππιον admouebãt. Est aũt τριστίππιον, ceu rotula quædam, publica nota, q̃ igni candefacta, malis equorum imprimi consueuit. Zenodotus ostendit prouerbiũ extitisse apud Craterem comicũ i Samijs. Videtur carmen heroicum, si tãtum legas: κύκλ' ἐπίβαλλε. Nã κείκελα nondũ reperimus apud ullum auctorem, præterquam apud Zenodotum. Trisippij meminit Hesychius. Videtur autem, κείκελον aliquid esse, non dissimile Trisippio.

Eretriensium Rho.

Ἐρετριέων ῥῶ, i. Eretriensium Rho. Vbi quis crebrius, & asperius eam literam sonaret. Quo nomine nunc male audiunt apud Gallos Piccardi. Notantur item quibus Alcibiadis labdacismus impendio placebat. Ridetur Arrius a Catullo, quòd

Commoda dicebat, si quando commoda vellet
Dicere, & insidias Arrius insidias.

Ac tum mirifice credebat se esse locutũ,
Cum quantum poterat, dixerat insidias.

Adagium refertur a Diogeniano. Meminit Plato in Cratylo, οἶσθα ἐν ὅτι ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἡμεῖς μὲ φαμὲν σκληρότης, ἐρετριεῖς δὲ σκληροτήρ, i. Scis quod nos pro eodem dicimus sclerotes, id est, durities, pro quo Eretrienses scleroter; ex quo liquet Eretrienses adamasse hanc literam ρ, quam loco σ, suppoſuerint, cum contra Athenienses, eã uerterint in σ, vt θαρσεῖν pro θαρρεῖν. Quoniam ea litera dicitur impetus, ac uehementiæ significationem habere, videtur & in homines præcipites, ac uiolentos congruere prouerbium.

Oestro percitus.

Οἴστρῳ παραπληγείς, i. Oestro percitus, id est, ingenti animi cupiditate commotus, ac uelut attonitus. Oestrum enim insecti genus, horrendo strepitu, unde & nomen inditum apud Græcos. Nam Latini, asilum appellant. Hoc addito Iuno uacam Io in furorem egit. Vnde poetæ diuino correpti furore, œstro conciti dicuntur. Est apud Platonem, tametsi locus in præsentia non succurrit, opinamur in Phædro. Vnde & οἰστροπλῆγος dictione composita, pro insano, οἰστρεῖν, & οἰστρηλατεῖν, pro insanire.

In

In magnis & voluisse sat est.

In magnis & voluisse sat est.

Tibulliana hac sentẽtia, nihil celebrati[9]. Eam Angelus Politianus nõ inscite vertit Græcè:

Ἀρκεῖ δ' ἐν μεγάλοις, καὶ τὸ θέλημα μόνον.

Apuleius Floridorum lib. 4. Maiore scilicet uoluntate, quam facultate. Eoq. propensius fortasse laudandus est, quod omnibus bonis in rebus, conatus in laude, effectus in casu est. Item M. Varro apud Gelliũ li. 1. c. 18. In quo non modo Lælii ingenium non reprehendo, sed industriam laudo. Successum.n. fortuna, experientiam laus sequitur. Conuenit, ubi quis maiora viribus conatus, tametsi rei susceptę magnitudini non fecit satis, tamen hoc ipso nomine laudem promeretur, quod rẽ pulcherrimam tentauerit.

In holmo cubabo.

Ἐν ὁλμῷ κοιμήσω, i. in holmo cubabo, Dicebatur ab ijs, qui se quippiam diuinatione cognitum ire minitabantur. Nam ὁλμον quidam uatem interpretãtur. Alii tripodis Apollinis holmos appellatos fuisse. Tradit autem Aristophanes grammaticus, citãte Zenodoto, eos, qui holmis indormiſsent, repente diuinandi spiritum concipere. Addit Apollinem ob id ἐν ὁλμον cognominatum a Sophocle. Quamquam apud Hesychium ὁλμος pro mortario ponitur. Apud Athenæum libro 11. poculi genus est cornu adsimile, ut per iocum torqueri possit & in bibones.

Eadem cera.

Ἐν κηρίον, id est, Idem fauus, dicebantur qui uno ore idem affirmarent, aut q̃ inter se conspirassent. Ductum a fauorum cellulis inter se connexis. Siue quod cera tenax, sibiq; hærens. Siue quod olim in ceratis tabellis scribebant, unde & Horatius. Cera laudatur eadem, siue quod olim imagines è cera fingebantur, uaria quidẽ forma, nũc deorũ, nunc regum, nunc plebeiorum, sed hęc omnia erant cera. Refert Zenodotus non dissimile illi, quod alio diximus loco, Idem puluis, & Eadem farina.

In quinque iudicum genibus situm est.

Ἐν πέντε κριτῶν γόνασι κεῖται, i. In quinque situm genibus iudicũ, i. in alieno arbitrio res est posita. Nam antiquitus quinque iudicibus datum erat negotium, vt de comicorum fabulis pronunciarent, ut testis est apud Zenodotũ Epicharmus. Quãquam & apud Platonẽ quinq. iudicum fit mẽtio, cũ alias, tũ in lib. de Legibus 11. Ἐν πέντε δὲ τῶν νομοφυλάκων τοῖς νεωτάτοις ἔθη τῶν κρίσιν, idest, Vt iudiciũ sit penes quinque natu minimos ex nomophilacibus. Allusum est autem ad illud Homero frequens.

Καὶ ταῦτα θεῶν ἐν γόνασι κεῖται, i.

In genibus sunt hæc sita diuum.

Cum significamus nõ esse nostræ facultatis præstare rei exitum, uerum hunc superis, & fortunæ in manu esse. Pindarus in Olympiis:

Νῦν δ' ἔλπομαι μὲ, ἐν θεῷ γε μὰν τέλος. i.

Nunc spes quidem mihi, at in Deo situs exitus.

Fames, & mora bilem in nasum conciunt.

Sosia Plautinus in Amphitryone. Vetus adagiũ est, inquit, fames, & mora bilem in nasum cõcipiũt, id est, latrãte stomacho omnis moram bilem mouet. Quod aũt dixit, bilem in nasum conciunt, cõuenit cũ illo, quod ait Theocritus in Thyrside:

-Ἐν τί γε πικρὸς,
Καὶ οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ πάθηται, i.

-Est enim acerbus,
Atq. illi semper sedet in nare aspera bilis.

Ducta est metaphora ab animãtibus irãnarium flatu significantibus. Vnde fabula de tauris ignem spirantibus. Quin hominibus etiam nõnullis ex naribus indicium iracundiæ. Vnde & corrugare nares dicuntur, quæ offendunt. Horatius:

-Ne sordida mappa
Corruget nares.

Item Persius in quinta Satyra:

-Sed ira cadat naso, rugosaq. sanna.

Potest id trahi latius, nempe ad quẽlibet uehementius aliquid cupientem, cui omnis mora quantumuis pusilla, longissima uidetur, attestante Mimo:

Etiam celeritas in desiderio mora est.

Huc respicit & Horatianum illud:

Vt nox longa quibus mentitur amica, diesque.
Longa uidetur opus debentibus, vt piget annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum.

Generosior

Generosior Sparta.

Ἐλευθερώτερος σπάρτης, i. Generosior parta. Dicebatur excellenti animo, minimeq; timidus, aut humilis. Spartanis enim olim indoles aderat generosa, & ingeniũ omnis impatiens seruitutis, ac uelut imperio natum, undè nec mẹnibus urbem cingebant, legibus ita iubentibus, abunde munitam arbitrantes fortibus uiris. Fẹdissimum autem existimabant quempiam è pugna redire, nisi uictoremiid quod epigrammate quoq. testatum est. Nec tyrannidẽ in suam Rempubl. admittebant, sed æqua libertate parebant legibus. Denique nihil humilioris operæ exercebant, sed agriculturam, & artes sedentarias per Helotas, id erat seruorum genus, peragebant.

Locrensis bos.

Λοκρικὸς βοῦς, i. Locrẽsis bos. De re vili, aut de munere leuiculo. dici potest. Cũ aliquãdo Locrenses publicũ sacrũ facturi bouem desiderarẽt, composito ex minutis lignis bouis simulacro, diis rem diuinã fecerunt. Atq. hinc uulgus adagionẽ arripuit.

Ficulnus gladius.

Συκίνη μάχαιρα, i. Ficulnᵃ gladius. Defriuola caussa dici potest, quæq; minimo negotio queat refelli. Dictus est aũt, ficulnus gladius sycophanta, quod idẽ & mollis sit, & calumniator. Meminit & Hesychius.

Ficum Mercurio.

Σῦκον ἐφ' ἑρμῇ, i. Ficum Mercurio. De prõpto, & quibuslibet expofito beneficio dicebatur. Nã antiquitus mos erat, ficubi ficus repertus fuisset, cũ ueluti Mercurio sacrum suspendere. Liberum autem erat tollere ficum Mercurialem, cuicunq. libitũ fuisset, uel qd is Deus furibus fauere creditus est, uel iuxta parẹmiam illam, κοινὸς ἑρμῆς, Communis Mercurius. Huc opinamur allusisse Persium, cum ait:

Inq; luto fixũ possis trãscendere nummũ,
Nec gluto sorbere saliuam Mercurialẽ.

Vt indicatum est alibi.

Vt fici oculis incumbunt.

Ὥσπερ τὰ σῦκ' ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔφυ, i. Quemadmodum fieri oculis innati. De ijs dicebatur, qui pertinaciter urgerent, premerentq; negotium aliquod. Sumpta similitudinem a ficis, hoc est, uitio, qd̃ oculis adnascitur, nec facile potest auelli oculo incolumi. Aristophanes in Ranis:

Ὥσπερ τὰ σῦκ' ἐπὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς ἔφυ, i.

Vt ficus oculis imminens, sic ille erat.

Accommodabitur haud quaquã inepte, & in hos, qui cum graues sint, & intolerabiles, tamen auelli nõ queunt nisi magno malo. Opinamur autẽ ficos hic dici, rigidũ tumorem innascentem genis oculorũ, ea res cum molestissima sit, tamen nõ sine periculo tollitur, quod oculo immineat parti uexationis, & tractatus impatientissimẹ. Adagii mentionem facit Suidas.

Cum hasta, cum scuto.

Σὺν δορὶ, σὺν ἀσπίδι, i. Cum hasta, cũ scuto. Vbi quis omni conatu rem aggreditur. Aristophanes ἐν εἰρήνῃ.

Σὺν δορὶ σὺν ἀσπίδι τε.

Cum hasta, cumque scuto.

Item in Vespis:

Ἐκδραμόντες δορὶ ξὺν, καὶ ἀσπίδι, i.

Expedita excursione, cũq. scuto, & lãcea.

Sumpta metaphora a milite armis omnibus instructo. Ad similem usum recte torquebitur Homericum illud:

Ἐγχείᾳ, δορί τε μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν, i.

Hastaq. & gladio, saxisq. ingentibus instant.

Quoties res omni ui geritur.

Viri senis astaphis caluaria.

Ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς τὸ κρανίον, i.

Viri senis uelut uua passa cranium.

Admonet adagium inualidum, & flaccidũ esse senile corpus, exhausto succo, carnibusq; adesis. Lucianus in Tyranno de senibus: ἐπεὶ ἀσταφίδες γε πάντες ἤδη εἰσὶ, i. Quandoquidem iam oẽs uuæ passæ sunt. Rugosæ enim, & flaccidæ sunt uuæ passæ, propter succum sole decoctum. Vnde uetere, & uuas passas uocabant senes passos, ob rugositatem. Lucilius citante Nonio:

Rugosi, passiq. senes eadem oia quærunt.

Post folia cadunt arbores.

Post folia cadẽt in te arbores. Quoties admonebimus, leuiores iniurias si quis ferat, sequi atrociores. Veluti arborum decidua folia negligũtur, uerum aliquãdo fit, ut ipsæ arbores putres in caput subiecti decidant. Plautus in Menæchmis: Folia nũc cadunt.

cadunt. Nunc si triduum hoc hic erimus, tum arbores in te cadent.

Ante tubam trepidas.

Ante tubam trepidas, i. aĩo cõsternaris, priusq̃ appareat periculũ. Ab ignauis militibus sumptũ, qui pauitãt, priusquã bellicũ canatur. Nã audita tuba, mirus quidam pauor solet militũ aĩos incessere. Virgilius:

Cur ante tubam tremor occupat artus?

Qui sermo si paullo longius detorqueatur, in prouerbij speciem abibit.

Ameles angulus.

Ἀμελὴς γωνία, id est, Ameles angulus, i. neglectus angulus, dicebatur, qui supinᵒ, & oscitabundus desideret, nihil bonarum rerum tentans. Aiunt in Libya locum esse, qui ἀμελὴς γωνία, hoc est, securus angulᵒ uulgo dictus sit, ob id fortasse quod neglectus, & incultus iaceret. Comperimus scriptũ & ἀμελὲς γωνία, id est, negligẽtis angulus. Recensent Zenodotus, & Hesychiᵒ.

Vltra res Callicratis.

Ὑπὲρ τὰ καλλικράτους, i. Sup fortunas Callicratis. De immẽsis opibus dicebatur. Aiunt Carystiũ quẽpiã fuisse, nomine Callicratem, qui reliquos cines opibus longe præstiterit. Vnde si quem magnopere locupletẽ intelligi uolebant, eum uel Carystii Callicratis facultates uincere dicebãt. Aristoteles aũt in Athenienſium Rep. citante Suida, tradit Callicratem quẽdam è iudicum ordine fuisse, qui iudiciarias exactiones supra modũ auxerit, atque hinc natã parẹmiam de immodicis exactionibus.

Vulcanum uinculum.

Ἡφαίστειος δεσμὸς, i. Vulcanũ uinculũ. Vbi quis nodis inextricabilibus esset illigatus, Vulcaniis uinculis teneri dicebatur. Sumpta denominatione ab adamantinis illis uinculis, quibus apud Homerum Vulcanus Venerem, & Martẽ sic irretiuit, vt quo magis se conarentur explicare, hoc magis inuoluerentur. Homerus Odyssea 8.

Βῆρ' ἴμεν ἐς χαλκεῶνα, κακὰ φρεσὶ βυσσοδομεύων.
Εν δ' ἔθετ' ἀκμοθέτῳ μέγαν ἄκμονα. κόπτε δὲ δεσμὸς
Ἀρρήκτους, ἀλύτους, ὄφρ' ἔμπεδον αὖθι μένοιεν,
Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τεῦξε δόλον κεχολωμένος ἄρει,
Βῆρ' ἴμεν ἐς θάλαμον, ὅθι οἱ φίλα δέμνια κεῖτο.
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ἑρμῖσιν χέε δέσματα κύκλῳ ἁπάντῃ.
Πολλὰ δὲ καὶ καθύπερθε μυκαθρόφιν ἐξεκέχυτο,
Ἠύτ', ἀράχνια λεπτά, τὰ δὴ κέτις οὐδὲ ἴδοιτο
Οὐ δὲ θεῶν μακάρων.

Ille domũ petiit, qua stat ferraria fornax
Secus imo interea penitus mala pectore uoluens,
At trũco iposita pgrandi incude, secabat
Vincula nulli vel rũpenda, uel effugiẽda,
In quibus impliciti simul, astrictiq. manerent.
At postquam insidias Marti indignatus, & artes
Absoluisset, adit cõclaue, vbi dulce cubile
Stabat, & hinc illinc fallacia vincula fulcris
Obligat, & sũmo suspẽdit plurima tecto,
Mire tenuia, sic telas ut araneolorum,
Sic uti nec possint oculis deprẽdier vllis,
Non uel diuorum.

Adagium refertur a Suida.

Vtinam domi sim.

Οἴκοι ᾠοίμην, i. Vtinã domi sim. Dici solitum, ubi quis optat è malis, quib. implicitus est, emergere. Trãslatũ uidetur ab ijs qui in tẽpestate periclitãtur. Nã nunc etiam ita vulgo loquuntur, qui periculose nauigant, οἴκοι ᾠοίμην, Refertur a Suida.

Vtinam male, quemadmodum inuenisti, eijcias.

Εἴθε φαύλως ὥσπερ εὗρες ἐκβάλοις τὴν ἔνθεσιν.

Vtinã ita ut male reperisti ius, & eijcias male.

Hoc est, utinam quemadmodũ male tibi peperisti famam, aut facultates, ita & malè perdas. Iuxta Plautinũ illud, Malè partũ, malè disperit. Suidas hunc trochaicum, ut prouerbialem citat ex Aristophane, apud quem extat in Equitibus, diciturq; inibi in Cleonem reipublicæ depeculatorem.

Vltro Deus subijcit bona.

Αὐτομάτως ὁ θεὸς ἀνίησι τὰ ἀγαθά. i.

Vltro Deus subiicit bona. Quoties res citra nostrã operã feliciter cadũt, quasi Deo quopiam accurante. Stobæus senarium hunc adducit ex Plutis Cratini:

Αὐτόματα τοῖσι θεὸς ἀνίησι τὰ ἀγαθά.

Vltro dona illis ipse suppeditat Deus.

De dormientis reti dictum est alias.

Vlysseum commentum.

Οδύσσειος μηχανή, i. Vlysseum inuẽtũ, callidum,

callidum, astutum, & uafrũ dicebatur. Vlyssem Homerus ubiq; uersutum facit, ac dissimulantem, simulantemq;. Vnde eundem statim initio Odysseæ, πολύτροπον appellat. Virgilius item:

-Scelerumque inuentor Vlysses.

Refertur apud Suidã. Plutarchus in Lysandri uita declarat quid sit Vlysseum cõmentum. Lysandrum Lacedæmonij missa scytala domũ reuocarant. Is metuens accusationes Pharnabazi satrapæ, qui gratiosus erat Lacedæmoniis, dedit operam, ut cũ illo ueniret in colloquiũ. Ab eo multis precibus impetrauit, ut scriberet magistratui se nullis ab ipso læsum iniuriis. Pharnabazus cũ Cretensi quod aiunt Cretissans, cõscripsit epistolã ex Lysandri sententia, quã ille legẽdã tradidit, sed elã scripserat aliã ex sui animi sententia, sigillo, & inscriptione tam simili, ut dignosci non quirent altera ab alteris, eamq; tradit Lysandro. Is nihil suspicãs, reddit: quam lectam, cum illi commostrassent Ephori, Lysander intellexit non solum Vlyssem uersutum fuisse. In hanc ferme sententiam Plutarchus.

Victitant succo suo.

PROVERBIALI figura dictũ est in parasitos. Victitant succo suo, qui si quãdo cena contigit lautior, ingurgitant sese. Rursus ubi nulla arridet spes cenatica, cogũturq; οἱ κόσιτοι viuere, fortiter ferunt inediã, & in conuiuij spem durãt. Sumpta metaphora a cochleis, quæ per æstum intra testã cõtractæ, vtcunq. succo suo alũtur, donec acciderit pluuia. Plautus in Captiui duo:

Cum res, inquit, prolatæ sunt, cum rus homines eunt
Simul prolatæ res sunt nostris dẽtibus.
Quasi cũ caletur, cochleę ĩ occulto latẽt,
Suo sibi succo uiuunt, ros si non cadit,
Itidem parasiti rebus prolatis latent,
In occulto miseri victitant succo suo.

Viri infortunati procul amici.

Ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος, ἐκποδὼν φίλοι. .i. Viri siti in malis amici sunt procul.

Paræmia notat mores amicorum uulgariũ, qui hirundinum ritu, pro ratione tẽporum aduolant, ac deuolãt. Aduolãt vbi res secundæ, deuolant ingruente rerum tẽpestate. Aristides in oratione Panathenaica nominatim adagii titulo usurpauit: Καὶ τὴν παροιμίαν ἐνήλλαξεν. ὁ γὰρ ἐκ πόδων ἐξ κατέδειξε φίλους κακῶς πράξαντος, ἀλλὰ πολλοὺς καὶ τὴν πρόσθεν διαφόρων ἐπὶ τοῖς ἀτυχήμασι φίλους πεποίηται, i. Ac prouerbiũ inuertit. Declarauit. n. haudquaquã esse procul amicos, eius cui res sunt aduersæ, uerũ etiã multos, qui antea dissidebãt, in rebus afflictis sibi reddidit amicos. In hãc sentẽtiã extat & huiusmodi senarius:

Τῶν δυσυχούντων δ' ἀτυχὴς οὐδεὶς φίλος. i. Felix amicus nullus infelicibus.

Item alter huic similis.

Κρίνει φίλους ὁ καιρὸς, ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ. i. Vt ignis aurũ, amicum ita tempus arguit.

Ad hanc sententiam palam allusit Cicero lib. Famil. epist. 9. Nam & si non facile dijudicatur amor uerus, & fictus, nisi aliquod icidat eiusmodi tempus, ut quasi aurum igne, sic beneuolẽtia fidelis, periculo aliquo perspici possit. Cætera sunt signa communia. Horatius:

Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid deest.

Passim habẽtur amici, qui petãt: qui dẽt, perpauci. Pindarus item in eandem sẽtiam:

Οὐ χρεὼ τιμὰ φίλων πατωμένῳ
Φωτὶ, παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτοῖσι. i.
Perit honos homini amicis orbato.
Sũt aũt pauci mortales fidii reb. afflictis.

Vias nouit, quibus effugit Eucrates.

Οἶδε τὰς ὁδὸς ὥσπερ ἔφυγεν Εὐκράτης. .i. Nouit vias, quib. effugit Eucrates. In eũ quadrat, qui semper aliquã inuenit rimã, ut inquit Plautus, per quã elabatur, vt officium subterfugiat. Aristoph. in Equitibus.

Εὐλαβοῦ δὲ μὴ φύγῃ σε, καὶ γὰρ οἶδε τὰς ὁδοὺς
Ἀσπερ Εὐκράτης ἔφυγεν διὰ κυριβίων. i.
Caueto ne te effugerit, nouit uias.
Quibus Eucrates effugerat per furfures.

Taxat autem obiter Eucratis mores, q. cum molitor esset, tamen rempublicã administrarat. Quin & in Auibus taxat Execestidem quẽpiam, peregrinum, & erronẽ, cui uiæ omnes notæ fuerint. Congruet in hominem aliquo prætextu suffugientem, si quando fides sit præstanda.

Viuit, incende ignem.

Ζῇ, καῖε πῦρ, i. Viuit, incende ignẽ. Vbi in negotii periculosi puncto festinandum admonemus, & occasionem arripiendam, ut cũ reperta scintillula properatur, ne pereat & illa. Simile illi: Nunc tuum ferrum in igni est. Refertur apud Suidam.

Venter

Venter auribus caret.

Γαστὴρ οὐκ ἔχει ὦτα, i. Venter nõ habet aures. Vbi de pastu agitur, non admittuntur honestæ rationes. Attestatur huic senarius illi prouerbij vice Græcis celebratus:

Λιμῷ γὰρ οὐδὲν ἐστὶν ἀντιπεῖν ἔπος. i.
Contra famem etenim nulla cõtradictio est.

Celebratur a Plutarcho Gellioq; dictũ illud Catonis, ex oratione quadã, qua dissuasit legem Agrariã. Eam sic exorsus est, ut dicat, arduum esse ad uẽtrem uerba facere, qui careat auribus. Nec inepte accõmodabitur in eos, qui uentris addicti uoluptatibus, nihil admittunt, quod uẽtri nõ sit amicum. Seneca lib. 3. epist. 21. Venter, inquit, præcepta nõ audit, poscit, appellat. Non est autẽ molestus creditor, paruo dimittitur, si modo das illi, quod debes, non quod potes.

Cum puluisculo.

VEL cũ puluisculo dicimus, quoties omnia sic tollũtur, vt nihil fiat reliqui, ne puluis quidem. Metaphora mutuo sumpta videtur ab ijs, qui frumentum ab area cõuertunt, non sine puluere. Plautus in Rudẽtibus. Cõuerret hic iam me totum cum puluisculo. Idem in Truculento: Quo citius rem ab eo auferant cum puluisculo. Simili figura dixit Iuuenalis cũ ęrugine, p eo quod est integre, & nulla parte diminutũ.

Nunc si depositum nõ inficietur amicus,
Si reddat veterem cũ tota ęrugine follẽ.

Eodẽ pertinet euãgelicũ illud, quod iubẽtur etiã puluerem excutere apostoli, i. ne minimum quidẽ ab eis auferre secum.

Valere pancratice.

PLAVTVS in Bacchidibus, Valere pãcratice dixit, pro eo quod est firma esse ualetudine. Nam in Pancratistis robur corporis, potissimum spectabatur. Pro eodem dixit, Valere athletice. Valere pugilice. Valere basilice. Terẽtius item: Pugilẽ esse aiũt. De puella robustiore, & habitiore. Græci βασιλικῶς pro magnifice, prouerbiali figura dicunt. Neque is sermo uulgo non tritus est, etiam hodiernis temporibus.

Fœdum est, & manisse diu, vacuumq; redijsse.

VERSVS hic Homericus ex secũdo Iliados libro, nõ dubiũ quin adnumerãdus sit inter eos, quos Macrobius scribit in prouerbium abijsse:

Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι. i. Turpe est & mãsisse diu, vacuũq; redisse.

Conuenit, vbi quis lõgam de se concitauit expectationem, cui postea non respondeat: Veluti si quis studii caussa diu peregrinatus, domum redeat nihilo doctior. Aut si negotiator post diutinã absentiam reuertatur, nihilo ditior. Aut si quis admodum longæuus, nihil præclari gesserit ĩ vita, quo se uixisse testaretur. M. Tullius p uerbij uice usurpauit Epistolarum ad Atticum libro sexto epistola, cui initium: Nũc quidem profecto.

Tragulam inijcere.

PLAVTVS in Epidico: Tragulam in te inijcere adornant, id est, dolum aliquẽ in te struunt. Et ibidem: Nescio quam fabricã facit. Sic autem habẽt uersus tetrameter, trochaicus:

Tragulam in te inijcere adornat, nescio quam fabricam facit.

Vtraque figura p uerbialis uidetur. Idẽ in Cassina, Ego pol istã iam aliquorsum tragulam decidero. Rursus in Pseudolo, At uolui inijcere tragulam in nostrũ senẽ. Huic simillimum quod dixit in Mostellaria: Pilum iniecisti mihi, pilum enim hastæ genus est.

Trium literarum homo.

TRIVM literarum homo, per Ironiã dici potest, in eum, qui generosus, & ingenuus uideri cupiat. Inde natum quod olim ingenui, prænomen, nomen, & adnomen, in literis aut insignibus suis, tribus literis notare soleãt. Vt pro Quinto Valerio Maximo, Q. V. M. Hinc vulgi iocus de trium literarum homine. Plaut. in Adulularia iocum alio detorsit, nempe in seruũ furacẽ. Subijcit enim, Etiam fur, trifurcifer.

Trium dierum commeatum.

TRIVM dierũ cõmeatus, cũ instare paupertas extrema significatur. Trãslatione ducta a militum cõmeatu. Et apud Aristophanem cum alias, tum in Acharnensibus.

Καί μ' ἠπιτρεῖν σιτὶ ἡμερῶν τριῶν. i.
Mihiq; vt referuem commeatum tridui.

Interpres addit, antiquitus in bellũ ituris edici solere, ut sibi tridui nõ minus, cõmeatũ pararent. Meminit & in Equitibus

Εγὼ

Εγὼ πορίῳ γὰρ τοῦτον
Ημερῶν τριῶν. idest,

Præbebo & istum qd sat est in triduũ. Proinde tridui commeatum dicemus minimas facultates, quę uix ad tridui uictum sufficiant. Non dissimili figura Terentius in seipsum excruciante, dixit decem dierum familiam.

Tragœdias in nugis agere.

TRAGOEDIAS in nugis agit, qui in re leuicula tumultum mouet. Et ut ait Terentius, magno conatu magnas nugas dicit. M. Tullius De oratore, lib. 2. Ne aut irrisione, aut odio digni putemur, si tragœdias agamus in nugis. Vsurpat idem Fabius lib. 6. cap. de peroratione. Nam in paruis, inquit, litibus has tragœdias mouere, tale est, quasi personam Herculis, & cothurnos aptare infantibus uelis. Quin hoc ipsum excitare tragœdiam, si alio quopiam deflectatur prouerbium resipit. Vnde & Græcis: ἐκτραγωδίζειν. & τραγικῶς λέγειν, p grauiter, siue acerbe.

Transuersum agere.

TRANSVERSVM agere dicitur, qui vi, & impetu quodam ab instituto deflectitur. Ita Laberius mimus apud Macrobium lib. saturnaliũ 2. cursum fortunæ transuersum uocat. Hunc enim C. Cæsaris benignitas inuitauit, ut eques Romanus, & senex prodiret in scenam. In prologo igitur quęritur præter animi sui sententiam eo Cæsaris auctoritate fuisse compulsum.

Necessitas, inquit, cuius cursus transuersum impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt,
Quo me detrusit pene extremis sẽsib. &c.

Ita qui præceps ira fertur, transuersus rapi dicitur. Ductum apparet à nauigantibus, qui secundo uento recto cursu ferũtur, flatu aduerso, transuersum aguntur.

Thrasybulo Dionysium dicitis esse similem.

Θρασυβούλῳ διονύσιον φάτ' εἶ ὅμοιον, i. Dionysium Thrasybulo similem esse dicitis. Dici solitum, ubi quis ea componit, q̃ nimio interuallo inter se differunt. Dionysius enim inter pestilentissimos tyrãnos commemoratur: Thrasybulus laudatus, quod reipublicæ studiosissimus fuerit. Sũptum est è Pluto Aristophanis.

Tributis potiora.

Τὰ φόρων κρείττω. i. Tributis potiora, dicebatur, ubi quis ex malefactis, & iniquitate commodum ingens reportaret. Refertur à Suida, & Zenodoto prouerbij nomine, nec pluribus explicatur. Harpocration in dictionario rhetorico scribit extitisse in oratione Hyperidis aduersꝰ Athenogenẽ. Inde natum opinamur, quod qui principũ nomine tributum exigunt, fere plus extorquent, quam par est. Et principes sic petũt, ut ab inuitis rapiant, ni dent, quod petitur. Congruit huic illud Pindari ex Pythijs hymno 8. κέρδος δ' φίλτατον γ' ἐκόντος εἴ τις ἐκ δόμων φέρει. i. Lucrum autem gratissimum, si quis ex uolentis ædibus ferat.

Tragica simia.

Τραγικὸς πίθηκος, i. Tragica simia. Proauerbiali conuitio dicebatur, qui fungeretur honoribus, opibusq̃. polleret, alioquin indignus. Simiam appellant homuncionẽ, uix hominem, sed simulacrũ hominis magis. Tragicam addunt, propter fortunę stre pitum, & personã additam. Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Æschinẽ tragicam simiam appellat, quod cum esset ne quissimus, splendidis uerbis probum ciuẽ ageret. Cuius prouerbij meminit Philostratus in Aristide. Diuus Hieronymus in epistolis ostendit hoc scomma iaci solere vulgo in Christianos, sed ab impijs, ethnicisque. Conuenit & in eos, qui barba, pallioq. philosophos se profitẽtur, cum cetera cultui non respondeãt. Sic enim Plutarchꝰ: Οὔτε γὰρ φιλοσόφους παγωνοτρεφίαι, ἢ τριβωνοφορίαι ποιοῦσιν, οὔτε ἰσιακὸς αἱ λινοστολίαι, i. neque. n. alere barbã, aut gestare uile palliũ philosophũ facit, neq; lineis uestiri Isiacos, hoc ẽ, Isidis sacerdotes.

Tineas pascere.

TINEAS pascere dicuntur, quę neglecta situ pereũt, Ductũ à uestibus, aut libris diu reconditis, & intactis. Horat. in Epistolis:

Cõtrectatus ubi manibꝰ sordescere vulgi
Cœperis, aut tineas pasces taciturnus inertes:
Aut fugiens Vticam, aut unctus mitteris Ilerdam.

Titio ad ignem.

Δάλος ἐπὶ πῦρ, i. Titio ad igne, ubi qs applicatur ad eas res, ad quas natura propensus est. Vt si mulierosus, ad puellarum conuictum, sanguinis auidus, ad militiam; lucri sitiens, ad mercaturam. Δαλὸν enim Græci uocant lignum semiustulatum, Nõ admodũ abludit ab illo, εἰς ἀμίδ' ἀνερεῖν, idest, in matulam immeiere. Refertur à Suida, & Zenodoto.

Tithymallus Laconicus.

Τιθύμαλλος λακωνικός, i. Tithymallus Laconicus. In lippientes, oculisq; cæcutientibus homines dicebatur. Tithymallus herbæ genus, apud Lacones repertum, lacteo succo manans decerptum, unde quidam dixere Lactariam, singularis acrimoniæ, quo sub noctem oculos illinebant ad uisum acuendum. Huius Dioscorides in quarto, plures species facit, deq; oculorum remedio diligenter meminit. Adagium refertur apud Suidã, qui citat ex Aristophane de Neoclide lippo σκόροδ' ὁμοῦ τρίψαντα τὸν τιθύμαλλον, i. Qui allium truit simul cum tithymallo. Carmen autem exstat in Concionatricibus:

Τὶ δαίμ' ἐχρῆν δρᾶν,
Σκόροδ' ὁμοῦ τρίψαντ' ὀπῶ τιθύμαλλον
ἐμβαλόντα τε λακωνικῆ
Σαυτῷ παραλείφειν τὰ βλέφαρα τῆς ἑσπέρας. idest,

Simul cum opi liquore tereres allia,
Tithymallon insuper adderes Laconicũ,
Et obungeres tibi palpebras sub uesperũ.

Vox dicta uidetur à mãma nutricis, sed apud alios per simplex λ, scribitur, licet Suidas scribat per geminum. Nec indicat interim usum prouerbij. Si competit in lippos, dicẽdum est, Tithymallo opus habet, aut Tithymallum terit. Nam tradunt huic efficacem esse acrimoniam, ut, cum succus eius colligitur, cauẽdum sit, ne contingat oculos, & quoties sumitur in stomachum, deuorare necesse est obuolutum, ne fauces radat. Huius succo medentur oculorum pituitæ. Multa de his Plinius libro 26. c. 8. Cornelius Celsus in quincto, indicãs eam herbam Latinis dici Lactucam marinam, uim ait habere exedendi.

Tinctura Sardonica.

Βάμμα σαρδωνικόν, i. Tinctura Sardonica. De colore præcellenti dicebatur, præcipue purpuræ: per iocum aũt transfertur ad eũ, qui pudefit, aut qui ob plagas sanguine tingitur. Sardo, siue, ut Hesychius scribit, Sardon, insula ingens apposita Italię, in qua uariæ purpurarũ tincturæ, laudatissimæq. fiebant. Itidem & Tyrium muricẽ, ostrumq; Sarranum, legimꝰ apud Latinos. Aristophanes in Pace:

ὦ ἐκεῖνος φησὶν εἶ βάμμα σαρδινιακόν. i.

Quã ille prędicat coloris esse Sardiniaci.

Idem in Acharnensibus:

ἵνα μύσε βάψω βάμμα σαρδινιακόν. i.

Ne te linam colore Sardiniaco.

Quam curat testudo muscam.

Οσον μέλει τῇ χελώνῃ μυῶν, i. Quã curat testudo muscã. Suidas ex auctore quodã refert hęc verba: τοῦ δὲ ἀγαμέμνονι τῆς θέρσιτε παῤῥησίας ἥ ποιον ἔμελεν, ἢ χελώνῃ μυῶν, τὸ τῆς παροιμίας, i. Agamemnon autem minoris faciebat Thersitæ maledicẽtiam, quam testudo muscas, quemadmodum prouerbio dicitur. Testudini nihil nocere possunt muscæ propter tessam, qua munita est, Confine illi, quod alibi memorauimus, Non curat culicem elephantus, Lepidius erit ad res animi detortum. Animus, uirtute, ac philosophia munitus, nihil plus timet fortunæ incursum, quam testudo muscas.

Stultior Morycho.

Μωρότερος εἶ μορύχου, i. Stultior es Morycho. Siculum prouerbium, in eos, qui ridicule, stulteve quippiam facerent. Sed uidẽtur peculiariter obnoxij huic adagioni, qui, domesticorũ negotiorum negligẽtes, foris agunt, aliena curantes. Quod genus inducitur Ollus apud Martialem. Cuiusmodi sunt & apud Plutarchum Lamiæ. Zenodotus tradit, apud Siculos Baccho cognomen esse Morycho, idq; inde datum, quod in vindemijs, huius dei facies musto, ficisq; uirentibus oblini cõsueuerit, quod utriusque arboris inuẽtæ laudem Baccho tribuũt veteres, ut testis est Athenæus lib. Dipnosophistarũ secundo: παρὰ τὸ μορύξαι, τὸ μολύνεσθαι, i. à moryxæ, quod est contaminare, vnde & Homer. μεμορυγμένος, dixerit, pro μεμολυσμένος. Bacchus autẽ ubique ridiculus, ac parum cordatus inducitur à poetis, vtpote deus temulentus, uelut in Ranis Aristophanis, adeoq. in huius sacris ludicra quædam tãquam in eius contumeliã fiebant. Quin & cognomen additum

tum contumelię caussa, ἐρεβίνθειος. Apud Siculos huius simulacrum, non in tẽplo, sed extra fanum, sub dio positum erat, iuxta ingressum, siue uestibulum, confectũ è lapide, cui nomen Psella, arte Simmij cuiusdam Eupalami. Proinde, vulgari ioco iactatum est de illo: μωρότερος εἶ μορύχου, ὃς τ' ἄνδον ἀφεὶς, ἔξω τῆς οἰκίας κάθηται, .i. Stultior es Morycho, qui, omissis his, quę sunt intus, foris extra domum desider. Zenodotus adagium citat ex epistola quadam Polemonis ad Diophilum. Quamquam alienissimum est ab ingenio, moribusq; nostris, uestigandis, aut insectandis aliorum erratis operam conterere, tamen non possumus hoc loco nobis temperare, quin ridendi magis, quàm insectandi, caussa proferamus cuiusdam non infimi nominis, inscitiam ne dicamus, an socordiam. Principio prouerbium hoc e vulgatissimis Zenobij Collectaneis enarrans, Polemonem perinde citat, quasi locum ipse legerit. Id quod suo more facit, uidelicet ut in abstrusis, minimeque vulgatis auctoribus uersari videatur. Deinde Græca, quæ mõ retulimus, indidẽ, ὃς τὰ ἔνδον ἀφεῖς, ἔξω τῆς οἰκίας κάθηται, reddidit ad hunc modum: Qui relinquẽs habitationẽ interiorẽ, extra positam q̃rebat. Rursum, quod habetur in ijsdem Collectaneis: μόρυχος ὁ Διονύσου ἐπίθετον, ἀπὸ τοῦ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ μολωώεσθαι, ἐπειδὰν τρυγῶσι, τῷ ἀπὸ τῆς βοτρύων γλυκεῖ, καὶ τοῖς χλωροῖς σύκοις, expressit hoc pacto, Morychus sane epitheton est Bacchi: ἀπὸ τοῦ πρόσωπον αὐτοῦ μολωώεσθαι. i. ab inquinando videlicet propriã faciem. inquinare namq. solet eã Bacchus racemis, & uiridibus ficis. Deinde, qd idẽ coaceruatos, etymologiã nominis reddẽs, scripsit; μορύξαι γὰρ τὸ μολωῶαι, sic interpretatus est, Lepos Atticus nostri tẽporis, μορύξαι, inqt, porro idẽ est, qd μολωῶαι, hoc est, ineptire, hoc est desipere. Iã illud quanto est, πάντος μορύχου μωρότερον, qd de Bacchi statua reddidit. Græca sic habẽt, παρόσον ἔξω τοῦ νεὼ τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ ἔστι παρὰ τὸ εἴσωθον ἐν ὑπαίθρῳ. Ea sic extulit transmarina Venus: Prætereà dr̃ à simplicitate Bacchi, cuius simulactũ in aperto statuit apud Hesiodũ. Vide, quot ineneres in vno, eoque perbreui capite prodidit hic venustus. Primum Bacchus, fastiditis penetralibus ædiũ suarum, peregrinas sectatur domos, deinde, cum saxeus sit, (sit enim de statua mentio) tamen ipse sibi faciem racemis, & ficis oblinit, quo uindemiatores delectet. Ad hæc, cum idem significent, μορύξαι, & μολωῶαι, utrũq. declarat, ineptire, & desipere: uerum his dũtaxat, qui Venerem illam transmarinam vsquequaq; pcalluerint. Denique, quod est omnium venustissimum, è uestibulo, (siquidem, auctore Polluce, ἔσοδος templi uocatur, quod & προπύλαιον dicitur,) Hesiodum fecit, hoc est, è mutis saxis eloquẽtissimum poetam. Et habet tamen hic talis artifex quibus sit admirationi, hoc est, similes habent labra lactucas, cum innumera sint in huius commentarijs, pari flore reddita Græca, ὅτε ὀρανῶ, quod aiunt, ὅτε γῆς ἀπόμβρια, quæ uel ipse saxeus Morychus rideat. Homo sane suauis, atq. adeo Moriæ beneficio felix, qui transmarinę Veneris sensum requirat in alijs, ipse communi carens; &, ut videtur, marinæ, quam transmarinæ, Veneri familiarior. Sed præstat, ut, omissis iocis, ad institutũ negotium calamus recurrat. Iocatur in Morychum, & Aristophanes i Vespis, ζῶν βίον γλυκαῖον ὥσπερ μόρυχος, .i. Viuere vitam generosam, quemadmodũ Morychus. At Suidas indicat huius nominis poetam quempiam fuisse tragicum, cuius uita non caruerit luxus, ac mollitiei nota. Citatq. hoc in eum carmen Aristophanis. Exstat autem in Acharnensibus:

ὦ φιλτάτη σύ, καὶ πάλαι ποθουμένη,
ἦλθες, ποθεινὴ μὲ τρυγωδικοῖς χορεῖς,
φίλη μορύχη. idest,
Charissima, ac desiderata iam diu,
Optata ades, fæce sublitis choris
Grata & Morycho.

Quattuor obolis non æstimo.

Τεττάρων ὀβολῶν εἰναυσίει. i. Quattuor obolorum esse puta. Simile illis, quæ alibi retulimus, Assis te non facio, & Dupondij non facio, & Teruncij non facio. Suidas hęc quoque refert, sed tacito (qui frequẽs illi mos) auctoris noie: τὴν παῤῥησίαν τοῦ σλῶ οἴει τεττάρων ἓξ ὀβολῶν, τὸ λεγόμενον, idest, tuam maledicẽtiam existimato quatuor esse obolorum, quemadmodum dicitur. Et Diobolare uocant Latini, quod uilissimum uideri uolunt.

Tenuem nectis.

Λεπτὼ πλέκεις, i. Tenuẽ nectis. De pauperibus

peribus dictum, quibus plerumq. tenuibus in rebus labor. Dicitur & λεπτὴ ἐλπὶς, i. Spes tenuis, pro exigua: & λεπτὴ φροντὶς, .i. Tenuis cura, pro subtili, & curiosa. & λεπτὰ ξαίνεις, i. Tenuiter diducis, in sordidos, quique vel minutissimarum rerum habent rationem. Ducta metaphora a textoribus.

Terrestria balnea.

Χθονία λουτρὰ, i. Terrestria, siue inferiorum balnea. Dictum videtur, (nam coniectandum est) ubi quid sero iam adhibetur, nulli futurum vsui ei, cui exhibetur. Veluti, si quis tum reo patrocinetur, postquam pronunciata fuerit irreuocabilis iudicum sententia. Mos olim fuit, defunctis ad sepulchrũ balnea quædam inferre. Cadauera item sepulturę danda prius lauabantur. Vnde Ennius:

Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & vnxit,
Fit & nostra tempestate, ut defunctorũ monumentis pie aquam inspergant consecratam.

Ter.

Ne illud quidem figura prouerbiali vocat, quod Græci numeri additione rẽ amplificant, maxime ternionis: fortassis, quod is apud priscos & absolutissimus, & sacer habetur: vt, quidquid ter dictum, aut factum esset, id ratum, & efficax haberetur. vnde in magorum mysterijs adhiberi solitus. Virgilius in Pharmaceutria:

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circumdo, terq. hæc altaria circum
Effigiem duco. numero deus impare gaudet.

Et apud Theocritum, in eiusdem tituli carmine:

Ἐς τρὶς ἀποστένδω, καὶ τρὶς τάδε πότνια φωνῶ. idest,
Ter libo, ter & hæc pronuncio mystica verba:

Item in Cærimonijs funebribus:

-Et supremum ter uoce ciemus.

Apud Euripidem in Hecuba præco ter iterato uerbo silentium indicit:

Σιγᾶτ' ἀχαιοί, σίγα πᾶς ἔσω λεώς.
Σίγα σιώπα. idest,
Silere, Achiui, populus omnis sit silens
Taciturnitate, silentioque.

Aristophanes in Ranis:

Τοῦτοισι ἀπωδῶ, καὶ θὶς ἀπωδῶ, καὶ θὶς μάλ' ἀπωδῶ. idest,
Istis recuso, iterumq; recuso, rursum valde recuso.

Passimq. legitur nõ solum apud poetas, verum etiã oratores: τρὶς μιαρὸς, τρὶς καταράτος, τρὶς μακάριος, τρὶς μέγιστος, τρὶς ἄθλιος, idest, Ter scelestus, ter execrabilis, ter beatus, ter maximus, ter infelix. Quod latini dumtaxat in carmine sũt imitati. Virgilius:

-O terq. quaterq. beati. Ouidius.
Omnia bis dices vera fuisse mea.

Et illud etiam nunc vulgo familiare, vt, si quid asseuerent vehementius, id ter repetant. Vt hinc etiam adagium ortum videri possit. Strabo li. Geographiæ primo, quod Homerũ scribit, Charybdim ter in die reddere, quod absorbuit, ter resorbere, cum constet id non fieri nisi bis in die, excusat hac hyperbole, quasi τρὶς nõ sonet hic numerum, sed vehementiam. Ad hanc sermonis formam pertinet, quod est apud Platonẽ libro de repub. 10. καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν ὁρῶντες, οὐκ αἰσθάνονται τριπλὰ ἀπέχοντα τοῦ ὄντος, i. Et, cum uidẽt illorum opera non intelligũt ea tertio gradu abesse a veris. Agit de ijs, qui e poetis sumunt recte viuẽdi rationem, cum illi pro ueris tradãt phantasmata. Durar huius sermonis vestigium & hodiernis diebus in lingua Gallica, qui, huius syllabæ adiectione, e comparatiuo faciunt superlatiuum, nisi quod, in uersis literis, tre sonant pro ter.

Theagenis pecunia.

Θεαγένους χρήματα, τάτ' αἰχίνου, i. Theagenis pecuniæ, quemadmodũ Aeschynis. Iocus prouerbialis in eos, qui, pauperes cũ essent, tamen diuites haberi uolebãt. Hoc morbo natus est uterque, & Theagenes, & Aeschynes. Vnde cognomen his additum σέλλοις, a Sello quopiã, inepte ambitioso, qui, cum re esset per quam tenui, tamẽ affectabat uideri locuples. unde, q hoc morbo laborabant, σελλίζειν dicebantur. Finitimũ ei, quod alio dicẽ loco, φανίς θύρα, id est, Phaniæ ianua. Prouerbij meminit Aristophanes in Auibus.

Ἵνα καὶ τὰ θεαγένους τὰ πολλὰ χρήματα
Τάτ' αἰχώνου ἅπαντα, idest,
Vbi sunt Theagenis plurimæ pecuniæ,
Et Aeschynis quidem uniuersæ.

Tantali lapis.

Ταντάλειον λίθον, i. Tantali lapidem, vocant, imminēs capiti periculū. Apud Suidam hæc referūtur, ἐπειδὴ τὸν Ταντάλου λίθον τῆς κεφαλῆς ἀπετινάξαμεθα, i. Quādoquidem Tantali saxum capiti impendēs excussimus. Plato apud Stobæum, εἰ δ' εἰ τὸν λεγόμενον Ταντάλου λίθον ἐπηρτημένον τὶς ἔχοι, i. Ne si Tantali quidem, quem uocāt, lapidem imminentem haberet aliquis. Sumptum a fabula Tantali: quem quidam fingunt apud inferos, etiam hoc supplicij genus pati, ut ingens saxum sic immineat capiti, ut iamiam casurum uideatur. Athenæus lib. Dipnosophistarum sexto, fabulæ originem refert hunc in modum. Tantalus, uoluptatum auidus, cum in deorum consortium admissus, impetrasset optionem petendi quidquid uellet, a Ioue postulauit, ut ad eum modum iugiter uiueret inter epulas, nihil hac re ducens felicius. At indignatus Iuppiter promissum præstitit, hominisq; optatis satisfecit. Cēterum, ne frui posset appositis, saxum ingens iamiam casuro simile supra verticē suspendit, cuius metu non libeat qdquam attingere. Virgilius Aeneidos suæ libro sexto commentum hoc ad Lapithas, Ixionem, ac Pirithoum refert:

Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque
Quos super atra silex, iamiā lapsura, cadenti
Imminet assimilis? lucēt genialibus altis
Aurea fulcra thoris, epulæq; ante ora paratæ
Regifico luxu. Furiarum maxima iuxta
Accubat, & manibus prohibet contingere mensas,
Exsurgitq; facem attollens, atque intonat ore.

Vsurpat & Pindarus in Isthmijs hymno septimo: ἐπειδὴ τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς γὲ τὰν τάλω λίθον πάρα τις ἔτρεψεν ἁμῖν θεός. i. Qn̄ quidem lapidem Tantali imminentē capiti aliquis nobis admouit deus. Sentit autem metum instantis belli. Interpres citat ex Euripide:

Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον,
Ἀέρι ποτᾶται. idest,
Saxum papescens uertici quod imminet
Per aerem volat.

Gregorius Naziāzenus in Epist. quadā ad Basiliū fratrem, uitam solicitam, ac periculis expositā, ταντάλειον ζῶω appellat.

Surdior Toronæo portu.

Κωφότερος τορωναίου λιμένος, i. Surdior Toronæo portu. Aiunt, portum esse quendam Toronæ, Thraciæ ciuitatis, qui lōgis, & angustis duobus excursibus porrigit in mare, ita ut in ipso portus secessu nullus fluctuum fragor audiatur. Vnde prouerbium in eos, qui non audiunt. Quamquā alij Toronem ponunt in Macedonia. Stephanus meminit etiam sinus, cognomēto Toronæi, a quo prouerbium ductum uideri possit. Nisi quod mare surdum uocāt, magno fragore resonans, ut ob strepitum undarum præterea nihil exaudire liceat.

Surdior turdo.

Κωφότερος κίχλου, i. Surdior turdo. Zenodotus ex Euboli Dionysio citat. Ascribit surditatem huic auī peculiarē, cum sit loquacissima, uel prouerbio teste. Vn̄ concinne dicetur, qui, perpetuo blaterantes, ipsi non auscultant, quid uicissim ab alijs dicatur: quod utiū in multis licet deprehendere.

Effeminatorum etiam oratio effeminata.

Ἐνεισιν ἐν δειλοῖσι ἀνανδροι λόγοι. idest, Inertibus uiris iners oratio.

Vt quisque est, ita & loquitur. Refertur a Zenodoto. Cō fine illi, quod alibi retulimus, Fatuus stulta loquitur. Item illi, Qualis uir, talis oratio. Tametsi longe alium Drācem fecit Virgilius, lingua fortem bellatorem, re imbellem.

Stupidior Praxillæ Adonide.

Ἠλιθιώτερος πραξίλλης ἀδώνιδος. i. Stultior Praxillæ Adonide. In uehemēter stupidos. Polemon apud Zenodotum, tradit Praxillam fuisse quampiam Sicyonīā poetriam, quē in suis cantionibus Adonidem inducit ab inferis interrogatū, quid apud superos pulcherrimum reliquerit: respondere, Solem, cucumeres, mala. Quod cum uehementer insulsum uideretur, cucumeres, & mala cū sole componere, prouerbio dici cœptum in homines nullius iudicij.

Simonidis cantilenæ.

Σιμωνίδου μέλη. Simonidis cantilenæ. De uafris, ac subdolis dictū est. Hūc tradūt primum

Primum astutiam, & quæstum in artem induxisse. Erant illi duo scrinia, alterum gratiarum, alterum præmiorum: quæ, cū post tempus aliquantum aperuisset, gratiarum arculam semper offendebat inanem, præmiorum, semper plenam. Hoc commento significans se nolle gratis donare carmina. Meminit huius rei Plutarchus in libello περὶ τῆς πολυπραγμοσύνης. Vnde Aristophanes apud Suidam, ᾄσαι σιμωνίδου μέλη, idest, Cane Simonidis carmina. Meminit Aristophanes in Auibus:

Πρῶτον μὲν αὐτὸν πλὴν λύραν λαβόν τ' ἐγὼ ἐκελεύσα. idest,
Primum quidem ipsi iussi, ut sumpta lyra sonaret
Simonideam cantionem.

Ad duo scrinia allusit Theocritus in Charitibus:

Οὐκ ἀρὰ δὲ πάλιν κενεᾶς ἐπὶ πηθμένι χηλᾶς. idest,
Rursum at ignauæ uacuo intra scrinia fundo.

Si tibi machæra est, & nobis urbina est domi.

Plautus in Bacchidibus, Si tibi est machæra, & nobis urbina est domi. Quoties malum malo opponitur. Nam machæra & urbina utrumq. teli genus est. Sunt autē apud Plautum Chrysali uerba, minas referentis, & militis sæuitiam sæuis item dictis retundentis. Placiades Fulgentius pro Vrbina legit, Veruina, & interpretatur teli genus oblongum. Simillimum est illis, Parpari. & , Malo nodo malus quærendus cuneus.

Semper agricola in nouum annum diues.

Αἰεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος. idest,
Agricola semper diues annum in proximum.

De ijs dictitatū, qui, spe futuri compendij, diuites sunt, ac sibimet, exspectatione rerū amplarū, blandiuntur. Ductum a colonis, qui semper proximæ ętatis uberiorem prouentum sibi pollicentur, eaq; spe iam sumptus nonnullos audent facere.

Semper virgines furiæ.

Αἰεὶ παρθένοι ἐριννῦς, i. Semper uirgines furiæ. Prouerbium obscurius deterret a peccando. Erinnyes enim malefactorum vltrices corrumpi non queunt, quo minus pœnas sumant de ijs, qui commeruerunt. atque hac gratia dictæ uirgines. Suidas è Sophocle citat.

Senex bos non lugetur.

Γέρων βοῦς ἀπένθητος δόμοισι, i. Bos senex uacat luctu domesticorum. Hoc est, senum mors, quod tempestiua uideatur, nō lugetur ab amicis. Quin & hodie, si quādo nūciatur obitus hominis natu grandis, Nihil acerbum, inquiunt, haud perijt in cunabulis Mortem iuuenū complorant ij quoque, ad quod nihil attinet. Talem mortem deprecatur Solon apud Ciceronem libro de senectute, Elogium autem Solonis, cuius meminit Tullius, sic habet:

Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
Ποιήσαιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς. i.
Ne mi illugubris ueniat mors, sed mihi caris
Mœrorem potius afferat, & gemitus.

Ennius contra:

Nemo me lacrymis decoret, neque funera fletu
Faxit.

Sed uterque recte sensit.

Solon vult mori carus, ac desiderandus suis. Ennius non putat lugendam mortē, quam consequitur immortalitas. Refertur & hic uersus in Menandro:

Πικρὸν ἐστὶ χρῆμα γέρων ἐν οἰκίᾳ μένων. i.
Molesta res est, in domo manens senex.

Sero uenisti, sed in colonum ito.

Οὐ' ἦλθες, ἀλλὰ γ' εἰς κολωνὸν ἴεσο. i.
Serus ades, ast colonon hinc te conferas.

Iocus prouerbialis aduersus eos, q̄ post tempus aduenirent: aut qui mercede quidpiam facerent. Porro Colonus est terra editior, in speciem tumuli, seu collis. Huiusmodi duo erant Athenis, alter iuxta Neptuni templum, in quem equites cōueniebant, alter iuxta tēplum Vulcani, quia foro seu mercatu dictus est ἀγοραῖος. Hinc Colonetæ dicti, qui mercede cōducerent, quod illic consisterent, qui conductorem quærebant. Huiusmodi ferme Suidas.

Ad pedem.

Περὶ πόδα, i. Iuxta pedē. Quod appositum, & uehementer accommodatū est, id περὶ πόδα dicebatur. Sumpta metaphora a calciamētis, probe ad pedis mensurā quadrantibus. Vnde celebratur & illud Paulli

Aemilij apophthegma, nouum calceum ostendetis. Vos, inquit, uidetis, bellum, ac nouum esse calceum; uerum, qua parte pedem torqueat meum, id ego demũ sentio, significans, Papiriam uxorem non esse suis accommodatam moribus. Suidas Platonẽ citat, poetam opinamur:

Ὡς ἐστί μοι τὸ χρῆμα τοῦτο περὶ πόδα. i.
Vt hoc meo negotium quadrat pedi.

Sarpedonium litus.

Σαρπηδονία ἀκτή, i. Sarpedonium litus. De re turbulenta recte dixeris: siue de vehementer clamosis, & obstreperis. Est enim huiusmodi litus quoddam Thraciæ Neptuno sacrum, quod assiduis fluctibus tunditur. Est & aliud eiusdem nominis in Cilicia. Rursum aliud iuxta Oceanum, ubi Gorgonibus sedes esse ferunt.

Seruilior Messena.

Δουλότερος μεσσήνης, i. Seruilior Messena. De minime liberis dicebatur, & alieno uiuentibus arbitrio. Lacedæmonij Messenios, quod iterum, atque iterum desciuissent, in seruitutem redegerunt, eosq. durius etiã, quam reliquos seruos, tractarunt, ne denuo res nouas moliri possent. Historia refertur a Pausania in Messenicis, & a Iustino libro Epitomatum tertio.

Seruus cum sis, comam geris.

Δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις, i. Seruus cum sis, comam habes. De eo, qui præter decorum quippiam faceret. Veluti, si quis, humili conditione, patriciorum cultum imitaretur. Apud Lacedæmonios enim ingen ui comam alebant. Adagium refertur quidẽ a Suida, cæterum exstat apud Aristophanem in Auibus:

Ἔπειτα δῆτα δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις, i.
Ac deinde seruus cum sies, portas comã?

Seruorum ciuitas.

Δούλων πόλις, i. Seruorum ciuitas. De cęcu, conuictuq; hominum improborum, furacium, aut ignobilium dici potest. Est hoc nomine ciuitas quæpiam in Libya, ut auctor est apud Suidam Ephorus in 5. apud Stephanum Hecatæus. In hanc si quis seruus lapidem importasset, continuo liber fiebat, etiam si peregrinus fuisset. Est & altera, cui nomen ἱεροδούλων, quod seruis dicata sit, in qua unum dumtaxat ingenium uiuere tradunt. Est rursum in Creta δουλόπολις χιλίανδρος, i. Mille viris habitata, vt auctor est Socrates in 1. narratione rerum Cræticarum. Est item alia iuxta Thraciam, πονηρόπολις, idest, Improborum ciuitas. In hanc Philippus collegisse dicitur, uelut in sentinam, infames, ac moribus improbatis, ut sycophantes, falsos testes, præuaricatores, & id genus alios, ad numerũ duũ millium, ut auctor est Theopompus, in rerum Philippicarum lib. 13. Testatur & Plutarchus in commentario De curiositate. Est & in Aegypto regio quędã δουλόπολις appellata, teste Olympianico. Plutarchus in Collectaneis prouerbiorũ, ostendit, dici solitum de raris inuentu, effertque ad hũc modum, οὐκ ἐστὶ δούλων πόλις, i. Non est seruorum ciuitas. Non dissimile, quod Plinius narrat de gente Hessenorum in Syria, ad quos fugitant usquequaque nocentes. Quæ sola toto in orbe, sine ulla fœmina uiuit, omni Venere abdicata, socia palmarũ, in diẽ ex æquo conuenarũ turba renascitur, longe frequentantibus quos uita fessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat.

Samiorum flores.

Σαμίων ἄνθη, i. Samiorum flores. Vbi quis extremam uoluptatem decerperet. Hoc autem nomine dicebatur locus quidam, in quo mulieres cum uiris cõuiuium agitabant, omniq. genere uoluptatum affatim explebãt sese. Quibus delicijs effęmi nati, postea subacti sunt a Persis, & in seruitutem acti. Stephanus admonet, Samum insulam olim ἀνθέμεσσαν appellatã fuisse, nimirum a floribus. Eandem παρθενίαν fuisse uocatam, uidelicet a uirginibus. Refertur adagium in Collectaneis, quæ Plutarchi feruntur titulo. Meminit & Athenæus lib. 12. ex Clearcho, demonstrans, locum ita uocatum, ob uarias formas puellarum, quæ, ueluti flores, arridentes, ad libidinem inuitabant. Atque quadrabit in ciuitatem, domum, denique hominem uoluptatibus perdite addictum.

Summaria indicatura.

Ρωπικὸν ὤνιον, i. Summaria indicatura. De rebus uilibus, magno tamen emptis. Quemadmodum fit nonnunquam in auctionibus, cum non expenditur sigillatim

uniuscuiusq. rei pretium, sed multa simul congesta pariter æstimantur. Græcis enim ῥῶπες virgulta dicuntur, & ῥῶπον appellãt fasciculum, seu sarcinam e diuersis rebus colligatam, aut uarios colores simul cõfusos. Fit autem sæpenumero, ut emptor parum attentus in hoc emptionis genere circumueniatur. Adagium refertur a Diogeniano. Meminit & Suidas.

Regia uaccula.

Βασιλικὸν βοΐδιον, i. Regia bucula. De prodigiosa fecunditate ferebatur, natum è miraculo rei gestæ. Ætate Ptolemęi iunioris, vacca quædam eodem partu sex edidit uitulos. Auctor Diogenianus. Simile illud Iuuenalis:

-Scropha fecundior alba.

Pura à nuptijs.

Ἀγνὴ γάμων, i. Rudis nuptiarum. Per ironiam dicebatur in impudicam, quod citra nuptias sui copiam faceret. Horatius:

Nuptiarum expers, & adhuc proteruo
Cruda marito.

Rheginis timidior.

Ρηγίνου δειλότερος, i. Rheginis formidolosior. Xenarchus apud Zenodotum, Sophronis, qui de mensibus scripsit, filius, in gratiam Dionysij tyranni taxauit Rheginẽses ut ignauos in rebus bellicis, animiq; pauidi, quemadmodum testantur Græcorum adagiorum collectanea.

Rapina rerum Cinnari.

Ἁρπαγὴ τῶν κιννάρου. i. Direptio bonorũ Cinnari. De facultatibus per tumultum direptis. Veluti, cum principes præter ius in alienas fortunas inijciunt manus. Timęus scriptum reliquit, Cinnarum quempiam fuisse, patria Selinusium, arte lenonem, qui hoc quæstu ad summas opes peruenerit. Is, quoad uiuebat, pollicebatur se facultates omnes Veneri consecraturum: cæterum moriens, populo diripiẽdas exposuit. Huic non dissimile, quod alibi commemorauimus, Portenæ bona.

Rhadamantheum iudicium.

Ῥαδαμάνθυος κρίσις, i. Rhadamanthi iudicium. De incorrupte iudicantibus. Rhadamanthus enim, manium iudex, neque muneribus, neque gratia deflectitur, quominus seuere iudicet. Accommodari poterit ad mortis necessitatem, maximis pariter, ac minimis ex æquo communem. Iuxta illud Aeschyli, apud Aristophanem in Ranis:

Μόνος θεῶν γὰρ θάνατος οὐ δῶρων ἐρᾷ. i.
Vna è deis Mors nulla captat munera.

Item Horatius:

Pallida mors æquo pulsat pede pauperũ tabernas,
Regumq. turres.

Item alibi:

Non si trecentis quotquot eunt dies,
Amice places illacrymabilem
Plutona tauris.

Item Pindarus in Nemeis,

Ἀλλὰ κοινὸν γὰρ ἔρχεται
Κῦμ' ἀϊδάς. πέσε δὲ ἀδόκητον
ἐν καὶ δοκέοντα. i.

Fluctus enim orci communiter accidit, obruitq; tum opinantem, tum inopinum. hoc est, & iuuenem, & senem, aut pariter & nobilem, & obscurum. Bifariam enim interpretantur ἀδόκητον, καὶ δοκέοντα. Itẽ in Olympiacis,

Βυλαῖς ἐν ὀρθαῖς ῥαδαμάνθυος. i.
Rectis Rhadamanthi decretis,

Item alibi demonstrans unũ Rhadamãthum nec assentari cuipiam, nec quidquã ad gratiam facere: ὁ δ' ῥαδάμανθυς εὖ πέπραγε ὅτι φρενῶν ἔλαχε καρπὸν ἀμώμητον, οὐδ' ἀπάταισι θυμὸν τέρπεται ἐνδοθεν. i. Fortunatus Rhadamanthus, qui fructum iudicij sortitus est inculpatum, neq. imposturis intus in animo delectatur. Vsurpat & Plato libro de legibus 12.

Rhadamanthi iusiurandum.

Ῥαδαμάνθυος ὅρκος, i. Rhadamãthi iusiurandũ, dicebatur, quod verissimũ quidẽ esset, cæterũ nullũ deum adscisceret. Socrates per canẽ, & anserẽ iurare cõsueuit, ne quẽ deorũ citaret: siue quod nõ crederet vllos esse deos, siue qđ non arbitraretur esse boni uiri, deos suorũ negotiorum testes accersere. Hoc autem iusiurandi genus ad Rhadamantum referebant. Notauit adagium Aristides rhetor in Pericle, cum ait, ὥσπερ ἂν εἰ λέγοις τὸν ῥαδάμανθυν ἐθίζειν τοὺς ἀνθρώπους ὀμνύειν, ὡς τοσοῦτον ἐνείμω δεισιδαιμονίας καὶ δικαιοσύνης, ὡς τε καὶ τελευτήσας τοῖς ἐκεῖσε ἀφικνουμένοις δικάζειν

δοκεῖ.i.Perinde, quasi dicas Rhadamanthum mortales in cõsuetudinem adduxisse peierandi, qui vsqueadeo pietate, iustitiaq; prœcelluerit, ut, etiam uita defunctus, ijs, qui illuc appellũt, iudex esse credatur. Pythagorici per quaternionem iurare solent, quem τέτρακτιν appellant:

Οὐ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν.i.

Non per eum, a quo animæ est datus ille quaternio nostræ.

Existimant enim hunc numerum vsque adeo ad animæ perfectionem pertinere, ut eum in arcanis uenerentur. Auctor Macrobius primo commentario in somnium Scipionis. Pythagoras in Carminibus aureis, quaternionem, sacrum animæ fontem uocat. Græci per caput alterius iurare consuuerunt. Iuuenalis:

-Græcis non dum iurare paratis.
Per caput alterius. Virgilius,
Per caput hoc iuro.

Litore loquacior.

Ραχίας λαλέστερος, i. Litore loquacior, In rabulam, & obstreperum dicebatur. Nã ῥαχία Græcis litus appellatur, præsertim scopulis, ac rupibus asperum, quod assiduis tunditur fluctibus, non sine fragore: unde & Græca vox ducta videt ῥαχία, quasi τραχία. Nam ea uox ad omne, quod asperum, ac spinosum est, deflectitur.

Præsentem fortunam boni consule.

Τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, i. Quod adest, boni consule, καὶ τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι: idest, Quod adest æqui boniq; facere oportet. Admonet adagium, ne nos alienarum rerum cupiditate maceremus, sed, quęcunq; contigit sors, eam uelut optimam amplectamur. Magna.n. felicitatis pars, ut sua cuique fortuna placeat. Plato in Gorgia, ὡς ἔοικεν, ἀνάγκη μοι, καὶ τὸ παλαιὸν λόγον, τὸ παρὸν εἰπεῖν, καὶ τοῦτο δέχεσθαι τὸ διδόμενον παρὰ σοῦ. idest. Necessum est mihi, sicut videtur, iuxta vetus adagiũ, quod adest, boni consulere, & hoc accipere, quod abs te datur. Cratinus in Pylæa:

Ἀνδρᾶς σοφοὺς χρὴ τό γε παρὸν πράγμ' ὡς καλὸν
Εἰς δώμαμαι εὖ τίθεσθαι.i.

Sapientium est uirorum, uti, quod adest boni,
Tamquã bonũ sit, consulãt pro uiribus.

Affine illi, quã alibi retulimus, πάρτιν ἔλαχες, ταύτιν κόσμει, i. Spartam es nactus, eam dispone. Quod quidem carmen citat Stobæus ex Euripidis tragędia, cui titulus, Τηλέφος, id quod obiter admonendum duximus. Nam adagium suo dictum est loco.

Qui omni in re, & in omni tempore.

Avlvs Gellius, explicãs vim μορίου σεριπτικοῦ, ait hunc senarium antiquissimum prouerbii uice celebratum fuisse,

Sed enim, qui in omni re, atque in omni tempore
Omni laude uacat, is illaudatus est,
Isq; omnium pessimus, deterrimusq; est.

Admonet parœmia, fere neminem esse tam deplorati ingenij, qui non aliquando dicat, faciatve, quod laudẽ promereatur. Refertur ijsdem ferme uerbis a Macrobio libro Saturnalium sexto, ex quo nobis, visi sumus deprehendisse manifestum errorem scripturę in Gelliano libro per eruditum quempiam admissum. Is enim, non intelligens hos esse versus, Sed enim qui in omni re, atque in omni tempore &c. suspicatus est Græcum uersiculum omissum a librarijs, in eius locũ suppofuit hoc carmẽ,

Πολλάκις καὶ κήπωρος ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.

cum versus, de quo sentit Gellius, sit Latinus, quem mox subijcit: Sed.n. qui in omni &c. Id liquet ex Macrobio, qui locũ hunc ad verbum pene suffuratus est i suos commentarios. Porro Græcus uersiculus nihil facit ad explicãdam vim huius vocis Illaudatus: sed obiter admixtus est, quasi probandum esset, quod dixerat, neminem esse tam efflictis moribus, quin faciat, dicat ve nõnunquã aliquid, quod laudari queat. Quo quidem loco rursus Efflictis depraua tũ est in Efferis: potest.n. illaudatus esse, qui non sit efferis moribus, sed efflictos mores dixit perditos, & corruptos. Sũt autem tres senarij sententiam absoluentes: nisi quod alicubi uidẽtur uitiati a scribis,

Sed enim, qui in omni re, atque in omni tempore.

Hic primus pulchre constat: Constabit & alter, si legatur,

Qui oi uacat laude, is uir illaudatus est.

Nam dictiunculam Vir, etiam aurium sensus in hoc uersu uidetur requirere. Cõstabit & tertius, si legas.

Isq. omniũ est deterrimusq; ac pessimus.

Locus

Locus est apud Gellium lib. 2. cap. 26. si quis valet conferre.

Qui è nuce nucleum esse vult, frangat nucem.

Qvi commodum appetit, ne fugiat laborem. Qui quærit voluptatem, prius experiatur sudorem, sine quo non paratur uera uoluptas. Hanc sententiam Plautus figura sane quam prouerbiali extulit. Qui è nuce, inquiens, nucleum esse uult, frangit nucem. Qui quærit animi pabulum in arcanis literis, scrutetur sub allegoriæ inuolucro conditum mysterium. Sic enim usurpauit alicubi D. Hieronymus. Nux enim foris tum dura est, tum amara, intus suauissimum condit cibum. Huc referendum illud Homericum figmentum de moly herba, quam ait radicem quidem habere nigram, sed florem lacteum. Hanc ita describit Odysseæ decimo.

Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος,
Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοὶ χαλεπὸν δὲ τ' ὀρύσσειν
Ἀνδράσι γε θνητοῖσι θεοὶ δέ τε πάντα δυνάνται.i.

Atra quidem radix suberat, sed lacteolus flos:
Moly uocant superi, mortalibus ardua res est
Euulsisse uiris: cælestes omnia possunt.

Accommodari potest cum ad omnẽ disciplinam, tum peculiariter ad grammaticam, quæ, cum sit pueris amara, senibus iucunda est. Quadrauerit & in uirtutis studium, cuius initium acerbum, progressus facilis, finis iucundus.

Quis parentem laudabit, nisi infelices filij?

Τίς πατέρ' αἰνήσει εἰ μὴ κακοδαίμονα τέκνα, i.

Quis patrem laudet, nisi proles laudis inanis?

Carmen uulgo iactatum de his, qui maiorum suorum facinora iactitant, nimirũ nihil habentes, quod de se ipsis uere prędicent. cuiusmodi Ponticum quempiam ridet Iuuenalis Sat. 8.

-Sed te censeri laude tuorum,
Pontice, noluerim, sicut nihil ipse futurę
Laudis agas. Miserum est alienæ incumbere famæ.

Poterit in hanc quoq. torqueri sententiam: Improbi filii sic laudant parentes, dũ illos, ceu bonos, desiderat populus, quod hos longe deteriores ferre non possit. Id quod nonnunquam solet in principibus usu uenire, uidelicet, ut, quem ujuum oderant, mortuum probent, ac requirant, filii comparatione bonum. Refert, & explicat hoc adagiũ Plutarchus in uita Arati: Παροιμίαν τινὰ παλαιὰν ὁ πολύκρατες δείσας, μοι δοκεῖ, τὸ δύσφημον αὐτῆς ὁ φιλόσοφος χρύσιππος, κ' χ' ὃν ἔχει τρόπον, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ᾤετο βέλτιον εἶναι, διατίθεσθαι.

Τίς πατέρ' αἰνήσει εἰ μὴ δυσαίμονες υἱοί.

Διονυσόδωρος δὲ ὁ τροιζήνιος, ἐξελέγχων αὐτίω, ἀντεκτίθησι τὸν ἀληθινὸν ὅτως ἔχουσαν.

Τίς πατέρ' αἰνήσει εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί,

Καίφησι τὴς ἀφ' αὐτῆ ὁ δενὸς ἀξίους ὄντας, ὑποδυμένους ὃ προγόνων τινῶν ἀρετᾶς, καὶ πλεονάζοντας ἐν τοῖς ἐκείνων ἐπαίνοις, ὑπὸ τῆς παροιμίας ὁπτομίζεσθαι, i.

Adagium quoddam uetus, ò Polycrates, Chrysippus philosophus, infamiam illius, ut mihi uidetur, ueritus, non ut habet, sed ut ipsi uisum est melius, proposuit:

Quis patrem laudarit, nisi felices filij?

Cæterum Dionysodorus Trœzenius, redargues illum, verum prouerbium denuo exponit. Id habet ad hunc modum,

Quis patrem laudet, nisi proles indiga laudis?

Aitq;, eos, qui, si suis ipsorũ meritis æstimẽtur, nullius sint pretij, cęterũ insinuãtes sese maiorũ suorum quibusdã uirtutibus, atq. illorum laudibus sese immodice uenditantes, hoc prouerbio ad silentiũ adigi. Hactenus Plutarchus. Vsurpauit in eundẽ sensum M. Tull. in Epistolis ad Atticum.

Nam iam illi non sunt: at, qui sunt, mali.

Οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσὶν, οἱ δ' ὄντες, κακοί.i.

Partim haud quidem iam sunt: at ij, qui sunt, mali.

Dici solitũ, vbi quis requirit ea, quę quõdam quidem exstiterunt, uerum temporũ culpa perierũt. Est autem Aristophanis in Ranis, in qua fabula Bacchus inducitur descendens ad inferos, ut Euripidem, aut bonum aliquem poetam inueniret. Apud superos enim neminem reperiri nisi malum:

Qui apud inferos sunt terniones.

Τοὺς ἐν ᾅδου τριακάδας, i. Qui sũt apud inferos terniones. Hoc adagio ridebantur ij, qui res abditas, & abstrusas, curiosa quadam diligentia uestigarent. Non absurde torquebitur in eum, qui Homericas

cas fabulas omnes inanibus allegoriis interpretari conetur; aut Platonicorum, & Pythagoreorum numeros explicare laboret. Aiunt terniones apud inferos honoratos esse, ut Hecatæ sacros; cui quidem ob id ipsum Trigia piscis sacrificatur, & simulacrum eiusdem in triuijs constitui mos erat. Ad quod respiciens Virgil.

Tergeminamque Hecaten, tria uirginis ora Dianæ.

Neque quantum luscinia dormiunt.

Οὐδ' ὅσον ἀηδόνες ὑπνώουσιν. id est. Nec quantum luscinia dormiunt. In eos cõuenit, qui somni parcissimi sunt. Luscinię minimum dormire ferũtur, uel propter Ityn exstinctum, uel ob timiditatẽ. Sane magis arbitramur dictum quod luscinia uernis mensibus, per omnem fere noctem perpetuo cantu garriant.

Cuiusmodi portento me inuoluit fortuna.

Οἵῳ μ' ὁ δαίμων τέρατι συγκαθείρζεν. i. Monstro cui fortuna me implicauit.

Trimeter est Catalecticus. Dici conueniet, ubi negotium incidit cũ homine moroso, difficiliq;, cum quo non queas uiuere, nec a quo te possis extricare. Carmen sumptum ex tragedia Philoxeni poetæ, apud quem Vlysses inclusus in antro Cyclopis, hoc modo loquitur:

Οἵῳ μὲ ὁ δαίμων τέρατί συγκαθεῖρζεν.

Refertur a Zenodoto.

Fixis oculis intueri.

Ἀτένες ὁρᾶν, i. Defixis oculis obtueri. Si transferatur, prouerbialis erit figura, nempe, pro eo, quod est, Attẽtius, accuratiusq; considerare. Fixius intueri, pressius inspicere. Sumptum est ab amantibus, qui stupentibus, nec vsquam dimotis oculis inspiciunt id, quo delectantur. Adagium recensetur a Diogeniano. Plutarchus in commentario De audiendo, Βαρὺς μὲν γὰρ ὁ ἀκροατὴς καὶ φορτικὸς ὁ πρὸς πᾶν ἀτενὴς καὶ ἀτενίς, τὸ λεγόμενον, i. Grauis. n. auditor, ac molestus, qui ad singula stupet, & defixis est oculis, ut dicitur. Marcus Tullius pro Lucio Flacco, Vt totam causam quam maxime intentis, ut aiunt, oculis, acerrime contemplemini.

Puluerem oculis offundere.

PVLVEREM ob oculos offundere dicitur, qui de industria rem obscurat, & aduersario iudicium eripit. Traductum uidetur a militia, Sæpe fit enim, ut hostis, data opera, puluerem cieat in hostem. Hac arte Sertorius Romanus Cacitanos, (ut Græc° habet Characitanos) quosdam uicit, auctore Plutarcho, cuius rei mentionem fecimus in adagio de Cæcia nubes attrahẽte. Vtitur hoc prouerbio præter alios diuus Hieronymus in Epistolis M. Tullius gloriatur se in actione quadam iudicibus tenebras offudisse. Est apud Plautum in Milite, simile quiddam de glaucomate oculis oborto.

Psecas, aut ros.

Ψεκὰς ἢ δρόσος, i. Psecas, aut ros. In crebrius exspuente dictitabatur, ψεκὰς. n. adspersio illa, ac velut irroratio uocatur, quoties minutissimis guttulis irrigamur, ut pluuia rori simillima. Primitus autem per lusum dictum est in Antimachum Lyricum poetam, quod subinde exspuens eos quibus cum loquebatur, conspergeret. Idem cognominis datum fuit & Olympico cuidam, quem nonnulli putant tulisse legem, ne quem nominatim taxarent poetæ, atque ita factum, ut multo, quam prius, pauciores accederent ad certamen, & qui prodibant, laudarent, non carperent. Vnde huiusmodi delenimenta, ψεκὰς appellata uidentur. Vocãtur enim Psecades ancillę, quæ delicatarum matronarũ capillos medicato fuco conspergunt. Adagiũ refertur a Diogeniano M. Tullius in epistolis ad Atticũ, consputare dixit, pro conuitiis leuioribus aspergere, nimirum ad hoc alludens adagium.

Hæsitantia cantoris tussis.

Ἀπορία ψάλτου βὴξ, i. Hęsitantia cantoris tussis. Suidas adagium neotericum esse monet. Dictum uidetur, quoties non suppetit, quod dicamus. idq; uelut aliud agẽtes dissimulamus, uelut apud Platonẽ Aristophanes, ne diceret in conuiuio, singultum fingit. Sumptum apparet a cantoribus, qui cum hærent in cantione, tussim simulant, ut hac uideatur interrupta cantilena, non inscitia. Confine putamus illi, quod alias dictum est, Tussis pro crepitu.

Extritum ingenium.

Παρεξηυλημένον νοῦν ἔχων, i. Mẽtẽ habẽs euanidam. παρεξηυλημένον perinde sonat, quasi dicas Extibiatam. Ducta siquidem est metaphora à tibiarum linguis, quæ postea quam exciderint, inutilis est tibia.

Panagæa Diana.

Ἡ παναγαία ἄρτεμις, idest, Panagæa Diana diceeatur olim peregrinationem impensius amans, errabundus, instabilis, nulla certa sede consistens. Siquidem Diana vagari dicitur apud poetas, & per nemora, mentesq; oberrare. Quin domicilium etiam subinde mutat, nunc apud superos agens, nunc apud inferos. Ne specie quidem semper eadem, sed nunc pleno orbe, nunc mutila, nunc nulla.

Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.

PAROEMIAE speciem præ se gerit illud Horatianum in Sermonibus:

Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircũ.

Dicendum vel in duos aliquos diuersis laborãtes vitijs, vel in eundem sui dissimilem; nempe modo loquacionem quam sat sit, modo impendio taciturnum, interdum pueriliter ineptum, interdum Catone seueriorem, nonnumquam profusum, nonnumquam sordidum. Siquidem, ut vitio dandum, si quis hircum oleat, ita adæq; vituperandum, si quis oleat vnguenta. Nã pastilli, pillulæ sunt vnguentariæ. Alterum spurci est, alterum mollis.

Claudus optime virum agit.

Ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ, siue, ut alias legitur, ὀχεῖ, i. Optime claudus uirum agit. Dici solitũ, ubi quispiam suam fortẽ, uel parũ egregiam anteponit alienæ, tametsi præstãtiori. Ab Amazonum apophthegmate natum aiunt. Tradunt, morem Amazonibus fuisse quondam, ut pueros masculos, detorta tibia, coxa ve, claudos efficerent. Porro, cum bellũ esset illis aduersus Scythas, atque illi eas conarentur illicere, ut ad ęse descisceren t, dicentes, futurum, ut post hac non cum claudis, ac mutilis, sed cum integris uiris rem haberent, Antianira, Amazonum dux, respondit ad hunc modum: ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ. Vsurpauit Athenæus li. 13. ὄντως γὰρ ἄριστα χωλὸς οἰφᾶς. idest: uere enim claudus optime uirũ agis. Theocritus φιλοίφιω appellat uirum coitus auidum. Hesychius φίλοιφον dicit. Animaduertum est etiam illud nostris temporib. pleruumq: qui tibijs sunt mutilis aut quopiã membro trunci, eos ad vsum veneris reliquis magis idoneos esse, nimirum variafaciente natura. De claudo, quare sit salacior ceteris, caussam reddit Aristoteles in problematib. sectionis 10. proble. 26. quod in hoc parum alimenti deorsum delabatur, ob crurum vitium, plus autem superiora petat, & in semen vertatur.

Ogygia mala.

Ωγύγια κακά, idest, Ogygia mala. Recte dicentur vel ingentia, uel antiqua. Nã vtrumque Græce significat Ogygium. Alij malunt ad Ogygium, primum Thebanæ ciuitatis principem, referre. Huius filius Cadmus, ob filias suas in uarias calamitates incidit. Qui respiciunt, qui Ogygia mala, pro atrocissimis interpretantur. Huiusmodi ferme Suidas, nisi quod magis probat, ut Ogygia mala, uetusta dicantur. Cæterum, qui Ogygia uetera dicunt, illud sequuntur, quod olim Bœotiorum, ac Thebana regio, Ogygia dicta sit. Quin & omnis Attica olim hoc habuit nominis, sicuti testatur Stephanus. Est & insula peruetusta, dicta Ogygia, in quam Vlysses naufragus emersisse fingitur ab Homero. Vnde uox iam obsoleta uelut in iocum prouerbialẽ abijt. Nec in figura sita est huius prouerbij ratio, sed in nouitate uocis, ut in operis huius initio monuimus. Consimili ratione, nec sine prouerbij specie, Græci priscos, ac puetustos, ὠγυλίδας & ὠγυλίους appellant, a prisco quopiam deo, & multis iam sæculis obsoleto. Huiusmodi propemodum de Ogygijs Suidas, & Stephanus.

Omnia chnaumata.

Πάντα χναύματα, i. Omnia chnaumata, dicebãt olim, quoties omne negotium significabant. χναύματα enim Græci placentarum, atque id genus ciborum fragmina uocant. Latini quoque reliquias belli, & reliquias Danaum dicunt simili figura. Refertur adagium a Zenodoto.

Sic est ad pugnæ partes re peracta veniendum.

PLATO in Gorgia, πολέμου καὶ μάχης φασὶ χρῆναι, ὦ σώκρατες, ἅτω μεταλαγχάνειν, i. Ad belli, pugnęq. munia, Socrates sic aiũt accedere oportere. Iocus erat prouerbialis,

uerbialis, ubi qs, negotio peracto, tũ demũ aduenirет. Quemadmodum ignaui milites solent, qui, conflictu peracto, sublatoq. metu, tum denique solent adesse, uel ad colligẽdam prædam, uel ad epinitia, id est, epulum uictoriale celebrandum. Nam uerbũ illud μεταλαγχάνειν, tarditatẽ significat, ac seram muneris functionem. Socrates autem, respondens, parœmiam explicat simili parœmia, ἆρα, τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν, καὶ ὑστερόμεν, i. Num post festum, quod aiunt, uenimus, seroq. adsumus? Sumptum uidetur a Rhœso, Thrachum duce, quem apud Euripidem obiurgat Hector, quod serius ad belli societatẽ uenisset, nimirum decimo demum anno: Σύμμαχος μὲν ἀ, ξένος δ' πρὸς πράπεζαν. i.

Socius haud quidẽ aduenis, sed hospes ad mensam. isq. respondet,

Αλλ' ὕστερον μὲν ἦλθον, ἐν καιρῷ δ' ὅμως.
Σὺ μὲν γὰρ ἤδη δέκατον αἰχμάζεις ἔτος
Κἀδὲν περαίνεις. i.

Sero quidem, ast in tempore aduenio tamen:
Nam tu quidem, iam prelians decenniũ,
Nihil explicas.

Allusit huc, ni fallimur, Diogenes. Cũ enim quidam inscripsisset ædibus suis hũc titulum, Iouis filius Callinicus Hercules hic habitat, ne quid ingrediatur mali. Diogenes adiecit aliam inscriptionẽ. μετὰ πόλεμον ἡ συμμαχία. i. Post bellum auxilium. Significans, sero uocari Herculem depulsorem malorum, cum iam malus hospes immigrasset in eas ædes.

Obsequium amicos, ueritas odium parit.

Obsequium amicos, veritas odium parit. Senarius est prouerbialis apud Terentium in Andria, non admonens, quid oportеat fieri, sed ostẽdens, quid uulgo fiat. Vulgaris enim amicitia constat obsequiis. Nã, inuicem conuiuere ad familiarium uitia,

Hæc res & iũgit, iũctos & seruat amicos.

At inter ueros amicos, nihil est veritate iucundius, modo absit asperitas agrestis, & inconcinna, grauisque. Porro, qui uulgo plurimis studet amicus esse, moribus alienis obsecundet, caueatque, iuxta Persium, Auriculas teneras mordaci radere uero. Non probari vero sententiam hanc poetę, satis indicat, cum ait, Namque hoc tempore: id est, his corruptis moribus. Eandem sententiam in Adelphis idem aliter extulit. Vt homo est, inquiens, ita morem geras. Donatus admonet prouerbialiter dictum. M. Tullius in Sermone De amicitia: Sed nescio quomodo uerum est, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit, Obsequium amicos, ueritas odium parit. Molesta veritas est, siquidem ex ea nascitur odium, quod est uenenum amicitiæ. Sed obsequium multo molestius, quod, peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit. Maxima autem culpa in eo est, qui & ueritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impeditur. Pindarus in Nemeis hymno quincto, ἔτοι ἅπασα κερδίων φαίνοισα πρόσωπον ἀλάθει ἀπεκής, καὶ τὸ σιγᾶν πολλάκις ἐστὶ σοφώτατον ἀνθρώπων νοήσαι. Sentit, simplicem ueritatem, nõ sp, ut est, proferendã, quod dãnosa sit, sed sapientis esse, nonnumquam celare suam sententiam, in tẽpore prolaturus, cũ fructus spes ostenditur. Apud Athenæum libro 5. citatur hic trimeter ex Agathone.

Εἰ μὲν φράσω τἀληθὲς, οὐχὶ σ' ἀφρανῶ,
Εἰ δ' ἀφρανῶ τι σ' οὐχὶ τ' ἀληθὲς φράσω, i.

Si vera dicam, tibi uoluptati, haud ero;
Si sim uoluptati, haud tibi vera dixero.

Obuijs vlnis.

Obuijs vlnis, est apud Quintil. pro eo, quod est, auide, sitienterque. Translatum ab ijs, qui porrectis ulnis properãt in complexum eorum, quorum magno desiderio tenebantur, quosque cupidissime conspiciunt. Legimus & Obuijs manibus. D. Hieronymus ad Pammachium, Condiscipulum quondam, & sodalem, & amicum, obuijs, ut aiunt, manibus excipio. Basilius in præfatione dialogi, ἀμφοτέραις χερσὶν, i. Ambabus manibus, eodem sensu scripsit. Hæc si ad rem animi detorqueantur, figuram prouerbialem habebunt. vt, Ego tuas literas obuijs ulnis excipiam.

Obliuionis campus.

Λήθης πεδίον, i. Lethes campus. Dicetur, uel de uehementer obliuiosis: uel de rebus commenticijs, ac friuolis, quæ nusquã sint. Aristophanes, τὶς εἰς τὸ λήθης πεδίον; id est, Quis in Lethes cãpum? Vulgus enim nugas esse credit, quæ de inferis tradunt poetæ. Et, ut Iuuenalis inquit.

Stygio nigras in gurgite ranas
Nec pueri credunt.

Omnia

Omnia sapientibus facilia.

Απαντα τοῖς σοφοῖσιν εὔκολα. idest, Facilia cuncta sunt uiris sapientibus:

Nihil est tam arduum, quod prudenti consilio non facile conficiatur. Aut, nihil tam acerbum, quod sapiens non æquo animo, facileq; ferat, ratione cuncta leniẽte. Si addas verbum, cõstabit senarius. Εἰ δ' ἅπαντα. Refertur a Zenodoto.

Omnia esculenta obsessis.

Απάντα γάρ τοι βρωτὰ πολιορκουμένοις. i. Cinctis ab hoste vesca sunt & quælibet.

Senarius prouerbialis, Cũ vrget necessitas, nihil non facimus. Et vehementer fame licis nullus non suauis est cibus. Natũ ab vrbium obsidionibus, in quibus nonnũquam & canes, & feles, herbarum radices, nonnũnquam humana excremẽta, inopia cibi deuorantur.

Omnia similia.

Α παν δ' ὅμοια καὶ ῥοδῶπις ἡ καλή. i.

Similia cuncta, Rhodopis ipsa etiam decens.

Eadem est condicio mortalium: formosi pariter, ac deformes senescunt, ac moriũtur. Rhodopis nomen est puellę cuiuspiã formę celebris, cui nomen a roseo adspectu videtur inditum. De Rhodope meretricula multa Herodotus lib. 2. nonnulla Plinius lib. 36. cap. 12. Cum Græcum carmen habeat ῥοδῶπις, mirum, cur Iuuenalis corripuerit,

Dũ Rhodopes vda terit inguina barba.

Refertur a Suida prouerbij loco.

Totus Echinus asper.

Απας ἐχῖνος τραχύς, i. Totus Echinus asper. In morosos, & iniucundis moribus quadrat. Echinus piscis, & item Erinacius, vndiq; spinis obsæptus est, ut nusquam impune possis attingere. Est & hominum huiusmodi genus, cum quibus nulla ratione possis agere citra litem. Aristophanes in Pace,

Ου δ' ἐπ' ἀνθεινὸς λεῖον τὸν τραχὺν ἐχῖνον. idest,

Ex scabro in lævem numquam uertetur Echinus.

Omnia bonos uiros decent.

Απαντα τοῖς καλοῖσιν ἀνδράσιν πρέπει. i. Bonos probosq. cũcta perdecent uiros.

Habet hoc improbitas, ut, si quis illaudatus, recte faciat, dicatve, tamen nescio quo pacto non adsit decorum illud: Contra, verã uirtutem decus quoddam comitat, vt, quidquid vir bonus agat, id decorũ esse videatur. Tametsi potest & hic accipi sensus, Cuncta formosos viros decent: quod formæ gratia commendat & dicentem, & canentem, & quiduis agentem. Id erit venustius, si huc deflectas, ut dicas, in bonã partem accipi, laudarique, quidquid dixerint fecerintq. gratiosi apud principes: adeo, vt, quod huic capitale sit futurum, illi laudẽ etiam pariat. Refertur a Diogeniano.

Omitte uatem.

Πάρες μάντιν, i. Omitte vatem. Vti conueniet, quoties alicui parcendum admonebimus, quod is eximius sit, & immunis habendus a vulgari sorte. Veluti, si quis poetæ, theologo, sacerdoti diceret, oportere parci. Antiquitus mos erat, ut augur coronatus ante aciem incederet: neque fas erat, hunc telis impetere, utpote virum sacrum. Poterit adagium etiam per ironiam vsurpari.

Oderint, dum metuant.

Oderint, dum metuant. Tyrannica vox, sumpta è tragedia, & a nemine scriptorum non vsurpata: præcipue M. Tullio familiaris: quam etiam in uulgi sermonẽ processisse, satis indicat Seneca libro de Clementia 2. scribens, multas uoces, magnas, sed detestabiles, in uitam humanam peruenisse, celebreq; uulgo fieri, ut illam, Oderint, dum metuant. Cui Græcus, inquit, uersiculus similis est, qui mortuo terram misceri ignibus iubet. Idem li. De ira primo: Nam aliquæ uoces ab iratis emittuntur, quæ magni uideantur animi, uerum ignorantibus magnitudinem: qualis illa dira, & abominanda, Oderint, dum metuant. Syllano scias sæculo scriptam. Licebit adagium per iocum usurpare: ueluti, si qs eruditione superior de clamcularijs hostibus, qui tamen ob metum hiscere nõ audeant, dicat. Oderint, dum metuant. Conueniet & in diuites, qui dicunt illud Horatij,

Populus me sibilat, at mihi plaudo
Ipse domi, simulac nummos contemplor in arca.

Item illud Iuuenalis,

Tunica

-Tunicam mihi malo lupini,
Quam si me toto laudet uicinia pago.

Odit cane peius, & angue.

PROVERBIALI figura dictum est & illud ab Horatio,

Alter Mileti textam cane peius, & angue,
Vitabit chlamydem.

Sentit autem, ut opinamur, de cane rabiente. Quod si longius etiam traducatur, magis erit prouerbiale, ut, Hic tot' lucris addictus est: literas, quas amauit aliquando, nunc (quod aiunt) uitat cane peius, & angue. uel, Hic se totum adulatoribus permittit: amicos, a quibus uerum audiat, uitat cane peius, & angue: Idem Horatius in Odis,

Cur oliuum
Sanguine uiperino
Cautius uitat.

Plautus in Mercatore,

Nempe ruri uxor est tua, quam dudum dixeras
Te odisse eque atque angues.

Stultior Coræbo.

Ἠλιθιώτερος κορόιβου, i. Stultior Coræbo. Prouerbialis hyperbole, in stupidos, & uæcordes. Coræbi stultitia uulgi fabula celebrata est, qui maris undas numerare sit conatus, cum non potuerit ultra quinque prosequi supputationem. Meminit huius Eustathius in decimum Odysseæ, & Lucianus in Amoribus. Quamquam apud alios κορύβου, legimus pery. Adduntq; quidam, Corybum hunc Mygdonis Phrygis fuisse filium, temporibus belli Troiani. Meminit & Virgilius Coræbi cuiusdam:

-Iuuenisque Coræbus
Venerat, insano Cassandræ captus amore,
Et gener auxilium Priamo, Phrygibusque ferebat.

Quo quidē in loco Seruius indicat sumptum ex Euphorione, Hunc, inquit, Coræbum stultum inducit Euphorion, quem & Virgilius sequitur, dans ei,

-Dolus, an uirtus, quis in hoste requirat?
Cum sit turpissima dolo quæsita victoria.

Stupa seniculus.

Στυπεῖον γερόντιον, i. Stupa, siue stipulaceus seniculus. De uirib. effeto sene. Simillimū illi, quod alio diximus loco, Homo bulla. Sumptum a ligno, quod iam exhaurit, exsuccumq. redditum est, & marcidum, in stipulæ morē, Stupa dicitur, quod è lino excutitur succum, & inutile.

Phormionis thori.

Στιβάδες φορμίωνος, i. Thori Phormionis. De stratis sordidis, ac frugalibus, minimeque delicatis, qualia sunt cubilia militaria, & quale sibi apud Homerum parat Vlysses, ex arborum congestis frondibus, ac ramis humi sustratis. Refertur a Suida. Phormio dux quispiam militum fuit, in perferendis militiæ incommodis notæ, sicut conijcimus, patientiæ. Poterit & longius deflecti ad quamuis tractationem duriusculam. Exstat in Pace Aristophanis,

Εἰ γάρ μοι γένοιτ' ἰδεῖν ταῦτ' ἐν ἡμέρᾳ ποτέ.
Πολλὰ γὰρ ἐμεχόμην
Πράγματ' ἀπ' στιβάδας ἃς ἔλαχε φορμίων.

Id est, Vtinā mihi cōtingat uidere hunc diem. Multas enim sustinui tū molestias, tum culcitras, quas sortitus est Phormio. Versus sunt chorici, eoq. prosa uertimus.

Stultitia est, Iouem putare esse.

Τῆς μωρίας, τὸ διὰ νομίζειν, ὄντα τηλικουτονί, i. Inscita est, naium tot annos, credere esse ullum Iouem, In eum accommodari potest, qui, grandis natu, dicit, aut sentit absurdum quippiam, cum propter ætatem nihil oporteat iam ignorare. Non cō uenit enim in natu grandes puerilis superstitio. Recensetur a Suida. Carmen est Aristophanis in Nubibus,

Ἰδού γ' ἰδοὺ δὶ ὀλύμπιον, τῆς μωρίας
Τὸν διὰ νομίζειν ὄντα τηλικουτονί. idest,
Ecce, ecce Olympiū Iouē: dementia est,
Natum tot annos credere esse ullum Iouem.

Tuum tibi narro somnium.

Τὸ σὸν ὄναρ σοι διηγοῦμαι, i. Tuū somnium tibi narro, id est, Narro tibi, quod ipse me rectius nosti. Apud Suidā hæc referūtur ex auctore quopiā, Εἰ γὰρ ἐγώ σοι νῦν αὐτὸν γνωρίζω, πέπονθα τὸ τῆς παροιμίας, τὸ σὸν ὄναρ σοι διηγούμενος. i. Quā site tibi ipsi notū reddere coner, tū mihi accidit id, quod prouerbio dr, ut tuū tibi somnium narrem. Plato libro De Repub. 8. Τὸ ἐμόν γ' ἔφη, ἐμοὶ λέγεις ὄναρ. i. Meum quidem, inquit, mihi narras somnium. Traductum uidetur ab his, qui ὀνειροπόλους, id est, somniorum interpretes consulunt: a quibus

à quibus nonnulli hoc quoq; requirunt, ut quid somniarint, conijciant, quasi parum sit, si interpretentur. Ad eum modum ægroti quidam imprudentes à medicis exspectant, ut uiso duntaxat lotio, diuinēt & sexum, & ætatem, & omnem morbi naturam, ubi, & unde acciderit, quid sentiant, ac propemodum etiam, quid in febri somniarint.

Sponsi uita.

Νυμφίου βίος, idest, Spōsi uita, pro molli, ac delicata. Confine illi, quod alibi relatū est, musica uita. Suidas senarium hunc adducit, qui exstat apud Aristophanem in Auibus.

Τμεῖς μ' ἄρα γε ζῆτε νυμφίου βίον. idest,
Sponsi quidem profecto uitam uiuitis,

Propterea quod proci frōdibus, & sertis coronari soleant, & delicatius, nitidiusque coli, uel quod molles uideanť, nuptijs inhiantes. Apud Atheneum libro 8. Stratoni cus citharœdus Rhodios λευκὸς κυρίως ἀνδρας, καὶ μνηστήρων πόλιν. i. Albos Cyreneos, & procorum ciuitatem appellat. Nisi malumus ad Homericos illos Penelopes sponsos referre, quibus nihil cordi erat præter cōuiuia, citharam, choream, talos, discum, parasitos, atque id genus alias uoluptates. Vnde Horatius Homines luxu deditos, sponsos Penelopes appellat.

Et fama fuit & erat.

Ἡ μὲν κλέος, ἡ δὲ καὶ ἦν ἔτι. i.
Et dicebaris, erasque.

Hemistichion prouerbiale, quoties facta respondēt opinioni. Suidas meminit è poeta quopiam. Est enim fragmentum carminis Heroici.

Innocuus alium adspiciam, meum habentem malum.

Ἐξάντης λύσω τὸ μὸν κακὸν ἄλλον ἔχοντα. i.
Indemnis spectabo alium mala nostra ferentem.

Hoc est, ex aliorū malis ipse rebus meis, consulam, ἐξάντης, autem dixit, quasi ἔξω τῆς ἄτης, i. extra noxam situs, & illæsus, Simillimum illi Plautino,

Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit,

Simul & dictum, & factum.

Ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον, i. Simul dictū, simul & factum. Vbi quis citra moram id re præstat quod uerbis pollicetur. Latini, Cū dicto, dicunt, pro eo quod est, statim posteaquam dixeris. Et Virgilius,

Et dicto citius tumida æquora placat.

Sumptum apparet ex Homero, apud quem est hoc carmen,

Αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἔλυ, τετέλεστο δὲ ἔργον. idest,

Mox, simul ac dictum est, uerbum, res ipsa peracta est.

Idem Græcis dr unica uoce, αὐτοβοεί, quod à militari clamore translatum uidetur, quo nonnunquā funditur hostis priusquam ad manus fuerit uentum. Sic usus Thucydides. Theopompus usus est, pro χῦ κράτος, idest, ui ac uirtute, non ex insidijs. Quisquis enim insidias molitur hosti, filet; qui fidit uiribus suis, cum clamore irruit in hostem. Quidam putat dictum à bubus, ut deductum uideatur ab arātibus, qui cū pollicentur se eodem die, idest, αὐτῆμαρ aliquid operis absoluturos, dicere solent αὐτοβοεί, hoc est, priusquam disiungā boues. Transfertur ad cuiusliber actionis celeritatem, ut perinde ualeat, atq. παραχρῆμα, αὐτόθεν.

Obijcere canibus agnos.

Προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἄρνας, i. Obijcere canibus oues, dicebatur, qui imbellem, & litium imperitum, calumniatoribus, & exercitatis exponeret, qđ id animal omniū maxime sit imbelle. Refertur à Diogeniano, Hemistichium est heroicum, ex oraculo quopiam, ut conijcimus, decerptum.

Nullius indigens deus.

Ἀνενδεὴς ὁ θεός, i. Nullius egens deus. Admonet paroemia, nullū esse mortalium tam absolutum, in quo non aliquid desideretur, unum esse deum undequaque perfectum: Dici potest & in diuites, aut plurimis præditos naturæ pariter ac fortunæ cōmoditatibus, tanquam dei cuiuspiam similes, ut quibus omnia suppetant, quæcunque uidētur ad perfectam felicitatem pertinere.

Nucleum amisit, reliquit pignori putamina.

PLAVTVS in Captiui duo, Nucleū amisit, reliquit pignori putamina. Verba sunt Hegionis, ubi resciuisset, sibi impositū esse, &

& herum amissum pro seruo, seruum pro domino retentum. Is enim, ex quo fructus exspectabatur, aufugerat, eo relicto, ex quo nihil emolumenti poterat capi. Allegoria per se liquet.

Nudo mandas excubias.

Γυμνῷ φυλακὴν ἐπιτάττεις, i. Nudo custodiam mandas. Quoties negotij quippiã mãdatur ei, cui deest ꝓstãdi facultas, obeũdæq; prouinciæ propter inopiam neutiq; idoneus est. Neque.n. nudus commode potest excubias agere propter rigorem nocturni frigoris, neq; ad pugnã est idoneus inermis. Refertur à Zenodoto. Quo lõgius deflectetur, hoc erit prouerbialius. Iniungis, ut aliquid in hunc poetam scribamus, uerum iuxta uetus prouerbium, γυμνῷ τὴν φυλακὴν ἐπιτάττεις. Neq; enim est, quo meum interim ocium alam. Hesychius nõ nihil dissidet ab his, quæ à Suida, Zenodotoq; traduntur: licet is locus apud hũc depraua tus habeatur in editione Aldina. Ceterum coniicimus sensum hunc esse: prouerbium dici solere, ubi quid mandat his, quibus nihil opus est. Propterea qd uel iniussi coganẽt id facere, nisi fallimur, ob id, qd nudis nihil ẽ, qd egeat asseruatore.

Nunc contingat seruari.

Νῦν γένοιτο σωθῆναι. i. Nunc contingat seruari: Cum significamus, nos satis cauturos in posterum, si modo liceat ꝓsens periculũ effugere. Hoc modo Dauus in Andria: Post hac incolumen sat scio fore me, nunc si deuito hoc malum. Natum aiunt ex apologo quopiam. Aquila testudinem vnguibus rapuerat, eam parabat è sublimi deiicere, quo testa rupta carnibus vesci posset. In hoc itaq. discrimine testudo optabat, ut in præsens incolumis esse posset, de reliquo sibi curę futurum, ne quando in simile periculum incideret, νῦν γένοιτο σωθῆναι, τὰ δ' ἄλλα αὐτῇ μελήσει. i. Nunc liceat incolumem esse, de reliquo mihi ipsi curæ fuerit. Quidã apologũ narrant ad hunc modum. Testudini quondam incessisse uolandi, desiderium. Aquilam orasse, ut se doceret. Cumq; illa negasset fieri posse, qd natura refragaretur, illa nihilominus instabat. Itaq. paruit Aquila, ac Testudinẽ in sublime uectã demisit, ut uolatũ experiretur. Et cũ timeret infelicem euentũ, optauit, ut id tẽporis cõtingeret incolumẽ esse, νῦν σωθείη. Ita Diogeniano. Suidas hoc modo refert, νῦν σωθείη, ἵν' ἡμῖν διδαγμα τοῦτο τοῦ χρόνου λοιποῦ. i. Vtinã nunc incolumis euadam, ut hoc mihi documentũ sit in reliquum tempus. Plinius facit testiũ quoddã Aquilæ genus, q̃ alii morpheon, nonnulli planclũ, & anatariam, Homerus, perenon uocauit: lingua caret, eoq; muta, sed dentibus armata, nigerrima, prominentiore cauda. Huic ingenium est, testudines raptas frangere è sublimi iaciẽdo. Atq. hac sorte ait Æschylum poetam interijsse, cum prędictũ esset, eum ruina periturum, isque quo caueret, eum diem sub dio perseuerasset. Nam aquila, decepta splendore capitis, caluitio renidẽtis ad solem, dum saxum esse putat, testudinem illisit, ut fractæ carnibus uescereturẽ. Auctor Valerius Max. lib. 9. c. 12.

Nunc bene nauigaui, cum naufragium feci.

Νῦν δ' πεπλόηκα, ὅτε νεναυάγηκα. i. Nunc bene nauigaui, postea q̃ naufragiũ feci. Quoties id, quod uidetur incõmodũ fortuna præter spem uertit in bonum. Zenon Cittiensis, qui relictis prioribus precepto ribus, Crateris auditor esse cœpit, naufragio ejectus, dixisse legit, εὖ γε ποιεῖ ἡ τύχη προσελαύνουσα ἡμᾶς φιλοσοφίᾳ. i. Bene facit fortuna, cum nos ad philosophiã admouet. Auctor Suidas. Plutarchus in libello De vtilitate capienda ex inimico, meminit huius prouerbij.

Nunc in regionem veni.

Νῦν εἰς χώραν ἦλθον. i. Nunc in regionem ueni. Ab ijs dictitari solitum, qui tandem sua sponte illuc, quo oportuit, peruenium, cum diu nõ quiuerunt. Fit enim plerunque, ut res diu quæsita non occurrat, tandẽ uelut ultro ueniat in mentẽ. Quidã sic efferũt, Νῦν εἰς χώραν ἦλθες. i. Nunc in regionem uenisti, ubi qs eo uenit, quo se uenturum negarat.

Nunc illa aduenit Datidis cantilena.

Νῦν τοῦτ' ἐκεῖν' ἥκει τὸ δάτιδος μέλος. i. Nunc, id, qd aiunt, Datidis adest cantio. Dicebatur, ubi quid lætum, ac festiuũ accidisset. Datis quispiam erat Persarum satrapes, excellẽs in rei bellicę gloria. Is Græce loqui conatus, cõsueuit dicere, ἥδομαι, καὶ

καὶ διφαίνομαι, καὶ χαίρομαι. i. Delector, gaudeo, lætor. Ea cum sæpius ac male Græce pronunciaret, res in vulgi iocum abijt. Auctor Suidas. Extat autem apud Aristophanem in Pace:

Νῦν τοῦτ' ἐκεῖν' ἥκει τὸ δάτιδος μέλος,
Ὀδεφόμενος πότ' ἦ δὲ τῆς μεσημβρίας,
Ὡς ἥδομα καὶ τέρπομαι καὶ χαίρομαι. i.
Adest, ut aiunt, cantilena Datidis,
Quod mastuprans is cecinit in meridie,
Vt lætor, ut delector, utq; gaudeo.

Interpres addit, Dasimum usurpari pro barbarismo, eo quod χαίρομαι dixerit pro χαίρω secutus uocum consonantiã, quemadmodũ apud nos ridetur, qui dixerit corpus meus, & domus tuus. Nam χαίρομαι Græcis non dicitur. Miror autem cur interpres huic uelut ad fine subiunxerit:

Ἁμαὶ ἀπήντων, οἱ δ' ἀπηρῶντο σκάφας.

Ex quo coniectura sumi potest, hoc prouerbium natum ex inscitia linguæ, quæ nõ raro præbet huiusmodi risus materiam, dũ Germani gestiunt loqui Gallice, aut Galli Germanice. Idem accidit in surdastris.

Non statuar leæna in machera.

Οὐκ στήσομαι λέαιναν ἐπὶ τυροκνήστιδος. i. Non ego leæna statuar in tyrocnestide. Prouerbium meretricium, cũ negat scortum sui copiam facturum sese. Nam in capulis militarium gladiatorum elephantes ac leones imponi solent. At hi procumbentes inscalpuntur, siue ne lædant manũ utentis gladio, siue ne defringantur facile, si in pedes erecti fingerentur. Tyrocnestis uox militaris uidetur ensem significans. Potest adagium & ad uerecũdiorem usum detorqueri, ut si quis negans se per omnia morem gesturum, inseruiturumq; pro libidine dicat, οὐ στήσομαι λέαιναν ἐπὶ τυροκνήστιδος. Adagium recenset Suidas. Extat autem apud Aristophanem in Lysistrata.

Ne contra bouem opta.

Μὴ κατὰ βοῦς εὔχου. Ne contra bouem opta: Admonet adagium, non esse uitam instituendã iuxta uotum animi, neq. quidquis sperandum a superis, sed ut ea duntaxat sibi quisque promittat, quę possit industria consequi. Refertur in collectaneis Diogeniani. Vnde sumpta metaphora parum liquet, nisi quod apparet ductam ab agricola, qui negligens adhibere bouis operam in colendis, optat ut citra suum laborem proueniat seges.

Non nostrum onus, bos clitellas?

QVINTILIANVS Institutionum oratoriarum libro quinto, paroemiæ, quam ait esse ceu breuem apologum, hoc affert exẽplum. Non nostrum onus, bos clitellas? Satis constat ex apologo sumptum: uerum quis sit is apologus, equidem nondum reperimus: M. Tullius Epistolarum ad Atticum libro quinto, in epistola, cuius initiũ est, Laodiceam ueni pridie Kalendas sextiles, uidetur ad hoc adagium alludere, & nobis uelut ansam coniectandi præbere. Inde, inquit, ire ad Taurum cogitabam, ut cum Maphragone collatis signis, si possem de seruo tuo decidere. Clitellę boui sunt impositæ. Illa ne? Non est nostrum onus, sed feremus: Quibus ex uerbis, odorari licet, non nostrum onus, bos clitellas, prouerbium fuisse recusantis munus aliquod ueluti parum accommodatum sibi. Neq; enim boum est, clitellis tergo impositis onera gestare, sed potius asinorum ac mulorum. Prouerbium usurpauit & Ammianus libro decimosexto.

Nota res mala, optima.

PLAVTINVM illud in Trinũmo prouerbiali schemate dictum uidetur: Nota res mala optima est, Dictum est autem sub persona senis. suadere conãtis amico, ne uxorem tametsi malam repudiaret, aliam ducturus: propterea, quod plerunq; fit, ut qui commutat, „primum pro malo peius accipiat, tum ignotum pro noto, postremo insuetum pro familiari. Tantum enim ualet adsuetudo, ut mala quibus adsueuerimus, optima uideantur. Contra quæ sint optima propter insolentiam pessima uideãtur. Adagium itaque deterret, ne temere nouandis rebus studeamus, uitemusq. uitiũ illud, haud scimus an maximũ, quod Græci φιλόκαινον appellant, idest, nouarum rerum apperentiam, cui comes alterum ueluti Germanum, quod ἀψίκορον uocant, quod mox fastidiuntur paullo ante adamata. Conuenit cum Plautina sententia, quod apud T. Liuium Pacuuius Calauius suadens Cãpanis, ne senatores mutare uellent populum iam redoctum dicere compulit,

pulit, Notissimum quodque malum maxime tolerabile esse. Huc pertinet & Ouidianum illud:

Quod male fers, adsuesce, feres bene. multa uetusta
Lenit.

Eodē pertinet & mimus ille, nescio cuius,

Mulier tum demum est bona, cum aperte est mala.

Cognitum enim malū, aut uitamus, aut nos ad id accommodantes ferimus. Item ille, Consueta uitia ferimus, nō reprehēdimus, Arist. lib. Moraliū Nicomachiorū 7. ἀεὶ γὰρ πονεῖ τὸ ζῶον ὥσπερ καὶ οἱ φυσικοὶ λόγοι μαρτυροῦσι, τὸ ὁρᾶν καὶ τὸ ἀκούειν φάσκοντες εἶναι λυπηρόν, ἀλλ' ἤδη σωνήθεις, ἐς μὲν ὥς φασιν. i. Semper enim animal laborat ut audiat, uideatq. quemadmodum testantur & naturales sermones, dum fatentur quidem esse molestum, sed iam adsueuimus ut aiunt.

Inueni, non quod pueri in faba.

Strophilvs seruus in Aulularia Plautina, aulam auri plēnam a sene defossam, furto sustulerat, eamq; rem gestiens indicare hero, reperi, inquit. Et rogatus quid reperisset, non quod pueri clamitant, inquit, in faba se reperisse: prouerbiali nimirum figura magnum quiddam reperisse se significans. Est enim Midas uermiculus quidam, qui fabis innascitur: hunc si quando nacti sint pueri, gestiunt atque exclamant, perinde quasi magnum quiddam inuenerint.

Midas in tesseris consultor optimus.

Μίδας ὁ ἐν κύβοισιν βολώτατος. idest, Midas qui in tesseris consultor optimus. Prouerbium a tesserarum ludo natum. Est enim Midas, iactus uocabulum. Refertur a Suida prouerbij nomine. Perpendat diligens & eruditus lector, num βολώτατος legi oporteat, ut uersus sit iambicus trimeter:

Μίδας γὰρ ἐν κύβοισιν βολώτατος. i. In tesseris iactus Midas prosperrimus.

Accommodari poterit adagiū ad rem, quę forte fortuna bene cadit.

Ni purges & molas, non comedes.

Αν μὴ καθαρῇς, καὶ ἀλέσῃς, οὐ μὴ φαγῇς. i. Nisi & repurges & molas, haud unquam edes.

Idest, non continget tibi uictus, nisi tuā item industriam adiunxeris. Ceres cum ostenderet usum frumenti Triptolemo, ita dixisse fertur. Videtur esse senarius è poeta quopiam usurpatus, sed depraauatus. constabit si legas καλέσῃς. Potest transferri longius, non proderit tibi ingenij felicitas, nisi exercueris. Inutilis erit principū fauor, nisi te gesseris ut oportet. Nihil conducet, quod doctum præceptorem nactus es, ni uigilaueris. Refertur à Diogeniano.

Nihil differs à Chærephonte.

Οὐδὲν διοίσεις χαιρεφῶντος τὴν φύσιν. i. Nihil ore quidquam a Chærephonte discrepas.

In macilentum pallidumq; dicebatur. Chærephon enim tragœdiarum scriptor fuit. Is Heraclidarum res prosecutus est. Quoniam autem in nocturnis lucubrationibus erat maiorem in modum extenuatus confectusq; vulgari ioco taxatus est. Quin etiam noctuæ cognomen additum. Aristophanes in Nebulis:

Οὐδὲν διοίσεις χαιρεφῶντος τὴν φύσιν. i. Nihil figura a Chærephonte differes.

Allusit idem in Pluto:

Οὐδὲν διοίσοντ' ἀντικρὺς
Τῶν ἡρακλειδῶν, οὐδ' ὁ λιῶν τὴν παμφίλου. i.
-Ne tantulum quidem
Ab Heraclidis differentem Pamphili.

Pamphilus enim in Stoa depinxerat Heraclidas supplices Athenienſibus, ad quos metu Eurysthei confugerant. Hos igitur uocat Heraclidas Pamphili.

Nihil ab elephante differs.

Ἐλέφαντος διαφέρεις οὐδὲν, i. Ab Elephante differs nihil. In magnos & stupidos dicebatur: etiam si primā ingenij laudem Plinius tribuit Elephātis, sed inter bruta: Verum corporis moles, & formæ fœditas adagio locum fecit. Refertur a Diogeniano. Videtur huc alludere Palestrio Plautinus, qui herum suum Elephāti corio circumtectum ait, nec plus habere sapientiæ quam lapidem.

Ne intra uestibulum quidem.

Οὐδ' ἐντὸς ἰωρῦ, i. Ne intra uestibulum quidem. In tumidos, feroces & insolentes dici solitum, qui procul omnes a sese submouent, Lex erat Athenis, ut homicidio conta-

contaminati extra septa sacrorum consistere rent. Siquidem prima magnatum atria, solent patere quibuslibet. Ad hunc morem adagium videtur alludere.

Neque cum malis, neque sine malis.

Aristophanes apud Suidam in Lysistrata.

Κἀς' ἐκεῖνο τ' ὄπτος ὀρθῶς κοὐ κακῶς εἰρημένον
Οὔτε σοὶ πανολέθροισιν, οὔτ' ἄνευ πανολέθρων. i.

Istud haud male, imo recte proditum est prouerbium,

Nec simul cum pestibus, nec rursus absq. pestibus.

De vxoribus dictum, cum quibus incommode sane uiuitur: sed nec citra has constant familiæ. Simile illi, quod est in Epigrammatis:

Nec tecum possum uiuere, nec sine te.

Et qd alibi retulimus, ἀναγκαῖα κακά. Citantur eodem loco versus & hi.

Κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ὅμως ὦ δημότα
Οὐκ ἐστὶν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ. i.

Malum quidem uxor, attamen ciues, sine hoc
Nulli licet parare familiam malo.

Notum est illud Catonis, quod cū uxoribus incommode uiuitur, at sine illis omnino non viuitur.

Ne tria quidem Stesichori nosti.

Οὔτε τὰ τρία στησιχόρου γινώσκεις. i. Ne tria quidem Stesichori nosti. De uehementer indocto & imperito dici solitum. Adagium sumptum hinc existimant, quod pleraq; Stesichori poemata Epodica sunt, quæ tribus constant, στροφῇ, ἀντιστρόφῳ, καὶ ἐπῳδῷ. Strophe est prima series uarijs metrorum generibus incedens. Antistrophus est iteratus per eadem ferme genera recursus. Epodus est diuersi carminis accentio. His & alii tragici poetæ nonnumquam utuntur, potissimum in choris.

Nephalia ligna.

Νηφάλια ξύλα, i. Nephalia ligna. Dici posse uidetur in abstemios, & ab omni voluptate procul alienos. Apud Athenienses, nephalia ligna uocabantur, quę neq. uitea essent, neq. ficulna, neque myrtea. Nephalia sonat, quasi dicas sobria.

Nephalium sacrum.

Νηφάλιος θυσία, id est, Nephalium sacrificium. De conuiuio abstemio non inepte dicetur: aut de cōuiuio uehemēter frugali, sobrioq;. Apud Athenienses hoc genus sacrificii exhibebatur Anemosynę, Auroræ, Soli, Lunæ, Nymphis, Veneri, & Vraniæ. Nam in eo non libabatur uinum, sed aqua melle diluta. Hæc ferme Suidas. Meminit & Iulius Pollux libro sexto, capite tertio, addens νηφαλίειν idem esse quod νηφάλια θύειν. Hoc sacrificij genus οἴνου dicebant, quemadmodum cætera ī quibus vinum adhibebatur, οἰνοσπονδα uocabant. Seleucus apud Athenæum libro secūdo, negat, apud ueteres fuisse morum, vt vini copia, aut aliud quidlibet deliciarum inferretur in sacrificia. Cum enim sacrificia deorum gratia peragerentur, unde & θοίνας, & θαλίας, ac μέθας appellabāt, θοίνας quod deorum gratia uino vterentur, θαλίας quod deorum gratia uescerentur, conuenirentq. μέθας uero, quod ut indicauit Aristoteles, μετὰ τὸ θύειν, idest, post sacrificiū uino uterentur, non conueniebat illic vētris negotiū agere. Ibī dē Epicharmus his verbis notat mores collapsos, ἐκ μὲν θυσίας θοίνη, ἐκ δὲ θοίνης πόσις ἐγένετο, ἐκ δὲ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου δ' ἐγένετο θυανία. ἐκ θυανίας δίκη. ἐκ δὲ καταδίκης πέδαι καὶ σφάκελος καὶ ζημία. .i. ex sacrificio epulum, ex epulis facta est potatio, ex potatione comessatio, ex comessatione facta est sublatio, siue ludus, ex sublatione seu ludolis, ex cōdēnatione cōpedes sphacelus & multa. Quamq̄ hic locus nō caret suspicione mēdę. Videtur.n. deesse particula, ἐκ δίκης κατὰ δίκη. Non dissidet ab illo quod alio posuimus loco, Caninum prandium.

Neglectis urenda filix innascitur agris.

Horativs Satyra tertia:

Neglectis urenda filix innascitur agris.

Mira admonuit allegoria, animum honestis excolendum disciplinis, alioqui futurum, ut inutili sylua uitiorum occupetur. Filix enim herba inuisa agricolis, quæ totos agros occupare solet, nec facile repurgatur, vbi semel occupauerit.

Nauphracton tueri.

Ναύφρακτον βλέπεις. Nauphractō Græce classis est ad bellum instructa. Solēt aūt

in triremibus magna quædam ineſſe foramina oculorum inſtar, per quæ remos inſerunt. Vnde uelut ęnigmatice dictum, claſſis more intueris: de his, qui latis ac prægrandibus, aut toruis & minacibus oculis quempiam aſpicerent. Ariſtophanes ἐν ἀχαρνῆσι:

Πρὸς τοῦ θεῶν ἄνθρωπε ναύφρακτον ϲλέπεις. i.

Homo per Deos, quiddam obtuere claſſicum.

Fortaſſis & hinc prouerbii iocus eſt natus, quod Athenienſes aliquoties feliciter nauali pugna rem geſſerint, uelut apud Arthemiſium & Salaminem, unde ſublati animi. Vnde uidetur dictum in turgidos & arrogantes.

Negotium ex otio.

Πράγματ' ἐξ ἀφραξίας. i.

Ex otio negotium.

Hemiſtichium iambicum uſurpandum, ubi res præter opinionem euenit, & inde tumultus oboritur, unde tranquillitatem & otium ſperabamus. Nam & illud multis uſu uenit, ut dum ſectantes otium, fugiũt honeſtam induſtriam, incidant in turbas inexplicabiles. Auctor Suidas. Nec indicat unde ſit natum.

Nauis aut galerus.

Πλοῖον ἢ κωνῆ, i. Nauis aut galerus. Dere ancipiti. Quod genus ſi quis de uoce incognita diceret, aut piſcẽ ſignificat, aut cucurbitam. Nec inuenuſte dicetur i eos, qui cultu, moribusq. diuerſam perſonam præſeferunt. Veluti ſi quis pallio philoſophico baltheum adderet militarem. Fragmentum eſt ſenarii ex Auibus Ariſtophanis πλοῖον ἢ κωνῆ. i. Aut galerus, aut ratis. Sumptum ab hoc triremium genere, quas hodieque uulgo dicunt galeas, uelut dicas galeratas. Hæ ſic erant inſtructæ, ut remos alarum uice porrigerent, mouerẽtq. Cæterum ſummo malo galerum, ſeu petaſum inſtar Mercurii præferrent. Nam Peloponenſes πέτασον, id eſt, galerum, appellãt κωλῶ, ἀπὸ κωλοῦς a cane quod hoc genus pilei primum è pellibus canum fieri conſueuit. Hinc iocus militaris uidetur fuiſſe natus in elatos & faſtuoſos, ſupercilioq. arroganti. Itidem Feſtus Põpeius indicat quaſdam naues onerarias appellatas Corbitas, quod in ſummo malo pro ſigno Corbem haberent. Quæ bello erant paratæ, galeam habebant: at quæ ad celeritatem, petaſum Mercurij ſignum geſtabant.

Mazam pinſuit à me piſtam.

Μᾶζαν γε μεμαχὼς ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην. i. A me ante piſtã mazam iſte pinſuit. De his dici ſolitum, qui ſibi alienę induſtrię laudẽ uindicant, & magnam gloriã alieno labore partam, uerbis in ſe trãſmouent, ut Terentianus ait Gnato. Maza cibi genus ex lacte & farina, ferme panis inſtar confectũ. Parœmia refertur & ad hunc modum, Μᾶζαν ὑφαρπάσας ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην, i. Subrepta maza quam pinſueram, ubi quis alienis fruitur laboribus. Sumptum eſt autem ex Equitibus Ariſtophanis, quo loco carmen huiuſmodi eſt.

Καὶ πρώην γε μοῦ
Μᾶζαν μεμαχότος ἐν πύλῳ λακωνικὴν,
Παυργότατά πως ὠϊδραμὼν ὑφαρπάσας
Αὐτὸς παρέθηκε ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην,
Ἡμᾶς δ' ἀπελαύνει, id eſt,

Cumq; ipſe pridem pinſuerim mazam in Pylo
Laconicam, iſte adcurrit aſtutiſſime.
Raptamq; mox adpoſuit, quã ego pinſui.
At ſubmouet nos.

Demoſthenes qui bello Peloponneſiaco dux fuit Atheniẽſium: is collega Nicia, Pylum urbem diuturna obſidione in rerũ omnium deſperationem adduxit. Cui ſucceſſit Cleon è Coriario Imperator, qui alieno labore partam gloriam in ſe trãſtulit, paucis poſt diebus Pylo capta. Quæritur igitur in hac fabula Nicias ac Demoſthenes, de laude ſibi prærepta per Cleonẽ Ariſtophanis hiſtoria narratur adeo non modo uarie, uerum etiam prolixe, ut non libeat referre. Indicatũ eſt unde peti poſſit.

Nauſon Naucrati.

Ναύσων ναυκράτει, i. Nauſon Naucrati. Quoties aliqui ſimilia inuicẽ reſpõderẽt. Veluti ſi quis herus ſalutatus herũ reſaluret: Et nebulo cõpellatus, nebuloné uiciſſim compellet. Nauſon enim & Naucrates utrũq; a naue dicitur. Perinde quaſi dicas, nauta nautę. Heſychius indicat uocem hãc confictã a Cratino Nauſon, a ſeruandis nauibus, & ναυκράτης à ναῦς & κρατεῖν: ſermonis color ſumptus eſt ab epiſtolis ut indicat Suidas, pinde quaſi dicas, Põpeius Põpilio ſalutẽ, aut iuuenis iuuenem appello.

Huius

Huius formæ ſunt & illa ἀγαθῶν ἀγαθίδες, & λίκωνος λικώτερος. Tale quiddã innuit, ni fallimur. Ariſtophanes in Equitibus, ὁ δὲ ναυφάντης γε τῆς ναύσονος, vt ſubaudiatur ἄρξει. Arbitramur aũt in prouerbio ναύσωνεμ eſſe non hominis nomẽ, ſed ciuitatis, quemadmodum & Naucratis Ægypti ciuitas eſt.

Tolle tolle mazam, quam ocyſſime ſcarabeo.

Αἶρε αἶρε μάζαν ὡς τάχιστα κανθάρῳ. i. Mazam ſine mora pone pone cantharo.

Hoc verſiculo Ariſtophanes exorditur εἰρωνίαν, quem eruditi prouerbij loco referunt. Id uſurpare licebit, quoties ſordidus cibus immundo cõuiuæ adponit. Quidam miniſtris panes furfuraceos adponunt, furfur autem tritici purgamentum eſt. Vnde per furfuraceam mazam cibum aluo reddi tum innuit: Hinc.n. ut naſcuntur, ita & alũtur canthari: quos Latini ſcarabeos uocãt, Aperit id cum addit. Δὸς μάζαν ἑτέραν ἐξ ὀνίδων πεπλασμένην. id eſt, Mazam alteram da, è ſtercore aſini conditam. Porro maza confectio quædam erat ex farina & lacte, panem imitans. Simillimum eſt illi, quod alio poſuimus loco, Cyprio boni merendam.

Non eſt meum negotium, multum valeat.

Οὐκ ἐς' ἐμὸν τὸ πρᾶγμα, πολλὰ χαιρέτω. id eſt,

Multũ ualeat, haud eſt meum negotium.

Quoties negabimus nos laborare de re, quæ nihil ad nos pertineat. Refert a Diogeniano. Non diſſimile illi.

Ædibus in noſtris quę præua aut recta gerantur.

Item illud quod eſt apud Ariſtophanẽ in Equitibus, Ἀλλότριον ἀμῶν θέρος. id eſt, Alienam metuens meſſem, quidam ad eandem accommodant ſentẽtiam, etiamſi comicus ſentit de eo, qui alienis fruitur laboribus. Propius huc pertinet quod ſcribit Pindarus in Nemeis hymno 1. Τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει παντ' ὀμῶς, δ' ἀνὴρ δὲ ἀπήμων καρδίᾳ κῆδος ἀμφ' ἀλλότριον. i. Qđ enim proprium eſt premit unum quemq; pariter. Ceterum protinus cor noxa vacat circa dolorem alienum.

Abominandus ſcarabeus.

Μύσῃ καθαρῖς. i. Abominãda cãtharis. De contemptiſſimo uiliſſimoq. homũculo dicebatur. Cantharides uermiculi ſunt letali ueneno. Quamquã hoc loco magis cõuenit, ut ſit diminutiuum à cãtharo ſcarabeo, quaſi dicas ſcarabeolus. Apud Suidã legitur μυσὶ καθαρῖς, i. muribus cantharis, quod quid ſibi uelit neſcimus, ſuſpicamur mendum in ſcripto eſſe. Si legamus, μύσῃ ſonat abominãda, ſi μυσὶ ſonat Myſiam Cantharidam. Myſos autẽ olim fuiſſe contemptui, docuimus alias, hoc commẽtum maxime probatur.

Moleſtum ſapientem apud ſtultos loqui.

Αργαλέον φρονέοντα παρ' ἄφροσι πολλ' ἀγορεύειν. id eſt,

Dicere multa graue eſt ſapientem apud inſipientes.

Nihil intractabilius homine ſtulto, qui quidquid recte dicitur, in diuerſam partẽ rapit. Proinde apud huiuſmodi aut ſilendum eſt uiro cordato, aut ratio moribus illorum accommodanda. Recenſetur à Diogeniano. Sed extat idem inter ſententias Theognidis.

Modio demetiar.

Μεδίμν' ἀπομετρῶ. i. Modio dometiar, Prouerbialis hyperbole, ingens & cumulatum ſperantis emolumentum. In magna ſiquidem rerum exuberãtia, non heminis, neque congijs, ſed modio metimur. Integre ſic reddit Suidas.

Μεδίμνῳ ἀπομετρῶ παρὰ τοῦ πατρὸς ἀργύριον. id eſt,

Modio paternam metiar pecuniam.

Tametſi ſunt qui negent idem eſſe Latinis modium & Græcis μεδίμνον.

Mens non ineſt Centauris.

Νοῦς οὐκ ἔνι κενταύροισιν. i. Mens nõ ineſt Centauris. In ęcordes & ſtultos dicebaſ, & qui conarentur quod effici non poſſet. Nota eſt Centaurorum fabula. Adagium à Diogeniano refertur. Isq. conuenire putat in contentioſos, & alieni appetentes: propterea quod Centauris exitium attulerit rerum alienarũ appetentia. Haud ſcimus an huc reſpexerit, Plato poeta apud Athenæum libro decimo:

Ὑμῖν γὰρ οὐδεῖς καθάπερ ἡ παροιμία,
Ἐν τῷ καπήλῳ νοῦς ἐν ἔστι μοι δοκεῖ. id eſt,

Mens nulla uobis ſicut habet prouerbiũ,
Cauponi ineſt mens, ut quidẽ uiſum eſt mihi.

Loquitur de mulieribus vinosis. Aristophanes in Equitibus. νοῦς οὐκ ἔνι ταῖς κόμαις .i mens non inest comis. Comas dixit pro Centauris, adludens interim ad studium alendi equos, qui iubas habent.

Melle temetipsum perungis.

Εν μέλιτι σαυτὴν καταπάττεις. i. In melle teipsum obuoluis, oblinisq. hoc est, mollitersuauiterq; uitam agis, quasi parum sit uesci melle, nisi totus sis melleus. Extat apud Diogenianum.

Mercurius infans.

Ερμῆς ἀμύθητος i. Mercurius infans, elinguis, siue indoctus. Ironia puerbialis, ubi quis fingit se rudē eius artis, cuius est callētissimus. Mercurius.n. eloquentiæ disciplinarumq; parens est. Non dissimulandum arbitramur, in vulgatis exemplaribus haberi, ἑρμῆς ἀμύητος, i. Mercurius ppha nis & non initiatus. Quæ lectio si cui magis probatur, ne nobis quidem admodum displicet. Quis enim mysteriorū peritior, quam Mercurius interpres deorum, superis & inferis ex æquo communis: denique μυσάγωγος ipse, hoc est, mysterijs p̄fectus? Respondet illi qd̄ est apud Aristidē in Pericle, ὁ κρῆς τὴν πόντον. i. Cretensis male.

Mendicorum loculi semper inanes.

Πτωχῶν θύλακοι ἀεὶ κενοί, i. Mendicantium sacculi semper inanes. De edacibus dictum & insatiabilibus, cognatum ei, quod alio redditum est loco, πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται. idest, Mendici pera non impletur. Vtrumque refert Suidas, quamquam θύλακος pro peris non inuenitur, sed θύλακας inuenitur pro uasis farinarijs, tametsi & uentres interdum eo uerbo significantur, ob molliciem.

Meliacum nauigium.

Τὸ μηλιακὸν πλοῖον, i. Meliacū nauigiū. In futilem & rimarum, ut ait Terentius, plenum, hac atq; illac perfluentem, dictitatum uidetur. Paroemiam ad historiam quampiam referunt. Ea sic habet. Aristoteles quidam Meliacus deducendæ coloniæ præfectus, cum multi detractantes nauigationem, uaria caussarentur, & alij dicerent uxores suas aduersa ualetudine tenere, alij naue suas pestillare, atq; his prætextibus domi manerent, ille indignatus, imprecatus est illis, vt numquam haberēt naues integras, & semper sub uxorum imperio uiuerent. Vnde quadraturū uidetur, ubi qs caussas fingit, quo suffugiat officium. Est autē Melia Carię ciuitas, auctore Stephano. Suidas indicat & arboris genus esse Meliam profereus exemplum ex Auibus Aristophanis.

Εζόμενος μελίας ἐπὶ φυλλοκόμου. idest, In melia residens frondosa.

Et fortassis huius arboris materia inutilis est ad fabricam nauigiorum. Verum ut vera sit fabula de populo Meliaco, certe ad lusum est ad arborem.

Melanione castior.

Μελανίων σωφρόνστερος. i. Melanione castior, Dicebatur, qui magnopere à mulierum congressibus abhorreret. Aiunt Melanionem quendam odio mulierum, in solitudinem demigrasse, perque auia montium & nemorum, cane, quo uno conuictore utebatur, feras insectari solitum, nec unquam domum renocari potuisse. Meminit adagij Aristophanes in Lysistrata, Quamquam hæc inter editas nondum habetur: nos scriptam legimus. Simili figura dicetur, Hippolyto castior, nam & huic simile uenandi studium, simile odium fœminarum.

Matris ut capra dicitur.

Τῆς μυτέρος ὡς αὖξ καλεῖται, i. Matris ut capra dī. In spurios dictum uidē, quorum pater incertus est, eaq; gratia à matre denominantur. Ductum ab hœdis, qui in caprilibus à matre dignoscuntur, nam à patribus haud quaquā possis. Potest & in iocum uerti prouerbium, uelut, si quis p lusum neget se patrem agnoscere, matrē scire, τῆς μητρὸς ὡς αὖξ καλοῦμαι. i. Matris uelut capra uocor. Manet et hodie vulgi iocus, quo dicunt, sapientem esse filium, q patrem suum norit. Hoc ab Homero manasse uidetur, apud quē Odysseæ primo, Telemachus rogatus num Vlyssis esset filius, respondet ad hunc modum:

Μήτηρ μὲν τ' ἐμέφησι τοῦ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε
Οὐδ' οἶδ', οὐ γὰρ τοῖτις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω. idest,
Esse qdē illius mater me ait, ast ego sane
Nescio, nemo suum patrem unquam nouerit ipse.

Quasi

Quasi locum in balneis.

PROVERBII speciem habet, quod est apud Tertullianum lib. aduersus Marcionem 3. Sed qui prior eis venit, & prior uir tutum documenta signauit, iccirco quasi locum in balneis, ita fidem occupauit, posteris quibusq; præripuit. Conueniet uti, ubi non ex merito datur locus, sed ex vetustate. Apud priscos unusquisq. ex annorum numero æstimabatur. Iuuenalis.

Atque vni cedit Homero
Propter mille annos.

Et Horatius stomachatur in eos, qui redeunt ad fastos, & uirtutem æstimant annis. Non abhorret ab hoc quod hodie vulgo iactatur apud nostrates, sumptum ex lege molitoria: Qui primus uenerit, primus molet.

Milium torno sculpere.

Τὰς κέγχρους ἀποτορδεῖν. i. Milij grana torno sculpere dicebantur, qui rem absurdam moliūtur. Milium enim minutius est, quam ut inde quidquam descalpi possit. Suidas ad hunc modum effert paroemiam. Τελοιότερον ἀπεργάζῃ τὰς κέγχρους ἀποτορδεῖν ἐπιχειρόντων, i. Magis ridicule facis, quam ij qui milij granula torno polire conantur.

Magnetum mala.

Μαγνητῶν κακά. i. Magnetum mala. De malis ingentibus dictū uidetur, aut ijs quæ in auctores suos recidunt. Cum Termerijs enim malis Magnetū mala coniunguntur, in his uerbis, quę citra auctoris nomen referūtur apud Suidā: κάντα μαγνητῶν κακά, κἂν τὸ τερμέριον, κἂν πᾶσαν ἁπλῶς ἐπιφθέγξωμαι τὴν τραγῳδίαν i. Nec si Magnetum mala, nec si Termeriū, nec si totā in sūma tragædiā eloquar. Quānquam in Suida legēdū sit τὰ τερμερίων i. mala Termeriorum, de quibus alias nobis dictum est. Sumptum apparet ab historia, quæ de Magnetibus afflictis meminerit, in quæ ferūtur incidisse, uiolato numine quopiam. Strabo Geographiæ lib. 14. Magnetas commemorat olim opibus florentes, a Treribus gente Cimmerica funditus fuisse sublatos: anno deinde proximo a Milesijs locum fuisse occupatum, subindicans prouerbium ex Archiloco sumptum esse, qui meminerit de Magnetum malis.

Complura masculi canis cubilia.

Πολλὰ κυνὸς ἄρσενος δίναι. idest, Sunt canis infinita cubicula mascli.

Hemistichium heroicum prouerbiale, Recte dicitur in hominem mulierosum, peculiariter eum, qui non contentus certo thoro, passim per aliena cubilia uoluta ri gaudeat.

Multa in bellis inania.

Πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. i. Multa belli inania. De inani suspicione, aut pauore sine caussa oborto, quem Græci πανικὸν vocant. Paroemiam hinc manasse putāt, quod huiusmodi panici terrores plerunq; solēt in bellis accidere. Vel quod Lacedæmonij fundis quibusdam & neruis crepitantibus uti consueuerint ad terrorem incutiēdum hosti. Polybius apud Suidam, Cum luna defectum passa esset tēporibus. Persei Macedonum regis, vulgo rumor increbuit, regis interitum significari. Eaq. res pariter & Romanis addidit animos, & Macedones consternauit. Deinde subnectens adagiū, Οὕτως, inq̄t, ἀληθὲς ἐστὶ τὸ περιφερόμενον, ὅτι πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. i. Itaq. uerum est, q̄ vulgo circunfertur Multa esse inania belli. M. Tullius Epistolarum ad Atticum li. 5. Interim scis esse quędam: πανικά, dici itē τινὰ κενὰ τοῦ πολέμου, rumore aduentus nostri. Plutarchus in cōmētario περὶ τοῦ ἀκούειν, ὡς γὰρ πολέμου καὶ ἀκροάσεως πολλὰ τὰ κενὰ ἐστὶν. i. Vt, enim belli, sic & auditionis multa inania sunt. Respexit huc Q. Curtius libro tertio, Fama bella stare, & eum qui recedat fugere credi. Ac rursum libro quinto, Ac fama maximū utiq; in bello monumentum. Item libro octauo, Fama enim bella constat, & sępe etiam quod falso creditum est, uiri uicem obtinuit. Sed apertius libro septimo. Ea res, sicuti pleraq. belli uana & inania, barbaros ad deditionem.

Militauit cum Erasinade.

Εστρατήγησε μετ' ἐρασινάδου. i. Militauit cum Erasinade. Vulgo per iocum dicebat de his, quibus res undequaq. male procederēt. Erasinades dux q̄dam Arginusam obsederat. Infeliciter autem pugnatū est, ad internicionē extinctis cum alijs quotquot resistebant, inter quos erant Thrasyllus & Pericles, tum ipso duce. Huius Erasinade

nade malis & illud acceſſit, quod accuſatus eſt, quod pecunias Helleſponticas furatus eſſet. Huiuſmodi ferme Suidas.

Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem.

Γυναικὶ μὴ πίστευε μήδ' ἂν ἀποθανῇ. i. Ne fidem habeas, nec emoriẽti fæminæ.

Hyperbole prouerbialis. Vſqueadeo nõ eſt fidendum mulieri, ut etiam ſi morientem videas, putes fingere. De nouerca, q̃ ſepulta quoque priuignũ interemit, illapſa in pueri caput pyramide, meminimus alias. Refertur a Diogeniano.

Mulierum exitia.

Γυναικῶν ὄλεθροι. i. Mulierum exitia. De his qui funditus ac miſerabiliter pereunt. Mulieres enim omnium fere calamitatum auctores fuiſſe uiris dicuntur. Teſtis Pandora Heſiodia, teſtis bellum Troianum, teſtis Hercules a Deianira extinctus, teſtis Danaidum fabula, teſtis Lemniarum mulierum hiſtoria, teſtis Cleopatra. Quãquam hæc magis conueniebat ſtultitiæ uirorum aſſcribere, qui tantum indulgeãt mulierculis, ut uelut amentes amore, in quoduis malum ſequantur: cum par fuerit, ut illis moderantibus, mulier natura ſtultior, ſimul & imbecillior, minus deſideret. Quod enim animus eſt corpori, id uirum oportebat eſſe mulieri. Verum quemadmodum vulgus ſua uitia corpori imputat, cum ab animo proficiſcantur, & ſtulti principes in ſaniſſimos bellorum tumultus imputant populo, quorum ipſi ſunt auctores: ita viri reijciunt in fęminas, ſi quid ipſi delirauerint.

Multa noris oportet, quibus Deum fallas.

Πολλάκεν εἰδείης οἷς τὸν θεὸν ἐξαπατήσαις, id eſt,

Multa ſcienda, De quibus ipſi imponere poſſis.

Vbi quis fucum facere conatur ei, cui difficile ſit dare uerba, pp aſtutiam ſingularem. Ab oraculo natum adagium. Sentẽtiam aliter extulit Pindarus in Pythijs, hymno tertio de Apolline loquens, φιλέων οὐχ ἅπτεται, κλέπτει τέμιν ὁ θεός, ὁ ἔρωτος, ἔργοις ἔτε κλαῦς. i. Mẽdacij nõ utitur. Fallit autem illum non Deus, non homo, nec factis neque conſilijs.

Multi Mannij Ariciæ.

Mannivs apud Feſtum Pompeium, Dianæ Aricinæ lucum, qui & ipſe Aricinus dictus eſt, conſecraſſe legitur. Ex hoc Mannio Aricio, uiro laudatiſſimo, quã plurimi extiterunt uiri item clariſſimi, eodẽ nomine, ut hinc natũ prouerbium. Multos Ariciæ Mannios eſſe. Sed longe diſſentit Aſinius Capito, exiſtimans prouerbium cõuenire in deformes, uerũ hic locus apud Feſtum ita mendis corruptus eſt, ut nihil certi poſſit elici, præter hæc quæ retulimus.

Murus aheneus.

Mvrvs aheneus apud Horatium in Epiſtolis, uſurpatur pro certo & immutabili animi decreto, ſchemate nimirum prouerbiali:

Hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

Vegetius grauem armaturam murũ ferreum exercitus appellat, veluti ſolitum & inexpugnabile munimentum. Aſſimili figura Pindarus Olympiacon ſecundo, Hectorẽ appellat ἄμαχον, ἀστραγῆ κίονα. i. inexpugnabilem, immobilem columnam.

Multi te oderint, ſi teipſum amas.

Πολλοί σε τοῖ μισοῦσιν, ἂν σαυτὸν φιλῇς. i. Multi te oderint, ſi temetipſum diligas.

Deterret a faſtu prouerbiũ & a Philautia. Multis enim diſpliceat oportet, qui ſibi nimium placet. Contra modeſtia, præcipua fauoris & beneuolentię conciliatrix. Suidas ait, nymphas faſtiditas a Narciſſo hoc dixiſſe quod modo retulimus. Concinit huic ſenarius ille;

Αἶαν φιλῶν ἑαυτὸν οὐχ ἕξεις φίλον. id eſt,

Nemo erit amicus, ipſe ſi te ames nimis.

Nulli minus ſunt adpoſiti ad mutuum amorem ac beneuolentiam, quam qui ſeſe uehementer amant.

Malorum panegyris.

Κακῶν πανήγυρις. i. Malorum panegyris. De malis agminatim ingruentibus, & inuicem ſibi ſuccedẽtibus. Panegyris enim apud Græcos dicebatur ſolemnis ille populi cõuentus, ad ludos feſtos celebrãdos, voce hinc cõpoſita, quod feſtis diebus uniuerſi conuenirent. Piſides apud Suidam:

Καὶ πάντες, ὥσπερ ἐν κακῶν πανηγύρει,
Ἄλλος κατ' ἄλλῳ συμφορὰν εὐδυσύχει. i.

Omnes

Omnes ſimul malorum ut in panegyre
Alios tenebat aliud infortunium.

Homerus Iliados τ.

Ὡς μοι δέχεται κακὸν ἐκ κακοῦ ἀεί. i.

Triſtia perpetuo ut mihi triſtibus excipiuntur.

Hipponax apud Atheneum libro 15.

Ἀνδρῶν οἱ καὶ νῦν κίθι κακῶν κακὰ ῥαψῳδοῦσι,

Claudicat carmen, ſed recta inceder, ſi tollas καὶ vel νῦν & pro κίθι legas κεῖθι Auſonius in carmine non ineleganter appellat catenatos labores, quod moleſtia moleſtiam excipiat in uita mortalium.

Magis impius Hippomene.

Ἀσεβέστερος ἱππομένους. i. Magis impius, quam Hippomenes. Hic Athenienſium principes filiam a ciue quopiam uitiatam, vna cum equo feroci cõcluſit in domicilio nec huic nec illi cibum præbens. Equus igitur fame in rabiem actus, puellam adortus confecit, deinde perit ipſe quoque pabuli uidelicet inopia: poſt hęc pater domum eſt demolitus, loco nomẽ inditum, equi & puellæ. Recenſet adagium Diogenianus.

Maniuoro uinculo.

Χειροβρῷ τι δεσμῷ, i. Maniuoro vinculo. Sic quiſpiam appellauit manicas veſtiũ Ponticarum, quod manus offendant, atterantq́ue. Idem obijcitur Troianis, apud Virgilium:

Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.

Recenſet Zenodotus.

Malum Hercules.

Μῆλον ἡρακλῆς. i. Malum Hercules. Dici conueniet, ubi quis munuſcula, quantumuis puſilla boni conſulit. Apollodorus apud Zenodotũ in libris De dijs prodidit, apud Athenienſes Herculi Alexicaco, hoc eſt, depulſori malorum, peculiare quoddã uictimæ genus immolari ſolere. Cũ enim euenifſet aliquando, ut bos, quem erãt mactaturi, profugiſſet, malo arrepto ſubditisq́ue ceu crurum uice quatuor ramis, additis itẽ cornuum loco duobus, bouis imaginem quandam repræſentarunt, atq; hic tridiculum ſimulacrũ uice bouis immolarũt Herculi, quę quidem res in uulgi fabulam abijt. Idem eſt cum eo, q̃ ante retulimus: μήλιος ἡρακλῆς. i. Pomaceus Hercules, niſi quod unius uoculæ commutatione nõ nihil immutatus eſt & uſus prouerbij: nã illud de contempto dicitur, hoc de boni conſulente.

Manum habere ſub pallio.

Manvm habere ſub pallio dicuntur, qui languent otio. Quintilianus libro duodecimo damnat eos, qui numquam commouentur inter agendum, ſemperq; manum, quod aiunt, habent ſub pallio. Quapropter, inquit, mihi falli multum videntur, qui ſolos eſſe Atticos credunt tenues & lucidos & ſignificantes, ſed quadam eloquentiæ frugalitate contentos, ac ſemper manum intra pallium continentes. Hactenus Fabius. Sumptum eſt a geſtu rhetorum. Nam qui languent, manum occultãt ſub pallio, qui commoti ſunt, proferunt: & agitatione manus brachijq́. pronuncia bantur ea quæ contẽtionis pluſculum haberent. Subindicat hoc & Æſchines in oratione cõtra Timarchum, de ſobrietate priſcorum rhetorum loquens: ὥστε ὦ νῦν πάντες ἐν ἐθεῖ πράττομεν, τὸ τῷ χεῖρα ἔξω ἔχοντες λέγειν, τό τε τυτὶ θρασύτι ἐδόκει εἶναι, καὶ ἀλαβὲν τὸ αὐτὸ πράττειν. i. Itaque quod nunc omnes ex more facimus, ut inter dicendum manum extra pallium habeamus, tum temporis confidẽtiæ tribuebatur, ac verebantur id facere. Addit Salamine ſpectari ſtatuam Solonis manum intra pallium habentis.

In ſinu manum habere.

In ſinu manum habere, dixit Theocritus, tenaces & ad largiendum pigros. Sic enim ait in Charitibus:

Νευίκλωται δ' ὑπὸ κερδέων,
Πᾶς δ' ὑπὸ κόλπῳ κεῖρας ἔχων, πόθεν αὔξεται ἀθρεῖ
Ἄργυρος. id eſt,

Lucriq́; cupidine victus
Inq́. ſinu unuſquiſque manus habet, illud & vnum
Spectat, qua ratione ſibi aucta pecunia creſcat.

Porro quod ait Sceuola li. Pandect. 22. Titulo de probationibus: In ſinu meo habui, pro eo quod eſt, in poteſtate mea clã habui, magis pertinet ad illud quod alibi nobis dictũ eſt, in ſinu gaudere. Verba Caij ſunt hæc: Titio centum do, lego quæ mihi pertulit, quæ ideo ei non caui, quod oẽm fortu-

fortunam & substantiam, si quam a matre susceperat, in sinu meo habui sine ulla cautione.

Præmansum in os inserere.

M. TVLLIVS in Oratore suo, libro 2. prouerbij uice usurpat, præmansum in os inserere, pro eo quod est, rem in docendo nimis enucleare, nimisq; frustulatim tradere. Quod facere quidam adsolent, qui uelut ingenijs auditorum diffidant ita nihil omittunt, inculcantes etiam minutissimas nugas. Sumpta est figura a nutricibus, quæ pueris adhuc edentulis cibum præmansum in os inserunt. Verba Tullij sunt hęc; Ego autem si quem nunc plane rudem institui ad dicendum uelim, his potius tradam, assiduis uno opere eandem in eudem die noctuq. tundentibus, qui omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima mansa, ut aiunt nutrices, infantibus pueris in os inserant. Aulus Gellius Noctium Atticarum libro quarto c. 1. etiã si locus hic deprauatus sit. Sic enim habẽt codices uulgati: Nam hoc quidem peruulgatum est, diffinitionem omnem ex genere & differentia consistere. Sed si item præmandere, quod aiũt, postulas, faciam sane id quoque honoris tui gratia, legẽdum videtur, Sed si idem me tibi præmandere, quod aiunt, postulas. Præmandere dixit, pro eo quod est, plus quam crasse explicare rem alioqui non difficilem, nisi siquis plane sit puer. Hoc adagij manet etiam hodie, cum aiunt: An non sat tibi datam occasionem esse. Nam postulas, ut tibi præmandatur etiam? Non dissimile est huic, quod idem Cicero scripsit ad Atticum. Sed hęc hactenus, ne videar περὶ μικρὰ ἀποδάζειν. etsi nunc qdem maxima mihi sunt hæc. Et Græci μικρολογεῖν aiunt, pro eo q̃ est, circa minutula quempiam anxium esse.

Mali thripes, mali ipes.

Κακὰ μὲν θριπὲς, κακὰ δὲ ἰπές. i. Mala quidem tripes mala rursum ipes. De duplici malo dici solitum, vt non magni referat utrum elegeris. Thris enim Græcis uermiculus est, qui lignis innascitur, materiasq; uitiat. Ips item cornibus & uitib. infestus. Exstat apud eundem Diogenianum.

Mali bibunt improbitatis fecem.

Κακοὶ πίνουσι πονηρίας τὴν ὀμίχλην. i. Mali bibunt iniquitatis turbidum.

Græcis uersiculus videtur inuersione dictionum deprauatus, quod non raro nobis deprehensum est. Constabit hoc pacto:

Πίνουσ' ὀμίχλην τῆς πανηρίας κακοί, siue οἱ κακοὶ πονηρίας.

Dici solitum, ubi pœna maleficis digna meritis contigisset. Translatum apparet ab ijs, qui uino limpido epoto, tandem ad fecem vsque proueniunt. Itaque uoluptatem ex malefactis perceptam dolor suppliciij consequitur.

Lydio more.

Λυδίῳ νόμῳ, i. Lydia lege, siue Lydia cautione. Conuenit quoties ariolatur aliquis, & augurijs diuinationibusq. seruit. Hac enim superstitione Lydi laborasse feruntur. Allusit ad harmoniæ genus quod Lydium dicitur. Nam & magorum preces, incantamenta uocantur & carmina. Meminit Diogenianus, & item Hesychius putãs idẽ esse λυδίῳ νόμῳ, ac si dicas μυσῷ νόμῳ quod Lydi profecti sunt a Mysis, & ipsi diuinationibus dediti sunt. Addit aliam caussam, quod Lydi flammeis muliebribus soleant ornare capita, unde quadrare uidẽt in effeminatos. Atqui si nobis quoque diuinare liceret, Lydi curribus & equitatu ualuisse leguntur, ita λύδιος νόμος idem erit, cum eo, qui apud Suidam dicitur ἁρμάτιος νόμος, siue ἁρμάτιον μέλος, ita dictũ q̃ primum inuentum sit de Hectore, qui curru trahebatur, ut narrat Homerus.

Lydi mali, post hos Aegyptij &c.

Λύδοι πονηροὶ, δ' ἄτεροι δ' αὐγύπτιοι,
Τρίτοι δὲ πάντων κᾶρες ἐξωλέστατοι. i.
Lydi improbi, post hos secundi Aegyptij,
Tertijq; Cares perditissimi omnium.

Tempestiuiter utemur, si quando mali cum malis conferẽtur, & collatus cum sceleratioribus, ita demum minus illaudatus aliquis uidetur. Velut apud Athenæum Antiphanes cum ἰχθυοπώλας fecisset omnium sceleratissimos, tamen excepit mensarios, his quoque nocentiores. Diogenianus.

Lutum sanguine maceratum.

THEODORVS Gadareus Tiberij Cæsaris in arte rhetorica præceptor, perspicieris in eo adhuc adolescẽte sæuitiam quãdam cum ingenij stupore coniunctam, inter obiurgandum

iurgandum illum, subinde uocare solet, πηλὸν αἵματι συμπεφυρμένον, idest, Lutũ sanguine maceratum, luto tarditatem innuens, sanguine crudelitatem. Auctor Suetonius. Non omnino dissimile, quod scurra quispiam. Athenis iacit in Syllam συκάμινόν ἐσ' ὁ σύλλας, ἀλφίτῳ πεπασμένον, i. Morum est Sylla, farina uariegatum. Qã enim Plutarchus dixit συκάμινον, interpres uertit morũ. Notauit autem formam Syllæ in cuius facie alioqui candida, sublucebat rubor non perpetuus, sed ueluti maculis inspersis.

Liberæ capræ ab aratro.

Ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότρων,
Immunes capræ ab aratris.

Hemistichium heroici carminis prouerbiale dictum olim ab ijs qui se ab onere quopiam, aut molestia liberatos glorienẽt. Veluti si quis parasitus iactet, fælicitatem suam, quod ad reipub. munia non uocet, cum ad nullam honestã functionem sit appositus Zenodotus auctor.

Lis litem ferit.

Ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει. idest,
At lis seritur de lite uicissim.

Hemistichium est heroicum. Resecanda iniuria est, non retalianda. Alioqui quis erit reciprocandi malis finis, si uicissim cõtumelia contumeliæ reddatur? Carmen extat inter pręcepta Phocylidis.

Πειθὼ μὲν γὰρ ὄνειαρ, ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει.

Germanum illi, quod alio commemorauimus loco:

Δίκη δίκην ἔτικτε, κὴ βλάβην βλάβη. i.
Litem parit lis, noxa item noxam serit.

Lignum tortum haud umquam rectum.

Ξύλον ἀγκήλον, οὐδέποτ' ὀρθόν. idest,
Numquam rectum tortile lignum.

Hemistichiũ Heroici carminis est hoc. Distorta, prauaq; ingenia, uix umquam ad bonam frugem traducuntur. Qui semel in ueterauit in uitijs, raro fit ut ad bonam mentem redeat. Effertur ad hũc modum: τὸ ξύλον σκαμβὸν, οὐδέποτ' ὀρθόν, i. Lignũ prauum nunq̃ rectum. Vsurpauit Galenus libro de pulsuũ differentia quarto, ἑκοίνοις μὲ οὐδὲν ἀποκρινόμενοι, πρὸς ὃ ἡμᾶς αὐτοὺς λέγοντες τὸ τῆ κωμικοῦ, ὡς ὅτε τρεβλὸν ὀρθῶται ξύλον, οὔτε γεράνδρυον μεταθεῖν μοχθοῦσι, i. Illis quidem nihil rũdentes, ceterum apud nos ipsos dicẽtes illud è comœdia, quod nec tortum lignum sit rectũ, nec arbor annosa, si transferatur, emittit stolones. Hic ἡμᾶς, excusum erat ὑμᾶς pro γεραίδρυον, γερύανδρον. Id admonuisse referebat, ne quis hanc scripturã corrũperet. Posterius hoc prouerbium ante recensuimus. Horatius metaphoram unde ducta sit, ostendit.

Naturam, inquis, expellas furca, tamen
usque recurrit.

Indicat enim ductam esse ab ijs, qui furca admota conantur arboris distortæ uitiũ emendare. Confirmat hoc & sentẽtia prouerbialis.

Φύσιν πονηρὰν μεταβαλεῖν οὐ ῥᾴδιον. i.
Ingenia praua uertere haud procliue sit.

Lesbus digna.

Λεσβίων ἄξια, i. Lesbijs digna. De rebus irritis dicebatur, ob id, quod Lesbij ob uanitatem uulgo male audirent. Fortassis non male quadrarit & in sordidos atq; impuros. Nam hæc etiam nota quondam illis inusta est. Vnde λεσβιεῖν dictũ, pro eo quod est polluere & conspurcare, Aristophanes,

Μέλλουσαν ἡδὴ λεσβιεῖν τοὺς ξυμπότας. i.
Spurcabit, ac iam polluet conuiuium.

Lemnia manu.

Λημνία χειρὶ, i. Lemnia manu dictum est pro eo quod est, nefaria, impia, crudeli. Natum ab historia prouerbiũ, quam alias retulimus in Lemnio malo.

Lepus apparens, infortunatum facit iter.

Φανεὶς ὁ λαγὼς δυσυχεῖς ποιεῖ τρίβους. i.
Inauspicatum iter obuius facit lepus.

Vulgo creditum etiam his temporibus, occursum leporis omen esse parum felix, iter ingressis torqueri potest ad interuentum cuiuspaim, qui uideatur incommodũ aliquod allaturus. Meminit Suidas.

Lingua bellare.

Γλώττῃ πολεμίζειν, i. Lingua bellare dicuntur, qui magnifice conuitiantur, ac minanter hosti, sed cum tutum est. Sic enim Menelaus Græcorum ignauiam incusat Iliados H.

Ὤμοι ἀπειλητῆρες ἀχαϊάδες οὐκ ἔτ' ἀχαιοί,
idest.
Heu Graiæ neque iam Graij, tantumque minaces.

Allusit

Allusit huc & Virgilius in Æneide:

- An tibi Mauors.
Ventosa in lingua, pedibusq; fugacibus istis
Semper erit?

Hæc enim Turnus in Drancem lingua pollentem in cõsilijs, alioquin imbellem. Idem Rutulos maledicos facit:

O ueræ Phrygiæ, neque enim Phryges.
Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.

Sic autem loquitur Hector apud eundẽ Homerum, Iliados v.

Καίκειν ἐγὼν ἐπέεσι καὶ ἀθανάτοισι μαχοίμιν,
Εγχεῖ δ' ἀργαλέον ἐπειὴ πολὺ φέρτεροί εἰσιν. idest,

Sane ego uel diuis possim contendere lingua,
Verum hasta durum, multo quia uiribus illi
Præcellunt.

Porro uera fortitudo neque maledica est, neque minax. id quod innuit Homerus Iliad. lib. 5.

Τὸν δ' ἔτι προσέφη κορυθαίολος ἕκτωρ,
Αλλὰ παρηίξεν λελιημένος. idest,

Huic nihil omnino respõdit belliger Hector,
Quin mage cominus insilijt,

Et eiusdem operis libro 3. fingit Græcos tacitos in prælium ire:

Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες ἀχαιοὶ
Εν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισιν.

.i. Ast hiãt taciti, uim spirantes Danaidæ,
Atque animo prompti auxilium sibi ferre uicissim.

Et Aristophanes in Nebulis:

Πράττων βελτίων καὶ τῇ γλώττῃ πολεμίζων, idest,

Poscens consultans, & lingua prælia miscens.

De his eleganter apud Liuiũ dictũ libro ab urbe cond. 7. In castris feroces, in acie pauidi. Apuleius uerbo festiuiter nouato, uerbigerari dixit, pro uerbis digladiari. Et Hesychius indicat; γλωσσάσπιδας dictos, qui pro armis lingua uterentur. Hoc nomine signari possent & qui aspidis uenenũ in lingua circumferunt. Heraclitus ad Hermodorum, ἐν τῇ γλώττῃ ἔχετε τὰ ὅπλα ἀπεσερηκότες χρήματα. i. In linguis habetis arma, posteaquam abstulistis pecunias. Causidicorum, ac rhetorum est, γλώσσαις πολεμίζειν καὶ διαμάχεσθαι. idest, Linguis bellare atque pugnare.

Larus hians.

Λάρος κεχηνὼς, i. Larus hians. Dicebatur, ubi quis auidius inhiaret prædæ. Est enim Larus auis auida, uoraxq;, quam eandem Græci κέπφον appellant. Aristophanes in Equitibus.

Λάρος κεχηνὼς ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν.

Quę Latine quidem cõmode reddi non possunt. Cleonem enim ob rapacitatem Larum uocat, quod quemadmodum auis in scopulis obuersatur, si quid piscium possit uenari, ita mille uersaretur in Reipublicæ negotijs administrandis, suum interim agens negotium. Plutarchus apud Athenæum libro Conuiuialium tertio:

Στῆν δ' ἄρ' ἐπ' ἐδὸν ἰὼν, χεδόθεν δὲ οἱ ἰῶ παράσιτος
Χαιρεφόων, πεινῶντι λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς. i.

At uero aduenienis in limine stabat.
Chærephoon parasitus ei uicinus, auinõ
Dissimilis, uulgo dicta est Larus, esuriẽti.

Apud eũdem libro octauo refertur hic trimeter,

Οψοφάγοις ὥστε τοῖς λάροις εἶναι σύροις. i.

Esse uti laros opsoniorum auidos Syros.

Larum Theodorus Gaza uertit Gauiã, cuius mentionem facit Plinius, inter maritimas Halcyonem & mergum, libro decimo capite trigesimo secundo.

Late viuens.

Λάθε βιώσας, idest, Falle uiuens. Admonet adagium, in humili fortuna uitam esse feliciorem ijs qui obscure viuunt, & à publicis negotijs ita semoti, vt cum uita decessissent, nemo illos uixisse sentiret. Nam λάθε βιώσας, ad uerbum commode non potest reddi, uerum hanc habet sententiam, quasi dicas, nemo te sentiat in uita fuisse. De hoc adagio recte dictum sit nec ne Plutarchus cõmentarium conscripsit, si modo non fallit inscriptio. Allusit ad id Horatius:

Nec uixit male, qui natus moriensq; fefellit,

Idest, quem nemo sensit, nec prodeuntem in hanc uitam, nec excedẽtem e uita. Allusit huc, ni fallimur, Ouidius in libris Tristium.

Crede mihi, bene qui latuit, bene uixit & intra
Fortunam debet quisque manere suam.

Recen-

Recensetur apud Suidam prouerbij nomine.

Labyrinthus.

Λαβύρινθον, i. Labyrinthum olim vocabant orationem, aut rem quampiam vehementer impeditam & inextricabilẽ. Veluti si quis philosophiæ studium Labyrinthũ uocet, quod semel ingressis nullus umquam sit exitus. Aut uoluptatis studiũ Labyrinthum uocet, quod aditus ad eam procliuis, exitus difficillimus. Sumptum a Labyrintho Dædali, quod antrum fabulę ponunt in Creta, sinuosum & inexplicabilibus ambagibus inextricabile, in quo seruabatur Minotaurus. Dictum putat Suidas παρὰ τὸ μὴ θύραν λαβεῖν, i. quod ostium non habeat, indicans & in garrulos ac nugaces competere, qui sermonis nullum in ueniunt exitum, si semel garrire cœperint. Gregorius Theologus in epistola ad Eusebium Cæsariẽsem, torquet in uersipellem: ἐπειδὴ πρὸς ἀνδρὰ ποιεῖμαι τοὺς λόγους ὅτε ἄγα πῶντα τὸ ψεῦδος, καὶ τὸ ἐν ἑτέρῳ φοραῖσε πάντων ὀξύταλον: καὶ ὅτι μάλισα σοφεῖς πλέκηται καὶ ποικίλοις λαβυρίνθοις, .i. Qm̃ cum eo uiro loquor, qui nõ solũ nõ amet mendacium, sed & qui in alio possit quam ocyssime deprehendere, etiamsi uel maxime callidis uarijsq; labyrinthis inuoluatur. Huic non dissimilis erat Mæander. Id erat picturæ genus ortum ab exemplo labyrinthorum, cuiusmodi uidemus, & hodie in nõnullis pauimentis. Vtitur Prudẽtius in carmine, cuius initiũ Cultor Dei:

O tortuose serpens
Qui mille per Mæandros,
Frondesque flexuosas
Agitas quieta corda.

Hinc & Mæandro Lydiæ fluuio nomen, quod flexuosus erret.

Labore laboriosus.

Πόνῳ πονηρὸς, i. Labore laboriosus. Ipsa figura hyperbolem habet laboris immodici. Refertur a Suida puerbii titulo. Hac forma Theophilus apud Athenæum libr. 13. dixit de insigniter formosa & procera: κάλλει καλῆς, μεγέθει μεγάλη, τέχνῃ σοφῆς, Quasi dicas, forma formosam, magnitudine magnã, arte artificem, siue sapiẽtia sapientem. Extat autẽ apud Aristophanem in Lysistrata. Subest autem & iocus ob amphibologiam uocis. πονηρὸς enim Græcis ut laboriosum ac miserum ita significat, & malum astutumque.

Laciadæ.

Ω λακιάδαι, id est, Laciadæ, uulgatum conuitium in mœchos. Populus quispiam est Atticæ Laciadarum, tribus Oeneidis, apud quos ingens raphanorum copia. His autem utebantur in adulteros deprehensos ludibrij caussa. Refertur apud Suidam.

Laborem serere.

Πόνον σπείρειν, id est, Laborem serere, vulgo dicebantur, qui frustra laborarent, quasi nihil fructus è labore reportaturi, prẽter laborem ipsum. Auctor Diogenianus.

Labrax Milesius.

Λάβραξ μιλήσιος, i. Labrax Milesius. In stolidum & auidum dicebatur. Labrax enim piscis genus lato oris rictu, unde escã totam una cum ære, fauciibus corripit, atque ob id facile capitur. Vnde apud Plautum lenoni Labracis nomen. Aristoteles hunc adnumerat inter eos, qui præda laniatuq; viuunt. Lingua est ossea, & adfixa, cor triangulum. Aristophanes apud Athenæum libro 7. Labracem piscium sapientissimum appellat:

Λάβραξ ὁ πάντων ἰχθύων σοφώτατος.

Apud Miletum Asiæ ciuitatẽm prægrandes, & item plurimi Labraces esse dicuntur propter stagnũ influens in mare. Gaudet. n. hic piscis aqua dulci. Aristophanes in Equitibus:

Αλλ' οὐ λάβρακας καταφαγὼν μιλησίους
Χολουήσειας. id est,

Haud cum lupos uoraueris Milesios,
Facies tumultum.

Nam quidam hunc piscem esse putant, qui Latine Lupus dicitur.

Lauares Peliam.

Λούσης τὴν πελίαν, i. Laues Peliã. Dictum apparat, ubi quis salutem pollicitus adfert exitium. Aut ubi quis prodesse conatus, ingens addit malum, Ductum a notissima Peliæ fabula, quem dum filiæ a Medea persuasę student ad iuuentam reuocare, lebeti feruenti impositum occiderunt. Fortassis non intempestiuiter dicetur, ubi quis falsa spe ductus inanem sumit operam. Veluti si quis arte, quam uocant Alchimicam

fretus,

fretus, sibi promittat futurum, ut è stanno fiat argentum, ex ære aurum. Refertur in adagiorum collectaneis, quæ Plutarchi feruntur nomine.

Iterum atque iterum ad Pythum via.

Αὖθις αὐτὶς πύθωδ' ὁδὸς. i.

Iterum atque iterum Pythum uersus via.

Dictum de ijs, qui molesti sunt eadē de re iterum atq; iterum percunctando. Quē admodum solent ignari uiæ, quemcunq; obuium habuerint, de via rogare. Porro Pythus ciuitas Apollini sacra, quæ uiseba tur à plerisque. Apparet è comœdia sumptum. Est enim hemistichium iambicum: uerum ex qua non indicat Diogenianus, & nobis non succurrit. Finitimū illi, ὁ Διὸς κόρινθος, id est, Iouis Corinthus.

Cum Delphis sacrificauerit, ipse carnes absumit.

Plvtarchvs septimo libro τῶν συμποσιακῶν, hunc senarium ueluti prouerbialiter citat:

Δελφοῖσι φύσας αὐτὸς ὁ ψωνεῖ κρέας. i.

Carne ipse Delphis immolata uescitur.

Ostendit dici solitum de ijs, qui vocatis conuiuis ipsi cibos adpositos deuorant, ut illis spectare tantum liceat, non uesci. In Delphicis enim sacris, is qui immolarat victimam, ea vescebatur. Contra fiebat his sacris, quæ Hecatæ inferebantur, ex quibus nihil redibat ad eū, qui offerebat, præter fumum & tumultum. Quamquam & in diuersum sensum accipi potest, ut intelligamus Delphicum sacerdotem nihil impertiri de victima ei, qui uictimam dedit: ita fit aliquoties, ut edax conuiua, seu pluribus adductis edacibus umbris, uelut harpyis, cœnam omnem deuoret, esuriēte qui uocauit. Adagium torqueri potest etiam ad illos, qui beneficio, quod alij dedisse videntur, ipsi fruuntur.

Ἰσθμιάζειν.

Ἰσθμιάζειν olim dicebantur, qui parum cōmode, parumq. salubriter uiuerent, propterea quod Isthmiorum ludorum tēpus morbis esset obnoxium, ob ingentē hominum conuentum. Meminit Suidas & Hesychius. Fortasse non absurdè dicetur in hos, qui frustra conātur, propter Isthmi professionem à multis infeliciter tentatam. Quade re dictum est nobis alibi copiosius.

Hyperberetæa.

Ὑπερβερεταῖα, id est, Hyperberetæa, dicebantur olim admodum serotina, quæq; vix tandem aduenirent. Apud Macedones extremus anni mensis. ὑπερβερεταῖος appellabatur. Vnde quæ in longum prorebantur, Hyperberetæa dicebantur, perinde quasi apud Latinos dicas Decēbria. Et ὑπερβερεταῖοι, comperendinatores. Suidas existimat eum esse mensem apud Macedones, quem nos octobrem uocamus, quod tum sera sit æstas, & quæ tum prouenium, post legitimum tempus prouenire uideantur.

Vlyssis remigium.

Homines nequam & uoluptatibus addictos Horatius in epistolis Vlyssis remigium appellauit, prouerbiali nimirum figura:

Remigium uitiosum Ithacensis Vlyssi.

Vt qui nec à Circes poculis tēperarint, nec à Lotophagis auelli potuerint, nec à Solis bubus abstinuerint. Vnde Homerus Odisseæ primo:

Αὐτὰρ γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο
Νήπιοι.

Ipsorum siquidē vecordia perdidit illos Amentes.

Non dissimili figura dixit, sponsos Penelopes, & Alcinoos, uoluptarios & uirtutis negligentes. Item alio loco Phæacem appellat, nitidum & bene curata cute:

-Vt possim pinguis Phæaxque reuerti.

De Phęacibus Homerus Odysseæ lib. 8.

Αἰ εἰ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη κίθαρίς τε χοροί τε
Εἵματά τ' ἐξήμοιβά, λοετρά τε θερμὰ καὶ εὐνή. i.

Nos uero semper capiunt, citharæq; chorique,
Et uariæ uestes, & balnea calda, thorique

Idem de procis Penelopes, Odysseæ libro primo:

Τέ τοισιν μὲ ταῦτα μέλει, κίθαρις καὶ ἀοιδή,
Εἶ, ἐπὶ ἀλλότριον βίοτον νήποινον ἐδουσιν, i. Itos solicitant hæc, concentus, citharęq.

Et facile, ut qui aliena sient impune uorantes.

Zaleuci lex.

Ζαλεύκου νόμος, i. Zaleuci lex. De edicto mādatoq; plus satis rigido parumq. humano dicebatur. Zaleucus quidam Locrensibus ijs, qui vocantur Epizephyrij, leges tulit acerbiores, quales feruntur & Draconis fuisse leges apud Atheniēses, uere Draconis, ut ille dixit, non hominis. Non dissimile illis: Manliana imperia, & Phalaridis imperium. Meminit historiæ Valerius Maximus lib. 7. cap. 5. Etenim cum filius Zaleuci secundum ius ab eo constitutum ob crimen adulterii utroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas ī honorem pęnā adolescenti remitteret, repugnauit aliquādiu: postremo populi uictus precibus suo pri⁹, deinde fili oculo eruto, salua lege, supplicij modum temperauit.

Zopyri talenta.

Ζωπύρου τάλαντα. Zopyri talenta. De præclaris factis, magnoq; æstimandis. Hic Zopyrus & Darii regis amicus erat, qui sibi nares & aures conscidit, & omne corpus flagris cruentauit, ut ijs argumentis Babylonijs fidem faceret, se Dario male velle, a quo tam immaniter esset acceptus. Itaque Babyloniorum ciuitatem ingressus, eam Dario prodidit. Vnde Darium dixisse ferunt, se vnum Zopyrum integrum malle, quam centum Babylonas capere. Et oblato malogranato, tantum optauit sibi Zopyrorum, quantum ibi granorum inesset, narrat Herodotus libro tertio. Meminit Plutarchus in apophthegmatis. Adagium recenset Zenodotus.

Vna scutica omnes impellit.

Μία μάστιξ πάντας ἐλαύνει. i.

Vna scutica incitat omnes.

Hemistichium Heroicum de negotio dictum, quod facile fieret, uidelicet a promptis omnibus, ac suapte spōte currentibus. Fortassis apte dicetur & in hos, quos eadem caussa impellit, puta eadem spes lucri studium commune, idē amor aut odium. Sumptum ab aurigis. Auctor Suidas: Vsurpat Plutarchus in uita Lycurgi scribens urbem Lacedæmoniorū: ὑπὸ σκυτάλης μιᾶς καὶ τριβώνος ἀρχόσαν τῆς ἑλλάδος ἑκούσης καὶ βουλομένης, i. Scytala ac sago imperantem Græciæ spontaneę uolentique.

Tanquam Chalcidica nobis peperit uxor.

Ὥσπερ χαλκιδικὴ τέτοκεν ἡμῖν γυνή. i.

Tanquam Chalcidica peperit nobis uxor. De ea dicebatur, quę liberos quam plurimos peperisset. Tradunt heroinam quandam fuisse nomine Comben, cui cognomen fuerit Chalcidi, quod prima arma ærea confecerit. Ea uiro coniuncta centum liberos enixa dicitur. Sicuti proditum est in Euboicis annalibus, & attestatur Aristus Salaminius. Quidam ad Chalcidem Euboeæ ciuitatem referunt, quod è Chalcidensium officinis ingens armorum æreorum & quadrigarum uis prodiret. Stephanus enim ab officinis ærariis urbi nomen additum putat. Vsurpare licebit, ubi significabimus, multum litium, bellorum, aut curarum alicunde natum.

His Medus non insidiabitur.

Τάδε μῆδος, ὁ φυλάξει, i. Hæc Medus nō obseruabit. Cum Xerxes exercitum in Græciam traducere pararet, ut auctor est apud Zenodotum Dicæarchus, Græci desperatis rebus facultates suas absumpserunt, ne multum reliquum fieret, quod hostis tolleret, ita dicentes, Hæc Medus non obseruabit. Eaque uox in adagium abiit, ubi quis largius impenderet sua, ne uenirent in aliorum manus. Veluti si quis pecunias suas erogaret amicis, vt eas liberis turpiter absumpturis subducat, recte dixerit, ταῦτα μῆδος ὁ φυλάξει. Aut si ciuis opulētus pecunias extruendis ædificiis absumat.

In Orci cūlum incidas.

Ἀδε πρωκτῷ πεσεῖσαι. i. In Orci culum incidas. Sermo perniciem & extremū exitium imprecantis. Recensetur a Diogeniano, cognitū illis: βάλλ' ἐς κόρακας· βάλλ' ἐς μακαρίαν.

Inuitus Iupiter nouit.

Ἄκων μὲ ὁ Ζεὺς οἶδεν, i. Inuitus quidē Iupiter nouit. Vbi quis pollicetur quippiam, sed inuitus. In quibusdam codicibus legitur, ἄκων μὲν ὡς Ζεὺς οἶδεν, i. Inuitus tanquam Iuppiter cognouit. At uidetur & recte quadraturum, ubi seuerius pęnas dant nocentes, vt adfine sit ei qd alibi referim⁹ Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας. Etenim qui sero dat, aut punit, grauatim id facere uidetur.

Excubias agere, aut ditari.

Φρουρεῖν ἢ πλουτεῖν, i. Excubias oportet agere, aut diuitē esse. De ijs dicebatur, qui ampliter

ampliter facerent sumptus de alieno. Nam ut diuites, quibus ampla res domi est, large profundunt, ita milites nõ parcunt opibus alienis, sed prodigunt gnauiter, & scelere parta perdunt sceleratius. Athenienses excubiis agendis insulares magno stipendio conducere solebant. Non dissimile illis:

Ιππος μὲ φέρει, βασιλεὺς μὲ τρέφει, i.
Equus me portat, alit rex.

Intra septimam.

Εντὸς ἑβδόμης, i. Intra septimam. Subaudi lunam. Edictum erat Athenis, ne ante septimum diem mensis, exercitum educerent. Recte fortassis utemur hoc adagio, quoties admonebimus mature, suoq; tempore negotium adgrediundum. Meminit Zenodotus, Suidas & Hesychius, nec præterea quidquam adscribunt. Vide num allusum sit ad id, quod alio retulimus loco, ἑβδομος βοῦς, id est, septimus bos: &:

Τὸν ἑβδομον βοῦν ἡ σοφὴ παροιμία, i.
Et septimum venustus adagio bouem.

Quod pueris sextũ mensem egressis fari naceus bos fingi consueuerit, qui lunę primum apparentis cornua repræsentaret.

In cotyla gestaris.

Εν κοτύλῃ φέρῃ. i. In Cotyla portaris. Suspicamur dictum de ijs, qui arbitrio alieno, quo libitum esset, huc atque illuc ducerentur. Aut ubi quis indulgentius foueretur. Tractum est adagium a genere lusus puerilis, qui dictus est, ἐν κοτύλῃ. Huiũ meminit Iulius Pollux lib. 9. de rerum uocabulis. Erat autem huiusmodi: Vnus quispiam reductas in tergum manus coniungebat, stringebatq;. Rursum alter impositis in eas genibus tollebatur, suis interim manibus oculos gestantis obtegens. Et ad hunc gestatus modum, ἐν κοτύλῃ portari dicebatur, quod manuum cõplexu gestaretur. Nam κοτύλη Græcis cum alia permulta, tum manus etiam cauam partem significat. Hunc lusum Iulius Pollux ait aliis item vocabulis appellari, velut ἱππάδαν & κυβησίνδαν.

In apes irruisti.

Εἰς μελίσσας ἐκώμασας, i. In apes insilisti. Vbi quis præter opinionem in ingẽs agmen, uelut examen malorum immergitur, quemadmodũ euenire solet ijs, qui imprudentes in apum nidum incidunt. Circũuolantibus & impetentibus undiq. illis, & fugientem etiam insequentibus, haud facile discedit sine uulnere quisquis inciderit. Solent autem iuuenes comessabundi in conuiuium æqualium irruere, quemadmodũ Alcibiades apud Platonem irruit in cõuiuium Agathonis. Et Syrus in Adelphis de Demea qui se proripit in conuiuium filii. Abijt, commessatorem haud sane commodum præsertim Ctesiphoni.

Orci galea.

Αἴδος κυνῆ, i. Orci galea; dictitari solitum in eos, qui semet arte quapiam occultarent. Parœmiam ad huiusmodi fabulam referunt. Acrisio de masculis liberis tollendis oraculum consulenti responsum est, è Danae filia ipsius nasciturum filium, a quo occidẽdus esset, itaque territus æreũ thalamum subterraneum parauit, in quo filiam inclusam adseruabat, ne cum uiro quopiam rem habere possit. Iuppiter autem amore uirginis correptus, in aurum transformauit sese, atque ita per impluuium in Dianaes gremium illapsus, eam graui dã fecit. Natus est Perseus. Quod simulatque rescisset pater, ipsam matre una cũ infante, scrinio inclusam in mare prœcipitem dedit. Porro scrinio forte fortuna ad Seriphum insulam delato, Dictys sublatum ad se Perseum aluit. Polydectes autem Dictys frater, qui Seriphijs imperitabat, Danaen amare cœpit. Verum Perseo iam adulto, non potuit ea potiri. Proinde conuocatis amicis, & inter hos Perseo, ait se uelle certamen dicere super Hippodamiæ Oenomai filiæ nuptijs, Perseus autem existimans si cum Gorgonis capite pugnaret, neminem posse obsistere, præter alia postulauit equos, ductuq; Mercurij ac Palladis peruenit ad Phorci filias, Memphedẽ, Ennyo, & Dino. Has aiunt statim natas anus fuisse, tum unicum dumtaxat oculũ fuisse tribus, unicum item dentem, his uicissim inter se tres utebantur. Hæc cum Perseus abstulisset, reposcãtibus illis, ait redditurũ sese, si uiam commonstrassent, quæ ad nymphas duceret. Erãt his nymphis alata talaria, & cibisis quæpiam, quam arculam seu peram putant fuisse. Habebant & Plutonis galeã, quã q gestaret, is quoscũq. uoluisset uidebat, ipse nemini cõspicuus. His igitur instructus Perseus, uolucer iam ob talaria, sicuti diximus, ad Gorgonas tres sorores, Euryale,

Euryale, Stheno, Medusa, Erant his capita draconum squamis obsita, præterea dẽtes maximi, suum instar, ad hæc manus, & alæ, quibus per aera ferebantur, Aderat insuper ea uis, ut obtuentes sese, in saxa uerterent. Porro sola Medusa è tribus mortalis erat. Hanc igitur impetit Perseus, Et oculis defixis in clipeum æreum, per quem tamen ipsam Gorgonis imaginem aspiciebat, manum porrigens, quam Pallas in Medusam dirigebat, caput Medusæ desecuit. Aduolantes reliquæ duę sorores, Perseum quidem insequebantur, uerũ cum illũ ob galeam Plutonis uidere non quirent, retro abiere. Itaque Perseus reuersus in Seriphũ, Polydecten aggressus est, amicorum auxilium implorantem. Quibus ad regiam concurrentibus, Perseus Gorgonis ostẽso capite, quotquot obtuerentur, in saxa uertit. Sublato igitur Polydecta, & Dicty in fratris locũ instituto, Gorgonus caput Palladi dedit, galeã Mercurio, cumq; hac peram ac talaria, ille rursum nymphis restituit. Reliquum fabulæ, quã longius prosequitur Zenodotus, quandoquidẽ ad enarrationẽ adagij nihil attinet, omittimus. Vtitur hoc Plato libro de Republica decimo, dicens semper honesta pp se sequi oportere, ét si quis Gygis anulum, uel Plutonis habeat galeam. Quibus ex uerbis colligit, eandem esse huius prouerbij sententiã, & illius, γύγη δακτύλιος, i. Gygis anulus. Vtrumq; enim a simili fabula natũ est. Proinde recte accommodabitur & ad eos, qui rara quadã felicitate quidquid volunt officiunt. Cuius generis est etiã illud, uirgula diuina. Vsus est & Origenes lib. 1. aduersus Celsum hæreticum, declarans magis conueniſse, ut Christus, in Aegyptũ fugiens, subduceret sese Herodis insaniæ, quã si sub Plutonis casside latitans eundẽ fefellisset. Adagiũ manasse uidetur ex Homero, apud quem Iliados quinto, Pallas sese Orci galea tegit, ne uideret a Marte:

Τὸν μὲν ἄρης ἐν ἀριζήμοι φήνος. ἀυτὰρ ἀϑλῶν
Δῶῶ ἀΐδος κυνέω, μήμιν ἴδοι ὄβριμος ἄρης. idest,
Ille quidem cecidit iugulatus Marte cruento.
At se Orci texit galea Tritonia Pallas,
Ne Mars hanc uirtute insignis cernere posset.

Admonet interpres prouerbio dici, εἰσδύειν ἀΐδος κυνέῳ, i. induere Orci galeã, de homine qui occultis insidiis nocere molitur. Aristophanes ἐν ἀχαρνάσιν,

Λάβε δ' ἐμοῦ γ' εἵνεκα παρ' ἱερωνύμου,
Σκοροδοσυπτωνὶ τειχαῖ' ἀΐδος κυνῆν,
Εἶτ' ἐξάνοιγε μηχανὰς τὰς σιτόφυ. i.
Meaq; caussa sumito ab Hieronymo,
Orci galeam hispidam uigrantibus pilis,
Dein explicato dolos & artes Sisyphi.

In fermento iacere.

Εν τῇ ζύμῃ κεῖσθαι, i. In fermento iacere dicebantur, qui animo essent ægro, quiq; iracundia turgerent: Plautus in Mercatore, Vxor tua in fermento iacet, pro eo qd est, intumescit ira. Idem in Cassina, Nunc in fermento tota est. Ita turget mihi. Nota translatio. Fermentum enim & acorem habet & tumorem.

In eo ipso stas lapide, in quo præco prædicat.

Chrysalus seruus in Bacchidibus Plauti, senem irridens, quem argento defraudabat, O stulte inquit, nescis nunc uenire te. Atqui in eo adstas lapide, ubi præco prædicat. Quadrabit, ubi quis præsens, uidens, audiensq. tamen deluditur. Nam uendi etiam hodie uulgo dicuntur, quibus fit impostura. Quod autem meminit lapidis, id traductum est a lapide quodam editiore, quem Romæ fuisse complurium auctorum testimonio constat, unde præcones in auctionibus res uenales nunciabant. Vnde M. Tullius uilissimos homunculos de lapide emptos appellat. De colono dictum est alibi.

Inus dolores.

Ινῦς ἄχη, i. Inus dolores. Ino Cadmi filia, ex Athamante duos peperit filios, Learchum & Melicertam, præterea filiam Eurycleam, Athamas autẽ uersus in insaniam, reliquos liberos arcu percussit, occiditq;, Ino una cũ Melicerta sese in mare abiecit: Et hanc quidem Megaras undis adpulsam Megarẽses multo cum honore, exceperũt, iusta persoluentes. Leucothoe nomine cõmutato: illum uero Corinthũ delatũ, Corinthij sepelierunt, & in eius honorẽ Isthmios ludos instituerunt: nomine itẽ commutato uocantes Palæmonem. Hinc ortũ adagium, ut intolerandũ, & exanimantem, ut ita dixerimus, dolorem significãtes dicerent,

cerent, ἰυᾶς ἄχη. Nam Achos proprie dolor dr apud Græcos, qui prorsus obstupefacit, suiq. sensum adimit homini. Melicrates Tyrius apud eundem Zenodotum, unde hæc retulimus, fabulam, quæ paræmiæ dedit occasionem, narrat ad hunc modum. Athamanti prius fuerat uxor Nephele, ex qua duos sustulit liberos, Hellen & Phrixum. Hac defuncta secundam duxit uxorem Ino. Ea ueluti nouerca tendens insidias Nepheles liberis, persuasit indigenis mulieribus, ut semina in terram iacienda prius frigerent, idest, adurerent in sartagine. Cæterum ubi res male euenisset neq. quidquam is annus produxisset, Athamas in hac rerum angustia Delphos misit, qui consulerent oraculum. Verum Ino legatos muneribus corrupit, ut domum reuersi dicerent, respondisse deum, ita demum penuriam annonæ depellendam, si Hellen & Phrixũ occidissent. Itaq. persuasus Athamas, Phrixum & Hellen ad aram admouit immolaturus. Verum dij misertí, aurei velleris ariete uectos illos p aera sustulerunt. Et Helle quidem cum sese in arietis tergo non satis teneret, delapsa est in mare, quod ab ipsa Hellesponticum appellatur. Phrixus autem in Colchicam regionem incolumis delatus est. Athamas ira deorum in rabiem uersus, Inus liberos aggressus est, quemadmodum modo demonstrauimus.

In omni fabula & Dædali execratio.

Ἐν παντὶ μύθῳ καὶ δαιδάλου μῦσος, i. In omni fabula & Dædali execratio. Quadrat in auctores atrociũ facinorũ, aut ingentiũ calamitatũ, ut frequenter illorum incidat mẽtio, sed non sine detestatione. Tradunt ab hac ortum fabula. Pasiphæ regina Cretæ, tauri amore capta, Dædalum exorauit, ut sibi uaccam ligneam ad proximam uerę uaccæ simulationem effingeret. In hac inclusã mulier, e tauro concepit, ac Minotaurum monstrum abominandum peperit. Minos autem certis de caussis iratus, Athenienſibus indixit, ut quotannis septem uirgines, & totidem adolescentulos mitterẽt Minotauro obijciendos. Horum omnium quoniam Dædalus caussam dedisse uideretur, in eum vulgo dira imprecabantur, unde res in prouerbium abijt.

In parte uel ignem prædetur aliquis.

Ἐν τῷ μέρει τις καὶ πῦρ σκυλευσάτω, i. Prædetur aliquis per vices ignem quoq;. Suidas admonet dictum de ijs, qui parũ æqua referunt in Commune. Cum enim res communis commissa fuerit manibus unius aut paucorum, maxima pars penes eos hæret, qui diuidunt. Quid enim non prædetur qui prædatur ignem? qui sic est natura communis, ut ipse nihilominus possideas, posteaquam & aliis fueris impartitus. Amicitia facit omnia communia, uerum ubi uentum est ad partitionem, quisque studet quod potest rapere. Nescimus an scribæ uitio pro σκαλεύετω, depratatũ σκυλεύετω, ut pertineat ad ænigma Pythagoræ.

In nihil sapiendo iucundissima uita.

SOPHOCLES in Aiace mastigoforo sub persona Aiacis, qui iam ab insania resipuerat.

Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἡδίστος βίος·
Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κἀπὸ δυνώδωσον κακόν. idest,
Suauissima hic est uita, si sapias nihil.
Nam sapere nil, doloris expers est malũ.

Hanc sententiam docti citant prouerbij loco. Consentaneum est autem, vulgo iactatum fuisse, uel eius argumento fabulæ quam Horatius narrat de quodã Argiuo, qui fęlicius existimaret insanire, quam sapere & ringi.

Pol me cecidistis amici,
Nõ seruastis, ait, cui sic extorta uoluptas,
Et demptus per uim mentis gratissimus error,

Huic concinit illud Ecclesiastę dictũ: In multa sapientia, multa indignatio. Et: Qui addit scientiam, adijcet & laborem. Heraclides Ponticus apud Athenęũ auctor est; Præsylaum Axonensem Pythodori filium hoc insaniæ genere correptum fuisse, ut existimaret naues omnes quę in Pireũ appellerent suas esse, eas appellentes summa cum uoluptate recipiebat. Soluẽtes dimittebat, ac prosequebatur, in summa fęlix erat, perinde quasi tantarum rerum dominus. Siquid periisset, non requirebat: si qd esset incolume, uehemẽter gaudebat, alijs iactitans suam fortunam, donec Crito frater è Sicilia reuersus coreptum hominem traderet medico. Cęterũ is ad se reuersus, negauit unquam suauius uixisse sese, quã cum eo mẽtis errore teneretur. Siquidem cum

cum tantum adesset uoluptatum, nihil vnquam sensisse molestiæ.

Ignem palma.

Πῦρ παλάμῃ, i. ignem palma, dici solitum, si quando protinus aliquid intellectum esset a quopiam, ut si scommate dicto statim sentiat aliquis in se dictum. Sũptũ uidetur ab iis, per lusum ignem admouent manibus alienis, qui subito sensu excitati resilire solent, risumque mouere spectantibus.

Sub cultro liquit.

SVB cultro linqui dicitur, qui in præsentaneo periculo deseritur. Sumpta metaphora a uictima, quę iam iam ferienda sub cultro esse dicitur. Confine illis, inter sacrum & saxum, Inter malleum & incudẽ. Horatius in Sermo.

Fugit improbus, ac me
Sub cultro liquit.

Non admodum abludit hinc Aristophanicum illud. ἐν ἀχαρδίσιν.

Τπὲρ ὀπαξίνης θελήσω τῷ κεφαλῷ ἔχφν. λέγειν, i.

Sum paratus uerba facere, caput epixeno admouens.

Est autem ἐπίξινον, truncus, in quo coqui secãt carnes. Est in eadem fabula multus deinde iocus in ἐπίξινον. Conuenit in eos, qui periculo capitis parati sunt affirmare quidpiam.

Fores habet tritas, vt pastorum casæ.

Τῶν θύραν ἔχει τετριμμένην ὥσπερ αἰπόλιον, i. Ostium habet tritum, ut sunt casæ pastorum. Ironia prouerbialis in homines inhospitales, aditu difficiles, sibi uiuẽtes, semper occlusis foribus, quod pastores procul ab hominum commercio semotos uix umquam quisquam interuisat. Meminit Diogenianus.

Apio opus est.

Τῆς σελίνου δεῖται, i. Apio est opus. Ita loquebatur, quoties morbum capitalem innuebant, & uitæ periculum imminere. Nã olim monumenta defunctorum apio coronabantur. Plutarchus in Sympoſiacis: καὶ τοὺς ὀπισθαλῶς νοσοῦντας δεῖσθαι τῆς σελίνου φαμὲν. idest. Et qui periculose ęgrotant, ijs dicimus apio opus esse. Idẽ puerbij meminit & caussam addit in uita Timoleonis. Subest autem adagio iocus, alludẽs ad coronas uictorum, quæ ex apio fiebant, prę sertim i ludis Isthmiis, teste Diphilo apud Athenæum libro sexto:

Περὶ τῆ σελίνων μαχόμεθ' ὥσπερ ἐν ἰσθμίοις. i. Super apio certamus ut solet Isthmijs.

Ialemo frigidior.

Ιαλέμου ψυχρότερος, i. Ialemo frigidior. De cantione, oratione, argumento, ioco, aut eiusmodi re quapiam supra modum frigida, recte dicetur. Quidam aiunt Ialemon, lugentis vocem fuisse. Nã ἰαλεμίζειν Græci dicunt pro complorare. Euripides in Troadibus Ialemõ accipit, p eiulatione & luctu: οἷος ἰάλεμος, οἱ ἄτε πένθη, Δακρύατ' ἐκ δακρύων καταλείβεται Ημετέροισι δόμοισι, i. Qui eiulatus, quiq. luctus, lacrymæq; super lacrymas distillantur in nostris ędibus. Et Aristophanes apud Athenæum, grãmaticus opinamur, in dictionib. Atticis, ἐν γάμοις, inqt, ὑμέναιος, ἐν δὲ πένθεσιν ἰάλεμος, i. In nuptiis Hymeneus in luctu Ialẽus. Alii tradunt Ialemũ Calliopes fuisse filium, infelicẽ, nulliusq; precij hominem, præsertim in cãtu supra modum frigidum, unde ἰάλεμα ᾠδῶν, i. Ialemi cantilenam, pro frigida dicunt ac miserabili. Martialis item iocans in oratorem quẽdam frigidum ait, illum unum idoneũ esse, Qui Thermas refrigeret Neronianas. Hesychius indicat & hoc pacto efferri prouerbium ἰάλεμα οἰκτότερος, i. Ialemo miserabilior. Idem indicat ἰάλεμον dici, quod nullius sit precii, quemadmodum Latini nænias appellant, cum ea uox proprie sonet lugubres cantiones.

Humi hauris.

Καμὰ ἀντλεῖς, i. Humi hauris. De inaniter laborãte dicebatur. Nihil est n. quod è solo haurias, hoc est, ab imò putei fundo, si is siccus sit. Apparet dici posse quoties exhausta copia, non multum superest quod haurias. Zenodotus meminit.

Humi serpere.

HVMI serpit oratio, quæ pressior humiliorq; est, quam oportet, semper quasi iacens, numquam assurgens. Horatius:

Nec sermones ego mallem
Repentes per humum, quã res componere gestas.

Idem in Arte poetica:

Serpit humi tutus nimium, timidusque procellæ.

Quod quidem aut a nauigantibus translatum est, aut ab ijs, qui procumbentes in terram ita reptant, ne erectos turbo uentorum auferat. Gregorius Nazianzenus i oratione contra Eunomianos deflexit ad homines, ostendens non esse cuiuslibet de reb. diuinis disserere. ἐ πάντος ἐ χ ὅ τω τὸ φρόνημα δ᾽ ὠνον, ἢ τ χαμαὶ ἐρχομένων, .i. Non est cuiusuis nec adeo uilis res, atq. humi gradientium. Quamquam nihil uetat, & hic res aut actiones intelligi uulgares humilesq;. Simillimum est huic, aut fortassis idē qd᾽ hēc Pindarus i Olympiis: ἐ τοι χαμαιπετέων λόγων ἐφάψη. Haud quaquam sermones humi reptantes attingas. Itē in Pythijs: χαμαιπετὲς δ᾽ ἀρ᾽ ἔπος ἐκ ἀπέρριψεν, i. Humile uero uerbum nō effutiuit. Sumpsisse metaphoram uidetur ab auibus haud procul a terra subuolantibus, quod idem Pindarus tribuit graculis. κολοιοὶ ταπειναὶ νέμονται. Vt huic respondeat, Aquilæ in nubibus.

Holerum adpositiones.

Αἱ τ λαχάνων προσθῆκαι, i. Holerum additamenta. De re nullius momenti. Sūptum uidetur uel ab holeribus adpositis in mensa, uili nimirum cibo, uel auctariis holerum, quæ nonnumquam emptores sordidi ac tenues requirunt. Auctor Diogenianus.

Fictilis homo.

Κεράμιος ἄνθρωπος, i. Homo fictilis, id est, mollis, imbecillis, fragilis. Ductum a uasis testaceis, quæ facile comminuuntur. Finitimum illi: Homo bulla. In quibusdam codicib. legitur, κεραμεὺς ἄνθρωπος. In nōnullis, κέραμος ἄνθρωπος. Quorum postremū nobis magis arridet. Ceramens enim figulū sonat, ceramos uas fictile. Sic & ficulnum hominem dicimus, ferreum, cereum, quernum, adamantinum. Contra quod eximium uideri uolumus aureū dicimus. Inde illud poetis frequens, χρυσῆ ἀφροδίτη, i. Aurea Venus. & ἦς δικαιοσύνης χρυσοῦν πρόσωπον, & χρύσεον ὄμμα τᾶς δίκας, i. Iustitiæ uultus aureus, & iustitiæ oculus aureus, ut ex Pindaro, ni fallimur, refert Athenæus lib. 12. Itidem hodie quoque aurea uerba gemmeos mores dicimus, M. Tull. Academicarum quęstionum lib. 2. de libello loquens, quem Crantor scripsit de luctu: Est enim, inquit, non magnus, uerum aureolus, & ut Tiberoni præcepit Panætius, ad verbū ediscendus libellus. Quid quid autē uile, κεραμεῦν siue κεράμειον, dicūt Græci. ita Paullus homines appellat vasa fictilia: ἔχομεν δὲ τ θησαυρὸν τοῦτον τ ἐν σκεύεσιν ὀστρακίνοις. M. Tullius actione in Verrem sexta: tū illos cępisse prętori dicere, putasse se id quod audissent alicuius precij scyphos esse Pamphyli, Luteum negotium esse, non dignum quod in suo argento Verres haberet. Et alicubi Luteū hominem appellat, cōtemptum, nulliusq; precij, interdum ipsum Lutum.

Hipparchorum tabula.

Ἱππάρχων πίναξ, i. Hipparchorū tabula. Dici cōueniet, quoties haud impune futurū significamus, si quid peccetur. A Syracusanis natum adagium. Apud hos enim mos erat, ut Hipparchi, hoc est, equitum præfecti in tabellis describerent militum nomina qui ordinem deseruissent. Meminit Zenodotus. Hesychius indicat, apud Lacedæmonios Hipparchum dici, qui iuuenibus præfectus esset. Is in tabula notabat eos, qui quidpiam indecore fecissent.

Heteromolia caussa.

Ἑτερομόλιος δίκη, i. Caussa Heteromolia, dicitur apud Græcos, quæ ab altera dūtaxat agitur parte, nullo prēsente qui contradicat, ἀπὸ τ τ ἑτέρου μολεῖν, i. Qd alter duntaxat accedat. Simillimum illi, ἐρήμη δίκη. i. Deserta caussa. Vsurpabitur non ineleganter, ubi quis damnat absentem, recte ἑτερομόλιον δίκλω, quis dixerit. Apud Hesychium sic effertur ἑτερόμυρος δίκη.

Harmodij cantilena.

Ἁρμοδίου μέλος, i. Harmodij cantio: De lugubribus ac tristibus dicebatur. Simillimum illi, ἀδμήτου μέλος, idest, Admeti melos. Aristophanes cum aliis aliquot locis, tum in fabula, cui titulus, ἀχαρνεῖς.

Οὐ ᾄσ παρ᾽ ἐμοὶ ποτὲ τ ἁρμόδιον ἄσεται. i. Nec vnquam apud me carmen Harmodium canet.

Interpres indicat, cātilenę genus fuisse, quod in compitis cani cōsueuerint ad Harmodiū & Aristogitonē qd hi Pisistratidarū tyrannidē sustulissent. Eius carminis hoc erat initiū, φίλτατε ἁρμόδιε, ὅτι πυτέδνη

nas, idest, carissime Harmodi haud quaquam mortuus es. Refertur à Suida ac Diogeniano.

Haud canit paternas cantiones.

Οὐ πατρῴκα ἀυλεῖ μέλη, i. Haud paternas canit cantilenas. De eo iactatum, qui à paternis moribus degeneraret. Solent liberi maiorū suorum cantiunculis, quasadmodum pueri didicerunt, delectari. Terentius in Adelphis: Pol Æschine haud pacernum istuc dedisti.

Non certatur de oleastro.

Οὐ φυλίας ὁ ἀγών, i. Hoc certamen nō est oleastro. Quoties non de nugis, neque de gloria aut corollis, sed de re seria ac pecunia ageretur. Siquidem in plerisq; certaminibus uictoriæ prēmium erat oleagina, aut querna, aut alioqui frondea corona. Meminit Diogenianus.

Hasta caduceum.

Δόρυ κηρύκειον, i. Hasta caduceum. Dici solitum, quoties aliquis simul & minaret, & ad concordiam inuitaret: Ex oraculo natum, quod huiusmodi fertur.

Ἀνδρὶ γεφυραίῳ φίλος οἶκος. idest, Viro Gephyræo grata est domus.

Admoniti erant Gephyræi, ut sequentes Athenienſium exercitum, ubi illos defessos conspicerent, ibi manerent. Itaque cum Athenienses ab Eumolpo oppugnarentur, ad Tanagram iter instituerunt, hac specie, ut dux caduceum præferret, iuuentus armata a tergo cōsequeretur, ut simul & pacem petere uiderentur, & ad bellum nihilo segnius parati, si quis lacesseret. Recenset Suidas, & meminit Polybius libro historiarum 4. Legatum, inquit, ad Byzantios Aridicen misere, & cum eo Polemoclem cum tribus triremibus, uolentes id quod est in prouerbio, hastam simul & caduceum Byzantijs mittere. Simillimum est huic quod eleganter. usurpauit D. Hieronymus, Scuto pacem petere.

Gallorum incusare ventres.

Ἀλεκτρυόνων μέμφεσθαι κοιλίαν, i. Gallorum incusare uentrem. De edacibus, ac luxu multum absumentibus facultatum. Huic enim animanti uenter mirifice calidus, ita ut omnia statim concoquat. Aristophanes in Vespis.

Ἀλεκτρυόνος μ᾽ ἔφατκε κοιλίαν ἔχειν. ταχὺ γὰρ καταπέψει τἀργύριον, i. Mihi dixerat uentrem esse gallinacei, Velociter enim concoquet hoc argentulum.

Hoc genus hoīes, Græci dicūt καταπιεῖν τ ὀσίαν, idest, deuorare substantiam, id enim est atrocius, quam κωταφαγεῖν. summam autem profusionem, ac celerrimam indicant uerbo ἀφανίζειν, idest, sic absumere, ut nusquam appareat uestigium. Vtitur his omnibus, sed postremo frequentissime Aeschines in Timarchū, πάντ᾽ ἠφάνισεν.

Ardens uestis.

Αἴθεις πέπλος, i. Ardens uestis, siue quē admodū in alijs legit exemplaribus, αἴθεις ἐν πέπλῳ, idest, Incensus in ueste. Zenodotus prodidit dici solitum de ijs, qui seditionem mouerent, calumniasq. sererent. Existimat autem adagium natū à ueste Nessi Cētauri sanguine infecta, quam à Deianira missam cum induisset Hercules, incensus igni sacro perijt. Porro fabulam idem recenset ad hanc ferme sententiam. Reliquis Centauris expugnatis ac confectis ab Hercule, Nessus unus omnium suffugerat. Is peruenit ad flumen Euenum, & in eius ripa uersans, solitus est adeuntes transmittere. Deinde euenit, ut Hercules in Trachinem ad Ceycem, una cum Deianira proficisceretur. Posteaquā igitur ipse iam fluuium transmisisset Nesso mandauit, ut Deianiram transferret. At is inter transuehēdum, uim cœpit adferre mulieri. Quod simulac Hercules intellexisset, uidelicet illa uociferante, Nessi præcordia iaculo perfodit. At is sentiēs letale vulnus, neq. se posse mortem effugere, mulierem arcessit, si uis, inquiens, tibi amatoriū efficacissimum parare, quo possis Herculem inflammare in amorem tui, & si quādo deperibit aliā, in tui cupidinem reuocare, fac illum meo sanguine perungas. Atq. ea persuasa, Nessi sanguinem è vulnere fluentem apud se seruauit. Itaque postquam Trachinem adijsset, ac rursum inde profectus, Oechaliam adortus ciuitatem cœpisset, reliqua populatus, Iolen puellam captiuam secum abduxit. Immolaturus autem Ioui parenti uictimas ob res bene fortunatas, ad Deianiram mittit, iubens ut sibi uestem aliquam magnificam mitteret. Illa certior facta de Ioles raptu, ueritaque ne Hercules

illam pluris quam sese faceret, ut est, zelotypum mulierum genus, uestē Nessi cruore tinctam, imbutamq. mittit, phyltrum se mittere rata. Hanc indutus Hercules, rem diuinam peregit. Ceterum ubi calefacta uestē, uenenum excitatum, corpus grauiter adurere cœpisset, auellere conatus est, uerū iam ita penitus adhæserat, ut non sine carnibus ipsis reuelli posset. His itaq; malis discruciatus Hercules, in Thrachinem deducitur. Interim illa, cognitis ijs, quæ acciderant, suspendio spontaneā mortem sibi consciuit. At Hercules iussit Hyllo, nam hunc ex Deianira sustulerat natu iam grandem, Iolen duceret uxorem. Quo facto, in monte Oeta rogum extruxit, eumq; conscendit. Porro cum illo iubēte, nullus ex Herculis comitibꝰ auderet ignē subdere, uidelicet metu contagij, pastor q̃dam forte repertus, q̃ ignem immitteret, atq. huic officij præmium sua tela dono dedit. Ardente iam rogo ferunt nubē non sine tonitru obsepsisse Herculem, atq. ita sublatum ad deorum consortium. Adagiū referri non absurde poterit & ad uestem illam, quam Medea uenenis imbutam, Iasonis nouæ nuptæ dono misit, quidā existimant naphtha infectam fuisse. Itaq; admotis undiq; ex nuptiarū ritu tedis, flamma transilijt, pariter & puellā & patrē auxiliari cupiētē exussit. Huius rei mētionē facit Euripides in tragœdia, cui titulus Medea.

Senecta leonis præstantior hinnulorum iuuenta.

Γῆρας λέοντος κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν, i. Leo senex uigente potior hinnulo. Citat apud Stobæum ex Hippothoonte poeta. Senectus uiri fortis ac strenui præstantior, est inuenta quorundam ignauorū & imbecillium iuuenum. Venustius fiet, si lōgule trāsferatur. Veluti si quis ingenium docti senis & exercitati præferat ingenio parum eruditi iuuenis. Dicetur non inepte & in senectutem crudam, uiridemq;, animiq̃ue uiribus adhuc pollentem, in quam competet illud Euripidis ex Ione:

Τὸ μὲν ποδὸς βραδύ, τὸ δὲ νῶ ταχύ. i.
Tardus quidē pes, animus est uelox tamē.

Eodem pertinet illud eiusdem in Andromacha,

Πολλῶν νεῶν γὰρ, κἂν γέρων δ' ψυχος ἦ
Κρείσσων. idest,
Gnauus senex & iuuenibus cōpluribus.
Præstat, Aristophanes alicubi:
Ἐγὼ τὸ μὲν νομίζω γῆρας εἶδος κρεῖττον, ἢ
πολλῶν κινίνυς νεανιῶν, idest,
Meam senectam præferendam existimo
Complurium comis adolescentium.

Nudior paxillo.

Γυμνότερος παπάλου, i. Nudior paxillo: De extremē paupertatis homine dicebat hæc hyperbole. Nam paxillis corticem quoque detrahimus.

Herculei labores.

Ἡρακλειάδαι πόνοι, i. Herculei labores, bifariam accipiuntur, partim plurimi atque ingentes, quique uires desiderēt Herculanas quemadmodum usurpauit Catullus:

Sed te, inquit, quærere iam Herculis labos sit.

Item Propertius:

Deinde ubi pertuleris, quos dicit fama labores.
Herculis. Ac rursum alibi:
Non labor Alcidæ.

M. Tull. lib. de Finib. 2. At cum de omnibus gentibus optime merere, cum opem indigentibus salutemq. ferres, uel Herculis perpeti ęrumnas. Sic enim maiores nostri labores non fugiendos tristissimo uerbo ęrumnas etiam in deo nominauerunt: exigerem ex te &c. Partim Herculei labores dicuntur, qui sunt eiusmodi, ut alijs quidem maximas adferāt commoditates, ceterū auctori suo nihil ferme fructus adducant, præter aliquantulum famæ, plurimum inuidiæ: Idq; ira fato quodam accidisse putāt, quod ἐν τε τῇδε γονηθῶσι, i. quarta natus luna credatur, sicut alio dictum est loco. Homerus poetico more, caussam in Aten deam & Iunonem reijcit quæ infesta Herculi, tamquam ex pellice nato, periculis omnibus illum obiecerit, Celebrantur igitur, atque etiam enumerantur à poetis Herculani labores, quorū omnium longe difficillimus ac maximus hydra Lernæa, malum pertinax, ac propemodum inexpugnabile illi, qui iam omnia denicerat. Cuius symbolo ueteres inuidiā exprimere uoluisse, satis indicat Horatius in Epistolis, cum ait.

Diram qui contudit hydram
Notaq. fatali portenta labore subegit,
Cōpetit inuidiā supremo fine domandā.

Con-

Consueuit enim hęc teterrima pestis pulcherrimorum facinorum esse comes, eximiamq. uirtutem non aliter, quam umbra corpus assequi, ut apposite dixerit Iosephꝰ in opere De Iudea capta: ἀμήχανον δ' ἐν δ' ἀρετὰς φθόνον διαφυγεῖν, i. Nulla ratione fieri potest, ut in recte factis effugias inuidiam. Quis enim umbram effugiat inuidiæ, nisi pariter & uirtutis lucem effugerit? Cohærent inuicem hæc duo, ac rem omnium optimam res omnium pessima comitatur. Proinde Pindarus uidetur non sine caussa scripsisse:

Τὸ δ' ἀχνυμαι φθόνον ἀμειβόμενον τὰ καλὰ ἔργα,

Grauiter & indigne ferens, nimirum quod est indignissimum, pręclara facta inuidiæ præmio pensari. Neque uero parum concinne ueteres illi uidentur inuidentię symbolum Excetra tribuisse, primum paluſtri malo, quod quemadmodum tradunt etiam naturalium caussarum uestigatores magis huic morbo sint obnoxij, qui humili abiectoq; animo præditi sunt, sunt autem, quibus sanguis inest frigidior, Eamq. ob caussam & apud Nasonem.

Inuidiæ domus est in uallibus imis
Abdita, sole carens, non ulli peruia uento,
Tristis, & ignaui plenissima frigoris, & quæ
Igne uacet semper, caligine semper abūdet.

Neque uero cum simplici portento res, sed centum armato capitibus, quorum si quis unum aliquod execuerit, in eius locum protinus duo suppullulent. Ea uidelicet inuidentiæ natura est, ut si contra luctēris, magis ac magis irrites: si quando coneris splendore uirtutis opprimere, tū insurgat acrior & intumescat. Hic si recidas, illic maior aboritur. Carptim extingui non potest, uix tandem obruitur. Verum id perpaucis contigit, ac uix etiam ipsi Herculi. Quamquam enim liuor uelut ignis, alta petit, est tamen omnino aliquid usque adeo perfectum & illustre, ut eo nō possit attingere. Quo loci peruenisse sese gloriatur Horatius, cum ait:

Inuidq. maior. Ac rursum alibi:
Et iam dente minus mordeor inuido.

Iam uero quid aliud est, quod obtrectatores isti clancularij solent in eos euomere, qui pulcherrimis sudoribus orbi prodesse conantes, præclarum aliquid molīūtur, quam merum uirus, ac uenenum plus quam letale. Quandoquidem generosis & excelsis animis sua fama quam imperunt isti, non paullo carior antiquiorq; solet esse, quam ipsa uita.

Effugi malum, inueni bonum.

Ἐφυγόν κακόν, εὗρον ἄμεινον. idest,
Euasi mala, sum nactus meliora.

Hemistichium prouerbiale, dici solitū si quando fortuna lautior cuipiam contigisset. Natum aiunt a ceremonijs nuptialibus. Nam Athenis mos erat, ut in nuptijs puer quispiam induceretur undique spineis frondibus, & quernis glandibus operatus, coronatusq. cunas gestans panibus impletas. Dicebat autem hæc:

Ἐφυγόν κακόν, εὗρον ἄμεινον.

Ea uox bene ominabatur sponso sponsæq. tamquam ad meliorem usq. fortunā profecturis. Malum enim vocabat spinas & glandes, panes bonum, propterea quod steriles spinæ, iuxta prouerbiū, quod alio posuimus loco, ἢ γὰρ ἄκανθα. Et glandibus uictitabant agrestes illi prisci, iuxta illud, ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα. Reperto frumentorū usu glandium esus fastidiri cœptus. Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte significat id dici solere ab iis qui initiabantur, cum peractis iniuriis, quibus agitabantur ante mysteria, iam ad honorem initiationis admitterentur. Nam Aeschyni obiicit, quod noctu ministrans initiandis, abstersо luto iussit eos dicere:

Ἐφυγόν κακόν, εὗρον ἄμεινον.

Aristophanes in Pluto:

Ἔπειτα πλουτῶν ἡνέθ' ἥδεται φαυλῶ. i.
Vbi dives est, haud lente gaudet amplius.

De iuuene, qui nactus Plutum fastidiit antum, cui pauper morem gesserat. Diuersum est huic, quod Iulius Pollux lib. 6. refert ex Eupolide:

Οἶνος παρόντος, ὄξος ἡράσθη πιεῖν. i.
Præsente uino bibere acetum maluit.

Adagium a Zenodoto refertur.

Aegypti nuptiæ.

Αἰγύπτου γάμος, i. Aegypti nuptię, inauspicatę & infelices dicebantur. Sumptū è notissima fabula Aegypti q̃ filios quinquaginta, totidē fratris filiabꝰ maritos dedit.

A hi præter unum omnes a sponsis iugulati sunt. Torqueri poterit in simulatam amicitiam, aut in munus honoris gratia datum in speciem, cum reuera quæratur pernicies ei cui datur. Ita nonnumquam ex affinitatibus aut fœderibus principũ atrocia nascuntur exitia.

Ædilitatem gerit sine populi suffragio.

PLAVTVS in Sticho: Sine populi suffragio, tamen ædilitatem hic quidem gerit. Vbi quis imperitior est in alieno negotio, aut in ædibus alienis. Nam Plautus ad Parasitum respicit in domo non sua mandantem & imperantem, non aliter ac sua. His cõfine est quod habetur apud Ciceronem libro tertio De legibus. Sed quæro quid hac re sit turpius, quam sine prouocatione Senator, legatus sine mandatis. Itẽ in decimatertia Philippica: Senator voluntarius lectus ipse a se.

Pax redimenda.

DIVVS Augustinus. Homil. 10. narrat apud Pænos huiusmodi uetus prouerbiũ fuisse celebre: Vt habeas quietum tempus, perde aliquid. Raro carẽt lite, qui nusquã sustinent de suo iure concedere. Magnum interdum est lucrum, iactura rei molestiã & inquietudinem exclusisse.

E duobus tria uides.

Ἐκ δυοῖν τρία βλέπεις, i. E duobus tria uides. Locus prouerbialis in eos, qui uel ætate, uel ebrietate, uel alio quopiam oculorum uitio cæcutiunt. Huc pertinet illud Maronis:

Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas:

Item illud Iuuenalis:

Et geminis consurgere mensa lucernis.

In antiquis quibusdam exemplarib. inuenit scriptũ hoc pacto, ἐν δυοῖν τρία βλέπεις, id est, In duobus tria uides, idq; dici solitum, vbi quis aliud pro alio uidet, fallẽtibus oculis. Venustius fiet, si ad animi iudicium deflectatur.

Edentulus uescentium dentibus inuidet.

DIVVS Hieronymus epistolam illam eruditissimam, quam ad Magnũ oratorem inscripsit, huiusmodi clausit prouerbio: Cui quæso, ut suadeas, ne uescentium dentibus edentulus inuideat, & oculos caprearum talpa contemnat, hoc est ne quod ipsi non contigit, alijs inuideat. Sic enim est ferme hominum quorundam ingenium, vt quisque laudet quantum se sperat assequi posse, si quid ultra uires suas esse senserint, id negant disci oportere. Breuiter paucos inuenias, qui q̃ in sese desperent, in alijs probent. idq; non alia in re magis quam in literarum studijs. Hieronymus videtur Græcam illam reddidisse sententiã.

Αὐτὸς πενωθεὶς τοὶς ἔχουσι μὴ φθόνει. i. Ne pauper ipse ijs inuide, qui possident.

Iisdem uescentes cepis.

Ταὐτὸν θύμον φαγόντες, i. Qui idem ederunt thymum. Prouerbiali figura dictum ab Aristophane in Pluto. Congruit in pauperes ac bonos uiros inter sese amicos. θύμων enim uilissimum herbæ genus, quo tenues & agrestes, utcumq; uitam sustinent: quidam cepam agrestem esse putant, ẽt si dissentiant Plinius & Dioscorides. Suidas admonet agrestis ac uilis herbæ genus esse, cuius esu Comicus pauperum uescentium uoluerit intelligi. Quẽ admodum Hesiodus per maluam & asphodelum tenues significauit. Huic affine q̃d scriptum est apud Iuuenalem.

Quis tecum sectile porrum
Sutor, & elixi uerueeis labra comedit?

Solidos è clibano boues.

ARISTOPHANES in Acharnensibus?

Παρετίθει δ' ἡμῖν ὅλους
Ἐκ κριβάνου βοῦς.
Καὶ τὶς εἶδεν πώποτε βοῦς κριβανίτας. i.
Deinde nobis præbuit
E clibano totos boues, & quis rogo
Conspexit vmquam clibano coctos boues?

Antiphanes apud Athenæũ libro quarto, facit quendam querentem de frugalitate Græcorum, qui paullulum carnium apponerent, cum maiores soleant totos boues, ceruos & arietes assos apponere. Quin & regi Persarum coquum, totum camelum assum, atque etiam num calidum apposuisse. Idem in eodem libro tradidit ex Herodoto, apud Persas diebus natalicijs fuisse morem, ut diuites bouem, asinũ, equum & camelum apponerent totos in clibano aut camino coctos. Prouerbialis hyperbole de barbarica rerũ copia, siue d̃ lauticijs affatim subministratis. Antiquitus

enim in delicijs erant cibi in clibano cocti. Primum enim panis in clibano deco qui cæptus, quem κλιβανίτην, id est, clibanarium uocabant, eaq. res usque adeo visa est noua, ut etiam prouerbio locum fecerit: deinde carnes & pisces eodem modo coqui cœperunt. Vnde & thunni, & id genus alia, in clibano cocta, xeniorum uice missitabantur amicis.

Drachmæ grando.

Δραχμὴ χαλαζῶσα, i. Drachma grandinans. De lucro, quod tamquam cælitus emissum obtigit. Nam olim theatrale præmium drachma, quæ uelut grãdinis in morem in populum spargebatur. Id a Diophãto traduntinstitutũ. Vnde si quando grando accidisset, per iocum aiebant: δραχμὴ χαλαζῶσα. Missilium mos nec hodie totus extinctus est. Auctor Zenodotus. Meminit & Hesychius.

Duodecima artium.

Δωδεκαμήχανον, i. Duodecim artium, appellabant callidum, uersutum, uersipellem, uafrũ, ac uarijs instructum dolis. Narrant scortum quoddam fuisse nomine Cyrenem, cui cognomentum inditum δωδεκαμηχάνῃ, propterea quod in peragenda Venere duodecim figuris usa fuisse dicat. Imitatum est autem ex Hypsipyle Euripidis tragœdia, in qua δωδεκαμήχανον ἄστρον, scripsit, citante Suida. Refertur & in Ranis Aristophan. tametsi interpres pro ἄστρον legisse vt ἄνθρον, vt intelligamus de mẽbro pudẽdo muliebri. Aristophanes sic habet, τολμᾶς ταμὰ μέλη ψέγειν, ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον κυρήνης μελοποιῶν, i. Audes tu mea vituperare carmina, qui p duodecim artes Cyrenes poemata fingis.

Vnde sensus ambiguus est, potest enim accipi vel de eo qui duabus sederit sellis, uel cui nomen sit dissyllabum. Zenodotus huiusmodi citat epigramma:

Μισῶ τ' ἄνδρα τ' διπλῆν πεφυκότα,
Χρηστὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις
i. Equidem virũ odi duplicẽ, sermonibus
Probis amicum, ceterum hostẽ moribus.

Est aliquoties & apud Homerum, Odysseæ Σ.

Οἵτ' δ' μ' βάζεσι, κακῶς δ' ὄπιθεν φρονέουσιν. id est,
Qui bene cum dicant, retro mala mente uolutant.

Rursum Odysseæ P.

Ἐσθλ' ἀγορεύοντες, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσόδομεον. i.
Qui bene cum loquerentur, atrocia mente premebant.

Iterum eiusdem operis Σ.

Θέλγε δὲ θυμὸν
Μειλιχίοις ἐπέεσσι, νόος δὲ οἱ ἄλλα μενοίνα. id est,
-Pectora blandis
Lenibat dictis, at mens diuersa parabat.

Apud Platonẽ in Hippia minore citat aliquis hos Homeri uersus, qui dicuntur ab Achille ad Vlyssem:

Χρὴ μὲν δὴ θ' μύθον ἀπηλεγέως ἀποειπεῖν
Ὥσπερ δὴ φρονέω τε ἠδ' ὡς τετελέσται ἐῶ.
Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς αἰδάο πύλῃσιν,
Ὃς ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. id est,
Nam decet ingenue quod sentis uoce profari.
Haud secus atque Orci portas hominem execror illum
Quisquis corde aliud celans, aliud sonat ore.

Domi manere oporteret belle fortunatum.

Οἴκοι μένειν δεῖ θ' καλῶς δ' δαίμονα. i.
Domi manendum est, cuncta cui sint prospera.

Cui suppetit copia facultatum, is si uelit felicem agere uitam, domi uiuat. Nusquã enim uiuitur commodius, nusquam liberius. Qui eget, peregrinãdo rẽ q̃rat, ac fortunæ experiatur aleam. Ita Menander:

Οἴκοι μένειν χρὴ μένειν ἐλεύθερον,
Ἢ μηκέτ' εἶναι θ' καλῶς δ' δαίμονα, id est,
Domi manere oportet, ut liber fiet,
Aut liber esse desinat qui diues est.

Potest in hunc quoq. detorqueri sensũ. Qui sibi bene cõscius est, ne capter ex alienis laudibus gloriam, sed sit suarum virtutum conscientia contentus.

Per hastæ cuspidem currere.

Διὸξείας δραμεῖν, i. Per acutam currere dicebant, qui in re magnopere periculosa versarentur. ὀξεῖαν n. hastam, siue hastæ cuspidem uocant. Trãslatum uidetur uel a circulatoribus, qui per summas hastarũ & gladiorum cuspides ingrediuntur. Vel a militari consuetudine, qua fieri solet, ut q̃ mortem commeritus uideretur, is nudus per medias copiarum hastas, hinc atque hinc intentatas, ire cogeretur. Nec absurdum

dum, si de Thracia saltatione intelligatur, de qua nobis alias dictum est.

Alia Menecles, alia porcellus loquitur.

Αλλὰ λέγει μὴ μενεκλῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον. .i. Non eadem loquitur succula, quæ Menecles.

Vbi quis multum uerborum effutit, quę nihil ad rem pertineant. Nobis subesse prouerbium uidetur, tametsi nondum satis liquet unde natum sit. Alludit ad illud Lucillius in epigrammate, quod quoniam est argutum & elegans, non pigebit subscribere:

Χοιρίδιον καὶ ϛῦν ὑπολώλεκα καὶ μίαν αἶγα.
Ὧν χάριν ἔληφας μισθάριον μενέκλεις.
Οὔτε δέ μοι κοινόντι πρὸς ὁ θρυάδαν γε γέγνηται,
Οὔτ' ἀπάγω κλέπτας τοὺς ὑπὸ θερμοπυλῶν,
Αλλὰ πρὸς ἀτυ χίδιω ἔχομεν κρίσιν, ὡς τε τὶ ποιεῖ
Ενθάδε μοι ξέρξης, καὶ λακεδαιμόνιοι,
Πλὴν κἀμοὶ μνήσθητι νόμε χάριν, ἢ μέγα κράζω
Αλλὰ λέγει μὴ μενεκλῆς, ἄλλα τὸ κοιρίδιον. .i. Succula, bos, & capra mihi periere Menecles,
Ac merces horum nomine pensa tibi est,
Nec mihi cũ Othryade quidquam est ve fuitve negoti
Nec fures ullos huc cito Thermopylis.
Sed contra Eutychidem nobis lis, proinde quid hic mi
Aut Xerxes facit, aut quid Lacedęmonij?
Ob pactũ & de me loquere, aut clamauero clare,
Multo aliud dicit sus, aliud Menecles.

Cum huius epigrammatis argumento conuenit & illud quod est apud Martialẽ libro sexto.

Non de ui, neq. cæde, nec ueneno.
Sed lis est mihi de tribus capellis,
Vicini queror has abesse furto.
Hoc iudex sibi postulat probari.
Tu Cannas, Mithridaticumq. bellum,
Et periuria Punici furoris,
Et Syllas, Mariosq. Mutiosq;,
Magna uoce sonas, manuq. tota.
Iam dic posthume de tribus capellis.

In Martialis epigrammate hoc ipsum tota manu, prouerbij speciem gerit. Solent enim rhethores in contentione manu rotata gesticulari. Vtrũque igitur in eũ recte dicetur, qui ἐξαγώνια καὶ ἀπροσδιόνυσα, hoc est, extra caussam quæ sunt, & ad rem nihil attinent, dicit. Aliud sus, aliud loqtur Menecles: &, dic de tribus capellis.

Haud annuncias bellum.

Οὐ πόλεμον ἀγγέλεις, i. Non annuncias bellum. Dici solitũ, vbi quis rem oppido lętam annunciat, quod bellũ res sit omnium calamitosissima, & tamen ad huius rumorem hodie plerique mortales hilare sceunt, nimirum sceleratissimum illud Carum genus, qui malis humani generis alũtur. Iulianus in epistola ad Basilium. ἡ μὴ παροιμία φησὶν, ὁ πόλεμον ἀγγέλεις, ἐγὼ δὲ προσθείλω ἐκ τῆς κωμῳδίας, ὦ χρυσὸν ἀγγείλας ἐπῶν, i. Prouerbio dicunt, haud bellum annuncias. Ego uero illud addiderim ex comœdia: O aureorũ nuntius uerborũ. Conduplicauit prouerbiũ Iulianus, qñquidẽ & hoc prouerbiale, χρυσὸν ἀγγέλας ἐπῶν. Sumptũ est autem ex Aristophanis Pluto. Verba sunt senũ chorum explẽtium ad Carionem, qui Pluti annunciarat aduentum. Vsurpauit & Plato in Phædro: ὁ πόλεμόν γε ἀγγέλεις, i. Haud sane bellum annuncias. Ac rursum libro de Legibus tertio. Pindarus in Pythijs hymno 4. τὸ δ' ὁμήρε, καὶ τόδε σωθέμεν πόρσω, ἄγγελον ἐσλὸν ἔφα τιμὰν μεγίσαν πράγματι παντὶ φέρειν, i. Quin ex Homeri dictis & illud conferens orna. Nuntiũ bonũ ait honorem maximum in omni negotio ferre. Versus autem quem citat Pindarus, hic adfertur ab interprete:

Εθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ. idest,
Hoc quoque præclarum est, ubi nuncius optima nouit.

Extat autem Iliados O.

Machinus post bellum afferre.

Τὰς μηχανὰς μετὰ τὸ πόλεμον κομίζειν. .i. Machinas post bellum adferre dicebant, qui peracto negotio, sero adhiberent apparatum. Brutus in Epistola quadam ad Lycios: αἱ μεχαναὶ ὑμῶν μετὰ τὸ πόλεμον, ὡς ἡ παροιμία, ἐκομίδησαν, i. Vestræ machinę post bellũ, vti prouerbio dĩ, adductę sunt. Adludit ad illud Platonis, quod alio reddidimus loco: οὕτως χρὴ τὸ πολέμε μεταλαγχάνειν, i. Ad istũ modum oportet ad bellum accedere. De Melitide dicetur suo loco, quem aiunt in Troiam uenisse, quo Priamo ferret suppetias, ciuitate iam capta.

Leuissima res oratio.

Κεφότατον πρᾶγμα λόγος. i. Leuissima res oro. Synesius in epistola quadã ad Theophilũ, πρόπετης ἄνθρωπος γλῶτταν, ἐνέτυχεν ἀνδρὶ προπετεστέρῳ τῇ χείρα, καὶ τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, κεφοτάτε πράγματον, βαρυτάτῳ τιμωρίαν ἐξέτισε, i. Hõ p̃cipiti lingua cum incidisset in uirum manu magis præcipiti, iuxta id, qđ dici solet, rei leuissimę nempe sermonis grauissimas pęnas dedit. Porro qđ Synesius adducit, propemodum videtur esse apud Platonem libro De legibus quarto, διότι κέφων καὶ πλωῶν λόγων βαρυτάτη ξημία, i. Propterea quod leuium ac uolatilium uerborum grauissima sit pœna. Refertur & apud Plutarchum in libello περὶ ὀργησίας, ex auctore Platone. Apud Homerum passim ob uium est illud:

Επέα πτερόεντα προσηύδα. idest,
Verba volucria dixit.

Verba alata cognominat, quod facile euolent, ac reuolare nesciant. Proinde Horatius:

Et semel emissum uolat irreuocabile uerbum.

Eam sententiam citat ex Menandro:

Οὔτ' ἐκ χέρος μεθέντα καρτερὸν λίθον
Ῥᾶον καταχεῖν, ὅτ' ἀπὸ γλῶττης λόγον. i.
Nec durus vlli emissus è manu lapis,
Neq. sermo lingua, facile cõpesci valet.

Alibi indicauimus ἀπτέρυς λόγυς dici Græce, idest, uerba sine pennis, quæ præmit apud se qui audiuit, nec finit ad alios euolare.

Non omnia eueniunt, quæ in animo statueris.

Homerus Iliados Σ.

Αλλ' ὁ Ζεὺς ἀνδρεῶν νοήματα πάντα τελεῖται. idest,
Iuppiter haud quidquid animo concepe ris, illud
Perficit exemplo.

Pindarus in Olympijs:

Πολλὰ δὲ ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσον. idest,
Multa mortalibus præter animi sententiam eueniunt, quod ipsum citauimus & alibi. Recte utemur, quoties significabimus, non euenire protinus quidquid spe votisque conceperimus.

Murem ostendit pro leone.

Νῶν ἀντὶ λέοντος ἀπέδειξε, i. Murem pro leone ostẽdit, prouerbiali schemate dictũ, pro eo qđ est, ingẽtia pollicitus & fortia, longe diuersa exhibuit Synesius in epistola quadã ad Anastasium: ἐκκραγὼν γὰρ αὐτῷ δὶς καὶ τρὶς καὶ τοῖς ἐξ ἀμάξης λοιδορησάμενος, καὶ πάντα ἐπανατείναμενος ἅπερ ἂν εἰρῆσθαι καὶ παρ' ἐμοῦ, παντὸς ἂν ἔτι μησάμενος, ἀπέδειξε τὸ κάταρμα νῶν ἀντὶ λέοντος, i. Cum inclamasset in illum bis aut ter, ac de plaustro, qđ aiunt, conuitijs insectatus, nihilq; non in eũ esset uociferatus, cũ eiusmodi uel à meipso dicta fuisse, maximi fecerim, deinde muré pro leone exhibuit scelus. Sũptũ apparet à bestiarijs, qui ridiculi gratia multa polliciti, quasi leonẽ immanẽ & insolitæ magnitudinis emissuri, mox murem emittũt in caueam.

Inuicem & inuidus vicinorum oculus.

ALCIPPVS in epistola quadam ad Encymonem: δυσμενὴς καὶ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμὸς φησὶν ἡ παροιμία, i. Inimicus & inuidus uicinorum oculus, ut dictũ est prouerbio. Extat autem apud Aristotelẽ libro Rhetoricorum secundo, Vicinus inuidet uicino, iuxta Hesiodi sententiam. Nec inuidemus ijs, à quibus longo absumus interuallo, sed quos propemodũ speramus adsequi. Vnde Flaccus:

-Inuidia, quia maior. Et alibi:
Et iam dente minus mordeor inuide.

Bona terræ.

Τὰ τῆς γῆς ἀγαθά, i. Terræ bona. De bonis & immẽsis & oigenis, quasi dicas, qđ quid terra progignit, omnium rerum parens, Menander in epistola ad Glyceram: βασιλικῶς ὑπισχνούμενος τὸ δὴ λεγόμενον τοῦτο, τὰ τῆς γῆς ἀγαθά, i. Regaliter pollicens, iuxta illud, quod vulgo dicitur, Terræ bona. Finitimum illi. Montes aurĩ pollicens.

Palumbem pro columba.

Φάτταν ἀντὶ φευσεράς, i. Palumbẽ pro colũba, subaudi uerbũ ad sniam accõmodatũ. In epistola Mormiæ cuiusdam ad Chremetem, ἀυλυτρίδα δὲ λυσαμένος ἧς ἐτυχενέρων, νύμφης σολὼ αὐτῇ φειβαλὼν ἐπανήγαγέ μοι φάτταν ἀντὶ φευσεράς φασὶν, ἑταίραν ἀντὶ νύμφης, i. Redemptam tibici-

cibicinam quam forte amabat, sponsæque stola amictam mihi induxit columbę loco palumbem, ut aiunt, meretricem pro sponsa. Vsus est Plato in Theæteto: λαβὸν οἷον φάσσαν ἀντὶ πελειεράς, i. si uelut accipiat palumbem pro columba. Error est in re, nõ in ipsa scientia. Palumbes autem columbis sunt adsimiles. Conueniet, ubi quod deterius est, & adulterinum pro eo, quod est p̃stantius ac legitimum supponitur.

Cilix haud facile uerum dicit.

Κίλιξ οὐ ῥᾳδίως ἀληθεύει, i. Cilix haud facile uerum dicit. Dionysius in Epistola ad Rufum scholasticum, λόγος ἐστὶ παλαιὸς, μὴ ῥᾳδίος ἀληθεύειν τοὺς κίλικας, i. Vetus uerbum est, Cilices haud facile uerum dicere. Quamquã ἀληθεύειν aliquoties est re præstare quod dixeris. Quadrabit in hominem auidum lucri, & ob id sę penumero dicẽtem non quæ uera sint, sed quæ utilia. Natum adagium à moribus eiꝰ gentis, quo nomine nunc vulgo notant Vltratraiectinos.

Culicem elephanti conferri.

Κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλειν, i. Culicẽ elephanti conferri dicunt, qui minima maximis comparant. Libanus ad Casilum, τὸ δὲ ἐμὸν τοιοῦτον, οἷον κώνωψ ἐλέφαντι παραβαλλόμενος, i. Ego uero pinde sum, quasi culex cum elephãte collatus. Huius generis est & Virgilianum illud:

Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos
Noram, sic paruis componere magna solebam: &
Si parua licet componere magnis.

Dum clauum rectum teneam.

DVM clauum rectum teneam, i. dum meo fungar officio. Significat aũt, non imputandum euentum parum prosperum artifici, modo is præstiterit quod artis est. Quintilianus lib. 2. Institutionum, prouerbiale fuisse demonstrat. Nam & gubernator, inquiens, vult salua naue in portum p uenire: si tamẽ tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicetque notum illud:

Dum clauum rectum teneam.

Videtur hemistichium è poeta quopiam sumptum. Nonnulli citãt ex Ennio:

Dum clauum rectum teneam, nauimque gubernem.

Huc adlusit M. Tullius lib. Epist. fam. 12. Vna nauis est iam bonorum omnium, quã quidem nos damus operam, ut rectam teneamus, utinam prospero cursu. Sed quicunque uenti erunt, ars nostra certe non aberit. Itidem Pindarus Pythiorum hymno primo, νῶμα δικαίῳ παδαλίῳ στρατῶ, idest, Guberna iusto clauo exercitum.

Incus maxima non metuit strepitus.

Ἄκμων μέγιστος οὐ φοβεῖται τοὺς ψόφους. i. Nihil tumultus metuit incus maxima.

Excelsus animus non commouetur minis aut fortunæ sęuientis procellis. Transf latum ab incudibus fabrorum ærariorũ, quæ tametsi hinc atque inde tundantur crebris malleorum ictibus, tamen haud quaquam loco commouentur. Virgilius huiusmodi constantem aĩum querno robori similem facit, Idẽ de animo inexorabili:

Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.

Extat apud Græcos distichon integrum huiusmodi.

Ἄκμων μέγιστος οὐ φοβεῖται τοὺς ψόφους,
Καὶ νοῦς ἐχέφρων πάσαν ἔλκουσαν βίαν. i.

Strepitum ac tumultum maxima incus haud timet,
Constans nec animus quãlibet violentiã.

Veneri suem immolauit.

Ἀφροδίτῃ ὗν τέθυκεν, i. Veneri suẽ immolauit. Dici solitum, ubi quis munus offert minime gratum. Inuisus enim Veneri sus propter Adonidem illius amasiũ aprídente peremptum. Aut contra, cum quis alium in gratiam alterius lædit. Quen admodum caper mactatur Libero, non quia gratus, sed quia nocuit.

Non licet bis in bello peccare.

Ἁμαρτεῖν οὐκ ἔνεστι δὶς ἐν πολέμῳ, i. In bello bis errare non licet, in rebus periculosis non tutum est labi. Nam si semel erretur, actum est de capite, nec est secundo errori locus. Vel quod in bello, quia cuncta tumultu peragantur, non detur spacium reuocandi restituendiq. si quid perperam sit institutum. Vnde Homerus, cum alibi, tum Iliados Π.

Ὀλίγη δὲ τ' ἀνάπνευσις πολέμοιο, i.

At uero exigua est interspiratio belli.

Proinde

Proinde in his rebus, in quibus si semel erratum fuerit, non est quod in posterum sartias, cautim ac circumspecte agendum, admonente uel Mimo illo non infestiuo.

Deliberandum est diu, quidquid statuendum est semel.

Huc pertinet quod à Catone citat Vegetius. In aliis rebus si quid erratum est, potest postmodum corrigi prælionum delicta emendationem non recipiunt, cum statim pęna sequatur errorem. Aut enim confestim pereunt qui ignaue imperiteq; pugnauerunt, aut in fugam versi, uictoribus vltra pares esse non audent. Adagium uidetur natum ex apophthegmate: cum Lamachus quẽdam manipuli ducẽ increpasset, quod perperam quiddam egisset, isq. responderet, se non iterum commissurum quod cõmiserat: In bello, inquit Lamachus, ne licet quidẽ peccare bis: quod primus error sæpe uitam adimat.

Panidis suffragium.

Πανίδου ψῆφος, i. Panidis suffragium. In eos torquebatur, qui stulte atque inerudite iudicarẽt. Aiunt Panidẽ hunc Chalcidis regẽ fuisse, qui Hesiodum Homero prę tulerit: perinde quasi dicas, Mildæ suffragium, quod is quoque Panis agrestẽ cãtionem ante posuerit Apollinis musicæ. In genere conueniet in iudicia uulgi, cui fere semp. pessima pro optimis placuerunt. Huius suffragiis Menandrũ aliquoties superauit Philemon. Euripides cum quinq. & septuaginta tragędias scripserit, in solis quinq. vicit. Plini ętate sua de recitatoribus scribit. Si qñ transibis, inquit, per basilicã, & uoles scire quomodo quisque dicat, nihil est quod tribunal ascendas, nihil qdẽ præbeas aurem, facilis diuinatio, scito eũ pessime dicere, qui laudabitur maxime. Quapropter Socrates i Critone Platonis, illud in primis uult esse sapiẽti fixum decretumq., ne quid opinione uulgi cõmoueatur, imo suspectum habeat, quidquid senserit uulgo uehementer adridere. Scitũ est illud Antisthenis apud Diogenẽ Laertium, cui cum dixisset quispiã Multi te laudãt, Quid, inquit, mali feci? Huic simillimum quod Plutarchus in Apopthegmatis refert de Phocione, cui dicenti cũ populus Athenienſis præter morem alacribꝰ studijs assentiretur, conuersus ad amicos, Quid hoc, inquit, est rei? Nunquid imprudens perperam?

Pattæcione calumniosior.

Παττακίωνος συκοφάντης κάκιστος, i. Pattæcione calumniosior. Ab euentu natum. Nam Pattæcion quispiam infamis calumniator, cui cum mos esset bonis uiris calũnias struere, atque hoc tam fœdo quæstu parare rem, tandem deprehensus conuictusq; pęnas dedit capite. Huic pręcipuũ studium fuit, probati nominis iuuenibus negotium facessere. Idem popularibus cõuitijs lapidatus est, quod fur esset, & æditũ perfossor. Talis fuit apud Athenienses Hyperbolus. Refert Suidas.

Omni pede standum.

Ὅλῳ ποδί, id est, Omni, siue toto pede, p eo quod est: Summa ui, summoq; nisu. Refertur a Suida. Quintilianus Instit. oratorlib. 12. Itaq. in his actionibus, omni, ut agricolæ dicunt, pede standum est. Videri poterat traductum ab ijs, qui in acie cõstãter partes suas tuentur, neq. locum deserunt, aut a palæstritis, quorum artis est, scire pedẽ figere: nisi Quintilianus ab agricolis profectum esse testaretur.

Callum ducere.

PROVERBIALES metaphorę sunt, Callum ducere, & occallescere, siquidem ad animum detorqueantur. Quintilianus libro 12. Et ingenio adhuc alendo callum inducere. Sæpicule legimus apud M. Tullium, occalluisse aures, cum assuetudo sensum mali adimit.

Extra organum.

QVINTILIANVS libro vndecimo, Et his diuersa uox, & pæne extra organũ: cui Græci nomen amaritudinis dederunt, supra modum ac pæne naturam uocis humanæ acerba. Extra organũ dicetur, quod immodicum est, & extra uulgarem mensuram. Veluti si quis leges Platonis huius ætatis ciuibus proponeret. Ductum est ab organo musico, quod intra uigesimam uocem consistit. Conueniet item in uehemẽter clamosum.

Toto organo.

QVINTILIANVS libro 11. Est enim quę dam ad auditum accommodata non magnitudine, sed proprietate ad hoc uelut tra ctabilis: utiq; habens omnes in se qui desiderantur, sonos, intentionesq;, & toto, ut aiunt, organo instructa. Hactenus ille. Pro inde toto organo instructa recte dixeris, quæ numeris omnibus constant, & undiq. quadrant. Sumptum & hoc a musicorum instrumentis.

Vltra linum.

Υπὲρ τὸ λίνον, id est, Vltra linum. Lucianus i Ioue redarguto: Οὐδὲν γὰρ ἔτι γέγονε τὴν ἔξω τῆς νόμης τῆς μοιρῶν οὐδὲ ὑπὲρ τὸ λίνον, i. Neque ñ quidquam ita fieri poterit, prǫter Parcarum legem, & vltra linũ. Vltra linum dixit pro eo quod est, extra decretũ fatale. Allusum est autem ad fila triũ Parcarum. Confine illi, quod alias retulimus: ὑπὲρ τὴν ἄτρακτον, id est, Vltra fusum.

Omnia secunda, saltat senex.

OMNIA secunda, saltat senex. Iocus prouerbialis, quo conuenit uti, quoties res prius in periculum adducta, prǫter exspectationem feliciter exierit. Seruius enarrans illum Maronis uersiculum ex tertio Aeneidos libro:

Lustramurq; Ioui, uotisq; incendimus aras:

adagium refert explicatq; his uerbis. Sciẽdum sane moris fuisse, ut piaculo commisso, ludi celebrarentur. Nam cũ iracundia matris Deum Romani laborarent, & eam nec sacrificiis nec ludis placare possent, quidam senex statis ludis Circẽsibus saltauit, quę sola fuit caussa placationis. Vnde & natum prouerbium: Omnia secunda, saltat senex. Idem Seruius explicans locum eiusdẽ poetæ in Aeneidos 8.

Vt celsas uidere rateis, atq. inter opacum
Allabi nemus, & tacitis incũbere remis,
Terrentur uisu subito, cunctiq. relictis
Consurgunt mẽsis, audax quos rumpere Pallas
Sacra vetat.

Cum aliquando, inquit, Romæ ludi Circenses Apollini celebrarẽtur, & Hannibal nunciatus esset circa portam Collinam in gruere, omnes raptis armis cõcurrunt. Reuersi postea cum piaculum formidarent, inuenerunt saltantem in circo senem quẽdam, qui cum interrogatus, dixisset se non interrupisse saltationem, ductum est hoc prouerbium, Salua res saltante sene. Verrius apud Festum Pompeium huiusmodi fabulam affert: C. Sulpitio, & C. Fuluio consulibus M. Calphurnio, Pisone prætore urbis faciente ludos, subito nunciato hostium aduentu, è foro ad arma concursum est. Sed postquam victores redissent in theatrum, ut ludi intermissi religionem afferrent, & instaurari oportere dicerent, inuentum est ibi C. Pomponium libertinum hominem grandem natu, ad tibicinem saltasse. Itaque gaudio non interruptæ religionis editam uocem, nunc quoque celebrari. Sunt qui C. volumnium arbitrarentur appellatum fuisse, qui ad tibicinem saltarit. Meminit huius & T. Liuius alicubi, ni nos fallit memoria. Huic finitimum est illud, quod alio diximus loco: γλαῦξ ἴπτατο, id est, Noctua uolauit. Aristophanes in Vespis.

Γλαῦξ γὰρ ἡμῶν πρὶν μάχεσθαι τὸ σῦρα
τὸν διέπτατο. id est,

Nostra enim ante prælium ululà peruolauit agmina.

Significat uictoriam non uirtute militum, sed Minerua dexteritate contigisse.

Gladium dedisti, qui se occideret.

ADAGII formam habet, quod scripsit Plautus in Trinũmo. Gladium dedisti, qui se occideret, id est, ministrasti materiam & adiumentum ad perniciem. Veluti si quis amanti adolescenti pecuniam det in manũ: aut iuueni temerario mandet magistratum: aut mulieri permittat quo lubeat eũ di licẽtiam. Dedit & Æneas Didoni gladiũ quo se occidit. Quo quidem loco multa Seruius, quæ nobis alio loco dicta sunt in prouerbio: ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα.

Alienum arare fundum.

Ἀλλοτρίαν ἄρουραν ἀρῶν. id est, Alienum aruum arare. Prouerbiali metaphora dictum est pro eo quod est, alienum agere negotium, aut cum alienis uxoribus habere rem. Theognis in sententiis:

Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον, ἄνδρα δὲ μάργον.
Ος τ' ἀλλοτρίῳ θέλει ἄρουραν ἀρῶν. id est,

Est

Est inuisa mihi mulier uaga inersq; maritus,
Alterius fundum quisquis arare cupit.

Plautus item de marito adultero: Fundum alienum arat, suum incultum deserit. Huic similis color est apud iureconsultos. Alienos irrigare agros, tuis sitientibus. C. de seruit. & aqua. cap. præses. Durum est & crudelitati proximum, ex tuis prædijs aquæ agmen ortum, sitientibus agris tuis, ad aliorum usum, uicinorum iniuria propagari.

Fluuius, quæ procul absunt, irrigat.

Ποταμὸς τὰ πόρρω ποτίζων, τὰ δ' ἔγγιον καταλείπει, i. Fluuius quę lõge diffita sunt, irrigat, quæ proxima sunt, pterit. De his dici cõuenit, qui bene merentur de externis, & nihil ad se pertinentibus, suos negligunt. Refert Diogenianus. Apparet inde ductum, quod ubi fluuius oritur, minor esse solet, minusq; argillæ secum trahens: & quo longius recessit à fonte, hoc est copiosior uberiorque.

Magno flumini riuulum inducis.

Ποταμῷ μεγάλῳ ὀχετὴν ἐπάγεις, idest, Magno flumini canalem inducis, idest, maximis rebus pusillum & inutile momentũ addis. Commemoratur à Suida. Finitimũ est illis: Syluæ addere ligna, mari aquam, soli lucernam.

Ne patris nomen quidem dicere possit.

SYNESIVS in epistola quapiam aduersus Andronicũ: ἀνθρώπος οὐκ ἔχων εἰπεῖν ὄνομα πάππου, ἀλλ' οὐδὲ πατρὸς φάσι, i. Homo qui aui nomẽ dicere nõ possit, imo ne patris quidẽ, ut aiunt. Quadrat in uehemẽter obscuros & spurios, incertoq; patre natos. Quod genus est & illud Iuuenalis:

Quorum nemo queat patriam monstrare parentis.

Vnde Plutarchus existimat spurios dictos nothos, quod duabus his literis prænotari soleant, s. p. hisque significari, sine patre.

Ne si bos quidem uocem edat.

ALCIPHRON in epistola Glycerę ad Menãdrum: Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐδενὶ τρόπῳ μὰ τὰς θεάς, δ' εἰ βοῦς μοι, τὸ λεγόμενον, φθέγξαιτο πειθοίμην ἄν, i. Hoc autẽ nullo pacto crediderim, ne si bos qdẽ fuerit eloquta. Hinc dictum est, quod in annalibus frequenter commemorat bos humanã uocẽ reddidisse. Legimus, nisi fallimur, apud Platonẽ non dissimili figura dictum, etiã si quercus eloqueretur. Nam olim è quercubus Dodonæis reddebantur oracula.

Aegeum nauigat.

Τὸν αἰγαῖον πλεῖ, i. Aegeũ nauigat, ut subaudias κόλπον. Ælian° in epistola quapiã: Γεωργίαν καὶ γεωργεῖν ἐπολέμησεν ὁ γεώτων λάχης ἐπέβη νεώς, καὶ πλεῖ τὸν αἰγαῖον φάσι, καὶ ἄλλα πελάγη μετρεῖ, ἐπνευματίζει, καὶ κάρτα βίον ζῇ, καὶ ἀνέμοις μάχεται διαφόροις, i. Vicinus Laches relicta agricultura & agricolationis usu, nauem conscendit, atq. Aegæum, ut aiunt, nauigat, reliquaq; metitur maria, & in fluctibus agẽs, lari uitam uiuit, cumq. uarijs uentis dimicat. Persius item in quinta Satyra:

Ocyus ad nauem, nihil obstat quin trabe uasta
Aegeum rapias.

Arbitramur hoc mare cæteris esse periculosius ob frequentes scopulos. Hinc est illa M. Tullij metaphora, in Diuinatione: Intelligo quam scopuloso difficiliq. loco uersor. Nec infrequens est apud Hieronymum: E scopulosis locis enauigauit oratio, quoties sentit expeditam quæstionum difficultatem. Quadrabit igitur in hominem ob lucri studium nihil omnino periculi recusantem.

Liberi poetæ & pictores.

LVCIANVS in Dialogo quẽ inscripsit, ὑπὲρ τῶν εἰκόνων: Καίτοι παλαιὸς ὁ λόγος, ἀνάθωνες ἔθη ποιητὰς καὶ γραφέας, i. Atqui uetus hoc dictũ est, liberos esse poetas ac pictores. Idẽ in Demosthenes Encomio, τὸ μὲν δὴ ποιητικὸν φύλον ἐλεύθερον, i. Atqui poeticum genus liberum. Sentit autem liberum esse poetis & pictoribus impune quidquid uelint fingere. ἀθῳῶν Grecis est caussa siue accusatio. Magistratum itaq; de quo cogebatur rationem reddere qui susceperat, ὑπάθωνον appellabant, Liberum autem & de quo non exigebatur ratio ἀνάθωνοι. Indicat hoc Æschinis oratio aduersus Ctesiphontem. Diphilus apud Athenæum lib. 6. de poetis:

Οἷς ἐξεστία
Εἶν λέγειν ἅπαντα καὶ ποιεῖν μόνοις. i.

Quibus

Quibus licet,
Et facere solis quidlibet atque dicere.
Ad quod allusit Horatius, cum ait,
Pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Nam poetæ numine aguntur, eoq. illis frustra præscribas. Seneca libro De uita beata primo, Siue Platoni, inquit, credimus frustra poeticas fores compos sui pepulit, siue Aristoteli, nullum magnum ingenium sine mixtura dementiæ fuit. Est autem plurimum cognationis inter poeticen, & picturam. Hinc est quod Simonides, auctore Plutarcho: τὴν μὲν ζωγραφίαν ποίησιν σιωπῶσαν προσηγόρευσεν, τὴν δὲ ποίησιν ζωγραφίαν λαλοῦσαν, idest. Picturam tacitam poesim appellauit: poesim autem loquentem pictura. Proinde Horatius,
pictura poesis erit.

Torqueri potest in eos, qui pertinaci & obstinato sunt ingenio, quosq. necesse sit suis moribus relinquere. Aut in mulieres quibus nihil non permittitur, aut in principes quibus omnia laudi dantur.

Per transennam inspicere.

PER transennam inspicere, Prouerbiali nimirum figura dictum est, pro eo quod est, non propius neq. singillatim, sed procul & summatim inspicere. Translatum a negotiatoribus, qui mercibus quas contrectari nolunt, cancellos obijciunt: quidam etiam uitrum pellucidum opponunt, ut prætereuntibus procul modo contemplari liceat: nec explicant eas nisi licitatori idoneo. M. Tullius De oratore libro primo. Si in aliquam domum plenam ornamentorum, uel in uillam uenisses, si ea se posita, ut dicis, essent, tuq. ualde spectandi cupidus esse, non dubitares rogare dominum, ut proferri iuberet: præsertim si esses familiaris, similiter nunc petas a Crasso, ut eam copiam ornamentorum suorum, quam constructam uno in loco, quasi per transennam prætereuntes strictim aspeximus, proferat & suo quidque in loco collocet.

Ne de lite pronuncies.

M. TVLLIVS libro Epistolarum ad Atticum septimo, Obsecro μήτε δίκλω, præsertim in te, a quo nihil umquã uidi temere fieri. Notauit Cicero carmen prouerbiale, quod citatur cum aliis multis, tũ a Luciano libello De calumnia.

Μήτε δίκλω δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.
Ne iudex fueris, partes ni audiueris ambas.

Nonnulli tribuunt Hesiodo, sed falso. Vnde Tullius Ἡσιόδειον, appellat, cũ sit Phocylidis. Admonet autem non temere pronunciandum de quopiam, nisi re ultro citroq. diligẽter cognita. Citatur apud Aristophanem in Vespis:

Ἤτοι σοφὸς ὦν οὗτος ἔφασκε, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς,
Οὐκ ἂν δικάσαις.
Sapiens fuit is, quisquis dixit:
Prius ac partem audieris utranque
Ne iudicem agas.

Eandem sententiam sic extulit Euripides in Heraclidis:

Τὶς ἂν δίκλω κρίνοιεν, ἢ γνοίη λόγον,
Πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σοφῆ. i.
De lite qui nam iudices, aut qui queas
Pernosse rem, prius atque partem audiueris
Vtramque?

Allusit huc Seneca in Medea:

Qui statuit aliquid parte inaudita altera,
Æquum licet statuerit, haud æquus fuit.

Fertur inter Græcanicas sententias & hic senarius:

Ἀνεξέτασον μὴ κόλαζε μηδένα. i.
Ne quempiam punito, rem ni expẽderis.

Duobus pariter euntibus.

M. TVLLIVS Epist. ad Attic. lib. 9. Vna fuissemus, consilium certe non defuisset, σώτε δυ' ἐρχομένω. Idem Epist. fa. lib. 9. ad M. Varronem. Volebam prope alicubi esses. Si quid bonæ salutis. σώτε δυ' ἐρχομένω. Apposite citatur apud Platonem in Protagora, doces opinionem reddi firmiorem, si fuerit ab altero comprobata. Locus est apud Homerum Iliados K. ubi Diomedes ituros exploratum, quid agant Troiani, comitem postulat. Id enim fore tum iucundius, tum tutius. Carmen sic habet:

Ἀλλ' εἴτις μοι ἀνὴρ ἅμ' ἕποιτο καὶ ἄλλος,
Μᾶλλον θαλπωρή, καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται,
Σώτε δυ' ἐρχομένω, καί τε πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησεν,
Ὅππως κέρδος ἔῃ, μοῦνος δ' εἴπερ τε νοήσῃ
Ἀλλά τε οἱ βράσσων δὲ νόος, λεπτή δέ τε μῆτις. i.

At mihi

At mihi si qui alius ueniat comes, ille futurus.
Solamen, fueritq; simul fiducia maior,
Si duo coniuncti ueniãt. Dehinc hic prior illo,
Si quid opus facto uidet. At qui solus & unus,
Quamuis perspiciat, tamen est mens segnior illi, &
Consilium tenue.

Apuleius in libello De dæmonio Socratis, autumat allegoriã nõ infrugiferã huic Homerico subesse figmẽto, uidelicet periculosis in rebus adhibenda duo cõsiliũ, & opẽ. Vlysses qm̃ prudentissimus fingitur, consilij symbolum hẽt: Diomedes, vtpote iuuenis uiribus antecellẽs, auxilij sustinet imaginẽ. Apulei ex eo loco uerba sũt hęc: Itidem cũ rebus creperis & afflictis speculatores deligendi sunt, qui nocte intempesta, castra hostium penetrent, nonne Vlysses cum Diomede deliguntur, ueluti consilium & auxilium, mens & manus, animus & gladius.

Manu serendum, non thylaco.

Τῇ χειρὶ δεῖ σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ, idest, Manu sementẽ facere oportet, nõ aũt tota corbe. Dictũ Corrinæ ad Pindarũ poetã, ut auctor est Plutarchus in cõmentario quẽ inscripsit: ποτέρου ἀθυναῖοι κατὰ πόλεμον, ἢ κατὰ σοφίαν ἐν δοξότεροι. Modus in omni re seruandus, & pedetentim ab alijs ad alia transeundũ. Ab agricolis ductũ est, qui cũ serunt, nõ semel effundunt ipso uase, sed manu rara spargũt semina, ut uniuerso aruo occupando sufficiant. Ad eundẽ modũ ita dispensanda est benignitas, ut multis suppeditare possis. Ita moderandus est labor in literis, ut ad alia quoque uitæ munia suppetat animi vigor.

Gallos quid execas?

Γάλλους τὶ τέμνεις, i. Gallos quid execas? Quid actũ agis? Nã Galli Cybelis sacerdotes sua sponte sunt exactis testibus. Quid spolias nudũ? Cur affligis afflictum? Quamquam id ad quamuis inanẽ operam significandam conueniet. Quemadmodũ illa: Laterem lauas, Actum agis.

Quanto asinis præstantiores muli.

THEOGNIDIS illud ipsissimam prouerbii faciem habet:

Γνοίης δ' ὅσσον ὄνων κρείσσονες ἡμίονοι. i.
Noris uti quanto muli asinos superent.

Dicendum ubi quis longo interuallo præcedit. Refertur apud Athæneum libro Dipnosophistarum septimo. Sumptum uidetur ex Homero, cuius hi uersus sunt Iliados κ.

Ἀλλ' ὅτε δὴ ἀπέλω ὅσσον τ' ἐπίειρα πέλονται
Ἡμιόνων, αἱ γάρ τε βοῶν προφερέστεραί εἰσιν,
Ἐλκέμεν ἀγρὸν νειοῦ βαθείης πυκὰ ἄροτρον. i.
Verum ubi tantum aberat, quantum pars vltima sulci.
Mularum. Siquidem hæ bubus longe potiores.
Ducere per pinguem segetem compactile aratrum.

Rursum Odysseæ θ.

Τῶν δὲ θέειν ὄχ' ἄριστος ἔην κλυτόνηος Ἀμύμων.
Ὅσσον τ' ἐν νειῷ ἔρον πέλει ἡμιόνοιϊν,
Τόσσον ὑπεκπροθέων λαὸς ἵκε θ' οἵ δ' ἐλίποντο. idest,
Hos cursu anteibat Clytoneus splendidus omnes.
Quantum mularum sulcus præcedit in aruo
Tantum is præcurrens populo', metam attigit, illos
A tergo linquens.

Olim bubus, asinis & mulis proscindebant arua. Aratrum igitur quod à mulis trahebatur, multo celerius perueniebat ad sulci finem, cum arator inuertit aratrũ. quam quod trahebatur à bubus. Hesiodus item mulos ταλαέργους uocat.

Ne quid suo suat capiti.

TERENTIVS in Phormione prouerbiali figura dixit, Ne quid suo suat capiti, pro eo quod est, ne quid mali illi conciliet. Expressum est ad illud Homericum Iliados sexta.

Οὐκ ὄφελον πρώεσσι κατεσταμένη κακὰ ῥάψαι,
An fuere inuisæ non debebã mala Troię?

Idem Odysseæ τ.

Εἴν ἄετες γὰρ σφῶν κακὰ ῥάπτομεν ἀμφιέποντες
Παγχοίοισι δόλοισι. π. idest,
Annum illis nouum mala iam suimus, tentantes Fraudibus omnigenis.

Rursum Odysseæ π.

Τίν ᾗ σὺ τηλεμάχῳ θάνατόν τε μόρον τε ῥάπτις, idest,
Cur tu Telemacho mortem suis, exitiumque.

Vestis uirum facit.

Εἵματα ἀνήρ, i. Vestis uirum. In hodie quoq; vulgo tritissimũ est. Aiunt.n.ad hũc modum: Vestitus uirum reddit, qui habet, induat. Idem affirmat Quintilian. lib. Instit. 8. Et cultus, inquiens, concessus atque magnificus, addit hominibus, ut Græco versu testatum est, auctoritatem. Hunc autem uersum, quem citat Fabius, opinamur esse illum apud Homerum Odysseæ ξ.

Ἐκ γάρ τοι τούτων φάτις ἀνδρώπους ἀνα βαίνει
Ἐσθλή. idest,
Quippe homini ex istis surgit bona fama decusque.

Paullo inferius in eodem libro quantũ momenti cultus uestium adferat, ad conciliandã homini formam dignitatemque, satis indicat, cum Nausicaam puellam ita de Vlysse loquentem facit:

Πρόσθεν μὲν γάρ δὴ μοι ἀεικέλιος δόκατ' εἶναι,
Νῦν δὲ θεοῖσιν ἔοικε, τοὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν, idest,
Ante uidebatur specie fœdissimus esse,
Nunc diuis similis, magnus quos pascit Olympus.

Nam ante nudus, iam uestes nitidas induerat Vlysses, ac protinus alius esse uisus est:

Ἐξεῖ' ἔπειτ' ἀπάντοθε κιὼν ἐπὶ θίνα θαλάσσης,
Κάλλει καὶ χάρισι ςίλβων. idest,
Deinde procul, ueniens ad litora pontica sedit.
Fulgescens forma, atque leporibus.

Teneri calidis balneis.

Ἁπαλοὶ θερμολουσίαις, i. Teneri calidis lauacris, in molles & luxu diffluentes dicebatur. Nam antiquitus calida balnea deliciarum nomine taxata fuisse, uel Homerꝰ testis est Odysseæ θ, inter uoluptariæ uitæ delicias ea commemorans:

Αἰὲν δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη κίθαρίς τε χοροίτε,
Εἵματά τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ καὶ εὐνὰ. idest,
At semper cordi nobis, epulæque chorichæ,
Cantusq; & uarię uestes, & balnea calda,
Concubitusque.

Refertur adagium ab Eudemo his quidem uerbis, Ἁπαλοὶ θερμολουσίαις, ἁβροὶ μαλθακολύαις, i. Teneri callidis lauacris, delicati lectorum mollicie. Huc adlusit Persius, cum ait:

Elixæq; nates labefactãt forcipe adunca.

Dextrum pedem in calceo, sinistrum in pelui.

Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα ἀριστερὸν εἰς ποδονίπτρον, i. Dextrũ pedem in calceum, sinistrum in peluim. Subaudi uerbum ad sententiam accommodum mittit, aut ponit. Suidas ex Aristophane citat, aitq; dici solere in eos qui se norunt commode ad rei præsentis conditionem applicare, proque loco, tempore, negotijs, aliam atq. aliam sustinere personam. Est autem carmen hexametrum heroicum:

Dextrum in calceolo, læuum uero in podoniptro.

Podoniptrum uas, in quo pedes lauanũt, unde & uocabulum inditum à Græcis.

Dædali alæ.

Δαιδάλου πτερὰ, i. Dædali alæ: Dici solitum, ubi quis alioqui non satis idoneus ad negotium conficiẽdum, artis alicuius, aut auxilij accessionem adiungeret. Aut cum quis urgente necessitate, ad noua cõfugit consilia. Nota fabula, quæ prouerbij ministrauit occasionem nempe de Dædalo, qui nouo commento adsutis alis elapsus est è manibus Minois.

Date mihi peluim.

Δότε μοῖ λεκάνιον, i. Porrigite mihi peluim, ubi quid uehementer molestũ esset, ita ut ferri iã diutius non posset, peluim sibi porrigi iubebant, quasi præbile nauseaque, & fastidio rerũ uomituri: ueluti si qs oationem supra modũ indoctam non ferens, aut sophistis nænijs offensus dicat, δότε μοῖ λεκάνιον, i. Porrigite mihi peluim. Refertur à Suida. Extat autem apud Aristophanem ἐν νεφέλαις. Et Plutarchus in Politicis citat è Platone comico.

Dares Entellum prouocas.

Dares Entellũ prouocas, & prouerbij, speciem habet, & apud eruditos uidetur in ius prouerbij cessisse. Sic.n. Hieronymus ad August. Meméto, inquit, Daretis & Entelli. Conueniet uti, si quãdo quispiam iuuenili temeritate lacesset aliquẽ, nõ perinde

de promptum ad suscipiendum certamen, verum intolerandum, si semel inierit. Quisenum ferme mos, ut libenter suffugiant negotia, suscepta pertinaciter gerant. Sũptum est ex 5. Æneidos lib. ubi Dares qui spiam viribus fretus, & ferox iuuẽta, vltro prosiliens in medium quemuis ad certamen prouocat: adsurgente nemine, deterritisq. reliquis, iã perinde quasi uictor, prę miũ flagitat ab Aenea. At Entellus senex, & iam pridẽ ad huiusmodi genere certaminũ feriatus, instigãte partim Aceste, partim ueterum uictoriarum memoria, tandẽ surgit Cestibus dimicaturus. Is diu suo cõsistens loco iuuenem insolentius circunsilientem tulit, donec frustrato ictu lapsus, pudore sic recanduit, ut Daretem iam longe imparem plane confecturus fuerit, nisi eum Aeneas intercedens eripuisset.

Ad cynosarges.

Ἐς κυνόσαργες, i. Ac Cynosarges, prouerbiali conuitio dicebatur, quemadmodum εἰς μακαρίαν, καὶ εἰς κόρακας. Erat ãt Cynosarges locus in Attica quispiam, in quo nothi, spurijq. exercebantur, qui nomen inditum, ἀπὸ κυνὸς ἀργῆ, i. A cane albo, seu ueloci. Nam Græcis ea uox ἀργὸς vtrunque significat. Qui colligit historias ex orationibus ſtelieuticis Gregorij Nazianzeni, tradit Cynosarges dictum ἀπὸ τοῦ κυνὸς καὶ σαρκὸς, commutato κ in γ. Nominis caussam hanc adscribunt. Cũ olim Diomus quidã Atheniensis, auctore Stephano, nã Suidas Didymũ ponit, sacrificaret Herculi, canis quidã albus, aut ut alij dãt uelox aquila, victimæ partem abreptã in locum quendam deposuit. Quo prodigio territus, cum deum consuluisset, respõsum est, ut eo in loco Herculi sacellum extrueret, in quem uictima deportata fuisset. Nam eum Herculi placere. Porro, quoniam Hercules nothus fuit utpote ex adultera natus, & tamen uirtute sua dijs equũ honorem adsecutus: idcirco uisum est, vt inibi qui spurij fuissent, & neque patris neque matris nomine ciues, exercerentur. Nec abhorret ab his quod scribit Plutarchus in libello, quem inscripsit: ἐρωτικὸν, Εἰ δὲ ἦν καὶ τοῦτο τὸ πάθος δεῖ καλεῖν ἔρωτα θῆλυν καὶ νόθον ὥσπερ εἰς κυνόσαργες σωτελοῦντα, τὸν γυναικωνίτιν, μᾶλλον δὲ ὥσπερ ἀετοὶ τίνα λήγουσι γνήσιον καὶ ὀρείνον, ὃν ὄμπρος μέλανα καὶ θηρευτὴν προσεῖπεν, idest, Quod si igitur hunc quoque morbũ oportet uocare amorem femineum ac nothum, ueluti in Cynosarges conijciente nos in muliebre cõclaue, magis autem, sicut aquilam quandã dicunt gnesion, idest, ingenuam germanamque ac montanam, quam Homerus nigram & uenatricem appellat. Vnde vel contumeliæ caussa dicebatur, εἰς κυνόσαργες, velut in spurium, vel imprecando, quasi dicas, in malam crucem. Postea consentaneum est hoc quoque loco garrire cœpisse philosophos, & sophistas. Nam Suidas testatur tria fuisse gymnasia, Lyceum, Cynosarges, & Academiam. Meminit huius rei & Plutarchus in Themistoclis uita, quem aiunt fuisse nothum. Erat autem extra portas Atheniensium Herculis gymnasium, quo spurij adolescentes sese conferebant exercitij gratia, quod & ipse deus nothus ac matre mortali natus esset. Huc Themistocles adhuc adolescens arte pelliciebat & ingenuos aliquot adolescentes, quo paullatim tolleret nothorum & legitimorum discrimen.

Cythnicæ calamitates.

Κυθνῴδεις συμφοραὶ, i. Cythnicæ calamitates. Zenodotus Aristotelem auctorem citat, Cythnios vsqueadeo diuexatos afflictosq. fuisse ab Amphitryone, ut in prouerbiũ abierint, κυθνῴδεις συμφοραὶ, pro maximis cladibus, & immensis calamitatibus. Est autem Cythnus ex insulis Cycladibus una, contra Dryopidem sita, teste Stephano.

Cythonymi probum.

Κυθωνύμου αἶχος, idest, Cythonymi decus. In hominem dicebatur uehementer infamem, fœdiq. nominis, cuiusq. nomen iure supprimi debeat, uel ob malefacta, uel ob calamitates. Vnde & Græca uox a celando nomine dicta. Et hodie dictitãt uulgo, tegendam ollam, quoties innuũt fœdius esse facinns, quam ut auctoris facienda sit mentio. Auctor Zedonotus.

Cyziceni stateres.

Κυζικηνοὶ ςατῆρες, i. Cyziceni stateres. De re scite scalpta. Hoc.n. subidicat παροιμίο λόγοι. Nã hi nũmi olim celebres erant quod eleganter scalpti viderentur. Repræsentabant altera parte Cybelem deorũ matrem,

tré, facie muliebri, altera leonis imaginé. at magis videtur fore locus prouerbio, cũ hominem significamus inæqualem, ac sui dissimilem: aut qui longe aliud agat, quã præ se ferat. Quemadmodum nummi Cyziceni ex uno latere Cybelen ostendebant effeminatam, ex altero leoné. Stater is valebat 28. drachmas Atticas, unde & de re magni preci videtur posse dici. Cyzicus autem erat ciuitas Propontidis. Quidam eiusdem nominis vrbem ponũt in Sicilia. prouerbij præter alios meminit Suidas.

Cyrnia terra.

Κυρνία γῆ, i. Cyrnia tellus, dicebatur regio latrocinijs infamis, cuiusmodi ferunt olim fuisse Cyrnum. Est autem Cyrnus insula quædam ad boream opposita Iapygiæ mallificio nobilis, auctore Stephano, verum ob latrocinia fuit inaccessa nauigãtibus. Plinius autumnat hanc esse Corsicam, In Ligustico, inquit, mari est Corsica, quam Græci Cyrnon appellauere. Gens hęc & hodie male audit. Prouerbium non inepte detorquebitur in hominem alieni rapacem ac uiolentum. In collectaneis Zenobij per Aldum editis reperitur, κυρνία ἄτη, idest, Cyrnia noxa.

Cinyræ opes.

Κινύρα πλοῦτος, id est, Cinyræ opes. De immensis diuitijs dicebatur. Simillimum illi, Midæ opes. Nam huius regionem opulentissimam fuisse, Naso satis indicat Metamorphoseos lib. 10.

Gratulor huic terræ, quod abest regionibus illis.
Quæ tantum genuere nefas, fit diues amomo,
Cinnamaq;, costumq; suam, sudataque ligno
Thura ferat, floresque alios Panchaica tellus,
Dum ferat & myrrham.

Pindarus in Nemeis meminit Cinyre p̃ diuitis: σὺν θεῷ γὰρ φυτεύτεις ὄλβος ἀνθρώποισι παρμονώτερος, ὥσπερ καὶ κινύραν ἔβρυσε πλούτῳ πουλία ἐνποτεκύπωρῳ, i. Deo fauẽte felicitas hominib⁹ stabilior, q̃ sane & Cinyrã opib. cumulauit oliã marina Cypro. Prouerbij meminit & Plato li. De legib. 2. Ἐὰν δ' ἄρα πλουτῇ μὲ κινύρα καὶ μίδα μᾶλλον, ἢ δὲ ἄδικος, ἀτλιός τε ἐστὶν καὶ ἀνιαρῶς ζῇ, i. Quod si ditior quidẽ fuerit quam Cinyra aut Mida, sit autẽ iniustus, & miser est, & moleste uiuit. Suidas in dictione καταγηράσκω refert hunc ad modum, καταγηράσας τιθονὸς βαθύτερον, καὶ τὰς κινύρας πλουσιώτερον, καὶ σαρδαναπάλου τρυφηλότερον, ὅπως τὸ τῆς παροιμίας ἐπὶ σοὶ πληρωθῇ δὶς παῖδες οἰγέροντες, i. Cõsenescas Tithono ꝓfundi⁹, Cinyra, ditius, Sardanapalo deliciosius, ut in te cõpleat̃ prouerbium: Bis pueri senes.

Minus de istis laboro quam de ranis palustribus.

Μέλει μοι τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἢ ὅσον τῶν ἐν τοῖς τέλμασι βατράχων, i. Nihilo maior mihi rerum istarum cura, quam ranarum in limo uersantium. Prouerbialis hyperbole qua significamus nihil omnino ad nos pertinere negotium. Recte dicet̃ & in obtrectatores, quorum oblocutiones dicemus nos fortiter contemnere. Siquidem ranæ tametsi assidue obganniant, oblatrentque prætereuntibus, & odiosam illam cantionẽ iterẽt sine fine, βρέκεκεν ἐξ κοὰξ κοάξ, tamen nemo commouetur.

Cucurbita sanior.

Κολοκυώτης ὑγιέστερος, i. Cucurbita salubrior. Suidas, & Zenodotus pro adagio referunt. Athenæus lib. 3. citat hunc versiculum ex Epicharmo:

Ὑγιέστερον τ' ἢν ἔτι κολοκυώτας πολύ. i.
Eratq; longe sanius cucurbita;

Versus Græcus constabit si legas ἔτιγε. Nam ut nos adduximus, habetur in Athenæo edito ꝑ Aldũ. Vnde sit natũ non indicat. Proinde diuinandum id inde ductum, uel quod cucurbita nõ facile læditur aeris uitio, propter crustum quo tegitur, id qd̃ ea uariis remediis efficax esse perhibetur, quemadmodum indicat Dioscorides libr. 2. Item Plin. lib. 20. c. 3. Nec una tantũ species ad remedia ualet, & satiua, quam Græci κολοκυώτλω appellant, ualet inanis ꝑ sylueſtris, quam Græci somphon, ut ait Plinius dicunt. ualet & satiua minor κολοκυωθὶς, quasi dicas cucurbitulã. Nobis uidetur non absurde ductum hinc prouerbium, quod cucurbita undique turgeat, integra, nec rimis hians, nec uermiculis obnoxia. Est autẽ integritas & obesitas corporis, sanitatis argumentum. Cognatum illi quod alias recensuimus: κρότωνος ὑγιέστερος, i. Crotone salubrior.

Cum

Cum deo quisque & gaudet & flet.

Σὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κ' ὠδύρεται. i.
Deo uolente quisque rider, atque flet.

Admonet adagium rerum humanarum celerem esse commutationem, neque in nobis situm, ut res perpetuo secundæ sint, uerum utcunque fortunæ libitum fuerit, ita uel secundis rebus attollimur, uel aduersis affligimur. Extat hic uersiculus apud Sophoclem in Aiace flagellifero. Idem sibi vult illud Euripideum ex Iphigenia Aulidensi:

Οὐκ ἐπὶ πᾶσι σ' ἐφύτευ σ' ἀγαθοῖς,
Ἀγάμεμνον ἀτρεύς.
Δεῖ δέ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι.
Θνητὸς γὰρ ἔφυς κἠν μήσου θέλῃς.
Τὰ θεῶν δ' ἴσως βελόμθ' ἔσται. idest,
Non te seuit ad omnia læta
Agamemnon Atreus.
Gaudere atque dolere necesse est.
Mortalis enim es. Sin tu nolis.
Tamen eueniet, sic dijs placitum.

Cum deo fit Græcis, quod fit fauente numine. Contra sine deo, quod absque deorum fauore. Pindarus in Pythijs hymno quinto, ὐ θεῶν ἄτερ, i. Non sine dijs. Idem eiusdem operis hymno 9.

Ὠκεῖα δ' ἐπειγομένων ἤδη θεῶν πρᾶξις
ὁδοίτε βραχεῖαι. idest,
Velox actio iam dijs accelerantibus breuesq; viæ.

Rursus hymno decimo:

Θεῶν τελεσάντων,
Οὐδὲν ποτὲ φαίνεται ἔμμθ' ἄπιστον. i.
Cum dij peregerint, nihil uidetur esse incredibile.

Et Virgilius.

Haud equidem, sine mente reor, sine numine diuum;

Ita quod præter spem ultro obtingit, diuinitus fieri dicitur. Aristophanes in Equitibus:

Ἀλλ' ὁδὶ προσέρχεται
Ὥσπερ κατ' θεῶν εἰς ἀγορὰν. idest,
Sed ipse in concionem prodit huc
Tanquam deo uolente.

M. Tvllivs in Verrem actione quinta: Qui Metello diuinitus hoc uenit in mentem? Et Horatius libro 3. Oda 4. Non sine dijs animosus infans. Et σὺν τῷ μούσαις, i. musis fauentibus, σὺν τοῖς θεοῖς, i. dijs bene iuuantibus. Festiuum est quod est Stratonico refert Athenæus lib. 8. Is cum esset parum insignis citharœdus, haberetque in ludo suo nouem Musarũ imagines & Apollinis unam, discipulos duos, rogatus a quopiam quot haberet discipulos, σὺν θεοῖς, inquit, δώδεκα, ludens amphibologia. σὺν θεοῖς, accipi potest, annumeratis dijs fauentibus. Porro ueteres præcipuum numen tribuebant fortunæ, cui tribuitur quidquid feliciter aut secus euenit: de qua Demosthenes in oratione ad Philippi epistolam: μεγάλη γὰρ ῥοπὴ, μᾶλλον δ' τὸ ὅλον ἡ τύχη ἐστὶ πρὸς ἅπαντα τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, i. Magnum enim momentum, imò uerius totum est ipsa fortuna ad omnes hominum actiones. Item Aeschines in Apologia: περὶ παραπρεσβείας. ἡ τύχη πάντων ἐστὶ κυρία. i. in fortunæ manu sunt omnia.

Cum Coryco luctari.

Πρὸς κώρυκον γυμνάζεσθαι, i. Aduersus Corycum luctari dicebatur, qui sumeret inanem operam. opinamur Corycum pale striten fuisse quempiam inuictum. Nisi malumus Corycum esse manticam coriaceã, ut adagium adfine sit illi. Vtrem uellis. Verũ hoc sensu Hesychius scribit per ω & υ. Suidas scribit per ο & ι. Porro talis pugnata est Apuleio in Thessalia.

Curetum os.

Κουρήτων στόμα, i. Curetum os. Dici solitum si quando quis numine afflatus loqui uideretur, ꝑpterea quòd Curetes Cybeles comites furore quodam sacro perciti, diuinare uiderentur. Refertur a Zenodoto. Meminit & Hesychius.

Melius nobis est, quàm heri.

Proverbialem habere figuram uidetur illud Aristophanis in Pluto:

Ὦ βλεψίδημ' ἄμεινον ἢ χθὲς πράττομθ' i.
O Blepsideme melius atque heri mihi est.

Cum significamus fortunam in melius commutatam. Item illud Theocritum, quod alio citauimus loco:

Τάχ' ἄυριον ἔσετ' ἄμεινον. idest,
Melius cras forsan habebit.

Nam heri & cras, pro preterito futuroq; tempore posita sunt.

Cretenses sacrum.

Οἱ κρῆτες τὴν θυσίαν, i. Cretenses sacrum

ſubaudi faciunt, aut ſimile quidpiam. Adagium Zenodotus ad huiuſmodi refert fabulam: Tempeſtate iactatus Agamemnon, delatus eſt in Cretam, ingreſſusq; Polyrrhenen (nam id eſt Cretę inſulæ oppidum, ab ouium copia ſic appellatũ, auctore Stephano) rem diuinam fecit. Interea uero captiui conſcenſis nauibus aufugerũt. Quę res cum illi renunciaretur, fertur dimidiatum & imperfectum ſacrificium, & iam incenſam uictimam reliquiſſe, curriculoque ad maris litus properaſſe, perturbatum maiorem in modum, animoq. conſternatum. Ibi uix unam reperiſſe nauem reliquam qua deuectus eſt, multum imprecatus malorum eius inſulæ cultoribus. Vnde ſi qua res per tumultum, ac turbulente fieret, πρυτικὼ θυσίαν, id eſt, Cretenſe ſacrum uocabant. Nobis uidetur quadraturũ, vbi quis non fruitur his quæ parauit. Quemadmodum uſu uenit Agamemnoni, cuius uictimas deuorauere Cretenſes.

Simul & miſertum eſt, & interijt gratia.

Αμ' ἠλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις. i.
Simul & miſertum eſt interijtq. gratia.

Senarius prouerbialis apud Zenodotũ, dici ſolitus in ingratum, qui ſimul atque leuatus eſt malis, deſinit meminiſſe beneficiorum eius, cuius opera reſtitutus eſt: iuxta illud, Si dolet meminit: ſi placet obliuiſcitur: cum contra admoneat prouerbium:

Χάριν λαβὼν μέμνησο, δεὶς ἐπιλάθῃ. i.
Memineris accepti, dati obliuiſcere.

Idem docet in Moralibus Seneca:

Beneficij accepti meminiſſe oportere, dati obliuiſci.

At nunc ita eſt ingenium vulgi, ut fragilis ſit beneficiorum memoria, iniuriarum tenax. Et iuxta Plautum: Si quid iuues, plumea leuior gratia: ſi quid offendas, plumbeas iras gerunt. Celebrantur in eandem ſententiam hi quoque uerſus:

Αἰὲ δ' ὁ σωθεὶς ἐστὶν ἀχάριστος φύσει. i.
Seruatus uſq; ingratus eſt, & immemor.

Μετὰ δ' δόσιν τάχιστα γηράσκει χάρις. i.
Poſt manus illico conſeneſcit gratia.

Morſus aſpidis.

Δήγμα ἀσπίδος, i. Morſus aſpidis. De malo immedicabili, aut de lingua uehementer uirulenta. Refertur adagium ab Apoſtolio Byzantio, non admodum memorabili auctore, niſi nos meliorũ inopia compelleret. Quamquam hunc nec Politianus grauatus eſt quodam in loco citare teſtem. Circũfertur Græcus uerſiculus, adagio concinens.

Ἰὸς πέφυκεν ἀσπίδος καὶ γυνή. id eſt,
Telum aſpidis profecto mulier improba.

Ælianus primo de naturis animalium libro tradit aduerſus uiperarum, omniumque ſerpentium morſus remedium inueniri, aſpide una excepta, præcipue ſi de rana guſtarit, ut ait libro proximo. Solius huius ictum omni cura potentiorem eſſe. Nec ab ullo uinci, præterquam à muliere, quæ uel aſpectu contactuque ſolo necet, quorum alterum cum regulo, alterum cum aconito commune. Nicander item in Theriacis:

Ἀσπίδα φοινήεσσαν ἀμυδρότατον δάκος ἄλλων. id eſt,
Aſpida crudelem, cuius ſuper omnia morſus
Immedicabilis eſt.

Plinius prodidit, aſpidem nunquam vagari ſine compare, quod ſi contigerit alteram interimi, protinus altera perſequitur percuſſorem, in medijs quoque fori turbis agnitum. Addunt quidam ab hoc ictũ ſerpente intra quatuor horas emori. Nihil autem uetat, quo minus trahatur adagiũ ad hoſtem clancularium, & tanto peſtilentiorem, quod clanculum citraq. dolorem infundat uenenum hęc ſerpens, neq. poſt morſum appareat vulnus in corpore: tantum ſomnus lętalis obrepit, quemadmodum deſcribit Nicander, atque hinc exiſtimant quidam morſum illius ἀμυδρότατον ab eodem poeta uocari.

Arbore deiecta quiuis ligna colligit.

Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται. i.
Ruente quiuis ligna colligit arbore.

Meminit huius puerbij Theocriti Scholiaſtes, ſed pro πεσούσης ſcriptũ eſt παρούσης, mendoſe. Si quem fortuna pręcipitem dederit, in hunc paſſim omnes incurrunt, & quiſq. quod poteſt diripit. Iam enim ſibi putant impune fore. Exemplum huius adagionis eſt apud Iuuenalem de Seiano.

Nihil eſt ab omni parte beatum.

Qvod ſcripſit in Odis Horatius:

Nihil eſt ab omni
Parte beatum,

Prouer-

Prouerbialem habet ſententiam, quã Græci ſic efferunt.

Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. i.
Felix per omnia nullus eſt mortalium.

Hũc ſenariũ citat Ariſtoteles lib. Rhet. 2. inter exempla ſententiarum. Eſt aliquoties & apud Theognidem. Clearchus apud Athenæum adducit hunc uerſum.

Ἀμώμητον δ' οὐδὲν ἔχουτο βροτοῖς, i.
Nil uſquam eſt hominum carpere quod nequeas.

Menander apud Plutarchũ, περὶ εὐθυμίας

Ἀρ' ἐστὶ συγγενές τι λύπῃ καὶ βίος, i.
Num quæpiam intercedit his cognatio,
Vitæ ac dolori.

Ad hanc ſententiam pertinet quod alibi diximus, omnibus galeritis innaſci criſtam. Theſeus priuſquam ueniret in Atticam, inſtituit ſacra quædam, que ludis ac lætitia peragerentur, quędam contra, quę mœrore luctuq;. Cæterum cum adpuliſſet in Atticam quoniam multos reperit ſqualidos, ac meſtos ob mortẽ Regis Aegei, qui deſperato filii reditu pręcipitẽ dedit, multos cõtra lętitia geſtientes ob filii reditũ, inſtitutum eſt, ut in ὠχοφορίᾳ, (id eſt, nomẽ Feſto a geſtandis ramis (non nuntius ipſe, ſed caduceum coronatetur, deinde qui ſacris interfuerunt emitterent has voces, εἶα εἶα, id eſt, eia, heu, quarum prior gratulationis eſt, & in bellicis pæanibus cani ſolet, qd liquet ex Ariſtophanis Pace, ubi crebro repetuntur illa, ὦ εἶα εἶα μάλα. ὦ εἶα. εἶα ὦ. altera luctus eſt, Vnde & αἰὰς dictus Græcis & αἰάζειν. Hęc videlicet eſt imago uitę mortalium. Hiſtoria refertur a Plutarcho in vita Theſei: Pindarus in Iſthmijs hymno tertio, ad tempus torquet ſentẽtiam, αἰὼν δὲ κυλινδομένας ἀμέρας ἄλλοτ' ἐξάλλαξεν Ἀρετοί γε μὲ πᾶς δὲς θεῶν, i. Seculum autẽ uoluẽdis diebus, nũc huc, nunc illuc ſeſe flectit. Cæterum dii extra telorum iactum ſunt. Nã interpres admonet hic πᾶς δὲς θεῶν eſſe ductum pro θεοὶ. Simile quid dã habet in Pythijs hymno ſeptimo. φαντὶ γεμὰν ὄτωνεν ἀνδρὶ παρμονίμαν θαλλοισαν εὐδαιμονίαν, τὰ κ τὰ φέρεῃς, i. Aiũt ſane ſic uiro ſtabilem florere felicitatẽ, ſi hæc & hæc ferat, hoc eſt, ſi ferat tũ proſpera, tum aduerſa. Perpetua felicitas minitatur ſubitum exitium, quod temperatum eſt, ſolet eſſe diuturnius. Interpres in hãc ſententiam adduxit uerſum Homericum.

Τὸν περὶ μοῦσ' ἐφίλησε, δίδου δ' ἀγαθόν τε κακόν τε. id eſt.
Vnce amãs dederat cui muſa bonumq; malumq;.

Exſtat autem hoc carmen Odyſſeæ θ. De Demodoco. Rurſum Pindarus hymno quinto, πόνων δ' ὅτις ἀπήλαρος ἔστιν ὅτ' ἔσεται, i. Laborum aũt exors nullus eſt nec erit. Ac mox, τὰ κ τὰ νέμουσι, id eſt, hæc ſortiens, uidelicet bona cũ malis. Interpres adducit & alium Pindari locũ, qui eſt ĩ Pythiis hymno tertio, ἓν παρ' ἐσλὸν πήματα σὼ δύο δαίνονται βροτοῖς ἀτάνατοι, i. Ad unum bonum duo ſimul mala partiuntur mortalibus immortales. Adducit & illud Homericum, quod alibi retulimus ex Odyſſeæ ω.

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν διὸς ἔδει. i.
Dolia nãq; Iouis duo ſunt ĩ limine poſta.

Huc pertinent & illa, de quibus nobis alias dictũ eſt. Vbi mel, ibi fel: vbi vber, ibi tuber, & huius generis alia. Nec alienũ arbitramur ab hac ſententia, quod priſci Romani duas diuas coluerunt, Angeroniam atque Volupiam, alteram ab angoribus dictam, alterã a uoluptate, & Angeronię quidem pontifices in ſacello Volupiæ ſacrũ faciunt, ſignificãtes dolores ac voluptates in uita hominum inuicem mixtas eſſe. Adduxit Angeroniæ ſimulacrum in ara Volupiæ fuiſſe collocatum, quod dolor comes ſit uoluptati, & uoluptas dolori, ac figura, ut os habeat obligatum atque ſignatum, hoc ænigmate ſignificantes, eos qui dolores & anxietates animi diſſimulant, patientiæ beneficio ad maximam peruenire voluptatem. Huiuſmodi ferme Macrobius lib. in Somnium Scipionis primo. Deſinam ſi Aeſchyli uerſum aſſcripſero, quem Iulius Pollux lib. 6. cap. 11. teſtatur extare apud Ariſtophanem:

Ὀξυγλυκυῖαν τ' ἄρα κοκκιεῖς ῥοᾶν. i.
Et dulciter acre temperabis punicum.

Huius n. pomi grana gratam quandam habent acrimoniam. Ad eundem modum temperata eſt uita mortalium.

Felicium multi cognati.

Τῶν δ' τυχόντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς. i.
Cognatus unus quilibet feliciam.

Id hodieq vulgo dicunt, locupletũ plurimos eſſe cognatos. Huc alluſit Terentius in Phormione, At ſi talentũ rẽ reliquiſſet decẽ, primus eſſes, memoriter progeniem

vestrã usq. ab auo atque atauo proferens. Pindarus in nemeis hymno 10. sic extulit, γνώμλω. Οἴχεται τιμά, φιλωνταταμένῳ φωτὶ, παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν, idest, Perit honos, uiro priuato amicis, pauci autem mortales in rebus asperis fidi. Plato in epigrammate:

ἡ μόλις ἔγνως
Τὄτ' ἔπος, ὡς ὀδεῖς ὀδὲν ἔχοντι φίλος. i.

An tandem expertus nosti uerbum uetus illud.

Quod qui nil habet, huic nullus amicus adest,

Amantium iræ.

Τῶν φιλόντων ὀργαὶ, i. Amantium iræ. Vbi qui non ex animo indignantur inuicem, aut de iracundia neutiquam duratura, Terentius in Andria. Amantium iræ, amoris redintegratio est. Et iuxta Græcã sententiam.

ὀργὴ φιλόντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον. i.

Pusillo amantum durat ira tempore.

Atque huiusmodi dissidiola, quæ nonnumquam incidunt inter amicos, modo absit amaritudo, quasi renouant amicitiam excusso diuturnæ consuetudinis tædio. Quod eleganter indicat & Mimus ille Publianus.

Discordia fiat carior concordia.

Primum recte ualere, proxima forma, tertio loco diuitiæ.

PLATO libro de Legib. secundo, λέγεται γὰρ, ὡς ἄριστον ὑγιαίνειν δ' δεύτερον δὲ κάλλος. τρίτον ὃ πλοῦτος, i. Aiũt. n. optimũ, ac potissimum esse bonã ualetudinem, proximum formam, tertium diuitias. Meminit huius adagii aliis quoq. locis. Stobęus citat hęc ex Sclerio quodam ὑγιαίνειν μὲ ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ δ' δεύτερον ὃ φυὰν καλὸν γένεσθαι, τρίτον ὃ πλουτεῖν ἀδόλως, εἶτα τέταρτον ἡβᾶν μετὰ τῶν φίλων, i. Bona ualetudine esse optimũ est homini mortali. Proximũ specie honesta prędituũ esse. Tertium opes habere citra fraudem. Quartũ ætate uigere cũ amicis. Plato aũt libro De legibus primo effert ad hunc modum, ἡγεῖται μὲ ὑγιεια κάλλος δὲ δ' δεύτερον, τὸ ὃ τρίτον ἰσχὺς, τέταρον ὃ πλοῦτος, ὁ τυφλὸς ἀλλὰ ὀξὺ βλέπων, i. Primum locum obtinet bona ualetudo, secundum forma, tertium robur, quartum opes, haud cæcę, sed acutum cernẽtes. Hic ordo uotorum olim popularibus etiam cantilenis celebrabatur, teste Platone in Gorgia. Fertur inter Græcas sententias huiusmodi senarius.

Οὐκ ἔδ' ὑγείας κρεῖττον ὀδὲν, ἐν βίῳ, i.

Quam bene ualere, melius in uita nihil.

Item alter huic, similis.

ὑγίεια καὶ νοῦς ἐσθλὰ τῶ βίῳ δύω. i.

Recte ualere & sapere, duo uitæ bona.

Quo spectat etiam illud Iuuenalis.

Vt si mens sana in corpore sano.

Et Horatius.

Valeat possessor oportet.

Aristo Sicyonius pæana scripsit in laudem sanitatis, ut refert Athenæus libro quintodecimo:

ὑγίεια πρεσβίστα μακάρων
μετάσυ ναίαιμι τὸ λειπόμενον βιοτᾶς,
σὺ δέμοι τρέφων σωίοικος εἶης, i.

Sanitas antiquissima dearum, Tecũ uiuat quod reliquum est uitę, Tu uero nihil propitia cõuictrix esto. Ac mox, μετὰ σεῖο μάκαρα ὑγιεια, τέθηλε πάντα, καὶ λάμπει χαρίτων ἔαρ, Σέθεν ὃ χωρὶς ὅ τις δ' δαίμων, i. Tecum diua sanitas florent oia, ac renidet gratiarũ uer. Absq; te uero nemo felix. Aristoteles libro Rhetoricorum secundo, exemplũ sententiæ, quæ non egeat epilogo, hoc est addita ratione, quod sic omnibus persuasum sit, refert. Ἀνδρὶ δὲ ὑγιαίνειν ἄριστον ὡς γέμοι δοκεῖ, i. homini bene ualere optimum est, ut mihi quidem uidetur esse senarius, sed corruptus. Aristoteles Moralium ad Eudemium libro secundo, narrat aliquem in uestibulo tẽpli, qđ est in Delo Apollinis, hanc scripsisse sentẽtiam. Eidem non adesse omnia, bonitatẽ, honestatem, ac iucunditatem, ac quod iustissimum esset, fecisse honestissimum, optimum autem bene ualere, omnium uero iucundissimum, potiri quod quis amat. Philosophus uero felicitatem cum sit optima & pulcherrima, tamen eandem iudicat esse iucundissimam. Hæc enim diuidit uulgus, cum re uera sint coniunctissima. Locus erit prouerbio, quoties significabimus aliud alio prius esse, & iis, quæ potiora sunt, majorem curam deberi.

Fœnum esse. Ambrosia alendus.

FOENVM esse, & Ambrosia alendus. Vtrumq; prouerbiali figura dixit M. Tull. alterum in doctos, ac brutos homines, alterum in egregios, vt intelligas illos pecudibus, hos diis æquandos. Nam fęno victitãt boues.

boues. Ambrosia cibus est apud Homerũ, deorum αἱ ἐν ἐόντων. Cicero libro de Oratore secundo. Sic ego, Crasso audiente, primum loquar de facetiis, & docebo sus, ut aiunt, oratorem eum, quem cum Catulus nuper audisset, fęnum alios aiebat esse oportere. Rursum idem eodem libro. Iocabatur, inquit, Catulus, pręsertim cum ita dicat ipse, ut ambrosia alendus esse uideatur. Horatius, pręlautas opiparasq. cenas, Deum cenas uocat.

O noctes, cenęque Deum.

Nectar & Ambrosiam indicans. Nã hęc illis tantum a poetis tribuũtur, si quando domi cibum capiunt, alioqui si contingat, aliquo ad opimam uictimam inuitari, nidore carnium magis delectantur.

Spes alunt exules.

Αἱ ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, i. Spes pascunt exules. Vbi quis excussus a pristina fortuna semper id agit ut restituatur. Ab humano sumptum ingenio, quo fieri uidemus, ut nullus ita sit exul, quin & uelit, & speret futurum, ut aliquando postliminio redeat in patriam. Eodem animo se fuisse testatur Ouidius apud Tomitanos exulãs. Ne Iudæos quidem hodie spes destituit. Euripides prouerbialem sententiam fuisse significat, Citatur autem a Plutarcho, libello quem De exilio conscripsit:

Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος,
Καλῶς βλέπουσι γ' ὄμμασιν, μέλλουσι δὲ, i.

Spes exules alunt, ut habet adagium,
Oculisq. spectant blandulis, cessant tamen.

Ιπτομανεῖν.

Ιπτομανεῖν, dicebantur prouerbiali cõuitio fęminæ uirosæ ac libidine prętermodũ prurientes. Aristoteles lib. De animalib. sexto. αἱ μὲ ὖν αἱ ἵπποι θήλειαι ἱπποπαγοῦσιν. ὅθεν καὶ ἐπὶ τῶ βλασφημίαν τὸ ὄνομα αὐτῶ ἐπιφέρουσιν ἀπὸ μόνου τῶν ζώων τῶ ἐπὶ τῶ ἀκολάσων περὶ τὸ ἀφροδισιάζεσθαι, id est, Igitur equæ furiũt in equos. Vnde ab uno animante ductum est uocabulum, quod in mulieres conuitio dicitur, circa Venerem intemperantes.

Ouium mores.

Προβάτων ἦθος, i. Ouium mores. In stupidos ac stolidos iaci solitum. Aristophanes in Pluto:

Αλλὰ προβατίου βίον λέγεις. i.

Mihi immo uitam prædicas ouiculæ.

Aristoteles libro De natura animaliũ nono, quamobrem ita prouerbio dici consueuerit, idicat: διάφερει κατά τε δειλείαν καὶ πραότητα, καὶ ἀνδρείαν καὶ ἡμερότητα, καὶ νοῦν τε καὶ ἄνοιαν. τότε γὰρ τῶ προβάτων ἦθος, ὥσπερ λέγεται, ἀνήθες καὶ ἀνόητον πάντων γὰρ τετράποδων κάκιστον ἐστὶ. ἔρπει εἰς τὰς ἐρημίας πρὸς ὀδὲν. καὶ πολλάκις χειμῶνος ὄντος ἐξέρχεται ἔνδοθεν, καὶ ὅταν ὑπὸ τῶ νιφετοῦ ληφθῶσιν, ἂν μὴ κινήσῃ ὁ ποιμὴν, οὐκ ἐθέλουσιν ἀπιέναι, ἀλλ' ἀπόλλυται καταλειπόμενα, ἐὰν μὴ ἄρρενας νομίσωσιν οἱ ποιμένες. τότε δὲ ἀκολουθοῦσιν, i. Differũt autem & timiditate, mansuetudineq;, & ferocia placiditateq;, intelligentia ac stoliditate. Nam & ouium ingeniũ quẽadmodũ aiunt, simplex ac stultum. Siquidẽ est omnium quadrupedum inertissimum. Prorepit in deserta, nulla de caussa, ac sępenumero hybernis mensibus foras è septis digreditur. Cumq a nauibus occupatum fuerit, ni pastor compulerit, discedere non uult, sed relictum cessansq. perit, nisi pastores mares adduxerint. Nam ita demũ consequuntur. Proinde Aristophanes taxans uecordiam populi Athenienſis, oues illos uocat in Vespis:

Εκκλησιάζειν πρόβατα συγκαθήμενα, i.

In concione pecus ouillum considet.

Nec hoc prætereũdum loco, quod Diogenes Cynicus opulentum quendam, cętorum indoctum, προβάτου χρυσόμαλον, i. Ouem aureo uellere dixit. Et Plautus in Bacchidibus, Quis has huc oues adegit? in senes stultos. Huc respiciẽs Origenes enarrans Leuiticum, ouis immolationem interpretatur affectuum stultorum & irrationabilium correctionem.

Muris interitus.

Κατὰ μυὸς ὄλεθρον, i. Iuxta muris interitum. Aelianus lib. De naturis animaliũ 12. capite 10. tradit murem minime uiuacem esse, sed sua sponte defluentibus intestinis ocyus emori, atq. hinc natũ prouerbium, χῆ μυὸς ὄλεθρον, id est, Iuxta muris interitum. Addit hoc usum Menandrum in Ithade. Quadrare uidetur in homines imbecilla ualetudine, aut in μικροβίους, i. Breuis ęui, quos μιγωθαδίους appellat Homerus. Aut in eos qui paullatim extabescunt. Verisimile est enim, mures sic emori

ri quemadmodum nascuntur in Aegypto: vt aliqua pars sit uiuus mus, altera nihil ni si limus.

Ante lentem augere ollam.

Πρὸ τῆς φακῆς αὐξάνειν τ̃ λοπάδα, i. Ante lentem augere ollam. Prouerbiali figura dictum, pro eo quod est, spes ingentes in animo concipere priusquam res ipsa te neatur. Aut polliceri quod ipse nondum habeat, aut præpropere sibi placere, quasi iam possideat ea, quæ procul etiã dum absunt, ut teneantur. Veluti si quis uitæ strepitum augeat spe magistratus, quem incertum est an sit impetraturus. Citatur adagium ex Cratete apud Athenęum: μὴ πρὸ φακῆς λοπάδ' αὔξων εἰς σάσιν ἄμμες βάλῃς, i. Ne ante lenticulam augens ollã, aut patinam, in seditionẽ nos mittas. Citatur & à Plutarcho commentario De pręceptis bonæ ualetudinis, eiusdem Cratetis nomine, his quidem uerbis: ὁ μὲ ὃν κράτης διὰ ῥηφίων καὶ πολυτέλειαν οἰόμενος ἀχρήνισε τὰς σάσεις καὶ τυραννίδας ἐμφύεσθ τ̃ πόλεσι, μετὰ παιδιᾶς παρῆνει, μὴ πρὸ φακῆς λοπάδα αὔξων ἐς σάσιν ἄμμες βάλῃς. Αὐτὸς δέ τις ἑαυτῷ παρακελεύεσθω, μὴ πρὸ φακῆς λοπάδα αὔξων ἀεὶ, μὴ ὃ πάντως ὑπερβαίνων τ̃ καρδαμίδα καὶ τ̃ ἐλαίαν, ἐπὶ τ̃ ὄριον καὶ τ̃ ἰχθῦν εἰς σάσιν ἐκπλησμονῆς τὸ σῶμα καὶ τοραχὸς ἐμβάλλειν καὶ διαῤῥοίας, i. Crates igitur cũ existimaret in ciuitatib. seditiones ac tyrannides potissimũ è delicijs ac luxu nasci, per iocum admonuit, ne præ lenticula sp augens patinã, in seditionẽ nos conijcias. Sed seipsum adhortetur, quisque, ne sp præ lente augens patinam, neve modis omnibus, præterito nasturtio & olea, ad farcimen & piscem desciscens, ex repletione corpori seditionem concitet, ac tumulentum & diarrhœas. Crates eo detorsit dictum, ut apparet, poetæ cuiuspiam, vt pertineat, ad homines impendio sumptuosos. Allusit autem ad morem plebis, quæ solita sit excitare seditiones, si conspiciat optimates sibi præponi, Nam lopade adponebantur cibi lautiores, id quod licet colligere ex Luciani Saturnalibus. Lens legumen est uilissimum ac plebeium.

Pudebat recusare, & non audebant suscipere.

M. Tvllivs in epistolis ad Atticum versum hunc Homericum, ceu prouerbialem non semel vsurpauit:

Αἴδεσθεν μὲ ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. id est,
Detrectare pudor, formido subire uetabat.

Quo licebit vti, quoties incidit eiusmodi negotium, ut aliud suadeat honestas, aliud utilitas: & decorosum sit non suscipere prouinciam, rursum periculosum suscipere. Potest accommodari etiam ad illos, qui rogati neque negare audent ob pudorem, neq; præstare tamen uolunt quod rogantur, ob diuersum animi uitium. Est autem hic uersus apud Homerum Iliados H. Vbi Hector quemlibet è Græcorum ducibus ad singulare certamen prouocat, & reliquis omnibus cunctantibus surgit Menelaus:

Ος ἔφαθ'. οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένεντο σιωπῇ.
Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. id est,
Sic ait, interea tenuere silentia cuncti,
Detrectare pudor, formido subire uetabat.

Sphæram inter sese reddere.

Plvtarchvs in libello De cognoscẽdo profectu: μάλιστα δὲ εἰ τὸ φιλόνεικον καὶ δυσερὶ περὶ τὰς ζητήσεις ὑφεῖ ταὶ καὶ πεπαύμεθα τὰς λόγυς ὥσπερ ἱμάντας καὶ σφαίρας ὀπδέμῳοι πρὸς ἀλλήκυς, τῷ λατάξαι καὶ καταβαλεῖν μᾶλλον, ἢ τῷ μαθεῖν καὶ διδάξαι χαίροντες, id est, Maxime si qõnum ambitio contentioque remittitur, sicq; desinimus argumenta, ceu lora sphærasq; sic vicissim inter nos reddere, ut magis gaudeamus ferire, aut deijcere, q̃ discere, aut docere. Est apud Plat. i Euthydemo: ὁ δὲ διονυσόδωρος ὥσπερ σφαίραν ἐκδεξάμενος τ̃ λόγον, πάλιν ἐσοχάζετο τ̃ μειρακίου, i. Dionysodorus tanq̃ sphæram exceptũ sermonẽ rursus iaculabatur in adolescẽtẽ. Meminit de lusus genere Iulius Pollux, li. De rerũ vocabulis 9. Seneca q̃ Græci de sphæra tradunt, ad pilæ lusum refert, ostendens eã cõmoditatẽ requiri inter dantem beneficium & accipientẽ, quæ est inter mittentem pilam & excipiẽtem. Volo, inquit, Chrysippi nostri uti similitudine de pilæ lusu, q̃ cadere non est dubium, aut mittentis studio, aut accipientis. Tunc cursum suũ seruat, ubi inter manus utriusque apte

apte ab utroque & iactata & excepta versatur. Necesse est autem lusor bonus, aliter illam collusori longo, aliter breui mittat. Eadem beneficij ratio est, nisi utrique personæ dantis & accipientis aptatur, nec ab hoc exibit, nec ad illum perueniet ut debet. Si cum exercitato & docto negotium est, audacius pilam mittemus: utcumque enim venit, manus illam expedita & agilis repercutiet. Si cum tyrone & indocto, non tam rigide, nec tam excusse, sed lãguidius, & in ipsam dirigentis manum remisse occurremus. Idem faciendum est in beneficiis &c. In eodem libro aliquanto post: Sicut in lusu est aliquid, pilam scite ac diligenter excipere, sed non dicitur bonus lusor, nisi qui apte & expedite remisit quam acceperat. Non dissimile est, quem hodie pilæ uocant, cuius meminit Horat.

Namque pila lippis inimicum & ludere crudis.

Athenęus libro primo docet, sphęrę lusum olim dictũ: φαυλίνδα ὑπὸ τῆς ἀφέσεως τῆς σφαιριζόντων, quæ uerba quid sibi uelint, non satis intelligimus, magis arbitramur dictũ: ὑπὸ τ̃ φαίνομαι, quod sphæra missa emicet. Ibidem citatur carmen Antiphanes:

Σφαῖραν λαβὼν
Τῷ μὲν δὶ δὺς ἔχαιρε, τὸν δ' ἔφευγ' ἅμα,
Τὸν δ' ἐξέκρουσε, τὸν δ' ἀνέσησεν πάλιν
Κλαγκταῖσι φωναῖς, i.
-Sumpta pila
Gaudebat huic dedisse, at hunc fugit simul.
Excussit hunc, at erigebat alterum
Tubæ in modum sonante uoce.

Quadrabit adagium in eos, quise uicissim dicteriis incessunt. Confine, sicut opinamur, illi Persiano:

Cædimus, inq; uicem præbemus crura sagittis.

Iuxta Senecæ sententiam, quadrabit etiam in eos, qui sibi mutuo adsentantur & colludunt in disputatione.

Animo ægrotanti medicus est oratio.

Celebratvr hic uersus apud Græcos prouerbii uice, citaturq; a Plutarcho ad Apollonium:

Ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι. i.
Aegrote animo medicus est oratio.

Sumptum apparet ex Aeschyli Prometheo:

Οὐκ ἔν προμηθεῖ τοῦτο γιγνώσκεις, ὅτι
Ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι. i.
Non hoc quidẽ te præterit Promethee,
Morbo quod iræ medicus est oratio.

Et ira, iuxta Stoicos, nihil aliud est quã furor breuis. Huc allusit Horatius in epistolis.

Sunt Verba & uoces, quibus hũc lenire dolorem
Possis, & magnã morbi depellere partẽ.

Ex opinione Stoicorum, cupiditates animi morbos appellat. His philosophia medetur pharmacis uerborum, id est, monitis salubribus. Et apud Terentium arguit sese Menedemus, qui non vt decuit tractarit ægrotum animum adolescentis. Vt enim in corporum morbis pro ratione ualetudinis, alia atque alia adhibentur pharmaca, itidem in animi malis non eadem adhibẽda est oratio. Sed interim blandius monẽdum, interim acrius iurgandum, nonnum quam dissimulandum, & imprudenti pharmacon admouendum: Feruntur in eandẽ sententiam & hi senarij:

Λόγος γὰρ ἐστὶ φάρμακον λύπης μόνος, i.
Dolori enim medetur una oratio. Et:
Λόγῳ μ' ἔπεισας φαρμάκῳ σοφωτάτῳ, i.
Sermone flexisti optimo me pharmaco.
Et:
Ο λόγος ἰατρὸς τ̃ κ̃ ψυχῶν πάθους, i.
Animo laboranti medicus oratio est.

Isocrates in oratione De pace, elegãter vsurpauit hãc sententiã: ὑμᾶς δὲ χρὴ, πρῶτον μὲ τ̃το γιγνώσκειν, ὅτι τ̃ περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων πολλαὶ θεραπεῖαι καὶ παντοδαπαὶ ἰοῖς ἰατροῖς δῤῥωται. τ̃ δὲ ψυχὰς τ̃ νοσούσας καὶ γεμούσας πονηρῶν ὀπθυμιῶν, οὐδὲν ἐστὶν ἄλλο φάρμακον, πλὴν λόγος ὁ τολμῶν τοῖς ἁμαρτανομένοις ὀπιπλήττειν. ἐπεὶ δ' ὅτι καταγέλαστον ἐστὶ τὰς μὲ ναύσεις καὶ τὰς τομὰς τ̃ ἰατρῶν ὑπομένειν, ἵνα πλοιόνων ἀλγηδόνων ἀπαλλαγώμεν, τὰς δὲ λόγυς ὑποδοκιμάζειν πρὶν εἰδέναι σαφῶς, εἰ τοιαυτίω ἔχουσι τ̃ δυνάμιν, ὡς τ' ὠφελῆσαι τοὺς ἀκούοντας, i. Vos aũt illud in primis scire oportet, qd aduersus corporis morbos multa variaq; remedia a medicis reperta sũt, animis vero ęgrotãtibꝰ, ac prauis cupiditatib. oppletis, nõ est aliud remediũ, q̃ oratio, q̃ nõ vereat errãtis ĩcrepare. Deinde deridiculũ esse, cũ medicorũ vsturas ac sectiones perferamus, ut a grauioribus cruciatibus liberemur orõnẽ reijcere priusq̃ liqueat an huiusmodi vim habeat, ut

vt utilitatem afferat audientibus. Verum ut amica, salubris, & in tempore adhibita oratio, remediũ est efficax ac præsentaneũ, ita sermo inimicus, aut pestilens, aut non in tempore dictus, letale venenum est.

Si quid mali, in Pyrrham.

Εἰ τὶ κακὸν, εἰς πύῤῥαν, i. Si quid mali, in Pyrrham, subaudiendum recidat, aut habeat, aut eiusmodi quippiam. Ad hunc modum malum, si quod timeretur, deprecabantur abominantes, & in hostium caput imprecantes. Vnde & illa figura Græcis pariter ac Latinis scriptoribus familiaris, hostibus nostris hoc eueniat. Ouidius:

Hostibus eueniãt conuiuia talia nostris.

Idem tertio De arte amandi:

Hostibus eueniat tam fœli caussa pudoris.

Idem libro tertio Fastorum:

Eueniat nostris hostibus ille color,

Idem libro secundo Elegiarum:

Hostibus eueniat uacuo dormire cubili.
Hostibus eueniat uita seuera meis.

Idem libro tertio Elegiarum:

Eueniat nostris hostibus ille pudor.

Rursum Virgilius libro tertio, Georg.

Dij meliora pijs, erroremq; hostibus illum.

Idem in quarto, Aen. de Mezentio:

-Dij capiti illius generiq; reserunt.

Propertius:

-Hostibus eueniat lenta puella meis:

Et Horatius in Odis:

Hostium vxores, puerique cæcos
Sentiant motus orientis austri.

Et Terentius in Heautontimorumeno, in sene seipsum excruciante. Au. obsecro te, isthuc inimicis fiet. Idem in Eunucho: Vtinã sic sint qui mihi male uolunt. Originem prouerbii tradunt huiusmodi. Quondam Pyrrhæos, quotquot erant finitimi, graui odio persequebantur. Vnde si quod malum aliquando videretur impẽdere, id abominantes, præcabãtur, vt in Pyrrhęos auerteretur dicẽtes: εἰς τὴν πυῤῥαίων, i. In Pyrrhæorum regionẽ. Est aũt Pyrrha, Lesbi insulę ciuitas auctore Stephano. Est & altera inter Pienẽ & Miletũ. Nescimus an librariis sit imputandum, quod Plutarchus in Conuiuio sapientum pro Pyrrham refert: Prienen. Verba Plutarchi sic habent. ἡ δ' Θάλης γελάσας, εἴ τι κακὸν εἶπεν αὖθις εἰς Πριήνην, διάλυσει γὰρ ὁ Βίας, ὡς διέλυσεν αὐτὸς τὸ πρῶτον, i. Ac Thales rideas, siquid, inquit, mali rursus Prienen. Soluet enim Bias, quemadmodum soluit prius. Nobis uidetur loci nomen data opera mutatum, quod Bias esset Prienæus, ita ioco Pyrrha mutata est in Prienen.

In tuum ipsius malum lunam deduces.

Εἰς σαυτὸν τὴν σελήνην καθελεῖς. i. Aduersus teipsum lunam detrahis. Maleficæ mulieres incantamentis quibusdam lunã in terram detrahere credebantur antiquitus. Vnde Virgilius.

Carmina vel cęlo possunt deducere lunã.

Et Horatius in Odis:

Per atque libros carminum ualentium
Refixa cælo deuocare sydera.

Et rursum in Sermonibus:

-Lunamq; rubentem
Ne foret his testis, post magna latere sepulchra.

Item Iuuenalis.

Vna laboranti poterit succurrere lunæ.

Creditum est olim, huiusmodi sagas oculis ac pedibus priuari solere. Aglaonice quæpiam, cum per Astrologiæ cognitionem defectus præsciret, iactabat se lunã è cœlo detracturam in terram. Atque eius iactantiæ pœnas dedit, de quo dicetur in prouerbio. Lunam detrahere, Prouerbiũ igitur hinc sumptum, dicebatur de iis, qui suis ipsorum artibus sibi malum accerserent. Quod genus, si quis callidis rationibus effecisset, ut accerseretur aliquis, deinde eueniret ut abeo, quem accersendum curasset, subuerteretur.

Coruus aquat.

Κόραξ ὑδρεύει. i. Coruus aquat. Dici solitum, vbi quis non citra negotium, citraq. ingenium consequeretur ea quæ cuperet. Aut ubi quis rem nouis ætatibus tentaret efficeret. Ductum ab apologo de coruo cum sitiret, congestis lapillis aquã ex imo fundo in summam uasis oram euocante. Quod Plinius ut rem gestam memorat libro decimo cap. 44. sed probabilius uidetur, ut adagium referatur ad eam fabulã, quam Fastorum libro secundo narrat Ouidius ad hunc modum.

Forte Ioui Phębus festũ solenne parabat,
Non faciet longas fabula nostra moras.
I, mea dixit auis, ne quid pia sacra moretur.

Et

Et tenuem uiuis fontibus affert aquam,
Coruus inauratũ pedib. cratera recuruis
Tollit, & aereum peruolat altus iter.
Stabat adhuc ficus duris dęfissima pomis,
Tentat eam rostro, non erat apta legi,
Immemor Imperij sedisse sub arbore fertur,
Dum fierent tarda dulcia poma mora.
Iamq; satur, nigris longum capit vnguibus hydrum:
Ad dominũq; redit, fictaq. verba refert.
Hic mihi caussa moræ. viuarum obsessor aquarum,
Hic tenuit fonteis, officiumq. meum.
Addis ait culpæ mendacia Phœbus, & audes
Fatidicum uerbis fallere uelle deum?
At tibi dũ lactẽs herebit in arbore ficus,
De nullo gelidæ fonte bibantur aquæ.

Meminit huius & Hyginius, & Aelianus De naturis animantium libro primo. Proinde prouerbium magis uidetur conuenire in cessatorem.

Conuenerat Attabas & Numenius.

Συμῆλθον ἀτταβάς τε καὶ νουμήνιος, i. Coniunctus est suo Attabas Numenio.

Quidam legunt Attagas. Dici solitum quoties improbus aggregatur cum improbo. Diogenianus tradit hos insigne par furum fuisse. Meminit huius Diogenes Laertius in uita Timonis Nicei. Nam hoc prouerbio notabat eos, qui putabant intellectu attestante sensibus esse credendum, cum ipse necrationi nec sensibus assentiẽdum putaret. Simillimum illi, quod alibi dictum est: Cum Bitho Bacchius.

Mali commatis.

Πονηρὸν κόμματος, i. mali commatis, dicebatur improbus, contemptus & reijculus quispiam. Sumpta metaphora reprobatis nomismatis. Aristoph. in Pluto:

Ἔοικεν ἦ τὸ πονηρὸν κόμματος, idest,
Videtur esse non probati commatis.

In sycophantam dictum, iam ad paupertatem famemq; redactum, posteaquã Plutus oculos receperat. Interpres ostendit, comma genus esse utilissimi nomismatis. Sonat autem perinde quasi dicas, malę monetæ. Rursum in eadem fabula:

-Γνώσεται
Ὅτ' ἐς' ἐκείνου τὸ πονηρὸν κόμματος. i.
-Nouerit
Illius esse hunc improbati commatis.

Apud eũdem in Ranis, τῷ κακίστῳ κόμματι. Idem in Concionatricibus:

Καὶ κακὸν γέμοι τὸ κόμμ' ἐγένετ' ἐκεῖνο, i. At illud hercule cõma mihi fuit malũ.

Reddit caussam, quod cum abisset in forum empturus farinas, iamq; peram suppositisset, præco clamauit, ne quis reciperet æreos nummos, sed argento uenderentur omnia. Ad hanc formam pertinent etiam illæ, ceu prouerbiales metaphoræ, κίβδηλος ἄνθρωπος, & κιβδηλεύειν, pro eo q̃ est, imposturam facere, & κιβδηλία, pro impostura, quæ uoces reperiuntur cũ alias frequentius, tum Platonis libro De legib. 11. si quis forte certũ desiderabit testimoniũ. Proinde qui moribus sunt improbatis eos κιβδήλους vocant, quasi dicas adulterinæ monetæ. Appositius autem ad oris figurã, morum & indolis indicem referetur. Siquidem quemadmodum nũmus inspecta imagine dignoscitur illico, probatus ne sit an adulterinus, itidem ex ipsa statim hominis forma deprehenditur ingenium, vel Euripide teste, cuius hæc sunt in Ione:

Γνοίη δ' ἂν ὡς τὰ πολλὰ γ' ἀνθρώπων περὶ,
Τὸ χρῆμ' τις εἰ πέφυκεν εὐγενής. idest,
Plerunque species ipsa, simul aspexeris
Hoiem arguit, generosus is sit, an secus.

Beneuolus trucidator:

Εὔνους σφάκτης, i. Bũuolus occisor. Cõuenit in hos, qui cum summam afferant perniciem, tamen beneuolentiæ speciẽ admiscent. Tractum aiunt ab Oreste, q̃ trucidata matre Clytemnestra, parentale conuiuium uelut in illius honorem exhibuit. Quidam & ad Antigonũ Regem referũt, qui posteaquam Semelen è medio sustulisset, ossa tamen illius summo cum honore curauit ad matrem deportanda. Sunt quibus magis placet, ut adagiũ ad Ptolemæũ Philopatoris filium referatur, is matrem Berenicem in Palatio ipsius uinculis constrictã, Sosibio tradidit adseruandã, vbi illa non ferens eam filij contumeliam, sumpto veneno interijt. At ille perturbatus insõmnijs, monumentum in medio urbis extruxit, quod nunc sepulcrum appellat. In hoc una cum matre maiores oẽs suos composuit, & inter hos Alexandrum Magnum. Nec hoc contentus officio vir pius, templum eidem cõstituit iu Aegialis, cui nomẽ inditum, Berenices seruatricis. Hæc

ferme

ferme Zenodotus. Confine est illud, quod alibi recensuimus. Intempestiua beneuolentia nihil a simulata differt. Ita Flaccus:

Nil moror officium, quod me grauat.
Nec parum scire dixit Ennius apud Ciceronem lib. Offic. 2.
Benefacta male locata, malefacta arbitror.

Corytheo deformior.

Κορυθέως εἰδεχθέστερος, i. Corytheo deformior. Aiunt Corytheum quempiam fuisse hominem insignite stultũ, ac vecordẽ, ad hoc forma infelicissima fędissimaq; cui liberi item fuerint omnes patrem referentes: vnde vulgatis dictus est iocus in hominem bardum, ac perinde deformem. Refertur adagium a Zenodoto.

Contra torrentem niti.

CONTRA torrentem niti dicuntur, qui frustra certant cum ijs, quos uincere non queant. Sumptum a natantibus, qui solent secundo natare flumine, maxime si torrens fuerit. Quod si contra nitantur, nihil promouerint. Vsurpat hoc adagium Aurelius Augustinus in epistola quadã ad diuum Hieronymum. Et laudatur a Iuuenale Cripsi prudentia, qui Domitiani violentiæ concesserit, & ingenio alioqui insanabili obsecundarit.

Ille igitũ nunquam direxit brachia cõtra
Torrentem.

Item Ouidius:

Stultus ab obliquo qui cum discedere possit,
Pugnat an aduersas ire natator aquas.

Gregorius theologus ad Eudoxiũ rhetorẽ: Τὸ δὲ μὴ βιάζεσθαι ῥῦν ποταμῷ καὶ ἡ παροιμία παιδεύει, idest non esse cogendum fluminis impetum, docet etiam prouerbium.

Vsque ad aras amicus.

Μέχρι τῆς βωμῆς φίλος εἰμί. i. Vsque ad aram sum amicus. Tametsi non est huius instituti quælibet apophthegmata colligere, tamen hoc ita commode dictum, & specie vsque adeo prouerbiali, præterea sic a magnis celebratum auctoribus, ut merito uideatur in hunc ordinem cooptandũ. Responsum est autem a Pericle, quem cum amicus quispiam rogaret, ut in caussa quadam sua gratia falsũ deieraret: δεῖ μὲ ἔφη συμπαράπτειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι βωμῶν, i. Oportet me commodare amicis, sed usque ad aras, ita refert Gellius. Commodius refert Plutarchus in libello: περὶ δυσωπίας, μέχρι τῆς βωμῆς φίλος εἰμί, i. Vsq. ad aram sum amicus. Admonet prouerbium, nõnumquam, quo consulamus amicorum commodis, eorumq. uoluntati morem geramus, fas uideri paullulũ a recto deflectere, verum eatenus, ne propter hominem amicum numinis reuerentiam violemus. Olim iurantes aram manu contingebant. Porro quatenus & quousque sit ab honesto deflectendum amici caussa, copiose, doctéq. disputat Aulus Gellius lib. noctium Atticarum 1. cap. 3.

Codali Chœnix.

Κοδάλης χοίνιξ, i. Codali chœnix, siue demensum. De magnis mensuris dicebatur, auctore Suida. Neq; præterea qdquam super hac re mihi repertũ est adhuc apud auctores. Coniectare licet, ortum a seruo quopiam edaci, cui chęnix fuerit altius capax, & hac arte fraudarit herum. In collectaneis quæ titulo Hesychij circumferuntur, repetimus Codalum, piscem, aut eundem, aut certe ad finem Cestreo, quem Gaza uertit Mugilem. Sed idem meminit alibi huius prouerbij κοδάλης χοίνιξ, subindicans fuisse quempiam ædilem qui maioribus mensuris solitus sit uti.

Concha dignus.

Κόγχης ἄξιος, i. Concha dignus. Rem nullius precij concham dicunt Græci, quẽ admodum Latini nauci, aut floccum. Vnde quod contemptissimum, nulliusq. rei significabant, id κόγχης ἄξιον dicebant.

Conto nauiga.

Κοντῷ πλεῖν. idest, Conto nauigare, dicebantur, qui sic rebus vterenẽ, quemadmodum uti cõueniebat, aut qui uitę genẽ suo accommodatum ingenio sequerentur. Neque enim contentus ad ullum alium vsum accommodatus, quam ad nauigationem. Itidem non ad quamuis uitam quiuis idoneus est. Vtaris licebit, si quem admonere voles, ut quaque re utatur ad id in quod inuẽta sit, vt quorsum seruas nũmos tuos, non in hoc natos ut spectentur, sed quo vitæ subsidio sint: conto nauigandum est. Refertur a Suida.

Cydi pœnam debet.

Κύδε δίκλω ὀφείλει, i. Cydi pœnam debet. κῦδος prima producta, gloriam significat, eadem correpta, φ λοιδορίαν καὶ κακολογίαν, i. Maledictum & conuitium. Vnde & uerbum deduxere κυδάζειν, pro eo quod est conuitari. Proinde cum quis ob rem friuolam ueluti uerbum aliquod temere dictum deferretur uexareturq. eum prouerbio dicebant, κύδε δίκλω ἐκτετικέναι, καὶ κύδε δίκλω ὀφείλειν, hoc est, conuitij pęnam dependisse, & maledicti pęnã debere. Nã antiquitus mulcta dicebatur ijs, qui petulantius in quempiam aliquid dixissent.

Cnips in loco.

Ορνίφ ἐν χώρᾳ, i. Cnips in regione. Dictum in eos, qui subinde sedem mutarent. & aliũde alio demigrarent. Cui uitio sese obnoxium fuisse confitetur Horatius. Est autẽ σκνίφ, siue κνίφ, nam utrunq. reperimus, uermiculus innascens materijs. Is eroso ligno, semper locũ mutare nititur: Quidam efferunt prouerbium hoc modo, κνίφ ἐκ χώρας, i. Cnips è regione, ut sub audias demigrat. Plin. lib. 16. c. 41. inter pestes materiarum teredinem cõmemorat, uermem grauissimo ad portionem capite, sic appellatum quod dentibus erodat, sed proprie uocari teredinem, quæ in mari materiam infestet. Addit huius generis Cerasten uocari, qui simul atq; tãtum eroserit, ut circumagat sese, generat alium. Hæc an huic prouerbio congruant dubitamus, nã Græci tradunt κνίπα esse animalculum volucre & ξυλοφάγον, nõ dissimile culici. Id si uerũ est, non uidemus qui cõsistat, quod ab Aristotele pditũ est, auem ξυλοκόπλω, quem Latini, ni fallimur, picum Martium appellant, ob id rostro fodere arbores, ut κνίπας, in ligno latentes euocet. Suidas ait à κνιπὸς, qui est genitiuus casus huius noiatiui κνίφ, fingit nominatiũ κνιπὸς, eamq; vocem significare, parcum, tenuiquè uictu viuentem, nimirum ad Cnipis exemplum, qui lignorum arrosu pascitur, cibo non admodum lauto. Proinde consentaneum uidetur, adagium dici posse in sordidos, duro, parcoq. uictu utentes.

Cyclobori vox.

Κυκλοβόρε φωνή, i. Cyclobori uox, Declamosis & uehementer obstreperis dicebatur, aut quibus uox esset uitiosa rancaque, Cycloborus fluuius quidam Atticæ, non perpetuus, sed torrens, ingenti strepitu defluens, unde ductum prouerbium. Aristophanes in Equitibus:

Αρπαξ, κεκράκτης, κυκλοβόρε φωνὴν ἔχων. idest,
Clamosus, auidus, uoce Cyclobori obstrepens.

Thasium infundis.

Θάσιον ἐν ἔχεις, idest, Thasiũ miscuisti: Dici solitum uidetur, ubi quis uinum non aqua, sed alio quopiam efficaciore uino diluueret. Nam Thasia uina laudatissima, quondam fuisse, testatur & Apuleius apologia prima, Olitori inquiens, & cauponi merito concessum est, olus & uinum ex nobilitate soli commendare, uinum Thasium, olus Phliasium. Et Pli. cap. 7. naturalis historiæ. lib. 14. inter transmarina uina Thasium Cumque in summa gloria fuisse scribit. Est autem Thasus insula iuxta Thraciam: unde prouerbium, Thasus bonorum. In ea insula narrant fuisse Staphylum, quem deperierit Bacchus. Sumptum est ex Aristophanis Pluto, quo loco uersus hic est:

Εἰ θάσιον ἐνέχεις, εἰκότως γε νὴ Δία. i.
Merito profecto, si Thasion infuderas.

Anus quædam quæritur adolescentem amatorem pridem ita sibi solitum adulari, ut diceret illam suauissime olere. Ad id per iocum respondens Chremylus, negat esse mirum, si ita uisum fuit adolescenti, cum illi uinum Thasium odoratissimũ proponere sit solita. Interpres addit ἐνέχεις dictum pro ἐκίρνας, idest, infundebas, pro miscebas.

Κλειτοριάζειν.

Κλειτοριάζειν vulgato conuitio dicebãtur ij, qui puerorum amoribus oblectarentur, aut, ut ait Diogenianus, mulieres immodicè libidinosæ. Vnde natum sit puerbium, non satis liquet, nisi quod Hesychiꝰ docet κλειτορὶς Græcis sonare naturę muliebris uicinam partem, unde receptum vt κλειτοριάζειν appellarent libidinosam cõtrectationem, attestante & Suida.

Claudiana tonitrua.

FESTVS Põpeius innuere videtur, Claudiana tonitrua in vulgi sermonem abijsse, scribens

scribens ideo uocata Claudiana tonitrua, quod Claudius Pulcher instituerit, ut ludis post scenam factis, lapidum coniectus ita fieret, ut ueri tonitrus similitudinem imitaretur. Nam antea leues admodum & paruos sonitus fieri solitos, cum claui, & lapides in labrum æneum conijcerentur. Quadrabit adagium, si modo uidebitur in adagionem gregem recipiendum, in homines immodice clamosos, & odiose obstreperos. Simillimum illi, quod alibi retulimus, δωδωναῖον χαλκεῖον, idest, Dodonæum æs.

Claudi more tenere pilam.

M. TVLLIVS aduersus Pisonem scribit in hunc modum: Græcus primũ distinguere illa atque diuidere, quemadmodum dicerentur, iste claudus, quomodo aiunt, pilam retinere, quod acceperat testificari. Hactenus Cicero. Prouerbium cõgruit in eos, qui quidquid à pręceptoribus acceperint, siue id doctum sit, siue indoctum nullo delectu, nulloq; iudicio tenere solent, ac sequi. Sumpta metaphora à claudo diffidente suis pedibus, & ob id pertinaciter columnis innitente. Nisi si cui magis referendum uidetur ad lusum pilæ quam claudus ita demùm accipit, si cõmode illi mittas. Alioqui pedibus tardus non potest vtcumque missam accipere. Seneca lib. De beneficijs 7. Quid si me remittere pilam manco iubeas? hoc est, dare beneficium illi, qui non sit idoneus ad accipiendũ. Plautus in Aulularia. Tum autẽ interdiu, quasi claudus sutor domi sedet totos dies. Generatim conueniet in omnes, qui de alieno pendenti iudicio, alienæq; innituntur auctoritati, quemadmodum isti, quibus satis est dixisse: αὐτὸς ἔφη, idest, ipse ait.

Loripedem rectus derideat.

ET sane quàm elegans est, & plurimũ habet figurę prouerbialis illud apud Iuuenalem.

Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.

Quo conueniet uti, quoties aliquis id alijs opprobrat mali, cui sit ipse obnoxius, aut aliena castigat uitia, à quibus ipse non sit immunis, perinde quasi claudus claudo claudicationis uitium per contumeliã obijciat. Oportet eum quam maxime uacare culpa, qui in alium paratus est dicere, & stultissimum est, in alium iacere, quod in ipsum possit retorqueri.

Quis enim tulerit Gracchos de seditione querentes?
Si fur displiceat Verri, si homicida Miloni?

Celebratur illud Leonis Bizantij, cui cum maledicus quispiam approbasset uitium oculorum, ipse gibbo deformatus, Humanum, inquit, conuitium in me iecisti, cum ipse Nemesim in dorso portes.

Clisthenen video.

Κλεισθένλω ὁρῷ, i. Clisthenen uideo. Clisthenes hic male audijt, & comicorum conuitijs laceratus est, quod parum vir haberetur, seseq; cultu indecoro velut in mulierem transfiguraret, Sardanapalum illum Assyrium imitatus. Aristophanes, ἐν θεσμοριαζούσαις,

Ὁρᾶς σεαυτόν, ἢ μάδι, ἀλλὰ κλεισθένλω. i.
Teipsum uides? non per Iouem, sed Clisthenem.

Suidas refert, & ait conuenire in eos, q̃ le ui, derasaq. sunt cute. Nam hic mos Clistheni, barba derasa semper esse, quo iuuenis etiamdum videretur. Effertur & ad hũc modũ, κλεισθένης ἀκρατέστερος, idest, Clisthene intemperantior, de cinædo & delicijs effeminato, contrarium illi, ζηνῶνος ἐγκρατέστερος, i. Zenone temperantior.

Coturnissare.

Κιχλίζειν, prouerbio dicebantur, q̃ pinguibus coturnicibus, aut turdis vescerent, aut qui riderent lasciue parumq. decore. Proinde & κιχλισμον, risum mollem & impudicum appellant. Quadrabit igitur, vel in liguritores & cupedijs addictos, uel in lasciuius ludentes. Sturni nihil non imitãtur, & turdus à Plinio recensetur inter aues, quæ sermonem humanum imitantur. Nã auctores uocem hanc uarie transferunt.

Cilicium exitium.

Κιλίκιος ὄλεθρος, i. Ciliciũ exitiũ. De crudeli & immani dicebatur. Cilices enim ob piraticam q̃ exercebant, & assiduas hostiũ depredationes, infames erãt immanitatis & crudelitatis noĩe. Quapropter & Attici vidictas acerbiores, κιλικίας appellabãt. Meminit præter alios Hesychius. Similis formę est, qd̃ apud Iurconsultos legimus Isauricum pro crudeli immaniq. latrone.

Cilicij

Cilicij Imperatores.

Κιλίκιοι στρατηγοί, i. Cilicij duces. Dicebantur homines hirsuti, & pilis obsiti. Vnde & saga pilis contexta Cilicia uocantur. Auctor Diogenianus. Simpliciter autem κιλίκιοι dicebantur, robusti, sordidi & magni, unde & κιλικίζειν dicuntur, qui prauis sunt moribus, & κιλίκιοι λόγοι barbarica suffragia, quod illi sortibus in galeam missis soleant decernere. Memorant κιλικιάρχαι, qui cum essent serui, heris eiectis occuparunt regionem. κίλικων ἀγάθα alias recensuimus.

Ciuitates ludimus.

Πόλλεις παίζομεν, i. Ciuitates ludimus. Lusus genus quoddam est, in quo calculis ludebatur olim, quos antiquitus πόλεις, i. vibes uocabãt. Neoterici χώρας, hoc est, regiones appellare cęperunt. Vsurpauit adagiũ Cratinus in Fugitiuis. Hic nimirũ locus est, ni fallimur, quem Iulius Pollux citat libro de rerũ uocabulis 9. πανδιονίδα πόλιν βασιλέος τῆς περὶ κόλακος, οἷ δ' ἦν λέγομεν, καὶ κωμῳδὴ πόλιν, ἣν παίζουσιν. i. Pandionidã ciuitatẽ regis, supra modum adulatricis. Nosti quã dicimus, & canem, & ciuitatẽ quã ludunt. Genus aũt lusus describit his uerbis: ἡ δὲ δία πολλῶν ψήφων παιδιά, πλίνθιον ἐστι, χώρας ἐν γραμμαῖς ἔχον διακειμένας. καὶ τὸ μὲν πλίνθιον καλεῖται πόλις, τὰς δὲ ψήφους ἑκάστη κύνας. διηρημένων δὲ εἰς δύο τὰς ψήφων καὶ τὰς χρόας, ἡ τέχνη τῆς παιδιᾶς ἐστι περίληψις τῶν δύο ψήφων ὁμοχρόων, τῶν ἑτερόχροων ἀναιρεῖν, i. Qui uero complurium calculorũ dẽ lusus, lateruculus est regiones in se cõtinens, in lineis sitas. Et lateruculus qũidẽ ipse ciuitas appellat. Cæterum unusquisq; calculus canis. Porro cum calculi sint duobus distincti coloribus, lusus hæc ars est, vt cõprehẽsis duobus calculis uni coloribus, eũ qui diuersi coloris est, tollas è medio. Allusit ad hoc prouerbiũ Plato lib. De Republica quarto: ἑκάστη γὰρ αὐτῶν πόλεις εἰσὶ παμπολλαί, ἀλλ' ἡ πόλις, τὸ τῶν παιζόντων, i. Nã illarum unaquæq; plurimæ sunt ciuitates, non ciuitas quemadmodũ dicere solent ludentes. Refert Zenodotus, quamquã idem adagij sensum nõ indicat. Quare cuiq. quod uero proximũ uideatur, coniectãdum relinquitur quadraturum videtur, quoties suum quisq; cõmodum quacunq; sectatur uia, & ęmulo, competitoriq. modis omnibus tendit insidias. Ab hoc lusu manasse uidetur, qui nunc vulgo scacarius dicitur.

Cissamis Cous.

Κισσαμὶς κῶος, i. Cissamis Cous, Hunc aiunt pecuarijs gregibus supra modum diuitem. Verum anguillã quot annis apparere solitam, quæ pulcherrimam omnium pecudem raperet. Et cum insomnis apparens hominem commonuisset, ut sepeliret sese, & ille negligeret, euenit ut tum ipse tũ vniuersum illius genus radicitus interiret. Hæc ferme Zenodotus. Et hoc quoq; prouerbium, Delium aliquẽ natatorẽ requirit. Apparet ad fine, quod alibi dictum est: Aderit Temesseus genius.

Carcini poemata.

Καρκίνε ποιήματα, i. Carcini poemata. Dicebantur ea quæ uiderentur obscurius & instar ęnigmatis dicta. Carcinus poeta quispiam fuit, cuius & alias meminimus in hoc opere, in quem iocatur Aristophanes in comœdia, cui titulus: εἰρώνη.

Εὐδειμονέστερος φανεὶς τῶν καρκίνε στροβίλων .idest,

Qui uisus est fęlicior uel Carcini strobilis.

Is finxit Orestem ab Ilio coactũ, ut matricidiũ confiteretur, per ęnigmata respondentem, auctore Suida qui testatur prouerbium a Menandro vsurpatum in falso Hercule. Stratonicus apud Athenæum lib. 8. cum audisset quendã imperite canentem, rogauit cuius esset cantio: cum is respõdisset Carcini, πολύγε μᾶλλον ἔφη ἢ ἀνθρώπου, i. Multo sane magis, inquit, quam hominis. Nam καρκινὸν Græcis & cancrum animal significat. Itaq; iocus ex ambiguo captatus est.

Carica uictima.

Καρικὸν θῦμα, i. Caricũ sacrum. De macilenta hostia, minimeq. esculenta dicebatur. Hinc ductum, quod Caribus populis mos fuerit, canem immolare. Non inconcinne torquebitur ad cibum appositũ, insipidũ, & quem nemo uelit attingere. Solẽt sordidi quidam, data opera, cibos putres, & ingratos palato, suis apponere, partim qd̃ minoris emantur, partim quo minus absumatur epularum in conuiuio. Hos elegantẽr quis dixerit: τὸ καρικὸν θῦμα παρατίθεσθαι, i. Caricum sacrum apponere.

Callicyrijs plures.

Καλλικυρίων πλείους, i. Plures Callicyrijs. De maxima quidem illa, sed sordida hominum turba dicebatur. Callicyrij dicebantur exulum serui, qui Syracusis agricolationem exercebant, auctore Timæo. Quoniam autem ingens erat id genus hominum multitudo, prouerbio receptũ est, ut si quos admodũ numerosos significare uellét, καλλικυρίους appellarẽt. Aristoteles in Republica Syraculanorum, ostẽdit eam seruorum turbã ex omnigenis populis in unum confluxisse, Erant autem eodem loco Callicyrij apud Lacedęmonios captiui, apud Thessalos penestę, qui uocãtur apud Cretenses Elarotæ, apud Ægyptios Hebręi. Solitum est adagium hoc potissimum vsurpari, si quando significabant metuendam multitudinem, quæ numero freta, nonnunquam opprimit dominos. Nam & hi serui plures erãt dominis, quamobrem etiam expulerunt illos. Hæc ferme referuntur a Suida.

Cera tractabilior.

Κηρῷ ἁπλατέστερος, i. Cera tractabilior. De uehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili, tractabiliq; & in quemuis habitum sequaci. Horatius:

Cereus in uitiũ flecti, monitoribus asper.

Persius quinta Satyra.

Artificemq; tuo ducit sub pollice vultũ.

Rursum Horatius:

Argilla quiduis imitabitur uda.

Est autem hoc ceræ peculiare, ut manibus contrectata mollescat. Et hinc uariæ rerum formę solent effingi. Erat & picturę genus è ceris coloratis quemadmodum è tessellis lapidum ac lignorum. Quamquã rudis ætas similior est argillæ quam ceræ: primo quidem fingi potest dum tenera est, uerum ubi duruit ingenium, non facile refingitur in aliam speciem, sed quemadmodũ dixit Plato lib. de Repub. 4. κινδυνεύει γοῦν ἐκ τῆς παιδείας ὅποι ἂν τις ὁρμήσῃ, τοιαῦτα καὶ τὰ ἐπιρρήματα ἔχει), i. Periculũ est, ne ad quæcumq; se quis appulerit a pueritia, talia sint & quæ sequuntur.

Occisionis ala.

Φόνου πτερόν, i. Interfectionis ala, de subito interitu dici solitum. Sumpta metaphora ab alatis iaculis, quæ repente mortem afferunt. Quamquam magis probat Zenodotus, ut accipiamus φόνου πτερὸν dictum περιφραστικῶς, i. per circuitionem, pro morte, quasi sit & ipsa alata.

Celmis in ferro.

Κέλμις ἐν σιδήρῳ, i. Celmis in ferro. Dici consueuit de ijs, qui præter modum suis fiderent uiribus, tanquam inexpugnabiles inuictiq; cæteris. Celmis, ut scribit Zenodotus, unus fuit ex Idęis Dactylis, qui cum matrem deorum Rheam uiolasset stupro, deinde a reliquis fratribus reiectus est. Ab hoc ferrum solidissimum cudi solebat. Ait huius historię mentionẽ factam apud Sophoclem in Satyris. Enarrator Apollonij de Dactylis Idæis inter quos & Celmis, refert hos uersus auctore Phronide:

Ἐνθα γόητες
Ἰδαῖοι φρύγες ἄνδρες ὀρέστεροι, οἱ κὶ ἔναιον
Κελμὶς, δαμναμένου τε μέγας καὶ ὑπέρβιος ἄκμων
Εὐπάλαμοι θεράποντες, ὁ εἷης ἀδρηστείης.
Οἱ πρῶτοι τέχνιν πολυμήτιος ἡφαίστοιο
Εὗρον ἐν ἠρείῃσι νάπαις ἰόεντα σίδηρον,
Ἐς πῦρ τ' ἰωγκαν καὶ ἀρίπρεπες ἔργον ἐδειξαν.

idest,

Illic habitabant
Mõtiginę Phryges Idęi gẽs arte celebris
Celmis, Dũnameneusq. ingens, Æmonq. superbus
Montanæ docti cultores Adrasteæ.
A quibꝰ ars Vulcania primis esse reperta
Dicitur, & nigrum numeroso in monte repertum
In varios vsus monstrarunt cudere ferrũ,
Impositũq. igni miro splẽdescere cultu.

Cestum habent Veneris.

Τὰν κοπρίδος κεστὸν habere dicunt, qui nouis modis quemlibet in amorẽ sui pelliciunt. Sumptum est aũt ex Homericę Iliados Ξ. quo loco Iuno concubitura cũ suo Ioue, Venerem adit, atq. ab ea cingulũ gratiarũ & amorum conciliatorẽ commodato petit. Hunc poeta describit ad hunc modũ:

Η, καὶ ἐκ στήθεσφιν ἐλύσατο κέστον ἱμάντα
Ποικίλον. ἔνθα δὲ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο.
Ἐνθ' ἔνι μὲν φιλότης. ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαρισυς
Πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.
Τὸν ῥ' ἀ οἱ ἔμβαλε χερσὶν, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκτ' ὀνόμαζε.

Τῇ

Τῇ ναῦν πετὸν ἱμάντα τεῷ δ' ἐγκάτθεο κόλπῳ,
Ποικίλον ᾧ ἔνι πάντα, τετάχαται. ὃ δέ σε φημὶ
Ἄρρηκτον νήεεσθαι, ὅτι φρεσὶ σῇσι μύθοιν ἀᾶς

i. Sic ait, & soluit pectore texile Iorum
Picturatum, in quo lenimina cuncta ferebat.
Huic inerat desiderium, huic amor, huic muliebris
Blandiloquentia, quę quidem & egregie sapientem.
Furtiuis adiuta dolis fallitque capitque.
Quod manibus simul imposuit, sic ore locuta est:
Hanc cape nunc, sinuique tuo succingito zonam.
Contextã uarie per quã quæcũq. parabis
Polliceor, nil tu frustra, tẽtaueris vnquã.

Meminit huius & Theocritus in Adonidis epitaphio:

Σοὶ δ' ἅμα κεστὸς ὄλωλε. i.

Tecum vna & cestus périjt.

Est igitur cestus Veneris, cingulus efficax ad illectamẽta gratiarum & amorum, quo illa dicitur Martem sibi cõciliari. Meminit huius & Martialis:

Collo necte puer meros amores,
Cestum de Veneri sinu calentem.

Idem alibi:

Sume Citheriaco medicatum nectare cestoń,
Vsit amatorem balteus iste Iouem.

Rursum alibi:

A te Iuno petat cestoń & ipsa Venus.

Duplex erit huius vsus adagii, siue cum dicemus cuipiam cestũ esse Veneris, quod neminem non inflammat amore sui, siue cum dicemus iam opus esse Veneris cesto, aut ne illum quidem profuturũ ei, cui per ætatem vires ac formas defluxerit, quiq. iã ἄξωρος esse factus uideatur. Nam florẽs ætas suapte spõte suscitat amores, senectus aut muneribus aut pharmacis sibi cõciliet oportet, quamquam nec his rationibus efficere potest ut ametur.

Pontificalis cœna.

Olim cœna sumptuosas opiparasque, pontificales appellabant. Ad quod adludẽs Horatius in Odis:

Absumet hæres Cecuba dignior
Seruata centum clauibus, & mero
Tinguet pauimentum superbum
Pontificum potiore cęnis.

Quo quidem in loco interpres admonet, prælautas cęnas prouerbio pontificales appellari solitas. Macrobius lib. Saturnalium tertio vetustissimam quandam pontificis cęnam describit, summo apparatu, & omnigenis lauticiis affatim instructũ. Plautus in Menæchmis consimili figura Cereales cęnas dixit. Cerealeis inquiens, cęnas dat, ita mensam extruxit. Tantas patinarias struices concinnat. Stãdum est in lecto, si quid de summo petas. Legimus & adipales cœnas, & adiposas, & adiiciales. Terentius in Phormione, dubiam cęnam dixit, pro lauta, copiosaque.

Cœpas edere, aut olfacere.

Κρόμμυα ἐδίειν. idest, Cępas edere, dicebantur loco prouerbiali, qui lacrimari uiderentur. Natum a Biantis apophthegmate. Is enim Alyattæ regi sibi per nuncium missum denuncianti, ut quam primum ad se veniret. respondit ad hunc modũ: ἐγὼ ἀλυάττῃ κελεύω κρομμύα ἐδίειν. id est, Ego iubeo Alyattiam cœpas edere. hoc est, κλαίειν καὶ οἰμώζειν id est, Flere & eiulare. Quibus uerbis extremũ regis contemptũ indicabat. Ductũ est hinc prouerbiũ, q̃ cęparum odor, vt est acris, cõsueuerit lacrymas oculis excutere. Aristophanes, κρομμύων δ' ἀρξὰν ἔδη, innuens illũ uel citra cępas fleturum. Qm autem idem efficit sinapi, nihil vetat & hinc prouerbiũ ducere. Columella in carmine:

Seq. lacessenti fletum factura sinapis.
Mox & cœpæ meminit.
Atq. oleris pulli radix, lacrimosaq. cępa.

Simili figura neq. diuersa sentẽtia dicti sunt κρομμυῶν ὀσφραίνειν, id est, Cępas odorari qui fleret. Aristophanes in Ranis: Τὶ δῆτα κλαίεις, κρομμύων ὀσφαίνομαι. i. Qui quæso lacrymas? Cœpe odoror scilicet.

Hæc ferme Suidas. At Plinius li. 20. ca. 5. tradidit eas & delacrymationi, & caligini oculorũ mederi. Nec hoc pugnat cũ his quæ diximus, siquidem educendo purgãt. Xenophon in Symposio dixit κρομμύων ὄζειν. i. olere cępe, quod ĩ sordidos & illotos congruit. Huic adfine est, σκοροδίζειν, pro molestia adficere, siue ad lacrymas adigere: Aristophanes in Equitibus sub persona populi Athenienſis: φάσκων φιλεῖν μ' ἐσκοροδίσας. i. dũ ais te diligere me, illia-

sti me. Quamquam ea uox: ἐσκορόδισας, id est, alliasti, à Comico risus gratia conficta est.

Scarabeo nigrior.

Κανθάρου μελάντερος, i. Scarabeo nigrior. In fędos & uehementer atros, ac fuscos. Nam scarabeus animal insigni & fędo nigrore est, de quo inferius plura dicentur.

Calcidissare.

Χαλκιδίζειν καὶ χαλκιδίζειν, dicebantur, qui rapaciores, & plus satis ad rẽ attẽti uiderentur. Calcidẽses in insula Eubęa populi, comędię ueteris cõuitiis notati sunt, quod auariores essent. Hesychius indicat eam gentem male audisse ob fędos puerorum amores, & hinc natum prouerbii conuitium in simili morbo obnoxios.

Phicidissare.

Φικιδίζειν. i. Phicidissare, dicebãtur uulgo, puerorum obscęnis amoribus dediti. Quidam malunt ad eos referre, qui litera ρ immodicè & ad fastidium usq. cõsueuerint uti. Si quidẽ ea gens literam σ solita est in ρ commutare. Quo quidem uitio notantur & Eretrienses, attestante prouerbio, ἐρετριέων ρ. id est, Eretriensium rho. Hodie iocus est uulgi in Piccardos: cũ Lutecianæ fęminæ ob linguæ delicias, ρ uertant in σ. Masia sonantes pro Maria.

Cantharo astutior.

Καν θάρου σοφώτερος, i. Cantharo astutior, aut callidior. Zenodotus ait, Athenis cauponem fuisse quempiam, nomine Cantharum, quem ob maleficia & imposturas ac ꝓditiones, capitis affecerint supplicio, proinde vulgo receptum, vt in uersutos ac impostores diceretur. At uero propius uidetur, si referatur ad animãtis naturam, & ad apologum Æsopicum, quo narratur, quemadmodum scarabeus tãto aquila inferior uiribus, tamen ingenio superauit auium omnium reginam.

Canis tamquam Delum nauigans.

Κύων ὥσπερ εἰς δῆλον πλέων, i. Canis tamquam in Delum nauigans. In supinũ, otiosum, securum, ac uoluptariam agentem uitam dicebatur. Nam Athenis facilis, ac tuta in Delum nauigatio. Vnde fiebat, ut qui illuc soluerent, inter nauigandum securi, nihilq. periculi metuentes canerent. Mos autem erat Atheniensibus, ut quotannis nauim solemni adparatu religionis caussa, Delum mitterent, id quod indicat Plato in Critone. Vnde consentaneum est, qui hac uectabantur, hymnos quosdam in Apollinis laudem solitos decantare.

Caunius amor.

Καύνιος ἔρως, i. Caunius amor. De fędo amore dicebatur, aut ubi quis ea desideraret, quæ neq. fas esset concupiscere, neq. liceret assequi. Biblis Caunũ fratrẽ impotenter adamauit, a quo cum esset repulsa, sibimet necem conscriuit. Ouidius.

Biblis in exemplo est, ut ament concessa puellæ.

Adagium refertur a Diogeniano, prętea ab Eustathio in Dionysium.

Scarabei umbræ.

Κανθάρου σκιαί, i. Scarabei umbræ. Dictum est de inani metu, quod hoc insectũ sub noctem repente aduolãs horribili bõbo, nonnunquam terrere soleat parum attentum. Recensetur a Diogeniano.

Papyri fructus non postulat magnam spicam.

Βύβλος καρπὸς οὐκ αἰτεῖ μέγαν στάχυν. i. Byblus uirens haud postulat spicam grauem.

Etiamsi Græcus senarius uitiatus est in αἰτεῖ. Apud Aeschylũ in Supplicibus ita legitur:

Βύβλος καρπὸς οὐ κρατεῖ στάχυν μέγαν. i. Fructus papyri haud sustinet spicam grauem.

Dici solitum de ijs, qui suis ipsorum bonis frui nõ possent, propterea quod Byblus ob culmos inualidos, spicã granis onustã ferre non potest. Proinde prodit quidẽ spicas, sed inanes. Byblus autem iũci species, quam Latini papyrum appellant. Apparet in Græco carmine αἰτεῖ, deprauatũ pro κρατεῖ, quod indicat uel ipsa metri ratio.

Budoro more.

Βυδόρῳ νόμῳ. Aut vt alibi reperimus, Βυδόρων νόμῳ, i. Budororũ more, seu lege, Suidas ac Zenodotus interpretãtur de ijs, q̃ digni sint, vt bouis ritu excorient. Diogenianus exponit de admirãdis. Βύδωρον, au

ctore Stephano, promontorium est oppositum Salamini. Βύδεια Magnesiæ ciuitas, quã Homerus Βύδειον appellauit. Βυδινοὶ populi sunt Scythiæ, sic appellati, quod à bubus uehantur, utpote αἰμαξόβιοι. i. Plaustris ædium uice utẽtes: Vndę uiderur bifariam adlusum ad etymologiã φορὸς τὸ βοῦς δέρειν, καὶ τὸ βοῦς δοῦναι. i. Ad Boum excoriationem, & boum donationem. Strabo libro 10. commõstrat Euboię flumen Budorum. Idem indicat montem Salaminis prospectantem in Atticam. Rursus Plinius lib. 4. cap. 12. inter Gelonos & Agathyrsos refert Budinos. Ceterum quid hæc ad prouerbium faciant non uidemus. Hesychius indicat βύδορον esse μοχλὸν qd̃ boues excoriantur. Locus erit prouerbio, si quis dicat cũ improbo nõ argumẽtis, aut legibus, sed βυδόρῳ νόμῳ, agendum, quemadmodũ apud Terentium audit Sanio. Nam si molestus pergis esse, iam intro arripiere, atq. ibi usq. ad necem operiere loris.

Bœotica auris.

Βοιώτειον οὖς, i. Auris Bœotica. In pingui iudicio hominem quadrat. Bœotorum stoliditas compluribus prouerbijs locum fecit. Simillimum illi: Auris Bataua. Diogenianus meminit adagij. Sunt qui scribant, olim Anaxagoram recitantem apud Thebanos librum Thebaidos, cum uidisset attentum neminem, clauso codice dixisse: εὐνότως καλεῖσθε Βοιωτοί, βοῶν γὰρ ὦτα ἔχετε, i. Iure uocamini Bœoti, qui quidem aures habeatis boum, uidelicet adludens ad etymologiam nominis. βοῦς enim bos, & ὦτα aures, atque ex his Bœotorum nomen uidetur compositum. Quin Homerus Iliad. 5. Bœotorum gẽtem pinguem appellat:

Πὰρ δὲ οἱ ἄλλοι
Ναῖον Βοιωτοὶ μάλα πίονα δῆμον ἔχοντες.

i. Sed rura tenebant
Proxima Bœoti, quorum crassissima gens est.

Notauit & Horatius Bœotorum tarditatem in epistola ad Octauium Augustum.

Quod si
Iudicium subtile uidendis artibus illud
Ad libros, & ad hæc musarum dona uocares,
Bœotum in crasso iurares aere natum.

Quo loco demiramur, neminem interpretum quęsisse quid sibi uelit, quo Horatius pinguitudinẽ ingenij Bœotis tribuit, uelut ei genti peculiarem, cum apud Latinos auctores nullum sit huius rei testimonium. Cognatum huic est, quod alibi commemorauimus, Bœotica cantio, quæ rusticana parumq; modulata potest intelligi, ut crassis auribus crassa conueniat harmonia. Quamquam Eustathius in Iliad. C. de cantione nonnihil uariantem narrat historiam. Sunt, inquit, qui putent Bœotiam dictam à boue. Nam cum Europa Phœnicis filia à Ioue rapta esset à Sidone, Cadmus raptę frater à patre missus est ad inuestigandum sororem. Eam ubi nusquam inuenit, profectus est Delphos consulturus oraculum. Deus respondit, ne solicitus aut curiosus esset de Europa, sed sequeretur ducem bouem, ibiq; conderet ciuitatem, ubicunque bos defatigata procumberet. Hoc responso accepto per Phocensium regionem fecit iter. Dein cum incidisset in uaccam iuxta Pelagonis pascua hanc euntem secutus est. Ea cũ uniuersam Bœotiam peragrasset, fessa procubuit, quo loco nunc est Thebanorũ ciuitas. Cadmus cum eã iuuencam uellet immolare Palladi, misit aliquot è suis comitibus q̃ è fonte Aretiade haurirent aquã ad sacrificium. At draco eius fontis custos, quem Marti sacrum esse creditum est, nam & fons ipse à Marte nomen habet, excitus strepitu complures ex his qui missi fuerant confecit. Quod indigne ferens Cadmus draconem interfecit, & admonitu Palladis interfecti dentes seuit, unde extiterunt illi terrigenæ fratres. Eã ob rem indignatus Mars, cũ pararet Cadmũ interficere, uetitus est à Ioue, qui Cadmo in matrimoniũ dedit Harmoniam, Martis ac Veneris filiam, hac lege ut priusquam sponsam attingeret, seruiret apud illam seruitutem annuam. Tum ut nuptijs epithalamium canerent Musæ, ac deorum quisq. nuptiale munus daret Harmoniæ. Hęc Eustathius. Equidem arbitramur hanc fuisse primam originem adagij, utcunq; postea detortum est ad alios usus. Constat aũt Thebanos olim musices fuisse studiosissimos. Argumento est illud quod refertur de Alcibiade, q̃ mirantibus quod negligeret musices studium, lyrã hoc lẽma te damnabat, quod hominis uocem imitaretur plectrum, quod habitum formamq; liberalem mutaret in illiberalem. Tibiam gemino reiecit argumẽto, & qd̃ sic immutaret

taret os hominis, ut uix à familiarissimis agnoscerentur, & quod homini propriam adimeret uocem, loquendique facultatem eriperet. Mox adiecit, cantent igitur Thebani, qui loqui nesciunt.

Botrus oppositus botro maturescit.

Βότρυς πρὸς βότρυν πεπαίνεται, i. Botrus iuxta botrũ maturescit. Huius prouerbij uarius esse põt usus. Vel vbi pares in negotio quopiam uideri uolunt aliqui, & tãtundem adferre momenti, ut nullus alteri debeat concedere. Vel cum significabimus mutuis officijs opus esse, ut sit simillimum illi, qd alibi retulimus, χεὶρ χεῖρα νίπτει. Vel si quando dicemus, talem quemq; euadere, cum qualibus habet consuetudinem. Habet enim hoc assiduitas, ut uicinis uitia faciat communia. Quemadmodum testificatur senarius ille quem enarrator Pindari citat ex Aristarcho:

Χωλῷ παροικεῖς κἂν ἐνὶ, σκάζειν μάθῃς. i.
Claudo propinquus si uel uni uixeris,
Disces & ipse claudus ingredi breui.

Hoc quamquam alio loco nobis citatum est, nimirum in adagio, Si iuxta claudum, tamen quoniam scripturam offendimus nonnihil à priore diuersam, libuit per occasionem denuo referre. Translatum est adagium ab uuis, quæ mutuo oppositu maturitatem inter se uicissim & dant & accipiunt. Quo respicit illud Iuuenalis:

Vuaq. conspecta liuorem ducit ab vua.

Adagium recensetur à Suida.

Boues messis tempus expectantes.

Βῦς ἄμητον ἐπιτηρῦντες, i. Boues messẽ obseruantes. Dici solitum, ubi quis ingentium emolumẽtorũ spe laborem sumeret. Quidam sic efferunt, Βῦς εἰς ἄμητον, i. Bos in messem. Subaudiẽdum respicit, aut eiusmodi quippiam. Inde ductum, quod boues messis tempore, maiore laborant fructu, propterea quod inter trituram pascuntur interim, & pabulum largius apponitur. Contra cum arere aut hyeme proscindũt aruũ, hoc molestior est arandi labor, quod nullo præsente fructu leniatur.

Bos Homolottorum.

Βῦς ὁ μολεπῶν, i. Bos Homolottorũ, dicebatur in plurima distractus ac ueluti dissectus negotia. Poterit & ad rem referri, vt si quis argumentum nimis minutatim diuidat, ita ut conscindere & concerpere magis, quam diuidere uideatur. Zenodotus prodidit Homolottos populos, dissecto in minimas partes boue, fœdus iungere. Morem hunc Scyhis fuisse testatur Lucianus in Toxaride.

Bos apud aceruum.

Βῦς ἐπὶ σωρῷ, idest, Bos in aceruo. De splendide ampliterq. uiuentibus, quiq. in ubere rerum affluentia, prolixius faciunt sumptum. Aut quemadmodum ait Suidas de ijs, qui in media rerum copia constituti, non sinũtur præsentibus bonis frui. Translatum arbitramur à bubus trituram exercentibus, quibus quod os obligatum habeant, nam id faciunt quidam, non licet uesci tritico, quod exciunt, ut simile sit illi Tantalus inter undas sitiens. Simile quiddam refert Iulius Pollux lib. 7. de seruis in pistrino laborantibus, quibus machina rotunda circa ceruicem addebatur, ne manũ ori liceret admouere. Id factum ne deuorarent farinam. Machinam appellant παυσι. Καίπλιον καρδοπεῖον, quod arceret à deuorando. Quod bubus non faciebant Iudæi, hoc illi faciebant hominibus.

Aut oportet tragœdias agere omnes, aut insanire.

Ἢ χρὴ τραγῳδεῖν πάντας ἢ μελαγχολᾶν. i. Aut furere oportet, aut agere tragœdias.

Dici solitum de ijs, qui semper quasi stupent frigentque & nec gaudere possunt ex animo, nec dolere. Porro tragœdiæ uehementissimis constant affectibus, ita ut tragœdias agere, uideatur esse quiddam insaniæ simillimum. Proinde Lucianus in commentario, cui titulus: πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, narrat Abderitis ex Euripidis tragœdia recitante tragœdo Archelao publicitus febrim obortam, eam septimo post die transisse in insaniam, ita ut omnes ingenti uoce uersus quosdam ex Archelai Andromeda pronunciarẽt. Quãquam Plato poetis omnibus sacrum quendam tribuit furorem. Et Aristoteles in Problematis meminit de Marace quopiã Syracusano, qui tum meliora fecerit poemata, cum mente esset alienatus. Eodem spectat illud Horatianum:

Adde poemata nunc, hoc est, oleum adde camino.

Fini-

Finitimum uidetur illi, quod alio retulimus loco:

Ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν.

Quem senarium Athenęus citat ex Terpsione doctore Archistrati. Nos alio retulimus loco.

Aufer Mothonem a remo.

Ἀπαγε τὸν μώθωνα ἀπὸ κώπης, i. Aufer mothonem à remo. Admonet adagium non obstrependum, nec obturbandum importunius ijs, qui rebus alioqui serijs sunt occupati, ueluti, si quis reip. curis sollicito musicam afferat, aut de capite periclitãti, versus amatorios recitet. Mothon enim saltationis genus fœdæ, seruilis ac tumultuosæ, Lacedæmonij vernas, hoc ẽ, seruos domi natos, μώθωνας appellant: aut eos q. ingenuorum filios instituunt, quos Athenienses vocãt οἱ κόρτιβας. Vnde & in viles ac sordidos homines cõuitium esse cæpit. Alij putant Mothonem hominem fuisse quempiam saltatorem & ebriosum. Sunt qui credant Atticos Mothones uocatos, quod hos domitos ad seruilia ministeria compulissent. Ad hunc modum Græci grammatici de Mothone nugantur. Iulius Pollux libro quarto, tradit Mothonem genus esse saltationis molestum ac nauticũ. Atque hinc sane uidetur ortum prouerbium, vt accipiamus ἀπὸ κώπης, pro eo, quod est, a remo profectum.

Aurum Colophonium.

Χρυσὸς ὁ κολοφώνιος, idest: Aurũ Colophonium. Zenodotus ostendit dici solitum de auro probatissimo, quod apud Colophonios aurum, optimum soleat fieri, Citatq. auctores Aristophanem in Cocalo, & Herodotum, qui spectatissimum aurum, & purum, ut veteres dicebant, κολοφώνιον, dixerint. Venustius fiet, si longius deflectetur, ut uelut ad mores uehementer incorruptos, aut ingenium exquisitum & eximium.

Asini mortes.

Ὄνου θανάτους, id est: Asini mortes, subaudiendum narrat. Dicebatur in eos, qui narrarent absurda, ridiculaq. dictu, cuiusmodi fuerit, si quis longa narratione persequat asini pericula, quemadmodum Vlyssis descripsit Homerus. Apuleius in Metamorphosi sua, plane ὄνου θανάτους commemorat: Adagium refertur a Suida.

Asinus compluitur.

Ὄνος ὕεται, i. Asinus compluitur. Cephisodorus apud Suidam in Amazonibus:

Σκώπτειν μ' ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις ὄνος ὕομαι,

Rides, at asini more, ego verbis cõpluor.

Vnde dictum apparet in eos, qui maledictis nihil omnino commouerẽtur. Quemadmodum asinus ob cutis duriciem adeo pluuia nihil offenditur, vt vix etiam fustem sentiat.

Aspersisti aquam.

ASPERSISSE aquã dr q dicto quopiam reddiderit animũ, ac metum ademerit. Mutuo sumptũ ab ijs, qui in deliquio quã Græci λειποθυμίαν appellant, aspersa in faciem aqua ad sui sensum reuocantur. Plautus in Bacchidibus: Euax, aspersisti aquam. Idem in Truculento: Aspersisti aquam iam redijt animus. Quod Terentius simpliciter: Reddidisti animum.

Arcadiam me postulas.

Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, i. Arcadiam me postulas. Diogenianus prouerbij duplicẽ ostendit vsum. Conuenire enim vel in magna, uel in utilia petentem. Vnde sit natũ non indicat: qui huic scriptori fere mos. Ceterum Herodotus libro primo, satis docet natum ex oraculo:

Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς, οὐδέ τι δώσω. idest,

Arcadiam me oras, magnum petis, haud dabo quidquam.

Notat hoc prouerbium Cicero in epistola ad Atticum libro quarto: Quod mihi mandas de quodã regendo, ἀρκαδίαν, tamen nihil prætermittam.

Arcadas imitans.

Ἀρκάδας μιμούμενοι, i. Arcades imitantes. Zenodotus indicat dictũ in eos, q alijs non sibi laborant. Plato Pisandro scribit illum Arcadas imitari, quod comœdias a se cõscriptas alijs edẽdas traderet ob inopiam. Adagium hinc ductum, quod Arcades olim inter Græcos bellicosissimi, suis auspicijs, suoq; titulo nunquam hostem vllum superarunt, uerum alijs suppetias ferentes persæpe. Vnde illud illis fatale videbatur, alijs vincere, non sibi.

A quinque scopulis desilire in fluctus.

Ἀπὸ πέντε ἅλεσθαι πετρῶν ἐν κύμασι, i. A quinque desilire rupibus in vndam. Hoc usurpari solet ab ijs, qui iam impatientes præsentium malorum minantur semet in quoduis potius malum præcipitaturos, q̃ ut perpetiantur. Confine nimirum illi, quod alias retulimus. Suspendio deligendam arborem. Ad hoc alludit pastor ille Virgilianus:

Præceps aerij specula de montis in undas
Deferar. extremum hoc munus morientis habeto.

Aqua præterfluit.

Ὕδωρ παραῤῥέει, i. Perfluit aqua, siue præterfluit. Zenodotus & Suidas admonẽt uici solitum de eo, qui nihil negotij recusaret, & quilibet quod mandatum esset, effecturum sese polliceretur, quippe usq. adeo promptus ad quiduis suscipiendum, vt nec nauim perfluentem ingredi grauaretur, contempto aquæ influxe, cuius est adfluere, ac defluere.

Aquila non captat muscas.

Ἀετὸς οὐθηρεύει τὰς μυίας, i. Aquila non aucupatur muscas. Summi uiri negligunt minutula quæpiam. Animus excelsus, res humiles despicit. Aut egregie docti nonnumquam in minimis quibusdam labuntur. Et maximis occupati negotijs, ad pusilla quedam conuiuent. Effertur & circa negationem adagiũ, ἀετὸς μυίας θηρεύει, idest, Aquila venatur muscas, quoties magnis minima sunt curæ. Huic non absimile est, quod habet Gregorius theologus in Epistola ad Eudoxium rhetorem: μὴ ἀνάσχῃ ἄρις εὐεῖν ἐν τοῖς κολοῖς ἀετὸς, i. non sustineres tenere prima inter graculos aquila.

Incaprificatus es.

Ἀνερίνασος εἶ, i. Incaprificatus es. Suidas putat in mollem & infrugiferum cõuenire. Sunt qui referant ad eos, qui tueri non queant id, quod nacti sunt boni. Adagium usurpauit Hermippus in Militibus. Eius rationem huiusmodi reddunt Suidas & Zenodotus. Aiunt mariscis, qui caprifici fætus est, innasci uermiculũ, quem Græci ψῆνα vocant horum uim colligunt rusici, deq. fici ramis suspendunt, ne videlicet fætus ante tempus, & immaturi defluant. Nam vermes protinus per rimas irrepunt, atque hoc modo maturescunt fici. Theophrastus lib. De plantis 2. culices hoc ficarios nasci putat e granis mariscarum, quod simulatq; euolarint illi, nulla grana insint. Euolare penna fere, aut pede in pomo relicto. Sed complura de caprificandi ratione inibi, si cui libeat cognoscere. Idem similia ferme lib. de caussis plantarum 2. c. 12. Plinius etiam lib. 15. cap. 19. Et Aristoteles lib. De natura animalium quinto. Vnde arborem, cui hoc maturitatis remedium adhibitũ non fuerat, ἀνερίνασον appellabant, atque hinc deinde transferebant in hominem inutilem, a quo nihil bonæ frugis esset exspectandum. Vox composita est: ἐκ τοῦ ἀσερητικοῦ μορίου & ἐρυνεῶ quasi dicas: Incaprificatus.

Repariazare.

Ἀνεπαρίσαν, idest, Repariassarũt. De ijs dicebatur, quos pœniteret instituti, quique a conuentis discederent, ab historia natum. Parij cum aliquando a Thebanis bello præmerentur, petierunt ut a bello desisterent, se ciuitatem in potestatem illorum tradituros. Hac lege cum destitissent Thebani, & Parijs interea spes auxilij fuisset alicunde ostensa, pactum irritarunt, bellumq. cum Thebanis integrarunt. Inde fictum prouerbiale verbum: ἀναπαριάζειν, pro irritare pacta, Pariorũ exemplo. Prouerbij meminit & Stephanus in dictione πάρος referens ex auctore Ephoro, nisi quod in historia uariat. Cum enim Miltiades vehementer urgeret Parios, iamq. tractari cœptum esset de delenda urbe, sylua quædam circa Myconum vltro cœpit ardere. Parij suspicantes quod Datis regiæ classis præfectus excitato igni signum ipsis dedisset, rescissis conuentis noluerunt tradere ciuitatem. Adstipulatur Aemilius in uita Miltiadis. Est autem Paros una ex Cycladibus, quemadmodum & Myconius.

Mari è fossa aquam.

Θαλάσσῃ ἐκ φαράδρας ὕδωρ, i. Mari è lacu aquam, subaudiendum, infundis. Simile illi: βῶλος ἄρουρα, idest, Gleba aruum. Ouidius in elegijs amatorijs:

In freta collectas alta, quid addis aquas?

Cognatum

Cognatum illi, quod alibi recensuimus: In syluam vehere ligna, & oleum camino addere.

Hamaxiæa.

Ἁμαξιαῖα. Prouerbiali verbo dicebant ampla, magnificaq; perinde sonant, quasi Latine dicas: Plaustralia, idest, tanta, vt iustum plaustri onus videri possint. Vnde: ἁμαξιαῖα ῥήματα dictitabãt eo pacto, quo Flaccus dixit: Sesquipedalia verba. Quod genus sunt illa apud Aristoph. in Vespis:

Ὀρθοφοίξω κοφαντοδικοταλαιπώρων τρόπων

Apud Plautum in Curculione militis nomẽ Therapontigonoplatagidorus, quo se trapezita ait sæpenumero quatuor totas expleuisse ceras, dum scribit in suis rationibus. Extat iocus cuiusdam in Hermetem quampiam huiuscemodi sesquipedalium verborum affectatorem:

Gaudet honorificabilitudinitatibus Hermes
Consuetudinibus sollicitudinibus.

Athenæus libro decimo, referens olim taxatã fuisse Thessalorũ edacitatem, cœnas illorũ uocat ἁμαξιαίας, siue καταυικάς, affert carmen Aristophanis ἐν ταγηνισταῖς.

Τὶ πρὸς τὰ λυδῶν δεῖπνα καὶ τὰ θεσσαλῶν,

Et rursus:

Τὰ θεσσαλῶν μὲν πολὺ καπανικότερα, i. Ad Lyda quid seu Thessalica conuiuia? Thessalica sunt multo magis plaustralia.

Porro Thessali uehicula dnt καπάνας. Item libro septimo, tradidit apud Sicyonios congros capi permultos ἀνδραχθῆς. hoc est, tantæ magnitudinis ut iusto pondere baiulum onerent, nonnullos etiam ἁμαξιαίους, hoc est, iustum onus vehiculi. Quin & αἰγινᾶα dicta sunt ingentia, vel a talento quod apud illos habebatur maiores ceteris: uel a sarcinis negotiatorum, uarias complectentibus merces, quæ Hesychius testatur Græcis dici αἰγινᾶα, Sic. n. scriptum est, antepenultima acuta. Eas sarcinas qui commereãtur appellari αἰγινοπώλας. Addit & nomisma quoddam argenteum ingens dici Græcis αἰγίναιον.

Muscum demetere.

Ἀμυια θερίζειν, i. Muscũ demetere, dici solitũ, ubi quis tener ad huc & intẽpestiuꝰ durius tractaretur, aut tolleretur emolumentum prius, quam opportunum esset. Trãslatum ab ijs, qui statim vt ager obduci cœperit herba, demetunt. nec sinunt adolescere gramẽ. μυιὸν n. muscus, & additione literæ ἀμυιὸν sicut ἀσάχυς, p σάχυς.

Extis pluit.

Ἀλάσιν ὕει, i. Lucanicis pluit. Sermo prouerbialis de prodigiosa rerum copia, qui iocus etiã hac tempestate durat apud idiotas. Siquidẽ ἀλᾶς Græcis exti genus est, ex quo frustulatim conciso farta conficiuntur, quod cibi genus in Comicum iocum abijsse uidetur, unde uiles & contẽpti ἀλᾶν τοπώλαι, uocantur adagio. Cõsinis illi: δραχμῆ χαλαζῶσα, id est, Drachma grandinans.

Alijs lingua, alijs dentes.

Ἄλλοισι γλῶττ' ἄλλοισίν εἰσι γόμφιοι. i. His lingua, at illis sunt molares inuicem.

De loquacibus & edacibus dici consueuit. Quemadmodum non raro fit in conuiuijs: vt alijs garrientibus, & fabulis potius quam cibis intentis, alij interim taciti strenue quod adpositum est, deuorent. Venustius erit si longiuscule detorqueatur, veluti si quis minetur se facto nociturum ei, qui verbis duntaxat læserit. Poetis est lingua, qua inuehantur: at principib. sunt molares, quibus eos conficiant.

Improbi consilium, in extremum incidit malum.

Ἀπλώτησε κακῇ βολὴ πρὸς ὑπέρτατον ἄτλω.

Incidit extremam in noxam mens improba tandem.

Heroicus prouerbialis in eum, qui post ea quam diu peccauit impune, tandem in calamitatem incidit, ut pœnas omnium scelerum semel dependat.

Aliud noctua sonat, aliud cornix.

Ἀλλογλαυξ, ἄλλο κορώνη φθέγγεται. i. Aliud noctua sonat, aliud cornix sonat. Vel, alia noctuæ, alia vox cornicis. Accommodari potest uel ad eos, qui decertant cũ longe præstantioribus, uel ad illos, inter quos ob morum, ingenijq; pugnantiam, minime conuenit. Siue cum est alius alio longe facundior. Quemadmodum enim auem etiam si non uideas, tamen e cantu licet dignoscere, ita stilus diuersus prodit φιλοεπιγραφίαν.

Reperire rimam.

PROVERBIALI figura dixit Plautus in Curcu-

Curculione: Aliquam reperietis rimam, in caussatores, ac tergiuersatores, q̃ nulla in caussa tot fidei uinculis adstringi possunt, quin aliquid inueniant quo elabantur. Similiter Horatius:

Centum adde catenas,
Effugiet tamen hæc sceleratus uincula Proteus.
Ductum ab auibus, aut muribus captis.

Album panem pinso tibi.

Λευκὴν μάζαν φυρῶσω, i. Album panem pinso, siue tempero tibi. Dici solitum vbi quis magnarum rerũ spes amplas ostendit. Est enim maza panis genus. Porro Græcis album panem in delicijs fuisse, locit aliquot testatur Lucianus, nominatim in libello de mercede seruientibus: ἢ δὲ ἔναρ λευκῆποτε ἀρτε ἐμφορηθεὶς, i. Ne per somnum quidem vmquam albo pane saturatur. Et D. Hieronymus in epistola ad Nepotianum, similam inter delicias ponit. Quid prodest, inquit, oleo non uesci, & molestias quasdam, difficultatesq; ciborum quærere, caricas, piper, nuces palmarum, similam, mel pistacea. Ac ne fuisse quidem Romæ pistores ad Persicum usque bellum, annis ab urbe condita, super quingentos octoginta, testis est Plin. libro. 18. cap. 11. ubi rationes aliquot arte conditi panis ostendit. Porro quod primum e tritica farina redditur, candidius est, rursum qd̃ ex ordeacea postremum, id magis est albũ, ut indicat in ꝓblematis Aristoteles sectionis 21. prob. 3. & 7. eiusq; rei caussam reddit. Græci panes elegantiores λευκοὺς appellabant, sordidiores φαιοὺς, idest, fuscos seu nigros. Sic Alexis apud Athenæum libro tertio:

Λευκοὺς μὲν ὀκτὼ, τοὺς δὲ φαιοῦν τοὺς ἴσους, i.
Panes quidem albos octo, dem totidem nigros.

Huc pertinet illud, ex iure hesterno, panem atrum uorant. Narratur ibidem quiddam non illepidum de Diogene Cynico, qui cum placenta uesceretur, percontanti quid comederet, respondit se panem edere bene confectum. Hoc adijcere uisum, ut intelligamus, olim miras fuisse delicias in panibus conficiendis. Apud eundem libro quarto, describitur conuiuium Atticum, in quo commemorantur & panes λευκότεροι χίονος. id est, albiores niue.

Candidum linum lucri caussa ducis.

Λευκώλενον λίνον κερδωγαμεῖς, i. Candidulum linum ob lucrum ducis uxorem, In eum quadrat, qui dotis caussa ducit uel deformem uel anum. Porro linum uocat uxorẽ, uel quod apud ueteres solæ mulieres lineis uterentur, uel quod uiro alligetur matrimonio, & libera esse desinat. Nã linon Græci nonnumquam usurpant pro uinculo. λευκώλενος autem Iunonis epithetum apud Homerum, ab albis ulnis. Refertur a Diogeniano.

In capras siluestres.

Κατ' αἶγας ἀργίας, i. In capras feras. Abominantis est, sermo, & malum deprecantis, inq. siluestres capras auertentis, cõ fine illi, quod alibi dictum εἰς πύῤῥαν, i. in Pyrrham. Item illi:

Hostibus eueniant conuiuia talia nostris.

Vsus est adagione Athenæus li. Dipnosophistarũ sed̃o: μυρτίλιος γὰρ ἔφασκεν, ὥσπερ εἰς αἶγας ἡμᾶς ἀργίας ἀποπέμπων τοὺς ζητολῶντας, ἡγήσανδρον τὸν δελφὸν ἐν τοῖς ὑποπνήμασιν αὐτοῦ μνημονεύειν τῆς λέξιος, i. Nam Myrtilius asseuerabat, uelut ad capras siluestres nos relegans quærentes, Hegesandrum Delphum in cõmentarijs suis, eius dictionis meminisse. Ad capras siluestres posuit pro eo, quod difficillimum esset inuentu, aut quod nusquam est. Citauerat enim ex auctore testimoniũ, quod mox Plutarchus negat apud illum extare. Ad hoc prouerbium allusit Apuleius in asino, fingens Psychen a Venere mitti ad Arietes agrestes.

Adsint diÿ beati.

Σοὶ δὲ θεοὶ μάκαρες. idest,
Felices adsint superi.

Sermo est bene ominantis in re quapiã aggrediunda. Sic enim præfari solent rhapsodi, hoc est, carminum Homericorum recitatores & interpretes. Quemadmodũ & citharædis centauris mos erat Appollinẽ, ut dexter adesset carmine inuocare, ἀλλὰ ἀνάξ μάλα χαῖρε, i. At multum salue rex. Quin & testamentum condituri præfabantur ominis caussa, τοῦτο καλῶς ἔσω, i. Hoc bene sit. Item apud Romanos dicturus in concione simili precatione utebat̃, ut felix ac faustum esset Reipublicæ, quod dicturus esset. Refertur apud Zenodotum.

In Aphannis.

Εἰς ἀφάννας, i. In Aphannis. Stephanus tradit Aphannas locum quempiã esse Siciliæ, uehementer obscurũ & ignobilem, unde & nomen adductum apparet. Hinc natum prouerbium, ἢ εἰς ἀφάννας, i. Aut in Aphannis, de incertis, & quę nusquã sunt. Zenodotus ait natum ex huiusmodi casu. Sybaritæ quondam oraculum adeuntes, orabant ut sibi uictoriam aduersus Crotoniatas concederet, idq̃ue Crotoniatis ipsis præsentibus. Quidam aũt Crotoniatarum per iocum tr̃dit ad hunc modum. Istam quidem consequemini in Aphannis. Sybaria credens id à deo responsum, admiratus est, quid sibi uellet hoc uerbo Aphannæ. Prouerbiũ ait quadrare in eos, q̃ se putant inuictos, & nulli tolerandos esse. Verũ Stephani nobis magis ꝓbatur interpretatio.

Ad id, quod erat opus.

Εἰς τὸ δέον, i. In id, quod opus erat, subaudiẽdum, insumpsit, aut simile quiddam. Natum aiunt ex oratione Periclis. Narrãt hunc datis pecunijs impetrasse ab Astyanacte Lacedæmoniorum rege, qui iam bellum parabat, ut ex Attica discederet. Deinde cum esset populo rationem eius pecuniæ redditurus, puderetq. palam titulum insumptę pecunię ꝓloq, tecte significauit, εἰς τὸ δέον, inquiens, ὁ ἀνήλωσα τοσαῦτα τάλαντα εἰς τὸ δέον, idest, in usus necessarios tantum talentorum insumpsi. Hæc ferme referuntur à Zenodoto. Notauit adagium & Aristophanes in Nebulis:

Ὥσπερ περικλέης εἰς τὸ δέον ἀπώλεσα. i.
Ita ut Pericles ꝓdidi in quod oportuit.

Quo loco interpres uarias affert historias, unde prouerbium ortum putent, quæ si quis requiret, unde petere possit, ostendimus. Eleganter torquebitur per iocum in eos, qui sic administrarunt pecuniam alienam, vt non possint idoneam rationem reddere.

Adactum iusiurandum.

Ἐπακτὸς ὅρκος, i. Adactũ iusiurandum dicebatur, uel quod nõ vernaculum esset, sed peregrinum, & aliunde adscitum, vt indicat Zenodotus, ut si quis Græcus Scythico more iuret: νὴ τὸν ἀκινάκλω καὶ νὴ τὸν ἄνεμον, i. Per ventũ & acinacem. Nã per suos deos vnaquæq; gens iurare consueuit, uel quod non spontaneum, sed adactum vi: vel quod spõte susceptum nemine cogente, si Suidæ credimus, & etymologico. Sunt. n. tria iusiurãdi genera, vnum quod ἐπώμοτον uocant alterum qd̃ κωτώμοτον, tertiũ qd̃ ἐπακτὸν. Hesychius contra, ἐφ' ὃν ἕτερος ἄγει, οὐκ αὐθαίρετος, i. Ad quod alius adigit non spontaneum. Hoc inter adagia non recensuissemus, nisi Zenodotus prior in hoc albo posuisset.

Scabrosior leberide.

Κεντρότερος λεβηρίδος, i. Asperior, leberide. De vehemẽter asperis & insuauibus. Nam leberis Græcis dicitur exuuiũ illud uel serpentum, vel piscium exuentium senectam, quod & σύφαρ vocatur: id autem asperrimum esse constat, nimirum ob summam siccitatem. Refertur à Suida.

Procul auribus nuncius ueniat.

Ἀπ' ὤατος ἄγγελος ἔλθοι. idest,
Procul absit nuncius aure.

Sermo deprecantis nuncium male auspicatum. Suidas ex Callimacho citat. Hom. item Iliad. 7.

Αἰ γὰρ δὴ μοι ἀπ' ὤατος ὧδε γένοιτο. i.
Ita velim mihi sint procul auribus.

A Puro pura defluit aqua.

Theognis in sententijs Elegiacis:

Εἴ μ' ἐθέλεις πλωίειν, κεφαλῆς ἀμίαντον ἀπ' ἄκρης
Αἰ εἰ λευκὸν ὕδωρ ῥύσεται ἡμετέρης, i.
Rursum aqua de summo mihi uertice defluet vsque.
Limpida si innocuum forte lauare pares.

Hoc distichon, quoniam subesse prouerbium uidebatur, adscripsimus. Quadrabit in hominem usquequaque inculpatũ & innocentem, quem etiam si quis aliquando uocet in crimen, tamen non solum fama illius non contaminatur, uerum etiam illustrior redditur. Nec sine caussa laudi tribuunt illud Catoni Censorio, quod toties accusatus & uocatus in ius, nempe quater & quadragies, semper iudicium sententijs fuerit absolutus.

A lupi uenatu.

Ἀπὸ λύκου θήρας, i. A lupi venatu. Dici solitũ, ubi qs protinus re infecta discedit. Aut de negotio molesto, & agresti. Neque enim

enim uotum est lupum insequi, neq. is facile capitur, cum reliquarum ferarum venatus non vulgarem afferant voluptatem. Meminit Suidas.

A subeunte portum naui.

Ἀπὸ καταδυομένης, i. A subeũte, subaudi, naue lucrum capias. Admonet adagium celeritatem ad quęstum plurimum valere. Et in negotiatorem illud in primis competere, ὕπνος ἀπέστω, idest, Somnus abesto. Sumptum à mercatorũ diligẽtia, qui merces statim emunt ab ipsis nautis in portũ appellentibus. Tum enim & minoris emũtur, & maiori distrahũtur, lucro. Trahi poterit ad eam sentẽtiam, ut si quis dicat statim arripiendam oblatam occasionem lucri. Aut tum rogandum quempiam, ubi fortuna recentem aliquam commoditatẽ obiecerit. Nam sumus pleriq; tum ad gratificandum benigniores. Persius in quinta Satyra metaphoram uariauit, cum ait:

Tolle recens primus piper e sitiẽte camelo.

Idest, illico cum adhuc de uia sitit camelus, qui merces attulit. Prouerbij meminit Suidas.

Abis septem vndis.

Ἀπὸ δὶς ἑπτὰ κυμάτων, i. A bis septem undis. In eos competit, qui à noxia quapiã purgati sunt, propterea quod antiquitus mos esset, homicidio pollutos uestes suas bis septem inundationibus, immersionibusque lauare. Testis Suidas.

Exigit, & à statuis farinas.

Αἰτεῖ γε καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἄλφιτα. i. Sane cibum & signis ab ipsis exigit.

In eum dicẽdum, qui nullius misertus, undecumque quod potest, auellit, uel ab ipsis mortuorum statuis. Simillimum illi, καὶ ἀπὸ νεκρῶν φορεῖς, idest, Et à mortuo tributum colligis.

Athos celat latera Lemniæ bouis.

Ἄθως καλύπτει πλευρὰ λημνίας βοός, i. Athos obumbrat latera Lemniæ bouis.

Vbi qs officit, aut molestus est, aut gloriam cuiuspiam obscurat, aut alioquin obsistit. Tradũt in Lemno bouis fuisse simulacrum ingẽs, cãdidos factũ lapide. Id Athos mons tametsi longo dissitus interuallo, tamen ob summam celsitudinem, obscurat umbra sua. Est autem Athos Thracię mõs ingens, adeo, ut umbram iaciat ad stadia trecenta, teste Stephano. Meminit huius Apollonius Argonauticon lib. primo:

Ἡριδὲ νιφομένοισιν ἄθο ἀνέτελλε κολώνη,
Θρηικίη, ἣ τόσον ἀπὸ πρόθι λῆμνον ἐέσαν,
Ὅσον ἐς ἐν δείον κεν ἐυσόλος ὁλκὰς ἄνισσαι,
Ἀκροτάτῃ κορυφῇ σκιάει, καὶ ἐς ἄχρι μυρίνας, idest,

Solis ad exortũ uada salsa secãtibus alto
Vertice sese ostendit Athos, mons Thracius, is qui.
Dissitus à sacra tanto discrimine Lemno,
Quantum alata die ualeat transmittere nauis,
Hanc tñ aerij contingit verticis vmbra.
Quin longinquam etiã contingit ad usq; Mirinen.

Prouerbij meminit & Plutarchus in Moralibus, cum alias tum in commentario, quem inscripsit de facie apparente in orbe lunæ, testans vmbrã porrigi per septingenta ferme stadia. Theocriti Scholiastes versiculum hunc citat ex Sophocle:

Ἄθος σκιάζει νῶτα λημνίας ἁλὸς. idest,
Athos obumbrat terga Lemnij maris.

Præsentem mulge, quid fugientem insequeris?

Τῷ ταρέοντα ἄμελγε. τί τὸν φεύγοντα διώκειν, idest,

Præsentem mulgeto, quid insequeris fugientem?

Heroicus prouerbialis admonens præsens lucrum non omittendum spe commodorum, quę non item ad manum uidẽtur esse. Sumptũ ex Cyclope Theocriti, Scholiastes citat consimilis sententiæ uersum Hesiodium:

Νήπιος ὃς τὰ ἕτοιμα λιπὼν τ' ἀνέτοιμα διώκει, id est.

Stultus qui non prompta sequens, iam prompta relinquit.

Existimat eũdẽ habere sensum quod alibi nobis dictũ est: τὸ θέλοντα βοῦν ἔλαυνε.

Quid ad Mercurium?

Τί πρὸς τὸν ἑρμῆν, i. Quid ad Mercuriũ? Idem cum illo, οὐδὲν πρὸς ἔπος, & nihil ad Bacchum, Nihil ad rem. Nam Mercurius orationis auctor. Competunt in eos qui loquuntur aliena ab eo, quod agebatur.

Quid Achiuos à turre iudicatis?

Τί τοὺς ἀχαιοὺς ἀπὸ τοῦ πύργου κρίνετε, i.

Cur iudicatis Danaidas de mœnibus?

Dici conueniet, quoties quis pronunciat de re non satis accuratè considerata. Aristides in Themistocle: τί ταῦτα τοὺς ἀχαιοὺς ἀπὸ τοῦ πύργου κρίνομεν; i. Quid in his Achiuos de turre iudicamus? Sumptũ apparet ex Iliados γ. quod loco Priamus ĩ mœnibus Troianorum, arcessitam Helenam percunctatur qui nam essent, quos procul in Græcorum exercitu conspiceret, & Agamemnonis formam laudat ad hunc modum:

Ὅς τις ὅδ' ἐστὶν ἀχαιὸς ἀνὴρ οἷός τε μέγας τε,
Ἠτοι μὲν κεφαλῇ κὲ μείζονες ἄλλοι ἔασιν,
Καλὸν δ' ὅπω ἐγώ ἴδον ἴτυς ὀφθαλμοῖσιν,
Οὐδ' ὅτω γεραρόν, βασιλῆι γὰρ ἀνδρὶ ἔοικεν. i.

Ille quis est cedo, Graius homo, magnus que bonusque?
Sunt alij hunc fateor superantes vertice plures.
Verum æque pulchrum memini me cernere numquam
Nec reuerendum æque. regem preferre videtur.

Nec incõcinnè torquebitur ad eos, qui in tuto constituti, de ijs iudicant, qui i periculo uersantur. Quemadmodum faciũt ij, qui in turre, aut vallo sedentes, ociosi spectant, iudicantq; pręliãtes, ac in multis animi robur aut cõsiliũ desiderant, qđ ipsi nequaq; præstaturi forẽt, si in eodẽ discrimine uersarẽtur. Aristides ĩ Themistocle: οὐμὼ οὐχ ὅμοιον ἐν μέσῃ τῇ θαλάσσῃ περὶ τοῦ ἐν πολίῳ, λέγειν καὶ τοῦ ἀψυχίαν τῶν αὐτῶν δεικνύναι, καὶ καθήμενον ἔζω τῆς ξάλης ἀπὸ τοῦ τειχίου, i. id est. Atqui non parui refert, si quis medio in mari, de ijs loquatur, qui in naui sunt, animiq; præsentiam demonstret, sedensq. procul a procella inter parietes.

Quis usus cæpis putridi?

Τίς χρεία πυθομένου κρομμύου, i. Quis vsus putrefacti cæpis? De rebus, aut etiam hominibus reijciulis, & quorum nullus vsquã est usus. Etenim cum cæpe sit herba, per se vilissima, simul atque computruit, nihil esse potest abiectius. Cognatum illi Plautino: vitiosa nuce non emam.

Philoxeni non.

Τὸ φιλοξένου οὐ, i. Philoxeni non. Dicendum, ubi quis obstinate uel inficiatur, uel recusat: aut ubi quis alteri nescit concedere, neque quidquam ad gratiã loqui. Philoxenus poeta, quemadmodum alibi diximus, usque adeo non potuit carmina Dionysij probare, ut maluerit reduci ad fodinas lapidarias.

Meos corymbos necto.

Τοὺς ἐμοὺς κορύμβους πλέκω, i. Meos necto concinnos. Vbi quis respondet, quod nihil ptineat ad interrogata. Refertur ad hunc modũ: χαίροις ὑψιπύλη, τοὺς ἐμοὺς κορύμβους πλέκω, ὅσοι λέγω περὶ τούτου. ὁ σὸς ἄνοιτις ἐνταῦθα, i. Salue Hypsipyle. Meos corymbos necto. Nõ tibi loquor ista de re. Maritus meus hic est? Ex aliquo comę dię loco sumptum apparet, in qua persona quæpiam per dissimulationem, diuersa responderit. Quod genus est & illud apud Terentium in Phormion. cum Phędria rogatus, ubi nam esset Antipho, respondens iterat salutationẽ, deinde, ait illum recte ualere. Est consimilis locus & apud Plautum in Merca. Iam machæra est in manu. Nam si eo te introducam. Tollo ampullam, atque hinc eo, & reliqua. Nam locus longior est, quam ut citra tædium possit recenseri. Confine ei, quod alibi recensuimus ἅμας ἀπήτων.

Compendiaria res improbitas.

Σωύτομος ἡ πονηρία, βραδεῖα ἡ ἀρετή, i. Compendiaria res, improbitas, uirtus longa. Qui semel addixit animum uitiis, is quiduis flagitij facile patrabit. At singulę uirtutes magno sudore parandæ. Fitq. quadam naturæ corruptione, ut quæ turpia sunt, uel αὐτὸ διδακτοὶ protinus arripiamus, quæ honesta uix laboribus diutinis inculcẽtur. Plutarchus in apopthegmatib. tribuit hoc dictum Cleomeni. Cum prædo quispiam in agrum Lacedæmoniorum fecisset incursionem, atque ubi captus esset dixisset. Ideo hæc se fecisse, quod non esset quo aleret militẽ, proinde ad eos vertisse sese, quibus superesset nec impartirẽtur, Cleomenes σωύτομος, ἔφη, ἡ πονηρία.

Vmbra pro corpore.

Σκιὰ ἀντὶ τοῦ σώματος, i. Vmbra p corpore. Quoties aliquis magnũ quiddã videbitur affectus, cũ nihil tandẽ auferat pręter titulum, aut spes meras. Mutuo sumptum ab Aesopica fabula de cane, qui dũ

umbram carnium, quod ea maior appare ret captat, ueras amisit carnes. Eam quidē iambico carmine Gabrias quidam, utcūq. complexus est hoc pacto:

Φέρων γε ποταμῷ πλησίον κύων κρέας,
Κύψας ἐσω τῷ, ἄλλον εἶς ὕδωρ βλέπει.
Χανὼν δὲ λοιπὸν τῷ κάτω λαβεῖν κρέας
Ἀπεσερεῖτο καὶ τῷ, ὅπερ ἐκράτει, idest,
Iuxta fluentem deferens carnes canis,
Dum pronatos in amne cōspicit alteras,
Et hians deorsum, ut easce carnes prenderet,
Amisit has quoque, quas tenebat antea.

Sinopissas.

Σινωπίζεις, id est, Sinopissas, id est, lasciuis. A Sinope scorto quodam nobili, celebratæq. lasciuiæ, cui nomen hinc inditum uidetur, quod noxiis esset oculis. Athenæus libro quintodecimo, docet Æginensem. Fuit & Sinope Aesopi filia, cui nihil carius fuit uirgnitate.

Vitiat lapidem longum tempus.

Σήψει καὶ πέτρῳ ὁ πολὺς χρόνος. id est, Saxa etiam longum faciet putrescere tēpus.

Nihil in rerum natura saxo durabilio. At id quoque temporum diuturnitas absumit. Quod poetæ nimirum innuunt, cū fingunt Saturnum temporis Deum saxum Iouis loco suppositum deuorasse. Ouid. libro De ponto quarto:

Gutta cauat lapidem, consumitur anulus usu,
Et teritur pressa uomer aduncus humo.

Sileni Alcibiadis.

Σιληνοὶ ἀλκιβιάδου, i. Sileni Alcibiadis, apud eruditos & in prouerbium abijse uidentur, certe in collectaneis Græcorum prouerbii uice referūtur, quo licebit uti, uel de re quæ cum in speciem, & prima, quod aiunt fronte uilis ac ridicula uideatur, tamen interius ac propius contēplanti, sit admirabilis, uel de homine, qui habitu uultuq. longe minus præseferat, q̄ in animo claudat. Aiūt enim Silenos imagunculas quaspiam fuisse sectiles, & ita factas, ut diduci & explicari possent, & quę clausæ ridiculam ac monstruosam tibicinis speciem habebant, apertæ subito numē ostendebant, ut artem scalptoris gratiorē iocosus faceret error. Porro statuarum argumentum sumptum est a ridiculo illo Sileno Bacchi pedagogo, numinumq; poeticorum morione. Quandoquidem habēt & illi principum nostratiū exemplo suos γελωτοποιούς. Proinde apud Athenæū libro quinto adolescens Critobulus irridēs Socratem senem ac deformem, dicebat illū πολὺ σειληνῶν αἰσχίω, id est, multo Silenis deformiorem: locus autē est apud Xenophontem in conuiuio. Socrates, οὐ γὰρ καλλίων ὢν τοῦτο κομπάζεις, Vt istud iactas quasi sis formosior. Critobulo: νὴ Δία ἢ πάντων σειληνῶν ἐν σατυρικοῖς, αἰσχίστος ἂν εἴη ὤν. i. Ita per Ioue, aut omnium Silenorū qui sunt inter Satyros turpissimus fuere. Et Alcibiades apud Platonē in conuiuio, Socratis Encomium dicturus, eū Silenis eiusmodi similē facit, quod is multo alius esset propius intuēti, quā summo habitu specieq. uideretur. Quē si de summa, quod dici solet, cute quis æstimasset, non emisset asse. Facies erat rusticana, taurinus aspectus, nares simæ muccoq. plenæ. Sannionē quempiam bardū ac stupidum dixisses. Cultu neglectus, sermo simplex ac plebeius, & humilis, ut qui semper aurigas, cerdones, fullones & fabros haberet ī ore. Nā hīc fere sumebat illas suas εἰσαγωγάς, quibus urgebat in disputando. Fortuna tenuis, uxor qualē ne uilissimus quidē carbonarius ferre posset. Videbatur mirari formas adolescētulorū, uidebatur amare, & zelotypia tangi, cū eū ab his affectibus διὰ παντὸς abesse compererit ēt Alcibiades. Deniq. iocus ille perpetuus nonnullā habebat morionis speciem. Cum ea tēpestate, ad insaniā usque ferueret inter stultos, profitendi sapientiā ambitio, nec unus esset Gorgias, qui se nihil nescire iactitaret, & Ardelionibus huiusmodi nusquam non referta essent oīa, solus hic hoc unū scire dictitabat, quod nihil sciret. Videbatur ineptus ad omnia reipublicæ munia, adeo ut quodam die quiddā apud populū adorsus agere, cū risu sit explosus. Atqui si Silenū hunc tam ridiculum explicuisses, videlicet numē inuenisses potius quā hominem, animum ingentē, sublimem, ac vere philosophicum, omnium rerum pro quibus cæteri mortales currūt, nauigant, sudant, litigant, belligerantur, contemptorem, iniuriis omnibus superiorem, & in quem nullū omnino ius haberet fortuna, & usque adeo nihil timentem, ut mortē quoque

quoque nulli non formidatam contempserit, in tantum ut cicutam eodem ebiberit uultu, quo uinum solet, utq; iam moriens etiam in Phœdonem suum iocaretur, admonens, ut uoto se liberas Æsculapio gallum persolueret, perinde quasi sumpto pharmaco, iam sanitatis beneficium senti ret, cum exiret è corpore, unde omnes animi morbi scatent ac pullulant. Proinde iniuria cum id tempestatis, plena sophis essent omnia, solus hic morio, sapiens oraculo pronunciatus est, & plus iudicatus est scire, qui nihil sciebat, quā hi qui nihil ne scire se prædicabāt, imo ob idipsum iudicatus est plus cæteris scire, qd unus oīum nihil sciret. Huiusmodi Silenus fuit Antisthenes, baculo suo, pera, pallioq; maximorum regnum fortunas antecellens. Huiusmodi Silenus fuit Diogenes, uulgo canis habitus. Verum in hoc cane diuinum qddam animaduerterat Alexander Magnus, principum, ut uidebatur, omnium κορυφαῖος & alpha, cum animi magnitudinem admiratus, optaturum se diceret, ut ī Alexander esset, Diogenes esset: cum hoc magis optare debuerit Diogenis animum, quod Alexander esset. Huiusmodi Silenus fuit Epictetus, seruus, pauper, claudus, vt indicat illius epithaphiū, sed idem, quod est felicissimum, carus superis, id quod sola vitæ prestat integritas cum sapientia cōiuncta. Hæc nimirum est natura rerum uere honestarum: quod habent eximium, id in intimis recondunt, adduntque quod contemptissimum, id prima specie præ se gerunt, ac thesaurum ceu uili cortice dissimulant, nec prophanis ostendunt oculis. At vulgarium & umbraticarum longe diuersa oratio, summa specie blandiuntur, quodque pulcherrimum habēt, statim obuijs ostentant: sin penitus introspicias, nihil minus sunt, quam quod titulo specieque præ se ferebant. Adeo quidquid in omni rerum genere pręclarum est, id minus in conspicuo est. In arboribus flores & folia blandiuntur oculis, ipsa se late moles ostentat. At semen, in quo vis est omnium, quam est res minutula, quam abdita, quam nō lenocinans aspectui, quam non ostentatrix sui? Aurum & gemmas in altissimas terrę latebras abdidit natura. In elementis, quæ uocant, quo quidque præstantius est, hoc longius a sensibus est remotum, velut aer & ignis. In animantū genere quod est optimū & efficacissimū, id in intimis abditum habent. In homine quod est maxime diuinum & immortale, id solum cerni nō potest. In quouis rerum genere, materia pars uilior, maxime patet sensibus, formæ uis & beneficium, utilitate sentitur, & tamē ipsa procul abest a sensibus. Rursum in corporis physici temperatura, cum phlegma & sanguis sensibus sit familiaris & pateat, id quod plurimum confert ad uitam, minime patet, nempe spiritus. Demum in vniuerso, quę maxime sunt ea non uidentur, ueluti substantię, quas separatas uocant. Et quod in his summum est, id a sensibus quam maxime depositum est, nempe deus, adeo ut nec intelligi, nec cogitari possit, cum his fons sit vnicus omnium.

Sarone magis nauticus.

Σάρωνος ναυτικώτερος, i. Sarone magis nauticus. Aiunt hunc fuisse deum quempiam nauticum. Vnde & Saronico mari cognomen inditum. Congruet in horrido cultu hominem, & moribus feris, quod genus nautas plerosque uidemus esse. Aut in negotiatorem per omnia maria uolitantem. Meminit & Saronis, & ab hoc cognominati maris Aristides in Themistocle: Οὐδ' ἵνα τὸν πάντα χρόνον τὴν θάλασσαν οἰκῶσιν, ὥσπερ τὸν γλαυκόν φασι τὸν ἀνηδιόθιον, ἢ τὸν σάρωνα τὸν ἐπώνυμον τῶν πελάγους. id est, Nec uti per omne tēpus in mari habitent, quemadmodū aiunt facere Glaucum Anthedonimū & Saronem mari cognominē. Pausanias in Corinthiacis. Saronis facit mētionem qui Althepiæ regioni maritimę imperarit. Huic diuersum, quod ait in Ranis Aristophanes:

-Πῶς δωήσομαι
Ἄπειρος, ἀδαλαττότατος, ἀσαλαμίνιος
Ὧν εἶτ' ἐλάωειν, id est,
-Quo nam modo
Potero imperitus, & a mari alienissimus.
Salamanis expers, atque nauim agere rudis?

Assidua stilla saxum excauat.

Ῥανὶς ἐνδελεχῶς κοιλαίνει πέτραν, i. Stillicidiū perpetuū saxū excauat. Admonet, nihil esse tam durum, quod nō emolliat: nihil tam arduū, quod non efficiat assiduitas. Quādoquidem stilla aquę, nimirū res tam tenuis ac leuis saxum etiā durissimum

mum exhauriat, quod uix ferre possis euincere. Plinius tradit, inueniri silices, formicarum pedibus attritas, idq. grauissimum exemplum esse putat, quantã uim habeat assiduitas. Menander apud Stobæum:

-Πάντα γὰρ
Ταῖς ἐνδελεχίαις καταπονεῖται πράγματα. idest,
-Nam uinci solent
Assiduitate quælibet negotia.

Ouidius:

Quid magis est durum saxo, quid mollius unda?
Dura tamen molli saxa cauantur aqua.

Galenus περὶ κρᾶσεων libro tertio, eandem sententiam refert, carmine Heroico.

ἅτε δήπου κἀκεῖνο καλῶς εἰρῆσθ' δοκεῖ.
Πέτραν κοιλάνει ῥανὶς ὕδατος ἐν δελεχείᾳ. idest,

Ita nimirum & illud recte dictum uidet
Stillula mollis aquæ lapidem assiduo cauat ictu.

Huc adferunt Homeridæ, quod cũ poculum plenum cęteri uix tollerent a mensa, solus Nestor facile nulloq. negotio sustulerit, cum esset admodum senex, & uiribus multis inferior, uerum hoc illi dabat usus, & exercitatio. Nam Homerus facit Nestorem φιλοπότιον. Homeri carmẽ sic habet:

Ἄλλος μὲν μογέων ὑπεκινήσασκε τραπέζης
Πλεῖον ἐὸν, νέστωρ δ' ὁ γέρων ἀμογητὶ ἀείρεν. idest,

Vix alij poclum poterant sustollere mẽsa
Plenum, ac grandæuus Nestor facile abstulit illud.

Quæ sententia non solũ accommodari põt ad assiduitatem, sed huc quoque, quod ea facile facimus, quę libenter facimus.

Salamina nauis.

Σαλαμινία ναῦς, i. Salamina nauis, de puelocibus dictitatũ est. Celebratur enim uel in primis nauale bellum aduersus Xerxem gestũ apud Salaminẽ, siue quod ex triremibus, altera Salaminia uocari consueuit, altera πάραλος. Aristophanes in Auibus ἶρις ταχεῖα, πάραλος ἢ σαλαμινία, Vnde & Bacchus eo, quẽ modo citauimus loco ἀσαλαμίνιον appellat sese, quod bellicarum rerũ ac remi ducẽdi esset ignarus. Adlusit autem poeta, sicut opinamur, ad prouerbium quod alibi retulimus: δεικώπλῳ ἐλάσειεν ἢ εἰδίοτα, i. Oportet ducere, remũ eũ q norit. Plutar. in vita Periclis nauim robustam & in qua uelut in triarijs vltimũ sit prędidiũ, Salaminiam, appellat: Οὐδ' αἰεὶ παριὼν εἰς τὸ πλῆτος. ἀλλ' ἐαν τὸ ὡσπερ σαλαμινίαν τριήρη, φησὶ κριτόλαος, πρὸς τὰς μεγάλας χρείας ἐπεδιδοῦς, i. Nec semper obambulans in turba, sed ueluti Salaminiã triremem, ut inquit Critolaus, sese ad maiorẽ rerum usum pbens. Scholia quę feruntur in Aristophanẽ tradunt Athenis duas fuisse naues vsui publico destinatas,, e quibus Salaminia subueheret ad iudicium euocans, Paralus aueheret, Nam Theoris eos uehebat, qui uoti aut religionis ergo Delphos, aut alio quopiam proficiscerentur.

Pyrrhandri commentum.

Πυῤῥάνδρου μηχάνημα, i. Pyrrhandri commentum, de callido inuẽto. Hic Phyrrhander sycophanta quispiam fuit, insignite uersutus, notæq. malitiæ: Aristophanes in Equitibus:

Καὶ νὴ δὶ ἦν καὶ τοῦτο πυῤῥάνδρου τὸ μηχάνημα. idest,

Ac per Iouem fuit quidem Pyrrhandrica ista techna.

Ἄζηλος πλοῦτος.

Ἄζηλος πλοῦτος, vocabatur, cũ quis suas dotes ignoraret. Veluti si qua formosa cũ sit, putida esset tñ, sibiq. displiceret. Aut si quis facundus, infacundus sibi uideretur. Porro fęlicitatis non minima pars est, ut quisque sua norit bona. Proinde Maro:

O fortunatos nimium, bona si sua norint
Agricolas.

Est finitimũ illi: ὁ τυφλὸς πλοῦτος, i. Cæcæ diuitiæ. Nã ζηλοῦν aliquoties idẽ est, qđ admirari ac fęlicẽ ducere. Vnde ἀρίζηλον uocant conspicuum & illustre. Cui diuersum est: ἄσυλον, quod nemo mirat. Quis autem miratur quod est abditum ac retrusũ? Plutarchus in vita Lycurgi facit Theophrastum huius dicti auctorẽ: laudat enim Lycurgum, qui suis institutis effecisset, ut apud Spartanos diuitię nec essẽt obnoxiæ furibus, ac pdonibus, quod ille vocat ἄζηλον, nec admirabiles, qđ appellat ἄζηλον, nec omnino pro diuitijs haberẽtur, quod illi uocãt ἄπλυτον πλοῦτον, quasi dicas opes inopes. Verũ ipsa Plutarchi uerba subscribamus, uel in hoc, quo pspicuũ fiat, quã ta gratiæ parte fraudetur, qui malit auctores in aliam linguam uersos legere, quam sua lingua loquẽtes audire: Μέγα μὲν ἐν καὶ τοῦτο

τοῦτο ἦν, μεῖζον δὲ τὸ τοῦ πλοῦτον ἄσυλον, μᾶλλον δ' ἄζηλον ὡς φυσὶ θεόφραστος, καὶ ἄπλυτον ἀπεργάσασθαι, τῇ κοινότητι τῆς δείπνων. Addit inibi Plutarchus his ex rebus extitisse dictũ illud celebre: Plutum ex omnibus ciuitatibus, quæ sub sole sunt, in una Sparta seruari τυφλὸν, i. cæcum ac repositũ, non aliter quã tabulam anima carentem & immobilem. Ex hisce uerbis simul & illud colligitur, idem pollere: τυφλὸς ὁ πλοῦτος καὶ ἄζηλος ὁ πλοῦτος. Cæcũ enim dicitur, non solum quod non uidet, uerumetiam quidquid luce caret. Quam quam autem festiuiter prouerbium detortum est ad Spartanorum frugalitatem, tamen quadrat potius in eos, qui suas opes sibi possident, easq. recondunt, aut defodiunt etiam. Aristophanes in Conciona-tricibus ἀφανῆ πλοῦτον appellat nummos in arca reconditos. Nam domus & agri celari non possunt. Nullius usus est picturæ repositæ, nihilo maior diuitiarum abstrusarum. Nam in usum paratæ sunt opes. Sic Flaccus in Odis:

Nullus argento color est, auaris
Abdito terris.

Et Pindarus in Nemeis hymno primo: Οὐκ ἔραμαι πολλὰ ἐν μεγάρῳ πλοῦτον κατακρύψας ἔχειν, ἀλλ' ἐόντων ὅ τε παθεῖν, καὶ ἀπῶσαι φίλοις ἐξαρκέων, i. Non desidero multas in ædibus opes habere abstrusas, sed his, quæ adsunt bene frui, ac bene audire, amicis suppeditans.

Dicas tria ex curia.

Εἴποις τὰ τρία παρὰ τῆς αὐλῆς. i. dicas tria de curia. Antiquitus qui iudicum sententijs fuissent ad capitale supplicium condemnati, prius quam ad mortem duceretur, ea facultas concedebatur, ut uino, ciboque expleti; tria quædam quæcumque libitum esset dicerent. Quæ simul atque dixissent promulgata damnatione producebantur ad supplicium. αὐλὼν enim olim uocabant eum locum, quo damnati ducebantur, quem neoterici ἀρχεῖον appellãt. Apud Suidam legitur: παρὰ αὐλῇ, dandi casu, i. Iuxta curiam, siue iuxta septũ. Vsus adagij apud neminem adhuc reperitur. Est dici solitum, ubi quis petulantius loqueretur, sed magno suo malo, aut exitiũ imprecaretur alicui. Adagium refertur a Zenodoto.

Pyraustæ gaudes gaudium.

Χαρὰν πυράυστα χαίρεις, i. Gaudium pyraustæ gaudes. De momentaria, fluxaque uoluptate. Ostendimus alicubi pyraustam ad lucernas aduolantem, ambustis alis perire, unde & prouerbium, πυράυστα μόρος, idest, Pyraustæ fatum. Cuius alibi meminimus.

Πτερυγίζειν.

Πτερυγίζειν dicitur, qui conatur & gestit quippiam efficere. Sumptum a pullis auium, cũ adhuc inuolucres sunt alas mouentibus. Lucianus usurpat pro indecore & scurriliter gesticulari, libello De merce de seruientibus. Aristophanes in Pluto:

Καισύγε λέξαι μ' ὄπο δυάσαι περὶ τοῦτο
Ἀλλ' φλυαρεῖς, καὶ πτερυγίζεις, idest,

Tu mihi nondũ fati potis es super hac re,
Sed nugaris gesticulando.

Et Diphilus apud Athenæum libro sexto, inducit parasitum hunc in modum loquentem:

Γέγηθα καὶ χαίρω τι καὶ πτερύσομαι. i.
Lætorq; gaudeoq; & alas uerbero.

Ante barbam doces senes.

Πρὸ τῆς γενειάδος διδάσκεις τοὺς γέροντας, i. Ante barbam doces senes. Cum imberbis maiorẽ natu docet. Est aũt figura prouerbialis, quod ait Persius, Ante pilos:

-Et rerum prudentia uelox
Ante pilos uenit, dicenda, tacendaque calles.

Hanc prudentiã, quam præcoquam, seu præcocem appellant, vulgo non admodũ fausti ominis habitam, ostendit Apuleius in secunda Apologia, scribens hunc senarium nobilem & celebrem fuisse, poetę cuiusdam, neque enim nominat:

Odi puerculos præcoci sapientia.

Nec Fabio placet pręcox ingeniorũ genus, quod negat ad frugem solere peruenire. Pindarus in Pythijs hymno quinto, sic laudat quempiã: κρέσσονα μὲν ἀλικίας νόον φέρβεται, γλῶσσά τε, θάρσος θ' ἡανύπτερος ἐν ὄρνιξιν αἶετος, i. Præstantiorem quã pro ætate mentem, alit, linguamque: audacia uero pernix inter aues aquila.

Bellum Cononi curæ fuerit.

Πόλεμος κώνωνι μελήσει. idest,
-Curabit prælia Conon.

Hemistichium est heroici carminis, nec satis liquet unde sumptum. Porro Conon dux Atheniensium fuit multum in bello negotijs exercitatus. Primum nauali prælio superatus a Lysandro Lacedæmoniorũ duce, redintegratis copijs, eundem terrestri prælio uicit, & Athenarum libertatẽ restituit. Proinde conueniet ad hunc modum respondere, curanti negotium, quod ad se nihil attineat. Item Hector Andromachæ suæ Iliados 2.

Πόλεμος δ' ἀνδράσι μελήσει. idest,
-Viris curæ sunt bella futura.

Et Turnus apud Virgilium:

Arma viri, bellumque gerant, queis bella gerenda.

Antehac putabam te habere cornua.

Πρὸ τούτου σὲ ὠμλῶ κέρατα ἔχειν. idest, Antehac credebam tibi esse cornua. De his qui prius habiti fortes ac strenui, postea cum res uirum postulat, apparent ignaui. Vnde & Comicus cornutam bestiam uocat hominem paratum se defendere: Cornutam bestiam petis. Et Horatius:

Parata tollo cornua.

Apud eundẽ scurra iocatur in scurram accepto conuitio minitantẽ capite moto, cum in fronte fœdam haberet cicatricem. Quid faceres, inquit, si cornu tibi nõ esset exectum, cum sic mutilus miniteris? Deinde Dialectici cornutum appellant syllogismum, dilemma uelut inexpugnabile.

Prius quàm mactaris, excorias.

Πρὶν ἐσφάχθαι δέρεις, i. Prius quàm mactaris, excorias. Dicendum, ubi quid præposterè fieri uidetur. Videri potest, ex Homero sumptum, apud quem sæpe excoriatur taurus prius quàm occiditur. Figura, quam Grammatici προθύστερον appellant. Finitimum illi, quod alibi retulimus: Actum agere. Nam id etiam adagium M. Tullius putat ad consilij præposteri significationem pertinere. Sic enim scribit in Dialogo de Amicitia: Præposteris enim utimur consilijs, & acta agimus, quod uetamur veteri prouerbio.

Prius quàm aßa sit farina.

Πρὶν ὀπῆσαι ἄλδρα, i. Prius quàm coxeris farinam, subaudiendum, inspergis, aut simile quidpiam, Eustathius in Odisseę π. refert utrumque, tum hoc, tum illud proximum. Solitum autem est, assis carnibus apud quosdam inspergere farinam.

Plures adorant Solem orientem, quàm occidentem.

Πλείους προσκυνοῦσι τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα ἢ δυόντα, i. Plures adorant solẽ orientem, quàm occidentem. Iuueni magis adhæretur, quam seni. Plutarchus scribit, Pompeium hoc adagio minatum Cinnæ. Sensit autem Pompeius, se solẽ esse orientem, nimirum iuuenem tu dies magis fama crescentem: illum occidentem, utpote affecta iam ætate, & cuius dignitas gloriaque iam consenescere. Cæterum quod Pompeius erat Cinnæ hoc Caius Cæsar post fuit Pompeio. Simile quiddam Atheneus libro tertio ex poeta quopiam. ὃν ἀεί δυόντα παλαιὰ, κυνὰ γὰρ ἅμα κρείσσω, νέος ὀζὺς βαβιλεύει, i. Non cano uetera. Noua si quæ sunt, eadem, & meliora sunt, Iuppiter, qui iuuenis est, regnat. Mos erat antiquis adorare solem, quem deum existimant, & a Persis præcipue colebatur, nomine Mithræ. Item apud Ægyptios Osiridis, apud Græcos Apollinis, apud alios alij atque alijs nominibus. Hunc orientem salutabant religionis caussa. Quem morẽ tradit Socrati fuisse Plato. Ferunt & ab elephantis adorari solem in exortu. Salutabatur & occidens, sed a paucioribus. Habet & cuiusque hominis ætas suam vesperam, quæ simul atque aduenit, iuuentæ gratia vertitur in tædium. Ita senex quidam apud Alexidem:

Ἡδη γὰρ ὁ βίος ἡμῖν ἑσπέραν ἄγει. idest,
Mea quippe seram uita ducit vesperam.

Sub occasum autem solis incumbunt vmbræ, unde Euripidis:

Τί δ' ἄλλο, φεῦ κἀσκιὰ γέρων ἀνήρ. i.
Quid aliud, atq. uox, & umbra vir senex.

Auro loquente, nihil pollet quæuis oratio.

Χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀπραγείτω λόγος,
Πείθειν γὰρ εἴδε κἀ πέφυκε μὴ λέγων. i.
Auro loquente, ratio quæuis irrita est,
Suadere siquidem nouit, loquens nihil:

Prouerbium indicat munera vbiq; longe plurimũ valere. Vulgaris iocus, ait tinnulas rationes præcipuam habere vim ad persuadendum, pecuniam indicans.

Pellenæa tunica.

Πελλωαῖος χιτών, i. Pellenęa vestis. De prisco

prisco cultu. Pellene peruetusta Achaię ciuitas, Protei patria, in quo diuersę vestimẽtorũ formæ fieri consueuerunt, attestante Suida. Iulius lib. De rerũ vocabulis septimo, p didit lęnas pellenicas olim nobiles fuisse, adeo vt in Iunonijs ludis ac certaminibus victori lacerna pellenica p mii vice daret. Adstipulatur Strabo lib. Geogra. 8. Diuersum igitur videtur illi, quod alibi diximus: Munus Leuidensæ. Lepidius erit, si per ironiam adhibeatur. Veluti si cui p laboriosis ac diutinis officiis vile munusculũ missum sit, dicamus: πελλωαῖον χιτῶνα, contigisse. Romæ quoque uestes xeniorũ loco missitari solitas indicat Iuuenalis.

Aquilam cornix prouocat.

Αετὸν κορώνη ἐρεσκελεῖ, id est, Aquilã cornix prouocat. Tradunt peculiare cornicibus esse irritare aquilam. Verum illa negligit prouocantem, intelligens nimirum sibi ab illa noceri non posse. Locus igitur fuerit adagio, si quando leuiusculus quispiam homuncio, qui neque p desse queat, neque lædere, maximis uiris oblatrat. Quemadmodum Menelaus apud Euripidem in Iphigenia Aulidensi de uatibus:

Κοὐδὲν γ' ἀχρεῖον οὐδὲ χρήσιμον πάρον. i.
At nihil habet nec utile, nec inutile.

Lupus pilum mutat, non mentem.

Λύκος τρίχα, οὐ γνώμλω ἀλλάττει, i. Lupus pilum, non ingenium mutat. Senecta caniciem adfert improbis, non item aufert malitiam. Canescunt enim lupi, uelut & equi more hominum per ætatem.

Laqueus laqueum cepit.

Ατερ ἡ πάγη ἔοικε λύφεως πάγῳ, i. Laqueum laqueus, ita ut uidetur, ceperit. Vbi malus malum obseruat. Veluti adulter adulterum, fur furem, perfidus perfidum, quod interdum usu uenit, ut dum duo sibi uicissim insidias tendunt, uterq. deprehendat alterum.

Ipsum ostij limen tetigisti.

Αὐτὸν κέκρικας τὸν ἑστῶτα τῆς θύρας. i.
Ipsum attigisti limen ostii pede.

Dici solitum, quoties ad eum ipsam peruenitur. Aristophanes in Ranis:

Ἀλλ' ἴσθ' ἐπ' αὐτῷ τῇ θύρᾳ ἀφιγμένος, i.
Sed noueris uenisse te ipsas ad fores.

Gallus insilit.

Ἀλεκτρυὼν ἐπιπηδᾷ, id est, Gallus insilit. Vbi quis semel victus, redintegrat certamen. A gallorum certaminibus sumptũ. Nam is huic animanti mos est, ut ad pugnam assiliat, quo magis lædat calcaribus suis, in hunc usum a natura adfixis.

Nunc ipsa uiuit sapientia.

Αὐτὴ νῦν σοφίαζη, i. Nunc ipsa uiuit sapientia. Applaudentis & adgratulantis est sermo, si quid aliquando uidetur scite & arte dictum, factumve. Festiuius erit, si per ironiam efferatur in eos, qui res egregias stultissime tractant.

Nunc ipsa floret musa.

Αὐτὴ νῦν ἀνθεῖ ἡ μοῦσα, idest, Nunc ipsa floret musa. Superiori simillimum. Vbi quid erudite, facũde, uenuste dictum, aut scriptum uidebitur, quasi musis bene fortunantibus. Et hoc uenustius fiet per ironiã, ubi quis sibi uidetur mirifice dicere, cum dicat insulsissime.

Onus nauis.

Αχθος νεώς, id est, Onus nauis. In inertes & inutiles iacere cõueniet, Αὐτὸ τοῦτο ἄχθος νεώς. Confine illi:

-Ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. idest,
-Telluris inutile pondus.

Quadrabit & in magnum, eundemq. molestum.

Naues enim lõge plus oneris ferũt, q̃ currus. De Hamaxiæis alibi dictum est.

Marinam auditionem fluuiali abluit sermone.

Αλμυρὰν ἀκοὴν ἀπεκλύσατο ποτίμῳ λόγῳ, i. Salsuginosũ sermonẽ potabili diluit oratione: ubi qd̃ erat audire molestũ, id diuersa oratione uelut edulcatur. Qd̃ erat gustus, id traductũ est ad aures. Etenim quod palato aqua marina, id auribus oratio tristis aut cõtumeliosa. Itẽ, qd̃ palato liquor fontanus, id auditui sermo placida ac benignus. Vsurpat adagiũ Plato i Phædro: Ἐπιδυμῶ ποτίμῳ λόγῳ οἷον ἀλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλήσαιμι, i. Cupio sermonẽ uelut amarũ potabili sermone diluere. Itẽ Atheneus Dipnosophistarũ lib. 3. Ἐπὶ τούτοις λεχθεῖσιν ὁ κωμῳδὸς πιεῖν ἤτησε δίλοκυπαν, δεῖν λέγων ἀλμυρὰς λόγους γλυκέσιν

ἐπικλύσεσθαι νάμασιν, i. His dictis Cynulcus poscit decoctam, dicens amaros sermones dulcibus lymphis oportere diluere. Cynulcus usus est uoce Romana cum Græce loqueretur, siquidem Vlpiano indignanti, quod uoce insolenti ac barbara uteretur, respondit, se in urbe Roma vsũ esse uocabulo urbis Romæ vernaculo. Nã illic sic loquebantur, poposcit frigidam, poposcit calidam, aut decoctam, subaudiẽtes aquam.

Arcadicum germen.

Αρκάδιον ἔλασμα, i. Arcadicum germen, de grandibus & ignauis dici solitũ. Iuuenalis:

- Quod læua in parte mamillæ
Nil salit Arcadico iuueni.

Arcades olim male audierunt ob stuporem ingenii. De quorum immanitate multa Athenæus lib. 14. qui plurimi musicam omnem in ciuitatem recipere noluerunt, nec vllas liberales disciplinas, quarum cultu mansuescunt hominum ingenia. Vnde & cæli uitio, & neglectu disciplinarũ, in summam morum immanitatem efferati sunt. Lucianus in libello De Astrologia, tradit Arcades ob eam caussam stupidos habitos, quod cæteris omnibus amplectẽtibus astrologiam, soli contempserint, seseq; fecerint antiquiores ipsa luna. Vnde & προσελληνάοι dicti. Ijdem epigrammatum iocis notati sunt, vt βαλανοφάγοι, i. glandibus uictitantes. Nam is priscorum hominum cibus erat nondum repertis frugibus. Epigramma sic habet:

Πολλοὶ ἐν ἀρκαδίᾳ βαλανοφάγοι ἄνδρες ἔασιν. id est,
Multi in Arcadia sunt, queis alimonia glandes.

Aristophanes in Auibus uariis titulis irridet eos qui iactant antiquitatem suam:

Καὶ τοὺς διὸς αὐτοῦ
Αρχαιότεροι, προότεροί τε κρόνου, καὶ τιτάνων ἐγένεσθαι. id est,
At antiquiores & Crono, & Titanibus fuistis.

Hic rhodus, hic saltus.

Αὐτοῦ ῥόδος, αὐτοῦ πήδημα, i. Hic Rhodus, hic saltus. Vulgo iactatum de his, qui sese de negotio quopiam iactaret insolentius, cujus fides non extaret. Sumptum ex apologo, qui fertur inter Aesopios. Adolescenti cuidam iactãti sese, quod dum Rhodi esset, admirabiles fecisset saltus, quidam ex auditoribus interpellato sermone, ἴδε ῥόδος, inquit ἴδε τὴν δημα, idest, Ecce Rhodus, ecce saltus. Conueniet igitur, ubi qs iubetur re præstare, quod alibi se fecisse iactat. Ouidius:

- Sua narret Vlysses
Quæ sine teste gerit.

Arbitramur huic adfine, quod dictum est apud Theocritum in Hodœporis:

Αὐτόθι μοι πωτέριστε, καὶ αὐτόθι βωκολιάσδε,
Mecum istic certa, simul istic pascito tauros.

Quidam cum tutum est, gloriosa loquuntur: ubi præsto periculum, tergiuersantur: his occini poterit hoc carmen. Simili figura Græci cũ iubent protinus numerari præsentem pecuniam: αὐτοῦ καταβάλε, i. Hoc ipso loco depone. Apud Athæneum libro sexto: ἔπειτα γὰρ ταργύριον αὐτοῦ καταβάλῃς, i. Deinde si pecuniam præsentem numeraris. Quamquam in excusis codicibus habetur, αὐτῷ, sed mendosæ, ni fallimur.

Archidamicum bellum.

Αρχιδάμιος πόλεμος, i. Archidamicum bellum. De bello sæuo, crudeliq́ue dicebatur, epitheto sumpto ab Archidamo duce Lacedęmoniorum, qui maximis copiis impressionem fecerit in Atticam, eamq́ue decem annis diuexarit. Grauissimam autem noxam inflixit Acharnensibus, succisis omnibus arboribus, ut testatur & Synesius in Encomio Caluicii. Proinde cum funditur tolluntur omnia, bellum Archidamicum dicebatur. Meminit adagionis & Demosthenicarum dictionum interpres, indicãs extitisse apud Lysiam. Archidami sæuitiã memorat & Pausanias in Laconicis:

Mortuum vnguento perungis.

Νεκρὸν μυρίζεις, i. Mortuum unguento perungis. De sumptu superuacaneo, siue cum serò quid adhibetur. Moris erat apud priscos, maxime Aegyptios, defunctorum cadauera ne putrescerent, unguentis perungere. Qui mos & his temporibus apud Principes durat.

Mortuus iacet pedens.

Νεκρὸς κεῖται βδέων, i. Mortuus iacet pedens,

dens. Dici solitum, si quando pauper simularet opulentiam. Apud unum Apostolium Byzantium reperitur.

Rudentes & remos cum armis commutauit.

Νῆια καὶ κωπέας ἀνθ' ὅπλων ἠλλάξαντο, i. Mutarunt armis remos & nautica vincla.

Conueniet ubi quis artem, aut quæstũ solitum relinquit, gloriæ cupiditate commotus, uelut si quis è nauta fieret miles, è negotiatore sacerdos. νῆια funes nautici sunt, κωπέαι, ligna unde remi parantur.

Niobes mala.

Νιόβης πάθη, i. Niobes dolores. De maximis & acerbissimis malis dicebatur. Erat Niobe filia Tantali, vxor Amphionis, quæ filios habebat sex, totidem puellas. Eo successu insolens contempsit Latonam, quæ non nisi duorum mater esset, Apollinis ac Dianæ. Hanc enim fabulæ narrant, post occisos liberos, quos permultos habebat, præ dolore in saxum conuersam fuisse, illud innuentes, immodico dolore diriguisse. Id saxum quod fabulæ dedit occasionem, in Sipylo Phrygiæ cõspici tradit Homeri Scholiastes, lachrymarum fontes emittens. Ouidius Metamor. libro 6. fabulam elegantissime narrans, de saxo sic loquitur:

Flet tamen, & validi circundata turbine uenti
In patriam rapta est, ubi fixa cacumine montis
Liquitur, & lachrymis etiam nũc marmora manant.

Qui funditus pereũt, Græcis πανοικὶ ἀναρεῖς dicuntur, veluti cum pestilentia nullum in familia reliquum facit.

Radit vsque ad cutem.

Ξυρεῖ ἐν χρῷ, i. At cutem vsque radit. Grammatici citant ex Sophocle. De eo dicebatur qui nimium exacte uideretur agere cum aliquo. Sumptum à tonsoribus, q quosdam per pectinem radunt, relictis pilorum quasi stirpibus, quosdam citra pectinem ad uiuã vsq; cutem. Plautus in Captiui duo, Sed utrum strictim ne dicam attonsurum esse, an per pectinem nescio, uerum si frugi est, usque admutilabit probe. Loqtur de hero diligentius omnia percunctaturo, & tamquam ad cutem rasuro. Cognatum illi: At viuum resecare.

Signum bonum, aut malum.

Σύμβολος ἀγαθὸς ἢ καὶ φαῦλος, i. Signũ bonum, aut certe malum. Vbi quis de re incognita diuinat incertus. Symbolum aiunt augurium appellari, quod sumitur è sternutamentis: id autem ad Cererem pertinebat. Et hominis primum occursum, ex quo signum aliquod euentus captabant, symboli appellabant. Ceterum hic loquẽdi color antiquis olim familiaris erat testibus Homero & Platone, item apud Horatium Tiresia,

- Quidquid dicam, aut erit, aut non.

Duos insequens lepores, neutrum capit.

Ο δύο πῶκας διώκων, οὐδέτερον καταλαμβάνει, i. Qui duos insectatur lepores, neutrũ capit. Huius prouerbij sensus est. Qui simul duplex captat cõmodum, utroque frustratur. Effertur in Græcorum collectaneis & citra figurã, Δύοιν ἐπιθυμήσας οὐδὲ τέρου ἔτυχες, i. Ambo concupiscens, neutrum adsecutus es.

Cui multum est piperis, etiam oleribus immiscet.

Οπολὺ ἔχων πέπερι, τίθησι καὶ λαχάνοις, i. Qui multũ habet piperis, etiam oleribus admiscet. Cui rei cuiuspiam largior adest copia, ea profusius utatur licebit. Depusillo parcius insumendum. Vt, cui multum suppetit facultatem, huic licet opiparе uiuere. Nam piper oleribus admiscere solere testatur & Martialis.

Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O quam sæpe petet uina, piperq́; coquus.

Non nihil suspicamur & hoc Apostoliũ à vulgi fece hausisse. Tametsi utitur Hermolaus Barbarus in epistola quadam ad Picum. Huic simile quod alibi retulimus: Putre salsamentum amat origanum.

Domus amica, domus optima.

Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. idest,

- Est grata domus, domus optima semper.

Nusquã cõmodius, nusquã liberius, nusquam lautius homini uiuere contingit, q̃ domi. Quidã per iocum detorquent ad testudinem, de qua fertur apologus huiusmodi: Iupiter cum animantium omnes genus ad nuptias rogasset, uenissentq. reliqua, p̃ter vnam testudinem (nã hæc per acto conuiuio,

uiuio, tum demum aduenit) Iupiter admirans percunctatus est, quid nam illi fuisset in mora. Atque illa respondit, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. Iratus ille, iussit vt quocunq. iret, domum suam secum circumferret. Vnde per iocum affectata obscuritate sic describitur apud Ciceronem, libro de diuinatione secundo:

Terræ tardigradam, domiportam, sanguine caffam.

Nam terræ pro terrigenam, legendum opinamur. Quin & iura publica fauent priuato, domus. Sic enim Caius Pandect. libro quarto tit. de in ius vocãdo, Plerique putauerunt nullum de domo sua in ius vocari, licere, quia domus tutissimum cuique refugium ac receptaculum sit, eumq. inde in ius uocaret, uim inferre uideri. Similia Paullus lib. 50. Tit. de regulis iuris. Ad apologum adlusit M. Tullius in Epist. quadam ad Dolabellam: Hæc loca uenusta sunt, abdita certe, & si quid scribere uelis, ab arbitris liberas, sed nescio quo modo οἶκος φίλος. Itaq; me referunt pedes in Tusculanum cui respondet illud, alibi à nobis positum:

Οἴκοι μένειν δεῖ τὴν καλῶς δ' δαίμονα, i. Domi manendum est, fata cui, sunt prospera.

Nam huic demum:

Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος.

Alioqui cui sit uxor rixosa domi, & nihil quod edatur, huic domus carcer est. Cęterum Plutarchus hoc genus hominum ignauum, quod tecto gauder, & umbra, quodq; semp amat desidere domi, οἰκουρὸς appellat, quasi dicas, custodes domus. Et in libello περὶ τῆς δ' δυμίας, nõ probãt hanc οἰκουρίαν καὶ ἀπραξίαν. Idẽ, in Præceptis coniugialibus refert, Phidiam, Heleorum Venerem ita finxisse, ut testudinem calcaret, tacite significans, uxoribus domi manendum esse, silendumq. Idem narrat, Ægyptijs hunc fuisse morem, ut nuptæ sandalijs non uterentur, ne uidelicet domo umquam prodirent. Huc adscribendum quod refert Plutarchus in vita T. Flamini. dehortatus Achaicos ne sibi uindicarent insulam Zacynthiorũ, dicebat, κινδυνεύειν ἂν ὥσπερ αἱ χελῶναι πορρωτέρω τὴν κεφαλὴν τῆς πελοπονήσου προτείνωσιν, i. Periculum ipsi: fore, quemadmodum testudinibus, si lõgius à Peloponeso proferrẽt caput. His non dissimilia T. Liuius de bello Macedonico lib. 6. ubi sic loquitur. Quintius: Si utilem possessionem eius insulę cẽserem Achæis esse auctor essem S.P.Q.R. ut eam uos habere sineret, cęterum sicut testudinem, ubi collecta in suum tegumen est, tutam ad omnes ictus uideo esse, ubi exerit partes aliquas, quodcunque nudauit, obnoxium atq. infirmum habere, haud dissimiliter uobis Achęi clausis undique maris quod intra Peloponesum est, terminis, ea & iũcta tueri facile: si semel auidita te plura amplectandi hinc excedatis, nuda uobis omnia quæ extra sint & exposita ad omnes ictus esse.

Asini caput ne laues nitro.

Ὀνου κεφαλὴν μὴ πλύνειν νίτρῳ, i. Asini caput ne laues nitro. Ne multũ sumptu operæve impendas in rem uilem, ac sordidã. Finitimum illi: τὴν χύτραν ποικίλλειν, idest, Ollam variegare.

Asini mandibula.

Ὀνου γνάθος, i. Asini mandibula. Conuenit in edaces alioqui stolidos, & ignauos. Cuiusmodi pingit Horatius:

Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.

Hesychius citat ex Eupolide, dictumq. in homines edaces. Addit & loci nomen esse:

In occipitio oculos gerit.

Ὀπίσθεν κεφαλῆς, ὄμματα ἔχει. i. In occipitio oculos hẽt. De versutis & circũspectis, quosq; neutiquam procliue sit fallere. Quod genus hominum Persius Ionos appellat. Et Homerus à principe requirit, ut oculatus sit πρόσωπον καὶ ὀπίσωθεν, i. A fronte & à tergo. Plautus in Aulularia. Quæ in occipitio quoque habet oculos.

Lutum nisi tundatur, non fit urceus.

Ὀστρακὸς λῶ μὴ διαρῇ κέραμος οὐ γίνεται, i. Lutum ni tundatur, nõ fit testa. Citta laborem nullus euadit in uirum absolutum. Et hoc, ni fallimur, Apostolius hausit à vulgi fece, homo non perinde ingenio elegans atque palato, quemadmodum accepimus ab his, qui eum domestica consuetudine nouerant.

Viri iureiurando, pueri talis fallendi.

Ὅρκοις ἄνδρας, ἀστραγάλοις δὲ παῖδας ἐξαπατέον, i. Iureiurando uiros, talis pueros oportet fallere. Docet uiris nulla re citius imponi posse, quam iureiurando, q̃ nemo tam improbus esse credatur, qui id velit uiolare. Lysandri Lacedæmoniorum dicis apophthegma, auctore Plutarcho.

Aues queris.

Ὄρνις ζητεῖς, i. Aues quæris. Rem vagam, & captu difficilem sequeris. Persius, An passim sequeris coruos, testaq; lutoq;? Itẽ Aristoteles. τὰ πετώμενα διώκειν, i. Sectari uolantia. Et ante hunc Plato in Euthyphrone: τί δὲ πετόμενον τινα διώκεις, idest, Quid autem volantem quempiam insectaris?

Mons cum monte non miscetur.

Ὄρος ὄρει οὐ μίγνυται, i. Mons cum monte non miscetur. Non conuenit inter pariter elatos aut pariter potentes. Etiam si Plin. tradit, duos montes concurrisse, crepitur maxime assultantes recedẽtesq; magna hominum turba spectante, idq; luce.

Qui canem alit externum.

Ὃς κύνα τρέφει ξένον, τούτῳ μόνον λίνος μένει. idest,

Qui canem alit peregrinum, huic præter funiculum nihil sit reliqui. Qui bñficium collocat in ingratum, perdit operam. Nam canis alienus relicta fune quo alligãt, pristinum dominum repetit.

Cum Nibas coccyssauerit.

Ὅτ' ἂν νίβας κοκκύσῃ, idest, Cũ Nibas coccyssauerit. Simillimum illi: Ad Græcas Kalendas. Tradunt in Thessalonica Macedoniæ ciuitate vicum esse, cui nomen Nibas, ubi galli numquam uocem edãt. Quẽ admodũ & cicadæ mutæ sunt alicubi. Porro quod illic locus addit gallinaceo, id ars efficit, addito collo circulo è sarmentis, si qua fides Plinio, qui hoc retulit li. 29. c. 4. Hesychius addit, Nibades dici capras cristatas, vt ab ijs exspectetur τὸ κοκκύζειν, quod est, gallinaceorum.

Ignis non extinguitur igni.

Περὶ οὐ σβέννυται πῦρ, i. Igni non extinguitur ignis. Malum malo nõ tollitur: ita non sedatur iracundia, sed ferocitas sedatur lenitate, malum patientia tollitur: iniuria beneficio vincit. μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ alibi retulimus ex Platone & Plutarcho.

Ne terra quidem iuuit.

Οὐδ' ἀπὸ γῆς ὤνησεν, i. Ne terra quidem profuit, idest, ne minimo quidem perinde quasi dicat, ne glebam quidem impetiuit: aut ne terræ quidem hospitio dignatus est: ut apud Maronem:

Hospitio prohibemur arenæ?
Bella ciẽt, primaq; vetant consistere terra.

Nullus emptor difficilis bonum edit obsonium.

Οὐδεὶς δυσώνης χρηστὸν ὀψονεῖ κρέας, i. Difficilis emptor haud bona emit obsonia.

Qui nimium vili studet emere, semper merces uitiosas emit. Nam haud conueniunt, paruo emere, & rem egregie bonam emere, Conueniet in hos, qui paullulo labore conantur egregias assequi literas, q̃ non contingunt, nisi maximis ac diuturnis uigilijs. Ni fallimur, subnotauit hoc prouerbium Iulius Pollux libro, De rerum vocabulis sexto, cum negat uocem δυσώνης vsurpatam ab auctoribus: sed tantum reperiri in prouerbio.

Non potes Thetidem simul, & Galateam amare.

Οὐ δυνήσεαι τέθιδός τε καὶ γαλατείας ἐρᾶν. i. Non potes simul & Thetidẽ, & Galateam amare, idest, non potes idem diuersa sequi, velut litteras & pecuniã, uoluptatem & gloriam, mundum, & CHRISTVM. Nam Galateę fluuio male conuenit cũ marinis fluctibus. Declarat hoc Luciani dialogus inter Galateam, ac Doridem. Suspicamur & hoc è uulgi fece haustum.

Lucrum malum, æquale dispendio.

CELEBRATVM Hesiodum dictum, Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσα ἄτῃσιν. idest,

Ne male lucreris, mala lucra æqualia damnis.

Vtinam hanc sententiam cum mortales omnes, tum præcipue negotiatores, non scrinijs, sed pectori inscriberent suo, decerneretq. non esse lucrum, quod iactura bonæ mentis comparetur, neque quidquam utile esse, quod non idem sit honestum. Verum his magis arridet illud Ennianum:

Vnde habeas querit nemo, sed oportet habere.

Sophocles Hesiodiam sententiam latiꝰ extulit.

Οὐκ ἐξ ἅπαντες δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν·
Ἐκ τ' γὰρ αἰσχρῶν λυμμάτων πλείονας
Ἀτιμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωμένους. idest,

Non undecumque lucra gaude quærere,
Plerosq; siquidem turpibus de quæstibꝰ
Auferre, damnum, non salutem uideris.

Feruntur hi eãdem sententiam aliquot senarij prouerbiales:

Κέρδος πονηρὸν ζημίαν ἀεὶ φέρει, idest,

Dispendio usque est fraude quæsitum lucrum. Et:

Τὰ δ' αἰσχρὰ κέρδη σύμφορας ἐργάζεται,

At turpe lucrum adducit infortunium.

Huc pertinet quod alibi retulimus ex Isthmijs Pindari: τὸ δὲ παρ' δίκαν γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτά. i. Quod præter iustum est dulce, exitum habet amarissimum.

Thericlei amicus.

Θηρικλείου φίλος, i. Thericlei amicus. Dictum in bibosos. Thericles primus excogitauit poculum, ut citatur auctor Eubulus. Dictum est autem inuentum inuentoris uocabulo. Siquidem Græci uitreum poculum θηρίκλειον uocant, auctore Suida. Ferũt apud eundẽ & illud θηρικλέους τέκνον κύλιξ, id est, Thericlis filius calix. Huius dicti auctorem citat Athenæus Theopompum in Nemea. Antiphanes θηρίκλειον ὄργανον appellat. Sed plura super hac re prodidit Athenæus libro 11. ostendens Thericlem Corinthium quempiam ætate Aristophanis Comici fuisse figulum, qui noua arte primꝰ è terebintho tornatile poculũ finxerit, quod a fictilibus non potuerit dignosci. Cuius rei meminit Theophrastus in libris de plantis, poculum erat satis profundum, auriculis breuibus, ut ad ilia gestari posset, ad uteri effigiem imitatũ, quẽ admodum refert idem Athenæus, & incertum utrum poculo nomen sit inditum ab homine, an homini a poculo. Alij malunt Thericleũ dictũ, διὰ τὸ δορὰς θηρίων αὐτῷ ἐντετυπῶσθαι, i. quod ferarum pelles illi fuerint insculptæ. Pamphilus Alexandrinus mauult hinc dictum, quod Bacchus hoc poculo libans feras exturbare soleat. Sed nominis controuersiam relinquamꝰ. Illud constat, eiusmodi poculi genus postea dictum Thericleum, insuper & crateres dictos Thericleos. Similiter & intus lignea, foris inaurata pocula, nihilominus Thericlea uocata, quæ Callimachꝰ χρυσόκλεισα dixit. Imo quidquid nouo artificio reperisset aliquis, Thericleum appellabatur. De patinis Thericleis meminit Plutarchus, i apophthegmatis Scipionis minoris, tanquam de re singulari ac preciosa.

Theagenis hecateum.

Θεαγένους ἑκάτειον, idest, Theagenis hecateum in superstitiosos ac ridicule meticulosos dictum est. Hic Theagenes legitur usq. adeo fuisse superstitiosus, ut domi haberet Hecates simulacrum, nec usquam pedem moueret, nisi illo consulto. Vnde & καπνός, id est, fumus est cognominatus, quod magnifice polliceretur, cum eẽt pauper. Qua de re meminimus alibi.

Fiducia pecunias amiss.

IACTATVR & hodie, uereq; dicitur fiducia plerosq; mortalium falli. Videtur autẽ ex antiquorum relictum prouerbijs: quãdoquidem apud Theognidem legitur hic uersiculus:

Πίστι χρήματ' ὄλεσα, ἀπιστείη δ' ἐσάωσα. idest,

Fiso res perij, diffiso salua remansit.

Proinde non pessime monet Epicharmus, νῆφε, καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν, i. sobrius este, & memineris diffidere. Quamquam nulli fidere, inhumanum est, omnibus fidere, stultum. Hoc honestius, illud tutius. Propterquod, ut idem ait Theognis,

Παῦρί τοι πολλῶν πιστὸν ἔχουσι νόον. i.

Paucis è multis fidus adest animus.

Aliud stans, aliud sedens.

NVLLVS inficias fuerit, prouerbialis figura dictum illud Salustianum in Ciceronem: Aliud stans, aliud sedẽs loquitur. Quo licebit uti, cum summam inconstantiam animi significamus, quasi tantillum momentum atq. interuallum commutet hominis sententiam. Homerus Iliados N. huiusmodi uersiculo notat hominis incõstantis ingenium:

Ἀλλὰ μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πέδας ἵζει, idest,

Verum claudicat, inq. pedes utrosq. uacillat.

Eãdẽ sniã sic effert Pindarus in Nemeis hymno tertio: ὁ δὲ δίδακτ' ἔχει ψέφηνος ἀνὴρ ἀλλότ' ἀλλα πνεῶν, ὑποτ' ἀτρεκὲς κατέβα

κατέβα ποδὶ, μυριᾶν δ' ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόῳ γδύεται, i. Qui uero tenet ea q̃ didicit, obscurus hõ, alias ãliter atque aliter affectus, nunquam certo ingressus est pede, sed innumerabilium uirtutum imperfecto intellectu gustũ capit. Præfert autem Pindarus naturam institutioni: quod qui natura bonus semper sui similis est: q uero nititur eruditione, cum multa tentet, nec firmus, nec absolutus est ulla in re.

Lingua amicus.

Ἀπὸ γλώσσης φίλος, i. Lingua amicus, qui verbis ostendit, non re præstat beneficium. Aut qui nõ amat ex animo, sed bene nolentiam oratione præ se fert. Quod genus inducitur Candidus apud Martialem. Et apud Homerum Odysseę Σ.

Οἵτ' δ' μ' βάξουσι, κακῶς δ' ὄπιθεν φρονέουσι, idest,

Qui recte dicunt, a tergo praua volutant.

Theognis in sententijs:

Ἀλλὰ δόκει μ' πᾶσιν ἀπὸ γλώσσης φίλος ἔναι,
Χρῆμα δὲ συμμίξης μηδενὶ μήδοτι ἦν. i.

Sic facito, ut lingua cunctis videaris amicus,
At factis cuiquam te caue miscueris.

Contra Sophocles in Antigone:

Λόγοις δ' ἐγὼ φιλῆσαν οὐ στέργω φίλω. i.

Non diligo hãc uerbotenus quę diligat.

At idem Theognis paullo post, damnat huiusmodi genũs amicorum:

Μή μ' ἔπεσιν μ' στέργε, νόον δὲ ἔχε καὶ φρένας ἄλλας, idest,

Nec me diligito uerbis, cũ mẽs alibi sit.

Rursum alibi:

Μή μοι ἀνὴρ εἴη γλώσσῃ χίλος, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ. idest,

Ne lingua mihi quis sit amicus, sed magefacto.

Simillimum est huic, quod alibi refert idem, μέχρι προσηγορίας, i. vsque ad salutationem.

Πράγμα μ' ἐστ' φίλος πάνυ δύσκολον, εἰσὶ δὲ πολλοὶ
Καὶ χεδὸν οἱ πάντες μέχρι προσηγορίας. idest,

Res per difficilis quidem amicus, sunt quia multi
Atque adeo cuncti pænæ, salute tenus.

Saturni podex.

Κρόνου πυγή, i. Sarurniculus: de carnibus vetulis, iamq; mancis & sensu vacantibus. Quidquid enim putre iam & effœtum intelligi volebant olim, id Saturnium uocabant. Meminit Diogenianus, nec tamen explicat Suidas & Hesychius admonẽt, ita dictam carnem ob vetustatem stupidam, ac sensus expertem, a Saturno deo, qui multa prouerbia nobis dedit. Ad animũ translatum nonnihil habebit gratiæ.

Qui uitat molam, uitat farinam.

Ὁ φεύγων μύλον, ἄλφιτα φεύγει, idest,

Qui fugit molam, fugit farinam. Aut:

Deuitat quicumque molam, fugit ille farinam.

Nam omisso articulo, uidetur hemistichium carminis heroici. Qui refugit industriam, non fruetur emolumentis. Sunt qui malorum stridoribus offenduntur, cum fine molis non liceat uiuere. Sic quidam vxorum mores ferre non possunt, cũ optẽt liberos. Dicunt & hodie vulgo, qui quærit oua, gallinarum cacalismum, vt vulgo vocant, Latini glocire dicunt, ferat oportet. Finitimum illi: οὔτε μέλι οὔτε μέλιττα, i. Neque mel, neque apes.

Ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω.

Ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω. Admonet iniquum non admittendum. Geometriam enim æquabilitatẽ accepiũt, ut apud Aristidẽ in Themistocle: ὅπου γε δεῖ καὶ τῆς ἰσότητος, καὶ γεωμετρίας, i. Vbi opus est, & æquabilitate, & geometria. Idẽ in Pericle, εἰ δὲ ἡ γεωμετρία καλὸν, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν ἰσότης. idest, Si honesta est geometria, & quæ cum illa coniuncta est æqualitas. Vnde Lycurgus arithmeticem, ceu popularem, ac turbulentam eiecit e Lacedæmone: geometriam induxit, tamquam modestę oligarchię, & legitimo regno conuenientem, teste Plutarcho. Sed mea quidem sententia, magis valebit perinde prouerbiũ, quasi dicas: ἀνίπποις τοσὶν, id est, Illotis pedibus, hoc est, temere & imparatis. Nam hæc erant apud ueteres prima philosophiæ rudimenta, Musica, & Geometria. Quibus disciplinis si qui essent initiati, nõ admittebãtur in scholam Platonis, cuius hãc ferunt fuisse inscriptionẽ: ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω. Loqt̃ ad hũc modum & Taurus philosophus apud Gellium: Nunc autem istis, qui repente pedibus illotis ad philosophos diuertũt non est hoc

est hoc satis, ꝗ sunt omnino ἀθεώρητοι, ἄμουσοι, ἀγεωμέτρητοι, i. Speculatiuæ, Musicæ, Geometriæ ignari. Pręcipuus autem admirator geometrię fuit Pythagoras, quem tradunt ob inuentum vnum problema, sacrificasse dijs. Id erat huiusmodi: Datis duabus figuris adijcere tertiam ab his diuersam, quę alteri sit æqualis, alteri similis. Tum Philo qui geometriam ἀρχὴν καὶ μητρόπολιν appellarit oĩum disciplinarum, quod hæc rerum intelligibilium imagines, veriq; vestigia, tamquam in politissimo speculo demonstret, mentęq; purgatam paullatim abducat a sensu. Plato quoque dixisse creditur, deum ipsum γεωμετρεῖν, siue quod geometrica speculatio animũ a rebus corporis abducat ad ea, quæ semper eodem sunt modo. Deus autem ab omni materia purissimus est. Siue quod in Timæo principia mundi diuisit in tria, Deum, materiam, & ideam. Materia quiddam est omnium, quæ susternũtur, maxime confusum & incompositum. Idea exemplarium pulcherrimum, Deus caussarum optima. Cum igitur ita condiderit mundum, ac semper ita seruet, ut materiæ sit æqualis, ideæ similis, uidetur explicare. Pythagoricum illud problema, cuius modo meminimus. Hęc itaque, & alia id genus multa, Plutarchus Symposiacæ decadis octauę problemate secundo. Plato videtur æmulatus solemnem morem tale qdpiam inscribendi foribus. Spado quidã effęminatus, cũ ostio domᵒ inscripsisset: οὐδὲν κακὸν εἰσίτω, Diogenes, Atherus, inquit, domus, qua tandem ingreditur? Socrates apud Platonem in Theęteto disputaturus đ reb. subtiliorib⁹, ἄθρει δή, inq̃t, περισκοπῶν, μήτις τῶν ἀμυήτων ἐπακούῃ. idest. Obserua iam circunspiciens, ne quis prophanus exaudiat. Imitatus est Pythagoram, qui sic præfatur:

Αείσω σωετοῖς, θύρας δ' ἐπίθεθε βέβηλοι. idest,

Cordatis cantabo, fores tamen obde prophane.

Cuius alibi meminimus.

Serpens ni edat serpentem, draco non fiet.

Ὄφις ἢν μὴ φάγῃ ὄφιν, δράκων οὐ γενήσεται. idest,

Serpens nisi serpentem edat, non futurus est draco. Potentes aliorum damnis crescunt, & optimatum fortunę non in tantum augerentur, nisi essent quos exsugerent. Quemadmodum inter pisces & beluas, maiores viuunt laniatu minorũ. Quãquam nobis quidem & hoc dictum fecem uulgi uidetur olere.

Certamen non accipit excusationes.

Ἀγὼν οὐ δέχεται χρήφεις, i. Certamen non admittit excusationes. Plato libro de legib⁹ sexto. ἀλλὰ γὰρ ἀγῶνα προφάσεις οὐ πάνυ δέχεσθαί φασιν. i. Verum aiunt certamen non admittere caussationes. Et: ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἀναμένει. i. Certamen non exspectat occasionem. Cum agitur periculo, non conuenit tergiuersari. Aut si maius, In pręsentaneo periculo non oportet occasionem expectare quemadmodum alijs in rebus. Veluti si quis in morbo capitali medicum opperiatur insignem, aut procul arcessendum. Huc pertinet quod legimus apud Quinctum Curtium libro septimo. Sed necessitas ante rationem est, maxime in libello, quod raro permittit tẽpora lege.

Phallus Deo.

Φαλλὸς τῷ θεῷ, i. Phallus Deo. Dici solitum, vbi parum quidem honesta, sed tamen apta tribuũtur, quasi dicas: ἐνεγκεῖν εἰς ἀμίδα, i. In matellam immeiere. Plutarchus in commentario: περὶ τῆς φιλοπλουτίας, ostendit hanc fuisse priscorum in ludis solemnibus pompam, vt primo loco duceretur amphora vini, & clematis, id est, fabę genus: post aliquis hircum trahebat: deinde nucum sportulam gestabat aliuś: postremo loco Phallus ferebatur. Ea erat effigies obsceni membri uirilis. Cur autẽ in mysterijs fuerit receptum, caussam reddit Plutarchus in libro De Iside & Osiride. Columella in carmine ipsum Priapum Ithyphallum vocat:

Sed truncum forte dolatum
Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli.

Et Pompeius ostẽdit, Ithyphallum dici membrum uiri pudendum. Vnde & hodie Itali si quem contemnunt hoc nomine notant. Nonnulla de Phallis Herodotus li. 2. Dictum est alibi de Phallis Bacchi, nẽpe in prouerbio: Erebinthius Bacchus.

Obturbas frustra uelut unda.

Οχλεῖς μάτην με, κῦμ' ὅπως, idest,

Turbas me vt vnda inaniter.

Idest,

Idest, Incassũ mihi molestus es. Fragmẽtum carminis est ex poeta quopiam. Traductum ab unda cautem assidue uerberante. Quo pertinet illud Maronis:

Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.

Optimum obsonium labor senectuti.

Ὄψον ἄριστον πόνος τῷ γήρᾳ, i. Optimũ obsonium senectuti labor. Laborandum in iuuenta, quo seni suppetat commodius uiuendi facultas. Diogenes rogatus, quid esse miserrimum censeret, respondit senectutem inopem. Adagium autem uidetur mutilum. Nos opinamur, πόνει, idest, labore legẽdum, ut intelligas, senectutis imbecillitatem exquisitoribus cibis esse fulciendam, qui quo suppetant seni, paranda res est in iuuenta.

Omne æs alienum cæpe, & mulcta allium.

Πᾶν μοι χρέος κρόμμυα, καὶ τὸ τίμημα σκόροδα, i. Vniuersum æs alienum cæpe, & mulcta allium. Subaudiendum εἴη. Cum quis obstrictus multo ære alieno, optat ut paruo dependere possit quidquid debet. Nonnihil ueremur ne & hoc Apostolius hauserit, nõ ex auctoribus priscis, sed è suis combibonibus.

Oportet omnibus corydalis.

Πάσῃσι κορυδαλοῖσι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι, i. Omnibus galeritis oportet cristã inesse. Citatur ex Simonide, & vsurpatur aliquoties à Plutarcho, nominatim in vita Timoleontis, in hunc sensum, nullum esse mortalis ingenium, cui non sit aliquod uitium admixtum, ceu perinde secundũ hominis naturam sit nõ carere uitio, ut galeritæ naturale est habere cristam. Plutarchi uerba subscribamus: ἐπεὶ δὴ χρὴ ὡς ἔοικεν, οὐ μόνον πάσι κορυδαλοῖς λόφον ἐγγίνεσθαι κατὰ σιμωνίδην, ἀλλὰ καὶ πάσῃ δυμοκρατείᾳ συκοφάντην, i. Quoniam aũt oportet, ut nõ solum omnibus galeritis cristam inesse, quemadmodum dixit Simonides, verũ etiam omni democritæ sycophantam. Meminit Corydi Aristophanes in Auibus, affingens ex Æsopo lepidam fabulam. Aut enim hanc auem fuisse omnium antiquissima, videlicet ante natam quam esset terra, eumq; pater illius morbo perisset, nec esset sepulchro locus, in capite sepelisse patrẽ, unde & crista tumuli loco est. Inibi Corydo regnum decernitur. In eadẽ indicat Philocteti cuidam turbinato capite deformato, fuisse nomen Corydo. Cõgruit huic dictum Crateris, quod refertur apud Laertium, uix esse quemquam, qui prorsus omni uitio careat, sed omnibus malis punicis aliquod inesse granum putre.

Toto deuorato boue, in cauda defecit.

Πάντα ἐκτραγὼν τὸν βοῦν, εἰς τὴν οὐρὰν ἀπέκαμψεν, i. Toto deuorato boue, in cauda defecit, hoc est, reliquo negotio pacto, in extremo fine delassatus est. Videtur esse senarius, sed deprauatus. Sapit tamen vulgi fecem & hoc.

Iuxta fluuium puteum fodit.

Παρὰ ποταμὸν φρέαρ ὀρύττει, i. Ad flumen puteum fodit. De stultam & inanem sumente operam. Finitimum illi, In syluã importat ligna. Putei fodiuntur ob aquarum inopiam.

Mutabilior Metra Erisichthonis.

Μεταβλητότερος μήτρας τῆς ἐρισίχθονος, i. Mutabilior Metra Erisichthonis. In eum congruit, qui secum non constat, sed subinde aliam atq; aliam personam sumit. Extat in priscorum fabulis Metram puellam in uarias rerum figuras transfigurari solere. Res autem sic habet: Erisichthon quidã Thessalus assumptis facultatibus, ad extremam deuenit inopiam. Huic erat filia puella præstanti forma, nomine Metra. Quam ubi prostituisset, adolescentes qui commeabãt ad illã, uaria munera deferebãt, alius equos, alius boues, aut uerueces. Nam id temporis non dum auri, argenti, gemmarumve erat usus. Porro Thessali per iocũ dicebãt, Metram Erisichthonis uerti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus filiæ donabantur. Atque hinc prouerbium. Fabulam Erisichthonis tractat Ouidius libro Metamorphoseon octauo.

Catella Melitæa.

Μελιταῖον κυνίδιον, i. Melitæa catella. Quadrat in eum, qui hĩ in delicijs, ac lautius in otio alitur ad uoluptatem, non ad usum. Triplex enim canum genus. Quidã habentur ad usum uenandi, quos appellãt ἰχνευτάς. quasi dicas vestigatores. Quidã ædium custodiæ præficiuntur, qui dicunt, οἰκουροί, idest, custodes domus. Quidã animi

mi caussa nutriuntur, & allusim dumtaxat muliercularum, hos μελιτήρας, siue μελιταίας appellant. De quibus est illud Platonis: τὰ κωΐδια μιμεῖσθαι τὰς δεσποίνας, i. Catellæ dominas imitantes. Et Gorgo apud Theocritum in Syracusijs, profectura duo mandat famulæ, ut infantem vagiẽtem placaret, & catellum reuocaret intro. Lucianus falsissime ludit in Stoicum barbatum, cui in eodem sedenti uehiculo domina catellam committit, obtestans illum per ea quæ sunt in uita dulcissima, ut diligenter curet. Est in familijs diuitum huiusmodi ministrorum genus, quos illi non ad ministerium, sed animi caussa domi habent.

Ne cinerem viuens, in prunas incidas.

Μὴ τέφραν φεύγων εἰς ἀνθρακιὰν πέσῃς, i. Ne cinerem fugiens in carbonariam incidas.

Ne sic defugias malum hoc aut illud, ut in aliud longe maius incurras. Videtur heroicus deprauatus constabit, si pro πέσῃς legas καταπίπτῃς.

Syrus cum non sis, ne syrissa.

Μὴ ὢν σύρος μὴ σύριζε, i. Cum non sis Syrus, ne syrissa. Nam sumas personam parum decoram, ne uelis alius uideri, quàm sis. Aut cum sis natus ingenuus, ne moribus agas seruum & barbarum. Nam Syri male audiebant ob morum molliciem. Est autem facetus iocus, ex amphibologia huius uerbi σορίζω, quod significat, & syrissare, & fistula canere.

Ne moue festucam.

Μὴ κάρφος κίνει, i. Ne moue festucam. Iocus prouerbialis, ubi quis omnis strepitus impatiens est. Quosdam uideas vsque adeo morosos, ut quidquid agas offendantur, etiam si stipulam dumtaxat moueas.

Cum parnula est, bona videtur spina.

Μικρόθεν ἡ ἄκανθα ἀγαθὴ φαίνεται, i. Cũ paruula est spina, bona uidetur. Puericia semper amabilis. Quẽmadmodum spina quoque innoxia est, atque adeo uelsca etiam, donec ætate durescat. Sentit de aspa ragis. Sic est rerum humanarum conditio, ut omnia suapte spõte degenerẽt in peius. Citatur ex Diphilo.

Πολιὸς τεχνίτης ἐστὶν ὁ χρόνος ὦ ξένε,
Χαίρει μεταπάττων πάντας ἐπὶ τὰ χείρονα. idest,
Est canus artifex, ò Iuppiter, dies;
Nam gaudet omnes deteriores reddere.

Moschus canens Bœoticum.

Μόσχος ᾄδων βοιώτιον, i. Moschus canẽs Bœoticum. Moscus hic citharœdus fuit imperitus, qui citra respirationem uocem in longum producebat. Bœoticum autem uocat cantionis genus, ueluti Phrygiũ aut Dorium. Quadrabit in multiloquos, sed tamen inepte loquaces.

Filium contentionis tunc erat.

Μίτος ἔριδος τότ' ἦν, i. Filium contentionis eũ urat. Dici solitum in pertinaces, cum vterq; peruicax, neuterque concedit alteri. Est aliquoties in epistolis Hieronymianis, funiculũ contẽtiosum ducere, nec apud alium legisse meminimus, pręterquã apud Tertullianum in principio libri Ad uersus Iudęos. Apparet natũ à ludo, quo duobus hinc atq; hinc funem tenentibus, vterq. conatur alterum ad se trahere. Hinc & illud ductum arbitramur, quod alibi retulimus: Ne rumpamus, dum nimium tendimus funiculum.

Neque cæcum ducem, neque amentem consultorem.

Μήτε τυφλὸν ὁδηγὸν, μήτε ἀνόητον σύμβουλον, i. Neque cæcum ducem, neq; amentem consultorem. Subaudiendum adhibeas. Disce, sed à doctis. Cõsilium pete, sed à consultis. Contra Horatius:

Cæcus uti si monstret iter, tamen aspice.

Mus non ingrediens antrum, cucurbitam ferebat.

Μῦς εἰς σπήλαιον χωρῶν, κολοκύντιον ἔφερε, i. Mus non potens subire antrũ, gestabat cucurbitam. In eum congruit, qui cum ipse sibi consulere non possit, alijs conatur opitulari. Aut qui conatur maiora uiribus suis. Videtur ab apologo natum, sed anili, ni fallimur.

Non parans amicos, ne obliuiscere veterum.

Νέους φίλους ποιοῦν, λῶστε, τοὺς παλαιοὺς μὴ ἐπιλανθάνου, i. Nouos parãs amicos, optime, uetera ne obliuiscere. Torqueri põt & ad

ad mutua studia, ad quæ conuenit nonnunquam respicere, etiam posteaquam diuersæ te addixeris disciplinæ. Veluti si moneas, qui se ad iuris studium contulerit, ut obiter recurrat ad bonas literas. Vsurpatur ab Hermolao Barbaro in epistola quadam ad Picum Mirandulanum.

Etiam dormiens somniat.

Ὀνειροπολεῖ καὶ καθεύδων, i. Somniat etiam dormiens, hodie quoque uulgo dicitur, quoties significat aliquem toto pectore rei cuipiam addictum, deditumque. Siquidem ijs euenire solet, ut quæ interdiu uoluerint animo, noctu somnient. Aristophanes in Nebulis:

Ὀνειροπολεῖ γὰρ καὶ καθεύδων ἱππικὴν. i. Et dormiens equestre studium somniat.

De iuuene dictum est, qui studio alendorum equorum rem patriam omnem absumpserat. Item paullo superius: ὀνειροπολεῖθ' ἵππους, id est, Equosq; somniat. Dicet aliquis, quid miri si quis dormiens somniet? Sed ὀνειροπολεῖν nõ tam est somniare, quam somnia interpretari, & hinc spem concipere aut facere. Porro curam illam iuuenis somnium uult uideri poeta. Ita bis somniat eadem & uigilans & dormiens, Plautus contra: Vigilans somniat, dixit. Terentius: Num ille somniat ea, quæ uigilans uoluit? Et apud Horatiũ Europa sic loquitur:

-Vigilans ne ploro
Turpe commissum, an uitiis carentem
Ludit imago Vana?

Chordæ uice.

Ὡς ἀντὶ χορδῆς, id est, Tanquam chordæ loco. Conueniet, ubi quod alicubi diminutum uidebantur, suppletum aliunde significabimus. Plutarchus in Symposiacis prouerbii uice uidetur usurpasse: καὶ ταῦτα φησὶν, inquens, ὡς ἀντὶ χορδῆς κείσθω τοῖς ὑπὸ σοῦ πεφιλοσοφημένοις. i. Atque hæc quidem chordæ uice addita sint ijs, quæ abs te sunt erudite disserta. Sumptũ est a Locrensi fabula, quam exposuimus in prouerbio: ἀκάνθιος τέττιξ, i. Acanthia cicada.

In caput præcipitari.

Ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖσθαι, i. In caput impelli, hoc est præcipitem dari, dicebant eum, qui per summam contumeliam expelleretur, vel potius qui funditus perderetur. Est in Luciani libello De mercede seruientibus. Vsurpauit non absimili figura Terentius: Auctores erant, ut illam præcipitem darem, id est, ut exturbarem ædibus. Plutarchus in Stoicorum contrarietatibus: ὁ δὲ χρύσιππος ἕνεκα τοῦ χρηματισμοῦ τὸν σοφὸν ἐπὶ κεφαλὴν εἰς πάντα καὶ παυσον ὠθεῖ, καὶ σκυθῶν ἐρημίαν, i. Chrysippus sapientem fenoris gratia præcipitem dat in Panticapæum, & Scytharum solitudinem. Panticapæum urbs Scythiæ ad Bosphorum, auctore Stephano, arbitramur idem esse, quod ait Seneca libro de Beneficijs 6. Alia detinebo diutius, alia expellam & capite agam. Notauit nonnihil adagii formam Phœnix Colophonius apud Athenæum libro duodecimo de Nino rege Assyriorum agens, qui præ corporis uoluptatibus omnia contemnebat. Scazontes illius sic habent:

Ἀλλ' ἰὼ ἄρσος ἐσθίειν τε καὶ πίνειν
Κεράν, τὰ δ' ἄλλα πάντα καὶ πετρῶν ὤθη.

.i. Sed erat edendo, poculumq; miscendo
Præstans, reliqua autem cuncta abegit in saxa.

Id est, prorsus contempsit.

Ἀσπονδος πόλεμος.

M. Tvllivs Epistolarum ad Atticum lib. nono, Huius igitur belli ego particeps & sociꝰ, & adiutor esse cogor, qd' & ἄσπονδον est cũ ciuibus. ἄσπονδον uocat perpetuum, & atrox & irrecõciliabile. Suidas ostendit, ἀσπόνδους ἐχθροὺς dici eos, qui in cõcordiam redigi non possunt. Sonat ferme, quasi dicas inconfęderabiles, ut docẽdi caussa sic loquamur. Cõueniet in simultatem ac diffidiũ amarulentum. Vsus est eo prouerbio diuus Chrysostomus Homilia in Matthæum quadragesimaseptima. Item diuus Basilius ĩ epist. quadã ad Athanasium: καὶ τοῦ αἰτίου ἐρωτῶσι τοῦ ἀκηρύκτου τούτου καὶ ἀσπόνδου πολέμου, ψαλμῳδεῖν λέγουσι καὶ τρόπον μελῳδίας, τῆς παρ' ἡμῖν κεκρατηκυίας, i. Quod si rogẽtur quę caussa sic huius nec indicti, & sine sacris suscepti belli, narrãt cãtica quædã esse & speciẽ melodiæ, q̃ apud nos obtinuit Aeschines in orõne: περὶ παραπρεσβείας, ἐξ οὗ οὐκ εἰρήνη φέροιτ' ἂν ἐκ πολέμου, ἀλλ' ἐξ εἰρήνης πόλεμος ἀκήρυκτος. i. Ex qb⁹ nõ pax fieret è bello, sed ex pace bellum nõ indictũ, hoc est, uehemens & atrox. Idem in eadem:

δὲ: εἴδε ἔσοντες τοὺς πολέμων αἱ μὲ δὶ δύναι τοῦς πρέσβεων αἱ ἢ δωρεαὶ τοῦς στρατηγῶν, ἀπόνους καὶ ἀκηρόκτους τὸς πολέμους ποιήσετε. id est. Quod si bellorum caussę quidem erunt oratorum, dona vero ducũ, efficietis ut bella & sacris careant & denũciationibus. Etenim qui indicit, qui mittit feciales, qui sacrificat, ipsa mora fit lenior: & hoc consilio probabile est huiusmodi moras repertas, uelut in iure citationẽ triplicem, litis contestationem, in matrimonio libellum repudij, & solẽnia verba, Tua tibi habe: quo dum hæc aguntur, residat impetus ille impotens.

Ab Eteobutadis ducit genus.

Ἐξ ἐτεοβουταδῶν ἕλκει τὸ γένος, i. Ab Eteobutadis ducit genus. Dici solitum de ijs, qui maioribus illustribus & antiqua nobilitate sunt oriundi, uidelicet a Buto quopiam, qui sacerdotes Athenis instituit. Et ab huius posteris postea summi magistratus creabantur. Venustius erit, si per Ironiam sumatur in hominem obscurum, aut nobilitatis, & imaginum oltentatorem.

Ergini cani.

Ἐργίνου πολιαί, i. Ergini canicies. De canicie prępropera, id est, quæ ante diem legitimum accidit. Erginus filius fuit Clymenis, unus ex Argonautis. Cum autem Hypsipyle Thoantis Lemniorum regis filia funerales ludos manibus parentis proposuisset, Erginus adolescens præter ætatis rationẽ iam canus, accessit inter reliquos decertaturus. Irrisus est autẽ a mulieribus Lemniacis, ob intempestiuam capitis canicię, & prouerbio locũ fecit, hoc insignior, quod superatis omnibus athlethis pulcherrimam uictoriam reportarit. Festiuius autem fiet, si per ironiam dicetur in senes iam canos, qui tamẽ iuuenes ẽt dũ haberi uelint, caussantes eam canicię non ex annis, sed è curis, aut aliunde præmaturam accidisse. Poterit torqueri & in illos qui ætate iuuenes, iam tum ingenio, moribusq. senem agunt. Et quibus rerum prudentia uelox, Ante pilos uenit, ut inquit, Persius. Nulla uero res citius adcelerat senium quam animi curę, amor, odium, inuidentia, metus ac mœror. Huc pertinet illud Theocriticum in Aita:

Οἱ δὲ ποδεῦντες ἐν ἄματι γηράσκουσι. i. Verum quos amor angit, in una luce se nescunt.

Scholiastes adducit consimilem uersũ ex Odysseæ T.

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι. i.

Rebus in aduersis uenit accelerata senectus.

Pindarus item in Olympiis:

Φύονται δὲ καὶ νέοις ἐν ἀνδράσι πολιαὶ θαμὰ καὶ παρὰ τὸν ἀλικίας ἐοικότα χρόνον. id est,

Nascuntur & in iuuenibus uiris cani, frequenter & prẽter ætatis cõueniens tẽpus. Desiderantibus oẽ tempus longũ est.

Sic piger annus.

Pupillis, quos dura premit custodia matrum.

Et hodie prędicãt nautę ĩ prę̃senti naufragij periculo de repẽte oboriri canicię.

Εσκιμαλίχθαι.

Εσκιμαλίχθαι σὲ χρὴ. Hoc gestu contumeliam, despectumq; supremum significabãt. Est enim Gręcis: ἐσκιμαλίσαι, mediũ digitum ostendere, cõtractis cęteris, ignominiæ caussa, aut strepitu digitorum significare contemptum. Vnde & apud Iuuenalem, quod alibi retulimus:

Manderet laqueum, mediumq. ostenderet vnguem.

Suidas citat ex Aristophane senarium hunc. Extat autem ἐν εἰρώνῃ.

Ο δὲ δρεπανουργὸς οὐκ ὁρᾶς ὡς ἤδεται,
Καὶ τὸν δορυξόον οἷον ἐσκιμάλισεν, i.

At non vides, ut gestiat falcis faber,
Medioq; monstret vngue lancearium?

Quid autem proprie significet ἐσκιμαλίζειν, qui scire cupiet, è Suida discat. Elegãtius magisq. prouerbialiter, ad fortunam, ad eruditionẽ, aut aliud quippiam, quod plane contemnitur, detorquebitur.

Extrema extremorum mala.

Εχάτων ἔχατα κακὰ διαπέφραγται. i. Extrema extremorum mala acciderũt. In ipso schemate sita est prouerbii ratio, quẽ admodum in initio operis admonuimus. Ad hanc formam pertinere uidetur, quod apud Athenæum li. 15. scripsit Hipponax, κακῶν κακά. id est, Malorum mala pro sũmis malis. Item quod quidam Atticam, ἑλλάδος ἑλλάδα, id est, Gręcię Gręciã dixit, quasi dicas Græciæ florem. Quod genus

sunt & illa, ἀγαθῶν ἀγαθίδες. Et δεινότερα δεινίς. Et κύτερα κωΐτωνος. Hũc sermonis typum Gręci uident ab Hebręis mutuo sumpsisse, qui vehemẽtiã & ὀπτάσιν eiusdem dictionis congeminatione significãt.

Cucurrit quispiam ut pluuiæ madesceret, & in fouea præfocatus.

Εδρεχέτις μὴ βρεχθείη. καὶ εἰς βόθρον ἀπεπνίγη, i. Cucurrit quispiam, ne consper geretur aqua, & in fouea præfocatus est. Vbi quis leuius malum incautius fugiens, in maximũ incurrit. Videtur à vulgo sumptum ab Apostolio, cuiusmodi multa sciẽtes prætermisimus.

Heterognathus es.

Ετερόγναθος εἶ, i. Heterognathus es. In edacem dici consueuit, quod ob uoracitatem alternatim, utraq. mandibula cibũ commãderet. Nam hinc dictum ἑτερόγναθος, quod nunc in hanc, nunc in illam mãdibulam cibum transferat. Hesychius tamen interpretatur de duris ac male morigeris, translatum putans ab equis.

Vrbanus nihil æqui cogitat.

Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἀνὴρ ἀστικός. idest, Vrbanus æqui nil, boni ve cogitat.

Admonet rusticam uitam innocentiorẽ rem esse, ut quæ sola cum solis habeat commercia terris. Contra qui degunt in vrbibus, propter cõtagia negotiorum & hominum astutiores euadere, vnde & astuti, παρὰ τὸ ἄστι, dicti putantur. Potest & huc ad cõmodari parœmia, quod eximiæ morum ciuilitati & vrbanę blandiloquentię fere comes esse solet astutia. Contra qui moribus sunt subagrestibus, ijs plerumque est fides certior, animusq. syncerior. Versus est Senarius, sed deprauatus. Et Terentianus Demea ait: In astu aliud ex alio venire malum.

Patroclo sordidior.

Πατροκλέους φειδωλότερος, idest, Patroclo parcior. In diuitem quidem, sed oppido quam sordidum ac parcum. Hic enim Patroclus posteaquã ad summas opes euectus est, aut vt alij dicũt, ex quo natus est nũquam est usus balneo, parsimoniæ caussa. Taxatur ab Aristophane in Pluto:

Εκ πατροκλέους ἔρχομαι. idest, Ex Patrocli uenio domo.

Plutum enim squalidum dixerat, & situs plenum. Prouerbij meminit etiam Eudemus.

Omnis herus seruo monosyllabus.

Πᾶς δεσπότης δούλῳ μονοσύλλαβον. i. Oĩs herus seruo monosyllabũ. Heris & potẽtibus breuissimo tantũ verbulo est opus, vt vel adnuãt, vel renuant, ναὶ, οὐ. Sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Seruis autem & impotẽtioribus, multis opus est, uerbis vt exorent, aut persuadeant. Effertur integre ad hunc modũ: πᾶς δεσπότης δούλῳ μονοσύλλαβον, τὸ δὲ ἱκετεύειν μάκρον, i. Oĩs dominus seruo monosyllabum. At supplicare longum. Adnotatũ est a doctis, monosyllaba heris, & dissyllaba nomina conuenire seruis: cuiusmodi sunt μῦς, quo nomine fuit seruus Epicuro. Ceterum Athenæus lib. 5. citat Herodicum, qui contempus gratia grammaticos appellat μονοσυλλάβους, Γονιοβόμβυκες, μονοσύλλαβοι. Quod in angulis latitent bombicũ, more quodq. de minutijs uocularũ tractent. De Lysimacho dixit Demosthenes, ni fallimur, regnũ ipsius nihil differre à scena comica, qd̃ impẽdio delectaretur ridicule dictis, eoq; ab hoc oẽs discedere dissyllabos, hoc est, histriones. Notauit enim Bitken & Parin, qui nihil apud illum non poterant, vt Athenæus libro 14. Rursus nomina magnatum faciunt polysyllaba, qualia sunt, Ariobarzanes, & Nabuchodonosor, & apud Plautum Polypygopolinices, & Megalodorus.

Penicissare.

Πωιλίζειν μοὶ δοκεῖς, perinde ualet quasi dicas, fucum facere, quod idem dicitur φεναχίζειν. Nã πωίλη, Græcis comã non genuinam, sed appositiam significat, quã quidam galericum uocant. Hinc πωιλίσματα τέχνα, doli.

Cicadis pleni.

Τεττίγων ἀνάμεστοι, i. Cicadis opti. In gloriosos ac stultos olim dicebatur, aut obsoletis, ac iã desitis vtẽtes. Antiquitus enim Atticis mos erat, capillorũ cicinnis aureas cicadas addere. Vnde & τεττιφορόροι dicti sunt, hoc indicio significãtes, αὐτόχθονας esse sese, idest, indigenas, quẽmadmodũ & cicadæ

& cicadæ non aliunde commigrant, sicut pleraq; alia, sed inibi nascuntur ubi viuũt. Aristophanes in Nebulis:

Αρχαῖά γε καὶ δὴ πολιώδη, καὶ τεπίγων ἀναμεσα
Καὶ κηκεῖδε, καὶ βουφονίων, i.
Prisca hæc sane atq. obsita canis, necnon repleta cicadis,
Ac Cecide cum Buphonijs.

Cecides peruetustus quispiã fuit dithyramborum scriptor. Buphonia item, festum priscum & iam olim ob uetustatem desitum. Quę sane omnia prouerbiali sche mate sunt dicta.

Quid de pusillis magna proœmia?

Τὶ μικρῶν περὶ μεγάλα φροιμιάζῃ, i. Quid de minutis rebus magna texis proęmia? Vbi quis in re nõ magni momẽti, ver bosa utitur prælocutione. Nã Athenis interdicebat præco dicturis in concione, ne uel præfatione, uel affectibus vterentur, rẽ modo exponerẽt, ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν, i. Absque proęmijs & affectibus. Vt aliquot locis indicat Lucianus. Ad quod allusit etiam Terentius. Etiam proęmium inceptat. Et Horatius:

-Quorsum hæc tam putida tendunt?

Leuiter huc alludẽs Aelius Spartianus in Aelio Vero: Et quoniam, inquit, nimis pauca dicenda sunt, nec debet prologus enormior esse, quam fabula, de ipso iã loquar. Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis ad Cleomenem Cleombroti filiũ refert, qui cum alter quispiã uteretur orõ ne plus satis plixa: Τὶ, inq.t, μοὶ μικρῶν πέρι μεγάλα φροιμιάζῃ, ὅσον γὰρ ἐνὶ πράγμα, τοσοῦτον καὶ λόγος, ὦ ξῆσαι, i. Quid mihi de paruis magna facis proęmia? Nam quanta res fuerit, tanta sit & oratio, qua uteris.

Tunc canent cygni, cum tacebunt graculi.

Τότ' ἄσονται κύκνοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσι, i.

Tum canẽt cygni, cum tacuerint graculi.

Hoc est, tum loquẽtur eruditi, cũ garrulis non erit loquendi locus. Aut inter garrulos & obstreperos non est eruditis dicendi locus. Vsurpauit adagium Gregorius Theologus i epistolis: πᾶσα καταφλυαρῶν ἡμῶν τῆς σιωπῆς, ἥσει παροιμίαν ἐρῶ μάλισα μὲ ἀληθῆ μάλισα δὲ σωτόμον, ὅτι τότε ἄσονται κύκνοι ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσιν. i. Aut desine tuis nugis obstrepere nostro silentio, aut tibi referam pro uerbium, ut uerissimum, ita breuissimum, Tunc canent cygni, cum tacebunt graculi. Ita nunc loquuntur, Cicero, Virgilius, Horatius, & tacent Pero, Philiscus, Meuius, qui, viuis illis obstrepebant, & tantò loquaciores, quanto indoctiores.

Malis ter mala.

Τοῖς κακοῖς τρὶς κακά, i. Malis ter mala, hoc est, digna dignis eueniunt. Hãc paręmiam aiunt ab huiusmodi quadam fabula profectam. Narrant Attagines aues cũ primum è Lydia in Aegyptũ essent deportatæ, atque in syluas dimissæ, coturnicis vocem edidisse, deinde euenit, ut deficcato Nili fluminis alueo, pestilentia regionem Aegyptiorum infestaret, magnamq; homi num uim absumeret: Inter hæc Attagines uocem edere cęperunt humanam & articulatam, aliquanto maiorem puerili dicẽtes hęc uerba: τοῖς κακοῖς τρὶς κακά, i. Malis ter mala. Atq. huius quidem fabulę auctorem citat Athenæus lib. 9. Socratem in opere De finibus, sic efferẽs adagium: τρὶς τοῖς κακέργοις κακά. Circumfertur inter Græcas sententias & hic uersus:

Εὐλῷ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ διδοῖ θεός. i.
Viro bono bona largiuntur cęlites.

Referuntur & hi senarii ex poeta quopiã, in commentarijs De audiendis poetis.

Εἰ μαρμένον γὰρ τ' κακῶν ἐκλάμάτον
Κακὰς ἀμοιβὰς ἐστὶ καρποῦ ἐν βροτοῖς, i.
Consilia si quis destinarit improba,
Huic necesse est, præmium ferre improbum.

Canis peccatum sus dependit.

Τὸ κυνὸς κακὸς, ὗς ἀπέτισεν, i. Canis malum sus dependit. Quoties pro ijs, quæ peccauit alius, alius dat pęnas. Ex quo nã euentu natum sit, non liquet, nec ad modum refert. Sapit enim uulgus.

Interfecta musica.

Εκκεκόπται ἡ μουσική, i. Interrupta est musica. Veteres in conuiuiis eruditis cõfabulationibus uti cõsueuerunt. Post cãtores, histriones, saltationes induci cœptæ. Vnde quidam moleste ferẽtes interrumpi sermones suos, dicebãt: ἐκκέκοπται ἡ μουσική. Quæ uox i prouerbium traducta est, quoties aliquis interueniens sermonem institutum interpellaret. Simile quiddam legitur apud Platonem, licet in præsentia locus non occurrat.

Chamæleonte mutabilior.

Χαμαιλέοντος δὶ μεταβολώτερος, i. Chamęleonte mutabilior. Chamęleon comme moratur inter animantia, q̃ colorẽ mutãt. Huius figuram diligenter describit Aristoteles lib. De naturis animantium 2. Quod ad coloris mutationem attinet, hęc tradit: τῆς δὲ χροιᾶς ἡ μεταβολὴ, ἐμφυσωμένῳ αὐτῷ γίνεται· ἔχει δὲ καὶ μέλαναν τάυτῃ δ' πόρρω τῆς τ' κροκοδείλων. καὶ ὥρχαν καθάπερ οἱ σαῦροι, μέλανι, ὥσπερ τὰ παρδάλια, διαπεποικιλμένῃ γίνεται δὲ καθ' ἅπαντο σῶμα αὐτῆ ἡ τοιάυτη μεταβολὴ· καὶ γὰρ αἱ ὀφθαλμοὶ συμμεταβάλλουσιν ὁμοίως τῶ λοιπῶ σῶματι· καὶ ἡ κέρκος, ἡ δὲ κίνησις αὐ τῆ νωθῆς ἰσχύρος ἐστὶ καθάπερ ἡ τ' χελωνῶν. ἀποθνήσκων δὲ ὠχρὸς γίνεται, καὶ τελευτήσαντος αὐτῆ ἡ χροιὰ τοιάυτη ἐστὶ, i. Mutatur aũt illi color, cum inflatur. Fitq; is nunc niger, non absimilis Crocodilorũ, nunc pallidus, cuiusmodi lacertarum, nũc rursum nigris uariegatus maculis, qualis est pardorum. Accidit aũt huiusmodi mutatio coloris per omne corpus siquidem & oculi & cauda, in eundem cũ reliquo corpore abeunt colorẽ. Motus huius animantis admodũ segnis, qualis est ferme testudinum. Pallescit moriens. Exanimato color idẽ durat. Hactenus Aristoteles: His ferme consentanea tradidit Plin. lib. 8. cap. 33. illud addens, hoc aĩal toto corpore red dere colorem quemcumq; proximum attigerit, præter rubrum & album. Competit igitur adagium in hominem uersipellem, siue inconstantẽ, ac pro tempore sese vertentẽ in oẽm habitum. Plato in Ione: ἀλλ' ἀτεχνῶς ὥσπερ ὁ Πρωτεὺς παντοδαπὸς γίγνῃ, στρεφόμενος ἄνω καὶ κάτω, i. Sed prorsus Protei in morem temet in omnẽ uertis speciem, dũ sursum ac deorsum uolueris. Aristoteles Moraliũ Nicomachiorum primo Chamæleontis vocem usurpat ad exprimendum inconstantiæ uitium.

Suus cuiq; crepitus bene olet.

Εκαστος αὐτῆ τὸ ὀδέμα, μήλα γλυκίον ἡγεῖται, i. Vnusquisq; suum ipsius crepitũ malo suauiorem existimat. Hoc est, nemo est cui sua mala non uideanẽ uel optima. Aristoteles Moralium Nicomachiorum 9. τὰ πολλὰ γὰρ ἡ τ' ἴσον τιμῶσιν, οἱ ἔχοντες καὶ οἱ βελόμενοι λαβεῖν. τὰ γὰρ οἰκεῖα καὶ ἀδιδόασιν ἑκάστοις φαίνεται πολλῆ ἄξια, i. Pleraque enim non eodẽ pretio æstimãtur ab his, qui habent, & ab his, qui cupiũt accipere. Nã sua cuiq; & quæ dat, uidẽtur esse multi pretij. Hic locus magis cõgruebat prouerbio, suum cuiq; pulchrũ, sed ea pagina iam exierat manus nostras. Prouerbium de crepitu suspicamur ab Apostolio è vulgi fece haustum. Nondum enim quẽquã reperimus, cui suus crepitus bene oleret. Illud uerum est, homines uehemẽtius abhorrere ab alienis excrementis & crepitu, quàm a suis.

E' poculo perforato bibere.

Εν τετρημμένης κύλικος πιεῖν, i. E' perforato poculo bibere, dicuntur qui futiles sunt, parumq; fęliciter continent arcana sibi credita. Sapit & hoc vulgus.

In pulicis morsu deum inuocat.

Εν ψύλλας δήξει θεὸν ἐπικαλεῖται, i. In pulicis morsu deum inuocat, in eos dictũ, qui quantumlibet leui de re grauiter perturbantur, perinde ut in maxima. Tractum ab Apologo, qui fertur inter Aesopicos: Quidam offensus dolore pulicis pedẽ mordentis subsedit, & Herculem ἀλεξίκακον, implorauit. Mox desiliente pulice, male precatus est Herculi, qui cum in tantillo periculo uocatus non tulisset opem, non videri uerisimile, eum in grauioribus affuturum. Simile est quod refert Aristoteles Moralium Nicomachiorum 7. de vehemẽter timidis, οἷος δεδίεναι πάντα κἂν ψοφήσῃ μῦς. Veluti qui metuit omnia, si uel mus obstrepat. Hanc timiditatem appellat θηριώδη, hoc est ferina.

Κίβδηλος, idest, adulterinus.

Quod simplex nõ est, neq; syncerum, id vulgato uerbo Græci κίβδηλον vocant. Hinc ducto uocabulo, quod aliud præ se ferãt, aliud tegãt. παρὰ τὸ κάθειν τὸ δῆλον. vel quod Athenienses ob summũ in Chios odium, si cui male uellent, huius nomen nomismati solent insculpere, addita litera, ijsq; in terram abiectis dira imprecari. παρὰ τὸ τοὺς χίους βδελύττειν, i. Sed proprie nummum subæratum κίβδηλον appellant. Et κιβδηλίαν insynceritatem seu corruptelam, velut Aristophanes:

Πολλὼ ἀφεῖλε τῶ βίου κιβδηλίαν. idest, Corruptionem vitæ ademit plurimam,

Et κιβδηλιεῖν corrumpere fuco. Et q pallent, κιβδηλιῶντας appellant, quod aliquid morbi, uitijve subesse uideat. Quemadmodum in nummis quoque color nonnunquam arguit fucum. Conueniet igitur in amicitiam insynceram, & fictam, aut in hominem blando vultu, sed animo uirulento. Veluti Pisides citante Suida:

Πραγμάτων πάντως δύο
Κιβδήλος ἐστὶν ἐργάτις εἷς, ὧν λόγος. i.
Rerum duarum prorsus unus auctor est.
Vulgo ut loquuntur, quisquis insyncerus est.

Aut in orationem insynceram, ut Plato libro De legibus 5. Τὰς δ' αὐτιμὰς δεῖ σκόπειν καὶ τούτων τίνες ἀληθεῖς, καὶ ὅσαι κίβδηλοι, i. Rursum honores oportet considerare, qui nam ex his ueri sint, qui adulterini. Rursum eodem in libro: ὥπως μήτε αὐτὸς κιβδήλος πότε φανεῖτε ὀτῳῦν, ἁπλῶς δὲ καὶ ἀληθεὶς ἀεί, i. Vt neque ipse adulterinus aliquando cuiquam appareat, sed simplex & uerax semper. Hoc igitur a nummis traductum, si ad diuersas res traducatur, prouerbiale fiet. Sed huius rei mentionem fecimus in prouerbio: πονηρῶ κόμματος.

Nemo malus hoc sciet.

Οὐδεὶς κακὸς εἴσεται τοῦτο, i. Nullus malus hoc sciet, quoties rē egregiā & cognitu dignā significamus. Plato De legib. li. 5. ὅσον γὰρ δή τοι νῦν ὀπιταῖόμον ἀγαθὸν ἂν τυγχάνει πάσαις τῆ πειθομέναις πόλεσιν, τῆ ἑπομένῳ κατασκεῦῳ προσλάβον, καὶ τῶν παλαιὰν παροιμίαν, οὐδεὶς εἴσεται ποτὲ κακὸς ὤν, ἀλλ' ἐμπειρός τε καὶ ὀπεικὴς ἔθεσι γενόμενος, i. Quantū enim bonū fit, quod nunc præcipitur, omnibus rebus publicis, si modo paruerint, ordinem & apparatum adducens, nullus unquam iners & malus cognoscet, quemadmodum uetere prouerbio dicitur, uerum & peritus, & moribus æquis præditus. Huic confine est, quod idem posuit in Lachete: ὃ πᾶσα οὐκ τοῦτο εἴπεται, i. Non sus quiuis hoc norit. Natū apparet a mysterijs deorū, quæ non nisi ab initiatis, ac puris cognosci fas erat.

Mœnia ferrea, non terrea.

Plato lib. De legib. 6. περὶ δὲ τειχῶν ὦ μέγιλλε, ἔγω γ' ἂν τῆ παρόνη ξυμφερόμενω, τὸ καθεύδειν ἐὰν ἐν τῆ γῆ κατακείμενα τὰ τείχη, καὶ μὴ ἐπανιστάναι τῆ εἶνε καὶ κεκελῶς μὲ καὶ ὁ ποιητικὸς ὑπὲρ αὐτῆ λόγος ὑμνεῖται, τὸ χαλκᾶ καὶ σιδηρᾶ δεῖν ἔδη τὰ τείχεα, μᾶλλον ἢ γήϊνα, i. De mœnibus aut Megille equidem cum Sparta consenserim, ut mœnia videlicet humi deposita, dormire sinamus, neque huius rei gratia rursum uelimus excitare. Recte quidem & poeticum dictum super his canitur: Mœnia ærea magis, ac ferrea esse oportere, quā terrea. Prouerbio iactatum fuisse uidetur, & habet ueluti ænigmatis figuram. Innuit autem non oportere tutamentum ciuitatis in mœnibus collocare, sed in uiris armatis, quorum consensus murorum inexspugnabilium uice, ciuitatem optime tuetur. Alludit autem Plato ad apophthegma Laconicū, cuius meminit Plutarchus. Equidem arbitramur & Horatium huc leuiter allusisse, idest, Ep. cum ait:

Hic murus aheneus esto.

Nemo nos insequitur.

Plato lib. De legibus decimo: ὡς ὀ δὲν τοῦ παρόνη δεῖ προῖμᾶν βραχυλογίαν μᾶλλον ἢ μῆκος ὀδεὶς γὰρ ἡμᾶς τὸ λεγόμενον ἐπείγων διώκει, i. Nam in præsentia nihil est cur breuiloquentiam prolixitati anteponamus. Quandoquidem nemo nos insequitur, qui festinare compellat, quemadmodum vulgo dicunt. Hoc parœmiæ etiam hodie tritum manet, cum significāt liberum esse, diutius in re quapiam immorari: Nemo nos, inquiunt, impellit.

Mare proluit omnia mortalium mala.

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά. idest,

Hominū uniuersa proluit pelagus mala.

Refertur ab Eustathio in primū Iliados Homericæ. Extat autem apud Euripidem in Iphigenia Taurica. Natum est ab euentu huiusmodi. Refert Diogenes Laertius. Euripidem Platoni comitem fuisse peregrinationis cum Aegyptum adiret: ubi cū morbo suo corriperetur, comitiali, ni fallimur, sacerdotes Aegyptij mersione marina sanarunt hominem. Hinc postea versiculum hunc composuisse:

Κλύζει θάλασσα πάντα τ' ἀνθρώπων κακά, Tanquā aqua marina morbis omnibus mederetur. Quin hodie morsos a cane rabido, si nouies mergantur in mare, putant a rabie liberari.

Canere de Telamone.

Ἄδειν τὰ τελαμῶνος, id est, Canere cantionem Telamonis. De querulo sermone dictum prouerbium, quod Telamon impotentius fleuerit, Aiacem filium perijsse apud Troiam, præsertim hoc genere mortis. Eustathius enarrans carmen illud Homericum, quod est in Catalogo nauiū:

Αἴας δ' ἐκ σαλαμῖνος ἄγες δύο καὶ δέκα νῆας, commemorat hanc parœmiam: καὶ τὸ ἄδειν τελαμῶνος παροιμιακῶς λεχθὲν ἀπὸ σκολιᾶ μέλους ἧ ἡ ἀρχὴ, πᾶν τελαμῶνος αἶαν αὐχμητά. id est, Et quod prouerbio dicitur canere cantionem Telamonis, ab aliquo cantu, cuius initium: Fili Telamonis Aiax belliger. Simillimū est illud, qd alibi retulimus: ἀδμήτου μέλος καὶ ἁρμοδίου μέλος, i. Admeti cantilena, & Harmodij cantilena.

Argiua calumnia.

Αργεῖα φορά, id est, Argiua insectatio, de calumniosis & delatoribus dici solitū. Nam Argiuos olim notauit antiquitas, tamquam sycophantas, & litium auidos. Testis Eustathius in Catalogum nauium adagium ex Pausania citans. Testis & Diogenianus in Collectaneis.

Initio confidens, in facto timidus.

Eustathius enarrans septimum Illiados librum huiusmodi refert parœmiam: θρασὺς πρὸ ἔργου, ἐκ πολλῶ κακὸς. id est, Audax ante negotiū plerūque ignauus. Citat idem ex Epicharmo: κακὸς θαρρεῖ μάλ' αὐτόθεν, ἐπίταδε φεύγει. i. Ignauus statim admodum de se confidit, post autem fugit. Videmus hoc usu uenire uulgo, ut qui sunt audacissimi, & magniloquentissimi, prius quam appareat periculum, ubi res uirum postulat, ibi sint animi nullius.

Γοργὸν βλέπειν.

Γοργὸν βλέπειν, aliquoties apud Lucianum, pro acribus oculis obtueri. Sumptum è fabula Persei & Gorgus. γοργὸν dictum putant παρὰ τῆς ὀργῆς, quod irati acribus oculis obtueantur. Item Homerus Iliados θ. de Hectore.

Γοργῶς ὄμματ' ἔχων ἠδὲ βροτολοιγῶ ἄρηος. i.
Gorgonius oculis, quales & Martis atrocis.

μανικὸν βλέπειν alias commemorauimus.

Tolle digitum.

Αἶρε δάκτυλον, idest, Tolle digitum. Victum te fatere. Nam hoc signo qui in conflictu succubuisset: τῶ ἡττῶ agnoscebat. Persius in Satyra 5.

Nil tibi concessit ratio? digitum exere, peccas.

Cognatum illi, quod alio dictū est loco. Dare herbā. Huc, ni fallimur, respexit D. Hieronymus ī dialogo Luciferiani & Orthodoxi, cum ait: En tollo manum, cedo, uicisti. Athenæus lib. 6. ex Antiphane refert hos uersus, in tragicos poetas,

Ὅταν μηδὲν δώωντ' εἰπεῖν ἔτι,
Κομιδῆ δ' ἀπειρήκασιν ἐν τοῖς δράμασιν,
Αἴρεσιν ὥσπερ δάκτυλον τῆ μηχανήν. i.
Vbi nil habent, quod dicere queant amplius,
Sed prorsus hęrent explicanda in fabula,
Repente tollunt machinam digiti uice.

Paullo aliter usus uidetur M. Tull. lib. ī Verrem 6. Accurrunt tamen tutores, digitum tollit Iunius patruus. Nam hic uidetur esse gestus comprobantis, aut se profitentis emptorem, siue conductorem. Siquidē & hoc pacto olim ferebātur suffragia, & in auctionibus eodem, qui uolebat, declarat se emptorem, aut conductorem.

Videberis, me uidens, plane Martem uidere.

Βλέπειν γὰρ ἀντικρὺς δόξῃς μ' ἄρλω. i.
Martem videre me, uideberis palam.

De his, qui se strenuè pollicebantur opitulaturos, ac Martem quendam acturos. Est alicubi, apud Aristophanem. Nam locus nondum occurrit.

Bos in ciuitate.

Βοῦς ἐν πόλει, id est, Bos est in ciuitate. Dicitur ubi quis ad nouos honores euehitur. Lysias bouis imaginem æream in arce collocauit Athenis. Ea res in uulgi iocum cessit. Nā in agris boum usus est, nō in urbibus. Quadrabit & in eos, qui præter meritū euehuntur ad summos honores.

Brasidas quidem uir bonus.

Βρασίδας μὲν ἀνὴρ ἀγαθός, ἀλλὰ δὲ λακεδαίμων, πολλοὺς ἔχει κάρρονας, i. Brasidas uir bonus quidē ille, sed Lacedæmon multos habet præstantiores. Aduersus eos, q se non modo primos, uerum etiam solos existimant. Natum ex apophthegmate, quemadmodum docet Plutarchus in Laconicis, & item in uita Lycurgi. Finitimũ illi: Multi Manij Ariciæ.

Hedera post anthisteria.

Κισσὸς μετ' ἀνθιστήρια, i. Hedera post Anthisteria. Cum sero quidpiam adhibetur. Nam hinc habent nomen, quod eo mense plurima è terra efflorescant. Apparet in ijs ludis morem fuisse coronari hedera. De Anthisteriis, id est, floralibus festis diximus in prouerbio, κάρες θύραζε, id est, Cares foras. Videntur illa fuisse q̃ Latini uocant Bacchanalia. Hedera autē Baccho sacra erat, unde κισσοφόροι dicti, q in ludis illis ferebant hederas. Conuenit cum eo, quod alibi retulimus: μετὰ τὴν ἑορτὴν, id est, Post festum.

Ex Academia uenis.

Ἀκαδημίνθεν ἥκεις. i. Ex Academia uenis. De seuero & composito seu docto. Sũptũ a Platonis schola. Quamquam & per Ironiam torqueri poterit in fastuosum, & vultu tetrico philosophum agẽtem. Quin Athenæus lib. 12. significat dictum in nitidos, & cultu insigni, quod his Plato delectaretur mundiciis. Ita Antiphanes philosophum elegantius cultum ubi depinxisset, apud hũc ipsum: τὶ μακρὰ δεῖ λέγειν, ὅλως οὐτὶν ὁρᾶν γὰρ τὴν ἀκαδημίαν δοκῶ idest, Sed quid necesse est plura dicere? Ipsam uidere uideor mihi Academiam.

Senem erigere.

Γέροντα δ' ὀρθῶν φλαῦρον ὃς νέος πέσοι. i. Erigere durum est, qui cadat iuuenis, senem.

Haud facile dediscuntur a senibus, vitia, quæ pueri didicerint, & in omnem inhæserint uitam. Et tamẽ in senecta quoq. conandum, ut uitiis careamus, quantumuis inhæserint.

Terra defossum habes.

Γῆν κρύψας ἔχεις, idest, Terra defossum habes. In eum, qui non impertit, neque profert suas dotes. Sumptum ab auaris, thesaurum humo defodientibus. Quod apud Plautum facit Euclio. Itidem Horatius in Epod.

-Haud parauero,
Quod aut auarus ut Chremes terra præmam,
Discinctus aut perdam ut nepos.

Senescit bos.

Τηρᾶ ὁ βοῦς, δ' ἔργα πολλὰ τῷ βοός, i.
Bos consenescit, at opera multa sunt bonis.

Cum ob ætatis imbecillitatem aliquis inutilis redditur ad obeundũ munus. Nã diuitum uulgus haud aliter ministris utitur, quam equis & canibus, aut paullo etiam inhumanis dum usui sunt, allicitur, ubi senuerint, reiiciunt. Vnde consultum est, ut unusquisque sibi paret, quo senectutem suam commodius foueat, alatque, ne tum cogatur ex aliena liberalitate pendere, cum a nemine non contemnetur. Ac meminerit Diogenis apophthegmatis, q rogatus, quid nam esset in hac uita calamitosissimum, respondit: γεροῦν ἄπορος, idest, Senex egens.

Sus acina dependes.

Ἀποτίσεις χοῖρε γίγαρτα, i.
Acinos sus improba pendes.

Lues quod admisisti, reddes quod abstulisti non sine fenore. Quadrabit, ubi pusillũ cõmodi magno depẽditur malo. Natũ apparet a rustico quopiam, qui uerbis hisce comminatus sit sui pascenti racemos.

Dum cessat boreas.

ARISTOTELES in Problematis sectione 26. problemate 57. iuxta Theodori supputationem, testatur hunc uersiculum prouerbio celebrem fuisse.

Ἀρχομένου τεύτου, καὶ λήγοντος βορέαο, i.
Surgit ubi notus exoriens, boreasq. residit.

Quo significabant tempus opportunũ prosperæ nauigationi. Subauditur enim δεῖ πλεῖν, siue εὖ πλεῖν, propterea quod auster minus uehementer oritur, desinit autem perquam uehemens, diuersum accidit in Aquilone. Atque huius rei philosophus caussam admodũ probabilem reddit. Non enim, inquit, ad septentrionem potius

potius quam ad meridiem uergimus, & aquilo flat à septẽtrionibus, auster & meridie. Hinc fit, ut ille statim uehemẽtior, proxima inuadat loca, deinde uehementiam suam ad longius remotos transferat, propinquis ortui mitior. Hic è diuerso, ad meridiem positos, primum urgeat: post ubi præterijt, mitior ad nos ueniat. Licebit & longius detorquere prouerbium, nec id sine gratia, si quando significabimus tempus adesse commodum & aptum gerendæ rei, ut cum illo congruat, quod alibi positum est: Cum pluit, molendum.

Inuulnerabilis vt Cæneus.

Ἄτρωτος ὑπάρχεις ὡς κυνέος, i. Inuulnerabilis es, ut Cæneus. De his, q lædi nõ possunt. Est in poetarum fabulis, Cæneum munere Neptuni nullo telo vulnerari potuisse. Cęterum iuxta fidem historiæ, Cæneum Thessalum quempiam aiunt fuisse rei bellicæ cum primis peritum, adeo ut cũ multis prælijs interfuisset, numquam vulnus acceperit. Denique cum Lapithis auxiliũ ferret aduersus Centauros, deprehensus solus, ab hostium multitudine obrutus est, citraq; corporis vulnus extinctus. Itaque Lapithæ, cadauere integro reperto, sparserunt rumorem, Cęneum in omni uita inuulnerabilem fuisse. Venustius enunciabitur per comparationem.

Sale perunctus hic adiuuabitur.

Ἁλσὶν διασμηχθεὶς ὄνυατ' ἂν ὠτοσὶ, i.
Acri sale hic perlutus adiuuabitur.

In eos dicebatur, qui uel ęrate, uel vino delirarent. Quidam ab utribus translatum existimant, qui sale loti redduntur melioris, quod salis acrimonia, coriorũ crassitudinem emendet. Itidem temulentia laborantes mos erat sale & oleo perungere. id aduersus ebrietatem existimabatur. Quidam à uasis testaceis ductum malunt, quæ sale imbuuntur, quo fidelius contineant liquorem infusum. Sumptum est autem prouerbium ex Aristophanis Nebulis.

Atqui non est apud aram consultandum.

Ἀλλ' οὐδὲν δεῖ περὶ τὸν βωμὸν τὰς ὀπτασίας, i. Atqui nihil opus iuxta arã cogitare. Consultandum antequam incipias, in ipso negotio sera consultatio. Sumptũ à sacrificiis, qui pro ritu sacrorum omnia prępparant, priusquam accedant ad arã. Nam in ipsis sacris periculosum existimabatur, si quid parum rite dictum ac factum fuisset à sacerdotibus, aut patrimis ac matrimis. Declarat M. Tull. in oratione De responsis Aruspicum: An si ludus constitit, aut tibicen repente conticuit, aut puer ille matrimus & matrima si teram non tenuit, aut thensam, aut lorum omisit, aut si ædilis uerbo, aut nutu aberrauit, ludi sunt non rite facti.

Mars haud concutit sua ipsius arma.

Ἄρης τὰ αὐτοῦ ὅπλα οὐ σαλεύει, i. Mars sua ipsius arma non iactat. Commode feruntur quibus affueuimus, quęque nobis quadrant, etiam si sint grauissima. Iactamus enim, quod incommode ferimus. Vt de Iuuenalis:

Nec iactare iugũ uita didicere magistra.

Ita studiorum labor qui occideret athletam, non grauat eruditum.

Smaragdus in luce obscurus.

Ἀρίγνωτος σμάραγδος, ἐν μὲν τῷ φαεσκοτιρός, i. Insignis smaragdus, in luce quidẽ obscurus. In eos iaci solitum, qui ꝓpostero ibi semet occultarent, ubi maxime conueniebat edere uirtutis specimen. Plinius inter smaragdorũ varietates commemorat, qui dicti fiot cęci, qd̃ colore sint obscuriore. Id uitij magis in iple deprehẽditur, cũ ingens color ille suauiter uiręs, nec sole mutetur, nec vmbra, nec lucernis, ac ne aquis quidem. Quemadmodum idẽ docet Plin. lib. 37. c. 6.

Martis pullus.

Ἄρεος νεοσσὸν, idest. Martis pullum, uocant ad bella maxiopere propensum. Aristophanes in Auibus.

Ἄρεος νεοσσὸς, ὄρνεοσσὲ δ' ἱππότα. idest,
Pullus Gradiui, ò pulle rector, atq; here:

Sentit autẽ de gallo, qui quod omnium auiũ sit pugnacissimus bellacissimusq. unde & crista & calcaribus armatus est, Marti sacer est. Vel quod is olim fuerit adolescens Marti in delicijs habitus, qui consuerit obseruare Marte cum Venere cubante, ne quis deorum interueniret. Deinde cum illo dormiẽte Sol aduenisset, Marsq. turpiter esset deprehẽsus, iratus gallũ adolescentem in auem commutauit, manẽtibus etiam num pristinæ naturæ uestigijs.

Narrat hanc fabulam Lucianus in Gallo. Prouerbij meminit, & Laertiusin uita Diogenis Cynici.

Vtrem mergis uento plenum.

Ασκὸν βαπτίζεις πνεύματος πλήρη, i. Vtrem mergis vento plenum. Competit in eum, qui frustra conatur, ut q castigat inemendabilem, quod inflatus uter, quãtumuis immergas, rursum emicet. Natum uidetur ex oraculo Sibyllę, quod illa edidit de ciuitate Athenienſi:

Ασκὸς βαπτίσῃ δοῦναι δέ τοι οὐ θέμις ἔσται.

i. Vter tingeris, ſed mergere nemo valebit.

Durus alloquijs.

Ακτητος ἄνθρωπος προσηγορήμασιν, i. Immobilis ſiue inflexilis alloquio. Ductũ à cera, quæ tractando molleſcit. ἄτηκτον autem dicitur, quod non queat liquefieri. Competet igitur in hominem inexorabilem.

Profectus ad apaturia.

Απιὼν χρὴ ἀπατούρια ἐπαυῆκ' ἐς Θραστμαχιῶνα, i. Profectus ad apaturia, redijt Mario. Dici ſolitũ in eos, qui licẽtius immorarentur negotio cuipiam. Athenis feſtum erat., quod Apaturia uocabant, id triduo peragebantur. Primum diem appellabant δόρπειαν, propterea quòd ſub noctem conuenientes φράτορες conuiuium agerẽt. Secundum appellabant ἀναῤῥύσιν, qd in eorem diuinam facerent Ioui Phratrio, ac Mineruæ. Tertiũ κουρεῶτιν, quod iuuenes & puellæ in gentem tranſcriberentur. Meminit Suidas copioſius de hoc feſto, uerũ ea non multum attinent ad explicandum prouerbium.

Ego tibi de alijs loquor, tu reſpondes de cæpis.

Εγὼ σκόροδά σοι λέγω, σὺ δὲ κρόμμυα ἀποκρίνεις, ideſt, Ego tibi loquor de allijs, tu reſpondes de cæpis. Simillimum illi: ἄμμας ἀποτεν, cum aliud reſpondetur, quàm rogaris, uel contra, cum inepte reſpondetur inepte ſciſcitanti. Confinia ſunt ſeſe cæpæ, & allia.

Aurificem te futurum credebas.

Χρυσοχοήσειν ὤου, i. Aurificem te futurũ arbitrabare. Natum aiunt ab huiuſmodi quodam euentu. Inualuerat aliquando fama apud vulgus Athenienſium, in Hymetto monte magna auri fragmenta uideri q à formicis illis pugnacibus ſeruarentur. Itaque quidam creduli ſumptis armis exierunt illas expugnaturi, qui cũ re infecta, fruſtraque ſumpto labore redirent in urbem, irriſi ſunt à cęteris ciuibus, illud obiectantibus, σὺ δὲ ὤου χρυσοχοήσειν, ideſt, Tu credebas te futurum aurum. Meminit huius rei Eubulus in fabula cui titulus Glaucus:

Ημεῖς πόθ' ἄνδρας νεκρόπιδας ἐπείσομεν,
Λαβόντες εἰς ἡμιπόδιον ἐξελθεῖν ὅπλα,
Καὶ σὺ ἐπὶ μύρμηκας ἡμερῶν τριῶν
Ως χρυσοτόκτου φήγματος πεφηνότος. i.

Quondam uiris nos Cecropidis perſuaſimus,
Sumptis ut armis montem Hymettum incurrerent,
Contraq; formicas cibaria tridui
Ferrent, uelut fragmentula auri fuſilis
Apparuiſſent.

In penultimo uerſu aut mendum eſt, aut defectus, fortaſſe pro σὺ legendum σῖτον. Itaque certe conſtabit ueſus:

Καὶ σῖτον ἐπὶ μύρμηκας ἡμερῶν τριῶν.

Extat & apud Platonẽ lib. De republi. 5. Τί δ' ἦν ὁ σὸς θρασύμαχος, χρυσοχόης, εἰς τοῦδε γοῦν ἐν δάδε ἀφίχθαι, ἀλλ' ὁ λόγων ἀκροάμενος, i. Quid aũt erat tuus Thraſymachus, ſi auri fuſor, ad eos, q nunc hic, ſunt, aduenifſet, ac non potius rationes auditurus. Æſchines. Ἀποφοιτήσας περὶ τοῦ πῶς δῆλον ὅτι χρυσοχοεῖν ἐμάνθανεν, ἀλλ' ὅτι προκείμενον αὐτῷ φράζειν ἠπάχειν. i. Cum hinc ſe ſubduxerit, perſpicuum eſt quod aurum fundere didicit, potius quàm id facere pative, quod ipſi ꝓpoſitum erat. Parœmia conueniet, ubi quis ingẽtes ſpes animo concepit, ſed diſcedit fruſtratus. Quod fere ſolet accidere ijs, qui ſuo ſumptu mittunt, qui terras perueſtigent incognitas, aut qui in fornaces alchimiſtichas omnia ſua profundunt.

Seiuncta ſunt Merrhæ ac Siloam fluenta.

Χωρὶς τὰ μέῤῥα καὶ σιλωὰν ῥεύματα. i. Seiũcta ſunt Merrhæ, ac Siloam flumina. De longo interuallo diſſitis inter ſeſe. Veluti ſi quis dicat, inter amicum & adulatorem plurimum intereſſe. Finitimum illi, χωρὶς τὰ καὶ μυσῶν τε φρυφῶν, ideſt, Separatæ ſunt poſſeſſiones Myſorum & Phrygum. Apparet neotricum eſſe prouerbium.

Ψευδο-

Ψευδόπυρα.

Ψευδόπυρα οἷον τὰ σά. De minis, ac terriculis inanibus: aut cũ oſtenditur arte periculum, cum re nullam ſit periculũ. Tráſlatum à militari aſtutia, qua fit, ut ad territandos hoſtes noctu diuerſis locis ignes incendant, ut ingens exercitus eſſe credatur. Eos ignes adſimulatos, ψευδόπυρα uocãt. Non habebit prouerbij gratiam, niſi tranſferas ad eos, qui fumis uerborum territare ſtudent aliquem, aut in fraudem illicere. Sic enim interdum falluntur & nautæ.

Pſyra Bacchum.

Ψύρα τὸν διόνυσον, i. Pſyra Bacchum, Stephanus & Suidas citant è Cratino: ψύρα τὸν διόνυσον ἄγοντες. i. In Pſyra Bacchũ ducentes. Rurſũ: ἐν νεμέσει, ψύρα τε τῶν σπάρτῳ ἄγεις. i. Et in Pſyra Spartam ducis. Annotatum eſt & ab Hermolao Barbaro. Dictatum adagium, ubi uinum appoſitum in conuiuio nemo guſtat, aut de ſordido apparatu. Pſyra puſilla quępiam inſula eſt haud procul a Chio, in qua uinũ non prouenit. Meminit & Strabo libro 14. Hãc Homerꝰ Odyſſeę γ. ψυρίῳ appellat. In Græcorum commẽtarijs reperitur ſcriptum aliquoties ψυρᾶ finali circumflexo, ſed mendoſe, ni fallimur.

Caput uacuum cerebro.

Ω οἷα κεφαλή, καὶ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει, i. O quale caput & cerebrum non habet. De his, qui corporis ſpecie præcellunt, ingenio carentes. Natum ex Apologo, qui circumfertur inter Æſopicos. Vulgo quoque uecordibus & inſipidis aiunt cerebro uacuum eſſe caput.

Crudelis Bacchus.

Ὠμηστὴς διόνυσος, ideſt, Crudelis Bacchus. Baccho quondam uiuos homines ſacrificari mos erat. Vnde in crudeles conuenit, ſiue quod temulentia reddat feroces, & immites.

Hoc calceamentum conſuit Hiſtiæus, Ariſtagoras induit.

Τοῦτο ὑπόδημα ἔῤῥαψε μὲν ἱσιαῖος, ὑπεδύσατο δὲ ἀρισταγόρας, i. Hoc calciamentũ. Hiſtiæus quidem conſuit, cętera Ariſtagoras induit. Diogenianus admonet dici ſolitũ in eos, qui callide ſua malefacta in alios reijciunt. Adagium natum eſt ex huiuſmodi hiſtoria. Hiſtiæus quiſpiam patria Samius, Dario amicus, ab eode n in Perſidem miſſus eſt, illic diutius commoranti inceſſit patriæ reuiſendæ deſiderium. Verum cum a Rege commeatum impetrare non poſſet, ſcribit ad Ariſtagoram ex fratre nepotem, ut Iones ad defectionem ſollicitaret, uidelicet ut hac occaſione dimitteretur. Excogitauit autem nouum literarum tranſmittendarum genus, cuius meminit & Aulus Gellius Noctium Atticarum libro 17. cap. 9. Seruo cuidam ſpectatæ fidei, diu oculos ægros habenti, capillum ex omni capite, tamquam medendi cauſſa deradit, caputque eius leue litterarum formis compingit. His literis, quæ uoluerat, ſcripſit. Hominem poſtea quo ad capillus adoleſcet, domi continet. Renatis pilis, ad Ariſtagoram mittit. Et cum ad eum ueneris, inquit, mandaſſe me dicito, ut caput tuũ, ſicut nuper egomet feci deradat. Seruus vt impetratũ erat, ad Ariſtagorã uenit mandatum domini adfert. Is non eſſe fruſtra ratus, capite deraſo literas legit, ac mẽte Hiſtiæi cognita, totam ferme Ioniam ad defectionem traxit. Darius poſtea quam hęc cognouiſſet, deſciuiſſet Iones, Hiſtiæum in cõſilium adhibet, quem potiſſimum in Aſiam mittere oportebat ad res componẽdas. Is perſuadet ut ſeſe mittat, vtpote ideoneum ad ſarciendam defectionem Ionum. Itaque poſteaquam in Aſiam deueniſſet, iamque in ſuſpicionem ueniſſet Sardium præfecto, tamq; auctor huius motꝰ fuiſſet, hoc audiuit ab eodẽ: οὕτω τοι ἱσιαῖε ἔχει καὶ τοῦτα τὰ πρήγματα. τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἐῤῥάψας μὲν σύ, ὑπεδύσατο δὲ ὁ ἀρισταγόρης, i. Sic hæ res habent Hiſtiæe. Tu quidem calceum hunc conſuiſti, cętera Ariſtagoras induit. Meminit & Herodotus quarto & ſexto libro, in hunc modum efferens quemadmodum retulimus. Significabat autem eius conſilij primum fontem & auctorem fuiſſe Hiſtiæum, adminiſtratorem Ariſtagoram. Ea uox deinde, ut fit, uulgo cognita commenti nouitate, in populi fabulam abijt. Videtur magis conuenire, quoties in aſtutis & improbis conſilijs alteri alter auxilio eſt, mutuaq; opera ſeſe iuuant. Nam date conſilium; eſt tamquam calceum conſuere, uti conſilio & exequi, eſt uelut induere calciamentum.

Quæ non posuisti, ne tollas.

Α μὴ κατέτυ, μὴ ἀνέλυ, idest, Quæ non deposuisti, nesustollas. Citatur a Platone libro De legibus undecimo tamquam ex poeta quopiam. Laertius refert inter Solonis leges, sentiens, opinamur, de terminis agrorum non mouendis, quo maiores fixissent. Conuenit in furaces, & in eos, qui repetunt quod non crediderunt: item qui sibi postulant acceptum ferri, quod nõ præstiterunt.

Bulbos quærit.

Βολβὸς ζητεῖ, i. Bulbos quæris. Iocus prouerbialis in eos, qui iuxta Persium:

Obstipo capite defigunt lumina terræ.

Plutarchus in Symposiacis: καὶ γὰρ ὅγε λόμβυος ἔτοσι, ἢ παροιμιώδης ἔφη, βολβὸς ἢ μικρότητι διαφέρει ἢ κεραυνὸν, ἀλλ' ἔχων δύναμιν ἀντιπαθῆ, καθάπερ ἡ συκῆ καὶ τὸ δέρμα τῆς φώκης, i. Etenim ridiculus iste, inquit, & prouerbio obnoxius bulbus, haud ideo fulmẽ effugit, quod pusillus sit, sed quod uim habeat cõtrariam fulmjni, quemadmodũ & ficus arbor, & vituli marini pellis. Porro risus prouerbialis, de quo meminit Plutarchus, sumptus est, ex Aristophanis Nebulis, ubi Strepsiades Socratis ingrediens scholam, admiratur discipulos Socratis prono capite terrã spectantes. Respondentiq; cuipiam.

Ζητοῦσιν ὅ τοι τε κἠ γῆς βολβὸς ἄρα
Ζητοῦσι μὴ μῶν τοῦ τόγε φροντίζετε,
Εγὼ γὰρ οἶδ' ἵν' εἰσὶ μεγάλοι ἢ καλοί, i.

Quærunt habet quæ terra Strapsiades.
Bulbos scilicet
Quærunt, rei sed cura ne quid istius
Vos angat, ego enim noui ubi sũt magni & boni.

Quod si quis malit referre ad id, quod est apud eundem poetam in Pluto, ταυτὴ θύμον φαγόντες, i. Qui easdẽ mecũ cæpas edistis, eq dem haud magnopere repugnarim. Significat autẽ tenues amicos, quiq;, ut ait Terentius, paupertatem vna tuleriũt grauem. Persius item Satyra quarta, de sordido & impendio tenaci, parcoq;:

Hoc bene sit, tunicatum cũ sale mordẽs
Cæpe, & farratam pueris plaudentibus ollam.

Extat apud eundem Aristophanem in Concionatricibus & alius de bulbo iocus huiusmodi, καταφάγων βολβῶν χύτραν. i. Qui deuorauit bulborum ollam. Verba sunt aniculæ ad iuuenem detrectantẽ coitum, quod unus duabus par esse non posset, καλῶς, inquit, ἐπεὶ δ' ἂν καταφάγῃς βολβῶν χύτραν. Nam bulbos irritare Venerem testatur & Martialis:

Nil aliud bulbis, quam satur esse potes.

Et Columella in carmine:

Iam Megaris veniant genitalia semina bulbi.

Sunt autẽ multæ bulbi species, sed omnes, inquit Dioscorides lib. 2. habent acrimoniã, & calore Venerem stimulant, quẽadmodum eruca: de qua Columella:

Excitet ut Veneri tardos eruca maritos.

Suidas duo de cæpis adagia refert, κρομμύα ἐδίειν, i. Cæpas edere: & κρομμύων ὀσφαίνεσθαι, idest, Cæpas odorari, q̃ suo reddidimus loco.

Exacta uia uiaticum quærere.

Seneca in libello De moribus: Quid enim stultius est, quam quod dici solet, via deficiente, viaticum quærere, aut augere? Quadrat in senes auãros. Laborat enim ea ætas plerumque hoc vitio: vt quo minus superest uitæ, hoc magis sit de uictu sollicita. Contra iuuentus huius studij uel maxime negligens est. M. Tull. in Carone Maiore: Auaritia uero senilis quid sibi uelit, non intelligo. Potest enim quidquam esse absurdius quam quo minus uiæ restat, eo plus viatici quærere?

Omissa hypera, pedem insequeris.

Αφεὶς τὴν ὑπέραν, ἢ πόδα διώκει, i. Omissa hypera, pedẽ sectatur. Conuenit, ubi qs omissis his q̃ magis ad rẽ attinebãt, leuicula quæpiã curat. Hyperæ nautici funes sunt, quibus antennarum cornua traducuntur. Pedem autem vocant imam clauui partem. Verum hyperarum maximus vsus in nauigando. Suidas adagium citat ex Hyperide. Item qui scripsit scholia in Demosthenẽ, ex lib. περὶ ταρίχους primo.

Beccesélenus.

Βεκκεσέληνος, prouerbio dicebatur stupidus ac delirus, sideratus, aut modum senex. Beccus Phrygum antiquissima lingua panem significat, auctore Herodoto lib. 2. σελήνη lunam. Vnde Arcades, qui uolunt mortalium omnium antiquissimi videri, προσέληνοι, dicuntur, tãquam antiquiores ipsa luna. Quod notat Apollonius libro Argonauticon quarto:

Αρκάδες οἱ καὶ πρόσθαι σεληναίης ὕδεον τοι.

Psamicchus autem rex, hoc argumento deprehendit, Phrygios, omnium antiquissimos fuisse, quod pueri qui nullam vocem hominis audierant, Bacchũ sonarent. Suidas hoc loco iocans, negat mirum videri debere, si caprarũ vocem imitati sunt, qui fuerunt a capra nutriti. Nam id asserit Herodotus. Vtiũ Plutarchus libro primo De vitis Philosophorum: καὶ γὰρ πλάτων ὁ μεγαλόφωνος εἰπὼν, ὁ θεὸς ἔπλασε τὸν κόσμον πρὸς ἑαυτοῦ ὑπόδειγμα, ὀζει λήρου βεκκεσελήνου, κατὰ τεγῆς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποίησας. i. Etenim Plato vocalis, cum ait deus condidit mũdum ad suam ipsius imaginem, olet delirationem Beccesselenam, quemadmodum loquuntur veteris comœdiæ scriptores. Sumptum est prouerbium ex Aristophanis Nebulis:

Καὶ πῶς ὦ μωρέσου καὶ κρονίων ὄζον καὶ βεκκεσέληνε. idest,

Et quo pacto stolide tu, & Saturnia olẽs, & Beccesselene.

Quo loco complura super hac dictione referuntur ab interprete, si quis forte requirit.

Imperitus anaxyride indutus omnibus id ostentat.

Αμαθὴς ἀναξυρίδα περιθέμενος, πᾶσι ταύτην ἐν δύκνει, i. Imperitus subligaculũ siue brachas indutus passim eas ostẽdit. In eum congruit, qui propter insolentiam ẽt ineptissimis rebus effertur. Nam rerum imperitis quidquid peregrinum ac nouũ est videtur elegans. Eruditi quidam putãt Anaxyridem Græcis dici quas Latini vocant brachas, siue feminalia, quæ tegebant mediam corporis partem una cum fæminibus. Brachæ igitur Barbaricæ uestis genus erat, sed præcipue Gallorum quorundam. Vnde & Gallia Brachata dicta est. Anaxyridem vero & Persis in vsu fuisse declarat Strabo. Vidimus & Venetiæ patritios iuuenes si quando peregrinantur, gaudere Gallicis subuculis, absque ueste superiore, quod idem domi non faciũt. Quadrabit & in eos, qui sibi videntur aliquid, quod Gallice loquãtur inter Germanos, aut qui vocibus obsoletis, obscuris aut peregrinis uẽditant sese. Subolet hoc ab Apostolio additum ex huius ætatis adagijs.

Minerua suffragium.

Η ἀθηνᾶς ψῆφος, idest, Mineruæ suffragium. De exacto iudicio: contrarium illi, ὃς ἔκρινεν, idest, Sus iudicauit. Sed lepidiũ fiet, si per ironiam efferatur in stupidum, & nullius iudici hominem.

Per parietem loqui.

Διὰ τοίχου λαλεῖν, i. Per parietem loqui. Dicitur qui ridicule quid facit. Siue quod obstante pariete neuter alterum audit, siue quod ad eum modum colloquuntur amantes: vt testatur Ouidius de Pyramo, & Thysbe.

Interuallo perit fames, & optimæ perditur.

Διὰ μεσοῦ καὶ λιμὸς ἔρρει καὶ κάλλιστ' ἀπόλλυται, i. Intercapedine optime perit fames. Mora multis rebus affert remediũ, & maxime iracundiẽ. Inuenitur ẽt hoc interpretamentum, ut sit sensus: Extincto famelico, fames item pereat necessum est.

Statuam faucibus collas.

Ανδρίαντα γαργαλίζεις, i. Statuam collas gutture. De re maiorem in modum absurda, quæq. fieri nullo pacto possit. Veluti si quis hominem præpotentem & inuictum frustra conetur opprimere. Nec enim lì quescit statua.

Amens longus.

Αυης ὁ μακρὸς, i. Amẽs qui longus, hoc est, quod uulgo dictitant, prẽlongis mentẽ deesse, pusillis nimium adesse animorum. Sumptum videt ex Sophocle, apud quem hi uersus sunt in Aiace flagellifero:

Οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς,
Οὐδ' ἀνθρώποι φῶτες ἀσφαλέστατοι,
Αλλ' οἱ φρονοῦντες ἀεί. idest,

Non enim his,
Qui porriguntur mole uasta corporis,
Latoq; tergo, niti oportere maxime
Verum mage illis, qui ualent prudentia.

Videtur in eadem ferme sententia fuisse Homerus, Tydeum fingens corpore pusillo, cęterũ strenuum. Sic enim ait Iliad. E.

Οὐδ' ὀλίγος τοι μικρὸς ἔην δέμας, ἀλλ' μαχητής. idest,

Strenuus in pugna Tydeus, sed corpore paruus.

Idem habetur in obsceno carmine.

Vtilior

Vtilior Tydeus, qui, si quid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore paruus erat.

Et apud Statium:

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Antiopæ luctus.

Αντιόπης θρῆνος, i. Antiopæ luctus. Dici consueuit, ubi quis immerens calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur. Natum adagium ab Antiopæ fabula, quæ Nictei filia fuisse narratur. Ea cum esset a ciue quodam uitiata, pater grauius irascens, ad fratrem Lycum mittit, ut de ea supplicium sumeret. At ille, quod vetum ferre videret, misertus, pepercerat. Itaque peperit Zethum & Amphionem, quos ille in montem abiecit. Erat autem huic uxor nomine Dirce, quę simul atque sensit virum suum Lycum Antiopæ captũ amore, puellam in montem abductam tauri ceruicibus alligat, suspensis a cornibus tedis ardentibus, parans illam hoc exitij genere conficere. Verum ad uociferationem Antiopæ concursum est, cum a vicinis rusticis, tum ab Amphione Zethoque qui matrem aguitam eripiunt, a Dirce pœnas sumunt.

Fuge procul a uiro maiore.

Αλλ' ἀπὸ μείζονος ἀνδρὸς. i. Qui te fortior est, hũc tu vitare meméto. Caue a commertio potentium: habe cõmertium cum æqualibus. Etenim optimatum familiaritas, aut seruum facit & turpem: aut si nescias adulari, periculis obijcit. Cum paribus vt multo suauior, ita tutior etiam uita est. Pindarus in Nemeis: εἶδε δεκάτῳ, χαλεπὰ δ' ἔρις ἀνθρώποις ὁμιλεῖν κρεσσόνων. i. Caue certamen congredi cum hominibus potentioribus. Congruit cum eo, quod alibi dictum est: Procul a Ioue, & fulmine. Et illo: Longæ regũ manus. Herodotus in Vrania: καὶ γὰρ δυνάμις ὑπὲρ ἄνθρωπον ἡ βασιλήος ἐστὶ καὶ χεὶρ ὑπερμήκης, i. Etenim potentia regis supra hominem est, & manus prælõga.

Absque baculo ne ingrediare.

Αν' ξύλου μὴ βάδιζε, i. Absque ligno ne ingrediare. Inermis ne sis: uerum semper ad manum sit, quo depellas, si quis forte quærat lædere. Natum aiunt a Cleomene quodam Atheniẽsium duce. Is cum esset in insaniam uersus, quod omnibus haberetur exosus, baculum gestans, obambulare cõsueuit, quo propulsaret impetẽtes.

Anus cothonissat.

Γρᾶες κωθωνιζόμεναι, i. Anus cothonizantes. De uetulis indecore lasciuientibus. κώθων enim temulentum significat: inde fictũ verbum κωθωνίζειν. Athenæus libro undecimo uarijs auctoribus cothonẽ esse ostendit poculi genus, vñ dicat κωθωνίζεσθαι, p inebriari, & κωθωνισμὸς insa temulentia. Et Hesychius admonet, Græcis hominem tumultũtum appellari cothonem quemadmodum Latini lagœnam vocant aut utrem. Horatius in Odis, in anũ uxorem pauperis Ibyci:

Te lanæ prope nobilem
Tonsæ Luceriam, non citharæ decent,
Nec flos purpureus rosæ,
Nec poti uetulam fece tenus cadi.

De anu saltante dictum est alias.

Nudo capite.

Γυμνῇ κεφαλῇ, i. Nudo capite facere quæpiam dicuntur, qui palam, ac citra pudorem omnem faciunt. Qui rem pudendam faciebant, ijs mos erat centonibus caput operire. Plautus in Captiui duo: Ipsi de foro tã aperto capite ad lenones eunt, quam in tribu aperto capite fontes condẽnant reos. Neque refert utrum hic aperto, an operto legas per ironiam: nam sensus idem vtriusque lectionis. Vsus est hoc prouerbij titulo & Cyrillus, interpretans Ioãnis Euangelium, & diuus Chrysostom⁹ in Encomio Babylæ martyris. Tegit & Socrates faciem apud Platonem in Phædro dicturus uituperationem amoris.

In re mala, animo si bono utare, adiuuat.

MERETVR omnino Plautinus ille senarius ex Captiuis duobus, ut inter adagia recenseatur:

In re mala, animo si bono utare, adiuuat.

Fortiter ferendo uincitur malum, quod euitari non potest. Eandem sententiam paullo secus explicat in Pseudolo:

Bonus animus in re mala dimidium est mali.

Mulieris

Mulieris oculus.

Γυναικὸς ὄμμα τοῖς ἀκμάζουσιν βέλος, i. Mulieris oculus spiculum iuuenibus est.

Et Virgilius:

-Vritq; uidendo
Fęmina. Idem:
Vt uidi, ut perij, ut me malus abstulit error.

Illud alias recẽsuimus, ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίγνεται τὸ ἐρᾶν, i. Ex aspectu nascitur amor.

Decempes umbra.

Δεκάπους σκιὰ ἐστί, i. Decẽpes vmbra est, idest, cenandi tempus. Veteres vmbris notabãt horas diei. Lucianus in Gallo: Συνεχὲς ἀπισκοπῶν ὁποσαπῶν τὸ στοῖχον εἴη, i. Assidue obseruans quot pedes haberet linea. Olim qui uocabant ad cenam, designabant ad quam umbrã solarij uellẽt adesse conuiuas. Itidem qui uocabantur ne uenirent ante tempus, rogabant, ad quotam lineam esset ueniendum. Porro umbra decem pedum erat gratissima parasitis, cœnę spem faciens, quemadmodum & fumus largior exiliens e culina. Huius adagij usum nullũ uidemus, nisi si quis significare uolẽs hominem uehementer edacem, dicat illi magnopere placere umbram decẽpedem. Aut nihil agere quempiam nisi obseruare umbrã decempedem: quomodo utitur Aristophanes in Concionatricibus:

Σοὶ δὲ μελήσει
Οταν ἡ δεκάπους τὸ στοῖχον
Λιπαρῶς χωρεῖν ἐπὶ δεῖπνον. idest,
Verum hoc fuerit tibi curæ,
Vbi facta sit umbra decempes,
Ad lautam adcurrere cenam.

Ammianus libro 23. tradit, apud Persas nullam horam præscriptam sumendi cibum præterquam regibus, sed suum cuiq; uentrem solarium esse, & apud Plautum, si satis commeminibus, parasitus quispiam destomachatur in eos, qui horologiorum usum commenti sunt, cum uenter sit optimum horologium. Adagium refertur à Suida.

Diagoras Melius.

Διαγόρας ὁ μήλιος, i. Diagoras Melius. In sceleratũ ac fœdifragum & impium. Hic capta Melo uixit, & Athenienſũ sacrorum mysteria usque adeo contempsit, ut complures auerterit à religione, deterruerit q; ne iam uellent initiari. Præterea arcana illa mysteria, quæ nefas est prophanis edere, ille impius in vulgus extulit modis omnibus irridens. Quas ob res ab Atheniensibus proscriptus est, eamq. proscriptionẽ palam in ærea columna posuerunt, addito præmij loco talento, si quis hominem occidisset, si quis uiuũ adduxisset, duobus. Meminit huius Aristophanes in Auibus:

Ην ἀποκτείνῃ τὶς ὑμῶν διαγόραν μήλιον λαμβάνειν τάλαντον, ὦ τε τῶν τυράννων τὶς τινὰ
Τῶν τεθνηκότων ἀποκτείνῃ, idest,
Si quis è uobis Diagoram Melium interfecerit,
Præmium feret talentum, siq; quis quem è mortuis
Interemerit tyrannis.

Sexdecim pedibus superauit.

HAVDQVAQVAM alienum est à prouerbiali figura, qđ i Pericle scripsit Aristides, nẽpe Periclem oratorẽ reliquos in dicẽdo sexdecim pteriſſe pedibus, λέγων, inquit, ὡς ἑκκαίδεκα μὲν ποδῶν ἤρα τοὺς ῥήτορας ἐν τοῖς λόγοις, μόνος δὲ πειθώτις ἐπεκάθιζεν ἐν τοῖς χείλεσι, πάντα δὲ ἦν φλυρίαν πρὸς ἐκεῖνον, i. Dicens illum sexdecim pedibus uicisse Rhetores dicendo, atque in unius illius labijs insedisse suadelam quandã. Cętera uero omnia nugas præ hoc fuisse. Itaque sexdecim pedibus pro maximo interuallo dixit. Sumpta metaphora à stadijs cursorum. Locus autem hic de Pericle est apud Eupolim comicum, in comœdia cui titulus: Δῆμοι,

Κράτιστος δ' τος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν,
Οπότε παρέλθοι ὥσπερ οἱ ἀγαθοὶ δρομεῖς
Εκκαίδεκα ποδῶν ἤρε λέγων τοὺς ῥήτορας.
Ταχὺς λέγειν μὲν, πρὸς δ' αὐτὸ τοῦτο τάχει,
Πειθώτις ἐπεκάθιζεν ἐν τοῖς χείλεσιν. i.

Hic inter homines plurimum unus polluit
Dicendo, quoties præteribat, uti bonus
Agilisq; cursor, sexdecim spatio pedum
Linquebat à se cętereos iam rhetores.
Sermone celer erat, celeritati aderat huic
Suadela quædam illius insidens labris.

Hos uersus & Aristph. adducit in Acharnensibus ex Demis Eupolis adiunctis his duobus.

Οὕτως ἐκήλει, κοὐ μόνος τῶν ῥητόρων,
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις, i.

Adeo

Adeo mouebat, atque solus rhetorum,
Aculeum in animis liquit audientium.

M. Tull. in Bruto: Quam deam, inquit, in Periclis labris scripsit Eupolis sessi tauisse. Huius immodicam eloquentiam idem taxauit in eadem comœdia:

Εντεῦθεν ὀργῇ φοικλέης ὁ ὀλύμπιος.
Εσράπ', ἐβρόντασι, ξωεκύκα τὴν ἑλλάδα. idest,

Pericles at indignatus hinc Olympius
Tonat, coruscat, miscet omnem Græciã.

Porro quod ad suadelam attinet, id imitatus Ennius apud Ciceronem in Catone Maiore, M. Cethegum Suadæ medullam dixit. Ab huius prouerbij forma non discrepat illud Aristophanis: ἐκ τῶν νεφελῶν, Τῶν ἑλλήνων εἰ λέγειν ἐκαστ ἑαδίοισιν ἄριστον. idest,

Vt Graiorum dicat gentem stadijs præcedere centum:
Lepidius etiam erit, si pro pedibus parasangas dixeris.

Saxum uolutum non obducitur musco.

Λίθος κυλινδόμενος τὸ φῦκος οὐ ποιεῖ. i. Musco lapis volutus haud obducitur.

Qui nõ potest eodem in loco cõsistere, raro fit, vt ditescat. Id totidem pæne uerbis etiã hodie dicunt. Simile illud Fabij: Planta, quæ sæpius transfertur, non coalescit.

Lityersam cantionem canis.

Λιτύερσαν ᾠδὴν ᾄδεις, i. Lityersam cantionem canes. Lityerses notus erat Midæ Regis. Hic cum ageret in Celænis, exceptos eos, qui aduenissent, compellebat, ut secum meterent, deinde p̃fectis capitibus, reliquum corpus manipulis inuoluebat. Idem instituit, ut in honorem Midæ theri cos, idest, æstiuus, aut messorius hymnus caneretur, unde ductũ prouerbium, ut qui non ex animo canerent, aut qui coacti canerent, hi Lityersam cantionẽ canere dicerentur. Menander in Chalcedonio:

Αδουν τὰ λιτύερσιν ἀπ' ἀρίστου τέως. i.

Meminit huius fabulæ Iulius Pollux lib. de rerũ uocabulis 4. capite περὶ ἀσμάτων ἐθνικῶν. Sed hoc nouat, Lityersam loris cedere solitum, quos meterẽdo uicisset, sed cum aliquando incidisset in messorem se robustiorem, ab eo trucidatũ fuisse. Quosdam autẽ auctores esse, Herculi manu periisse. Proinde cantionem eam ad patris desiderium leniendum fuisse repertam Lityersę meminit, & Theocritus.

Lydum in planiciem prouocas.

Λυδὸν εἰς πεδίων προκαλεῖς, i. Lydum in campum prouocas. In eum competit, qui lacessit iamdudum ad id propensum, ac promptum. Notati sunt Lydi, quod ad bellum capessendum æquo propensiores essent. Herodotus lib. 1. docet Lydos æqui tatu ualuisse. Proinde Crœsus optat Ionẽs equitatu uenire oppugnatum Lydos. Finitimum ei, quod alibi recensuimus: ἵππον εἰς πεδίον.

Sublata lucerna, nihil interest inter mulieres.

Λύχνου ἀρθέντος γυνὴ πᾶσα αὐτή. i. Lucerna sublata, nihil discriminis inter mulieres. Sentit Adagium, nullam mulierem non esse impudicam, si detur facultas sine teste peccandi. Recenset Apostolius, & usurpatur a Plutarcho in Præceptis cõnubialibus.

Lysistrati diuitias habes.

Λυσιστράτου πλοῦτον πλουτεῖς, i. Lysistrati diuitijs dives es. Prouerbialis ironia de magnopere tenuibus. A Lysistrato quodã tractum, extremę paupertatis homine.

Expecta bos aliquando herbam.

Μένε βοῦς ποτὲ βοτάνην, i. Expecta bos olim herbam. Dicendum ubi quid sero contingit. Laborat enim bos in agricolando, sed aliquando gustatura herbam enatam. Finitimum illi:

Et adhuc tua messis in herba est.

Expecta anus.

Μένε γραῦ ἐμόν σε παῖδα φιλήσοντα, i. Expecta anus meum filium, te suauiaturum. Nam priusquam adolescat puer illa decesserit. Cõsine superiori, cum sera spes ostenditur.

Magnus uersator in re pugilla.

Μέγας κυλικτὴς ἐν μικρῷ γε πράγματι, i. Versator ingens in negotio leui.

Nam addita coniunctiuncula constabit uersus. Quadrat in eos, qui arte parũ honesta sibi diuitias parant. Natum ab Eudamidæ apophthegmate. Is erat Archidami filius, frater Agidis. Cum musicus quidam feliciter uideretur cecinisse, quispiam ex ijs, qui aderant, rogabat Eudamidam, qd de

de eo sentiret: respondit: μέγας κηληκτὴς ἐν μικρῷ πράγματι, i. Magnus delinitor in re parua, quod existimaret operosam esse scientiam, sed nihil adferentur utilitatis. Recensetur a paræmiographis. Refertur a Plutarcho in Laconicis, nisi quod illic legitur, κηληκτῆς, quod oratorum sit delinere, ac mouere affectus. Huic non dissimile est, quod Musonius ait apud Aul. Gell. lib. 5. cap. 1. in eos, qui modulatu uocum, ac lenociniis uerborum excitant inanem applausum auditorum: Scito, inquit, illic non philosophum loqui, sed tibicinẽ canere.

Surdaster cum surdastro litigabat.

Δήσκωφος δυσκώφῳ ἐκρίνετο, ὁ δ' κριτὴς ἦν κωφότερος, i. Surdaster cum surdastro litigabat. Iudex autem erat utroque surdior, cum res agitur inter undequaque ridiculos ac stultos. Extat in hanc sententiã epigramma Græcum Nicarchi:

Δυσκώφῳ δήσκωφος ἐκρίνετο, ἦν πολὺ μᾶλλον
Ην ὁ κριτὴς τοῦ δυὸ κωφότερος,
Ὡς ὁ μὲν ἀντέλεγεν, τὸ ἐνοίκιον αὐτὸν ὀφείλειν
Μισθῶν πένθ', ὁ δ' ἔφη, νυκτὸς ἀληλεκέναι
Εμβλέψας δ' αὐτοῖς ὁ κριτὴς λέγει. ἐς τί μαχεσθε,
Μητὲρ ἐσθ' ὑμῖν, ἀμφότεροι τρέφετε.

Id Thomas Morus olim, adolescens, sic tetuertit hunc in modum:

Lis agitur, surdusque reus, surdus fuit actor,
Ipse tamen iudex, surdus utroque magis.
Pro ædibus hic petit æs, quinto iam mẽse peracto.
Ille refert, tota nocte mihi acta mola est.
Aspicit hos iudex, & quid contenditis? inquit,
An non vtrique est mater? utrique alite.

Docui te urinandi artem.

Εδὴ δαξὰ σεκυβις ἄν, ἦν σὺ βυθίσει μὲ ζητεῖς, i. Docui te urinandi artem, & tu me uis demergere. In eos quadrat, qui benefacta malefactis retaliant, & beneficium acceptum in eius ipsius vertunt pernicie, a quo acceperunt. Sapit fecem.

Pro eleganti medico malus poeta.

Αντὶ χαρίεντος ἰατρὲ, κακὸς ποιητὴς καλεῖ ἦν ὄπθυμεῖς, i. Pro uenusto medico malus poeta dici cupis. In eum dici solitum, qui non contentus artis suæ professione, in qua locum mediocrem obtinebat, pergit aliena profiteri, in quibus non perinde sit exercitatus, nec parem proinde gloriam reportaturus. Periander quispiam non incelebri fama medicus, & eius artis uel cum primis doctus, ad poetices studium deflexit, & ineptos quosdam uersiculos scribere cœpit. Hinc ualgaris iocus increbruit. Plutarchus in Apopthegmatis Laconicis tribuit hoc dictum Archidamo Agesilai filio.

A remo ad tribunal.

Απὸ κώπης ἐς τὸ βῆμα, i. A remo ad tribunal. Dici solitum, ubi quis repente ab infima conditione prouehitur ad honesti muneris administrationem. Taxat Demadem oratorem Syrianus Hermogenis interpres, qui citra cognitionem artis, statim ad agẽdas caussas irruperit: ἀπὸ τῆς κώπης ἀνίπτοις τὸ ἦν λόγου χερσὶν ἐπὶ τὸ βῆμα πηδήσας, i. Qui illotis, ut aiunt, manibus a remo ad tribunal irruit.

In cœlum expuis.

Ες οὐρανὸν πτύεις, i. In cœlum expuis, id est, facis quod in tuum ipsius recidat caput. Aut obloqueris his, qui facile possint lædere. Siquidem qui in cœlum expuit, primum videtur cœlites ipsos adficere contumelia: deinde fit sæpius, ut sputũ in ipsius faciem recidat. Confine illi: πρὸς κέντρα λακτίζειν, idest, Aduersus stimulũ calcitrare.

Vnus deus, & plures amici.

Εἷς θεὸς καὶ πολλοὶ φίλοι, i. Vnus deus, & plures amici. Proverbiũ admonet quam plurimos esse parandos amicos, quod hi secundum deum plurimum opitulari possint. Quamquam Hesiodo non probatur πολυφιλία, neque rursum ἀζηλία.

Si caseum haberem, non desiderarem obionium.

Εἰ τυρὸν εἶχον, οὐκ ἂν ἐδεόμην ὄψου, i. Si caseum haberem, non egerem obionio. Dicẽdũ, ubi quis minimis utilissimisq. contentus est. Refertur apud Plutarchũ in Laconicis, cum Lacon quispiã coponi dedisset parandum obsonium, atq. is peteret caseũ, & oleũ, quibus illud cõdiret, Nõ opus inquit

inquit Lacon, fuisset mihi obsonio, si caseum habuissem. Si quis pro caseo malit hoc loco butyrum, cum eo non pugnabimus: uidetur enim butyrum magis congruere oleo.

In antrum haud legitimum, stimulum impingis.

Εἰς τρημαλιὰν οὐχ ὁσίαν τὸ κέντρον ἀθεῖς. i. In foramen haud licitum, stimulum trudis. Dicterium Sotadis in Philadelphum, qui sororem Arsinoen exemplo Iouis vxorem duxerat, quo quidem dicto offensus rex, capitis supplicium sumpsit de eo, qui dixerat. Meminit Plutarchus in libello: De liberis educandis.

Quamquam non dixeris, tamen apparet è pelle.

Εἰ μὴ λέγεις, ἀπὸ τοῦ δέρματος φαίνῃ, i. Etiam si non dicas, pelle præ te fers. Res ipsa redarguit mendacem, & oris habitus. Vnde illud Ciceronis: Nisi fingeres, non sic diceres, uidetur ex apologo natum.

Decipula murem cæpit.

Εἵλκυσεν ἡ παγὶς τὸν μῦν, id est, Laqueus murem cæpit. De recte meritoq. deprehensis, & malo dignis. Quasi dicas: Lupus in foueam incidit, aut aper in casses.

Iisdem è literis comœdia, ac tragœdia componitur.

Ἐκ τῶν αὐτῶν τραγῳδία γίνεται καὶ κωμῳδία, γραμμάτων, i. Ex ijsdem literis comœdia, tragœdiaq; componitur. Conuenit in eos, qui eadem de re norunt diuersa fingere. Aut qui eadem opera diuersa possunt.

A fronte præcipitium, à tergo lupi.

Εμπροσθεν κρημνὸς, ὄπισθεν λύκοι, i. A fronte præcipitium, a tergo lupi. Cum aliquis hinc atque hinc duobus maximis premitur malis, ut in utrumque inciderit, pereundum sit.

Oscitante vno, deinde oscitat & alter.

Ενὸς χανόντος μετέσχηκεν ἕτερος, i. Cũ oscitat unus, statim oscitat & alter. Dicendum quoties exemplo peccati, statim pro uocatur aliquis ad simile facinus. Fit autẽ hoc occulta quadã naturę ui, ut qui uiderit oscitantem, cogatur & ipse oscitari. Cuius rei caussam etiam reddere conãtur philosophi. Simili modo transeunt & quidã animorũ affectus. Socrates apud Platonẽ in Charmide: καὶ ὁ κριτίας ἀκούσας ταῦτα, καὶ ἰδών με ἀποροῦντα, ὥσπερ οἱ τοὺς χασμωμένους καταντικρὺ ὁρῶντες ταυτὸν τοῦτο ξυμπάσχουσιν, κἀκεῖνος ἐδόξε μοι ὑπ' ἐμοῦ ἀπορούντος ἀναγκαδῶσι καὶ αὐτὸς ἁλῶναι ὑπὸ ἀπορίας, i. Hęc vbi audiuit Critias, meq; uidisset hæsitantẽ, quemadmodũ ij, qui ex aduerso vident oscitãtes, eodem affectu corripiũtur, itidẽ & ille mihi visus est mea dubitatione cogi, ut & ipse a dubitatione corriperetur. Oscitantiam autẽ Latini vocant torporem & indiligentiã. Qui cũ ignauis uiuit, facile fit illorum similis. Oẽs.n. pcliues sum⁹ a labore ad libidinẽ, ut ait Comic⁹. Torpedo piscis suo cõtactu protinus torpidũ reddit. Plato i Menone: δοκεῖς μοι ὁμοιότατος εἶναι ταύτῃ τῇ πλατείᾳ νάρκῃ τῇ θαλαττίᾳ, καὶ γὰρ αὐτὴ τοὺς ἀεὶ πλησιάζοντα καὶ ἁπτόμενον ναρκᾶν ποιεῖ, καὶ σὺ δοκεῖς μοι νῦν ἐμὲ τοιοῦτόν τι πεποιηκέναι ναρκᾶν, i. Videris mihi simillimus esse isti latæ torpedini marinæ. Nã hæc quoq. semper cum, qui accedit, ac tangit, torpidum reddit. Et tu uideris mihi quoq; tale quiddam fecisset, ut torpeam.

Inter cæcos regnat Strabo.

Εν τοῖς τόποις τῶν τυφλῶν λάμων βασιλεύει, i. In regione cæcorum rex est lusc⁹. Inter indoctos, qui semidoctus est, doctissimus habetur. Inter mendicos, qui paullulum habet nummorum, Crœsus est. Sapit uulgi fecem.

In area latitas.

Εν ἅλῳ δρασκάζεις, id est, In area occultaris. De eo, qui in eo uersatur negotio, ut, non possit non esse conspicuus. Aut q̃ sic latitat, ut a nemine tamen non conspiciatur. Nam in area nullæ latebræ.

Cum licet fugere, ne quære litem.

Εξὸν φυγεῖν μὴ ζήτει δίκλω, i. Cum fugiendi potestas est, ne quære litẽ. Ab Alcibiadis apophthegmate natũ. Is cũ è Sicilia citaretur ab Athenienſibus, ut criminibus respõderet, abdidit sese, negans litigãdum esse, si quo modo liceret effugere. Subijcientibus aliis, Non igitur confidis patrię de te iudicaturę. Imo, inquit, ne matri quidem crediderim. Metuerem enim ne foris

foris imprudens albi calculi loco nigrum immitteret. Alcibiadis sententiæ subscriberet, quisquis litium expertus est. Græcis vnico verbo dicuntur φυγοδικεῖν, qui litẽ detrectant.

In tergore bouis desedit.

Επὶ βύρσης ἐκαθέζετο, i. In tergore bouis desedit, id est, supplex implorat auxilia. Natum adagium a consuetudine ver nacula Scythis, quemadmodum testatur Lucianus in Taxaride. Nam apud hos si quis forte læsus esset, neque suppeteret vlciscendi facultas, immolato boue carnes minutim sectas coquebat, ipse in tergore humi strato sedebat, manibus in tergum reductis. Idque maximum supplicandi genus apud illos habebatur. Accedebat qui cumq. uellet opitulari, & carnium portione gustata, dextroque pede tergori imposito, pollicebatur pro uiribus auxilio futurum. Atque hoc fędus apud Scythas sanctissimum habebatur.

Hospites indigenam.

Επηλυς τὸν ἔνοικον, id est, Aduena inquilinum, subaudiendum, ἐξέβαλεν, i. eiecit. Vsus fuerit, cum alienæ professionis quispiam alium in propria uincit arte. Quod genus si theologus in arte grammatica superet grammatices professorem. Aut si arrogatus, aut adoptiuus, filium eiiceret è familia, aut miles adscititius eiiceret colonos.

Risus Sardonius.

Σαρδώνιος γέλως, i. Sardonius risus. De risu ficto, aut amarulento, aut insano denique. Et sensus & origo prouerbii adeo uarie tractatur ab auctoribus, ut uereamur, ne risus hic Sardonius nõ citra risũ legatur, tamen accingemur referre quædã. Zenodotus in collectaneis suis Aeschylum citat, q huiusmodi ferme tradiderit i opere de parœmiis, Gentem esse quãdam Carthaginensium coloniam, quę Sardonẽ regionem inhabiret, ei morem esse, senes septuagesimum prætergressos annum Saturno sacrificare, ridentes interim, ac mutuo sese complexantes. Nam turpe ducebant in funere aut eiulatum edere, aut lacrymas profundere. Hinc adsimulatum risum, Sardonium uocari cœptum. Timæus apud eũdem Zenodotum ait, Sardoniis cõsuetudinẽ fuisse, ut filii parentes iam grandęuos iuxta fossam, aut præcipitiũ, in quo sepeliendi forent collocarent, atq. inde fustibus cædentes, in eam darent pręcipites. At illi interim pereuntes ridebant, existimantes eam mortem felicem atque egregiam, quod liberorũ impietate interirẽt. Sunt qui dicant, in Sardorum insula herbam nasci quandam, cui Sardoæ cognomẽ sit, Apiastro similem. Eam sapore quidem esse dulcem, uerum gustatam, ora hominũ in rictus dolore contrahere, ut ueluti ridẽtes emoriantur. Hoc sensisse videtur Solinus, cumq. hoc Seruius grammaticus enarrans hunc ex Virgiliana Thyrside locum:

Imo ego Sardois videar tibi amarior herbis.

Atq. his ferme cõfinia tradit Lycophronis interpres de risu Sardonio. Seruium secutus Latinus Drepanus in Panegyrico, Serenos ergo, inquit, uultus induebamus; & ad illorũ uicem, qui degustato Sardorũ graminum succo ferũtur in morte ridere, imitabamur lęta mœrẽtes. Neque rursum desunt, qui Sardonium risum cognominatũ autumãt, ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι τοὺς ὀδόντας, quod dentes aperiat atque renudet, cuiusmodi risus esse solet eorum, qui nõ ex animo rident. Hinc & iocus ille parasiti Plautini conquerentis, quod suis dictis nullo pacto iuuenes arrisissent, ac non saltem canes fuissent imitati, ut dentes ostenderẽt. Et Apuleius, Restrictis forte si labellis risere is. Id genus risum descripsit Homer. Iliados O. de Iunone loquens:

-Η δ' ἐγέλασσε
Χείλεσιν, οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσι (νέησι
Ἴανθη. i.

Illa quidem labiis ridebat, nubila porro
Frons minime renitebat:

At id facit quod scribit Aristophanes in Pace:

Ηγριωμένους ἐπ' ἀλλήλοισι καὶ σεσηρότας, i.
Inuicẽ in se exasperatis osq; diducẽtibus.

A canibus ducta metaphora, quib. hoc iræ indicium est, nudare dentes. Quẽ morem aiunt equis etiam inesse, si quãdo parant mordere: unde uulgo nunc risum huiusmodi, risum equinum uocant. Rursum alii perhibent, apud Sardinios fuisse receptum, vt ex captiuis pulcherrimos quosq. ac natu maximo, qui septuagesimum excessissent annum Satuano mactarent, ridẽtes in morte, propterea quòd id forte ac vi

rile

rile videretur. Citatur auctor Clearchus, Carthagine solemnem fuisse morem, vt in magnis votis puerum Saturni manibus imponerent. Huius statua fingebatur ærea, manibus porrectis. Sub eo fornax erat, ea succendebatur, puer itaque ignis vapore contractus ac tortus, ridentis speciem exhibebat. Denique & Simonidem allegat Zenodotus, nouæ fabulæ auctorem. Ait enim Talum quempiam æreum uirum priusquam in Cretam peruenirет, in Sardiniam accessisse, ubi non paucos mortales neci dedit. Qui cum morientes ringerentur, risus imaginem quãdam exhibentes, prouerbio locum fecerunt. Addunt nonnulli, cum à Sardiniis in Cretam trãsmittere uetaretur: illum in ignem desilijsse, quandoquidem ærei corporis erat, deinde Saturnios pectori suo admotos necare solitum, Emoriebantur autem uelut in amplexu, ac ridẽtibus adsimiles, nimirum rictu incendii ui diducto. De hoc Talo ridicula narratur fabula. Aiunt.n. hunc à Vulcano ex ære fuisse fabrefactũ, Minoiq; dono missum ad Cretẽsis insulę tutelam. Erat autem illi unica duntaxat uena, eaq. a summa ceruice, ad imos usque talos porrecta. Ter in singulos dies insulam obibat, excubias agens. Itaque & Argo nauem à Colchide cum Iasone redeũtem uetuit portum Cretẽsem appellere. Sed a Medea deceptus perijt, ut nonnulli dicunt, dato ueneno, quod insaniã immitteret, vt aliis placet, cum illa pollicita se illum immortalem redditurum, clauum qui summę uenæ erat adfixus, eduxit, atque ita sanguine totoq. corporis humore defluente perijt. Rursum alii tradunt interisse percussum arcu a Pæante circa talum. Dioscorid. libro sexto inter venena prodidit herbę speciẽ esse quandam, quam quidam ranunculam appellant Latine, Gręci batrachion: eam a regione, in qua copiosius prouenit, Sardoam, siue Sardoniam dicunt, quæ pota siue comesa mentem adimat, labiisque contractis risus speciem præbeat. Atq. inde in hominum uitam sinistri omnis uenisse de risu Sardonio prouerbium. Meminit huius herbæ & Pli. lib. 25. circa fi. Strabo lib. Geographiæ 11. scribit in Cambysena, quæ flumen Alazonium accolit, arearum genus quoddam nasci, quod alios ridendo cogat emori, atios flẽdo desiderio suorum. Quidam addunt de Tarcotella, cuius morsum interitus cum risu sequatur. Quin & Aristoteles De partibus animalium lib. 3. ait, ictu etiam traiecta pręcordia, in præliis risum attulisse literis proditum esse, idq; accidere colore quem moueat uulnus. Mortuus est & Zeuxis pictor ridendo, dum sine fine ridet anum a se pictam, & Chrysippus conspiciens asinum vescentem ficis. M. Tullius Epist. fam. lib. 7. ad Fabium Gallum. Videris, inquit, mihi uereri, ne si istum habuerimus, ridea mus. γέλωτα σαρδώνιον significans futurũ ut si Cæsar rerum potiretur, multis arridere atque applaudere cogerentur, quæ magnopere displicerent. Lucianus in Asino, σαρδώνιον γελῶν τε ἔλεγον. i. Sardonice ridentes aiebant, Risum innuit contumeliosum & subsannãtem. Idem alibi: ὁ δάμις ὃ τὸ σαρδώνιον ἐπιγελῶν ἔτι μᾶλλον παῴξωσε, id est, Damis autẽ Sardonio arridens risu, magis etiam irritauit. In eodem sensu uidetur usurpatum & a Platone lib. De repu. 1. eũ scribit Thrasymachũ, quem amarulentum & arrogantẽ ubiq. facit, Sardonice risisse, Καὶ ὃς ἀκούσας ἀνεκάγχασέ τε μάλα σαρδώνιον καὶ εἶπεν. i. His ille auditis edito cachinno, ualde Sardonice risit, ac dixit Homerus item aliquot locis huius risus mentionem facit in Odyseæ Ψ. narrans quemadmodum e procis quispiam, puta Ctesippus Vlyssem in ædibus suis habitu specieq. mendici sedentem, arrepto è spartula bouis pede petisset, atque ille capite commodum deflexo declinasset ictum:

Μείδησε δὲ, inquit, θυμῷ
Σαρδάνιον μάλα τοῖον.

Quo loco Eustathius interpres admonet eũ ridere risum Sardoniũ, qui diductis modo labris rideat, cæterum intus aut ira, aut molestia discruciatur. Veteres enim risum Sardoniũ uocasse, quoties aliquis de spectim nõ solum ridet, sed etiam irridet: dictũ autẽ παρὰ τὸ σεσηρίναι τὰ χείλη, idest, a diducendo labia. Quomodo fere rident, qui apud sese perniciem alicui destinant, quemadmodum Vlysses mox sublaturus è medio procos. idq. iam tum in animo statuens, risit risum quendam subamarulentum. Consimilem risum risit apud Hesiodum Iupiter iratus Prometheo propter ignem furto sublatum. Carmen adscripsimus, quod quidem est in 1. lib. operis cui titulus: ἔργα, καὶ ἡμέραι.

Τὸν

Τὸν δὲ χολωσάμενος προσέφη νεφεληγέρετα Ζεύς.
Ἰαπετιονίδη πάντων περὶ μήδεα εἰδότα χαίρεις πῦς κλέψας, καὶ ἐμὰς φρένας ὑπεροπλίσας
Σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα, καὶ ἀνδράσιν ἐσομένοισι,
Τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸν δώσω κακὸν ὧκεν ἅπαντες
Πέρπονται κατὰ θυμὸν ἔον, κακὸν ἀμφαγαπόντες.
Ὡς ἔφατ' ἐκ δ' ἐγέλασε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶντε. idest,

Huic animo infensus, qui nubila colligit, inquit,
Proles Iaperi multo technisq; dolisque
Inter mortales unus doctissimus omnes,
Imposuisse mihi gaudes, ignemq; tulisse.
Nempe ingens atroxque malum, & tibi, postq; futuris,
Quis ego pro rapto igne malum dabo, quo simul omnes.
Gaudebunt, propriumque malum fouisse libebit,
Sic fatus, risitque parens hominumque Deumque.

Risum hunc fatalem interpretantur, quoties imminet pernicies à fatis destinata. Cuiusmodi fuit & ille procorum, quem describit Homerus eodem libro, quem paullo ante citauimus, alioq; retulimus loco:

Μνηστῆρσι δὲ πάλλας ἀθήνη
Ἀσυεσον γέλον ὦρσε, παρὲ πλαγξεν δὲ νόημα,
Οἳ δ' ἤδη γναθμοῖσι γελοίων ἀλλοσρόοισιν,
Αἱμοφόρυκτα δὲ δὴ κρέα ἤσθιον, ὄσσε δ' ἀρασθέων
Δακρυόφιν πίμπλαντο, γόον δ' ὤτρυνε θυμός. idest,

Dira procis mouit validũ Tritonia risum
Haud compescendum, ac animum stupefecit, at illi
Iã malis sine mente quidẽ risere alienis,
Carnis frusta & cruda & sanguinolenta uorantes.
Interea lacrymis implenẽ lumina, fletum
Sensit & ipse animus.

Opinamur & Sardonium risum accipiẽdum, quem Homerus Iliados H. tribuit Aiaci singulare certamen ineunti:

Τοῖος ἄρ αἶας ὤρτο πελώριος, ἕρκος ἀχαιῶν
Μειδιόων βλοσυροῖσι προσώποισιν. idest,

Sic ingẽs Aiax surgebat murus Achiuum
Terribili ridens vultu.

In uetustissimis quibusdam in Hesiodũ commentarijs epigramma reperitur, quo prouerbiũ de risu Sardonio non ineleganti explicatur, idest, huiusmodi.

Σαρδὼ τὶς ὀζὶ νῆσος ἰδιοτρόποο,
Εν ᾗ βοτάνη φθαρτικὴ γῆς ἐκπρέχει
Σελινοειδὴς σαρδάνη κεκλημένη.
Βευρομένη δὲ τοῖς ἀπείροις αὐτίκα
Ἐπασμοὺς τε ποιεῖ καὶ λεγώτων ἐμφάσεις,
Καὶ πότμος ἀθὺς καὶ γελάσιμος μόρος,
Ἄλλοι δὲ πᾶσι σαρδανοὺς τοὺς βαρβάρους
Γηρῶντας αὐτῆ τοὺς γηραρχοὺς ἐχράτοις
Ἀγεν λαβόντας εἰς ἀπόκρυμμον τόπον,
Κλαίειν τε τέλους ἐν τε ῥοπάλοις καὶ λίθοις,
Ἔπειτα ῥίπτειν ἐκ πετρῶν τοὺς ἀθλίους
Γελῶντας εἰκῇ παιδιᾶς παρεκτόνοις.
Ἄλλοις δ' τοὺς θνήσκοντας ἀρέσκει πλέον
Γελᾶν, ὁρῶντας τεκνικὰς παρουσίας,
Καὶ τὰς κυκλόσρας καὶ σροφὰς τῶν πραγμάτων.

Id quoque nos nostro more propter imperitiores Latinum fecimus, hoc modo:

Quædã insula est uocata Sardo Hiberiæ,
In qua herba perniciosa surgit è solo,
Cui Sardanæ nomen, apiastri præferens
Figuram, at ea comesa ab imprudentibus
Mox ora contrahit, atque risus exhibet
Speciem, deinde protinus mors occupat
Imitata risum. Cęterum sunt qui ferant
Gentem esse quandam Sardanorum barbaram.
Aetate qui fessos parentes in loca
Prærupta raptos deferant, atque ibi neci
Saxisq. fustibusq; dent miserrimos
Ex arduis subinde præcipitent petris.
At inter isthæc impijs ridenti iocis,
Luduntq; temere parricidis lusibus.
Alijs magis probatur hæc sententia,
Ridere eos, qui sic necantur, quippe qui
Spectent suorum pignorum uesanium,
Citasq; rerum & æstuarias uices.

Pausanias in Phocaicis tradit, Sardoam insulam serpẽtes gignere innoxios. Preterea eam à uenenis herbarum prorsus immunem esse, nisi quod unam alit exitialẽ, apij specie, quę iuxta fontes quidem proueniat, non inficiat tamen fontium aquas: eam qui ederint, ait ridentes emori. Atq. hinc Homerum, & post Homerũ alias adagiũ induxisse, ut dicerẽt eos ridere risum Sardonium, qui risum riderẽt ἢ ἐπὶ ἐδεὶ ὑγιῆ, hoc est, omnino insanum. Itaque nõ

absurde uidetur accipi posse risus Sardonius, pro risu demente, quoties instantibus malis insane ridetur. Siquidem legimus C. Gracchum in ambiendo magistratu repulsum, aduersus inimicos insolētius ridentes inclamasse, eos Sardonium ridere risum, ignaros quàm magnis tenebris ex suis actibus circūfunderētur. Hoc in Gracchorum uita Plutarchus. Idem in commētario de superstitione: Ἐντᾶυθα τοίνυν σκόπει τὸν ἄθεον, γελῶντα μὲν μανικῶν καὶ σαρδώνιον γέλωτα, i. Hic itaq. considera eum, qui nullos credit esse Deos, insanum quidem & Sardonium ridentem risum. Interpres quispiam Hesiodi, risum Sardonium interpretatur, risum πλατὺν, i. amplum, ubi quis ore uehementer diducto ridet, quem eundē, opinamur, γέλοτα συγκρότιον appellant, idest, risum concutientem. Cui quidem interpretamento suffragatur ipsius etymologia uocabuli, quam paullo superius ostendimus: Ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι τοὺς ὀδόντας. Postremo non omnino uidebitur absurde Sardonius risus accommodari posse, ad risum luctuosum ac tristem, cuiusmodi tribuit Homerus Iliados Z. Andromachæ, tanquam is indicium fuerit animi, mortem Hectoris prēsagientis:

Ἡ δ' ἄρα μὶν κυώδει δέξατο κόλπῳ
Δακρύοεν γελάσασα. idest,
Illa sinu accepit spiranti, flebile ridens.

Eudemus in collectaneis dictionū rhet. ait placere nonnullis, ut de risu contumelioso accipiatur, vbi quis despectum contemptimq; ridet, de quo prouerbiū etiam fertur: Ἀφ' ὑψοῦ καταγελᾶς μέ. i. E sublimi me derides. Addit idē lapidis esse genᵒ, qui risus Sardonius appelletur. Suidas scribit hinc etiam verbum effictum, vt σαρδάζειν dicātur, qui Sardonium rideāt risum.

Sed iamdudum libet à risu Sardonio discedere, idq; faciemus, si prius illud addiderimus, epithetum hoc Sardonium varijs formis inueniri apud auctores. Apud Lucianū & Ciceronem σαρδώνιον legimus, apud Homerum σαρδάνιον, apud Virg. Sardoum, apud Lycophronis enarratorē σάρδιον, γέλωτα, apud Plutarchū σαρδιανὸς εἴ τις ἐστὶ τῆς ψυχῆς σαρδιανὸς γέλως, i. Si quis est animi Sardianus risus. Stephanus indicauit dici σαρδωνικὸν, & σαρδίανικον. Tametsi non omnia ab eadem uoce manant. Nam à Sardo siue Sardon insula, cui quondam nomen fuerat Ichnusæ, deducitur Sardonius, Sardous & Sardonicus. A Sardos Illyriæ ciuitate proficiscitur σαρδῶοι, unde, sicuti credimus, mutato η, in α, σαρδάνιοι. A Sardis Lydiæ oppido Sardianos & Sardianicus. Ex his succurrit coniectura in epigrammate Græco, quod modo citauimus, non legendum fortassis, ἰβηροτρόφος, sed ἰλλυροτρόφος. Vsurpauit adagiū Saluianus libro 7. Sardonicis quodammodo herbis, omnem Romanorū populum putes saturatum: moritur & ridet.

Facta iuuenum, consilia virorum, vota senum.

Celebratvr hic versus moralis apud Græcos:

Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων. idest,
Facta Iuuenum, consilia mediocrium, vota senum.

Huiᵒ adagij meminit Aristophanes grāmaticus. Hyperides in oratione cōtra Autoclem ex Hesiodo citauit. Nam illius creditur esse carmen. Sensus per se liquet, nē pe ad rem gerendam adhibendos iuuenes. Nā uiribus ętas ea prępollet. In cōsiliū ad sciscēdos mediocris ętatis viros, propterea quod in his nonnihil detrito virium vigore, ualet tamen vsu rerum aucta prudentia. Senes vtpote religiosi solēt à superis optima precari. Cęterum neq. viribus iam vtiles, neq; mēte satis constantes ætatis vitio. Euripides in Melanippo apud Stobæum:

Παλαιὸς αἶνος, ἔργα μὲν νεωτέρων,
Βουλὰ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος. i.
Dictum est vetustū, Facta iuuenū, cęterū
Magis ualent consilia natu gaudium.

Idem innuit Pindarus cum ait:

Νεότητι μὲν ἀρήσει θράσος δεινῶν πολεμῶν. idest,
Iuuentuti congruit audacia crudeliū bellorum.

Item Homerus Iliados Π. docet in bello requiri uires, in consultationibus orationem:

Εν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλή,
Τῷ ἔτι χρὴ μῦθον ὀφέλλειν, ἀλλὰ μάχεσθαι. idest,
Bella manu cōstāt, at consultatio dictis.
Illic pugnandum est, neque prosunt aspera dicta.

Apud eūdē Nestor ī cōsilijs ꝑcipuus, bello inutilis. Plutarchus in cōmentario, cui titulus: Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτεύτεον, Καὶ μάλιστα

μάλιστα σώζεται πόλις, ἐνθαῦτα καὶ γερόντων, καὶ νέων ἀνδρῶν ἄριστοί εἰσι μάχαι, i. Et, maxime seruatur ciuitas, ubi consilia senum, & iuuenum virorū præcellunt lanceæ. Aeschines in orōne contra Ctesiphō tē testatur, hoc Solonis legibus fuisse cautum, ut in cōsultatione natu maximus primus diceret. Et apud Atheniēses olim fuisse morē, ut præco facturus dicendi facultē ita sonaret: τίς ἀγορεύειν βούλεται ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων, i. Quis uult concionari ex ijs, q quinquagesimum excesserunt annum?

Silentij tutum præmium.

Σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας, i. Tutū silentij præmium. Aristides in defensione Periclis ex Cio quopiam poeta citat. Plutarchus in apophthegmatis Augusto Cæsari adscribit, qui Athenodori cōsilium opprobrās subiecerit, ἐστὶ καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. uersus integer talis uidetur.

Ἀκίνδυνον καὶ ἐστὶ τῆς σιγῆς γέρας, i.
Vacat periclo præmium silentij.

Vsurpat Horatius Odarum lib. 3.

Est & fideli tuta silentio Merces.

Silendo nemo peccat, loquēdo persępe. Iam olim in prouerbio est, nobilis illa Simonidis sentētia, quæ celebratur & apud Latinos prouerbij loco:

Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.

Etiam si Valerius Max. lib. 7. cap. 2. sententiam hanc tribuit Xenocrati. Quid, inquit, Xenocratis responsum quam laudabile? Cum maledico sermoni quorundam summo silentio interesset, uno ex his quærente, cur solus linguam suam cohiberet: Quia dixisse me, inquit, aliquando pęnituit, tacuisse numquam.

Felicitas multos habet amicos.

Εὐτυχία πολύφιλος, i. Felicitas multos habet amicos. Simillimum illi, quod alibi retulimus:

Τῶν δ' ὀτυχούντων πάντες, εἰσὶ συγγενεῖς, i.
Felicibus cognatus est uel quilibet.

Notior est sentētia, quam ut requirat interpretem. Contra in rebus aduersis ait nulli, aut pauci sunt amici. Pindarus in Nemeis Oda X.

Οἴχεται τιμὰ φίλων τατωμένῳ
Φωτὶ, παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτοῖς
Καμάτου μεταλαμβάνειν.

Perit honor amicorū afflicto uiro, paucique; in rebus aduersis fidi mortales ad laboris societatem.

Stulto ne permittas digitum.

Εὐήρη δάκτυλον μὴ δείξῃς, ἵναι μὴ καὶ τὴν παλάμην καταπίῃ, idest. Stulto digitū ne ostenderis, ut ne palmam etiam deuoret. Nihil permittendū imprudentibus, q̄tumuis pusillum. Siquidem in maximis lædunt, si uel tantillum commiseris. Sapit & hoc uulgus.

Optat vicino ut habeat, magis autem ollæ.

Εὔχου τὸ πλησίον ἔχειν, ἐπὶ πλέον δὲ τὴν χύτραν, i. Opta ut proximus habeat, magis autem ut olla. Potissimum est habere domi, quibus est opus. Proximum, uicinum habere diuitem, à quo possis petere. Videtur è uulgi fece haustum.

Habet & musca splenem.

Ἔχει καὶ ἡ μῦια σπλῆνα, i. Habet & musca splenem. Simillimum illi:

Et pueri nasum Rhinocerotis habent.

Itē illi: ἐνεστὶ καὶ μύρμηκι χολός, id est, In est & formicæ bilis. Olet fecem.

Camelus desiderans cornua, etiam aures perdidit.

Κάμηλος ἐπιθυμήσασα κεράτων, καὶ τὰ ὦτα προσαπώλεσεν, idest. Camelus dum affectat cornua, & aures insuper perdidit. Conuenit in eos, qui dum peregrina sectātur, ne sua quidem tuentur. Sumptum ex apologo de camelis, qui per oratorem cornua a Ioue postularunt, ille offensus stulta postulatione aures quoq. resecuit, & hoc Apostolij uidetur.

Hercules & simiæ.

Ἡρακλῆς καὶ πίθηκος, i. Hercules & simia. De minime congruentibus. Simia dolis ualet, Hercules uiribus antecedit. Affine illi: Formicę camelus. Nota est fabula de fratribus Perperis, quos Hercules comprehensos a Claua suspendit. Eos ferunt uersos in Simios.

Aut manenti uincendum, aut moriendum.

Ἢ μένουδα ἀποθανεῖν, ἢ νικᾶν, i. Opor aut manentem uincere, aut interire. Dici solitum, ubi certa stat sententia, aut nego

tium aliquod absoluere, aut immori. Translatum ab instituto Lacedęmoniorum, qui hoc animo pręlium inibãt, vt aut victores redirent domum, aut uicti occumberent. Celebratum est Lacænæ cuiusdam apophthegma, quæ filio tradẽs clypeum dixerit: ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς, Aut hunc, aut super hũc. Laconicè significans, aut referendum clypeum, aut in eo moriendum.

Maritimus cum sis, ne velis fieri terrestris.

Θαλάσσιος ὢν, μήποτε χερσαῖος γένῃ, i. Si sis marinus, abstine à terrestribus.

Admonet non mutandam cõditionem, ne in melius quidem. Verum unicuiq; tuẽdum id vitę genus, ad quod vel institutus a natura uidet, uel in quod casu incidit. Mutuò, sumptum ex apologo quodã Æsopico, qui fertur huiusmodi: Cancer quidam relicto mari, cœpit in agro quodam pasci. Ibi forte conspectus à uulpe, protinus arreptus ac deuoratus est. Itaque periturus sero deplorauit stultitiam suam, quod marini generis cum esset ad terrestrium animantium partes descisceré uoluerit. Est apologus nõ dissimilis de lupo tibijs canente, ac mox canibus irruentibus deplorante, quod ex coco factus esset tibicen. Hermolaus Barbarus ad Picum inuertit non ineleganter prouerbiũ: χερσαῖος ὢν μὴ ζίτει θάλασσαν, i. Terrestris cum sis, ne quæsieris mare.

Thynni more.

Θυννιδίκλω, idest, Thynni more, videre dicuntur, qui limis aut altero oculo oblique inspiciunt. Aeschylus apud Athenæum libro septimo:

Τὸ σκαῖον ὄμμα παραβαλὼν θυννιδίκλω, i.

Oculũ sinistrũ admoliẽs Thynni modo.

Siquidem Aristoteles indicat Thynnos non cernere nisi læuo oculo, vt ibidem citat Athenæus, cum paullo superius ex eodem auctore dixerit illũ cernere dextro, sinistro cæcutire. Plin. lib. 9. cap. 15. dicit illos utroq; hebetes esse, dextro tũ plus cernere. Refertur idem versus ex eodem auctore apud Plutarchum in dialogo De cõparatione terrestrium ac marinorũ, Addit cum piscẽ altero oculo cæcutire, eoq; cum immigrant in mare adhærent terris ad dextram, cum emigrant, contra. Potest & ad eos referri, qui acriter ac diligenter inspiciunt. Persius:

Non secus ac si oculo rubricam dirigat vno.

Idq; Aristoteles Sectionis 31. probl. 3. & 4. vere putat euenire, propterea quòd oculorum initia ab eodem dependeant. Vnde fit, ut altero occluso, vis illa, quæ duos mouebat, ad vnum conferatur, hoc acrior, quò contractior.

Canis reuersus ad vomitum.

Κύων ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, i. Canis ad proprium vomitum. Quadrat in eos, qui relabuntur in eadem flagitia, a quibus aliquãdo sunt expiati. Refert in epist. D. Petri, his qdẽ verbis: Συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς, τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. i. Accidit ãt illis illud veri prouerbij: Canis reuersus ad proprium vomitum, & sus lota ad uolutationem cœni. Sumpta videlicet metaphora à canibus resorbentibus quod euomuerint, & suibus ab amne protinus ad cœnum recurrentibus.

Cani das paleas, asino ossa.

Κυνὶ δίδως ἄχυρα, ὄνῳ δὲ ὀστέα, i. Cani das paleas, asino vero ossa. Cum res præposterè distribuuntur. Veluti si quis indocto munus mittat literarium, erudito floscules, aut gladium, balteumve, militi librum. Siquidem munera hoc ipso sunt ingrata, quod apta non sunt. Interdum vertuntur in contumeliam.

Præmouere venatum.

Προσοβεῖν τὴν θήραν, idest, Prę turbare feram. Aristides in Pericle citat ex Platone, ὡς τε ἔτετω γ' ἂν ἄφασιν αὐτὸς ἀνεσύβει τὴν θήραν, i. Igitur ad eum modum, quod ipse ait, turbauit venationem. Cęterũ verba Platonis in Lyside sic habent. Ποῖος τὶς ἂν οὖν σοι δοκῇ θηρευτὴς εἶναι, εἰ ἀνασοβοῖ θηρία καὶ δυσαλωτοτέραν τὴν ἄγραν ποιοῖ. id est, Qualis igitur tibi videatur esse uenator, si inter uenandum excitet feram, & captum reddat difficiliorem? Dici solitum apparet, ubi quis non satis dissimulat qd̃ litur. Quemadmodum vsu venit, vt fera tumultu excitata intellectus insidijs, subducat sese.

Rectam ingredi uiam.

Τὴν ὀρθὴν βαδίζειν ὁδόν, i. Rectã ambulare uiam

re uiam dicitur, qui nusquam deflectit ab honesto. Aristides in Pericle: Ὡς τε βαδίζειν τεταγμένα καὶ τὴν ὀρθὴν ὁδὸν σώζειν καὶ τὴν παροιμίαν, i. Vt ordine incedatur, & recta seruetur uia, iuxta prouerbium. Philon de humanitate: Ὁδὸν γὰρ οἵαν λεωφόρον ἄγουσαν ἐφ' ὁσιότητα ταύτην ἠπίστατο. i. Viam enim publicam, quæ ad æquitatem duceret, didicerat hanc. Plautus in Cassina, Nunc ego Pol in rectam redij semitam. Item paullo post, Sciẽs de via in semitam regredere. Iubet autem ancilla, ut qui imprudens uerum effutiuerat, redierat ad simulationem, quam instituerat.

Αὐτόθεν καταβαλλε.

Αὐτόθεν καταβαλλε, i. Hoc ipso depone loco Aristides in Pericle: περὶ μὲν δὴ λάλων ὦ πλάτων καὶ ἀργῶν καὶ δειλῶν αὐτόθεν καταβαλλε. μή πῶ τις καὶ τρῶας ἐγείρῃσι θεὸς ἄλλος, i. Iam de loquacibus ò Plato, ignauis ac timidis, ptinus depone, ne fortis aliquis Deus alius Troianos exigat, Interpres indicat prouerbium esse, sumptumque a victoribus qui uetant, ne victus aliquo discedat, sed inibi porrigat herbam, & victorem agnoscat, ac victoriæ præmium persoluat. Vsus erit quoties statim & absq. mora iubemus aliquid, exhiberi, veluti probationem eius quod dixerit aliquis. vel promissum, vel specimẽ artis in qua glorietur sese pollere. Vsurpatur & apud Platonem.

Ostium obdite prophani.

Θύρας ἐπίθεσθε βέβηλοι, i. Fores occludite quiq; prophani. Sumpta est adlusio ex Orpheo, cuius hoc citatur carmen:

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας ἐπίθεσθε βέβηλοι. idest,

Fas quibus est audire loquar, uox turba prophana.

Obturate fores.

Iubet vt prophani ostium aurib. imponant, ne quid arcani sermonis possit ingredi. Aristides in Pericle: λέγων δὴ ταῦτα πρὸς οὓς ἔξεστι. τοῖς δὲ βεβήλοις ὀλίγος ὁλόγος πάντως, i. Loquar hęc apud eos, quibus audire fas est. Prophanorum autem le uis omnino ratio est. Conueniet uti, si quãdo significabimus nos de rebus arduis & arcanis locuturos esse. Huc respexit Horatius, cum scribit in Odis:

Odi prophanum vulgus, & arceo,
Fauete linguis, carmina non prius
Audita, musarum sacerdos
Virginibus puerisq; canto.
Lingua fauens adsit nostrorum oblita laborum
Quæ puto dedicit iam bona uerba loqui.

Ante sacrificium præco clamore solebat iubere populũ fauere linguis, hoc est, verba boni omnis loqui, vnde & fauentia dicitur bona ominatio. Item Seneca de philosophia agens: Et ipsam ut Deos, & professores eius ut antistides colite, & quoties sacrarum literarum mentio interuenerit, fauete linguis. Hoc verbum non ut plerique existimant a fauore trahitur, sed imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla uoce mala obstrepente. Sed plusculum habebit gratiæ, si per ironiam adhibeatur.

Ad restim funiculum.

Ἐπὶ σπείρᾳ χοινίον, i. Ad restim funiculum, subaudiendum addis, aut reddis, ubi quis ijsdem rebus abundat, aut similia similibus pensat. Cognatum illi: λίνον λίνῳ σωάπτεις, idest, Linum annectis lino. Veluti si quis mendacium attexat mendacio, dolum dolo, nugamentum nugamento.

Salem & fabam.

Ἅλα καὶ κύαμον, idest, Salem & fabam subaudiendum proposuerunt, aut si quod aliud ad sententiam magis appositum uerbum. Diogenianus admonet dici solitum de his qui fingerent se scire quidpiam, quod nescirent, atque hinc esse natum prouerbium, quod olim mos fuerit, ut diuinis salem & fabam proponerent.

Ἐκπερδικίσαι.

Ἐκπερδικίσαι, Græci prouerbiali metaphora uocant elabi, ac suffugere. Aristophanes in auibus:

Ὡς παρ' ἡμῖν οὐδὲν αἰσχρὸν ἐστὶν ἐκπερδικίσαι. idest,

Quippe apud nos turpe non est, suffugere de cassibus.

Ductum est ab auibus, quę nonnunquã elabuntur e retibus, seu laqueis. Aiunt ãt perdicẽ prępicuæ calliditatis ad id, ut aucupum manus effugiat. Qua quidem de re libet ipsius Aristotelis uerba subscribere, q̃ scripta sunt libro De natura aẽantium 9. καὶ ἐν τῷ αὐτῷ τίπτουσι καὶ ἐπωάζουσιν,

σιν, ἵνα μήτις καταγνοίη τὴν τόπον πλείω χρόνον προσεδρεύοντων. ὅταν δέ τις ἀνεύρῃ τὴν ἐπεσὼν τῇ νεοσσίᾳ, προκυλινδεῖται ἢ πέρδιξ τὸν θηρεύοντος, ὡς ἐπίληπτος ὑπὸ καὶ ὑπαστάται ὡς λη-φόμενον ἐφ' ἑαυτῷ, ἕως ἂν διαδράσκῃ τὴν νεοσσῶν ἕκαστος, μετὰ δὲ ταῦτα ἀναπαῦσα αὐτὴν ἀναπαλεῖται πάλιν. i. Nec eodē in loco pariunt, & incubant oua, ne quis aïaduertat si diutius in eodē assideant loco. Porro cū inter uenandum inciderit quispiam in nidum, pręuoluitur perdix ad pedes venantis, perinde quasi capienda sit, ad eumq. modum illū allicit ad sese quasi capturū, donec interim pulli singillatim effugerint. Quod ubi factū est, & ipsa subuolans pullos reuocat. Hactenus Aristoteles. Neq. vero grauabimur hic adscribere, quod in eandē ferme sniam scribit Plutarchus lib. cui titulum fecit: πότερα τῶν ζῴων φρονιμώτερα, τὰ χέρσαῖα ἢ τὰ θαλάττια, idest, Vtra animalia sunt prudentiora, terrestria an marina: Αλλὰ δὲ πανουργείαν ὁμῶς μετά τοῦ φιλοστόργου πέρδικες ἐπιδείκνυνται. τοὺς μὲν νεοσσοὺς ἐθίζουσιν μηδὲ πρὸς φεύγειν διωκομένους ὅτ' ἂν διώκωνται καταβαλόντας ὑπ' ἴχνη ἑαυτοὺς βῶλόν τινα ἢ σύρφετον ἄνω προίχεσθαι τοῦ σώματος, οἷον ἐπιλυγαζομένους. Αὖ ταῖς δὲ τοὺς διώκοντας ὑπάγουσιν ἄλλη, καὶ φεύγουσιν ἑαυτὰς ἐμποδὼν διαπετόμεναι καὶ μικρὸν ἐζανιστάμεναι, μέχρις ἂν ὅτος ἁλισκομένων δόξαν ἐνδιδῶσαι μακρᾶν ἐπιπάσωσι τὴν νεοσσῶν, i. Aliam vero calliditatem una cum prolis amore coniunctam perdices exhibent. Nam pullos adhuc inuolucres consuefaciunt, ut supinos prosternant sese, glebam aut palearum tegumentum aliquod impositum cor pori sustinentes, atque ita veluti obtecti deliteant, ipsæ interim venantem alio abducunt hac arte. Alliciunt illum ad sese, prouolantes ad pedes, ac paullatim prodeuntes, ac tandiu spem ostendunt capiendi sui donec eum procul a pullis abstraxerint. Ex his verbis satis liquet, quid sibi velit ἐκπερδικίσαι nimirum elabi, perdicum arte ingenioq; interim adlusum est ad caponem quēdam insigniter improbum, cui nomē inditum. Perdix, quod claudicaret. Eius meminit Aristophanes in Auibus.

Munus Leuidensæ.

MVNVS Leuidensæ. Cicero prouerbiali nimirū figura vocat munus uile, minimiq. pretij, cuiusmodi vulgaribus amicis missitare diuites consueuerunt. Sic enim scribit ad Dolabellam, lib. Famil. epist. 9. Oratiunculam pro Deiotaro quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaq. eam tibi misi. Quā velim sic legas, ut caussam tenue & inopem, nec scriptione magnopere dignam. Sed ego hospiti veteri & amico, munusculum mittere volui Leuidensæ crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. Seruius ostendit Leuidensam vestis genus esse uile, raro, tenuiq. textu. Quondam inter hospitem xenia, vestes in primis erant. Vnde & apud Iuuenalem quæritur quispiam vestes donari, uillo crasso, coloreq; malo:

Et male percussus textoris pectine Galli.

Proinde M. Tullius orationem suam parum elaboratam atq. expolitam, Leuidensæ munus appellat. Eleganter accommodabitur ad munus leuiculum, aut officium uulgare, non admodum ex animo, neque diligenter præstitum amico cuipiam uulgari. Huic diuersum ē illud: πελλωσᾶ χιτῶν, i. Pelleneæ tunica. Et συλόσωντος χλαμύς, idest, Silosontis chlamys.

Multi discipuli præstantiores magistris.

M. TVLLIVS libr. Epist. familia. 9. scribens Varroni senarium quendam refert, haud dum scimus ex quo poeta. Cuius sententia etiam hodiernis temporibus uulgo celebratissima fertur. Aduenit, inquit, Dolobella. Eum puteo magistrum fore.

Πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσονες διδασκάλων. i. Pleriq. discipuli magistros ante eunt.

Ad uarios usus potest accommodari, vel ad simplicē sensum, puta frequenter euenire, ut discipulus eruditione superet eum, a quo literas, aut arte quampiam didicit. Aut per iocum, cum significabimus, improbitate uinci, qui malitiæ doctor fuit: uelut si quis deciperetur ab eo, cui uiam ac rationem imponendi demonstrasset aliquādo. Siue cum quis ordine conditioneq; inferior, tamen plus ualet, quam is, qui non parere, sed imperare uidetur.

Ad Herculis columnas.

Ηράκλειαι στῆλαι. Iā olim in puerbio sunt, ut admonet Pindari interpres. Sic .n. uulgo dici solere, τὰ πείρατα γαδείρων ἐστὶ ρατά, i. Quæ ultra Gades, inaccessa. Quo significant, ultra columnas Herculis non esse

esse quo progrediare. Columnas has Hercules ibi fixisse dicitur, cum boues uestigaret Geryonis, tanquam illic esse suprema orbis meta. Pindarus in Nemeis: γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον ὑ περατ, i. Non vlterior accessus ad occidentem, vltra Gadira. Item alibi:

Εἰ δ' ὦν καλὸς ἔρδων τ' ἐοικότα μορφᾷ,
Ανερέας ὑπερτάτας ἐπέβα
Παῦς ἀριστοφάνης, οὐκ ἔτι πρίσω
Αβάταν ἀλα κίονων
Υπὲρ ἡρακλέους περᾶν δίμαρὲς.
Ηρῶς θεὸς αὖς ἔθηκε
Ναυτιλίαις ἐχάτας.

Sentic Aristophanis filium ad extremā peruenisse laudem, ultra quam non possit crescere: qui quidem egregię formæ, facta adiunxerit illustria. Quod si quis præterea quidquā laudis requirat, id perinde esse, ac si quis ultra columnas ab Hercule fixas conetur transire. Rursus in Olympijs hymno tertio:

Νῶν τὲ πρὸς ἐχατίαν θήρων ἀρεταῖσιν ἱκάνων ἀπεῖται
Οἱ κόθεν ἡρακλέος στῆλαν. τὸ πρόσω
Δ' ἐστὶ σοφοῖς ἄβατον
Κασόφοις. idest,

Nunc sane ad extremos limites uirtutibus perueniens Theron, attingit a domo Herculis columnas. Quod autem vltra est, sapientibus pariter, & insipientibus inaccessum. Consimilem in modum vsus est Gregorius Nazianzenus in Monodia, sentiens Basilium eo perfectionis peruenisse, ut longius progredi negatum esset humanæ naturæ. Heraclides Ponticus in allegorijs Homeri, improbos Homeri poematis interpretes, exigendos putat: ὑπὲρ ἡρακλέους ἐχάτας στῆλας καὶ τὸν ἄβατον ὠκεανὸν θάλασσαν, i. Vltra Herculis extremas columnas, & inaccessū Oceani mare.

Ciceris emptor.

EQVIDEM arbitramur & illud inter prouerbia referendum, quod ait Horat. in Arte poet. Ciceris & nucis emptor, infimę sortis hominem, deq; ima plebe quempiā significans:

Offenduntur enim quibus est equus, & pater, & res.
Nec si quid fracti ciceris probat & nucis emptor,
Aequis accipiunt aīs, donantve corona,

Nemo quemquam ire prohibet publica uia.

PROVERBII speciem habet & illud Plautinū ex Curculione: Nemo ire quemquam prohibet publica via. Quo significāt rerum communiū æqualem omnib⁹ vsum esse, neq; cuiquam uertendum uitio, quod ius publicum concedit: Plautus ad sensum turpiculum deflexit, nempe ad usum scorti publicitus prostantis. Videtur autem effictum ad imitationem Pythagorici symboli iubentis: τῆς λεωφόρου βαδίζειν. idest, Publicā ingredi uiam, aut cōtra τῆς λεωφόρου μὴ βαδίζειν. Quo quidem respexisse uidetur Flaccus in Arte poetica, cum ait:

Publica materies priuati iuris erit si
Nec circa uilem patulumq; moraberis orbem
Nec uerbum uerbo curabis reddere.

Hinc belli initium.

INTER prouerbia quę sumuntur ex allusionibus auctorum, nobis non uidetur illud silentio prætereundum, quod ex Thucydide usurpauit Lucian⁹ in Pseudomāte: καὶ χῇ τὸν θεκυδίδλω ἄρχεται ὁ πόλεμος ἐνθένδε ἤδη, i. Et iuxta Thucydidem. iam hinc belli initium. Id ad uarios usus poterit accommodari, siue cum ad incipiendū negotium adcingi significamus, siue cum alicunde natam simultatem innuimus, ac tumultum rerum exortum. Ad eundem Thucydidis locum, non dubium quin alluserit Aristoph. in Acharnensibus:

Κἂν τοῦδεν ἀρχὴ ἡ τοῦ πολέμου.

Atq. illud, καντοῦδεν, eo loco frequentius iterat, quo magis consentaneum, illū allusione ad iocum abusum fuisse.

Inanium inania consilia.

Κενοὶ κενὰ βυλεύονται, i. Inaniū inania consilia. καὶ κενοὶ κενὰ λογίζονται. i. Inaniū inanes cogitationes, cū qs sua spe frustrat. Cognatū est, μωρὰ μωρὸς λέγει, i. Fatuus fatua loquitur. Natum aiunt ex euentu. Nā Archias stipulatus a Demetrio quingenta auri talenta, ut Cyprum proderet, re deprehensa, arrepto fune ex his, quib⁹ tenduntur tentoria, suspendit sese. Refertur in Græcorum collectaneis.

Nutricum more male.

Καθ' ὥσπερ αἱ τίτθαι σιτίζεις κακῶς, i.

Pascis profecto more nutricum male.

In uetustissimis quibusdam prouerbiorũ collectaneis reperitur, q̃ quidam Plutarcho tribuunt. Extat autem apud Aristophanem in Equitibus, qui quidem & metaphoræ rationem explicat his uersibus:

Καθ' ὥσπερ αἰτίᾳ δαγε σιτίζεις κακῶς.
Μασώμενος γὰρ τῷ ϗ ὀλίγον ἐντιθεῖς,
Αὐτὸς δ' ἐκεῖνο πρὸς πλάσιον καταπα-
κᾶς. idest,

Pascis profecto more nutricum male.
Nam ubi manderis, paullum huic in os dein inseris.
Ipsa ast præ illo uel triplum glutis cibi.

Cõueniet igitur in eos q̃ de lucro paullulum aliquid impertiunt socijs. Aut qui fic facultates alienas administrant, ut maximam partem in suos conuertant usus, id quod hodieque tutorum uulgus factitat.

Amphictyonum confessus.

Αμφικτυονικὸν σωίδριον i. Amphictyonicus confessus. De frequenti grauium uirorum conuentu. Ductum a conuentu illo Græcorum olim celebratissimos, q̃ Amphictyonũ dicitur, uel ab Amphictyone Deucalionis filio, qui cum rerum potiretur, gentes Græcanicas dicitur conuocasse, ut citatur auctor Theopompus in octauo historiarum libro ac testatur Pausanias in Phocais. Porro populi qui in id consilij conuenire soleant, numerantur 12. Iones, Dores, Perrhæbi, Bœoti, Magnetes, Achæi, Phthij, Moliẽses, Dolopes, Aeneanes, Delphi, Phocenses. Vel inde nomẽ inditum Amphictyonum, quod undecunq; ad id consilium ex omni Græcia conueniretur, ut placet Anaximeni, & Androtioni in Atticarum descriptione rerum, apud Pausaniam, in eo quem modo ostendimus loco. Quo quidem & alia complura super hac re non indigna lectu referuntur, si qs forte requiret. Nos ad enarrationem prouerbij putamus hæc esse satis. Venustius fuerit adagium, si per ironiam torqueatur ad indoctorum conuentum, qui sibi tamẽ Solones esse uideantur.

Etiam capillus unus.

Celebratvr & Mimus, Publianus admodum prouerbiali specie:

Etiam capillus unus habet umbram suã.
Quantumuis pusillũ commodum iuuat
quantumlibet exiguum delictum nocet.

Xenocratis caseolus.

Ξενοκράτης τυρίον, i. Xenocratis caseolus. De cibo, qui perquam diu durat, priusquam absumatur. Quamquã nihil uetat, quo minus ad alia quoque trãsferatur, puta ad uestem, ad librum, ad pecuniolam, aut simile quidpiam, quo sic parce, circunspectéq; quispiãm utitur, ut quam diutissime duret. Sumptum adagium ab admirabili Xenocratis philosophi frugalitate. Quem tradunt sæpenumero obsonia iam rancida facta abiecisse, neque rarenter euenisse, ut cum cadum aliquem relinire uellet, iam uinũ reperiret in acorem uersum. Proinde prouerbium apposite dicetur in sordidos quosdam, quibus hic mos, omnem penum eousq; seruare, quoad fuerit corruptus, perinde quasi nefas sit, rebus synceris & integris frui. Adagium refertur in Stobæi collectaneis.

Bellum omnium pater.

Πόλεμος ἁπάντων πατήρ, i. Bellum omnium pater. Lucianus veluti prouerbio iactatum refert, in commentatio de ratione conscribẽdæ historiæ. μᾶλλον δὲ θυκυδίδαι καὶ ἡρόδοτοι ϗ ζενοφῶντες, ἡμῖν ἅπάντες καὶ ὡς εἴοικεν ἀληθὲς ἄρ ἰῶ, ἐκεῖνο τὸ, πόλεμος ἁπάντων πατήρ, εἴγε ϗ συγγραφέας τοσούτους ἀνέφυσεν, ὑπὸ μίᾳ τῇ πλυγῇ. idest, Quin potius Thucydides, Herodoti, Xenophontes nobis erãt omnes. Adeo, ut uerum esse uideretur illud, quod dĩ, Bellum rerum omnium pater: si quidem tam multos scriptores produxit unico ictu. Prouerbium ideo dictũ est, quod bellum omnium rerum nouandarum auctor est, ut ex eo ueluti nata uideantur uniuersa. Nisi quis malit ad philosophorũ quorundam decretum referre, q̃ dixerunt, rerũ summam è lite progigni.

Phaniæ ianua.

Φανίου θύρα, idest, Phaniæ ianua. Eustathius in Odysseæ ω, ostẽdit dictum de his, qui simulant sese congestas opes habere, quæ nusquam sunt. Ductum a Phania quodam, qui falsam de se præbuerit opinionem, quasi multam diuitiarum uim domi constructam ac reconditam haberet. Diximus alibi de Phani ianua, in prouerbio Phani ostium, quod an idem sit cum hoc, nec ne, uiderint docti.

Ελιγίσαι.

Ελιγίσαι.

Ελιγίσαι. Prouerbiali figura dictũ ostẽdit Eustathius in tertium Iliados. Sumpta metaphora a piscibus, qui suffugiunt a retibus, quive ab hamo elabuntur. Nam lina retia dicuntur etiam Latinis, ut Maroni:

Humida lina trahunt,

Inest autem piscibus quibusdã genuina quædam calliditas è retium textis elabendi, quemadmodum eleganter de Cestreo narrat Oppianus lib. 3. Sed carmen ipsum, quandoquidem auctor non admodum adhuc vulgatus est, asscribere præstat.

Κέστρος μὲ πλεκτῇσιν ἐν ἀγκοίνῃσι λίνοιο
Ελκόμενος, δόλον ἔστι περίδρομον ἠγνοίησεν.
Υψι δ' ἀναθρώσκει τελίημένος ὕδατος ἄκρῃ,
Ορθὸς ἄνω πτόδων ὀστον θέρος ἄλματι κύφῳ
Ορμῆσαι. ϐελῆς δὲ σάοφρονος ὐκ ἐμάτησεν.
Πολλάκι γὰρ ῥιπῇσι ϗ ὕσατα πείσματα φελλῶν
Ρηίδιως οἱ περάλλο ϗ ἐξήλυξε μόροιο.
Εἰ δ' ὅ γ' ἐφορμυζεῖς πρῶτον σόλον αὖ ἰς ὀλιθῇ.
Ες βρόχον ὐκ ἔτ' ἔπειτα βιάζεται, ὅδ' ἀνορόει
Αχνύμενος. πείρῃ δὲ μαθὼν ἐπαυέτο ὁρμῆς, idest,

Cestreus dum trahitur sinuosis æquore textis,
Haud illum qua suffugiãt, latet, arsq; dolusq;
Subsilit in sublime alacer, saltuq; citato
Viribus eniti quantum ualet oib. undas
Emicat in summas sublato corpore toto.
Ingenio fortuna fauet, nam subera sæpe
Quæ summos tollunt funes, retinacula cassis
Transilit, & fatum elabens fugit improbus atrum.
Sin primum expertus subsultum, in retia rursum
Delapsus recidat, iam nec pugnare laborat
Anxius, aut frustra niti, doctusq; periclo
Nec iactat sese, neque sursum promicat vmquam.

De permultis item alijs piscibus ad eundem commemorat modum, quibus artibus elabantur capti. Sed reliqua persequi prælongum. Illud non iniucũdum scitu, quod de pisce Torpedine narrat poeta Claudianus, quemadmodum alligatus hamo, subducat sese, ui veneni per linum atque harundinem ad piscatoris vsque manum immissa. Carmen sic habet.

Si quando vestita cibis incautior era
Hauserit, & curuis frænari senserit hamis,
Nõ fugit, aut uano conatur uellere morsu,
Sed propius nigræ iungit se calida setæ,
Et meminit captiua sui, longéque per vndas
Pigra uenenatis effundit flamina venis,
Per setam vis alta meat, fluctusque relinquit
Ablentem vinctura virum, metuendus ab imis
Emicat horror aquis, & pendula fila secutus
Transit arundineos arcano frigore nodos,
Victricemq; ligat concreto sanguine dextram.
Damnosum piscator onus, prędamq; rebellem
Iactat, & amissa redit exarmatus habena.

Aristophanis interpres putat ab auibus traductum. Consimili figura Persius Satyra quinta:

Ne trepidare uelis, atque arctos rodere casses.

Αἰγυπτιάζειν.

Αἰγυπτιάζειν dicebantur astuti & impostores. Sumptum a moribus eius gentis. Theocritus ἐν συρακυσίαις.

Οὐδεὶς κακοεργὸς
Δαλείται ἢ ἴοντα παρέρπων αἰγυπτιεῖ.

Lædit sceleratus
Astu Agyptiaco obrepens iam nemo, noceruе.

De moribus Aegyptiorum testatur & illud ex Aeschylo, quod alibi retulimus:

Δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς αἰγύπτιοι.

i. Aegyptij miri struendis artibus.

Citat hoc prouerbium Synesius in Encomio Caluitij. Quamquam nonnũquam αἰγυπτιάζειν accipi solet, pro eo, quod est adurere, ut in hoc carmine.

Χροὰν δὲ τῷ σῷ ὕλιος λαμπῶν φλογὶ
Αἰγυπτιάσει. idest,

Tuum colorem Phœbus ardens igneis
Flammis adurat.

Ne

Ne bolus quidem relictus.

Οὐδ' ἔγκαφος λέλειπται, i. Ne bolus quidem relictus est, hoc est, nec uel pausillũ. Eustathius enarrans tertium Odysseę librum, citat hunc Eupolidis versum:

Οὐχὶ λέλειπται τῶν ἐμῶν οὐδ' ἔγκαφος. i. Nec bolus è meis relictus rebus est.

Nã ἔγκαφος, id apud Græcos significat, quod nos uulgata uoce magis, quam Latina, morsellũ dicimus, à verbo κάπτω, qđ est auidè comedo.

Rex, aut asinus.

Βασιλεὺς ἢ ὄνος, i. Rex, aut asinus, hoc est, aut, uictor, aut victus. Simile illi: ἢ τρεῖς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι, aut ter sex, aut tres tali. Eustathius Odysseæ sextum enarrans librum, ostendit metaphorã ductam ab his qui ludunt sphæra, quibus qui uicisset, rex appellabatur, qui uictus fuisset, huic asino nomen erat. Plato in Theæteto: ὁ δὲ ἁμαρτὼν, καθεδεῖται ὥσπερ φασὶν οἱ σφαιρίζοντες, ὄνος, ὃς δ' ἂν περιγένηται ἀναμάρτητος, βασιλεὺς ἡμῶν, i. Qui aberrarit, is desidebit, quemadmodũ dnt ij, qui sphæra ludũt, asinus: qui vero nihil aberrans vicerit, rex noster esto. Iulius Pollux lib. de rerũ uocabulis 9. sphæra ludẽdi quatuor modos cõmemorat, quorum primus appellatur ἐπίσκυρος, alter φανίδα, seu φανίδυ, tertius ὑπόῤῥαξις, quartº ὀρανία. Quorũ postremũ nã is ad prouerbium proprie facit, describit his verbis: ἡ δὲ ὀρανία, ὃ μὲν ἀνακλάσας αὐτὴν ὑπορρίπτει τῷ σφαῖραν εἰς τὸν ὀρανόν. τοῖς δὲ ἡν κλωμένοις φιλοτιμία πρὸς εἰς γῆν αὐτῷ ἐμπεσεῖν, ἁρπάσαι, ὥσπερ ἔοικεν ὄμηρος ἐν φαίαξιν ὑποδηλῶν, ὁ ποτὲ μέντοι πρὸς τὸ τοῖχον τῷ σφαῖραν ἀμπλέμψειον, τὸ πλῆθος πῶν πηδημάτων ἐλογίζετο, καὶ ὁ μὲν ὑπόμνος ὄνος ἐκαλεῖτο καὶ πᾶν ἐποιει τὸ προσαχθὲν, ὁ δὲ νικῶν βασιλεὺς τε ἦν καὶ ἐπέταττεν, i. Vrania uero lusus sic hẽt: Aliqs resupinãs sese, sphærã in cęlũ mittit. Reliquis aũt certamen erat ut eã prius q̃ ĩ terrã recideret, raperẽt, id q̃ in Phęacibus significare uĩ Homerus. Sane uero cũ aduersus parietẽ sphęrã missẽt, numerus subsultũ censebatur. Et q̃ uictus fuisset, is asinus appellabatur: & qđquid imperatũ esset, faciebat. Rursum qui uicisset, is & rex erat, & imperabat. Hactenus Iulius. Porro locus, quem ex Homero citat, est Odysseæ θ. ad hunc modum.

Τὸν ῥα πεστρέψας ἧκε σιδαρῆς ὑπὸ χειρὸς,
Βόμβησεν δὲ λίθος καὶ δ' ἔπηξαν ποτὶ γαίῃ
Φαίηκες δολιχήρετμοι ναυσίκλυτοι ἄνδρες
Καὸς ὑπαὶ ῥιπῆς, οὐδ' ὑπέρπατο σήματα πάντων. idest,

Versatum hunc valida submisit in aera dextra.
Intonuit lapis. Aft in humum formidine fidunt
Phęaces gens gnara maris, ratibusq; superba
Ob saxi iactum, uerum id procul omnia signa
Transuolat.

Ab hac forma non uidetur alienũ quod est apud Plautum in Pœnulo: Rex sum, si ego illum hodie hominem ad me illexero. Licebit uti cum significabimus, iaciendam aleam, quæ uel summos reddat, uel infimos.

Stellis signare.

Ἀστροις συμειοῦσθαι τινὶ ὁδὸν, i. Stellis uiam signare dicuntur, qui notulis quibusdam & coniecturis rem alioqui peruestigatu difficilem inquirunt. Eustathius exponens quintum Odysseæ librum, admonet conuenire in eos qui longam ac desertam ingrediuntur uiam. Sumpta metaphora a nautis, qui in nocturna nauigatione uiã stellarum obseruatione coniectant. Quem admodum apud Homerum Vlysses Odysseæ libro quinto:

Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνήεντως
Ἥμος, οὐδὲ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε,
Πληιάδας δ' ἐσορῶντι, καὶ ὀψὲ δύοντα βοώτην,
Ἀρκτόν θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν. idest,

At clauo ille sedens, nauim mira arte regebat,
Numquam corripuit nutantia lumina somnus.
Verum Pleiadas spectat, seriq; Booten
Occasus, ursamque alio cognomine currum.

Allusit huc eleganter M. Tull. li. Acad. quęst. 4. cum ait: Absoluti sapientis esse, nõ duci opinionibus, sed certo uerum tenere idq; ductu & indicio Cynosuræ, quæ quod minore orbe circũferatur, utpote polo uicinior, certius monstrat uiã, etiamsi minus sit conspicua. At nondũ perfecte sapientẽ, dum

dum vbiq; quod probabile uidetur, ample ctitur, interdum errantem, ueluti Helicen sequi, quæ ut clarior est, & magis oculis ꝓspicua, ita non perinde certa uiæ monstratrix, quod latiore ambitu circũagatur, eo quod a polo seu uertice mundi longiº abfit. Verba Ciceronis sunt hæc. Nec tamen ego is sum, qui nihil umquam falsi ad probem, qui numquam adsentiar, qui nihil opiner. Sed quęrimus de sapiente. Ego uero ipse & magnus quidem sum opinator, non enim sum sapiens, & meas cogitationes sic dirigo, non ad illam paruulam Cynosuram:

Qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto,

Vt ait Aratus, eoq. directus gubernant, quod eam tenent,

Quæ cursu interiore, breui conuertitur orbe:

Sed ad Helicen & clarissimos septentriones, idest, rationes has latiore specie non ad tenue elimatas. Eo fit ut errem, & uager latius. Scimus factam alibi huius prouerbij mentionem, uerum quoniam nacti eramus quædam non indigna cognitu, uisum est hic repetere.

Sambucam citius.

ADAGII speciem præ se gerit Persianum illud carmen:

Sambucam citius caloni aptaueris alto:

Cuius usus incidet, si quando significabimus, aliquem a disciplina percipienda, siue munere gerendo nimis alienum esse. Si quidem Sambuca organum est musicorum, quod haud quaquam congruat calonì. Quamquam Athenæus lib. 14. indicat & bellicum instrumẽtum dici Sambucam, quod machinę in morem admouebatur hostium mœnibus. Calones autem uocantur militum ministri, qui uallos ac ligna gestitant. Vnde & nomẽ inditum autũnant grammatici. Porro, cũm milites sint imperiti musices, multo magis calones. Quamquam potest non absurde accipi de sambuca militari machina, quæ ritu organi musici, chordis quibusdam intenditur. Ad hanc intendendam haud quaquam idonei sunt calones, utpote stolidi, & ob id ipsum ad infima ministeria retrusi, quod disciplinæ militari prorsum rudes sint & ĩ dociles. unde Persius nõ citra ἔμφασιν addidit: alto, propterea quod homines prælongi etiam prouerbio uecordę notantur: ἄνους ὁ μακρὸς.

Nostræ farinæ.

EIVSDEM farinæ dicuntur, inter quos est indiscreta similitudo. Quod enim aqua ad aquam collata, idem ad farinam farina. Persius in quinta Satyra:

Nostræ paullo ante farinę
Pelliculam ueterem retines.

Perinde quasi dicat. Nostri gregis, nostræ conditionis. Pertinet ad illam classem. Eadem cera, & Idem puluis, de quibº alibi dictum est. Simili tropo Seneca dixit. Eiusdem notę libro 3. epist. 4. His adijcias & illud eiusdem notæ licet tantam hominum imprudentiam esse, imo dementiam, ut quidam timore mortis cogantur ad mortem.

Nullo scopo iaculari.

Ἀσκοπα τοξεύειν, i. Absq. scopo iaculari dicuntur, qui nihil certi propositum habent, quod sequantur, & ad quod instituti, consilijq; sui rationes referant. Lucianus in Toxaride, ἐπειδὴ νῦν ἄσκοπα τετοξεύκαμεν, εὐθὺς ἐλόμενοι διαστήτω, ἄλλος ἐπ' ἐκεῖνο εἴπωμεν φίλοις, i. Quoniam in præsentia nullo proposito scopo iaculati sumus, denuo, adscito arbitro, alia amicorum paria apud illum referamus. Persiº Satyra tertia:

Est aliquid quo tendis, & in quod dirigis arcum?
An passim sequeris coruos, testaque lutoque?
Securus, quo pes ferat,

De pulmone reuellere.

DVBIVM non est quin ad prouerbiorum formam pertineat & illud Persianũ: De pulmone reuellere, pro eo quod est, stultam, & arrogantem opinionem animo eximere:

Dum ueteres auias tibi de pulmone reuello:

Tumorem, animiq; fastum in pulmone collocãt, unde μέγα πνέειν apud Græcos. Et idem Persius alibi:

Grande, aliquid, quod pulmo animæ prę largus anhelet.

Quos non tollerent centum Aegyptij.

Οὓς οὐκ ἄραντ' ἂν οὐδ' ἑκατὸν αἰγύπτιοι, i. Quos

Quos ferre nec cẽtum queant Aegyptij,

De molestis dici solitum, ac moribus intolerandis, seu fastu præturgidis. Inde ductum quod Aegyptij plerique gestandis oneribus quæstum non satis honestum fa ctitare consueuerint, vnde & ἀχθοφόροι dicti, in iocum prouerbialem abierunt. Refertur adagium ab Eudemo in collectaneis dictionum Rhetoricarum, & item a Suida. Extat autem apud Aristophanem in Ranis ad hunc modum:

Δυ' ἅρματ' εἰσέθηκε καὶ νεκρῷ δύω,
Οὐς οὐκ ἄραντ' οὐδ' ἕκαστ' αἰγύπτιοι, i.

Duo plaustra, duoque item imposuit cadauera,
Quæ fere nec centum queant Ægyptij.

Idem in Auibus.

Οὐκ αἰγύπτιος πλινθοφόρος. idest,

Non Aegyptius lateriger.

Consimili modo Lucilius apud Noniũ:

Quem neque Lucanus oriundi montibus tauri
Ducere pro telo validis ceruicibus possent.

Rursum idem alibi:

Hunciuga mulorum, pro telo ducere centum
Non possint.

Ægyptius laterifer.

Αἰγύπτιος πλινθοφόρος, i. Aegyptius laterum gestator, Suidas nominatim puerbij titulo refert. Extat aũt apud Aristophanem in Auibus: ibi quærit quispiam quis composuisset equum Durium in arce Palladis, centum cubitorum? Cui respondet:

Ορνιθες, οὐδεὶς ἄλλος, οὐκ αἰγύπτιος
Πλινθοφόρος, ἀλιθυργός. idest,

Aues, nec aliud vllus, haud Aegyptius Laterifer, aut faber lapidarius.

Quadrare videtur in sordidum, atq; infimæ sortis hominem, in quem usum ét Carum vilitas vsurpata est: aut in eum, qui molestis negotijs premitur. Admonuimus modo Aegyptios in vulgi fabulã, ac risum abijsse, quod asinorum ritu vectandis corpore oneribus q̃stũ facerent. Ad quem laborem hoc exercitatiores illos fuisse, cõijcimus, quod in effodiẽdis lacunis, limoq. exportando, ac lateribus argillaceis, huiusmodi opera potissimũ opus erat apud Ægyptios, oblimum, quem inuehit Nilus. Nã illic passeres aut hirundines monstrarunt artem e luto construendi parietes. Argumento est, quod Hebræi, cum apud illos agerent, adacti sunt luto, lateribusq; gestandis seruilem operam præstare Pharaoni. De mulis marianis alibi reperies.

Cenare me doce.

Δειπνεῖν με δίδασκε. i. Cenare me doce. Prouerbiali figura dictum est ab Aristophane in Ranis. Tempestiuiter usurpabitur, si quando docere, præire, aut etiam re fellere conatur aliquem imperitus negotij, de quo disceptatur. Verba sunt Bacchi ad Herculem de tragœdijs iudicantem, cum exercitatior esset in uorandis tauris quam pensiculandis poetarũ carminibus.

Rhamnusius.

Ραμνέσιος, i. Rhamnusius. Eudemus in dictionibus. Rhet. admonet, id cognominis olim seu prouerbio, additum sapientibus ac moderatis uiris. Nec explicat adagij rationem. Vnde coniectare licet, vel ab eius gentis moribus dictum, vel a dea Rhamusia: quæ modum in omni negotio decet adhibendum. Quemadmodum alias fusius a nobis ostensum est.

Papæ Myxus.

Βαβαῖ μύξος, idest, Papę Myxus. In gloriosos & iactabundos dici consueuit. Nam βαβαῖ stuporis & admirationis significationem habet. Myxus autem sacerdos quispiã fuit Dianæ, gloriosus & magniloquus: qui se fingebat omnia mirari. Refertur a Suida, & Zenodoto.

Lenticulam angulo tenes.

Φακῆ γωνίας κρατεῖς, i. Lẽtum angulo tenes. De negotio quod fieri nullo pacto queat, propterea quod hoc leguminis genus angulis careat. Refertur a Suida, ne quis contemnat.

Patrocli occasio.

Πατροκλέους πρόφασις, i. Patrocli occasio, siue ptextus. Diogenianus ostẽdit dici solere de ijs, q cũ ob metum nõ ausint proprias deplorare calamitates deflẽt eas sub prætextu luctus alieni. Plutarchus in commentario cui titulus, Quomodo quis se citra inuidiã laudare possit: οὐ μὴν δοκῶμεν πάτροκλον πρόφασιν, σφᾶς δ' αὐτοὺς διὲ κείνων ἐπαινεῖν. i. Et ne uideamur Patroclũ

occasionem

occasionem, sed nos ipsos per illos laudare. Agit enim de ijs qui laudandis aliis suas ipsorum laudes insinuant. Opinamur sumptum à Patrocli moribus, in quem ali quoties iocatur Aristophanes.

Exiguum oboli pretium.

Μικρὸν τοῦ ὀβολοῦ τίμιον, i. Exiguũ oboli pretium. Suidas citat ex Maryca Eupolidis, cõuenire in homines nequã, nihilque. Quamquam nihil obstat, quominus ad rem contemptam transferatur. Meminit & Eudemus. De similibus multa retulimus antea, obolaris homo, homo tressis, homo trioboli, homo vix dupondio æstimandus. Iustinianus iuuenes primum ad iuris studium ingressos dupondios appellari uoluit, uelut extremæ classis. Nam qui iam profecissent, prolytas ac lytas appellauit, quasi dimissos.

Phœnicum pacta.

Φοινίκων σωθῆκαι, idest, Phœnicum cõuẽta. Phęnices qui Carthagine potiti sũt, cum primum ad eã appulissent regionem, postularunt ab ijs, qui id temporis Libyam incolebant, ut sibi liceret diem & noctem hospitio terræ vti. Quod cum impetrassent, iamq; exacto concessi temporis spatio, iuberentur excedere finibus, recusarũt, affirmãtes se pactos ut sibi fas esset illic noctesq; ac dies commorari: videlicet ambiguitatem uocum ad suum commodum detorquentes. Vnde prouerbium esse natum aiunt, de pactis insidiosis & astutis. Auctores Suidas ac Diogenianus. Quin in totum omnes Phęnices dicti sunt, qui questus essent auidi. Vnde Pindarus in Pythiis hymno secundo: φοίνισσαν ἔμπολαν, idest, Phęniciam negotiationem dixit. Et interpres citat in comico quopiam, εὐθὺς φοίνιξ γένομαι, idest, Protinus Phœnix fio. Item ex Sophocle.

Ὠνεῖν ἔθη καὶ πρᾶσιν ὡς φοῖνιξ ἀνήρ, i.

Phœnix vt vir, cœpit emere ac vendere.

Postremo Plato lib. de Repub. 3. de his agens, qui putant magistratui conuenire mẽdacium, inquit: μηδὲν κακὸν, ἀλλὰ φοινικικόντι, id est, Nihil pulchri est, sed potius Phœnicense quidam.

Pusillus quantus Molon.

Μικρὸν ἡλίκος μόλων, i. Pusillus ut Molon. De vehementer breui statura corporis homuncionibus. Suidas ostẽdit duos fuisse Molones, nota corporis breuitate, quorũ alter histrio fuerit, alter fur, honesti scilicet quæstus, vterque.

Per antiquum diem.

Διὰ παλαιᾶς ἡμέρας, De re admodum ob soleta priscaq; Refertur à Diogeniano. Finitimum illi, quod hodie non inscite iactatur in scholis philosophorum: Magno Platonis anno.

Perierunt bona.

Ἐῤῥει τὰ καλὰ, idest, Perierũt honesta. Hippocrates Mindaro Lacedæmoniorum duci fuit ab epistolis eo interfecto ab Athenienſibus Hippocrates in Lacedæmonem huiusmodi scripsit epistolam: ἐῤῥει τὰ καλὰ, μίνδαρος δ' ἐπέσσοται, significãs interfecto duce rem esse deploratam. Adagium recenset Diogenianus, historiam recenset Xenophon in παραλείπομενοις, lib. 1. Græca senario constant:

Pariete honesta, Mindarus sublatus est.

Qui nimium properat, serius absoluit.

PLATO in Dialogo, cui titulus, De regno: πεποίκη καὶ ἡμᾶς ὀγνῶ παθεῖν τὸ κατὰ τὴν παροιμίαν πάθος, ποῖον, ὀχ' ἡσύχως εὖ διαπρωῶντας, ὀνυκέναι βραδύτερον, i. Fecit nt vt nunc quoq; nobis acciderit, quod puerbio dẽ: Quod nã? ut dum parum rectè per otiũ diuidimus, serius perfecerimus. Idẽ in 7. de repub. allusit ad prouerbium: σπουδίων γὰρ ἔφω, ταχὺ πάντα διελθεῖν, μᾶλλον βραδίωω. i. Dũ festino, inquit omnia celeriter percurrere, tardior sum. Idẽ in Cratylo simile quidã habet: ἵνα μὴ ὀφλώμεν ὥσπερ οἱ ἐν αἰγίνῃ νύκτωρ περίνοντες, ὀφὲ ὀδὲ ὀγὴμεῖς ἐπὶ τὰ πράγματα δόξομεν αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ, οὕτω πῶς ἐλήλυθέναι ὀφαίτερον τοῦ δίαντος, i. Ne nobis vsu veniat, vt quemadmodũ, qui apud Aeginetas noctu obambulant, serius perficiũt iter, itidẽ nos ad rẽ ipsa ueritate seriũ q̃ oportet peruenisse uideamur. Scitũ est & illud diui August. aduersus Petilianũ, ijs qui perturbatione aliqua festinant, vsu uenire nonnumquam vt vestem aut calceos peruersę induant, quæ res postea moram afferat. Idem usu uenit his qui multa simul agere conantur, neq; quidquam assequuntur.

quuntur. Plato lib. de Repub. 3. ὅτι εἷς ἕκαστος, ἐν μὲν ἂν ὀρθῶς ὀρθῶς δράσοι, πολλὰ δ' οὔ, ἀλλ' εἰ τοῦτο ἐπιχειροῖ πολλῶν ἐφαπτόμενος, πάντων ἀποτυγχάνοι ἄν, i. Vnusquisq. recte, unũ studium exerceat, multa nequaquã. Imò si id tentarit, multa aggressus, oĩb⁹ frustrabitur. Idẽ eiusdẽ operis li. 10. docet idẽ accidere iis q̃ nõ veritate, sed fucis ac malis artibus ,pperãt ad honorẽ: οἱ χοὶ μὲν δεινοῖ τε καὶ ἄδικοι δρῶσιν ὥσπερ οἱ δρομεῖς, ὅσοι ἂν θέωσιν ἀπὸ τῆς κάτω, ἀπὸ τῆς ἄνω μὴ. τὸ μὲν πρῶτον ἀξέως ἀποπηδιῶσι, τελευτῶντες δὲ καταγέλαστοι γίγνονται, τὰ ὦτα ἐπὶ ὤμων ἔχοντες καὶ ἀσεφάνωτοι ἀποτρέχοντες, i. An non isti artifices & iniusti idem faciunt, quod solent cursores quidam, qui bene quidem currunt ab inferiore loco, a superiore uero nequaquam. Primum quidem celeriter prosiliunt, cæterum in fine cursus ridiculi sunt, atque auriculas in humeris habẽtes incoronati semet abripiunt. Monet adagiũ instituendæ rei non tam celeritatẽ, quam curam adhibendam esse, ne postea sit in mora, quod in operis ingressu fuerit erratum. Item in re bellica plus efficit Fabii cunctatio, quam M. Minutii præceps temeritas. Siquidem is unus Hannibalem multis iam prælijs inuictum, non uiribus, sed lentitudine. superauit. De quo præclare Ennius apud M. Tulliũ in Catone maiore.

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.
Ponebat enim rumores ante salutem.

Vltra catalogum.

Ὑπὲρ τὴν κατάλογον ζῇ, i. Vltra catalogum uiuit. De eo dicebatur, qui multum ætatis uiueret, ut iam præscriptum illum annorum numerum præteriisse uideretur. Et ni fallimur, apud Lucianum. Refertur a Suida.

Vltra peram sapere.

Ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν, id est, Vltra peram esse sollicitum. Prouerbiali figura dictum apud Lucianũ in Timone: ὀλιγαρκὴς γὰρ καὶ μέτριον χρὴ εἶναι τὸν φιλοσοφοῦντα, καὶ μηδὲν ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν. idest, Oportet enim philosophum paucis contentum ac frugalem esse, neque quidquam ultra peram quærere. Quadrabit uel in philosophum, uel in pauperem, sed præcipue in Christianum. Cõfine illi: Vita doliaris.

Viri uidebatur nauis supplicans scopulo.

Ἀνὴρ ἔοικε ναῦς ἱκετεύειν πέτραν, idest, Vir usus esse nauis est obsecrans petram.

De stupidis ac stolidis, quibus aliud p alio uidetur, dictum indicat Suidas, ducta metaphora a naue, quæ impingit in scopulum.

Viro esurienti necesse est furari.

Πεινῶντι κλέπτειν ἐς' ἀναγκαίως ἔχων, i. Famelicus uir esse furax cogitur.

Suidas prouerbii nomine refert, quod congruat in eos qui extrema adacti necessitate, quid faciunt. Veluti si qui confiteatur se mentitum, dicat, quid facerem, aut quid mentiendum erat, aut in summã uenĩedum infamiam, πεινῶντι κλέπτειν. Aut si quis auidus gloriæ, aliena pro suis edat, cum ipse de suo nihil possit egregiũ edere.

Vixit, dum uixit, bene.

Vixit, dum uixit, bene. Est in Hecyra Terentiana. Prouerbiali fuisse, uel senex indicat, rogans num præter unam sententiam nihil attulisset. Conuenit in eos, qui molliter, ac suauiter viuunt, atque faciunt sumptus, vt non multum iuuent hæredẽ. Est autem amphibologia in uerbo uiuere, quod interdum simpliciter uiuere est, interdum genialiter uitam agere, ut apud Catullum:

Viuamus mea Lesbia, atque amemus.

Fumantem nasum ursi ne tentaueris.

Proverbii speciẽ habet & illud apud Martialem.

Rabido nec perditus ore
Fumantem nasum viui tentaueris vrsi.
Sic placidus licet, & lambat digitosque manusque,
Si dolor & bilis, si iusta coegerit ira,
Vrsus erit, uacua dentes in pelle fatiges.

Admonet non esse tẽtãdos, qui possint nocere. Consimili modo Synesius in Encomio Caluitii scripsit. Canem naribus prẽdere, pro eo quod est: Prouocare mordacẽ, & nociturum. Hac parte corporis icta potissimum vrsos irritari docent Bestiarii.

E tribus malis unum.

Τῶν τριῶν κακῶν ἕν, i. Trium malorum unum. Suidas prouerbium indicat apud Menandrum extitisse. Sumptum autem a Theramene,

Theramene, qui cuidam è tribus malis vnũ indixerit, è qbus quod uellet eligeret. Vnde & Aristophanes apud eundem Suidam in Triphalete: ἐγὼ γὰρ ἀποθηραμένος δέδοικα τὰ τρία ταῦτ', i. Ego enim à Theramene metui tria hęc: Quæ sint autem ea tria, quęre in prouerbio: τὰ τρία τὴν εἰς θάνατον, Id usurpauit Alexander in Aepolis. Aristides ait oraculũ solere tradi obsignatum, quod qui solueret prius quam fas esset, unũ è tribus malis illum manebat, aut oculorum orbatio, aut manus, aut linguæ iactura. Sunt qui dicant ijs, qui sententia capitali damnati fuissent, ítria solere deferri, gladium, laqueum, & aconitum.

Quam facile vulpes pyrum comest.

Plautus in Mostellaria: Tam facile uinces, quàm vulpes pyrum comest, De re factu procliui. Quod nihil negotij sit vulpi dentatissimæ, pyrum edere.

Contrahere supercilium, inflare buccas.

Ὀφρῦς ἀναστρώντες καὶ γναθοὺς φυσῶντες, i. Adductis supercilijs, & inflatis buccis. In fastuosos ac turgidos dictum Suidas admonet. Siqdem in supercilijs, sicut alias ostendimus, arrogantiæ sedes. Horatius inflatas buccas ad iracundiæ retulit argumentum:

Quin Iuppiter ambas
Iratus buccas inflet.

Diuus Augustinus in libris Confessionum: Buccis typho crepantibus. Quo loco nonnulli perperam typo legunt. Mirum est autem Augustinum uoce Græcanica tã topere delectatum, ut cum fastum dicere posset typhum dicere maluerit, nisi quod ea iam usu Latio donata uidebatur. Traductum a ranis, quæ per iram inflãtur. Notus est apologus. Aesopicus de rana per arrogantiam dirupta. Horatius:

Crescentem tumidis infla sermonibus vtrem.

Sus comessatur.

Ὑς ἐκώμασεν, idest, Sus saltauit, aut cõmessatur. Diogenianus ostẽdit dici solitum de ijs, qui præter decorum quidpiam facerent, quiq; rerum successu pręter meritum obiecto, semet insolentius efferunt. Attingunt & Suidas & Zenodotus. Est autẽ Græcis κωμάζειν iuuenum amantium more coronis, cantilenis, saltationibus, cęterisque iuuenilibus nugis lasciuire, & in domos alienas irrumpere. Irrumpunt & sues, unde Theocritus in Syracusis:

Ἀθρόος ὄχλος ἀθεωθ ὥσπερ ὗες. idest, Turba simul conferta suum more irruit.

Cęterũ q rusticiore sunt ingenio, mirũ quam hæc dedeceãt. Locus erit ubi natura sæuus, & agrestis adfectat uideri festiuus.

Dat ueniam coruis, vexat censura columba.

Non tam ouum ouo simile, quàm illud prouerbij speciem præ se fert, quod est apud Iuuenalem:

Dat ueniam coruis, uexat censura columbas.

Pœna legum exercetur in humiles quospiam, & à quibus ob ingenij mansuetudinem aliquid emolumenti potest auferri. Rapacibus ignoscit. Sũptum est ab apophthegmate Anacharsidis, qui hoc dicto elusit studiũ Solonis in conscribẽdis legibus, quẽadmodum refert Plutarc. in uita Solonis: ὁ τοὺς νόμους τοῖς ἀραχνίοις ὁμοίους ἔφασκεν, καὶ γὰρ ἐκείνους ἐὰν μὲν ἐμπεσῇ τι κοῦφον καὶ ἀδυνεὲς. σέγειν, ἐὰν δὲ μεῖζον, διακόψαν ἔχεται, i. Leges araneatũ telis adfimiles dicebat, propterea quòd in illas si quid leuius, aut imbecillum incurrerit, hęret: sin maius aliquid, diffecat, ac fugit. Ad eãdem pertinet sententiam, quod in Phormione ait Terentius:

Quia non rete accipitri tenditur, neque miluio,
Qui male faciunt nobis illis, qui nihil faciunt, tenditur.
Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.

Sutorium atramentum.

M. Tvllivs libro epistolarum nono ad Pętum: Iam pater eius accusatus est à M. Antonio: sutorio atramento absolutus putatur. Subesse uidetur prouerbium. Sentit, opinamur hominem absolutum fuisse, iudicum corruptela, non citra infamiam. Est enim huiusmodi sutorium atramentũ, ut neque magnopere atram imprimat notam, neque nullam tamen illinat maculã. Infamiam enim atramenti symbolo poetę significant, vt Horatius:

Hic nigræ succus loliginis, hęc est
Aerugo mera.

Is quidem succus quidã est, quẽ plerisq; mollium piscũ, maxime Sepijs inesse scripsit

psit Aristoteles libro De partibus animalium quarto eum tunica contineri membranea, emitti uero fistula quadam, quem effundunt in metu, & aquam infuscant, ne queant deprehendi. Rursus Horatius:

Sed ueluti tractata notam labemq; remittunt.

Atramenta, fere scriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt.

Cęterum quod Græci Chalcanthum appellant, Cornelius Celsus fere uertit sutorium atramentum, cuius frequenter meminit in medicinis, prę sertim libro 5. Colligitur ex ęre. Vnde Græcis nomen χάλκανθος, quasi dicas flos æris. Vnde suspicamur magis dici maculam, quam ægre possis diluere. Non atramentum quod scriptorium uocãt, facilius diluitur, nec inhæret corio. Plinius in epist. simili figura dixit: Vitellia na cicatrice stigmosum.

Surdæ testimonia.

Καφαὶ μαρτυρίαι, i. Surda testimonia, dicuntur quæ ferũtur per tabulas, propterea quod hæ rogatæ nihil respondeant. Vt non discrepet ab illo: Muti magistri. Vnde surdis agere testimonijs prouerbio dicuntur, qui uel procul absentes, uel uita defunctos modo citant, ne queant deprehendi.

Perdere naulum.

IVVENALIS in Satyra, cui initium: Stemmata quid faciunt.

Præconem Chærippe tuis circumspice pannis,
Cum pansa eripiat, quidquid tibi nacta reliquit,
Iamq; tace, furor est post omnia perdere naulum.

Domitius Calderinus, ut inter recentiores haudquaquam malus auctor, admonet prouerbium esse in eum, qui cum multa miserit, reliquum etiam uelit perdere. Sũptam autem metaphoram à mercatoribus, qui cum nauigant, si minus, quantum cupiunt, lucrari possunt, student ut saltem recuperent ex mercibus diuenditis, quantũ pro uectura nauali soluerunt. Aristippus interrogatus à quodam, num esset ubique ridẽs: οὐκ οὖν, ἔφη, παραπόλλυμι τὸ ναῦλον, εἴγε πανταχοῦ εἰμί, i. Naulum igitur non perdo, inquit, si quidem ubique sum. Refertur à Plutarcho in commentario, cui titulus: ὅτι διδακτὴ ἡ ἀρετή.

Siculissare.

Σικελίζειν, idest, Siculissare, Eudemus indicat antiquitus usurpatum, pro eo qd est: Austerum esse, tetricumq;. Et cum qui dem in modum Epicharmũ usum esse. Cęterum alijs placere magis referendũ ad improbos & uafros. Non dubium quin ab eiꝰ gentis moribus sit sumptum. At Athenęus Dipsonophistarum lib. 1. indicat, adagium natum ab Androne Siculo, qui morem in uexerit ad tibiam saltãdi, gesticulandiq́ue.

Sedens columba.

Ἡμένη πελειάς, idest, Sedens columba, Suidas prouerbij titulo commemorat, indicatq; dici solitum, de supra modum mansuetis ac simplicibus. Nam columbæ cum auolant, fallunt cęteras pernicitate uolatus: cum sedent, nihil mitius, aut simplicius. Neque quidquam habent, quo se tueãtur aduersus miluios, & accipitres, præter alarum uelocitatem. Videtur dici posse & in eos, qui simplicitatem simulant, quo magis imponant, propterea quod mos sit aucupibus, exoculatam columbam in reti ponere, quę subsultans, cęteras columbas alliciat. Ea Gręcis dicitur παλδύσια, à uerbo παλδύειν, quod est seducere, siue in laqueum illicere. Aristophanes in Auibus de columbis loquens:

Καὶ ἐπαναγκάζει παλδύειν δεδεμένας ἐν δικτύῳ. idest,

Et cogit paleutriam agere, alligatas in reti.

Vide lector num legendum sit ἡμεννη, idest, illaqueata, id enim patitur, quo fallat alias.

Simia barbata, seu caudata.

Πίθηκος πώγων' ἔχων, i. Simia barbam portãs. Aristophanes: ἐν ἀχαρνῆσιν, ὦ πίθηκε καὶ πώγων' ἔχων. Interpres admonuit allusum esse ad illud Archilochium: τοιῶν δ' ὦ πίθηκε καὶ πυγῶν' ἔχων, i. Talem ò simia caudam habes. Dici solitum de ridiculis. Regulus Rustichum Stoicorum simium dixit cõtumeliæ gratia, ut refert Plin. in Epistolis: opinamur quod barba & pallio Stoicum ageret uerius, quàm moribus. Idem Aristophanes alio quodam loco quosdam δημοπιθήκους appellat, quasi populi simias. Est aũt hoc aĩal natura γελωτοποιόν, nec in alium usum uidetur natum, cũ nec valeat

valeat ad esum ut oues, nec ad ædium custodiam ut canes, nec ad onera gestãda ut equi. Athenæus lib. 14. narrat Anacharsim philosophum, genere Scytham, cum in cõuiuium inducerentur homines ad risum mouendum edocti, solum omnium non risisse. Tandem cum inducerentur simiæ, cępit ridere, rogatus caussam, Hæ, inquit, natura sunt γελωτοποιοί, illi fingunt.

Sibi canere.

Ἑαυτῷ ᾄδειν, i. Subijpsi canere, dicit qui non ad alienum arbitrium facit quidpiam, sed animo obsequens suo. In Platonis conuicio iubent tibicinem sibijpsi canere. Et cantor quispiam. Antigenidas opinamur, iubet discipulum, quod populo nõ admodum gratus esset, sibi canere & Musis. M. Tullius in Bruto: Id enim est summi oratoris, summum oratorem populo uideri. Quare tibicen Antigenidas dixerit discipulo sane frigenti ad populum: Mihi cane & Musis, ego huic Brute dicenti ut solet, apud multitudinem, Mihi cane & populo dixerim. Diuus Hieronymus ad Ismeniam refert, huius discipulum. Atque is non iussus est sibi canere, sed præceptori, qui poterat iudicare.

Si leonina pellis non satis est, vulpina addenda.

Αν μὴ λεοντῆν μὴ ἐξικνῆται, καὶ ἀλωπεκῆν προσάπτειν, i. Si leonis exuuium non sufficit, adde vulpinum. Cum uiribus res obtineri non potest dolus adhibendus. Adagium natum est ex apophthegmate Lysandri. Nam is, quemadmodum in eius uita memorat Plutarchus, irridere solitus est, qui uelut ab Hercule pro gnati bellum apertis uiribus, citraque dolum gerendum esse censebant, cum ipse magis existimaret boni ducis officium esse, quo leonina pellis non attingeret, eo contendendum adsuta vulpina. Quod quidem propemodum indicat & Maro, cum ait:

Dolus an uirtus, quis in hoste requiret?

Adagiũ refertur à Zenodoto. Huic adfine est quod apud Plutarchũ in uita Syllę Carbo dixisse memoratur. Cũ. n. Sylla non solũ aperto Marte, sed dolis bellũ gereret, ait: οὐκ ἀλώπεκι χρὴ λέοντι πολεμοῦν ἐν τῇ σύλλᾳ ψυχῇ καθοικοῦσιν, ὅσῳ τῆς ἀλώπεκος ἀνιῶ τὸ μᾶλλον, i. Quod bellũ gerens cum vulpe, ac leone, quorum vtrumq. habitabat in animo Syllę, à vulpe uehementius angeretur. Apud Aristophanẽ quidã dicitur κωναλῶπηξ, quòd caninam impudentiam cum vulpina astutia coniunxisset.

Siculus miles.

Σικελὸς στρατιώτης, i. Siculus miles. In peregrinum, ac mercenariũ militẽ prouerbiali ioco dicebatur, propterea quòd Siculi temporibus Hieronis exotico milite plerunque uterentur, auctore Zenodoto. Conueniet in hominem lucri gratia, nullum ministerij genus recusantem. Adfine est illi, quod de Care dictum est alibi.

Pro bonis glomi.

Αντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδας, i. Pro bonis glomi. Dici cõsueuit, vbi quis beneficium, qd in alium contulisset, cumulate, cumq; fœnore reciperet. Agathides enim Gręcis glomi dicuntur: uerum adlusionis decus in voce Græca est, quod in sermone Latino redditi non potest. Meminit Suidas.

Sine pennis uolare haud facile est.

MANET etiã hodiernis tẽporibus vulgo celebre, quod est in Pœnulo Plautina, Sine pennis uolare haud facile est, Idẽ in Asinaria: Defraudem te ego? Age sis, sine pennis uola. Locum habet, cum deesse significamus adminicula, sine quibus negotium peragi non possit. Reperitur apud idoneos auctores, Accidere alas, pro eo quod est, adimere materiam, facultatemq; conandi quippiam. Et: Addere alas: Horatius simili forma dicit Decidere pennas:

Vnde simul primum me dimisere Philippi,
Decisis humilem pennis.

Et Cicero ad Atticũ lib. quarto: Qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem resarci. Idem in Academicis dixit: Incidere neruos, pro adimere uires. Cognatum est illi, quod alibi retulimus: εἰς πῦρ ξαίνειν, i. Ignem diuidere. Quod pro impossibili retulit Plato lib. De legib. 6. ὀλίγου δεῖν ποιεῖν καὶ νομοθέτου τὸ παίζοντων εἰς πῦρ ξαίνειν. i. Vt ppe modũ legũ cõditor factat, qd solent, qui ludunt, in ignem impingentes ictũ, hoc est, inaniter laboret: qd ignis mox in se coeat. Eiꝰ gnis est illud apud Platonẽ in Eryxia: χρὴ μάθον δὴ αὐτὰ ἐγὼ ὅτι ἴσον εἴη πεῖσαι, ὥσπερ ἂν τὸ λεγόμενον λίθον

 ἐψῆσαι.

ἐφῆσαι, i. Vbi cognouissem tale esse homi nis ingenium, ut illi suadere nihil aliud fuerit, quàm lapidem decoquere. Hęc fate mur alijs locis tempestiuius potuisse dici, sed non omnia locis omnibus occurrunt.

Siphniassare.

Σιφνιάζειν, i. Siphniassare. Suidas indicat prouerbio dici solere, pro eo, quod est manum admouere postico: sumptum esse à moribus Siphniorum, qui libidinis caus sa id factitare consueuerint. Est autem Siphnus insula quapiam, haud procul à Creta, cui quondam nomen fuerit Merope, uel hoc nobilis elogio, una è Cycladibus. Refert eam & Plinius lib. 4. cap. 12. prouerbium indicat & Stephanus.

Iuxta melam.

Κατὰ μήλω, idest, Iuxta melam. Suidas ostendit prouerbio dici solere, ubi quis in certa coniecturis prosequeretur. Sumpta metaphora a medicis ulcus internum im misso per fauces instrumento quopiam ex plorantibus. Id enim instrumẽtum μήλω uocant, & μυλῶσαι, ad hunc modũ tẽtare.

Non idem sunt scriptura, & Leucæus.

Γραφὴ τὲ καὶ λευκαῖος, οὐ ταὐτό, i. Scriptura & Leucæus non sunt idẽ, aut nõ conueniũt. Vbi quis aliud scribit, aliud facit, aut dicit. Rectè iacietur in eos, qui stare pactis nolunt. Nam hæc plerũq. symgraphis constant. Aut in eos, quorum vita non congruit cum libris editis. Versus Græcus constabit si addas λέγειν. Conijcere licet Leucęum fuisse malę fidei scribam.

Bellicum canere. Receptui canere.

ALIAS admonuimus, ferme prouerbiales esse metaphoras, quæ sumuntur à bello, ueluti Bellicum canere pro eo, quod est, animare atq. exhortari. M. Tullius Philipp. 7. Bellicum me cecinisse dicunt: Item Canere classicum dicitur, qui excitãt diffidium. Receptui canere, pro finire. M. Tullius Philippica 12. Quis enim reuocante & receptui canente senatu properet dimicare? Quintilianus libro 12. cap. quæ post finem studia. Quare antequam in has ætatis ueniat insidias, receptui canet, & in portum integra naue perueniet. Signa canant apud Martialem, idest, iam congrediamur: & apud Plautum, Collatis signis depugnare: apud eundem Versis gladijs depugnare. Quin hoc ipsum collatis signis haud dubie prouerbij speciem habet, cum significamus seriam & exactam de re disceptationem, ut M. Tullius in epistolis ad Atticum, Vt cum Maphrago signis collatis. Apud Iuuenalem:

-Hæc tuba rixæ. Idest, hoc belli initium.

Pithon formosus.

Πίθων καλὸς, i. Pithon formosus. Conueniet ubi quis per adulationem falso laudatur. Pindarus i Pythijs hymno 2. καλὸς τοῖ πίθων παρὰ παισὶν ἀεὶ καλὸς, i. Formosus Pithon semper apud pueros formosus. Interpres ostendit sumptum a pueris adulantibus simiæ, subinde dictitantibus καλὸς πίθων. Videtur autem pithon esse diminutiuũ huius dictionis πίθηκος, quasi dicas simiolus. Taxat Pindarus oblique quendam, uel quod ab indoctis laudatus tolleret cristas, uel quod ipse adularetur Hieroni, laudans non laudanda. Est autem φιλαυτία peculiaris huic animanti, adeo ut laudes sentiant & speculis delectentur, & suos catulos contrectari gaudeant, ipsiq. suos catulos complexu enecent. Ad gratiam loqui ueteres dicebant χαριγλωττεῖν, quo uerbo usum Aeschylũ in Prometheo uincto, docet Athenęus libro 4. Eodem referente qui iucunda potius quam uera loqui studio habebãt, ἡδυγλωττεῖν dicebantur.

Semel rubidus, ac decies pallidus.

Ἅπαξ πυῤῥὸς καὶ δέκατον χλωρὸς, idest, Semel rubidus, & decies pallidus. Suidas admonet dictum de ijs, qui mutuum accipiunt, quos necesse est crebro tum rubescere pudore, tum metu pallescere. Rubescere, dum petũt mutuum, pallescere, dum soluendo non sunt, & metuunt, ne trahantur in ius, aut in neruum.

Semper seni iuuenculam subijce.

Αἰὲ γέροντι νέαν ὑπιβάλλειν κόρῃ, i. Semper puellam uirginem subijce seni.

Senarius prouerbialis admonens, ut prouectioris ætatis uiri puellam ducãt magis, quàm anum, ne si frigus accesserit frigori, languente Venere, steriles existant nuptię. Quamquam non inepte trahetur ad alios item usus, quoties significabimus ita rerũ coniunctionem temperandã, ut quod alibi dimi-

bi diminutum sit, aliunde suppleatur: videlicet, ut seni conuictor addatur iuuenis, quo senilis ætatis tristitiam, huius hilaritas moderetur: rursum iuuentutis exultantiam, senilis seueritas temperet. Item, ut loquaculus adiungatur, plus satis taciturno, audaculus timido, pauper diuiti. Prouerbij meminit Diogenianus.

Semper superioris anni prouentus melior.

Αἰὲ τὰ πέρυσι βελτίω, i. Superior annus semper anteponitur.

Cum præsentia displicent, & anteferuntur anteacta. Diogenianus admonet id acclamatum ab Athenienſibus in rebus Macedonicis. Sumpta metaphora ab agricolis, qui semper de præsentis anni fructibus quæruntur apud dominos. Huc pertinet illud Horatianum:

-Laudator temporis acti
Se puero.

Sacra nihil sunt.

Τὰ θύματα οὐδὲν ἐστὶν, πλὴν γένεια καὶ κέρατα, i. Sacra nihil sunt præter malas & cornua, de victimis macilentis. Trahetur non inconcinniter ad cibum minime escu lentum. Refertur à Suida.

Scytharum solitudo.

Σκυθῶν ἐρημία, i. Scytharum solitudo, pro summis calamitatibus, exitioque dictũ est, apud Aristophanem: ἐν ἀχέρνοισι, Ἐξολέσθαι συμπλακέντα τῇ σκυθῶν ἐρημίᾳ. i.

Impeditũ deperire Scythicæ solitudini.

Quo loco commentator indicat prouerbium dici solitum de ingenti solitudine: ductum aũt inde, quod Scythæ nullis certis sedibus utantur, sed vagi ferãtur i plaustris. Eamq; ob caussam, regio feris abundat. Meminit adagij & Q. Curtius libro rerum ab Alexandro gestarum septimo, apud quem Scytharum legatus ad hũc loquitur modum: Scytharũ solitudine Græcis etiam prouerbiis audio eludi. Nos deserta & humano cultu uacua magis quam vrbes & opulentos agros sequimur. Vsurpat & Plutarchus in libro de Stoicis contrarietatibus, quemadmodum ante retulimus in prouerbio: In caput præcipitari:

Scindere glaciem.

SCINDERE glaciem, est aperire viã, & in incipiendo negotio priorẽ esse. Translatum à nautis, quorum unus aliquis præmittitur, qui flumine concreto, glaciẽ prærumpat, reliquisque uiam aperiat.

Viuus fueris, uel cœpe solum accipiens.

Ζωὸς χωήσῃ, κρομμύου μόνον λαβὼν, idest. Si cæpe tantum sumpseris, iam uiueris.

Zenodotus & Suidas ostendit in eos dici solitũ, qui è re quapiam pusilla, magnã opinionem cõsequuntur. Natum apparet ab ægroto, qui medico porrigente cępe, reualuerit, herbam alioqui plebeiam, nec eã admodum salubrem corpori.

Sapientes tyranni, sapientum congressu.

Σοφοὶ τύραννοι τῇ σοφῶν συνουσίᾳ, i. Commertio sapientium princeps sapit.

Zenodotus citat ex Aiace Locrensi, addens eundem uersiculum, à Platone citatum esse Euripidis nomine. Certe huius nomine comperimus adductum libro de Republica octauo.

Σοφοὶ τύραννοι τῇ σοφῶν συνουσίᾳ.

Quo magis admiratur quare A. Gell. citet ex Theæteto Platonis, nisi forte scribarum uitio pro Theage deprauatũ est Theęteto, nam & in Theage refertur. A. Gellius lib. 13. ostendit eundem apud utrumque fuisse, apud Sophoclem, in eiusdem nominis fabula, & apud Euripidẽ. Quemadmodum & alij nõnulli uersus apud Euripidẽ inueniũtur, quos eosdem apud Sophoclẽ, & Aeschylum licet inuenire. Porro versiculum, quẽ modo citauimus, Gellius notę uetustatis esse dicit, ut intelligas uelut in prouerbium abijsse. Atque utinam quam est grauiter simul & elegãter scriptus, tam placeret ætatis nostræ principibus, i quos illud ferè dixeris:

Μωροὶ τύραννοι τῇ κολάκων συνουσίᾳ.

Leonis exuuium super crocoton.

Λεοντὴ ἐπὶ κροκῴτῳ, i. Leonis exuuiũ sup crocoton. Cum duo quæpiam copulãtur, quorum alterũ cum altero nequaquã congruit. Sumptum à Baccho, qui hoc ornatu descendit ad inferos apud Aristophanem, ut uesse muliebri, delicataq; indutus esset, eiq; uesti leonis exuuium impositum gestaret, quo uidelicet Hercules creditus,

formidabilis uideretur inferis. Hũc igitur ad eum modum adornatum, sic in Ranis ridet Hercules:

Αλλ' ὃχ' οἱ ὁς τ' εἰμ' ἀποσοβῆσει τ' γέλων
Ορῶν λεοντ' ἐπὶ κροκοτοῦ κειμένῳ. i.
Risum profecto haud sum potis compescere
Crocoton additum leontæ conspicans.

Nec aures habeo, nec tango.

NEC aures habere, nec tactũ prouerbio dicebatur, cui in manifestis ab omnib. reclamabatur. Hieronymus in prefatione declamationis, de matre & filia recõciliãda. Cum autem uerear appellare declamationẽ cum ipse quo quodam in loco nominatim hoc argumentũ exercitiis caussa cõfictũ a se subsignificet? Posteaquã enim, inquit, arguẽdo crimina, factus sum crimino sus, & iuxta ritũ uulgi sermone prouerbiũ, iurgantibus & negantibus cunctis, nec aures me credo habere, nec tãgo: id est, taceã necesse est, & quod audio; tangoq; quasi nesciam. Potest videri sumptũ ex Aristophanis Thesmophoriazusis: μήτ' ἀκούω μήτ' ὁρῶ, id est. Neque audio, neque uideo.

Priusquam sortiaris, communia deuoras.

Πρὶν λαχεῖν, τὰ κοινὰ κατεδιεῖ, i. Priusquã sortitio facta sit, cõmunia deuoras. In eũ competit, qui non exspectata partitione, rem inuadit. Ductã metaphorã indicat Suidas a conuiuiis, in quibus antiquitus mos erat, e cibis suam cuique portionem distribuere, quemadmodum ex compluribus Homeri locis licet coniicere, apud quem illud oppido, quam frequens.

Καὶ ὅστις ἐδ δέατο δαιτὸς ἐίσης.

Deinde receptum apud nonnullos, ut citra distributionem propositis in commune cibis, quisque q̃tum uellet, sumeret. Id qd̃ indicat Plautus. Patinarias struit struices. ius rei mentionem facit & Plutarchus in Symposiacis, excutiens utra consuetudo magis probanda uideatur. Porro prouerbium sumptum est ex Equitibus Aristophanis:

Επεὶ τὰ κοινὰ πρὶν λαχεῖν κατεδίει. i.
Quando publica, antequam illa sortiaris, deuoras.

Res in foro nostro uertitur.

PLAVTINVS Tranio i Mollestaria: Vbi egomet uideo rem verti in meo foro. Prouerbialiter dictum, pro eo, quod est, posteaquam intelligo fortunas nostras commutari in diuersum. Traductũ a mercatoribus, in quibus rerum pretium pro tempore sæpenumero commutatur. Aut certe a iudiciorum formulis, & explicandarum litium. Cui diuersum est illud. In alieno foro litigare. Cognatum illi: Vti foro, qd̃ alibi dictum.

Quodcunque in solum uenit.

QVODCVMQVE in solum uenit, id est. Quidquid in rerum natura producitur. M. Tull. lib. De natura deorum 1. Hinc qd̃cumque in solum uenit, ut dicitur, effingis atque effictis. Ridet atomos Epicureorum, ex quibus illi cũcta progigni credũt, quidquid usquam nascitur in uniuerso. Idẽ in epi. ad Pœtum. Et Varro apud Nonium.

Quando id fieri non potest.

NIHIL dici potest nec uenustius, nec moralius ea sententia, quæ extat apud Terentium in Andria: Quoniã id fieri, quod vis, non põt, id velis qd̃ possis: ὃ' δ' ὠιάμενος ὃ θέλεις, θέλης ὃ δ' ὠίασαι, Plurimũ decoris adiunxit ea uerborũ conuersio. Qualis est in illis: Nõ viuendũ ut edas, sed edẽdũ ut uiuas. Est autem adagium hoc finitimũ illi: δοῖ τὸ παρὸν δ' ποεῖν, i. Oportet id quod adest boni cõsulere. Et Martialis inter felicitatis calculos commemorat, ut

Quod sis, esse uelis.

Quantum non miluus oberret.

QVANTVM non miluus oberret.

Prouerbialis est hyperbole, de homine supra modũ locuplete, cui tantum sit agrorum, quantũ nec miluus peruoleat. Persius:

Diues arat Curibus, quantum nõ miluus oberret,

Id imitatus Iuuenali Satyra nona hunc in modum:

-Tot miluos, intra tua pascua lassos:

Sic & apud Plutarchum tragicus quispiã:

Σπείρω δ' ἄρουραν δώδεχ' ἡμέρου ὁδόν,
Βερέκυντα χῶρον. i.
Aruum colos bis sex dierum iter, solo Berecynthio.

Plinius lib. 18. latifundia uocat, a quib. ait Italiæ perniciem inuectam fuisse, proinde ueteres ita censuisse: Satius esse minus serere, & melius arare.

Ptolemai-

Ptolemaicalis.

Πτολεμαῖς ἡ δίκη, i. Ptolemaicalis. Diogenianus indicat dici solitum in litiũ auidos. Anus quẽpiam fuit Ptolomais, quæ quoad uixit, lites agitabat, nec unquam à caussis agendis erat feriata.

Prouoluitur ad miluios.

Προκυλινδεῖται ἰκτίνος, i. Adorat miluium. Initio ueris prodeunt miluij, quare lætiores, quod iam hyeme sint leuati, prouoluuntur, eosque uelut adorant. Accommodari potest in eos, q̃ nona spe gestiũt. Suidas prouerbij loco commemorat. Item Iuuenalis:

-Durate, atque expectate cicadas.

Sumptum est autem ex Auibus Aristophanis, προκυλινδεῖ δὴ τοῖς ἰκτίνοις. Caussam adscribit interpres in eadem, docens quatuor partes anni per aures denunciari hominibus. Ver attribuit miluis.

Prienensis iustitia.

Πρίλωη δίκη, i. Prienensis iustitia. Suidas ostendit conuenire cum significamus, aliquem in iudicando plurimum excellere. A Biante Prienensi sumptum, cuius integritas in iudicandis caussis in prouerbiũ abijt ut dicatur, δικάζεδ Βίαντος τ' πρίλωεως κρίσιον, i. In iudicando præstantior Biante Prienensi. Citatur ex Hipponacte iambographo, à Strabone libro Geographię decimoquarto, & in uita Biantis à Diogene Laertio. Etiam Demodici Lerij Trochaicus:

Εἰ τόχης τινῶν, δικάζις λῶ πριλωέων δικῶν. idest,
Si quam agas caussa, Prienes fac uti tum more agas.

Hipponactis Scazon sic habet.

Αἶκα δικάζες Βίαντος τῶ πριλωέως κρέισσον. idest,
Si qua iudicas, Biantẽ fac Prieneũ vincas.

De Bochoris & Rhadamanti iudicio diximus alias.

Primum Mars in filijs laudatus est.

Τὰ πρῶτα ἄρης εἰς τοὺς παῖδας ἐπηνεῖτο, i. Initio Mars laudabatur ob filios. De ijs, qui initio specimen aliquod indolis egregiæ præ se ferunt, deinde paullatim in alios degenerant mores. Quemadmodũ euenit Romanis olim strenuis, & Martem generis auctorem uirtute referẽtibus, post in degenerem prolapsis molliciem ut nõ sine caussa Iuuenalis exclamarit.

-Sed vnde
Hęc tetigit Gradive tuos vrtica nepotes?

Prouerbium refertur à Suida.

Phrynichi luctatio.

Τὸ φρυνίχου πάλεσμα, i. Phrynichi luctatio. Diogenianus indicat dictitari suetum de ijs, qui astu, dolisque negotium peragunt. Fuit is Phrynichus Lacedæmonũ proditor, quem uetus Comœdia carbone notauit.

Pro malo cane suem reposcis.

Αντὶ κακῆς κυνὸς σῦν ἀπαιτεῖς, i. Pro malo cane suem reposcis, i. pro re uili pretiosam. Sus. n. esculentus, canis haud quaquam uescus est. Refertur à Diogeniano.

Prudens in flammam mitto manum.

DIVVS Hieronymus quodam in loco prouerbium usurpat huiusmodi: Prudens in flãmam manum immitto, pro eo, quod est: Sciens expono me discrimini, malisq; obicio. Sumptum videri potest ab historia Mutij Scæuolæ. Extat & apud Ciceronem.

Proba est materia, si probum adhibeas artificem.

A PLAVTO dictum in Pœnulo non sine Prouerbii specie: Proba est materia, si probum adhibeas fabrum. Egregia quidem indoles, si recte instituatur. Felix ingenium, si præceptor contingat idoneus. Aut magnificum negotium, si modo scite trahetur. Metaphora notior est, quàm ut sit indicanda.

Illo respiciens, sed hic remitte bona.

ÆSCHYLVS in Ranis Aristophanis, cupiens redire ad superos:

Εκεῖ φράσαιμ' ἀν, ἐνδαδὶ δ' ἐβούλομαι. i.
Dicturus illic, num hic quidem haud uolo eloqui.

Cui Bacchus ad hunc modũ respondet:

Μὴ δῆτα σύγ' ἀλλ' ἐνδαδὶ ἀνίει τ' ἀγαθά. idest,
Minime profecto quin mage hic profer bona.

Interpres admonet adlusũ ad parœmiã:

Εκεῖ βλέπουσα δ' ὦ ἀνίει τ' ἀγαθά. i.

Illuc tuens, at huc remitte commoda.

Conueniet cũ aliud præ nobis ferimus, aliud facimus, aut cum alijs blandimur, in alios re beneficium conferimus. Quidam à Charitibus mutuo sumptum existimãt, quarum una à tergo respicit, & alteri munus offert, adridens alteri.

Ranæ aquam.

Βατράχῳ ὕδωρ, i. Ranæ aquam, subaudiendum ministras. Vbi quod exhibetur; quo uel præcipue gaudet is qui accipit. Veluti si quem natura bibacem ad bibẽdi certamen prouoces, aut homini loquaculo narrandi materiam & occasionem subministres, Diuersum ab illo, βατράχῳ οἶνοχοεῖς. Recte accommodabitur, ubi quid datur abundanti. Nã ranis affatim est aquæ. Apud Athenæum refertur hoc carmen in Siracusanos:

Οἱ πίνεσι μόνον βατράχων τρόπον ἐδὲν ἔδοντες. idest,

Qui absque cibo viuunt ranarum more bibentes.

Theocritus in Ergatiuis:

Εὐκτὸς ὁ τοῦ βατράχῳ παῦδες βίος, ὅ με λεδιαίνει

Τὸν τὸ πιεῖν ἐνχάντα, τάρεσι γὰρ ἄφθονον ἀυτῷ. idest,

O pueri ranæ vita est optabilis, ut quæ

Non metuat, potans effundere, copia namque.

Larga subest illi.

Pastor taxat parsimoniã Ergo dotæ, qd̃ sudantibus maligne præberet potum, cum ranis in otio viuentibus liceat bibere quãtumlibet. Sunt & hodie bibones, quidam, qui sibi uidentur perire siti, qd̃ non in ipsis dolijs habitent. Huic non dissimile est illud, Equum in planiciem. Illud autem diuersum: ἀ ἀπάλακα εἰς κορωνείαν, i. Talpã Coroneam. Est autem Coronet Bœotiæ ciuitas, quæ talpam non gignit, & si aliunde inferatur emoritur. Ita Stephanus, quemadmodum scarabeus in loco Thraciæ iuxta Olynthum, auctore Plinio.

Post bellum auxilium.

Μετὰ τὸ πόλεμον ἡ συμμαχία, i. Post bellũ suppetiæ. Quoties serius adhibet remedium. Refertur à Suida. Natum est, aut certe usurpatũ à Diogene Cynico. De quo Laertius huiusmodi fabulam narrat. Adolescens quispiam iactãtior nuper uxore ducta titulum huiusmodi inscripsit ædibus suis, ὁ Διὸς παῖς καλλίνικος ἡρακλῆς ἐνθάδε κατοικεῖ, μυδὲν εἰσίτω κακόν, i. Iouis filius Callinicus Hercules hic habitat, ne quid introeat mali. Diogenes adscripsit: μετὰ τὸ πόλεμον ἡ συμμαχία, i. Post bellũ auxilium, uidelicet indicans, iam tunc receptum in eas malum, cum ipse malus immigrasset. Conuenit cum Platonico illo, quod alibi commemorauimus, μετὰ τὸ πόλεμον ἥκειν, i. Post bellum adesse Brutus in epist. ad Lycios, αἰμηχανὰ ὑμῶν μετὰ τὸ πόλεμον. ὡς ἡ παροιμία ἐκομίσθησαν, idest, Machinæ uestræ post bellum, ut hẽc prouerbium, allatæ sunt. Item in epistola ad Myrẽses, ἡ γὰρ ἐν πολέμῳ βραδύτης ἴσον ἔχει τῷ μηδόλως γενομένῳ τὸ ἀωφάκτον, i. Nã tarditas in bello perinde est, ac si nihil oino sit factum, quod frustra factũ est. Quintilianus in declamatione cadaueris pasti, duas habet sententias non absimiles Prouerbio. Quid quod medicina mortuorum sera est? Quid quod nemo aquas infundit in cineres? Sic indicat serũ remedium. Siquidem ægroto mortuo sero uenit medicus. Et ædibus in cinerem redactis sero infunditur aqua.

Pinguis uenter non gignit sensum tenuem.

Divus Hieronymus in epistola quadam citat huiusmodi prouerbium apud Græcos celebratum: Pinguis uenter non gignit sensum tenuem. Quamquam fatet id elegantius sonare Græce, quàm Latinè. Græcus autem senarius extat apud Græcos huiusmodi.

Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον, i. Subtile pectus uenter obesus non parit.

Refert & Galenus cõtra Thrasybulũ, uelut vulgo iactatũ, ᾧ τοῦτο ἀπάντων χαλεπὸν ἀνθρώπων ἀδεῖται διόπερ πάντων ἐστὶν ἀληθέστατον, ὡς γαστὴρ ἡ παχεῖα τὸν νοῦν οὐ τίκτει τὸ λεπτόν, i. Et hoc ab oibus prope hominibus canitur, eo qd̃ omniũ uerissimum est, quod uenter obesus non gignit mẽtẽ subtilẽ. Apud Lacedæmonios infame erat, si quis corpore fuisset uehementer obeso. Agatharchides apud Athenæum libro 12. refert Anclidem ob delicias supra modũ copulentum, in concionem adductũ fuisse, atque illic Lysandro uehementer obiurgatum, minimumq; abfuisse quin in exiliũ ageretur, idq; futurum minitatos Lacedæmonios, ne uitam frugalius institueret. Et ibidem Menander de quodam obeso loquitur: παχὺς γὰρ ὥς ἔκεινε ἐπὶ σόμα. i. Obesus etenim sus premebat os viri. Admonet adagium, luxu corporis hebetescere mentis aciem. Quemadmodum scribit etiam Horatius:

Nam corpus onustum
Hesternis uitiis animum quoque prægrauat ipsum.

Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.

Plutarchus apud Gellium ostendit pueros multo pastu stupidioris, ac tardioris ingenii euadere.

Piscem natare doces.

Ἰχθὺν νήχεσθαι διδάσκεις, i. Piscẽ natare doces. Perinde est, ac si dicas, doctũ doces. Cõfine illi, q̃ alibi retulimus: δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις. i. Delphinum natare doces. Quod idem ad hũc effertur modũ: τῷ δελφῖνι κολυμβᾶν συμβουλεύῃ. i. Delphinem quemadmodum natare oporteat consulis. Auctor Diogenianus.

Pitana sum.

Πιτάνη εἰμὶ, idest, Pitana sum. Zenodotus indicat dici solitum de ijs, qui in extremas redacti calamitates, ab ijsdem denuo in pristinam felicitatem restituuntur. Sic enim euenisse quondam Pitanæ Aeoliẽ ciuitati. Nam hanc à Pelasgis in seruitutem redactam, Erythræi in libertatem pristinam vindicarunt.

Pistillo retusius.

Proverbialis est hyperbole, quam in epistolis vsurpauit diuus Hieronymus: Pistillo retusiùs, pro eo, quod est, minime acutum. Timon Misanthropus Cleanthem ob ingenii tarditatem appellat: ὅλμων ἄτολμον, i. Pistillum siue mortarium ignauum. Et Chrysippeum acumen, apud eundem per ironiam usurpatur in stupidum. Et Cornutus syllogismus, pro ratione ridicula, friuolaq̃ue.

Partitio non præfocatio.

Μερὶς οὐ πνίξ, idest, Sortitio, non præfocatio. Olim cum ij, qui viribus præpollerent, cibum eriperent imbecillioribus, manus interim in illos inijcientes, excogitatum est, ut sortibus ex æquo diuideretur epulum, iamq; ab omnibus acclamari cœptum, μερὶς οὐ πνίξ, idest, Partitio, non strãgulatio. Eaque vox in prouerbium abijt. Quo licebit uti, si quando significabimus, non esse locum violentiæ, sed ex æquitate iuris oportere tractari negotium. Plutarchus in collectaneis, si modo illius sunt citat his uerbis, μερὶς οὐ μὴ πνίγει. i. Partitio est; non strangulat. Admonet & Suidas hac forma prouerbium efferri.

Paries dealbatus.

Τοῖχος κεκονιαμένος, i. Paries dealbatus aut incrustatus. Lucianus, Myrronis & Praxitelis colossos ad huiusmodi ferme similitudinẽ trahit in Gallo, qd̃ foris multo niterent ebore, multo fulgerent auro, varijsq; coloribus arriderent: propterea Iouis, aut Neptuni repræsentarent imaginẽ, aut tridentem dextra tenẽtes, ut plane numen aliquod esse uiderẽtur, cum intus nihil apparet, præter picem, clauos, araneas, mures, atque id genus sordes alias, haudquaquam ad exteriorem illam imaginem respondentes. Atque huiusmodi principũ esse uitam affirmat, quorum si strepitũ, & apparatum inspicias, nihil felicius, nihil deorum uitæ similius, sin curas, suspiciones, odia contemplere, quibus intus discruciantur, nihil calamitosius. Seneca Philosophos, qui cum docerent honesta, turpiter uiuerent, similes esse scripsit quorundam medicorum pyxidulis, quarum tituli remedium pollicerentur, cum intus uenenum occultarent. E diuerso, qui meliores sunt intus, quam oratione, quamq; prima illa uitæ specie, quasiq; fronte pręseferũt, hos Plato Silenis assimiles facit, de quibus alio diximus loco.

Ollam alere.

Χύτραν τρέφω, i. Ollam alere dicebantur, qui metum ostenderent, quo deterrerent quempiam. Veluti si quis præsidium alicubi collocatum habeat, quo minus vicini res nouas moliantur. Sumptum idest, à more ciuitatis Atheniensis, in qua ollas in tectis disponere consueuerunt, ad deterrendas ululas, quarum illic maxima vis. Nã illarum strepitum omne genus auium reformidat. Adagium refertur tum à Suida, tum à Diogeniano. Sumptum est ex Aristophanis Comedia, cui titulus: Aues.

Οτιμὲν τε δεῖ μάχεσθαι λαμβάνειν τε τῇ χυτρῶν.
Τὶ δὲ χύτρα ὠφελήσει.
Γλαῦξ μὲν ὀ πρόσεισιν ὠῖν, i.
Pugnare sanè oportet simul & ollas sumere.
Sed quid iuuabit olla?
Vlula nos tum non adibit.

Oleum, & salem oporteret emere.

Τὸ ἔλαιον καὶ τὰ ἅλα δεῖ ὠνεῖσθαι. i. Oleũ & salem oporteret emere. Refert adagium hoc Aristoteles Rhetoricorum libro secũdo, tractans de locis & enthymematis. Proponit autem huiusmodi exemplum antistrephontis: Sacerdos quædam dissuadebat filio, nequando uerba faceret apud populũ. Nam si iniusta suaseris, inquit, deos habebis iratos: si iusta, homines. Id hoc pacto ἀντιστρέφει. idest, reciprocat filius. Imò expedit orationem habere apud populum. Quandoquidem si iusta dixero, dii me amabunt, si iniusta, homines. Atque huiusmodi genus argumentationis confine putat prouerbio, quo iubemur, oleum ac salem emere: τοῦτο δ' ἐστὶ ταυτὸ τῷ λεγομένῳ τὸ ἔλαιον πρίασθαι καὶ τὰς ἅλας. i. Hoc autem idem est cum eo quod dici solet, oleum emere & salem significans opus esse nonnunquam remediis contrariis, nunc acrimonia, nũc lenitudine. Sal enim mordet, ac siccat. Oleũ lenit ac humectat. Sic medici oleum addunt sali, ne plus satis erodat: & qui sapiunt, admonitionis acrimoniam bonis uerbis leniunt.

Tanquam suber.

Ὡς φελλός, idest, tanquam suber, de iis, qui non norunt dissimulare, aut qui nesciunt mergi aduersis fortunæ procellis. Extat apud Pindarum. Tractum a natura ligni, quod non solum ipsum non mergitur: uerumetiam alligatum aliis ne fidãt, sustinet. Vnde retibus adsuitur, & natantibus subditur.

Obtrudere palpum.

Obtrvdere palpum apud Plautum, est arte, fucoq; decipere. Ego, inquit, istuc aliis dare condidici, mihi obtrudere nõ potes palpum. Vnde & Palpari pro adulari, & Palpones adulatores uocamus à simili metaphora. Metaphora tracta est ab equisonibus, qui ferocientibus equis, plausu manus adblandiuntur, ut ostendimus alibi.

Ne quis unquam Megarensibus.

Μηδέποτε μηδεὶς μεγαρέων γένοιτο σοφώτερος, i. Nunquam quisquam sapientior sit Megarensibus. Scomma prouerbiale, iaci solitum in stupidos. Dictum est autem per adulationem de Megarensibus, auctore Diogeniano.

Nulla candidorum uirorum utilitas.

Οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος ἢ σκυτοτομεῖν. i. Nullus cãdidorum uirorum vsus nisi ad cerdonicam. In molles & effeminatos dictum, ac ueluti uoluptatibus natos. Id enim innuit, opinamur, per cerdonicã, iuxta illud Martialis:

-Quid ad te.
De cute quid faciat ille, uel ille sua.

Cęterum ij negotiis gerendis inutiles. Contra qui nigra sunt cute, & hispidi, hi magis allegandi sunt ad administrandam Rempublicam. Vnde & Herculem μελάμπυγον appellarunt, tanquam strenuum, & mollicie alienum, quemadmodum alibi demonstratum in prouerbio: Ne in Melampygum.

Nox humida.

Νὺξ ὑγρά, idest, Nox humida. De malis ingruentibus dici solitum, auctor est Diogenianus. Quemadmodum de lætiore fortuna dicimus, exoriri lucem. Apud eundẽ est νὺξ δασεῖα, idest, Nox spissa, de nocte hyberna. Quæ si cui non uidebuntur in adagiorum numerum referenda, is ea rescribat Diogeniano, si libet.

Quid ad farinas.

Τὶ πρὸς τ' ἄλφιτα, idest, Quid ad farinas? idest, quid attinet ad parandas facultates? Nam ἄλφιτα pro victu quoque re familiari ponere, poetis est familiare. Aristophanes in Nebulis:

Τὶ δὲ μ' ὠφελήσουσ' οἱ ῥυθμοὶ πρὸς τ' ἄλφιτα, i.
Quid me numeri tandem ad farinas iuuerint:

Id rectè detorquebitur ad artes steriles, ut poeticem: ὀδὲν πρὸς τ' ἄλφιτα, qd̃ vulgo dicunt de pane lucrando, sermone celebri magis, quàm erudito.

Numeris

Numeris Platonicis obscurius.

Proverbialis hyperbole uidetur, quam usurpat M. Tullius in epistolis ad Atticum, libro 7. Aenigma oppiorũ ex Velia, plane non intellexi. Est enim numero Platonis obscurius. Id ideo dictum, q̃ Plato numeris Pythagoricis obscurat suã philosophiam, ac ueluti nebulas quasdam offundit, præcipuè in Timæo. Nam Pythagoras omnem fere philosophiæ rationem ad numeros traxit. De quibus permulta Macrobius in commentariis, quos edidit in Somnium Scipionis.

Nihil ex agro dicis.

Οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ λέγεις, idest, Nihil è ruere loqueris, i. Nihil humile, neque triuiale. Quod enim parum elegans, parum expolitum, id ex agro profectum dicitur. Cõtra quod festiuum, quod lepidum, id vrbanum ac ciuile uocant. Meminit Suidas.

Nihil graue passus es, nisi.

Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν εἰ μὴ προσποιῇς, i. Nihil graue accidit, nisi tibi uindicas.

Meminit Diogenianus. Nemo læditur, nisi à seipso. Nemini fit iniuria, si eam existimat ad se non pertinere.

Ne spina quidem uulnerabit bonos.

Μηδ' ἄκανθα ἀμύξῃ τοὺς ἀγαθούς, i. Ne spina quidẽ vulnerabit bonos. Nemo molestus fuerit innocenti. Nam spina natura pungit quemlibet. Sed ubique tuta est innocentia uitæque integritas.

Naæra & Charmione.

Νάαιρα καὶ χαρμιόνη, id est, Naæra & Charmione. De fidis amicis dici solitum scripsit Zenodotus, quiq. non dubitarent uel mortis esse comites amicis. Erat autem hoc amicitiæ genus laudatum apud Aegyptios, quod appellabant συναποθνησκόντων, id est, commorientium. Quibus hoc necessitudinis genus placebat, ij hac lege copulabantur, ut si alteri fatale quidpiam accidisset, alter ultro mortis socium sese adiungeret. Hoc fœdere cohęserant Antonius & Cleopatra. Significat & Horatius lib. 2. Oda 17. simile quidam erga Mecœnatem:

-Ille dies utranque
Ducet ruinam, non ego perfidum
Dixi sacramentum, ibimus, ibimus,
Vtcunque præcedes, supremum
Carpere iter comites parati.

Rursum alio loco:

Quid nos? quibus te vita sit superstite
Iucunda, si contra grauis.

Sed ut reddeamus ad prouerbiũ, Naæra & Charmione, duæ erãt Cleopatræ reginæ pedisseq. q̃ spontaneã Cleopatræ mortẽ sunt imitatæ: ac semiuiuę repertæ sunt, dominæ iam mortuæ coronã capite delapsam reponentes. Est quidẽ historia memoratu cũ primis digna, nec iniucunda cognitu, uerum eam si quis forte requiret, petat licebit ex Plutarcho in vita M. Antonij.

Neq; nullis sis amicus, neque multis.

Carmen illud Hesiodi, sicut & alia pleraque cessit in prouerbium:

Μὴ ὀ πολύξεινον, μήδ' ἄξεινον καλέεσθαι. i.
Nec multis, at nec nulli dicaris amicus.

Aristoteles libro Moralium nono, tanquam prouerbio iactatum citat, ac dictum probare videtur, propterea quod prorsum citra ullius amici consuetudinem uiuere ferinum atque iniucundum esse uideatur. Rursum nec uehementer amare possumus simul multos, nec pluribus morem gerere. Quin & Lucianus in Toxaride narrat apud Scythas, πολυφιλίαν, id est, complurium amicitiam non aliter infamem fuisse, quam apud alias gentes, unius mulieris cum pluribus uiris consuetudinem. Quamquam diuersa sentit M. Tullius in lib. De amicitia. Et Plutarchus in commentario: περὶ πολυφιλίας.

Nebulas diuerberare.

Νεφέλας ξαίνειν, id est, Nebulas diuerberare, dicitur, qui uel in re stulta, uel q̃ fieri non queat, frustra sumit operam. Meminit Diogenianus. Suidas suspicatur ductum, ab eo qui dixit nebulas esse lanam expãsam, quasi similiter debeãt carminari.

Myconius uicinus.

Μύκονιος γείτων, i. Myconius uicinis. In eum, qui inuocatus ad conuiuium accedit. Nã hoc nomine Myconios notauit antiquitas, quod liguritores essent, & alienæ appetentes mensæ. Ad hunc modum Suidas Zenodotus autẽ ait conuenire in sordidos, atque humiles homunciones, propterea quod ea insula, inter contẽptas habita sit,

sit, ob sterilitatem, atque ob id gẽtem auidiusculam, & alieni appetentiorem fuisse. Athenæus idem ferme testatur in primo sermone Dipnosophistarum, citans hunc ex Archilocho uersum, quo taxauit Periclen quendã, ὡς ἀκλίτου εἰς πταίοντα εἰς τὰ συμπόσια μυκονίων δίκα. i. Velut qui inuocatus irruerit in conuiuia Myconiorum more. Idem addit Myconios, quod inopes essent, utpote sterilem insulam incolentes, ἐπὶ γλιχρότητι καὶ πλεονεξίᾳ, fuisse notatos. Egestas enim facit auidos alienarum rerum, vnde & Cratinus Ischomachum quendam gulæ mancipium, Myconium appellarit.

Mortuos uidens.

Νεκροὺς ὁρῶν, νέκρωσιν ἕξεις φαγμάτων. i. Tibi accident res, mortuos si somnies.

Refertur a Suida tanquam uulgo iactatum de diuinatione, quæ sumitur ab insomnijs, superstitione multo omnium uanissima. Id tamen ita dictum est, qd̃ mors finis sit omnium huius uitæ malorum.

Mortui non mordent.

Οἱ τεθνηκότες οὐ δάκνουσιν, i. Mortui nõ mordent. Id etiam hac tẽpestate vulgo dictitant. Natum ex apophthegmate Theodori Chij, qui fuit Ptolemæi regis in arte Rhetorica præceptor. Hic enim in consiliũ adscitus, cum deliberaretur, utrum Pompeius ab Aegypto repellendus esset, an admittendus, censuit receptum occidẽdum, addens hoc dictum: νεκρὸς οὐ δάκνει, i. mortuos non mordere. Refert Plutarchus in uita Pompeii.

Adscise ad extremum scientiam.

Πέμπε εἰ ἔχατον ἢ ἐπιστήμῃ, i. Adcerse ad extremum scientiam. Non statim utendum extremis ingenii uiribus, uerum ubi iam vrget ultimum periculum, tum ad artes confugiendum.

Miserrimum fame mori.

SENTENTIA etiam cautionibus apud veteres celebrata, teste Platone, Miserrimum mortis genus, fame mori. Sumpta est autem ex Homericæ Odisseæ M.

Πάντες μὲν συγεροὶ θάνατοι δείλοισι βρότοισι,
Αἰμῷ δ' ἕκτισον θανέειν καὶ πότμον ἐπιπεῖν. idest.

Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis,
At periisse fame, res una miserrima longe est.

Plato li. De republica tertio refert hoc carmen, ueluti pestilens morbus adolescẽtum, cum nulla mors sit misera, quæ hone statis gratia oppetitur. Accommodari poterit in sordidos quosdam, qui quo parcãt nummis, defraudant genium suum: aut in eos, qui pereunt inscitia veri.

I modo, venare leporem, nunc Itym tenes.

PLAVTVS in Captiui duo: I modo venare leporem, nunc Itym tenes, prouerbiali figura dixit. Idest, hanc interim cœnam, qualemcunque certam habes, quære alteram si potes potiorem. Itys enim auis, quem à Phaside Scithiæ flumine Phasianum uocant. Proinde cum iubebimus, vt qui nactus sit cõmodi quidpiam, ad aliud sese adcingat, non intempestiuiter hoc vtemur adagio. Verum opinamur hunc Plauti locum, ut sunt alij pleriq; deprauatum esse: legendum autem, nec Itym, ut habẽt codices, nec Ichthyn, ut perperam mutauit quidam, cum nec auis, nec piscis quidquam faciat ad uenationem leporis, sed Ictin. Nam est id animal de genere mustelarum, quod in cuniculos immittitur, ut prædam eliciat. Latini Viuerram appellãt. Suidas ostendit idem animal insidiari piscibus. Meminit huius Aristoteles libro de naturis animantium nono, capite sexto. Quamquam non indicat insidiari leporibus, sed auibus & aluearibus. Quod si recte constat ictin esse viuerram, Plinius octauo libro indicat præcipuam viuerris gratiam fuisse, propter venatum leporum & cuniculorum. Iniiciunt, inquit, eas in specus, qui sunt multifores in terris, unde & nomen animali, atque ita eiectos superne capiunt.

Minimo prouocare.

MINIMO prouocare, est contemptim ad certamẽ prouocare. Sumptum à gestu prouocantium ad pugnam minimo digito porrecto. Horatius in Sermonibus:

Ecce,
Crispinus minimo me prouocat. accipe, si vis,
Accipe,

Accipe iam tabulas, uidetur nobis locus, hora,
Custodes, uideamus uter plus scribere possit.

Elegãtius ad res animi torquebitur. Vt: Vnus hic grammatistes theologos omnes omnino prouocat:

Minore finire pomœrio, & his similia.

PROVERBII rationem sapiunt huiusmodi ferme metaphoræ: Finire pomœrio: Præstituere metam: Circumscribere cancellis, & si quę sunt consimiles. Varro in libris De re rustica: Eo melius fecisse quosdam, qui minore pomœrio finierũt, exclusis partibus, quæ non pertinent ad hanc rẽ. Idem eiusdem operis lib. 1. Ars sit, an quid aliud, & à quibus carceribus decurrat ad metas. Cicero lib. de Oratore 1. Exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circumdedisti.

Mens peregrina.

Νοῦν ἢ ξένον, i. Mẽtem peregrinam habere dicuntur cogitabundi, nec satis ob id attenti ad ea, quę coram aguntur. Iocus Aristophanis, ἐν ἀχαρνᾶσιν, in Euripidẽ tamquam dialecticis utentem argutijs, id quod indicat etiam Fabius Quintilianus in Institutionibus, his uersibus:

Οὐκ ἔνδον ἐστὶν εἰ γλώμῃ ἔχεις.
Πῶς ἔνδον, εἶτ' οὐκ ἔνδον, ὀρθῶς ὦ γέρον,
Οὗς μὲ ἔξω συλλέγων ἐπύλια,
Οὐκ ἔνδον, αὐτὸς δ' ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ
Τραγῳδίαν. idest,

Est intus, haud est intus idem si sapis.
Qui nã intus & non intus? optime senex.
Nam mens foris abest colligens epyllia
Non intus, spe at intus est, tragœdiam
Scribens supinus.

Epyllia uersiculos dicit, uoce diminutiua ab epos. Idem in Equitibus:

Πρός τε τὸν λέγοντ' ἀεὶ
Κέχηνας, οὗς δέοι πάρων ἀποδημεῖ. i.
Vtq; ad loquẽtẽ inhias, at ipsa mens tua,
Præsens, pergere est.

In eundem sensum Terentius: Præsens, absens vt sies.

Mitior columba.

Πραότερος φωτερᾶς, i. Mansuetior colũba. Columbina simplicitas, ac mãsuetudo, laudatur etiam in diuinis literis. Nam hoc est colũba in auribus, quod ouis in quadrupedibus. Ipsa nulli animantium meditatur noxam, nec aliunde præsidium habet aduersus miluios, quam à celeritate uolandi. Adagis meminit Diogenianus.

Ad porcellum da mihi mutuo tres drachmas.

Εἰς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δραχμάς. idest,

Ad porcellum da mihi mutuo tres drachmas.

Dicebatur ab eo, qui mori decreuisset aut qui uellet initiari. Nam initiandi consueuerunt immolare porcum. Suidas ex Aristophane citat. Est autem in Pace:

Εἰς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δραχμάς,
Δεῖ γὰρ μυηθῆναί με πρὶν τεθνηκέναι. i.
Qui porcum emam mihi mutua nũc tres drachmas,
Initiandus sum prius, ac morem oppetã.

Mulieris podex.

Γυναικὸς πυγή, i. Mulieris podex. In ignauũ ac desidiosum dicebatur. Ignauum animal mulier, & quo minus habet mẽtis, hoc inhonestis voluptatibus est addictius. Amat otium, & fucorum in morem, quem admodũ ait Hesiodus, uirorum laboribus quæsita sibi insumit, id quod indicat etiã illud prouerbium, ὅλως ὄνος. Et omnino tales permultas habet Gallia. Atqui Hollandia innumeras habet, quæ sua industria uiros otiosos & uoluptarios alunt.

Mulieris animus.

Γυναικὸς φρένες, idest, Muliebre, ingẽnium. Diogenianus ostendit dici solitum in stultos. Videtur autem magis quadrare in imbelles & inconstantes. Vnde est illud Ennianum.

Vos etenim iuuenes, animos geritis muliebres,
Illaq; uirgo uiri. Et Terentius:
Noui ingenium mulierum.
Nolunt, ubi uelis, ubi nolis, cupiunt vltrò.

Perendinum uentum prædicere.

Τὸν τριταῖον ἄνεμον προγινώσκειν, i. Perendinum uentum præscire dicũtur, qui coniecturis, quod multo post euenturum sit, colligunt. Sumptum à nautis, aut à negotiatoribus: Pindarus:

Σοφοὶ δ' μέλλοντα τριταῖον ἄνεμον ἔμαθον. i. Sapientes futurum perẽdie uentum uouerunt.

Id

qui acclament, dispositos habent, & qui gregem voce contineant: excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede fustientes, qui lassatis somno decidens, indili gentiam sono coarguat. Cæteræ dormiũt capite subter alam condito, alternis pedibus insistentes. Dux erecto prouidet collo, ac prædicit. Ac paullo post. Certum est, inquit, Pontum transuolaturas primũ omnium angustias petere, inter duo promontoria Criumetopũ & Carambim, mox saburra stabilitas. Cum medium trãsierint, abiici lapillos: cum attingerint continentem, & è gutture arenam. Hactenus Plinius, Porro locus, quem Suidas citat, est in Auibus Aristophanis.

Ἐκ μέν γε λιβύης ἦνον ὡς τρὶς μυρίαι
Γέρανοι δεμελίας κατάπεπωκυῖαι λίθους. i.
Venere gruum terdena ferme millia,
Libycis ab oris, deuoratis maximis
Saxis.

Interpres hoc loco eadem fermè, quæ Suidas.

Fortuna æstuaria.

Τύχη ἄριπος, id est, Fortuna Euripus, siue uolubilis, quod uicissim nunc huic fauere soleat, nunc illi. De qua Boetius:

Exæstuantis more fertur Euripi.

De mari Euripo alio diximus loco. Quẽ admodum autem mare habet accessus ac recessus æstuarios, ita nihil est in rebus humanis, perpetuum. Nullum autem mare crebrius aut celerius recurrit, quam Euripus. Pindarus in Pythiis hymno tertio metaphoram sumpsit a uẽtis: χρὴ πρὸς μακάρων τυγχάνοντ' εὖ παρέμεν, ἄλλοτε δ' ἄλλοῖαι πνοαὶ ὑψιπετᾶν ἀνέμων ὄλβος ὃ δὴ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται. i. Oportet ubi contigerit a diis, frui. Cæterum alias alii sunt uentorum flatus. Felicitas autem mortalium, non uenit diu mansura. Interpres citat versus Euripidis:

Κάμνουσι γὰρ τοῖς κὴ βροτοῖς αἱ σομβοραὶ,
Καὶ πνεύματ' ἀνέμων ἠ κ ἀεὶ ῥώμῃ ἔχει. i.
Quin & laborãt calamitates hominibus,
Nec habẽt uigorẽ semper auræ flamina.

Tua res agitur, cum proximus ardet paries.

Et hodiernis temporibus indocto uulgo passim in ore est, tum nobis esse cauendum, cum uicini domus ardet. Admonet prouerbium: vt ex alterius malo sumamus exemplum, alienoq. periculo discamus nostris rebus consulere. Sumptum est ex Horatianis epistolis:

-Ecquid
Ad te post paullo uẽtura pericula sentis?
Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Et Virgilius.

Iam proximus ardet
Vcalegon.

Fontibus apros, floribus austrum.

Dubium non est, quin ad prouerbiorũ classem pertineat, quod est apud Maronẽ in carmine Bucolico:

Eheu quid uolui misero mihi, floribus austrum
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.

Vbi quis optat nocitura. Nam uentus floribus inimicissimus, præcipue auster, ob uiolentiam.

Olaris Deus.

Χυτρεῦς θεὸς, i. Ollaris Deus. Dicebatur in hominem humilem & contemptæ sortis. Aristophanes in Nubibus:

Οτε κὴ σὲ χυτρεῦν ὄντα θεὸν ἡγησάμην. i.
Quando arbitrabar te quoq. ollarẽ Deũ.

Magni Dij, ebore, auro, & argento sculpebantur. At plebei illi & minutuli, quod genus sunt Silenus & Priapus, qualibet materia fingebantur, ligno nonnunquam & luto, quo videlicet argẽto finguntur & olle. Vnde non inepte quadrabit in eum, qui studeat haberi inter aulicos optimates, sed nec opibus pollens, nec auctoritate ualẽs apud principem. Cognatũ est illi: κὴ κόρκορος ἐν λαχάνοις. i. Et Corcorus inter olera: aut illi: οὐδὲν ἱερόν. idest, Nihil sacri. Refertur in Zenodoti collectaneis.

Oetæus genius.

Οἰταῖος δαίμων, i. Oetęus genius. Dionianus ait ferociam & arrogantiam huic dæmoni uehemẽter inuisam fuisse, nec in ultam finere solitum: unde tumidis ac prę ferocibus minitabantur Oetæum dæmonem. Colletanea uulgata prouerbium referunt ad auctorem Clearchum. Est autem Oeta mons finitimus Trachini atq. eodem nomine ciuitas Melienſium. Proinde similis erit huius usus prouerbii, qualis est illius: Aderit Temessæus genius.

Aequales

Aequales calculi.

Ἰσαι ψῆφοι, idest, Aequales calculi, si q̃do parum abest ut cõdemnetur aliquis, & tamen absoluitur, aut cũ nutat animus, ambigitq; utram in partem se deflectat, rationibus hinc atq. hinc uelut ex æquo adhortantibus, ac deterrentibus. Quemadmodũ est apud Terentium, Cum in dubio est animus, paullo momento huc uel illuc impellitur. Suidas ostendit metaphoram sumptã a prisca cõsuetudine iudiciorum, qua reus æqualibus iudicũ sentẽtiis absoluebatur, at non citra periculum. Cur autem potiũ absoluendum, quam damnandum reũ veteres existimarint, cum pares essent, sentẽtiæ, multas caussas reddit Aristoteles in problemate quodam. Multis enim nominibus, uisum est conuenire, ut reliquis paribus, reo magis, quam actori faueatur: uel quod accusator accedit paratus, ac præmeditatus. Reus ad multa non præuisa cõpellitur respondere. Vel quod consentaneum sit reum, ut qui maiore periculo dicat, ob metum quædam prætermisisse potius quam auctorem. Vel quod in ancipiti negotio potius ad eam partem oporteat uergere, ubi si forte erratũ, peccetur leuiũ. At minus est malum absoluere nocentem, quam innocentem damnare, præsertim in capitalibus caussis, ubi si contingat errare iudicem, non est quo sarciat in posterum erratum suum, extincto iam homine. Contra, si elabatur nocens, poterit alio iudicio pœnas dare. Vel quod accusatio propior est suspicioni maleuolentiæ, quam defensio, quare cum in cæteris nihil appareat diſcriminis, de auctore potius male iudicamus, quam de reo. Hæc & alia quædã huiusmodi tradit Aristoteles. Igitur ut tutissimo liberatur a caussa, qui calculis omnibus absoluitur, ita periculo proximus fuisse videtur, qui paribus calculis, iam quasi fauore quodam elabitur.

Luſciniæ deest cantio.

Lvscinia deest cantio. Prouerbialis allegoria, perinde quasi dicas. Mulieri desunt uerba, poetæ uersus, oratori color, sophistæ cauillum. Nulla enim auis ęque canora, atq. luſcinia, etiam fęmina, ſicuti testatur Plinius li. 10. cap. 29. Sed haud fuerit alienum ipsius uerba subscribere. Luſciniis, inquit, diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cãtus, densante se frondium germine non in nouissimum digna miratu aue. Primum tanta uox, tam paruo in corpusculo, tam pertinax spiritus, deinde in una perfecta musicæ scientia, modulatus editur sonus. Et nunc continuo spiritu trahitur in longũ, nunc uariatur inflexo, nunc distinguitur cõciso, copulatur intorto, promittitur, reuocatur, infuscatur ex inopinato, interdũ & secum ipsa murmurat, plenũ, grauis, acutus, creber, extentus, ubi uisum est, uibrãs, sumus, medius, imus. Breuiterq. omnia tã paruulis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitauit. Plautus in Bacchidibus:

Ego quoque pol metuo ne luſciniolę defuerit cantio.

Ego ex bono in bonum traductus sum.

Εγὼ μὲν ἐκ τοῦ καλοῦ εἰς καλὸν μετῳκέγκα, idest, Ego quidem è bono in bonum transij. Suidas indicat dici solitum de his, qui bonum institutum, bono commutant. Innuit autem natum à quodam, qui ex bono citharœdo factus sit poeta tragicus. Est enim poetica musicæ confinis arti, vnde & musicam artem poeticen uocauit Terentius. Sumptum est adagium ex Ranis Aristophanicis.

Anguillas captare.

Εγχέλεις θηράδε, idest, Anguillas uenari dicuntur, qui priuati cõpendij caussa, cient tumultus. Inde ducta similitudine, quod cum aqua stat immota, nihil capiũt qui captant anguillas: cum uero sursum ac deorsum miscent ac perturbant aquam, ita demum capiunt. Quadrabit in eos, quibus tranquillo Reipub. statu, nihil est emolumenti. Proinde seditiones gaudẽt exoriri, quo ciuitatis publicum malum, in suum priuatum uertant commodum. Prouerbium extat apud Aristophanem in Equitibus:

Ὅπερ γὰρ οἱ τὰς ἐγχέλεις θηρώμενοι πέπονθας,
Ὅταν μὲν ἡ λίμνη κατασῇ, λαμβάνουσιν οὐδέν,
Εὰν δ' ἄνω τε κὴ κάτω τὸν βόρβορον κυκῶσιν,
Αἴρουσι. καὶ σὺ λαμβάνεις, ὦ τλῆμον πόλει παράπληκτε. i.
Namq; accidit tibi, quod anguillas qui aucupantur.
Vbi quieta stat palus, nil piſciũ reportãt.

Contra

Contra lutum si mouerint sursum, atq; item deorsum,
Capiunt: ita ipse capis, ubi rem publicam inquiras.

Ego faciam omnia more Nicostrati.

Ἐγὼ ποιήσω πάντα κατὰ Νικόστρατον, i. Ego cuncta more fecero Nicostrati.

Pro eo, quod est egregiè, Nam hunc Nicostratũ aiunt comœdiarum actorem fuisse talem, qualis apud Romanos prædicatur fuisse Roscius. Itaq; propter artis famam in vulgi sermonem abijt. Suidas prouerbij titulo recenset.

Duplex cappa.

Διπλῆν κάππα, i. Duplex cappa, uelut ænigma, quo malum aliquod significabãt. Siquidem gemino cappa, scribũtur κακά. Simili figura Plautus furem, trium literarum hominem appellauit.

Tria cappa pessima.

Τρία κάππα κάκιστα, idest, -Tria pessima cappa.

Iactatũ & hoc olim ęnigmatis vice, quo trium gentium mores notati sunt, Cappadocum, Cretensium, & Cilicum. Augustinus in grammaticis indicat fuisse tortum in Cornelium Syllã, Cornelium Cinnam, & Cornelium Lentulum. Creditumq. est in libris Sibyllinis horum nomina tribus hisce literis fuisse designata. Est item clausula carminis heroici.

Temulentus dormiens non est excitandus.

Proverbii speciem habet, quod admonet Theognis, i. Sopitum ebrium non oportere excitari somno. Simillimum est autẽ illi: κακὸν δ' κείμενον μὴ κινεῖν, idest, malum bene conditum ne moueas. Non est refricandum odium, cui iam tempus indu xit obliuionem. Non est renouandũ animi vulnus, cui iam obduci cicatrix cœpit. Theognidis carmen sic habet:

Μηδ' δδοντ' ἐπέγειρε σιμωνίδη, ὀντινα ἡμῶν
Θωρυχθέντ' οἴνῳ μάλθακος ὕπνος ἔχει.

i. Ne cuiquam e nobis somnum depelle Simonida,
Oppressum uino, quẽ sopor altus habet.

Vtroque nutans sententia.

Διχωλοι γνώμαι, i. Vtroq. claudicantes sniæ, aut animus huc atque illuc versatilis. Sic enim arbitramur legendum διχωλος per ω magnum, ut sit, utroq; claudicantes. Nam in vulgatis libris per omicron scriptum reperitur. Conueniet igitur in hominem lubricæ fidei, & incertarum partiũ, in quem congruet illud Homericum:

Ἀλλὰ μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἴζει. idest,
Claudicat incessu, pedibusque uacillat vtrisque.

Dentata Charta.

Dentata dicuntur mordacia. M. Tull. ad fratrem lib. 2. Calamo & atramento tẽperato. Dentata etiam charta res agetur. Et Seneca dentatos sales esse non vult. Rursus Edentula quę morsu careant.

Daulia cornix.

Δαυλίαν κορώνιν, Dauliam cornicem luscinia uocant poetæ: siue qd Tereus in Daulide Phocidis cũ ea vixerit, siue quod illic Philomena mutata sit in auem. Non videamus quid sibi uelit adagium, nisi forte dictum est in garrulos, aut canoros. Magis autem suspicamur Zenodotum, siue Zenobius, is siue quisquis alius fuit, hoc prouerbium fuisse cõmentum, quo locum faceret narrandæ fabulæ, quod idem in nõnullis alijs ab eo factum conijcimus.

Cum musis.

Μετὰ μῶσων, i. Cum musis: hoc est, Musis bene fortunantibus, de doctis, aut ijs, quæ doctè dicuntur: quemadmodũ ostendit Suidas, cum illiteratus inter eruditos viuit, ut per Ironiam efferatur.

Amicos tragœdos æmulatur.

Τοὺς ἑταίρους τραγῳδοὺς ἀγωνεῖται, i. Amicos tragœdos æmulatur. Suidas è Didymo citat, addens dici solitũ de his, q se se accõmodarent, & morum seueritatẽ sumerent, ad æmulationẽ aliorũ. Sumptum ab histrionibus tragœdiarum, qui cum sint leuissimi nebulones, tamen vbi Deum aut regem agunt in fabula, tum cultu, uoce, gestuq. maiestatem quandam imitantur.

Aesopicus graculus.

Αἰσώπιος κολοιός, i. Aesopicus graculus, dicitur, qui aliena sibi vsurpat, aliorumq; bonis sese uenditat. Vsurpat Lucianus in Pseudologista. Horatius:

-Moueat

-Moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus.

Extat apologus inter alios, qui Æsopi nomine circunferuntur. Pindarus in Nemeis hymno tertio: οὐδ' ἀλλοτριοπόρφυρες ἀνδρὶ φέρειν κρέασιν, εἴκοσιν μάτιν, i. Neq. rerum alienarũ cupiditates uiro meliores sunt ad ferendũ, e domesticis inquire. Reprehendit suam digressionem poeta, iubetque ut quem suscepit celebrandum, laudet è proprijs uirtutibus potius, quàm ex alienis.

Aries cornibus lasciuiens.

Κριὸς ἀσελγόκερως, i. Aries cornibus lasciuiens. Diogenianus ostendit conuenire in magnos, ac lasciuos. Pruriunt cornua arietibus bẽne pastis, quod idem accidit bubus. Virgilius.

Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam, uitulum lasciuientem indicans. Hesychius indicat originem prouerbij. In arce Palladis aries erat repositus ingens æreus, quem Plato comicus dixit, ἀτελγόκερων, non tam ob lasciuiam, quam ob ingentem molem. Cõfertur enim cum equo Durateo. Veteres enim nõ solum ἀσελγὲς dixisse quod esset lasciuum & indomitum, uerum etiam quod esset prægrande: quẽadmodũ Eupolis ἄνεμον ἀσελγῆ dixit pro magno uento. Hæ sunt grammaticorum cruces, ne æreus ille aries sit formidabilis ob ingentia cornua. At quid uetat etiam uentum dici lasciuum & intemperantem, quod suo arbitrio ludit ubi uelit? Nobis uidetur adagium conuenire & in stolidos, p̃ter meritum euectos ad dignitatem.

Ductus per Phratores canis.

Αγόμενος διὰ φρατόρων ὁ κύων, i. Ductus per Phratores canis. Vbi quis inciderit in eos, qbus pœnas det. Canis. n. apud hos protinus occiditur. Apud Athenienses populus in tribus erat distributus, vniuscuiusquẽ tribus tertia pars φρατρία dicebatur, & huic prefectus φρατριάρχος. In comitijs igitur si quis canis intercurrisset, continuo petebatur à populo.

Calabri hospitis xenia.

Proverbium subesse uidetur ab his Horatij uersibus, quos scripsit in Epistolis;

Non quo more pyris uesci Calaber iubet hospes.
Tu me fecisti locupletem, vescere sodes.
Iam satis est, at tu, quantum uis tolle, benigne.
Non inuisa feres pueris munuscula paruis
Tam teneor dono, quàm si dimittat onustus.
Vt lubet, hęc hodie porcis comedenda relinques.

Itaquẽ Calabri hospitis munera recte dixeris, rusticana, leuiaque, quæq; magis onerant accipientem, quam iuuent, aut quæ donantur contempta. Siquidem Calabri, quod pyris abundent, consueuerunt ea hospitibus affatim apponere, deinde saturos, bellariorum uice domum adferre iubent. Quod si recuses, eadem porcis obijciunt. Atqui istud haud est dare munus, sed abijcere. Is demum dat, qui simul & pretium muneris expendit, quod largitur, & eius meritum quem eo donat. Notatus est apud Athenæum Antiochus cognomento Illustris, qui quod erat reliquum pecuniæ solet effundere uerius quam largiri, interdum in uijs publicis stans dicere consueuit: τίνι ἡ τύχη δίδωσιν βάτω, idest, Cui fortuna dat, capiat, & abiecta pecunia discedebat.

In ostio formosus.

Ἐνθύρα καλός, idest, In ostio formosus. De ijs, qui adamantur, vulgoq. gratiosi habentur. Sumptum à ueterum consuetudine, qui formosorum, aut amasiorum nomina, arboribus, folijs ac parietibus inscribãt, ὁ δεῖνα καλός. Ad id alludẽs Aristophanes in Vespis.

Καὐ νὴ δὶ ἀνῖδη γέτι γεγραμμένον
Τὸν πυριλάμπες ἐν θύρᾳ δῆμον καλόν.
Ἰὼν παρέγραψε πλησίον κημὸς καλός. i.
Ac per Iouem scriptum uspiam si uiderit
Demum uenustum in Pyrilampus ostio,
Adcurrit ac Cemum uenustum proxime
Adscribit.

Idem ἐν ἀχαρνῆσιν.

Τμῶν ἐρασὴς ἦν ἀληθῶς, ὥστε καὶ
Ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφον ἀθλιωτοῖ καλοί.
i. Is uestri amans haud ficte erat, nam in ædium
Muris uenusti Athenienses scripserant.

Alteri uersui Græco superest syllaba, tametsi sic hẽt Aldina editio, suspicamur in uersum ordinem dictionum. Constabit si legas hoc modo: Ἐν τοῖς ἔγραφον τοίχοις

ἀδιωάοι καλοί, nisi magis placet, ut legamus: Εν τοῖσι τοίχοις ἔγραφον ἀδιῶαι καλαὶ, quasi blãdientes ciuitati, hoc in illius mœnibus scripsissent. Apud Athæneum libro sexto, refertur ex auctore quopiam, quod qui Atheniensium rempublicam administrabant, assentabantur populo, dicentes cętera quidem omnia esse Græcorum communia, uerum illud esse propriũ Athenienſibus, quod uiam nossent, quæ perduceret in cœlum. Quisquis legerit encomium Aeschinis, & Menonis apud Platonem, intelliget quam formosos pinxerint Athenienses, miro dicendi artificio illis blandientes. Interpres distichon hoc citat ex Callimacho:

Αλλ' ἐνὶ δὴ φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φέροιτε
Γράμματα, κυδίππιω ὅσσ' ἐρέουσι καλιὼ,

i. Litterulas tot ferre insculptas frondibus hisce,
Cydippẽ pulchrã quot memorare queãt.

Id imitatus Maro:

Teneris, inquit, incidere amores
Arboribus: crescent illę, crescentis amores,
Torquere licebit & in eos, qui falsò per assentationem laudantur.

Caput scabere, & consimilia.

CAPVT scabere, ungues arrodere, gestus hominis sunt cogitabundi, & de mutando, cuius pœniteat, secum agitantis. Vnde trahuntur in usum prouerbialem. Horatius lib. 1. Satyra 10.

Sed ille
Si foret hoc nostrũ fato delapsus ĩ ęuum,
Detereret sibi multa, recideret omne, quod ultra
Perfectum traheret, & in uersu faciendo
Sæpe caput scaberet, uiuos & roderet ungues.
Sæpe stylum uertas, iterum quæ digna legi sint
Scripturus.

Id imitatus Persius:

Nec pluteum, inquit, cædit, nec demorsos sapit vngues.

Idem alibi:

Crudum Chærestratus unguem
Arrodens ait hoc.

In superiore taxat poetarum in scribendo negligentiam. In altero describit adolescentem de mutanda anteactæ uitæ ratione cogitantem.

Caricus hircus.

Καρικὸς τράγος, idest, Caricus hircus. Diogenianus, indicat dictitatum de uilibus & contemptis. Hesychius indicat usurpatum à Sophocle. Carum populus quod passim in bellis mercenariam locarent operam, ceu uili uita, in contemptus prouerbium abijt. Vnde & Plato καρικὸν ἀνδράριον: idest, Caricum homuncionem dixit, pro uili nihiliqúe, quemadmodum alio dictum est loco. Fieri potest, ut prouerbium eo respiciat, quod Cares pro hirco solent, immolare canem, ut indicatum est in prouerbio. Caricum sacrificium.

Bullatæ nugæ.

VENTOSA, atque inaniã bullata dicuntur. Sumpta metaphora, παρὰ τ̃ πομφολύγων, de quibus alias dictum est in prouerbio. Homo Bulla. Persius.

Bullatis ut mihi nugis
Pagina turgescat.

Bullatas nugas appellans inanem perstrepentium uocum congeriem, in quibus nihil subsit solidioris sententię. Horatius nugas canoras uocauit in Arte poetica.

Quam uersus inopes rerum, nugæque canoræ.

Bolus ereptus è faucibus.

COLVS è faucibus eripi dicitur, quoties commoditas, aliqua, quæ iam propemodum tenebatur, præter expectationem subito præripitur. Terent. in Seipsum excruciante. Crucior bolum tantum mihi esse ereptum subito è faucibus. Bolum autẽ dixit, quod Græci uocant βλωμόν. Metaphora per se liquet.

Scarabeus Aquilam quærit.

Κάνθαρος ἀετὸν μαίεται, i. Scarabeus Aquilam quærit. Cum imbecillior, atque impotentior, mali quidpiam molitur, struitque insidias inimico longe potentiori. Est & altera lectio, ὁ κάνθαρος ἀετὸν μαιδεύεται, idest, Scarabeus Aquilæ obstetricatur. Sensus ferme idem est, siue legas μαίεται, siue μαιδεύεται. Competit enim in humilem, & imbecillum, qui uiribus longe præpollenti, malitiosis insidijs, & clancularijs dolis perniciem machinatur. Aristophanes in Lysistrata.

Υπερ-

Υπερχολῶ γὰρ, αἰετὸν τίκτοντα κάνθαρός σε Μαιδεύσομαι. i.

Supra modũ irascor tibi, Scarabeus Aquilam ego te,
Quando oua paries obstetrix iuuabo.

Super hac re fertur apologus quidam apud Græcos non inelegans, quem Lucianus indicat Æsopicum esse; cum ait in Icaromenippo fabulatum fuisse Aesopum, quemadmodum aliquando Scarabei & cameli cęlũ conscenderint. Porrò quod ad fabulam Scarabei, & Aquilæ attinet, ad hunc habet modum. Est iam olim aquilarum generi, cum vniuersa Scarabeorum gente uetus atque antiqua simultas, ac bellum prorsus internecinum, planeq; quod Græci solent dicere, ἄσπονδος πόλεμος. Nam odio dissident plusquam Vatiniano, adeo, ut ne Iupiter quidẽ ipse: οὐ κράτος ἐστὶ μέγιστον, & qui totũ nutu tremefacat Olympum, rem inter eos componere, ac dissidium finire potuerit, si modo uera narrãt apologi. Sed erit fortassis, qui Aesopicarum fabularum rudis, & ἀγνοιὸς admiretur, quid tandem negotij sit cum Aquila Scarabeo. Quę cognatio, quę uicinitas, quę ádfinitas usque adeo dissimilibus intercedat. Nam inter hos qui uinculis eiusmodi copulantur potissimum dissidia solent oriri pręsertim inter principes: At hæc q̃nã tã atrocis odij caussę, postremo unde tãtum animorum Scarabæo, vt cum Aquilarum populo bellum suscipere non dubitarit. Rursum, qua contumelia tãtopere fuerit offensus Aquilę θυμὸς ἀγήνωρ, ut hostẽ tam humilem nõ contempserit, ac suo uel odio iudicarit indignum. Videlicet argumentum ingens, longa est iniuria, lõgę ambagis, ac res omnino maior, quã ut humana facundia queat explicari. Quod si musæ, quæ grauatæ nõ sunt olim Homero dictare Βατραχομυομαχίαν, nobis quoque relicto tantisper Helicone, dignentur adesse, rerum summam pro uirili conabimur exponere: quid enim tam arduum esse possit, quod illis auspicibus non audeãt homines? Sed quo res cognitu fiat illustrior, prius quã ad ipsum negotij caput veniamus ducis utriusq; mores, formam, indolem, ingenium, quam licebit paucissimis perstringam. Primum igitur illud succurrit admirari, quid olim Romanis uiris alioqui sapientibus uenerit in mẽtem, qui cum huius alitis symbolo sese præter cętera nationes iactent, ac dijs proximos ducant, cumque huius auspicijs tot victorias reportarint, tot egerint triumphos, tantum abest, ut bene meritæ gratiam referant, ut non toleranda etiam adficiant cõtumelia. Nam auem unam omnium maxime masculam, & inuicti roboris, emasculant, euirantque ac propemodum Tiresiam reddunt ipsi non admodum mares, si quidẽ apud Græcos planè mas est ἀετός. Idque ni fallimur, longe magis quadrat in eum, cui summus ille pater & rex, hominumque deumque Regnum in aues uagas Permisit, expertus fidelem. Iupiter in Ganymede flauo, Tum ei qui cęteris dijs procul absistẽtibus, solus irato Ioui, trisulca tela porrigat, nihil etiam prouerbio deterritus: πόῤῥω διός τε καὶ κεραυνῶ. Neq; uero sine graui ratione factũ arbitramur, ut inter tam multas auium nationes, tamque numerosas tribus Aquila potissimum sit visa idonea, cui non solum auium φρήτραι, uerum etiam senatus populusq; poeticus, suffragijs omnibus monarchiam decerneret. Nam quantum ad auium iudiciũ attinet, ad hanc partem pleræque propendebant, ut pauoni rerum summã cõmitterent. Siquidem huius pulchritudini, splendori, sublimitati, fastuique plane regio, regnum deberi uidebatur, Ac prorsum in hanc sententiam itum fuisset, nisi quędam longo rerum usu callidæ, cuiusmodi sunt cornices, coruique perpendissent, futurum, ut si pauonem rebus præfecissent, eueniret, quod complures iam annos in monarchis quibusdam uidere datum est, nimirum ut solo nomine strepitusque regem ageret, Aquila nihilo secius, uel sine populi suffragijs, regnum gereret. Cętera poetas uiros sapientissimos illud arbitramur perspexisse, non alia magis imagine regnum mores ac uitã effingi potuisse. In quouis enim rerũ genere, semper fuit eritque bonorum paucitas. Et aliud sęculum alios gignit. Sed paucis, si uidetur, hinc contentionem admoueamus. Iam primũ si quid ominis est in uocabulo, ut certe est, apte, pfecto Græcis ἀετὸς dicitur παρὰ τὸ ἀΐσσω, qd est propemodum rapior impetu, & concitus feror. Quædã aues natura placidæ sunt, ac mites, tum quæ feræ sunt, tamen arte cultuque cicurantur, ac mansuescunt. Sola Aquila, nec est habilis ad ullam disciplinam, nec ullo studio po-

Horatius.

poteſt manſueſcere. Tantũ impetu naturæ præceps feri, & quidquid valde libuit, idem poſtulat ſibi licere. Libet ne ſpectare pullũ animo vere aquilino? Graphice depinxit Horatius.

Qualem miniſtrum fulminis alitem
Olim iuuentas & patrius vigor
Nido, laborum propulit inſcium,
Verniſque iam nimbis remotis
Inſolitos docuere niſus
Venti pauentem, mox in ouilia
Demiſit hoſtem viuidus impetus.
Nunc in reluctantes dracones
Egit amor dapis atque pugnæ.

Melius intelligunt hoc ænigma regiones expertæ. Deinde cum ſex aquilarum genera commemorentur, tamen illud inter omnes conuenit, quod roſtro ſunt uehementer adunco, nec minus aduncis unguibus, ut uel ex ipſo corporis habitu poſſis intelligere, carniuoram eſſe auem, quietis, ac pacis inimicã, pugnis, ac p̃dationib. natam. Et quaſi parum ſit carniuoras eſſe, ſunt & quæ oſſifragę dicantur, & ſint. Age ſi quis iam phyſiognomos non oĩno malus, uultum ipſum & os aquilę diligentius contẽpletur, oculos auidos atque improbos, rictum minacem, genas truculentas, frontem toruam, denique illud q̃ Cyrum Perſarum Regem tantopere delectabat in principe γρυπὸν, nonne plane regiũ quoddam ſimulacrum agnoſcet, magnificum ac maieſtatis plenum? Accedit huc color ipſe funeſtus, teter & inauſpicatus, fuſco ſqualore nigricans. Vnde etiam quod fuſcum eſt ac ſubnigrum, aquilum uocamus. Tum uox inamœna, terribilis, exanimatrix, ac minax ille queruluſque clangor, quẽ nullum animantium genus non expaueſcit.

Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέκεν αὐτὸς ἕλωμαι
Ἢ τέον ἢ ἀλάντος ἰὼν γέρας, ἢ ὀδυσῆος
Ἀξω ἑλὼν, ὁ δέκεν κεχολώσεται ὅν κεν ἵκωμαι. Aut illa non minus βασιλικὴ.
Μὺν τοι ὑ χραίσμωσιν, ὅσοι θεοὶ εἰσ' ἐν ὀλύμπῳ,
Ἀσὸν ἰονθ' ὅτε κέν τοι ἀλατῆος χεῖρας ἐφείω.

Iam & uiuacẽ eſſe Aquilã, ab auctoribus proditum eſt. Ea tamen cum ad extremam peruenerit ſenectutẽ, nihil adhuc ſitit, niſi ſanguinem, cuius ſuctu uitam omnibus inuiſam prorogat, nimirum roſtro ſuperiore adeo increſcente, ut carnes depaſci nõ poſſit. Atqué hinc ortum eſt adagium illud notiſſimũ, ἀετὸς γῆρας, in ſenes ætate vinoſiores, cum alioqui omne ferme genus hoc auiũ, quibus adunci ſunt ungues, aut non bibant omnino, aut certe perquã raro, ſi quidem Ariſtoteli credimus. Et tamen hæ ſi quando bibunt, aquam bibunt. Sola Aquila ſanguinem ſitit. Ergo roſtro intorto natura certè non ſemper nouerca reliquis animantibus utcumq; conſuluiſſe videtur, & inexplebili uoracitati modũ aliquem impoſuiſſe. Quemadmodum & hac ratione proſpexit, quod non ſinat aquilã oua parere plura tribus, nec pullos alere plures duobus. Atque adeo ſi Muſei verſiculo credimus, quem teſtem adducit Ariſtoteles.

Excludit binos, edit terna, educat unum.

Atque per hos ipſos dies, quibus incubat, incubat autem ferme tricenos, naturæ prouidentia cibum illis negauit, inuerſis interim & unguibus, ne uidelicet omnium ferarum fętus raperentur, Itaque p̃ id tp̃s. pennę albeſcunt inedia. Atque hinc odium in fętus proprios. Sed parũ βασιλικὸς erat inſtructa aquila, ſi tũ adunco roſtro, ſi tũ aduncis unguibus ad prædandũ eſſet armata, niſi additi fuiſſent oculi pluſquã lyncei, & nec ad clariſſimum Solem conniuentes, quo quidem experimento fętus ſuos an legitimi ſint, explorare dicuntur. Itaque prædam quamuis è longinquo ſpeculantur, quam deſtinent inuadere. Quamquam auium regimini duntaxat ſunt oculi, roſtrum unicum, ungues pauci, uenter item unicus. Veruntamen eſſet eadem fortaſſis aliquanto minus noxia, niſi ad arma dotesque corporis aſtus accederet ingenij, hoc eſt niſi nocẽs per ſe fertum ueneno tingeretur. Vngues ſuos quoties ingreditur, contrahit, ne uidelicet aciem deterat, minusque ualeant in prædando, id quod habet cum leonibus commune. Neque quemuis impetit, ſed eum duntaxat, quo ſe credat uiribus eſſe ſuperiorem. Neque ſe repente præcipitem dat in terram, more cęterarum, cum prædam appetit, ſed ſenſim demittit, ne impetu illiſa offendatur. Ne leporem quidem, nam hunc maxime petit, aggreditur, niſi uiderit in plana deſcendiſſe. Neque quouis graſſatur tempore, ne quis opprimat fatigatam: ſed à prandio ad meridianum ad prædandum prouolat, reliquis

reliquis horis otioſa ſedet, donec hoium conuentu fora compleantur, Tum qd occiderit non inibi ſtatim deuorat, ne quis ſubitus hoſtium incurſus, incautam deprehendat in præda; ſe de exploratis prius ac ſubinde refectis viribus, prædam in nidũ uelut in caſtra deuehit. Nam quibus artibus ceruum ſe preſtantiorem capiat, mox dicetur. Illud in primis memorandum ingenij documẽtum, teſtudinem raptam, ex alto, ſpeculata locum idoneum, in ſaxum aliquod demittit, vt ad eũ modum rupta teſta, carne veſci poſſit. Quamquam, in Aeſchylo parum aquilinis fuit oculis, cum in huius albicantem caluariam, ſaxum eſſe rata, demiſſa teſtudine, miſerum occideret, vt vel ob hanc vnam cauſſam, optimo iure poetis omnibus cõueniat inuiſam eſſe. Atq; id quidem nunc aſſiduè, veluti ſuo iure facit. Cæterum primitus teſtudinem dolis ad id pellexit, dum perſuadet illi futurũ, uti ſua opera, volandi artẽ p̃diſceret. Atq. hac ſpe ſublatã in altũ, deiecit in ſaxum, vt illius calamitatem tyrannico more uerteret in ſuas delicias. Leporẽ potiſſimũ venatur Aquila, vnde & leporariæ cognomen additum vni generi, perinde quaſi ducem Africanum, aut Numantinũ appelles. Neq. contemnit imbellem hoſtẽ, ſed eſculentum appetit, ut etiamſi parum gloriæ ueniat ex victoria, non parum tamen auferatur emolumenti. At ſit aliquoties, vt cum maximè leporem captat, tum maximè capiat icta pẽnato iaculo, dicatq; prouerbium, quod illi ferimus acceptum, τοῖς ἰδίοις πτεροῖς ἐν ἀποθνήσκω. Audet & cum ceruo confligere, inferior tamen futura, niſi vulpinam adderet pellem. Nam aſtu ſupplet, q̃ uiribus eſt diminutũ. Congreſſura cum hoſte, prius in puluere volutat ſeſe. Deinde cornibus inſidens ceruinis, puluerẽ pẽnis collectũ, in oculos ſpargit, alis ora verberans, donec exoculatũ in rupes det præcipitem. Sed eſt eidẽ acrior, multoque magis anceps cum dracone pugna, etiam in aere. Draco maleficis artib. oua conſectatur Aquilæ. Illa uiciſſim hoſtem vbicunque vilum rapit. Nam quod illi cum vulpe ſimultas eſt irrecõciliabilis, nemo mirabitur, quiſquis cognorit, quam olim regaliter illã acceperit. Inierat cum vicina neceſſitudinẽ, cũq. incubanti paſtus deeſſet, p̃xime catulos in nidũ ſuſtulit. Reuerſa autem vulpes, cumq. catulorũ ſuorũ indignam ſpectaret laniationem, q̃ vnum poterat, immortales teſtata eſt deos, atq. inter hos præcipuè Ioue φίλιον amicitiæ violatæ vindicem. Et audiſſe uidetur iſta uota Deus aliquis. Pauculis poſt diebꝰ euenit, ut Aquila prunam carnibus è ſacrificio raptis hærentem, in nidum deuexerit imprudens: igitũ abſente Aquila, igni paullatim ventis excitato, nidus conflagrare cœpit. Pulli territi, præcipites ſe dedere, nimirũ adhuc inuolucres. Vulpes delapſos excipit, & in cauum delatos deuorat. Ac poſt id quidem temporis, nihil omnino conuenit inter Aquilam & uulpem, quamquam id ſane non mediocri vulpinæ gentis malo: Quo tamen an dignæ uideri debeant, quæ quõdam leporibꝰ συμμαχίαν aduerſus Aquilam petentibus auxiliũ negarint, vt refertur in annalib. quadrupedum, ex quibus Homerus: βατραχομυμαχίαν eſt mutuatus. Iam uero acre diſſidiũ eſt, & cum vulture, velut homotechno, & edacitatis æmulo, tametſi hoc quidem nomine, ut crudelior, ita & generoſior Aquila, quod non deuorat animal, niſi quod occiderit, nec per ignauiam alienis inſidit cadaueribus. Nam κίπαμ iure habet exoſam, quæ miris artibus Aquilæ oua frangere ſtudet. Pugnat & cum ardeolis, quod hęc auis vnguibus freta, non vereatur eã aliquoties adoriri, adeo dimicans acriter, ut in conflictu emoriatur. Neque uero iã mirum, quod illi parum conuenit cum oloribus, aue nimirum poetica, illud mirum, ab ijs ſæpenumero vinci tam pugnaeem beluam. Nec cum gruibus ſatis conuenit, ob id quod illis impendio placeat Democratia, a quibus tamen ingenio ſuperantur. Etenim cum grues e Cilicia demigrantes montem Taurum Aquilis plenum parant tranſmittere, ingentibus lapidibus, quo vocem cohibeant, in os ſumptis, noctu tacitè tranſuolant, atque ita deceptis Aquilis tuto traijciunt. Sed peculiaris quædam cum Trochilo (nã id eſt aui nomen) ſimultas intercedit, non ob aliud, ut autumat magnus ille deambulator, niſi quod huic quoq. regis ac βασιλεφόρε nomen tribuitur. Idque potiſſimum apud Latinos. Proinde ceu regni affectatorem extremo perſequitur odio. Quamquã non is hoſtis eſt, cuius uires metuat Aqla.

Nam trochilus imbecillis est ac fugax, solertia tamen & ingenio præditus, fruticetis & cauis abdit sese, ut quãuis a potentiore, facile capi non possit. Quin olim cum certamen volandi cum Aquila suscepisset, vicit astu magis quam viribus. Denique cum cybindo bellum gerit internecinũ, adeo ut sæpenumero cohærentes prẽdantur. Est autem cybindus nocturnus accipiter. Atque in reliquis animantium ordinibus, alijs cum aliis partim bellum est, partim amicitia. Multos habet inimicos vulpes, attamen coruum habet amicum, cui auxiliis aduersus Aesalon auem, catulos suos diuexantem, adiuuatur. Eidem bene conuenit & cum serpẽtibus, cum æquè cuniculis gaudeant. Crocodilus hostem habet ichneumonem, sed cum trochilo familiaritas est, adeo ut illi liceat uel in ipsas belluæ fauces impunè penetrare. Vni Aquilæ cum nullo prorsus animante, nec amicitia, nec affinitas, nec sodalitas, nec consuetudo, nec fædus, nec induciæ. Hostis ẽ omnibus, & neminẽ non habet hostem. Si quidem non potest non omnium esse hostis, qui omnium malo uiuit ac saginatur. Proinde sibi conscia, non nidulatur in plano, sed in præruptis & excelsis rupibus, aliquoties & arboribus, sed præaltis, uidelicet tyranniciũ illud secũ uoluẽs, Oderint dum metuant. Proinde cum ciconiæ sacræ sint Aegyptiis, adeo ut occidisse sit capitale, apud Romanos sacri anseres, milniis apud Britannos nemo noceat, suibus parcant Iudæi, nec delphines uenabantur antiqui, neque lædere fas erat, sed si quid in uenatu peccassent, pauculis modo plagis puerorum more castigabant. At in Aquilas ubiq; gentiũ eadẽ lex est, q̃ in lupos, ut præmium sit, qui communem omniũ hostem occiderit. Ergo nec amat ullum, nec amatur ab ullo animante Aquila. Leonẽ animal tam immane retulisse gratiam homini de se benemerito, & uitam dedisse, a quo pedis sanitatem acceperat, propè creditum est ab omnibus. Draconem seruasse nutricium suum, & ad agnitam uocem accurrisse, credunt permulti. Quin & aspidem, ad mensam cuiusdam quotidie uentitare solitam, ubi sensit ab uno catulorũ suorum hospitis filium interemptum, eũ occidisse, uiolatiq̃ue hospitii pœnam & de suo partu sumpsisse, neque præ pudore deinde in eas ædes reuersam, retulit Philarchus, neque desunt qui credant, scribẽdũ existimauit Demetrius Physicus, recensendum Plinius. Item pantheram ob catulos eductos e fouea, hominem officiosè produxisse, donec egressus solitudines in uiã publicam rediisset. Aristophani grammatico puellam Stephanopolidem adamanti, riualis erat elephantus. Eamq. rem ut omnib. notissimam, & omniũ sermone celebratam retulit Plutarchus. Apud eundem draco quispiam perditè amat puellã Aetolidem. Nam Delphinum erga homines amor, erga Arionem seruatum, erga Hesiodum in litus deuectum, & uirginẽ Lesbiã cum amatore seruatam, erga puerũ uectũ & reuectum officium, propemodum in cõfesso est. At uirginem ab Aquila adamatã, nec hi credunt, qui credunt omnia. Nam fatale quoddam huius & in homines odiũ uel hinc colligas licebit, qd' Prometheo deorum omniũ φιλανθρωποτάτῳ addita sit in Caucaso carnifex. Et tamẽ in tã multis uitiis est, quod laudare possis. Minimè bibaces sunt, minimeq̃ue salaces, quæ maximè sunt rapaces. Nam quod Ganymedẽ rapuit Aquila, Ioui rapuit, non sibi. Ergo cum innumerabiles sint auium species, atque inter has alię plumarum opibus ac picturis admirandæ, sicuti pauones; aliæ candore niueo insignes, ut olores: aliæ contra decenti nigrore lucẽtes, ut corui, aliæ corporum proceritate præminentes, ueluti struthiones: alię fabulosis etiam miraculis celebres, ut phœnix: aliæ fœcunditate commendatæ, ut columbæ: aliæ gratæ lautorũ mensis, ut perdices, ac phasides: aliæ loquacitate iucundæ, ut psittaci: aliæ cantu mirabiles, ut lúsciniæ: alię fortitudine animi præstantes, ut galli gallinacei: alię deliciis hominum natæ, ut passerculi: tamẽ ex uniuersis, una Aquila uiris tam sapientib. idonea uisa est, quę regis imaginem repræsentet, nec formosa, nec canora, nec esculẽta, sed carniuora, rapax, prædatrix, populatrix, bellatrix, inuisa omnibus, omnium pestis, quæ cum plurimum nocere possit, plus tamẽ uelit quam possit. Nec alio iudicio leoni mandatum est regnum inter quadrupedes, quo nõ alia bellua, uel immanior uel putidior. Canes cum ad multa sunt usui, tum ad hoc præcipuè, quod pro rebus hominum excubias agunt. Boues agricolantur.

tur. Equi & elephanti belligerantur. Muli & asini gestandis oneribus sunt vtiles. Parastatur simia. Draco vel hoc vtilis nomine, quod usum marathri monstrarit ad oculorum aciem acuendam. Leo nihil nisi hostis ac denorator omnium, nec nisi viribus ac metu tutus, planeq̃ue regium animal, quemadmodum & Aquila. Quod videtur perspexisse, qui nobiles illos clypeos leonibus quam maximè hiantibus & explicatis ad prędam vnguibus insignisit. Sed ad Aquilam redeamus, cui ob dotes quas commemorauimus tam βασιλικὰς, ob tam egregia in omne animantium genus merita, senatus populusq̃ue poetarum, magno cõsensu decreuit, primùm, vt rex omnium, æque etiam θεῖος, idest, diuinus appellaretur. Deinde satis honestum inter sydera locum dederunt, ac stellulis aliquot insignierunt. Postremò munus inter cælites honorificum mandarunt, vt solus arma ministret irato Ioui, quibus orbem commouet vniuersum. Quoque id impunè possit, illud quoque tribuerunt, vt una animantium, nec metuat fulmen, nec lędat à fulmine, sed ijsdem oculis fulmen emicãs obtueatur, quibus aduersum aspicit solem. His addiderunt sapientissimi illi casciq̃ue Romani, vt in legionum suarum vexillis, primas teneret Aquila, essetq̃ue uexillorũ ipsorum ceu uexillifera, posthabitis etiam lupis Romanæ gentis nutriciis, posthabitis Minotauris, & apris, non extremæ rapacitatis belluis, posthabitis denique & eqs. Nam his quatuor animantibus insignita vexilla, quondam Aquilam sequebantur. Paullò post, nec comites eos est passa, sed illis in castris relictis, ipsa sola prodibat in prælium. Hanc inquam vnam dignam cenſuerunt, q̃ totius orbis monarchæ, sceptra, signa, clypeos, domos, vestes, vasa, ministeria decoret, cùm tamen vulturum, ni fallimur, augurio conditum sit Romanum imperium, non Aquilarum. Addidit hoc augurum collegium, ut si cuius ędibus insederit Aquila, aut si pileum in caput alicuius immittat, imperium portendatur. Habes è ducibus alterum, nunc ad Scarabæũ veniamus. Est animal, ac nix etiam animal, q̃ppe cui sensus aliquot desint, ex insectorum infima gente, quod infami sanè vocabulo Græci κάνθαρον, Latini Scarabęũ appellant, aspectu tetrum, odore tetrius, sonitu teterrimum, alis crustacea vagina obtectis. Quin magis totus ipse Scarabæus nihil est, nisi crustum. Nascitur in excrementis, hoc est, animantium stercoribus, in iisdem uiuit, uersatur, oblectatur, deliciatur. Præcipuum huic studium pilas quam maxime potest ingentes componere, ceu pastillos, non ex odoribus, sed stercore, potissimùm caprino, nam id illi prorsus amaracinum olet. Eas miro conamine uoluit auersus, pedibus posterioribus, quos habet longiores, supernè iniectis, capite in terram prono. Quod si quando contingat, ut aduersus collem aliquem onus protrudant, elapsis subinde pilis, ac deorsum recurrentibus, putes te Sisyphum uoluẽtem saxum uidere, nec defatigantur, nec conquiescunt, tantus operis ardor, donec in antrum suum deuexerint. In his pilis, ut ipsi nati sunt, ita fętus etiam suos educãt, & teneros adhuc aduersus hyemis rigorẽ nidulantes fouent. Scimus nulli nõ esse notũ Scarabæum, ut qui passim sit obuius, nisi ficubi nulla omninò sunt stercora. Sed nõ est eadem omnium species. Etenim sunt, quib' nigro quodam uirore luceat crusta. Plerique tetro nigrore horrent. Sunt nonnulli grandiores, prælongis, ac bisulcis armati cornibus, cacumine forcipibus dentato, ea cum uisum est, ad morsum contrahunt, stringuritq̃ue. Sunt itẽ rutili, & ijdẽ prægrandes, qui terram aridam fodiunt, atque illic nidos ponunt. Sunt qui metuendo bombo, formidabiliq̃ue strepitu prouolent, vt imprudentem non mediocriter terrent. Sunt & alia formarum discrimina. Verùm illud commune est omnibus, è stercore ortus, e stercore victus, in stercore uita, deliciumq̃ue. Iam opinamur futurũ, ut aliquis Romanis ducibus impense fauens Aquilæ uicem deploret, cui cum tam humili, tamq̃; plebeio hoste res inciderit, aui tam regali, quem uincere gloriosum non sit, à quo uinci turpissimum, & cui abundè multum laudis cõtingat, quod cum Aquila decertarit, etiã si uictus discesserit. Apud Poetas pudet Aiacem Vlyssis aduersarij tã imbellis, & Aquila cogitur cum Scarabæo conflictari? Rursum alius magis etiam demirabitur, unde huic insecto uilissimo, tãtùm animorum, tantùm audaciæ, ut non sit ueritum cum aue multo pugnacissima bellum suscipere. Tum unde opes, uires,

facultates, auxilia, ut tot iam annos bellũ ducere potuerit. Verùm si quis hũc explicet Silenum, & contemptum hoc animalculũ proprius ac veluti domi contẽpletur, tam multas in eo dotes haud vulgares animaduertet, ut omnibus diligenter pensitatis, propemodum Scarabæum se malit esse, q̃ Aquilam. Ne uero nobis reclamet & obturbet quisquam prius atq. rem cognouerit. Primùm in hoc Aquilæ præstat euã Scarabæus, quòd senectam quotãnis exuit, ac subinde repubescit: Deinde in tantulo corpore, quantum animi robur, quàm Heroica mentis vis, quantus ad inuadendum impetus, ut nihil iam sit ad Scarabeũ Homerica musca. Nam hinc, ni fallimur, quibusdam Scarabæis nomen etiam inditum, vt tauri dicantur. At cum tauris nec leones temere congrediuntur, tantùm abest, vt id faciant Aquilæ. Iam uerò nec ingenium, vulgare, nisi quis sine caussa, uel natum olim, uel ubique celebratũ existimet, Græcũ illud prouerbiũ, καυθάρου εὐφοτέρος, quo nimirum singularis quędam & incomparabilis tribui uidetur sapientia. Neque nostra refert, si quis cauilletur eũ parum bene habitare, in domicilio deformi. Quãquam quod ad corporis quoq. formam attinet, absit modo vulgaris & iudiciũ occupans imaginatio, non est quòd contemni possit Scarabæus. Etenim si uerè proditum est à Philosophis, eam figuram quam uocant sphęricam, non modò pulcherrimam esse, verùm etiam modis omnibus optimã, nec aliã magis demiurgo illi placuisse, quacęlum hoc, rem omnium multò pulcherrimam fabricaretur, cur non & formosius uideat Scarabæus, qui ad huius speciẽ longe propius accedit, quàm Aquila? Denique si equus in suo genere formosus est, si canis in suo, qui minus in suo placeat Scarabæus? nisi omnes omnium formas nostra metimur, ut quidquid ad hominis formam non accesserit, id continuò deforme iudicetur. Nam colorem Scarabæi nemo, putamus, calumniabitur, ut qui gemmas etiam nonnullas commendet. Porrò quod animantium excrementis, adsuam commoditatẽ abutitur, ingenij laus est, non crimen. Quasi uerò non idem faciant Medici, qui cum multorum animantium, tum hominis etiam excrementa, non illinũt solùm, uerũ in potione ministrant in morbis. Nec puder Alchimistas, ad quintam illam essentiam eliciendam, uti fimo. Nec agricolas, quo quidem hominum genere nullum fuit olim honoratius, stercoribus arua saginare. Sunt & populi, quibus ad incrustandos domiciliorum parietes, fimus pro gypso est. Eodem contuso, & ad solem exicato, ad ignis alimentum utuntur lignorum vice. Cyprii boues suos humano stercore saginant, nec saginãt tantùm, sed etiã medentur. Sed illi, inquis, res tam putida bene olet. Stultum uero sit nasum hominis in Scarbæo desiderare. Siquidẽ id hominĩ peculiare, odore sui fimi offendi, nec idem accidit in ullo cęterorum animãtiũ. Felicior itaque nobis Scarabæus, non immundior. Quamquam homines quoque non tam res offendit, quàm opinio; nam priscis illis mortalibus, res ipsa non perinde atque nobis uisa est abominanda, quã auspicatissimo vocabulo lętamen appellarunt. Nec dubitarunt Saturno deo, Stercuiei cognomen addere, nimirum honoris caussa, siquidẽ Macrobio credimus. Nã prodidit Plinius, Stercuto Fauni filio, hinc non nomen solùm, uerùm etiam immortalitatem contigisse in Italia. Porrò in Græcia res eadem duobus regibus summam peperit gloriam, Augęę qui excogitarit, Herculi qui diuulgarit. Denique nunquam abolebitur regii senis memoria, quem Homerus, ut in Catone tradit Cicero, manibus suis lætificantem agros, nec alia re quam qua delectatur Scarabæus, posteritati consecrauit. Imperatorem Romanũ nihil offendebat lotii putor, cum emolumẽto coniunctus, cur Scarabæum à tantis cõmoditatibus tam leue deterreat incommodum, vt iam demus incommodum esse? Denique cùm videamus Scarabæo in stercore purum esse, semperque crusta nitida, contrà, Aquilam etiam in aere putere, quæso vter altero mundior? Equidem hinc etiam nomen inditum arbitramur, ut καυθάρος, veluti καθαρὸς, sit appellatus, nisi si quis malit a Centauris dictum Cantharum. Nam ne putes Scarabæum ob naturam sordidam à lautitiis abhorrere, idem rosis impensissimè delectatur, easque vnicè adpetit, siquidem Plinio credimus. Quòd si quis forte dotes has leues ac vulgares existimet, illud certe nemo non fatebitur magnificum, & ingenti

ti crista dignum, quod antiquitus inter sacras imagines, & in uatum mysterijs cum primis habitus est Scarabęus, egregij belli toris apertissimum symbolum. Siquidem, ut refert Plutarchus in commẽtario de Iside & Osiride, in Geroglyphicis Aegyptiorum picturis regis simulacrũ erat oculus, addito sceptro, quo uidelicet uigilantia, cum recta iustaque rerum administratione coniuncta, significabatur. Nam illis, opinamur, temporibus, ad huc eiusmodi reges erant multum Aquilæ dissimiles. At Thebis ait idem imagines quasdam fuisse repositas, quæ manibus carerent: eæ iudices repræsentabant, quos oportet ab omni mũnerum corruptela q̃ maximè seiunctos esse. Atque inter has unam oculis quoque carentem, quæ iudicii præsidem adumbrabat, quod hũc oporteat omni prorsus affectu uacare, tantumque rem ipsam spectare, personã non respicere. Aderat, non porchorus inter olera, quod prouerbio dicũt, sed inter sacras imagines Scarabæus, sigillo insculptus. Et quid tandem per hoc nouum symbolum, nobis innuebant sapientissimi homines? Rem uidelicet haud quaquam vulgarem, nempe belli ducem egregium & inuictum. Nam hoc quoque Plutarchus indicat, ne quis sic à nobis confictum existimet. At dixerit imperitior aliquis: Quid Scarabæo cum duce belli? Permulta sanè congruunt. Principiò uides, ut totus armis luceat Scarabęus, nullaq; pars, corporis sit non diligenter crustis ac laminis communita, ut non melius armatus uideatur Mauors Homericus, cùm illum maximè sua instruit panoplia. Adde nunc militarem adsultum, cum horrendo ac Panico bombo, cantaque uere militari. Quid enim insuauius classicorum sonitu? Quid ἀμουσότερον tympanorum strepitu? Nam tubarum uocem, qua nunc reges tantopere delectantur, olim Busiritæ non ferebant, quòd asino rodenti uideatur adsimilis: At ei genti, inter abominanda habebatur asinus. Adde laboris in uoluendis oneribus patientiam, innictum animi robur, ac uitæ contemptum. Ad hæc, negant in Scarabæorum gente fœminam inueniri, sed omnes esse mares. Verùm quid magis congruere potest in fortem Imperatorem? Quin & illud ad rem aptè quadrat, ut idẽ indicat Plutarchus, quod in delicatis illis pilis, de quibus dictũ est, fętus suos edunt, fouent, alunt, educant, nec alius est locus nascendi, quàm cibi. Verùm hoc mysterij non facile sit interpretari. Rectius exponẽt imperatorii milites, qui norunt qd sit ἐν χαμαιδι ζωίζεσθαι, q̃ norũt χαμαιδνίας, qui in obsidione nudi duras hyemes, duriorem famem sępenumero pertulerũt, qui uitam ægram, non iam herbarum radicibus, sed fœdo uictu produxerunt, qui mẽses aliquot in nauibus exegerunt. Si quis huius uitæ sordes perpendat, mundus erit Scarabæus, si quis miseriam, est quod Scarabæo inuidear. At hæc est laudatissimorũ Imperatorem sors & conditio, ne quis fortè contẽnat. Deniq. non usquequaq; contemnendũ existimabit Scarabæum, quisqs secum reputarit, Magos ac Medicos maximis hominũ malis ab hoc animante remedia petere. Siquidem cornua Lucanorum, sic enim appellant hoc genus, non modo gestantur in crumena, uerùm ẽt de collo suspenduntur: nonnunquam & auro inclusa, aduersus omnes infantiũ morbos. Quid quòd in efficacissimis uixq; credẽdis remediis, ni Pli. auctor esset, parẽ cum Aquila uirtutem obtinebit Scarabæus? ὁ δεινὸς ἐκεῖνος Scarabæus, smaragdo gemmæ insculptus, nec enim è quouis ligno fingitur Mercurius, iuxta prouerbium, nec quauis gemma se dignatur Scarabæus, sed smaragdo gemmarum nitidissima expressus, ut diximus, sed si de collo suspendatur, at nõ nisi Cynocephali capillis, aut certè plumis hirundinis, aduersus omnia ueneficia pręsentaneum adfert remedium, nec omninò minus efficax, quam moly, quod Vlyssi quondam dedit Mercurius. Nec solùm aduersus hæc ualet, uerùm etiam non vulgariter cõfert, si quis quocumq. modo regem adire paret. Idẽ capitis grauedinem auertit, non mediocre per Iouem malum, prętertim potoribus. In his igitur tam mirandis remedijs, sapientes illi magi nullũ faciũt discrimen inter Aquilam & Scarabęum. Proinde quis ipsum Scarabæum despiciat, cuius & imago lapillis insculpta, tantã hẽt uim? Admonet nos gemmarum mentio, ut illud etiam adiiciamus, si quid Aquilæ sibi placet cognomine gemma Aetite, nec hac laudis portione cedere Scarabæum. Nam huic quoque nomen debet Cantharias, tam animantis speciem mire referens, ut non

nõ effigiem expressam, sed uiuum ac verũ Scarabæum intra gemmam conditũ dicas. Postremo si quid hoc ad rem pertinet, nõ paucioribus adagijs nobilitatus est ille fimo prognatus Scarabæus, q̃ rex auiũ Aquila. Nam si quis Aquilę factioni studens, neget hac parte cum ea conferendum esse Scarabęũ, quod olim apud Thebanos crassos homines inter numina habebatur, non admodum refragabimur, modo meminerit hoc honoris aquilę cum crocodilis & cercopithecis, denique & cum cæpis, ac ventris crepitu esse commune, quandoquidem apud Ægyptios hæc omnia portenta diuinos honores inuenerunt. Et si quo calculo dignum est in hac collatione numinis inane vocabulum, non defuerunt, q. Scarabæo quoque tribuerint diuinitatem. Vtrumque ducem utcumque depinximus. Superest iam ut tam atrocis belli caussas repetamus. Olim in Aetna monte leporẽ quempiam insectabatur Aquila, iamque contractis unguibus, præde sic imminebat vt afflatu propemodum exanimatum animal, & alioqui timidum, ad proximũ Scarabæi cauum uelut ad asylum confugerit. Quandoquidem in rebus desperatis, extremoque discrimine, præsidium undelibet & petitur, & speratur. Erat autem is Scarabæus, quemadmodũ inquit Homerus: ἥυς τε μέγας τε. Nam in eo monte Scarabęorum natio felicissimæ sobolis esse perhibetur, adeo vt hinc ὁ αἰτναῖος κάνθαρος prouerbio sit nobilitatus, videlicet ob insignẽ corporis magnitudinem. Ad huius igitur antrum confugiens lepus, supplex ad eius genua se prouoluit, obsecrans atq. obtestãs ut ipsius penates sibi uitæ prędidio sint aduersus hostem immitissimum. Iam primũ hoc ipso sibi nonnihil placebat Scarabęus, quod extitisset, qui ipsi suam vitam debere uellet, quique rem tantam a se præstari posse crederet. Denique cui suum antrum, quod omnes homines obturatis naribus execrantes prętirire solent, idoneũ videretur ad quod salutis caussa, velut ad sacram aram, aut principis statuam confugeret. Confestim igitur prouolat obuiam Aquilę Scarabæus, & hmõi dicti furentẽ lenire conatur. Quo maior est tua potestas hoc magis conuenit te parcere innoxijs. Noli lares meos innocentis aiantis interitu funestos reddere. Sic tibi tuus nidus semper ab hmõi calamitate sit immunis. Generosi regijque animi est, dare ueniam & indignis. Prosit nihil commerito domicilij reuerentia, quod cuique tutum & inuiolatum esse uult æquitas, sinunt leges, adprobat consuetudo prosit deprecantis, si non auctoritas, certe studium. Quod si genus nostrũ & Scarabeia despicis arma, At sperate deos memores fandi, atque nefandi.

Si nihil te mouent penetraliũ violatorũ vices, in tuum caput aliquando redituræ, certe Iouem maximũ reuereare, quem in uno facto ter offendes. Meus ẽ hic hospes offendes ξένιον, meus est supplex, & ipse p illo tibi, uiolabis ἱκετήσιον, deniq. p amico deprecor amicus, offendes φίλιον. Scis quam certas iras cõcipere soleat iratus Iupiter, quam acriter uindicet lacessitus, qui sæuienti ministras arma. Nec omnia pmittit suis, nec omnia condonat affectib. Sed plura parantem dicere Scarabæum, Aquila uexatum alis, contemptim in terram pcipitat. Leporem frustra supplicem, sub oculis Scarabæis crudelissimè iugulat, laniat, atq. laniatũ in immitem nidũ deportat, neque uel tantillum ualuerunt apud eam nec preces, nec minæ Scarabæi: quem tamen haud aspernata fuisset, si quantum audacia uiribusque pollet, tantũdem polleret prudentia: aut si in mentem uenisset olim leonem in extremo uitæ discrimine, a mure seruatum fuisse, & omniũ quadrupedum tyranno, quod dij uix dare poterant, id a tam infimo contemptoque animalculo per occasionẽ datũ esse, si cogitasset formicam bnficio prouocatam, colũbæ uitã dedisse, ad morso aucupis calcaneo. Adeo nullus est tam humilis, tam abiectæ sortis, qui non possit per occasionem, & prodesse amicus, & nocere inimicos, uel potentissimo. Verũ id temporis nihil horũ succurrebat Aquilæ, tantum præsenti præda potitur, fruiturque. Ea contumelia descendit altius in pectus magnanimi Scarabæi, quam quisquam credidisset. Stimulabat excelsum ac titanicum animum: hinc pudor, quod in caussa tam æqua, parũ sua ualuisset auctoritas: hinc misericordia, quod innoxium animal & imbelle, tã immaniter esset laniatum: hinc dolor, quod ab Aquila tam ferociter, atque id tam impunè, contemptus esset, haud quaquam, ut ipsi

ipsi uidebatur, cõtemnendus. Siquidẽ nulli sua leuis est auctoritas. Iam succurrebat & illud, fore vt vniuersum Scarabæorũ genus in contemptum veniret, si semel id factum Aquilæ cessisset impunè. Ac tũ qdẽ temporis, quoniam vlciscendi facultas nõ erat, omnino regium quiddam exhibuit Scarabæus. Nẽpe hoc ipsum q̃ de Agamẽnone, cęterisq. regibus dixit Calchas:

Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὖτ' ἦμαρ καταπέψῃ,
Ἀλλά γε καὶ μεθόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ,
Ἐν στήθεσι νέοισι.

Omnes igitur artes, omnes dolos i pectus aduocat. Nec vulgarem molitur pœnam, internecionẽ, ac plane πανολεθρίαν i animo uoluit. At cũ ipsa quidem Aquila hoste tam bellaci, Martem experiri, non satis tutum esse ducebat: non solum ob id, qd̃ copijs esset inferior, verum etiam q̃ Mars stupidus deus, ac vecors, nec minus cæcus quam ipse Plutus, aut Cupido, plerumque faueat caussæ deteriori. Quod si maximè par uiribus fuisset, si feliciùs pugnarent hi quorum melior esset caussa, tamen esse videbat, in quo grauius excutiaret Aquilã, & odium suum pleniore vindicta satiaret, si posteritate sublata, viuam etiam & sentientem Aquilam longa morte examinaret. Nulla in re grauius discruciant parentes, q̃ in liberis. Adeo ut qui sui corporis sæuissimos negligunt cruciatus filiorũ tormenta nõ ferant. Viderat asinos per ignes obiectos, miro uitę contemptu, pullis suis succurrere: viderat exempla huius animi i animãtibus permultis. Existimabat ab his communibus affectibus, non esse alienam Aquilam. Denique suo generi tutius eẽ iudicabat, si inimicũ tam pertinacem ab ipsa quod aiũt, stirpe perdidisset. Audierat, opinamur, celebratum illud prouerbium:

Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας παῖδας κατα λείπει.

Titillabat & blanda quædã spes, si facinus successisset, futurum ut profligata Aquila, ipse regno potiretur. Atque ut dolor non solũ fortes facit & intrepidos, uerũ etiam sagaces diligenter explorat, quo loco spẽ suæ posteritatis hostis recondidisset. Quo peruestigato, Vulcanum adit, qui cum illi nonnulla familiaritas est, ob coloris similitudinem: exorat, ut arma sibi cudat, quæ neq. sint onerosa volanti, & tamen aduersus mediocrem vim tueantur. Armat a sũmo uertice ad imum vsq. calcaneum Vulcanus Scarabæum, his armis quibus adhuc vtitur: nam antea muscarũ more inermis erat. Nidus erat procul illinc semotus, in excelso præruptoq. scopulo, multa sarmẽtorum ac stipularum ui congestus & communitus. Huc nobis protinus egregius Scarabæus aduolaritne an adrepserit, parum liquet, certe peruenit. Sunt qui dicant tũ cum pennis Aquilæ feriretur, adhærentẽ clanculũ, ab insciente Aquila in nidum deportatum esse. Et quo nec homines, quibus nõ est aliud animal insidiosius, nec ad nocendum, ingeniosius, peruenire potuissent, eo penetrauit Scarabæus. Inter stipulas in insidijs abdit sese, ac tempus nactus idoneum, Aquilæ oua protrudit e nido, aliud post aliud, donec nullũ reliquum faceret. Ea delapsa, comminuta sunt, ipsi pulli informes adhuc miserabiliter in saxa elisi, prius orbati vita sunt, quam uitæ sẽsũ accepissent, nec hac tam atroci pœna contentus fuit Scarabæi dolor. Est gemma cũ primis nobilis, quam ab Aquilę nomine Gręci vocant Aetitem, non dissimilis est ouo, sexu quoque distinguitur, nam in femina fœtum inclusum inuenias, pulli prope modũ specie. Mira uis ad eliciẽdum partum. Quamobrem hodieque parturientibus admouetur, quo partum accelerẽt. Huius itaque generis par, Aquila solet in nido suo ponere, alioquin nunquam positura oua, aut certe non exclusura pullos. Tãtum etiam thesaurum deijcit e nido Scarabæus, quo pariendi facultatẽ in posterũ eripiat, lapides acutis excepti saxis minutatim dissiliere. Ne hæc quidẽ adhuc satis visa sunt iræ Scarabei, leuem calamitatem putat, nisi dolore quoque ac lamentis hostis frueretur, itaque rursum abdit se penitus in stipulis. Redit Aquila, nouam sui generis cladem conspicatur, uidet sua viscera frustulatim discerpta, videt nobilis gemmę non ęstimabilem iacturam, queritur, clãgit, fremit, stridet, eiulat, obtestat deos: ac suis illis oculis, quos iam dolor ẽt acuebat, hostem tam potentem circumspectat. Atque omnia potius in mentem ueniunt reputanti, quam Scarabęus ille contẽptus. Dira minatur, dira precatur ei quisquis tantæ calamitatis fuisset auctor. Quantam interea

interea voluptatem animo persensisse credis Scarabeum, dum hæc audit? Quid faciat misera? Rursum in fortunatas insulas illi deuolandum fuit, neque enim aliũde importatur ἀετίτης, alterum par inueniẽdum. Nidus in locum multo semotiorem editioremque transfertur. Rursus oua ponit, & huc, nihilo secius, ignotus hostis penetrat, populatur omnia, totam superiorẽ renouat tragœdiam. Rursum hinc in turtiorem arcem demigrat Aquila, alia deponit oua, alios adhibet Aetitas. Rursum adest Scarabæus. Nec modus nec finis fugiendi, atq. insequendi, donec delassata tot clades ales, constituit sacram mouere anco ram, ac suis diffisa viribus ad deorum præsidia confugere. Iouem adit, exponit calamitatis suæ tragœdiam, hostem tam potẽtem, eumque, quod esset grauissimũ, iguotum, vt tanta passæ, facultas etiam vlciscẽdi eriperetur: Addit hanc suam perniciem ad ipsum quoque Iouem pertinere, perituru imperij munus, q̃ ille donasset, mutandum armigerum, si, quemadmodum instituit hostis, pergeret, esse nonnihil assuetis, ac notis vti ministeriis, etiamsi nouitas in suffecto Ganymede feliciter successisset. Mouet Iouẽ satellitis sui periculum, præsertim cum recens rapti Ganymedis officium hæreret animo. Iubet, si uidea tur, in suo ipsius sinu deponat oua, aut illic, aut nusquam omnino, in tuto futura. Paret ales, ac in summi Iouis sinu, extremã gentis suæ spem deponit, multum obtestata, p felicissima illa oua, quę quondam illi Leda pepererat, ut sua, bona fide tueret. Quid non efficit pertinax animi dolor? Veremur, ne cui res supra ueri fidem esse videatur. Ad ipsam summi Iouis arcem inuictus subuolat Scarabæus, nescimus an numinis alicuius fauore adiutus. Pastillum in hunc vsum, e stercoribus paratum, in sinum illius demittit. Iupiter, vt est sordiũ insolens, quippe in purissima mundi parte habitans, & à terreno contagio longissimo semotus interuallo, dum offensus teterrimo odore, simum è sinu suo excutere, oua Aquilę deiicit imprudens, q̃ videlicet ex alto delapsa, perierunt, prius quã terram contingerent. Atq. ita tandem cognitus est, ille tot cladium artifex, & hoc ipsum voluptatis cumulum addidit Scarabæo. Iuuit agnosci. Contra Aquilæ (nam rẽ gestã ex ipso didicit Ioue) non mediocre doloris pondus adiecit, tã contẽptus suæ calamitatis auctor. Qũquidem est, & hoc nonnullũ mali solatium, si quis à magno superet hoste. Hinc velut de integro dirum inter eos coortum bellũ, Aquila p uiribus, vbicumque conspectam Scarabæorum gentem vexat, rapit, proterit, perdit. Vicissim Scarabæus in Aquilæ perniciem neruos intendit vniuersos. Itaq. prędandi, insidiandi, iugulãdi, nec mora, nec reqes, nec vllus omnino finis futurus videbatur, nisi vtraque gente pariter sublata, fundit°, vt Cadmæam victoriam diceres, adeo gladiatoriis animis, uterq. in alterum affectabat viam. Nec vinci poterat Aquila, neque cedere nouit Scarabęus. Tandẽ Iupiter in tantis rerum periculis succurrendũ putat, conatur priuatim inter eos rem componere. Quo magis conatur, hoc magis horum incrudescit odium, gliscunt irę, feruescunt pugnæ. Et erat ille quidem haud dubiè propensior in Aquilæ partem, sed è diuerso mouebat exemplum longè perniciosissimum, si cui licuisset impune ἱκετήσιος, φίλιον, aut ξένιον contemnere. Proinde facit quod in extremo rerum discrimine solet, deos in concilium aduocat, pauca pro cutus, rem, vt est gesta, proponit. Pręconio Mercurij fit dicendi potestas, rogantur ac dãr sententiæ. Variatum est studijs. Dij contemptiores ferè fauebant Scarabæo ex maximis ẽt Iuno vehementer huic studebat, nimirum odio Ganymedis, Aquilæ rebus infensa. Tandem in hoc senatusconsultum pedibus itũ est, quod arguta voce pronunciauit Mercurius, Vulcanus in æs incidit, vti bellum æternum Scarabęus & Aquila suo gerant arbitratu. Quod cuiq; acciderit incommodi, ob id in ius vocare non liceat, bello imputetur. Quod rapuerit, id iure belli possessurum, tantum, non placere Dijs internecionem ullius gentis. Proinde triginta dies, per quos incubat Aqla, tẽperetur a manibus, seruẽtur induciæ. Nec fas sit Scarabæis per id tẽpus in publicum prodire, ne videlicet ad inediã ac fouendi laborem, belli quoque tædiũ accederet Aquilæ. Addidit illud ex suo studio Iuppiter, idque reclamantibus nonnullis, Aequum est, inquit, ex tam immensis terræ spatijs, uel exiguum angulũ, velut asylũ superesse meo satelliti, quo tutus sit a Scarabeorum incursu. Neque vero nouum exemplum induco. Sunt loca quæ lupum nesciunt: sunt in quæ non immigrent uenena, sunt in quibus non uiuant talpæ. Metabor & ipse in Thracia iugerum aliquot spatium apud Olynthum, in quod si quocunque modo prudens, imprudens, uolens, nolens, pedẽ intulerit Scarabeus, capitalis esto: nec fas sit exire semel ingresso, uerum inibi torqueat sese, donec emoriatur. Loco nomen tribuitur Cantharolethrus, ut uel ipso monit° uocabulo sciat Scarabeus actum fore de se, si contra nostrum senatusconsultum non uereatur in eum locum irrumpere. Rhodo exsultat Aquila, ne cui uideatur inhumanũ Olyntho excludi Scarabeum.

Sic ait, & totum nutu tremefecit Olympum.

Adfremebat omnis deorum consessus. Valet in hodiernum usque diem senatusconsultum, semperq; ualebit. Scarabeis & Aquilis durat exitiale bellum, p eos dies, per quos incubat Aquila, nusquam apparent Scarabeorum filij. Locum eum, quem designauit Iuppiter, summo studio uitat: quod si quis importet, protinus exanimatur. Eiusque rei, si quis forte requiret, testimoniũ perhibet Plinius libri undecimi cap. 28. Atque hoc quoque grauior auctor Plutarchus in commentario de animi tranquillitate. Sed iamdudum sat est ad prouerbiorum negotium redeamus: Meminit huius fabulæ Comicus Aristophanes ἐν εἰρωνίν, his quidem, uersibus:

Ἐν τοῖσιν αὐσώπου λόγοις ἐξηυρέθη,
Μόνος πετεινῶν εἰς θεοὺς ἀφιγμένος.
Ἄπιστον εἶναι μύθον, ὦ πάτερ πάτερ,
Ὅπως κάκοσμον ζῶον ἦλθεν εἰς θεοὺς,
Ἦλθεν κατ' ἐχθραν αἴετου πάλαι ποτὲ
Ὦ ἐκκυλίνδων, κἀντὶ τιμωρὸν λθρος, i.

In fabulis idest repertum Aesopicis,
Adijsse diuos unicum è uolucribus.
Haud credibilem ais fabulam pater pater,
Adijsse diuos animal obscenum atque olens.
Peruenit olim inquam, ob simultatem asperam,
Quæ illi fuit cum Aquila, oua uoluens illius,
Et expetens pœnas ab hoste mutuus.

Admonet autem apologus, non esse cui quam contemnendum hostem, quamuis infima fortuna. Sunt enim homunculi quidam, infimæ quidem sortis, sed tamen malitiosi, non minus atri, quam Scarabei, neque minus putidi, neq; minus abiecti: qui tamen pertinaci quadam ingenij malitia, cum nulli omnino mortaliũ prodesse possint, magis etiam sæpenumero viris facessant negotium. Territant nigrore, obstrepunt stridore, obturbant fœtore, circũuolitant, hærent, insidiantur, ut non paullo satius sit, cum magnis aliquãdo viris simultatem suscipere, quam hos lacessere Scarabeos, quos pudeat etiam vicisse, quosq. nec excutere possis, neque conflictari cum illis queas, nisi discedas contaminatior.

Timidus Plutus.

Δειλὸς ὁ πλοῦτος, i. Timidus Plutus. Huiusmodi enim & Aristophanes inducit Plutum, atque hunc imitatus Lucianus in Timone, omnia formidantem, nulliq; fidentem. Neque uero dissimilem animi habitũ opes adferunt diuitibus, cum contra paupertas secura in utranque dormiat aurem. Aristophanes uulgo iactatam indicat opulentiæ timiditatem, cum ait:

Ἀλλ' λέγουσι πάντες ὡς
Δειλότατον ἐδ' ὁ πλοῦτος. idest,

Quin id omnes dictitant,
Timidissimum quidam esse, diuitias.

Interpres admonet, Comicum adlusisse ad illud Euripidis:

Δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος κ̀ φιλόψυχον κακόν, i.

Res cupida uitæ, sunt opes, pauidum malum.

Id ideo dictum est, quod diuitibus multi tendunt insidias: nempe latrones, heredipetæ, principes, sycophantæ, nonnunquam uxor, & liberi. Quam ob caussam addidit Euripides φιλόψυχον κακὸν, uel q̃d ob diuitias magis illis libeat uiuere, quam his, qui tenui sunt fortuna: uel quod ob eas sępenumero de uita solliciti sunt: Id elegantèr explicans Iuuenalis ait:

Pauca licet portes argenti vascula puri,
Nocte iter ingressus, gladium contumq; timebis,
Et motæ ad Iunam trepidabis arundinis vmbram:
Cantabit vacuus coram latrone viator.

In summa in oi negotio formidolosior est diues, q̃ pauper. Cautius munit ędes furũ metu. Metuit tẽpestates, propter frumẽta,

ta, quæ habet in agris, ,ppter merces, quas habet in mari. Metuit amicos, ne quid rogantibus donare cogatur. Metuit inimicos ne quid noceant. Timidus conuitiatur, metu mulctæ. Omnia circunspectius, & facit & dixit, metu calumniæ, quæ potissimũ diuitib. strui solet. quippe quibus est quod auferri possit, Si bellum immineat, diues in primis discruciatur. Denique nec super stitione uacat, ne quod numen parum amicum, damnum immittat.

Panicus casus.

Πανικὸν, Veteres uocabant subitũ animorũ tumultum, sed inanẽ. Veteres enim existimabant Panem deum repentinos terrores, & animi consternationes immittere lymphaticis simillimas, usque adeo impotentes, ut non ratione modo, verum & mẽte careant. Sicuti nõ rarenter vsu venit, cũ in exercitu nulla comparente idonea caussa, viri pariter atque equi perturbãtur. Cuius rei meminit & Euripides in Rheso:

Ἀλλ' ἢ κρονίδ παγὸς τρομερᾶ μάστιγι φοβῆ.

Verba sunt Hectoris ad custodes nũcianti, nouum tumultum in castris oriri: atq; is motum Panicum esse respondet. Pindarus in Nemeis scribit non oportere fortib. uiris uitio vertere, si fugiant in huiusmodi tumultu:

Ἐν γὰρ δαιμονίοις φόβοις φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶν. i.

In diuinis terrorib. fugiũt & filij deorũ. Δαιμονίους φόβους appellans τοὺς πανικούς. Narratur idẽ deus conchã illam tortilem ac turbinatam, quæ Græce κόχλος, idest, testudo dicitur, primus reperisse, eaque personans olim titanas contra quos bellabat, in fugam egisse. Pausanias in Phocaicis: Ἐν ᾗ τῇ νυκτὶ φόβος σφίσιν ἐμπίπτει, τὰ γὰρ ὑπὸ αἰτίας οὐ δεινίας δείματα ἐκ τούτου φασὶ γίνεσθαι. i. Cęterũ noctu irruit in eos pauor panicus, siqdẽ terrores nulla de caussa exortos, aiunt ab hoc immitti. Hac de re copiosius differit citatis aliorũ etiã Græcorũ testimonijs, Angelus Politianus in Miscellaneorũ annotatione vigesimaoctaua, Hoc adagij subinde referẽ à Cicerone in epistolis ad Atticum: Ego, inquit, bellũ fœdissimum futurum puto, nisi qui, ut tu scis, panicus casus extiterit. Rursum alibi: De Ventidio, panicon puto. Item alibi: Rumorem adferunt magnum, Romæ dum ad Antonium frumentum omne portari, πανικὸν certe. Item alibi: Interim scis. ũ. quædã πανικὰ dici itẽ τὰ κενὰ τῆς πολέμου, rumore aduentus nostri, & Cassio, qui Antiochiæ tenebatur, animus accessit, & Parthis timor iniectus est. Idem ad Tyronem: Etsi Atticus noster, qui me quondam moueri πανικοῖς intellexit, idem semper putat: nec videt quibus præsidijs philosophiæ septus sim. Et hercle quod timidus est ipse, θορυβοποιεῖ, id est, tumultũ ciet, & panicis mouetur. Huc adlusisse putamus & Apuleium in asino suo, cum Psychæ ad mortem spontaneam properanti: Panem obuium facit.

Nihil minus expedit, quàm agrum optime colere.

Apud priscos adagionis instar fuisse Plin. testatur lib. 18. cap. 6. Temerarium, inquit, videatur vnam vocem antiquorum posuisse, & fortassis incredibile penitus existiment, nihil minus expedire, quàm agrũ optime colere. L. Tatius Rufus infima natalium humilitate, consulatum militari industria meritus, antiquæ alias parsimoniæ, circiter mille siclos (siue q̃ lectio quibusdam magis adridet, sestertium) liberalitate diui Augusti congestum: vsque ad detractionem hæredis exhausit, agros in Piceno coemendo, colendoq; in gloriam: Internicionem ergo, famemq; censemus? Immo hercle iudico modũ, rerum omnium utilissimum. Bene colere necessariũ est, optime damnosum. Hactenus Plin. Huc & Terentius adlusit, cum ait in Phormione: Nostraptę culpa facimus, ut malos expediat esse, dum nimiũ dici nos bonos studemus, & benignos. Item illud Horatianum:

In vitium culpæ ducit fuga caret arte.

Citius, quàm asparagi coquuntur.

Velocius quàm asparagi coquuntur. De re vehemẽter properata. Sunt quędam figuræ prouerbiales. quæ Octauio Augusto peculiariter adriserũt: inter quas hęc quoque refertur, à Tranquillo, cum scribit eũ ad exprimendum festinatæ rei uelocitatem solerẽ dicere: Velocius quam asparagi coquantur. Idq; identidem in literis usurpat. Est autem asparagus herbæ genus spinosum, & in medicinam vtile, & in cibos gratum, cuius summa priusquã durescant, leuiter coquuntur, tantum, ut cruditas absit. Dicitur autem asparagus, quod qui sunt

sunt in his præcipui, non seruntur, ut Athenæus dixit, Docti quidam admonent, si mile quiddam dici de salsamentis. Citius, quam salsamenta coquantur, eo quod quidam pisces sale conditi, aut fumo uentoqę durati, crudi quoque comedantur, aut leuissime cocti. Quamquam hoc prouerbium apud Athenęum, unde citant, nondum reperimus. Confine illi, quod alibi dicetur. ἀφύας ἐς πῦρ, idest, Aphia ad ignem.

Amicitiæ personam.

Τὸ προσώπειον ἀφελεῖν τῆς φιλίας, i. Amicitiæ personam detrahere dicimur, cum apertæ, quæ sentimus animo, tum facimus, tum loquimur apud amicos, & quidquid in pectore clausum est, id præ nobis ferimus, Vultus enim ab animo discrepans personæ uerius est, quam vultus. Et elegãter à Seneca dictum est in Cæsarem, ut personam malit, quàm faciem: idest, ut uideri malit, quàm esse M. Tullius Tusculanarum quæstionum quinto scribit Epicurum tantummodo personam induisse philosophi. Martialis;

Mentiris iuuenẽ tinctis Lentine capillis.
Tam subito coruus, qui modo cygnus eras.
Non omneis fallis, scit te Proserpina canum,
Personam capiti detrahet illa tuo.

Neque semper tamen persona sonat in malam partem, Etenim cum scribit M. Tullius in officijs. Ponit enim personam amici, cum induit iudicis: non significat fictum amicum, aut fictum iudicem. Est autem traductum à personis histrionum.

Vtere curru, de asinis nihil laborans.

Ἀπονέμου τῆς σῆς ἁμάξης τῶν δ' ὄνων οὐ δὲν μέλει. idest,

Vtere plaustris tuis, asinosque ne curaueris.

Versus est trochaicus tetrameter. Hoc prouerbio monebant, uti suarum quisque rerum curam ageret, hisq. frueretur, alienarum negligens, atque incurius. Hinc ducta metaphora, quod quibus plaustrum est domi, nihil necesse habent deportãdis oneribus asinos aliunde conducere.

Lybica fera.

Λιβυκὸν θηρίον, i. Lybica bestia. Referẽ à Diogeniano, Dicebatur olim in hominẽ uafrum callidum, uersipellem, uarijs moribus, ancipitq; ingenio. Quod genus portẽtum Cicero Catilinam fuisse testatur. Inde natum quod in Lybia uariæ ferarũ species sæpe numero misceantur: atque ita noua quædam hinc monstra spectaculo produci soleant, Romam à prouinciæ præsidibus deportata.

Semper affert Libya mali quippiam.

Eodem fonte fluxit & illud: ἀεὶ φέρει τι λιβυὴ κακόν, i. Semper affert Lybia mali quippiam, quod inde Romam, ut diximus monstra deportarentur. Hinc & in mores, ingeniumq; gentis detorqueri potest, si quidem ut est regio uenenorum ferax, ita gentis pestilens ingenium. Peculiariter conueniet in fœdifragos, ac pactorũ nouatores.

Semper Africa noui aliquid apportat.

Huic simillimũ est illud Plinianum, quod in historia mundi refert, Libyã semper aliqd noui afferre. Quod quidẽ ideo dicebatur, quod in siticulosa regione ad unum aliquem riuum plurimæ ferarũ species bibendi gratia conuenire cogantur: inibiq; uaria mixtura uiolẽtæ Veneris, varias monstrorum formas, subindeq; nouas nasci. Porro Plinius sumpsit ab Aristotele, apud quẽ refertur lib. de generatione animalium 2. c. 5. Anaxilas apud Athenæum lib. 4. festiuiter ad rem detorsit:

Ἡ μουσικὴ δ' ὥσπερ λιβύη πρὸς τοὺς θεοῦς, Αἰεί τι καινὸν, καθ' ἑνιαυτὸν τίκτει θηρίον, i.

At musica itidem ut Afra terra per deos
Semper quotannis bestiam aliquam edit nouam.

Scimus Græcum uersum posteriorẽ nõ cõstare, sed ita habet editio Aldina, nec satis diuinamus, quomodo restitui possit, nisi forte pro καθ' ἑνιαυτὸν legendum est ἐν αὐτῇ, tametsi ne sic quidem constat metrũ, fortasse θηρίον omittendũ, & pro καθ' ἑνιαυτὸν reponendum, & pro καθ' ἑωυτὸν. Quadrabit in homines lubrica fide, semperque nouandarum rerum auidos.

Afra auis.

Λιβυκὸν ὄρνεον, i. Libyca auis. Refertur à Suida de prægrãdibus, quod ex ea regione deportẽtur aues immani magnitudine. Horatius de prælauta usurpauit:

Non

Non Afra auis descēdat in uentrem meū
Iucundior, quam lecta de pinguissimis
Oliua ramis arborum.

Nam gallinas prægrandes olim mittebat Africa, quas easdem Numidicas aues appellant. Acron uidetur de Struthione sentire, quæ & ipsa auis mira mole corporis esse fertur. Nostra quidem sententia non inepte iacietur, & in hominem peregrino cultu notabilem. Et Plautus alicubi Pœnum auem uocat, ob manicas alarum instar utrinque pensiles. Prouerbium extat in auibus Aristophanis. Interpres indicat conuenire in barbaros, ac meticuloso. Sūt enim homines prægrandes fere timidiores. Teren. Hic nebulo magnus est.

Boni pastoris est, tondere pecus, non deglubere.

HODIEQVE vulgo celebratū durat, ubi quis est exactor durior, atque instantior. Quid? Num & pellē uis? Quasi conueniat lana contentum esse. Id adagij Tiberius Cæsar auctore Suetonio aut reperit, aut certe usurpauit: Nam is admonitus ab amicis, ut prouincialibus augeret uectigalia, rescripsit, Boni pastoris esse tōdere pecus, non deglubere. Est autem deglubere, detrahere pellem. Tractum à rusticis, qui deglubere uocant, filiquam, aut folliculum excutere, & granum sua nudare tunica, unde & Catullus in obscenum sensum detorsit, ut dicat uirum à muliere deglubi. Et Apuleiana Fotis ait se uiuos homines solere deglubere. Tondent igitur, qui ita spoliant, ut fortem relinquant, unde res possit crescere. Deglubunt, qui nihil reliqui faciunt. Nam lana detonsa renascitur. Cute detracta nihil est, quod deinde possis auferre. Alexander Macedonum Rex, cognōmēto Magnus, sententiam eandem diuersa extulit metaphora. Cum enim quidam admoneret, lōge plus uectigalium à ciuitatibus auferri posse, respondit ad hūc modū: ἢ κηπωρὸν μισῶ ὃς ἐκ ῥιζῶν ἐκ τέμνοντα τὰ λάχανα, i. Et olitorem odi, qui radicitus herbas excidat. Denique hoc ipsum ἀπὸ ῥιζῶν ἢ ἀπορρίζειν, & item apud Latinos radicitus, stirpium tenus, à stirpe, ab ima stirpe, atque id genus aliæ metaphorę prouerbij naturam resipiunt.

Lucri bonus est odor ex re qualibet.

FACETA quidem, sed tñ pestilens illa uox Vespasiani, qui cum ex lotio uectigal faceret, homo turpiter auidus, superque eo facto à filio admoneretur, quod è re tā putida lucrum faceret, paullo post collectā pecuniam, filij naribus admouit, rogauitque ecquid illa puteret? Vnde Iuuenalis:

Lucri bonus est odor, ex re
Qualibet.

Ad quod alludens Ammianus lib. 22. dixit: Et lucrum ex omni odorantes occasione. Iam & Ennianus ille uersiculus, non in sermonem modo, verumetiam in animos & uitam hominum penitus abijt.

Vnde habeas, curat nemo, sed oportet habere.
Quin illud ab Horatio dictū: εἰρωνικῶς, serio sequimur.
O ciues ciues quærenda pecunia primūm,
Virtus post nummos.

Cephisodorus apud Athēnęum libro 3. docet apud poetas celebres ac sapientes uiros inueniri sententias quasdam improbatas, uelut illud apud Archilochum, πάντ' ἀνδρ' ἀποσκολύπτειν, i. Quemuis hominē excoriare siue spoliare. Apud Theodorum illud: κελεύειν μὴ πλέον ἔχειν, ἐπαινεῖν δὲ τὸ ἴσον, idest, Quod iubet plus æquo habere, laudare tamen quod æquum est. Apud Euripidem, ἢ γλῶτταν ὀμωμοκέναι φάναι, idest, Quod dixerit, inguam iurasse, quod e nobis alias dictum est. Apud Sophoclem.

Τοιαῦτα ἰσῖσι πρὸς χάριν γε κεβία
Λέγω. σὺ δ' αὐτὸς ὥσπερ οἱ σοφοὶ τὰ μὲν
Δίκαι' ἐπαίνει, τὸ δὲ κερδαίνειν ἔχει. i.

Ad gratiam tibi ista dico, haud impero,
At ipse, uti solent facere prudentes uiri,
Laudato iusta, ceterum lucro hereas.

Idē alibi dixit: μηδὲν ἔστ' σοῦ κέρδος κακόν, i. Nullum esse malum, quod cum lucro coniūctum sit. Apud Homerum, quod facit Iunonē insidiantem Ioui, quod martem fingit adulterum. Hæc Athenæus. Mirum autem populum indignari poetis aut histrionibus, siquando talia recitāt in theatris, cum magis debuerit indignari quisque sibi, quod ea sequeretur in uita, quorum commemorationem in theatro ferre non poterat.

Lucrum pudori præstat.

Κέρδος αἰσχυνῆς ἄμεινον, i. Lucrū pudori præstat. Plautus in Pseudolo: Nimio illud quod pudet facilius fertur, quam illud qd piget. Eundem sensum aliter extulit in Trinummo: Pol pudere, quàm pigere, præstat, totidem literis. Sententia bono uiro indigna, eoque illic à lenone dicitur, hic à sene. Sed commode ad persuadendum sentētiam etiam parum probam arripuit. Alioqui longe satius rei iactura, quàm famæ dispendium accipere. Hac allusit Terentius in Phormione: Non te pudet uanitatis? Nondum ob rem. Quin & hodie uulgato prouerbio iubent ualere pudorē, ubi de pecunia res agitur. Plutarchus in commentario de audiendis poetis, refert à poeta quodam, senarios hos:

Τὲ μὲν δικαίως τῶν δόκησιν ἄρρυσο,
Τὰ ἔργα τὸ πάνδρῶντος, ἐνδα κερδαναῖς. idest,
Opinionum spernito iusti, ac uirum
Quiduis agentem sequere, cum spes lucri.

Refert & hunc ex Sophocle:

Τὸ κέρδος ἡδὺ, κἂν ἀπ' ἀφιλῶν ἔῃ. idest,
Dulce est lucrum, profectum & a mendacijs.

Beata tum hyeme, tum æstate bona.

Βαῖτη καὶν θέρει, ἢ ἐν χειμῶνι ἀγαθὸν, i. Beata tum in æstate, tum hyeme bona. Suidas qui huius adagij meminit, adscribit Bętam uestis pelliceę, genus, quod in utrunque tempus uideatur adpositum. Nam hyeme depellit uentos, æstate solem. Iulius Pollux libro de rerum uocabulis septimo, inter uestes coriaceas meminit & bętæ, quam ait tunicam fuisse prælongam, quæ totum contegeret corpus. Conuenit igitur de re ad multa usui futura, ueluti de literis, quæ iuuenes iuxta ac senes ornant. Aut Philosophia, quæ in rebus prosperis arcet ab insolentia, in aduersis præstat, ne frangamur animo.

Anicularum deliramenta.

Γραῶν ὕθλος, i. Anicularum deliramenta. De nugis inanibus, cuiusmodi solent effutiri uetulæ, cum iam sexus uitio uiciū ætatis accedens, nugacitatis morbum conduplicat. Extat prouerbium apud Platonē in Theætēto, ταῦτα μὲν γὰρ ἐστὶν ὁ λεγόμενος γραῶν ὕθλος, i. Nam hæc quidem sunt, quod dici solet, anicularum nugę. Itidem Cicero in oratione pro domo sua dixit anilem superstitionem.

Ante pedes.

ANTE pedes esse dicitur, quod obuium, quodque uel præsens adest, uel imminet. Terentius:

Isthuc est sapere, non quod ante pedes modo est
Videre, sed etiam illa, quæ futura sunt
Prospicere.

Sic Pindarus ī hymno vltimo, τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄριστον αἰεὶ χρῆμα πᾶν, i. Quidquid ante pedes est semper melius. Lucianus in Pseudologista: ἢ τὰ κοινὰ ταῦτα ἢ τὰ ἐν ποσὶν ἀγνοῶν, i. Et quod hæc communia, quodque hæc passim obuia ignores. Philostratus in Phœnice: Βαδίζεις δὲ ποῖ, μετέωρος τε ἢ ὑπὲρ πάντα τὰ ἐν ποσί, idest, Quo uadis autem? sublimi uultu, cunctaque despiciens, quæ sunt ad pedes. Et παρὰ ποδὶ dicitur, quod iam instat, imminetque ἐμποδὼν esse dicitur, quod obstat, ἐκποδὼν contra, προκυλίνδεσθαι ὑπὸ ποδῶν est aliquoties apud Platonem, idest, ante pedes peruolui, quod ueluti expositum est. Veluti de republ. 4. πάλαι ὦ μακάριε φάνεται πρὸ ποδῶν ἐξ ἀρχῆς κυλινδούμενος, ἢ οὐκ ἐωρᾶμεν αὐτὸ, ἀλλ' ἢ μὲν καταγελαστότατοι, ὥσπερ οἱ ἐν ὑπνῷ χεῖρσιν ἔχοντες, ζητοῦσιν ἐνίοτε ὃ ἔχουσι, i. Iam dudum ò beate uidetur rursus ante pedes uolui, nec uidemus illud, sed fuimus ridiculi, quemadmodum solent, qui cum manibus teneant aliquid, tamen quærunt quod habēt. Non dissimili figura Maro dixit, In manibus.

In manibus terræ, non hic te carmine longo,
Atque per ambahes & longa exhorsa tenebo.

Albo rete aliena captant bona.

PROVERBII speciem habet, quod ait Plautus in Persa: Ne isti faxim usquam appareant, qui hic albo reti aliena oppugnant bona. Rete uocat calumnias quadruplatorum, & parasitorum. Album dixit, alludens ad codicillos, & dicas, syngraphasq; quibus lis intenditur, peragitur que. Nec omnino displicet, ut ad albū prætoris, quo leges & litium formulę proponebantur, respexeris. Nam leges etiam Solon aranearum texis similes esse dixit.

Ad suum quemque quæstum æquum est esse callidum.

APVD Plautum est prouerbialis sententia in Truculento, tum in Asinaria:
Ad suum quemque quæstum, æquum est esse callidum.
Quæ si transferatur paullo longius, plusculum habuerit gratiæ. Velut alius est pecuniæ appetens, alius famæ studiosus, alius voluptatum auidus, alius literarum fitiens, alius pietatem sectatur. Quisque ad uigilat ad id quod expetit.

Vel acum inuenisses.

APVD eundem Menæchmis prouerbialis hyperbole, de re diligenter uestigata: Acum credo inuenisses, si acum quæreres. Nam acus inuētu difficillima, quod ob exiguitatem facile fallat oculos quærentis.

Subuentanea parit.

Υπωέμια τίκτει, idest, Subuentanea parit. De uanis ac frriuolis inuentis. Translatum ab auibus, quæ Veneris imaginatione concipiunt oua, sed inania, hoc est, unde non gignatur fœtus. Aristophanes in Auibus:
Τίκτει πρώτιστον ὑπωέμιον νὺξ ἠ μελανόπτερος ὠόν, i.
Parit primum subuentaneum nox nigripennis ouum.
Hos conceptus potissimum accidere in his auibus, quæ sint neque veloces, neque aduncis unguibus, cuiusmodi sunt perdix, gallina, demonstrat Aristoteles lib. de generatione animalium tertio, caussam esse quod excremento magis abundār. Volaces & aduncas nec salaces esse, nec fęcundas, quod in his excrementi seminalis pars, in pennas & in ungues abeat. Concipiuntur huiusmodi fœtus aliquoties audita maris uoce, sicuti fit in perdicibus, aliquoties ex affrictu pulueris aliquoties fęminis ob inopiam maris inter se salientibus. Auctor & Plinius. Eaq; oua Græci ὑπωέμια, i. subuentanea, siue ζεφύρια uocāt, à uētō fauonio. Vnde q̄ vana sunt ἀνεμίδια, dicunt. Plato in Theęteto: ἀλλ' φέρε δὴ αὐτὸ κοινῇ σκεψώμεθα γόνιμον ἢ ἀνεμίδιον σύγχαρεν, i. Sed age iam illud cōiter dispiciamus, solidus ne partus sit an subuētaneus. Et Homer. Κακὸν δ' ἀνεμώλια βάζειν, dicta inania, & ventis similia significans M. Tullius in epis. ad Atticū, ἀνεμοφόρητα, vocat inania, quæ ventis ferantur, de gladiatoribus: De cęteris, quæ scribis ἀνεμοφόρητα, facias me quotidie certiorem.

Phrynondas alter.

Φρυνώνδας ἄλλος, i. Phrynondas alter. De improbo. Huius meminit Lucianus in Pseudomante, inter nobiles facinorosos. Phrynondas cum esset hospes. Athenis in negotijs Peloponēsiacis uersabatur, homo versutus, maleficus, impostor, summus malarum rerum artifex, ut hominis uocabulum in rei transferit appellationem. Etenim quoties insigniter malum & sceleratum accipi volebant, Phrynondam appellabant. Sic Aristophanes in Amphiareo, citante Suida:
Ω μιαρὲ, καὶ φρυνώνδα, καὶ πονηρὲ σύ, i.
Scelerate tu, ac Phrynonda, & impurissime.
Vsus est & Plato in Protagora. Meminit horum & Aeschines aduersus Ctesiphōtē: ὅτε φρυνώνδας, ὅτε Βρύβατος, ὅτε ἄλλος οὐδεὶς πώποτε ἦ παλαι πονηρῶν τοιοῦτος μάγος, καὶ γόης ἐγένετο. idest, Nec Phrynōdas, nec Euribatus, nec alius quisquam ueterum improborum unquam talis magus, & impostor fuit.

Sus per rosas.

Υς διὰ ῥόδων, idest, Sus per rosas. Quā quam in alij exemplaribus scriptum inuenitur, ὗς διὰ ῥόδων. Nobis neutra scriptura satis probatur: sed legendum arbitramur, διὰ ῥοιδῶν, ἀπὸ τῆς ῥοιᾶς, ut sit nomen diminutiuum. Rhœæ uero Græcis dicuntur mala punica. Eudemus prouerbium citat ex Crateris fabula, cui titulus: γείτονες, indicans dici solere de agrestibus, & intractabilibus. Quemadmodum sus per mala commode duci non potest.

Asinus auis.

Ονος ὄρνις, i. Asinus auis. Est apud Aristophanem in Auibus. Sumptum ab omine quodam. Quidam. n. consultus de eo, q. aduersa laborabat ualetudine, forte fortuna conspexit asinum surgentem à lapsu, simulq; alium quendā audiuit dicentem: βλέπε πῶς ὄνος ὢν ἀνέστη, i. Vide quo pacto asinus cum sit, surrexit. Id ominis arripiens ille, protinus respondit, fore ut ualetudinarius ille reualescceret. Itaq; iocatur Aristophanes, quasi & asinus auis esset, & augurij nōnihil haberet. Nec hoc prouerbium è Comędia natum est, sed à vulgo ad iocum detortum, & à comico vsurpatum. Dicetur non intempestiuè, cum ex indicio quopiam ridiculo quidpiam colligimus.

Sisyphi artes.

Σισύφου μηχαναὶ, idest, Sisyphi artes. Dicebantur vafra, versutaq. cōsilia. Aristophanes ἐν ἀχαρνεῦσιν:
Εἰπ' ἐξάνοιγε μηχαναὶς τὰς σισύφου. i.
Dein callidos deprome Sisyphi dolos.
Porro ut Sisyphus in astutiæ prouerbiū abiret, Homericus ille versus i caussa fuit:
Σίσυφος ὃς κέρδιστος ἔπι χθονίων γένετ' ἀνδρῶν, i.
Sisyphus in terris, quo nō astutior alter.
Rursus Iliados ζ.
Ενθάδε σίσυφος σκεν ὁ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν.
Ab hoc genus duxit Vlysses, quem Homerus ubiq; vafrum & callidum facit.

Homo Thales.

Ανθρωπος θαλῆς, idest, Homo Thales Ironia prouerbialis in stultum, qui sapiēs haberi studeat. Aristophanes in Auibus:
Ανθρωπος θαλῆς μέτων, i.
Homo Thales Meto.
Idem in Nebulis:
Τὶ δῆτ' ἐκεῖνον τὸν θαλῶ θαυμάζομεν, i.
Qua gratia illū proinde suscipimus Thalem?
Fuit enim Thales unus è septem Græcię sapientibus. Est & apud Plautum: Salue Thales: cum stultum significet.

Sardanapalus.

Σαρδανάπαλος idest, Sardanapalus, Huius cognomē ob insignem hominis molliciem abijt in prouerbium. Aristophanes in Auibus: τὶς ὁ σαρδανάπαλος ἐστοσὶ, i. Quis hic Sardanapalus? Fuit autē Sardanapalus Anacyndaraxis filius, rex Nini Persicæ regionis, qui eodem die Tarsum pariter, & Anchial, duas Ciliciæ ciuitates obtinuit: cęterum delicijs vsqueadeo effeminatus, ut inter eunuchos & puellas, ipse puellari cultu desidere sit solitus. Apollodorus, ut citat Aristophanis interpres, tradit eius sepulchro epitaphium hmōi literis assyrijs insculptum fuisse: ἔθιε, πῖνε, ὀχοῦ· ἄλλα δ' ἐνὸς ἐστὶν ἄξια, i. Ede, bibe, vtere Venere, nā cętera sūt nihil. Suidas hac forma refert ex Callisthene: σὺ δὲ ὦ ξένε ἔθιε καὶ πῖνε καὶ παῖζε, ὡς τάγε ἄλλα ἀνθρώπεια, οὐκ ὄντα τούτου ἄξια. i. Tu uero hospes, ede, bibe, lude, tanquam cęteras res humanas, huius non faciens.

Quid tandem non efficiant manus?

ARISTOPHANES in Auibus:
Τὶ δῆτα πόδες οὐκ ἂν ἐργασαίατο. i.
Quid est, q̄ haud effecerint demū pedes?
Interpres ostēdit adlusum esse ad huiusmodi prouerbium:
Τὶ δῆτα χεῖρες οὐκ ἂν ἐργασαίατο, idest.
Quid denique est, quod manibus effici haud queat?
Admonet nihil esse rerū omniū, quod arte, quod industria nō efficiatur. Cęterū quod scripsit Aristophanes, aptè torseris in milites ignauos, quibus omne præsidium & spes salutis non in manibus, sed in pedibus sita est.

Testa collisa testæ.

TESTA testæ collidi dicitur, cum duo conflictantur utriusque malo. Aristophanes in Pace:
Καὶ πίχος πληγεὶς ὑπ' ὀργῆς ἀντελάκτισεν πίδῳ. i.
Ac recalcitrans per iram testa testam vulnerat.
Talis est ferè conflictatio regum, inter se belligerantium, qualis ollæ cū olla collisio. Nonnunquam perit uterque. Certè neuter absq; grauissimis damnis discendit.

Animus est in corijs.

ARISTOPHANES ἐν εἰρήνῃ:
Η πάντομεν ταῦτ' ἀλλὰ συγγνώμην ἔχε,
Ο νοῦς γὰρ ἡμῶν ἦν τότ' ἐν τοῖς σκύτεσι. i. In his quidem fum lapsus, at ueniam da bis,
Nam mens profecto nostra tum in corijs erat.
Quamquam alias huius prouerbij meminimus. Simillimum est illi Terentiano: Animus est in patinis. Item illud, quod legimus apud Athenæum libro Dipnosophistarum primo:
Οὐδ' ἂν λέγη τις, ὀδαμῶς μάθοιμεν ἄν,
Ο νοῦς γὰρ ἐστὶ τῆς γραπέζης πλησίον. i.

Ne quis loquatur, capere nunquam quibimus,
Nam mens quidem ipsa mensæ adhæret proxima.

Interpres admonet huius prouerbij, ἐπὶ σκύτη βλέπει, de his, qui iam ad bellũ spectant: quemadmodum alio demonstratum est loco. Licebit uti, cum ob sollicitudinẽ erit aliquis ad id, quod agitur ĩ præsentia, parum attentus,

Quibus nec ara, neque fides.

ARISTOPHANES ἐν ἀχαρνεῦσιν:
Οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει.
.i. Queis nec ara, nec fides, nec vlla durant fœdera.

De uehementer perfidis. Dictum est in Spartanos, quorum perfidiam taxauit Euripides:
Σπάρτης ἔνοικοι δόλια βουλευτήρια. i.
Spartæ incolæ, dolosa consultamina.

Nunc in aulicos non omnino pessime quadrat.

Salem lingere.

Αλα λείχειν, idest, Salem lingere dicũtur, qui perquam tenuiter uictitant. Sic enim Persius:
Vare regustatum digito tenebrare salinum,
Contentus perages, si cum Ioue uiuere pergis.

Diogenes cũ à Cratero prædiuite quodam inuitaretur, ut ad se ueniret, usurus hospitio suo, suaq; liberalitate, respondit se malle salẽ Athenis lingere, quàm apud illum opiparis mensis frui. Itidem Plautus in Curculione: Hodie apud me nunquam delinges salem.

Pedere thus.

Βδέειν λιβανωτὸν, i. Pedere thus. Prouerbii spẽm habet. Accommodabitur in hos, quorum & uitia placent, aut ipsis, aut aliis impendio amantibus. Facit enim hoc φιλαυτία, ut unicuique sua placeant, arrideantq. etiam si sint putidissima. Facit itẽ hoc amor immoderatus, ut polypus etiam Agnæ delectet Balbinum: ueluti scripsit Horatius. Aristophanes in Pluto:
Οὐ λιβανωτὸν γὰρ βδέω. i.
Non soleo thura pedere.

Quadrabit & in assentatores, turpissima pro honestissimis laudantes.

Pro cæco exoculatus est.

OMNES huiusmodi facetiarum formulæ pertinent ad adagiorum naturam, cum uidemur corrigere quod dictum est: sed altero uerbo, quod vel idem polleat, uel magis etiam lædat: ueluti si quis dicat: Non furatus est, sed inuolauit. Non furatus est, sed rapuit. Aristophanes in Pluto:
Μῶν οὐ κέκλοφας ἀλλ' ἥρπακας, i.
An non furatus es, sed rapuisti?

Idem in eadem fabula:
Αντὶ γὰρ τυφλοῦ ἐξωμμάτωται,
Ludit enim seruus ambigua voce ἐξωμμάτωται, quę declarat & oculis donatum Plutum, & exoculatum.

Prius lupus ouem ducat uxorem.

ARISTOPHANES ἐν εἰρήνῃ:
Πρίν κεν λύκος οἶν ὑμεναιοῖ. i.
Ante lupus sibi iunget ouem.

De his, inter quos insanabile dissidium. Consimili figura dixit Horatius:
-Sed prius Apulis
Iungentur capræ lupis:

Plautus in Pseudolo: Vt mauelis lupos apud oues linquere, quàm hos domi custodes. Ad rem relatum erit lepidius: qd genus si dicas, non cohærere pecuniæ studium, cum studio literario, adq; eam sententiam accommodes prouerbium.

Sphondyla fugiens pessime pedit.

IDEM in eodem ferme loco:
Ως ἡ σφονδύλη φεύγουσα πονηρότατον βδεῖ. i.
Vt feles quoties fugitat, male pedere sueta est.

In eos quadrabit, qui discedunt non citra infamiam. Sphondyla insecti genus, odoris teterrimi. Plinius lib. 27. cap. 13. meminit Sphondylæ serpentis, quæ radicibus arborum sit infestissima: cęterum genus quod nam sit, non explicat. Est autem serpentis huiusmodi species, exiguo corpore, & subnigro, quæ emoriens grauissimum odorem emittit. Hesychius docet apud Atticos spondylen dici felẽ. Est apud Aristophanem γαλῆς δρυμίτερον, de acido uentris flatu.

Nunquam efficies, vt rectè ingrediantur cancri.

ARISTOPHANES in Pace:
Οὔποτε

Οὔποτε ποιήσεις τὸ καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν,
Οὐδ' ἐπὶ τοῦ παραχθέντι ποιήσοις ὑστερον οὐδέν. idest,
Ambulet vt cancer recta, haud effeceris unquam,
Nec quidquam efficies, ubi res erit ante peracta.

Hoc uelut oraculum poeta facetus pronunciat, quod à natura sit insitum, nullo corriges negotio. Nam cancris genuinum oblique ingredi. In quorum altero carmine tangit adagium, quod superius dictum est: Actum negas.

Κορυβαντιᾶν.

Κορυβαντιᾶν. pro insanire dixit Aristophanes in Vespis.
Αλλ' ἢ παραφρονεῖς ἐτεὸν ἢ κορυβαντιᾶς. i.
Aut uere insanis, aut Corybantiaris.

Hanc uocẽ frequẽter usurpat Lucianus in Timone epistolis saturnalitijs, Lexiphane, Hermotimo. Sumptum est à Corybantibus Cybeles cultoribus, qui sacro correpti furore cymbala pulsant, alios item in similẽ agẽtes rabiem. Quod idem alias uocat: κοκοδαιμονᾶν, quasi malo duci genio.

Calculo mordere.

Ψήφῳ δάκνειν, i. Calculo mordere, dicũtur qui suffragio lędũt, aut ulciscuntur hominem Aristophanes ἐν ἀχαρνεῦσι:
Βλέπουσιν οὐδὲν ἄλλο πλὴν ψήφου δακεῖν. i.
Spectant, id unũ, ut mordeant suffragio.

Siquidem hac uia potissimũ plebei uindicabant, si quid essent offensi, refragabantur in concione, cum calculis ferrẽtur suffragia. Proinde mordebant nõ dente, quod tutum non erat, sed calculo.

Charybdis, Barathrum.

HYPERBOLAE prouerbiales sunt & hæ, cum hominem maiorem in modũ edacem, bibacem, rapacem, heluonẽ, Charybdim, aut Barathrum uocamus. Aristophanes in Equitibus:
Καὶ τελώνην καὶ φάραγγα, καὶ χάρυβδιν ἁρπαγῆς. idest,
Et Thelonen & Barathro, & rapinæ gurgitem.

Huc adscribendũ opinamur, quod Diogenes, auctore Laertio, uentrem, τὸν βίον χάρυβδιν, i. Facultatem Charybdim uocauit. Horatius de lurcone quodam:
Ingluuies, & tempestas, barathrumque macelli.

Lingua seorsum inciditur.

ARISTOPHANES in Pace:
Ηγλῶττα χωρὶς τέμνεται. idest,
Lingua ipsa seorsum inciditur.

Interpres admonet prouerbialiter dictũ. Sumptum autem ex Homero Odyssęæ γ.
Αλλ' ἄγε τέμνετε μὲν γλώσσας. idest,
Eia age iam linguas incidite.

Eiusque sentẽtiæ Callistratum citat auctorem. Rursum in Pluto:
Ηγλῶττα τοῦ κήρυκος τούτων τέμνεται. i.
Præconibus horum lingua præcidi solet.

Callistratum, ut citat interpres, tradit olim in sacrificijs linguam exactam præconibus dari solitam, Nam aliqui sunt qui dicãt, ex uictimis mercurio deberi linguã. Est autẽ in Aristophanis uerbis ἀμφιβολία, non infaceta, quod lingua utrolibet referri potest, uel ad boues, uel præcones. Interpres admonet adlusum esse ad prouerbiale dictum: ἡ γλῶττα τοῦ κήρυκος, i. Lingua præconi, Quo recte uidebimur, usuri, cum premij nonnihil deberi significabimus, qui in conficiendo negotio pro sua uirili in partem adiumento fuit, aut ἀγγέλιον dandum læta nunciati. Sic enim uocat Homerus mercedulam, quæ dari consueuit lætum adferentibus nunciũ. Apud Plutarchum Antipater, cum incidisset mẽtio de Demade iã senio imbecilli fractoq;, Velut, inquit, ex immolata uictima, solus uenter & lingua superest. Apparet linguã ceu prophanum membrum sacris adhiberi non solere. Et Pittacus Amasidi regi mittit è uictima linguam, ut membrum pessimum & idem optimum. Præcones autẽ habent linguam uenalem, & in sacrificijs admonebãt populũ ut linguis faueret. Plautus in Prologo Pœnuli: Exerce uocẽ, quã peruis, & colis. Nam nisi clamabis, statim te obrepet fames.

Non capit somnum, nisi hoc, aut illud fecerit.

SVNT duæ figuræ prouerbiales, quibus intẽperantem, atq; impotentẽ rei cuiuspiã cupiditatem significamus. Altera est apud Aristophanem in Vespis, huiusmodi:
Ηνμ' ὑπὸ τοῦ πρώτου καθίζηται ξύλου
Υπνος δ' ὁρᾷ τῆς νυκτὸς οὐδὲ παππάλιον.
.i. Ligno nisi sors primus ille adiederit
Somni uidet nil nocte, non uel paspalam.

Primum lignum dixit, primum gradum.

Paſpalam autem Græci uocant minutiſſimum aliquem farinæ puluiſculum. Ad eũdem modum Iuuenalis:

-Quibuſdam
Somnum rixa facit,

Altera eſt apud Maronem in Bucolicis:

Quod ſi non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes.

Ventre pleno melior conſultatio.

PLVTARCHVS Sympoſiacon libro ſeptimo, citat hoc carmen:

Γαστρὸς ἐμπλείης βελτὴ ἡ μὴ ῆις ἀμείνων

.i. Conſultatio tum melior, cum expleueris aluum.

Cum fames interpellat, non uacat deliberare, propterea quod conſultatio morã deſiderat, & animi tranquillitatẽ, at fames bilem acuit. Poteſt & huc torqueri, prius agẽdum quod inſtat & urget, deinde de futuro deliberandum. Congruet & in illos, qui bene poti conſultant de rebus grauiſſimis, quem morem Herodotus libro primo tradit fuiſſe Perſis. Item Perſius:

Ecce inter pocula quærunt.
Romulidę ſaturi qd dia poemata narrẽt.

Anno ſenior fio.

QVOTIES aliquid nobis magnopere moleſtum ſignificamus, ſeneſcere nos etiã vulgo dicimus. Ariſtophanes in Ranis:

Μὴ νῶν ποιήσῃ. ὡς ἐγὼ δεῶμαι τοῦ,
Ὅταν τὶ τούτων τῶν σοφισμάτων ἴδω,
Πλέον ἐνιαυτῷ πρεσβύτερος ἀπέρχομαι.

.i. Faxis caueto, quippe quoties conſpicor
Iſtiuſmodi negotiorum quidpiam,
Diſcedo, crede, ſenior anno protinus.

Tædio uero, moleſtiaq; conciliari ſeniũ indicat etiam Homerus:

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι. id eſt,

Illico mortales inter mala multa ſeneſcunt.

Tauricum tueri.

Βλέπειν ταυριδόν, i. Tueri taurine, pro eo, quod eſt: torue. Ariſtophanes in Ranis:

Βλέψον δ' ἐν ταυριδὸν ἐγκύψας κάτω. i.

Itaque ore prono contuetur tauricum.

Plato demonſtrat hũc Socrati fuiſſe morem taurinis oculis obtueri. Et Virgilius bouem toruam uocat:

-Optima toruæ
Forma bouis.

Expedit habere plura cognomina.

ARISTOPHANES in Pluto:

Ὡς ἀγαθὸν ἐς' ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν. i.

Vt expedit, ſi plura habeas cognomina.

Conuenit in eos, qui multa ſimul profitentur, quo quæſtum faciant vberiorem. Aut qui diuerſarum ſunt partium. Quemadmodum ueſpertilio in apologis aliquando mus eſt, aliquando auis. Dictum eſt autem in Mercurium, cuius uaria ferũtur cognomina. Vocatur enim τροφαῖος, uel qd̃ bene uertat negotia, uel quod ſubdolus ſit ac uerſipellis, ἐμπολαῖος, qd̃ auctionibus, ac mercimonijs preſit: ἡγεμόνιος, quod viẽ dux, ut apud Homerum Priamo: δόλιος, quod impoſturæ, præſtigiarumque repertor: κερδῷος, quod lucris augeat negotiatores, ἐναγώνιος, quod in certaminibus p̃conis uice fungatur, διάκονος, quod deorum miniſter. Ferũtur item & Bacchi permulta cognomina. Prouerbium non inſcite torquebitur & in iſtos.

Λιμοδωριεῖς.

Λιμοδωριεῖς. In prouerbiorum collectaneis, quæ Plutarchi nomine feruntur, huiuſmodi reperitur fabula. Cum aliquando Peloponneſus annonæ laboraret inopia, quidam urgente fame, collectis ſarcinis, in de demigrarunt, ij cum incertis ſedibus huc atque illuc uagarentur recepti ſunt in ciuitatem à Tripolitis. Tripolis autem ea in Rhodo eſt. Nomen igitur inditum illis, ut dicerentur λιμοδωριεῖς. Heſychius addit ex auctoritate Didymi eos qui iuxta Oetam accolebant, ſic uocatos, quod ob terrę ſterilitatem frequenter, cum fame rẽ habebant. Δωριεῖς Græce dici uidentur à dono & eundo. Itaque qui uagantes famem adferebant λιμοδωριεῖς dicti ſunt. Alioqui Dores non ſunt in Peloponneſo, ſed inter Locros & Ætolos, auctor Strabo lib. 9. Quadrabit igitur in eos, qui fame adacti, aliquo demigrant. Feſtus Pompeius admonet homines exili re, tenuiſque fortuna dictos olim Canalicolas, quod circa canales fore conſiſterent.

Tribus bolis.

PLAVTVS in Curculione. Si uis tribus bolis, uelim chlamidẽ. Tribus bolis, dixit pro cõpendio, quaſi tribus uerbis. Nã bolũ Terentius accipere uidetur pro eo, quod Græci

Græci uocant βλωμόν. Quod autem conti nuo deuoratur, tribus bolis edi dicitur.

Velut vmbra ſequi.

Ὥσπερ σκιὰ ἕπεται, id eſt, Velut umbra ſequi. Dicitur qui nuſquam deeſt. Nã umbra corpus adſectatur, uelit, nolit. Plautus in Caſina: Decretum eſt mihi quaſi umbra quoquo ibis tute, perſequi. Vnde adſeclas indiuiduos, umbras uocamus, & ultro comitantes ad conuiuiũ, ut indicatum eſt alibi, in prouerbio Vmbræ M. Tullius li. Tuſculanarum quęſtionum 1. Etſi enim nihil in ſe habeat gloria, cur expectatur, tamen uirtutem tanquam vmbra ſequitur.

Ne nummus quidem plumbeus.

NVMMVM plumbeum hyperbole prouerbiali, pro minimo pecunię ponũt. Plautus in Caſina: Cui homini hodie peculi nũmus non eſt plũbeus. Idem in Trinummo: Cui, ſi capitis res fiet, nummum nunquam credam plumbeum. Confine illi, quod eſt apud eundem in Captiui duo:

Neque ridiculos iam terunci faciunt.
Quamquam hoc alio dictum eſt loco.

Satietas ferociam parit.

NICOLAVS Stobæus in collectaneis ſuis hanc ſententiã prouerbij titulo citat: τίκτει κόρος ὕβριν, ἀπαιδευσία δὲ μετ' ἐξουσίας ἄνοιαν. i. Parit ſacietas ferociã, imperitia cum poteſtate coniuncta, inſaniã. Tollit animos opulentia, quod ſi ad inſciti am accedat poteſtas, iam res ad inſaniam uſque procedit. Concinit cum illo: Fœnũ haber in cornu. Pindarus in Olympiis inuertit ſententiã, dicẽs ὄβριν κόρα μητέρα. id eſt, Ferociam matrem ſacietatis. Sed reprehenditur ab interprete, qui magis adprobat Homeri verſum:

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν τὰν κακῷ ὄλβος ἔποιτο. id eſt,

Fauſtum copia gignit, opes ubi prauus adeptus.

Cętera hũc uerſum non legimus apud Homerum, nec uidetur illi γνήσιος, certè, quod cõſtat, extat in ſententiis Teognidis.

Quid cæco cum ſpeculo?

Τί τυφλῷ καὶ κατόπτρῳ, i. Quid cæco cum ſpeculo? Finitimum illi: Nihil cum ſidibus graculo. Citatur à Stobæo uerſiculus ex Epicharmo:

Τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία, i.

Luminibus orbo, cũ ſpeculo quid eſt rei?
Quorſum opus eſt libris illiterato? quo regnum iuueni ſtulto? quo diuitias ei, qui neſciat uti?

Miſeram meſſem metere.

MALAM metere meſſem, eſt pro malefactis luere pœnas. Non admodum abhorret ab eo, quod alibi retulimus: Vt ſementem feceris, ita & metes. Stobæus hoc carmen citat ex Euripidis Ione:

Καὐνῶν ἐφέλκετ' ᾧ κακοὶ τιμᾶς βροτοί,
Καὐκτᾶσθ πλεῖστον πάντοθεν θηρώμενοι,
Σύμμικτ' ἀμὴ δίκαια καὶ δίκαια ὁμῶ,
Ἐπεὶ ντ' ἀμᾶδε τὰ δὲ δυσλιον θέρος, i.

At nunc honores ò ſceleſti acceſſitis,
Et opes paratis aucupantes undique
Promiſcue per fas, nefaſque poſtea
Meſſem metitis ob iſta triſtem, & aſperã.

Aeſchylus in Perſis:

Υβρις γὰρ ἐξανθοῦσ' ἐκάρπωσε σάχυα
Ατης, ὁθεν πάγκλαυστον ἐξαμᾶ θέρος, i.

Florens enim ſpicam tulit ferocia
Noxæ, unde prorſum flebilem meſſem metit.

Plato ĩ Phędro: ποῖον τίνα οἴει μετὰ ταῦτα τὴν ῥητορικὴν καρπὸν ἂν ἔσπειρε θερίζειν id eſt, Qualem putas poſtea rhetorice meſſem meſſura eſt, quam ſeminauit. Ariſtoteles rethoricorum tertio, citat ex Gorgia: σὺ δὴ ταῦτα αἰσχρῶς μὲ ἔσπειρας, κακῶς δ' ἐθέρισας, id eſt, Tu quidem hæc turpiter ſeminaſti, & miſere meſſuiſti.

Venimus ad ſummam lineam.

EVRIPIDES in Antigone:

Ἐπ' ἄκραν ἦκομὲν γραμμὴν κακῶν, i.

Deuenimus ſummam ad malorũ lineam.

Item Horatius:

Venimus ad ſummum.

De linea ſtadiorum, & luſus, dictum eſt alibi non uno loco.

Saburratus.

PLAVTVS in Ciſtellaria, nouè quidẽ, ſed admodum eleganter dixit ſaburratus, pro onuſtus cibo. Sumpta metaphora à nauibus, quas onerant arenis, aut argilla, ne iactentur, uacillentq; in fluctibus. Quod inter adagia non retuliſſemus, niſi etiam vulgo paſſim diceretur. Plauti uerba sũt hæc: Idem mihi, magnæ quod parti eſt uitium

mulierum, quæ nunc quæstum facimus. Quæ ubi saburratæ sumus, largiloq; extēplo sumus: plus loquimur, quam sat est. Venustius fiet, si longius detorqueatur: ueluti si quis aures saburratas dicat, alicuius multiloquio. Aut animus philosophiæ præceptis saburratus, ne rerum tempestate iactetur.

Palpari in tenebris.

Ψηλαφᾶν ἐν τῷ σκότῳ, i. Manu tētare in tenebris. Dicuntur qui rem obscuris ve stigant coniecturis. Aristophanis in Pace:

-Πρὸ τ̄ μὲν ἦν
Ἐψηλαφῶμεν ἐν σκότοις τὰ πράγματα,
Νυνὶ δ' ἅπαντα πρὸς λύχνον βυλλόσομεν.

.i. Antehac negotia,
Velut in tenebris manibus attētauimus,
Nunc ad lucernam cuncta pensitabimus.

Allusit poeta ad Hyperboli artificiū, q̄ ex lychnopola, idest, lucernario factus fuit Imperator. Vsurpat idem prouerbiū Plato in Phædone. Quod quidem & hodie dicitur de coniecturis incertis, ψηλάφει.

Muscas depellere.

Mvscas depellere, etiā hodie vulgato ioco dicitur, qui otioso, atque inutili fungitur officio. Aristophanes in Vespis:

Ἀλλὰ φυλάττει διὰ χειρὸς ἔχων καὶ τὰ μυῖας ἀπαμύνειν, i.

Imo cauet præ manu habens, etiam muscas depellere curans.

Simia fucata.

Πίθηκος ἀνάπλεως ψιμυθίου, i. Simia plena fuci. De deformi anu, fucata tū, & meretricijs culta lenocinijs. Nā ψιμύθιον Græcis appellatur color ille, quo quondā meretrices, nūc honestæ etiam, si dijs placet, matronæ faciem oblinunt, quo senectam, ac formæ uitia dissimulent. Aristophanes:

ἐν τ̄ ἐκκλησιαζούσαις.

Πρότερον πίθηκος ἀνάπλεως ψιμυθίου,
Ἢ γραῦς ἀνεσηκυία παράγει τ̄ νεκρῶν, i.

Vtrum ne uarijs picta fucis simia?
An anus ab imis huc reuersa manibus?

Potest ad rem accōmodari, ueluti si quis turpem caussam, orationis phaleris adornet, vt honesta uideat. πιθηκίζειν est fucis, aut blādiritijs fallere. Vnde πιθηκισμός. Aristophanes in Equitibus:

Οἴμοι τάλας, οἵοις τι θυκίσμοις μὲ θεραπεύεις, i.

Me miserum cuiusmodi pithecismis me circum agis.

Ζοφοροδόπιδες. & similia.

Plvtarchvs in Symposiacis ostendit olim cognomina quædam prouerbiali ioco iactata fuisse in eos, qui serius ac cunctantius ad conuiuium accederent. Dictos .n. tum κωλυσιδείπνους, tum ζοφοροδόρπιδας, tū πρεχεδείπνους. Quorum noium rationem si coniectare licet, hanc esse putamus, q̄ qui cunctarentur adire, hi, quod alijs essent in mora, impedimento esse videbantur, quo minus illis cœnare liceret: deinde quod lentitudine sua efficerent, ut conuiuium ad noctem usque proferretur. Tertium cognomē κατ' ἀντίφρασιν, attributum apparet. Negat autem apud Plutarchum quispiam Pittacum ab Alcęo Zophorodorpidem appellatum, quod serius iniret conuiuium, sed quod sordidis ac plebeis computationibus gauderet. Antiquitus autem inelegans, ac parum urbanum habebatur, si quis ad conuiuium rogatus, tardius aduenisset. Vnde Polycharmus in apologia, qua uitæ suæ rōnē reddit Athenienſibus, illud in laudem suā interposuit: ἄνδρες ἀθηναῖοι τἄλλα κ̄ πρὸς τ̄ θεοὺς ὁδέ ποτε κληθεὶς ἐπὶ δεῖπνον ἥκατος ἀφικόμην, i. Adhæc insuper Athenienses, numquam ad cœnam accersitus, post tēpus accessit. Huius opinionis Battus quidā scurra non illepidè caussam aperuit apud Cæsarē. Consueuit enim is, qui tardius ueniret ad conuiuium, ὀπθυμοδείπνους appellare, quasi dicas, conuiuiorum appetentes, propterea quòd cum essent occupati negotijs: ob cœnarum tamen cupiditatem non excusarent ijs, a quibus rogarentur. Huiusmodi fermè Plutarchus. At Terentius in Se excruciante, indicant inciuile fuisse, statim & ante tempus adesse conuiuam, cum Chremes ait illos iam dudum præsto esse domi suæ, seq; ipsum in mora conuiuis esse, nimirum indicans contra fieri solere. Apud Aristophanem in Concionatricibus huc alluditur aliquoties, ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἔρχομαι. i. Ad cœnam venio. In eadem, ἐπάσομαι μέλος τι μελοδειπνικόν, i. Accinam melos aliquod cœnaticum.

Cui ista adrident, meis ne gaudeat.

Aristophanes in Nubibus:

Ὅς τις

Ὅς τις ἐν τούτοισι γεμᾷ, τοῖς ἐμοῖς μὴ χαιρέτω, i.

Proinde risum cui ista pariunt, is meis ne gaudeat.

Prouerbij spēm habet, quo licebit uti, cum ingens interesse discrimen significabimus inter nostras & aliorum rationes. Græcus uersiculus claudicat vna syllaba. Plenus erit, si pro γελᾷ legas γελάει. Contrarium huic illud Maronis:

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui.

De ijs, quæ eiusdem sunt farinæ, & ex æquo contemnenda.

Βωμολοχός, Βωμολοχιδεύς.

Βωμολοχοί, proverbiali conuicio dicebantur scelesti, & improbi. Quod nominis olim inditum uidetur ijs, qui obuersantes circum aras, uictimis tendere cōsueuerunt insidias: aut qui ob id rem diuinam facerent, quod ex aliorum accusatione cōpendij nonnihil auferrent. Nam huiusmodi mortalium non Iuppiter audit apud Lucianum in Icaromenippo. Dicuntur item βωμολοχοί, qui cum res diuina peragitur, non faciunt uota dijs, sed nugas inanes deblaterant. Qui mos hodie magnatib. præcipue placet. & illud admodum ciuile putant, si inter sacrificandum assiduè cuipiā ad aurem obganniant. Aristophanes in Nebulis: καὶ βωμολόχος.

Idem in eadem fabula:

Εἰ δὲ τὶς αὐτὸν βωμολοχιδεύσετ', ἢ κάμψειέ τινα καμπίω, i.

Si quis eorum homolochum egerit, & flexum aliquem flexerit.

Quanq̄ in hoc ipso καμπίω τίνα κάμπτειν subest prouerbij color. Idem in Equitibus: ὦ θυμέ, νυνὶ βωμολόχον ἐξηύρετι, sentiēs aduersariū excogitasse quidā egregiè scelestum, q̄ βωμολόχον appellat, quasi insigniter adulatoriū. Vox deducta uidetur a βωμὸς altari, & λόχος insidiis, quod nec illic desint, qui cibos suffurentur, aut mendicando petant. Hinc translatum est ad abiecte adulantes uentris gratia. Vnde dicta sunt βωμακιδίματα κ̄ βωμολοχιδίματα pro sordidis adulationibus. Interdū βωμολόχοι vox tribuitur aruspicibus, diuinis, tibicinibus, & huic hominum generi, quod nidorem altaris sequitur. Denique uocis usus transijt ad omnes, qui improbis artibus uenantur quæstum.

Prius, quam gallus iterum cecinerit.

Πρὶν ἢ τὸ δεύτερον ἀλεκτρυὼν ἐφθέγξατο. .i. Prius, atq; gallus cantet iterū cristiger.

Græcus uersiculus cōstabit, si pro ἀλεκτρυὼν legas ἀλέκτωρ idest, Admodum mane & Antelucano. A prisca consuetudine sumptum, qua noctis deliquim, & accessum diei, galli cantu metiebantur, gnomonibus horarijs nondum repertis. Gallus autem tribus interuallis canit, prænuncians diem. Qua de re Plinius, libro decimo, capite vigesimoprimo. Et hi nostri uigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus, rumpendoque somno natura genuit. Norunt sidera, & ternas distinguūt horas interdiu cantu. Cum sole eunt cubitum. Quartasq; castrensi uigilia ad curas laboremque reuocant. Nec Solis ortum incautis patiuntur obrepere. Diemque venientem nunciant cantu, ipsum vero cantū plausu laterum. Hactenus Plinius. Cur autē id accidat gallis, Democritus apud M. Tulliū concoctionem in caussa esse putat, quod id temporis cib. a pectore depulsus in omne corpus digeritur. Poetæ ad fabulā referūt, cuius meminit Lucianus in Gallo. Sed magis arridet Ambrosij Leonis Nolani ratio. Hic in quæstionibus suis gallorum cātum à peculiari quadam salacitate proficisci putat. Esse enim hoc animal præ ceteris gallinis deditum, ac uelut uxoriū, mireq; sollicitū de sobole quàm maximè propaganda, adeo ut unus gallus compluribus gallinis perficiatur, tātamq; turbam unicus maritus impleat, tum pro feminis, ac pullis acerrimè depugnet. Porrò cātum gallorum ab imaginatione Veneris proficisci, uel illud satis arguit, quòd prius quā ineundis gallinis maturi sint, fileant. Ex reliquis item auibus pleræq. in coitu, coitusve desiderio uocem edunt, ut Anates, Passeres, Hirundines, Perdices. Vox autē maris in auium genere tantam vim habet ad incitandam Venerem, ut quædam hac audita tantum, concipiant oua. Quo in numero sunt perdices. Gallus itaque dilabente iam per viscera cibo, somnoq; discedente, quo tempore corpora sua sponte cōcitantur, ad Venerem statim gallinarū meminit, quoq; copiosior sit fętura, cantus illecebra prouocat. Quod ātē subinde canit, in caussa est, quia galli somnus est interfectus, minimesq; perpetuus, maximeq; cū vī

gent

gét ætate, ut intelligas, & hoc à falacitate proficisci. Sed ut ad interpretationem adagij recurramus, ueteres initium diei à prima medię noctis inclinatione ordiebant, proximum tempus gallicinium uocabant, quod id temporis lucem multo ante præsentientes incipiunt canere. Tertium conticinium, cum & galli conticescunt, & homines etiam tum quiescunt. Quartum diluculum, cum incipit dignosci dies. Quintum mane, cũ clarus iã dies exorto Sole. Itaque secundus gallorum cantus, multo Solis exortum anteuenit. Hinc Iuuenalis.

Quod tamen ad galli cantum facit ille secundi
Proximus ante diem caupo sciet.

Consimiliter Aristophanes in Concionatricibus:

-Πόθεν
Οὐδ' εἰμὰ δία τὸ τ' ἦλθες, ὅτε τὸ δεύτερον
Αλεκτρυὼν ἐφθέγγετο, i.
Minime gentium.
Ne si quidem te illo adpulisses tempore,
Cum gallus iterum caneret.

Ne allij quidem caput.

PROVERBIALIS hyperbole, Οὐδὲ σκόρδου κεφαλὴν δέδωκεν, i. Ne allij quidem caput dedit. Aristophanes in Vespis:

Οὐδεὶς οὐδὲ σκορόδου κεφαλὴν τοῖς ἐψητοῖσι δίδωσι, i.
Nemo vel allij caput addit coctis.
Conueniet in sordidum, & impendio parcum.

Ruminare negotium.

Αναμάσασθαι τὸ πρᾶγμα, idest, Ruminare seu remandere negotiũ: dicitur qui suo cum animo uersat, etiam atque etiam expendens: sumpta metaphora ab animantibus, qui cibum in os reuocatum denuo mandunt, atque ita demum in alterum ventrem traijciunt. Nam id non accidit nisi iis, quibus duo sunt uentres. Aristophanes in Vespis:

Μολὶς τὸ πρᾶγμ' ἔγνωσαν ἀναμασώμενοι, i.
Vix caussa cognita est, ubi ruminauerãt.

Id ét appellant ἀναπεμπάζειν. Vsurpat hoc adagium & Lucianus quodã in loco.

Mordere labrum.

Εσθίειν τὰ χείλη, id est, Comedere labra, uel hodiernis tpibus uulgò dicitur, qui stomachatur, animoq; ringitur, sumptum ab indignantium gestu. Aristophanes in Vespis:

Υπ' ὀργῆς τὼ χέλιωλω ἐσθίων, i.
Comedens labra præ iracundia.

Sic & Homerus Odysseæ υ.

Οἱ δ' ἄρα πάντες ὀδὰξ ἐν χείλεσι φυῶντες, i.
Ast hi labra suis presserunt dentib. oẽs.

Lesbiari.

Λεσβιάζειν antiqtus polluere dicebãt. Aristophanes in Vespis:

Μέλλουσαν ἤδη λεσβιεῖν τοὺς ξυμπότας, i.
Quę combibones iam suos contaminet.

Aiunt turpitudinem, quæ per os peragitur, fellationis, opinamur, aut irrumationis, primum à Lesbijs auctoribus fuisse perfectam, & apud illos primum omnium fęminam tale quidã passam esse. Interpres huius rei testẽ citat Theopõpũ in Vlysse: ἵνα μὴ τὸ παλαιὸν τοῦτο καὶ θρυλλούμενον δι' ἡμετέρων σωμάτων εἴπω σόφισμα, ὃ φασὶ πᾶσας λεσβίων ῥεῖν. idest, Vt ne uetus illud, ac vulgo iactatum inuentum ore nostro proloquar, quod aiunt Lesbios reperisse. Citat & Stratidem in Troilo:

Μήποτ' ὦ παῖ ξένος ἐς τ' αὐτὸ μάκης
Αλλὰ παραδοὺς τοῖς λεσβίοις χαίρειν ἔα, i.
Nequando filij Ionis hucusque peruenias, uerum hoc Lesbijs relinquas, ac valere finas. Senarij duo uidentur, sed non nihil deprauati. Innuit idem Aristophanes: ἐν ἐκκλησιαζούσαις.

Δοκοῖς δέ μοι καὶ λάβδα κἀν τοῖς λεσβίοις. i.
Mihi at uidere labda iuxta Lesbios.

Allusit autem ad communem literam, quæ prima est & Lesbijs, & obsceno verbo λειχάζειν. id, ni fallimur, tale quidam est Græcis, quale fellare Latinis. Nam vox ét num manet, tametsi rem iam olim è medio sublatam arbitramur.

Pyrrhichen oculis præseferrens.

Πυῤῥίχλω βλέπειν, i. Tumultũ ac bellũ vultu præseferre, inde dictũ, quod Pyrrhiche saltationis genus est, quod ab armatis pueris peragebatur, ut testis est Athenęus lib. Dipnosophistarum 14. ostendens in ea belli imaginem repræsentari, impetum & ardorem adorientium, & celeritatẽ fugientiũ. Et Aelius Spartianus in Adriano, Militares, inquit, pyrrhichas populo frequenter

ter exhibuit. Tranquillus item Pyrrhiches meminit: Pyrrhichen saltauerunt. Asiæ Bithyniæq; principum liberi. Iulius Pollux libro quarto, capite 14. inter uaria saltationum genera cõmemorat ἐμμέλειαν tragicorum, κορδάκα comicorũ σικιννίδα satyricorum, πυῤῥίχλω ac Τελεσίαν, quas ἐνοπλίους nocat, qđ armati saltarent, unde ξιφισμὸν dictũ indicat, qđ gladijs peragerẽt, & ποδισμὸν, qđ mira pedũ celeritate corpus circumagerent. Idem commemorat & alia saltationum genera quę belli habebãt imaginem: κῶμον & Τεκταίνωμον, q̃ ait Herculi fuisse sacram. Rursus aliam quam καρικλω' dixere, quæ ab ipsa armis perageba tur, Plato De legibus septimo, docet duo potissimum saltationis genera fuisse, alterum bellicum ac tumultuosum quod Pyrrhiche dicebatur, alterũ moderatius, qđ ἐμμέλεια. Pyrrhichen scribit his uerbis: Πυῤῥίχλω' ἂν τὶς ὀρθῶς προσαγορεύοι τάς τε ἐλαβείας πασῶν πληγῶν, καὶ βολῶν ἐκνεύσεσι καὶ ὑπείξει πάσῃ, καὶ ἐκπηδήσιν ἐν ὕψει, καὶ συστολαῖς ἐνεγκούσαις μιμουμένω. καὶ τὰς τοιαύτας ἐν ἀντίας τὰς ἐπὶ τὰ δρασικὰ φερομένας ὡς σχήματα, ἔντε τοῦ τόξων βολαῖς καὶ ἀκοντίων καὶ πασῶν πληγῶν μιμήματα ὁπηχειρέσας μιμεῖσθαι. τότε ὀρθὸν ἐν τούτοις καὶ τὸ εὔτονον τῶν ἀγαθῶν σωμάτων καὶ ψυχῶν, ὁπόταν γίγνηται μίμημα ἐνθυφερὲς ὡς τὸ πολὺ τοῦ σώματος μελῶν γιγνόμενον, ὀρθὸν μὲν τὸ τοιοῦτον, τὸ δὲ τούτοις ἐναντίον, οὐκ ὀρθὸν ὑποδεχόμενον. i. Pyrrhichen recte appellaueris, q̃ uitationes oium plagarũ ac iaculorũ deflectione corporum, omniq; credendi ratione, submissione ac subsultibus in altũ imitatur. Rursum his contrarios gestus, qui conducunt ad corporis motus, agilitati parandæ idoneos, qui tũ in arcuum iaculationibus, tũ in hastiliũ missionibus, deniq; in oium plagarum impetitionibus simulacra pugnę student imitari, simulq; rectitudinem interim & robur bonorum corporum atq; animorum, quotias fit imitatio, q̃ adhibita plerumque confert ad corporis membrorum firmitatem, rectum quidem hoc, qđ autem his contrarium est, non ut rectum approbatur. Meminit & scholiastes in Iliados Homericæ π. cõmemorans tria saltationũ genera, Pyrrhichẽ, Sicinnin, q̃ pertinet ad sacra, & Scordacismũ, qui fit indecorus & phanis cõueniẽs. Pyrrhiche Cretẽsiũ erat, & in armis peragebatur. Vnde Homerus virum in belli munijs agilẽ intelligi uolẽs, saltatorẽ appellat ὀρχηστὴν τερ ἐόντα. Hoc pugnæ genus eleganter depingitur ex Xenophonte apud Athenæum libro 1. Αγέστησαν πρῶτοι θρᾶκες, καὶ πρὸς αὐλὸν ὠρχοῦντο σὺν ὅπλοις, καὶ ἥλλοντο. ὑψιλάτε καὶ κύφως καὶ μαχαίραις ἐχρῶντο. τέλος δὲ ἕτερος τὸν ἕτερον παίει ὡς πᾶσι δοκεῖν πεπτωκέναι τὸν ἄνδρα. ὁ δὲ ἔπεσε τεχνικῶς πως, καὶ πάντες ἀνέκραγον. καὶ ὁ μὲν σκυλεύσας τὰ ὅπλα ἕτερα ἐξίει, ἄδων σιτάλκαν, ἄλλοι δὲ τῶν θρακῶν τὸν ἕτερον ἐξέφερον, ὡς τεθνηκότα, καὶ δὲν πεπονθώς, i. Surrexerunt aũt primi Thraces, & ad ribiam saltabant, subsiliebantq; in altũ, idq; leuiter, interim vtentes gladijs. Tandem alter alterũ feriebat, sicut oibus uideretur hoiem percussisse. Ille uero artificio quodã cadebat, moxq; omnes exclamabant. Tũ is qui percussisse uidebatur cum alterum armis spoliasset, exibat, canens Sitalcam. Porro cętері Thraces, alterum efferebant ueluti mortuum, cum nullo esset affectus malo. Refert illic & alia saltationum genera, si qs auet ea cognoscere. Denique Homerus Iliados π. Cretẽsem quempiam bello strenuũ, ὀρφηστὴν appellat, hoc est, saltatorẽ, ob Pyrrhichen, de qua diximus, Thracibus familiarem. Ita scholiastes commemorans tria saltationum genera, Pyrrhichen bellicam, Siccinin sacris accommodam, & σκορδακισμὸν sordidã ac prophanam. Aristophanes in Auibus:

-Αγγελος.
Ελθεῖ πρὸς ἡμᾶς δ' ὄρο πυῤῥίχαν βλέπων
.i. Nuncius
Accurrit ad nos, Pyrrhichen oculis tuẽs.

Vnde & pedi Pyrrhichio nomen, quod impetum habet militis ruentis in pręliũ, & uel a Pyrrho Achillis filio, quod Plin. lib. 7. c. 56. sentire uidetur, scribens, Armatam saltationem Curetes docuere, pyrrhichen Pyrrhus, utramque in Creta. Vel ut putat Athenæus, à Pyrrhicho quodã Lacedæmonio: sunt enim bellacissimi Lacones, apud quos peculiaris erat hęc saltatio, quã mox a quinto anno pueri discebãt, quod illi uocant πυῤῥιχίζειν: & Pyrrhichistę dicuntur hoc genus exercentes. Vel ab ignea ui nomen habet. Iulius Pollux eo qnẽ mox citauimus loco, ait Pyrrhichen eandem esse cum Telesia, & utrosque fusiẽ iudices hoc genus certaminum. Quin hoc ipsum, si quis tumultuãtem, & ita excandescentem dicat

dicat πυῤῥιχίζειν, non carebit prouerbij specie. Simili tropo Timodes apud Aristophanem.

Μισῶν λόγους ἄνθρωπος, οὐδεπώποτε
Ἀνῄθεσον εἰπὼν οὐδὲν, ἀλλ' ἀρηβλέπων. i.
Sermonis osor homo, nihil cõtra loquẽs
Vnquam, sed ore præferens Martem truci.

Itidem poetæ dicunt torua tuẽs: & Græci ὑπόδρα βλέπων.

Non est oleum in lecytho.

Ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ λυκύθῳ. idest, Olei liquor nequaquam inest i lecytho.

Scilicet cum significamus nõ esse precibus locũ apud inexorabilẽ. Refertur apud Aristophanem in Auibus. Est autem adlusio ad uocem. Nã ἔλαιον oleum significat, & ἵλεως misericordiam, & haud scimus an altera ab altera sit deriuata.

Magis gaudet eo qui senectam exuit.

Γέγηθε μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδυς, i. Gaudet magis, quam qui senectam exuit: De uehementer hilari, ac gestiẽti gaudio. Aristophanes in Pace:

Ἡδομαι γὰρ καὶ γέγηθα, κοὐ πέπορδα κοὐ γέλω
Μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδυς, ἐκφυγων τινὰ ἀσπίδα,
Gaudeo siquidem, atque lætor, atque pedo, & rideo,
Qui clypeum suffugerim, magis ac senectam qui exuit.

Ductum est à serpentibus & cicadis, qui statis temporibus exuũt senectutem, ac veluti renascuntur.

Hic bonorum uirorum est morbus.

Αὕτηγε χρυσῶν ἐστὶν ἀνδρῶν ἡ νόσος, i. At iste sane morbus est probi viri.

Suidas propemodum ut prouerbiale ciat. Extat autem apud Aristophanẽ in Vespis. Vti licebit, cum id probro datur, quod magis laudi duci oportebat. Finitimum illi ex Euripidis Aulidensi Iphigenia:

Καλὸν γὲ μοῦ τοὔνειδος ἐξωνείδισας. i.
Mihi opprobrasti probrum, honestum scilicet.

Βαπαρίζειν.

Βαπαρίζειν, dicebãtur vulgo qui balbutirent, quibusq; hæsitans esset & impedita lingua, quod Græci τραυλίζειν appellant. M. Tullius ad Atticũ libro sexto: τῆς ξυμμαχόνκ τῆς ἐμῆς ὁ ἀπελαθέρος ἐδόξε μοῦ τὰ ἐμαβαπαρίζειν. Qd̃ uitiũ ex humore immodico nasci docet Hippocrates. Probat Galenus comment. 6. unde in pueris ac temulentis fere accidit, quamq; addit & alias caussas, indicans potissimum fieri in τ, & ρ, pro quibus, sonant τλ unde fit ut ægre suũ ipsorum uitium pronũcient, ῥαύλοσιν. De pueris cur magis balbutiant, quàm uiri, quærit Aristoteles, Sectionis 11. problemate 30. Distinguit autem illic philosophus, τραυλότητα, ψελλότητα, & ἰσχνοφωνίαν. Traulosin aũt definit, cũ quis literã quampiam non potest exprimere, non quamlibet, sed certam aliquam. Hanc Theodorus uertit blæsitatẽ. ψελλότητα uero, cum litera quæpiam aut syllaba supprimitur veluti cũ πιππάζει, dicitur ῥ πιπάζει, hãc Theodorus uertit balbutiã ἰσχνοφωνίαν uero, cũ non ualent expedite syllabam syllabæ contexere pronunciando, quam Theodorus uertit linguæ hæsitantiam. Quę uitia frequentius accidũt pueris, ut dictũ est, quàm senibus ac uinolẽtis. unde Flaccus balbam senectutem uocat. In caussa putat Aristoteles uirum imbecillitatem, quę non queat animo subseruire. Etiam si Tullius βαπαρίζειν accipere uidetur propemodum ῥ esse futire. Inde translatum ad eos, qui nugas deblaterãt. Vnde βαπαρίσμον nugacitatẽ uocant, uocem à Batto quopiam Thebano mutuati, cui uox fuerit exilis, linguaq; parũ articulata. Cui Pythia dixerit, βάπ' ἐπὶ φωνὶω ἦλθες, idest, Batte ad uocem uenisti. Auctor Hesychius, addẽs quibusdam uideri uocẽ imitatitiam, qualis est φλοῖσβος, aliq́ue innumeræ. Dicunt & βαπολογίαν multiloquẽtiam, à Batto quopiam poeta, cui mos erat in poematis eadem subinde inculcare. Vtriusque meminit Suidas. Verũ hæc nihil ad sensum Ciceronis. Nobis magis apparet dictũ fuisse βαπαρίζειν, pro dolo malo agere, quod apud Cyrenęos vulpes dicatur, βάσαρος, teste Herodoto, ut Latini quoque dicunt Vulpinari. Battarus enim dux fuit deducendę in Cyrenen colonię. De psellismo dictum est nobis alias.

Vnde excoquat senum.

Plautus in Captiui duo, prouerbiali dixit hyperbole. Vnde excoquat senum senex, opes significans copiosissimas. Tametsi locus hic non uidetur uacare mendo. Ratio trochaici carminis admonet opimę legendum, nõ optimæ. Plautinus uersus hic est, ita ut in uulgatis circumfertur codicibus: Quid diuitiæ, sunt ne optimæ? Vnde excoquat seuum senex. Seuum autem, uel ut alij sebum, est pingue pecudum durius quod Græci στέαρ appellant.

Iactare iugum.

Iactare iugũ, est incommodè ferre seruitutis necessitatem. Translatũ à bubus nondum assuetis iugo. Iuuenalis:

Nec iactare iugum uita didicere magistra.

Simile illi: Contra stimulum calcitrare. Congeminatur enim infortunium, quod, feras impatientius, minuitur animi æquitate. Quemadmodum ait Plautus:

In mala, animo si bono utare, adiuuat:

Vt in Velabro olearij.

Vt in Velabro olearij: Prouerbialis similitudo de ijs, qui conspirarunt, remq; gerunt ex cõposito. Plautus in Captiui duo:

Vna res,
Omnes compacto rem agunt, quasi in Velabro olearij.

Velabrũ autem, auctore Varrone, locus erat Romæ, quo olearij distrahebant oleũ. Mos est autem huic hominum generi, ut inter se de pretio conspicerent, quò pluris uendant.

Manticulari.

Festus Pompeius ostendit poetas hoc uerbo manticulari usos pro fucum facere, ac subdole agere. Citatq. Pacuuium ita loquentem: Ad mãticulandum astu aggreditur. Tractum autumat à manticulis, quas fures attrectare solent, nimirum quò furentur. Equidem magis arbitramur hinc sumptam metaphoram, quod qui in conuiuio dissimulant, mantilibus tegunt faciẽ, uelut extergentes. Vnde in Sermonibus Horatius:

Mappa compescere risum.

Plautus itẽ in Captiui duo, pro pallio latebraq́ue posuit, qua dolus tegi possit: Nec mendacijs subdolis mihi usquam mãtellũ est meis: Nec sycophantis, nec fucis vllum mãtellum obuium est. Equidem nescimus num ad hanc pertineat formam, qd̃ legitur apud Origenem homilia in Ezechielẽ quinta: Qui dixit proximo suo: Ignoscit nobis peccata nostra deus. Siquidem, & in talibus sacramẽtis ludimus uicissim nobis pollicentes. Mappam mittet deus: idest, teget nostra flagitia, missa mappa. Verum quoniam Græcis codicis non adest copia, super hac re præstiterit Academicũ agere. Docti, quibus adest, locum hunc excutiẽt à nobis admoniti. Vtitur eodem dicto Tertullianus libro aduersus Valẽtinianos: Sed mappa, quod aiunt, missa.

Auro habet suppactum solum.

Proverbiali figura dixit Plautus in Bacchidibus:

Sed diues ne est isthic Theotimus?
Etiam rogas? qui soccis habeat auro suppactum solum.

De prædiuite, cui tãta suppetat auri vis vt pedibus calcet. Solum enim pro infima crepidarum parte posuit, aut certè pro pauimento.

Ad aras.

Ἐπὶ βωμοὺς, i. Ad aras. Refertur in collectaneis, quę Plutarchi titulo feruntur, nec explicatur. Equidem opinamur perinde ualere, quasi dicas, ipso in negotio, iuxta prouerbium, quod nobis alio dictum est loco, quo uetatur ad aras consultare.

Samiorum laura.

Σαμίων λαῦρα, i. Samiorũ laura. Dictitabatur in turpibus addictos uoluptatibus. Laura apud Samios angiportũ quoddam erat, in quo cupediæ, popinariæq; venditabantur à mulierculis in hoc paratis. Extat, & hoc adagium in commentarijs, quę Plutarcho inscribũtur. Refert idem Athenęus ex Clearcho lib. 12. addens hoc inuentum fuisse Polycratis Samiorum tyranni, eãq; ciuitatis corruptelam fuisse commentum ex Sardium cubito, qui Dulcis prouerbio dictus est, Auctore Platone.

Tænarium malum.

Τωναρίον κακὸν, i. Tęnarium malum. Si quid crudelius sæuitum esset in famulos Tęnarium malum vocabant, propterea q́ olim Lacedæmonij capriuos, qui in Tænarum confugerant, reductos capitis adfecerunt supplicio. Est autem hoc loco Tænarus oppidum quodam Laconicæ, cuius in colæ

colæ Tænaritæ uocẽtur, & eiusmodi regionis promontorium, in quo spelunca, per quam aditus erat ad inferos.

Lesbius Prylis.

Ὁ λέσβιος πρύλις, idest, Lesbius Prylis: Plutarchus in adagiorum collectaneis, si modo non fallit titulus, tradit hoc prouerbium per similitudinem sumptum. Prylin enim fuisse Mercurii filium, ac diuinandi peritum. Quanquam πρύλις Græcè, militem peditem significat.

Agas asellum.

Agas asellum. Hoc adagii quoniam mutilum refertur, non satis liquet, quid sibi uelit. Refertur autem à Cicerone lib. De oratore 2. ad hunc quidem modum: In hoc genus coniiciuntur prouerbia, ut illud Scipionis, cum Asellus omnes prouincias stipendia merentem se peragrasse gloriaretur, agas asellũ, & cętera. Hactenus Tullius. Neque uero libet referre, quę in hunc locum affert Omnibonus, interpres alioqui non omnino malus. Tamen visum est ipsum adagium in medium apponere, quo doctis saltem vestigãdi ministrarem occasionem. Fortasse legendum: Agaso asellum. Nam ueteres elidebant uocales more Græcorum etiam in scriptura. Atque ita sensus erit, unumquemque facere quę se digna sint. Depotant nepotes, decoquit lurco, digladiãt miles, peierat leno, mentitur aduocatus. Siquidem hoc ipsum agasonis uocabulum, in contemptus abiit prouerbium, id quod apud Græcos festiuius est, ob sermonis ἰδίωμα. Nam Dores asinũ uocant, nõ ὄνον, ut cęteri, sed κίλλον, & agasonẽ, nõ ὀνηλατλὼ, sed κιλλικτῆρα, veluti testatur Iulius Pollux libro De rerum uocabulis 7. Fortassis huc pertinet quod scripsit Flaccus Epist. 19. ad Lollium,

-Ad imum
Traxerit, aut olitoris aget mercede caballum.

Samium comatum.

Τὸν ἐν σάμῳ κομήτλω, i. Samiũ comatũ dicebant eũ, qui ante ignauus habitus, prę clarius expectatione sese gessisset in negotio. Aiunt pugilem quempiã apud Samios fuisse, qui cum ab aduersariis haberetur Iudibrio, quod comatus esset commissum cũ illis uicit. Vnde in prouerbium abiit, quoties quis certamẽ suscipit cum iis, quos pter opinionem experitur sese uiribus superiores. Non dissimile quod admonuit Sylla. Cauendum à puero male cincto. Recensetur in Plutarchi collectaneis.

Seruum haud ueho.

Δοῦλον οὐκ ἄγω,
Εἰ μὴ ναυμαχήσει τ' περὶ τῶν κρεῶν, i.
Seruum haud ueho,
Nisi qui prius pro carnibus certauerit,
Certamine in nauali.

Idest, non admitto seruum, nisi multis magnisq; spectatum experimentis. Est autem carmen hoc apud Aristophanem in Ranis, a nobis alio citatum loco. Admonent interpretes duplicem esse lectionẽ: περὶ τ' κρεῶν, & περὶ τῶν νεκρῶν, idest, pro carnibus, & pro cadaueribus. Pro carnibus accipiunt, pro uita, carnem enim corpus appellant. Porro serui cum pugnant, quoniam nullas habent possessiones, pro uita duntaxat dimicant, Qui legunt νεκρῶν, hanc afferunt fabulam. In prælio nauali, quod actum est apud Arginusas, superiores extiterunt Athenienses uetueruntque ne cadauera cæsorum tollerentur, & hac quoque de re digladiatum est. In hoc autem bello serui egregiam operam nauasse leguntur, qua propter & libertate donati sunt. Recensetur prouerbium in Plutarchi collectaneis.

Tertium caput.

Τρίτη κεφαλὴ, καὶ τρίτῳ ἐγκεφάλῳ. i. Tertium caput & tertio cerebro. In onerũ baiulos dictum, qui non humeris modo, verum & capite gestant onera. Extat in iisdẽ, quæ modo citauimus, collectaneis. Aptè torquebitur in homines uariis distractos negotiis.

Vt Corinthia videris.

Κορινθία ἔοικας χοιροπωλήσειν, i. Corinthia uideris corpore quæstum factura. In mulierem intempestiuius libidinantẽ. De mulieribus Corinthi prostantibus dictum est alibi. Dictum est ãt χοιροπωλῶ, nouo quidem uerbo, quod nobis indicat quæstum facere corpore. χοῖρος enim naturam muliebrem significat. Extat & hoc in iisdem collectaneis.

Cyrnia

Cyrnia iactura.

Κυρνία ἄτη, idest, Cyrnium malum. De magnis dispendijs & explicationibus dicebatur. Cyrnus insula quæpiam est, è regione Apuliæ, cuius incolæ longæui perhibentur esse propter mel, quo plerumq; uescuntur, uicini Sardonicæ insulæ. Nam eius illic summa copia, quemadmodum auctor est Stephanus. Hæc olim nauigantibus erat inaccessa, propter prædonum, ac piratarum circa illa frequentiam. Atque hinc vulgo prouerbium increbuit. Plin. lib. 4. cap. 12. nominat Cyrnum, sed diuersam à Corsica, cum Strabo tradat Cyrnum esse, quam Romani dicunt Corsicam, insulam ægre habitatam, ob locorum asperitatem, & regionem multis locis imperuiam, sed præcipue quod qui montes obtinent, ac latrocinijs viuunt, feris ipsis sint efferatiores. E quibus si quando aliquot capti per duces Romanos, Romam deducantur, dictu mirum quàm ferinum quiddam ac belluinum prę se ferant. Nam aut sibi mortem consciscunt, aut si viuunt, stoliditate & amentia sic fatigant dominos, ut quãtu locumq; emptos, tamen emisse pęniteat. Talis enim Corsica, nũc uinis laudatissimis instruit Romanas delicias. Ob immanitatem igitur latrociniorum ac gentis feritatem dicta est κυρνία ἄτη, quemadmodũ dictum est Ciliciũ exitiũ, quod alibi retulimus. Meminimus huius adagij superius in Cyrnia terra.

Rapina Cotytijs.

Ἁρπαγὰ κοτυτίοις, i. Rapina Cotytijs, Cotytia festum quoddam erat apud Siculos, in quibus ex more placentulæ quępiã, & arborum rœtus ramis alligabantur, eaq; diripienda proponebãtur. Refertur in Plutarchi collectaneis, nec exponitur. Quamquam facile liquet dici solitum de bonis temere profusis, direptisque.

Quæ ex antiqua.

Τὰ ἐκ παλαιᾶς, idest, Quę ex antiqua, subaudiendum Tyro. Perinde ualet, quasi dicas summam molestiã, extremumq; malum. Tyrum enim, quæ cognominata est uerus, dictione composita, παλαιότυρος, Alexander expugnatam, & ex insula comportatis aggeribus redditam continẽtem, crudeliter tractauit, plurimisq; affecit incõmodis, vnde prouerbiũ, τὰ ἐκ παλαιᾶς, quo significabant tantum malorum, quantum antiqua Tyrus pertulisset. Recensetur & in Plutarchi collectaneis, atq. item Zenodoti. Historia est apud Q. Curtium.

Triceps Mercurius.

Τρικέφαλος ἑρμῆς, i. Triceps Mercurius. Dictum uidetur in ambiguos ancipitesq;, aut uehementer astutos. Ad hunc modum fingebatur antiquitus Mercurius, uel qđ plurimam vim habeat oratio, uel qđ idem Deus index uiæ, proinde in singulis capitibus inscriptionem habebat, quo duceret hæc uia, quo rursum illa. Huiusmodi Mercurij simulacrum primũ posuit Proclides, auctore Philochoro.

Danace.

Δανάκη, i. Danace, sic appellabatur nũmulus ille, qui Caronthi persoluitur, naulum pro transmissione Stygiæ paludis, cuius meminit Lucianus in Charonte. Apuleius item in fabula Psyches. Refertur in collectaneis Plutarchi, nec indicatur vsus. Nobis videtur recte vsurpandum, si quis iubeat senem parare δανάκην, innuẽs prope esse, ut emigeret è vita. Aut si quem vsque adeo nihil reliquisse dicat, vt ne Danace qdem superfuerit. In hunc sensum vsurpat Iuuenalis Satyra tertia, qui hunc nummulum trientem vocat.

-Nec sperat cœnosi gurgitis alnum.
Infelix, nec habet quẽ porrigat ore trientem.

Vt bagas constitisti.

Βάγας ἔστηκας, i. Vt Bagas stabas. In stupidum & elinguem dicebatur. Bagas erat quispiam adsimilis attonito, stupidoque & insulso. Commemoratur in Plutarchi collectaneis, haud scimus num legendum sit Bagoas pro Bagas: is Eunuchus fuit. Et est hoc genus tiuidum, & imbelle.

Cancrum ingredi doces.

Καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν διδάσκεις, i. Cãcrum recte ingredi doces. De eo, qui docet indocilem. Refertur in ijsdẽ collectaneis. Finitimum, vel idem potius cũ illo, quod paullo superius retulimus ex Aristophane, in prouerbio: Numquam efficies. Pertinet ad genũ ἀδωνάτων. Æthiopẽ dealbas, &c.

Siqui-

Siquidem animal hoc non ingreditur nisi obliquo corpore, & in omnem partem mouet gressum. Dictum putãt καρκίνον quasi καρακινὸν à mouendo capite. Dicitur & capite gignere.

Mare exhauris.

Θάλασσαν ἀντλεῖς, i. Mare exhauris. De eo, qui conatur, quod effici non possit. Nam montes utcunque perfodiuntur, at mare non possit exhauriri.

Canes timidi vehementius latrant.

Q. CVRTIVS lib. 7. demonstrat huiusmodi prouerbium apud Bactrianos vulgo iactatum fuisse: Canis timidus uehemẽtius latrat, quàm mordet. Thrasonum est turgidis minis dira moliri: At Chremes ad rem gerendam promptior. Sic & Athenienses ad bene dicendum, quàm ad graui ter agendum accommodatiores fuisse leguntur. Nec Aiaci promptum fuit dicere, nec Vlyssi bellare. Et Lacedæmonij uerbis parcissimi, uirtute longè præcelluerunt. Et apud Homerum Græci taciti pugnã incũt, sed uim spirantes, cum barbari immani clamore accurrerent. Denique mulieres lingua melius, quàm uiri belligerantur. Q. Curtius eodem in loco subijcit allegoriã huic similem: Altissima quãque flumina minimo sono labi.

Homeri uersus aliquot prouerbiales.

TANTVM honoris antiquitas habebat Homero, quemadmodum testatur Macrobius, ut singuli pene uersus illius prouerbij uice celebrarentur, quorum nos non nullos sparsim in hoc opere recensuimus, præsertim quos in auctorum literis usurpatos deprehendissemus. Nunc itaquè nobis uidemur pretium, si ex omni Homericæ poesis corpore, seligamus quosdam uersiculos, qui prouerbij speciem ita præ se ferant, ut dubitandum non sit, quin hi certe ex illorum numero fuerint, quos antiquitas adagionum instar usurpauerit, quã quam autem nullum fere carmẽ est huius poetæ, quod non possit ad aliquam prouerbij rationem detorqueri, tamen nos è plurimis pauca quædam decerpere maluimus: partim ne quis nos in re tamquam afficta, nimium diligentes dicere posset, partim quòd magis arridentin hoc genere, quæ sibi quisque ueluti adoptari. Itaque sat habuimus in paucis aliquot, quẽ admodum accommodari debeant, uiam ostendisse. Atque in his ipsis, quamquam eum carminis usum indicauimus, qui eum nobis scribentibus uenisset in mentem, tamen nihil uetuerit, quo minus idem carmen ad uarios vsus adsciscatur. Neque uero idem permiserimus in reliquis poetis, nisi quis in Marone licere putet, quem Latinum Homerum optimo iure dixeris, sed facis hoc Homeri diuinitas quẽdam, vt deceat, quidquid ex illo quocumque pacto mutuum sumpseris, etiamsi, quod in Centonibus fieri solet, ad longe diuersam sententiam uerba detorseris. Quamquam autem sciremus his non adfuturam gratiam, nisi quis usurparet Græce, tamen ne non intelligerentur à nonnullis, uertimus hæc quoque. Sed iam referre accipiemus.

Non probantis.

Αλλ' οὐκ ἀτρείδῃ ἀγαμέμνονι ὧδε νεῦσαν θυμῷ. idem est,

At non Atridæ sic est Agamemnoni uisum.

Vsurpatur à Luciano seu prouerbialiter in Lapithis. Recte utemur, ubi rem quidem fatebimur honestam factu, verum diuersa placere ijs, quorum libido plus ualet, quàm æquitatis ratio. Siue cum quis tyrannico more sequitur, non quod dictet æquitas, sed quod animo collubitum sit. Siue cum unus aliquis à cęteris omnibus dissentit. Sumptum est autem ex Iliados Homericæ libro 1. vbi & iteratur hic uersiculus.

Ενθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπεφήμησαν ἀχαιοί,
Αἰδεῖσθαί θ' ἱερῆα, καὶ ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα.
Αλλ' οὐκ ἀτρείδῃ ἀγαμέμνονι ἔνδαλε θυμῷ,
Αλλὰ κακῶς ἀφίει, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε. idem est,

At reliquæ Dunaum placet hæc sententia turbæ,
Sacrificio ut habeatur honos, ac splendida dona
Accipiant, at idem hoc Agamemnoni nõ ita uisum est,
Quin male dimittit, ac dicta fera insuper addit.

Refutantis laudem immodicam.

Οὔτοι ἐγὼ θεός εἰμι, τίμ' ἀθανάτοισιν ἔοικεις i.

Nullum

Nullum ego sum numẽ, quid me immortalibus æquas?

Plutarchus in commẽtario, cui titulus: Quo pacto quis intelligat se profecisse, monet, ut hoc Homericum carmẽ semper habeamus in promptu, tamquàm pharmacum aduersus uenenum adulationis, aut ubi quis nos magnificentius, quàm pro merito laudat. Vsurpatur à Luciano in Icaromenippo. Carmen extat Odysseæ. II. sub persona Vlyssis loquentis ad Telemachum filium.

Cauentis clancularias insidias.

Μή τις σοὶ φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν θόρυ πήξῃ.

Ne quis te à tergo fugientem cuspide figit.

Cũ significamus circumspectius agendũ, ne quis noceat imprudenti. Diogenes vsurpauit mutata vocula in adolescentem formosum, qui incustoditè dormiebat,

Μὴ τὶς σοὶ δόντι μεταφρένῳ ἐνδόρυ πήξῃ.

Sunt autem apud Homerum Iliad. Θ. verba Diomedis Vlyssem fugientem reuocantis ad pugnam. Item Iliados χ.

Οὐ μὲν μοὶ φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν θόρυ πήξεις.
Αλλ' ἐθύς μεμαῶτι διὰ στήθεσφιν ἔλασσον. idem est,

Nunquam mi à tergo fugienti infixeris hastam,
Sed prompto potius aduersa, in pectore torque.

Hoc licebit usurpare, cum quis non detractat apertum certamen.

Iubentis aperte loqui.

SI quem admonebimus, ut proferat doloris, aut odij caussas, neque celet in animo, nõ illepidè dixerimus illud ex primo Iliados libro:

Εξαυδα. μὴ κεύθεν ὁ, ἵνα εἰδομεν ἀμφω. i.

Eloquitor, ne celato, quo norimus ambo.

Pollicentis se promissa re præstiturum.

SIGNIFICANTES promissorum fidem non irritam futuram, sed re præstituros nos, quod uerbis fimus polliciti vsurpare poterimus uersus hos ex eodem libro:

Οὐ γὰρ ἐμὸν παλιν ἄγρετο, δ' ἀπαμηλόν.
Οὐδ' ἀτελεύτητον γ' ὁ, τίκεν κεφαλῇ καταν εύσω. idem est,

Nec reuocanda, nec irrita, vanave dico futura
Quæcunque annuero & promisero uertice moto.

Dicuntur autem à persona Iouis ad Thetidem.

In absurde locutum.

VBI quis videtur absurdum quidpiam dixisse, siue cum verbum aliquod videbitur per imprudentiam elapsum, quod satius erat reticuisse, locus erit illi, quod pluribus locis apud Homerum reperitur, & nominatim Odysseæ libro primo:

Ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων. i.

Dentis claustra tui quæ uox elapsa reliquit?

Laudatur hic uersus ab A. Gellio Noctium Atticarum lib. 1. cap. 15. qui pulchre admoneat parcè loquendum esse, quod natura linguam uallo dentium cinxerit, & septo labiorum, cum aures patulas dederit.

Quæ sero contingunt, magnifica.

QVOTIES intelligi volemus famam, aut præmium aliquod serius quidem contingere, uerum hoc præstantius, ac durabilius, quo diutius dilatũ, vt tarditat è stabilitate, perpetuitateq; compenser, non alienum fuerit Homericum illud ex Iliados secundo libro vsurpare.

Οψιμον ὀψιτέλεστον ὅ κ κλέος οὐκ ἀπολεῖται.

Quem versum Cicero ita uertit,

Tarda & sera nimis, sed fama & laude perenni.

Verba sunt Chalchantis animum addẽtis Græcis ut perdurent: quamquam enim uictoria belli decimo demum anno contigerit, eius famam tamẽ immortalem fore.

Consulendum & consilijs parendum.

CVM admonebimus quempiam, ut uicissim & rectum consilium alijs det, & ab alijs accipiat: aut ut & secum rem diligenter perpendat, & alienam sententiam auribus attentis audiat, non intempestiuum erit illud ex eodem libro:

Αλλὰ ἄναξ, αὐτὸς δ' εὖ μήδεο, πείθεό τ' ἄλλῳ, idem est,

Ipse age rex bene consulito, & pareto uicissim.

Non interpellandus familiens.

QVOTIES inuenemus nõ esse cõfabulãdi otium,

otium, nisi prius placauerimus latrantē & iratum, ut ait Horatius, ventrem. Aut ubi significabimus aliquem, simulatque sit adsecutus, quod expetebat, iam ad alia cōuerti, non inepte proferemus versiculum hūc ex eodem libro, & alias apud Homerum solemnem:

Αὐτὰρ ἐπὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. i. At postquam his potus exempla cupido, cibique.

Id Virgilius ita reddit:

Postquam exempla fames, & amor compressus edendi.

Fatis imputandum.

Cvm hominem quempiam culpa liberabimus, eamq; uel in fatum, uel in fortunā reijciemus, vsurpare licebit quod inibi dicit Priamus ad Helenam.

Οὔτοι μοὶ αἰτίη ἐστί, θεοίνυ μοὶ αἴτιοί εἰσιν. idest,

Nil tibi ego imputo, verum ipsis magis imputo diuis.

Diu dissimulatum aperientis.

In eum, qui quod diu dissimulauit, tandem irritatus eloquitur, non inconcinnè detorquebitur illud, quod in eodem loco dictum est de Vlysse:

Αλλ' ὅτε δὴ ῥόπατε μεγάλων ἐκ στήθεος ἵεν. idest,

Ast ubi iam promit prægrandem è pectore uocem.

Malorum obliuio.

Qvi deprecabitur omen aliquod parum faustum, aut q iubebit obliterari memoriam malorum, non intempestiuiter usurpabit illud ex eodem libro:

Τὰ δὲ παντὰ θεοὶ μὲ ταμάλια θείεν. i. Irrita dij superi ventis hæc omnia tradāt.

Ex minimis initijs maxima.

Ad indicandū maximas simultates non nūquam ex leuissimis iniuriolis nasci, non secus atque ex minutissima scintillula grauissimum incendium, mire congruet illud ex eodem libro de Eride, idest, dea contentionis:

Ἠτ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει. idest,

Quę primā exigua surgit, uerū illico cęlū
Attingit capite, in terris vestigia ponens.

Hunc locum Virgilius Æneidos 4. detorsit ad famam:

Parua metu primo, mox sese attollit in auras,
Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.

Alieno ferox præsidio.

Si quæras innuere, quod ferox sit quispiā, & improba moliatur, id eum non facere domesticis uiribus fretum, verū alicuius potentioris fultū præsidio, qui clanculū illi suppeditat & animum & opem, quemadmodum vulgus nostratium suspicatur ducem Gelriæ tot iam annos negotium facessere nobis dissimulatis Gallorū suppetijs, illud accommodes licebit eodem ex libro:

Οὐκ ὄγ' ἀνδ θεῶν τάδε μαίνεται, ἀλλὰ τις ἄγχι
Εστηκ' ἀθανάτων νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους. i.

Ista quidem hic nequaquā audet sine numine, uerum
Adstat diuum aliquis, humeros caligine tectus.

Arripe negotij curam.

Admonentes aliquem, ut diligenter negotium capessat, & ignauiter rem aggrediatur, utemur hoc ex eodem loco carmine, quo Aeneas hortatur aurigam suum:

Αλλ' ἄγε νῦν μάστιγα καὶ ἡνία σιγαλόεντα
Δέξαι. idest,

Quin age nūc scuticamq; manu, depictaque lora.
Corripe.

Aequa concertatio.

Cvm significabimus duos ex æquo paratos ad disceptādum, rixamve, licebit accōmodare carmen illud ex eodem libro:

Τώ ῥ' ἡ χειράς τε καὶ ἔγχεα ὀξυόεντα,
Αντίον ἀλλήλων ἐχέτην μεμαῶν τε μάχεσθαι. idest,

Illi inter sese, iam iam pugnare parantes
Obtendunt, pariterq; manus, præacutaque pila.

Incitare currentem.

Qvi significabit instigari quēpiā ad id ad quod suapte spōte propendet, vsurpabit illud ex eodem libro, quamquam & alias apud eundem poetam occurrit:

Μάστιξεν δ' ἵππους, τώ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην. idest,

Cædit equos scutica, ast illi uel sponte volabant.

Sumptum ab aurigis.

At utrumuis paratus.

Hominem ad vtramque fortunam instructum, iudicris pariter ac seriis accommodatum, aut qui norit cum bonis pariter ac malis conuenire, notabimus hoc carmine, quod est in Iliados H.

Οἳ δ' ἐπὶ δεξιὰ οἳ δ' ἐπ' ἀριστερά, νωμῆσαι βῶν. i.

Noui equidem clypeum dextra, læuaque mouere.

Muneribus res agitur.

Qvi dicet non esse locum recte factis, & æquis rationibus, sed largitione & adsēatione rem omnem peragi poterit illud accommodare ex Iliados I,

Δώροισιν τ' ἀγανοῖσιν, ἐπεσσί τε μειλιχίοισι, i.

Et donis permagnificis, & lenibus dictis.

Quo quidē in carmine muneribus non temere prior datus est locus.

Alieno auxilio potentes.

Qvi alienis præsidiis freti facinus aliquod egregiū, aut qui alieni prętextu nominis aliquid faciunt, in eos adposite torquebitur ex eodem libro, quod ibi dictū est de Teucro fratre Aiacis Telamonii. Nā is sub fraterno latitās clypeo, sagittas aliquot mittit in Troianos:

Στῆ δ' ἀρ' ὑπ' αἴαντος σάκει τελαμωνιάδαο. i.

Cōstitit Aiacis, clypeo septēplice tectus.

Cauendum à potentiore.

Qvi se negabit rem habere uelle cum homine longè potentiori, quiq; magnopere possit lædere, rectè accommodauerit illud eodem è libro.

Οὐ γὰρ ἐγὼ γ' ἐθέλοιμι δὴ κρονίωνι μάχεσθαι. id est,

Cū Ioue ego sane nolim certamē inire.

Subitum remedium periculi.

Cvm indicabimus rem in extremum discrimen adductam, actumq. fuisse ni subita salus, ceu deo quopiam immissa protinus affulsisset, illud ex eodem libro, tum alias sæpe conueniet:

Εἰ μὴ ἄρ ὀξὺ νόησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. id est,

Ne illico sensisset, genitor diuumq. hominumque.

Perplexus, animique consternati.

In eum, qui periculoso negotio cōsternatur animo, nec rationē inuenit, qua explicet sese, quadrabit illud ex eodē libro.

Νέστορα δ' ἐκ χειρῶν φύγον ἡνία σιγαλόεντα, i.

Fugere è manibus mirandæ Nestori habenæ.

Litem incipere.

In eum qui iam prouocatus aggreditur cōuiciis agere, cōgruet illud ex Iliados κ.

Εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ, i.

Hastā corripuit robustam cuspide acuta.

Cui diuersum illud. Hastam abiecit, quod alibi retulimus ex Cicerone.

Auscultia & perpende.

Qvoties significabimus nos aliquid dicturos, quod ad rem pertineat, quodq. ratum ac certum futurum sit, conueniet illud ex eodem libro, quamquam & alias apud eum poetam sæpius obuium:

Αλλο δὲ τοὶ ἔρεω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι, i.

Immo aliud quiddam, tu mente recondito, dicam.

Non statim decernendum.

Qvi significabit interponendam morā prius, quàm decernatur, & rem in posterū diem reijciēdam, accommodabit illud ex eodem libro, quod Phenici cum legatis ad reconciliandam gratiam misso ab Agamemnone respondit Achilles.

- Αμ' ἠοῖ φαινομένῃφι
Φρασσόμεθα, i.

- Aurora ubi crastina surget.
Consultabimus,

Hinc apparet sumptum celebre Græcis prouerbium: ἐν νυκτιβελῇ, id est, In nocte consilium, quod alio diximus loco.

Nemo cogendus amicus.

Cvm inuues aliquem non esse ad negotium, accersendum, præter animi sentētiam, aut non esse collocandum officium in eum, qui nec agnoscat, nec accipiat libenter, accommodum fuerit quod eodem in libro de Phœnice dixit Achilles.

Ἣν ἐθέλῃσιν, ἀνάγκῃ δ' ἔτι μινύθω, i.

Si uolet, inuitum hunc haud quaquã abduxero quoquam.

Euenit malo male.

CVM scelerato cuipiam euenit, quod omnes imprecabantur & optabant, locus erit illi ex eodem libro:

-Θεοὶ δ' ἐτέλειον ἐπάρας, i.
-Explerunt inimica precamina diui.

Verba sunt Phœnicis narrantis omnia mala accidisse sibi, quæ pater olim fuerat imprecatus.

Nec dignus qui me intueatur.

QVI contemnet omnino quempiam, ut ignauum, multoq. sese inferiorem, nõ ineleganter illud ex eodem libro detorserit, quod ĩ Agamemnonẽ dixit Achilles:

-Οὐδ' ἂν ἔμοι γὲ
Τετλαίη κύνεος πὲρ ἐών, εἰς ὅ τε ἰδέσθαι, i.
-Haud ille quidem ausit,
Quamuis perfricta sit fronte, mihi oratueri.

Quod idem etiam hodie vulgo dictitãt. Est autem indicium animi conscii, non audere recta faciem intueri eius quẽ læseris. Hinc est quod Menelaus in Iphigenia. Aulidensi iubet in primit, ut Agamemnõ obtueatur sese, uidelicet inde facti collecturus primum argumentum.

Cauendum ab eo, qui semel imposuit.

QVI se negabit habere uelle commercium cũ eo, a quo semel sit deceptus, usurpabit illud ex eodem libro:

Οὐδὲ τὶ οἱ θυλὰς συμφράσομαι, οὐδὲ μὲν ἔργον.
Ἐκ γὰρ δὴ μ' ἀπάτησε καὶ ἔλεπε, οὐ δ' ἂν ἔτ' αὖτις
Ἐξαπάφοι πέσσιν, ἀλὶς δὲ οἱ, ἀλλὰ ἕκηλος
Ἐρρέτω, i.

Hoc ego cum nihil aggrediar, neq. enim expedit umquam.
Quippe vbi frustratus semel est, ac fraude fefellit,
Non iterum mihi uerba dabit stulto, semel illi hoc
Sit fecisse satis, quin posthac ille quiescat,
Ac ualeat.

Amicorum est admonere mutuum.

SENTENTIA prouerbialis uidetur, quã legimus Iliados A.

-Ἀγαθὴ δὲ παραίφασις ὅστις ἑταίρῳ, i.
-Bonus est affatus amici,
Admonitoris.

Hanc licebit usurpare, si quando dicemus amici munus esse, ut amicum si quid erret, liberius admoneat.

Vnus multorum instar.

QVOD eodem ĩ libro dictum est in laudem medici, idẽ torqueri poterit ad quẽcumque uirtute præstantem. Carmen est huiusmodi.

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων
i. Vir medicus multis aliis æquandus honore est.

Festiuiter hoc ĩ Eryximachum torquet Alcibiades, cui iubenti negat se posse obsistere, quod uir medicus multorũ instar sit. Festiuius erit si transferatur ad res animi. Veluti Plato libro de Republica quarto: ἐὰν τὸ λεγόμενον ἓν μέγα φυλάττωσι, i. Si illud unum magnum quod dicitur seruauerint. Indicat illud ἓν μέγα fuisse prouerbiale: Vide prouerbium. Multa nouit uulpes, &c. Bona mens igit πάντων ἀντάξιος ἄλλων, & eruditio & bona fama, πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

In uoti compotem.

VBI quis assecutus est quod affectabat captabatq. ueluti si quis sacerdotii spe munus principi mitteret, eoq; sacerdotio fauore principis potiretur, quadrabit illud ex eodem libro:

Καὶ ῥάλεν οὐδ' ἄρα μιν ἅλιον βέλος ὤφυγε χειρός, i.
Attigit, eque manu non irrita missa sagitta est.

Lupus in fabula.

CVM forte fortuna in medio sermone interuenit is, cuius fiebat, conueniet illud ex Iliados K

Οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος, ὅτ' ἄρ' ἦλυθον αὐτοί, i.
Iamq; aderant ipsi nondum sermone peracto.

Aliter cum alijs agendum.

QVI significabit cũ aliis blandius agendum, cum aliis asperius, ut cuiusque fuerit ingenium, aut fortuna, dignitasq. allegabit illud ex eodem libro,

Ἄλλον μειλιχίοις, ἄλλον σκληροῖς ἐπέεσσι
Νείκειον.

Νείκειον. i.
Verbis hunc placidis, contra asperioribus illum
Increpuere.

Concordia fulciuntur opes etiam exiguæ.

SENTENTIA prouerbialis est ibidem, huiusmodi:

Συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγρῶν.
Coniuncti pollent etiam uehementer inertes,

Hac conueniet uti, si quando significabimus non esse contemnendam amicitiam, aut simultatem multorũ; etiam si fuerint alioquin imbecilles, & quorum singulos quiuis facile contemnat. Nam quemadmodum, vt ait Ouidius:

Et quæ non prosunt singula, multa iuuant;
Ita quæ nõ lędunt singula, multa nocẽt,

Extra periculum ferox.

IN timidum & ita demum ferocem, si procul absit a periculo, uelut in obtrectatorem clancularium, qui coram non ausit cõgredi, quadrauerit illud ex eodẽ loco:

Ἀνδρῶν δυσμενέων ἑκὰς ἰσάμβρος πολεμίζειν, i.
Pugnare gnarus uerum eminus & procul hoste.

Simile est illud Demosthenis ĩ orõne de corona: ὥστε οἱ κείως ἡμᾶς ἐδέχοντο, ὡς ἔτυχον ὁπλιτῶν, καὶ τῶν ἱππέων ὄντων, εἰς τοὺς οἰκίας καὶ τὰ ἄστυ δέχεσθαι τὴν στρατείαν ἐπὶ παῖδας καὶ γυναῖκας, καὶ τὰ τιμιώτατα, id est, Adeo familiariter nos acceperunt, ut cũm adessent armati & equites, in ædes atque in ciuitatem reciperent exercitum ad liberos & uxores, & ad ea quæ sunt carissima. Extra telorum iactum ante recensuimus, cui contrarium est Intra tela. M. Tullius in Verrem actione quarta. Non ego a Vibone paruo nauigio inter fugitiuorũ, ac prædonum, ac tua tela uenissem? quod Græci dicunt ἐν τοῖς βελῶν.

Quisquis fuerit.

QVEMVIS citra vllam exspectationem hominem indicabimus hoc uersiculo, qui est in eodem libro:

Ὅς θνητὸς τ' εἶη, καὶ ἔδοι δημήτερος ἀκτῆν
Qui modo mortalis sit edens cerealia dona.

Veluti si quis dicat humanas leges alibi alias esse, cæterum legem naturę omnium esse communem, ὅς θνητὸς τ' εἶη.

Iuuenta uiribus pollet.

AD vires plurimum momenti adfert ætas iuuenta. Ad id facit illud ex eodẽ loco de Aenea:

Καὶ δ' ἔχει ἥβης ἄνθος, ὅθε κράτος ἐστὶ μέγιστον. id est,
Flos quoque abest æui, cuius tunc maxima vis est.

Aegre quidem, sed facimus tamen.

CVM ægre quidem, & non sine plurimis incommodis agimus quippiam, sed tamen facimus adacti necessitate, conueniet illud ex Iliados Z.

Καὶ μάλα τειρόμθοι πὲρ, ἀναγκαίη γὰρ ἐπείγει. id est,
Quamuis afflicti nimium, sed fatum ita cogit.

Quod alibi diminutum, exæquatur alibi.

IN eum in quo desideratur uirtutis aliquid, sed cuius iacturam alia quapiam dote compenset. Veluti si quem intelligi uelimus parum eloquentem, sed admirabili tamen iudicio: aut qui sit indoctus quidem, sed bene nummatus, competet illud ex eodem loco, quem modo citauimus ex Iliados K.

Ὅς δέ τι εἶδος μὲν ἔλω κακὸς, ἀλλὰ ποδώκης, id est,
Qui ore quidẽ deformis erat, pedibus tamen acer.

Mutua defensio tutissima.

QVI significabit minus eos lædi posse, qui concordes sese mutuo defendunt: contra omniũ iniuriæ obnoxios illos, qui dissident factionibus intestinis, accommodabit illud ex Iliados ρ.

Παυρότεροι δὲ πολὺ φθίνυθον, μέμνηθο γὰρ αἰεὶ.
Ἀλλήλοις ἂν ὅμιλον ἀλεξέμθαι πόνον αὖπλω. id est,
Multo turba minor, perijt, quod in agmine semper
Mutuam opem sibi, ferre, ualumq; arcere studebant.

Qui cum contemptu uitæ inuadunt.

IN eos q gladiatorio, sicut ait Terẽtius, animo quempiã impetunt: ut aut perdant

aut pereant, cõueniet illud ex Iliados M.

-Αγροτέροισι σύεσσι ἐοικότες, i.

-Similes agrestibus apris.

Tradunt enim uenatores, hos prouocatos recta impetere prouocantem, nec lancea vitata.

Alijs prospiciens, non sibi.

SI libebit in quempiam iocari, qui cũ artem diuinandi professus, aliis sua mala prædixerit, ipse suum malum nõ potuerit præuidere, non inconcinniter accommodabimus illud ex Homeri Bœotia:

Αλλ' ἔκ οἰωνοῖσιν ἐρύσσατο κῆρα τέλαιναν

.i. At non auguriis fatum sibi detulit atrum,

Quod imitatus Maro:

At non augurijs ualuit depellere pestẽ.

Dictum est de Eunomo Mysorũ duce, perito quidem auguriorum, at nihilominus ab Achille occiso.

Ne depugnes in alieno negotio.

VBI significabimus nos nolle nosmet admiscere liti alienæ, quæ nihil ad nos pertineat, sed permissuros, ut ipsi inter sese suo decertent periculo, quorum agitur negotium, versiculo fuerit locus ex eodẽ libro.

Οἶος ἀμφ' Ἑλένῃ, καὶ κτήμασι πᾶσι μάχεσθαι, i.

Proque Helena, proque omni re decernere solos,

Dictum de Menelao & Paride singulari certamine congressuris.

Prudentia coniuncta cum uiribus.

IN eum qui norit idem & aliis imperare quid sit agendum, & ipse persequi cum est opus, quod aliis imperat, apte quadrabit illud ex eodem libro:

Αμφότερον βασιλεὺς τ' ἀγαθὸς κρατερὸς τ' αἰχμητής, i.

Et iuxta ductor bonus, & certamine pollens.

Sunt enim qui imperatorem agere norunt, at militem præstare non norunt.

Pauciloquus, sed eruditus.

IN eum, qui pauca quidem, sed tamen auditu digna loquitur, cõueniet illud ex eodem libro, quod illic dicitur de Menelao breuiloquo Laconum more, uerũ suauiloquo & arguto.

Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος, i.

Non is multa quidem, uerum argutissima, quippe,

Pauciloquus.

Duobus malis resistere difficillimum.

Εἰ δὴ ὁμῶ πόλεμός τε δαμᾷ, καὶ λοιμὸς ἀχαιρεύς, i.

Iam pariter subigit, bellumq; morbus Achinos.

Si quando dicemus eundem hominem duobus, aut plurimis premi malis. Est apud Homerum Iliados I.

A fronte simul & occipitio.

CVM indicabimus admirabilem rerum omnium cognitionem, aut singularẽ prudentiam, quæ constat non præsentiũ modo scientia, sed & memoria præteritorũ, & futurorum prospicientia, recte uersum hunc ex eodem usurpabimus libro:

Ος ἤδη τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα, i.

Qui scit præterita, ac præsentia, postẽque futura.

Virgilius uertit ad hunc modum:

Quæ sint, quæ fuerint, quę mox ventura trahantur.

Nocuit & nocebit.

Si quando demonstrata præteritorum malorum caussa comminabimur, futurum vt accedant maiora, nisi quis resipiscat, nõ intempestiuiter, usurpabimus uersum hũc Homericum ex eodem libro:

Τέκνον ἄρ ἀλγε' ἔδωκε ἑκηβόλος, οὐδ' ἔτι δώσει, i.

Phœbus ob hæc mala multa dedit, atq. insuper addet.

Veluti si medicus, ostenso morbi periculo moneat ægrotum reualescentem, ut tẽperet ab immodica Venere, alioqui rediturum cum fœnore malum.

Ingens discrimen.

QVOTIES ingens discrimen innuemus inter homines, aut res plurimum inter se diuersas, aut immensum interuallum inter seiunctos, eleganter accommodabimus illud ex eodem libro:

-Εστειὴ μάλα πολλὰ μεταξύ

Οὔρεα τε σκιόεντα θάλασσά τε ἠχήεσσα.

.i. -Sunt in medio sita plurima, mõtesq;

Vmbrosi,

Vmbrosi, fretaq; horrisono clamosa fragore.

Qui paratus ad resistendum.

QVI significare uolet se nequaquam detractare certamen, sed abunde suppetere, quo partes tueatur suas, vsurpabit illud ex Iliados γ.

Τῷ μοὶ δόρα τά ὅτι καὶ ἀπαίδες ὀμφαλόεσσαι

Καὶ κόρυθες καὶ θώρηκες λαμπρὸν γανόωντες, i.

Et mihi sunt hastæ teretes, clypeique rotundi,

Tum galeæ, tum thoraces procul igne micantes.

In discrimine apparet qui uir.

DE re periculosa difficiliq;, & huiusmodi, quæ uirum cordatũ ac strenuum requirat, cõueniet illud, quod eodem libro dicitur ab Idomeneo Cretensium duce:

Ενθ' ὅ, τε δειλὸς ἀνὴρ ὅς τ' ἄλκιμος ἔξεφαάνθη, i.

Illic qui vir iners, qui strenuus ipsa docet res.

Ad idem facit quod proximo carmine consequitur.

Τῶ μὲν γὰρ τε κακῷ τε ἕπεται χρῶς ἄλλυδις ἄλλη.

Cum alias nobis facta mentio.

Non cedendum malis.

Si quando admonebis, non oportere cedere uel aduersariis, uel insultibus aduersę fortunę, aut nõ esse certãdũ cũ fugitiuis, non inscitè detorseris illud ex eodem lib.

Οὐκ ἄν ἐν αὐχὴν ὄπισθε πέσοι βέλος ὀξὺ ἐνὶ νοτῷ,

Αλλά κεν ἢ στέρνων ἢ ἀνδύσαν' τιάσειε. i.

Ne feriat iaculũ ceruicem aut terga, sed ipsum

Aut uentrem, aut pectus feriat aduersa sagitta.

Ipse sibi perniciem accersiuit.

IN eũ, qui sibi pertinaciter accersit malum, cui ueluti fato destinatus sit, cõgruet illud ex eodem libro:

Τὸν δ' ἄγε μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλος ὀφέλλει, i.

Istum mortis in exitium mala Parca trahebat.

Vltra uires nihil aggrediendum.

QVI dicet non esse suscipiendum negotium, ad quod peragendum non suppetãt uires, non inconcinniter illud accommodauerit ex eodem libro:

Παρ' δυνάμιν δ' οὐκ ἔστι καὶ ἐσσύμενον πολεμίζειν, i.

Vires ultra nemo queat bellare, licet sit

Quantumuis animo promptus.

Verba sunt Paridis ad Hectorem.

Oeyor accipitre.

ADMIRANDAM celeritatem hyperbola prouerbiali licebit indicare, quæ est in eodem libro:

Θάσσονες ἱρὴ κῶν.

Pernices magis accipitre.

Venustius fiet, si ad famam, aut ingenij, aut nuncium, aut eiusmodi quidpiam detorqueatur.

Ancipitis animi.

ANIMVM ancipitem & incerti consilii, licet iudicare uersiculo, qui est Iliados ξ.

Ως ὁ γέρων ὤρμαινε δαιζόμενος κατὰ θυμὸν

Διχθαδίαι, i.

Sic senior uersans animo disqrit utroq;

Nutans.

Id Maro sic est imitatus:

Atque animum nunc huc celerem, nũc diuidit illuc,

Rursum Iliados π.

Διχθὰ δὲ μοὶ κραδίη μέμονε φρεσὶν ὁρμαίνοντι, i.

Huc animus mihi uersanti inclinabat & illuc.

Omnia ex sententia cedunt.

IN magnopere fortunatos, quibus & recte & secus instituta feliciter cedunt, congruet illud ex Iliados ρ.

Τῷ μὲν γὰρ πάντων βέλε ἀπέπτα, ὅστις ἀφείη,

Η κακὸς, ἢ ἀγαθὸς, ὁ δ' ἔμπης πάντ' ἰθύνει, i.

Spicula cuncta horum feriunt, seu torserit illa

Ignauus, seu uir fortis, quia Iuppiter ipse Dirigit.

Improbitas muscę.

IN improbũ, & subinde redeuntẽ, ẽt si turpiter repellat, quadrabit illud ex eodẽ:

Καὶ οἱ μυῖαν θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἔνικεν,

Η τε καὶ ἐργομένη, μάλα περ χροὸς ἀνδρομέοιο.

Ἰχανάα δακέειν, i.
Atque illi muscæ vim intra præcordia misit.
Quę quãuis de pelle viri sit sępe repulsa,
Assultat morsura tamen.

Deo fortunæque committo.

Qvi fortunam experiri statuerit, euentum negotij fortunę committens, in hunc conuenerit illud ex eodem libro:
Ἠσω γὰρ ἠ ἐγὼ, τὰ δέκεν δὴ πάντα μελήσει, i.
Torsero & ipse, Ioui fuerint hæc omnia curæ.

Consilium in melius commutandum.

Siqvando iubebimus mutare consilium, vtpote fœdum ac stultum, aut reprehendemus quidpiam, ut inconsulte factũ, vsui fuerit ex eodem libro:
Τίς τοίνυ θεῶν γυκερὸ βελὼ
Εν σήθεσιν ἔθηκε ἠ ἐξέλετο φρενὸς ἐσθλας
.i. Quis tibi consiliũ submisit inutile tandẽ
Diuorum, sanamq; eximit pectore mentem?

Alia dantur, alia nagantur.

Quotiesè duabus naturæ dotibus altera cõtigit, altera negata est, ueluti si cui formæ decus adsit, desit ingenij laus. Siue cũ è duobus postulatis alterũ duntaxat impetratur, quadrauerit illud ex Iliados π.
Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πάτηρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε, i.
Annuit hoc illi diuũ pater, abnuit illud.
Hunc uersiculum vsurpat Plinius in epistola quadam. Dictus est autem de Achille, qui in votis, quæ facit pro Patroclo suis armis inituro prælium, duo quędam rogarat, alterum ut cum laude pugnaret, alterum, ut peracta pugna referret arma, incolumis & ipse. Quorum alterũ annuit Iuppiter, nempe vt fortissime pugnaret. Cæterum Achillis arma nõ retulit, nec incolumis redijt. Festiuiter abusus est hoc carmine Stratonicus citharœdus, qui cum audisset quendam cithara canentem, subiecit hunc Homeri versum:
Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πάτηρ, ἕτερον δ' ἀνένευσεν, i.
Ac mox alio quodam rogãte, cur ita diceret, Quoniam, inquit, male canere cithara dedit, cæterũ bene canere voce abnuit. Ita ferme Athenæus lib. 8.

Victoria non incruenta.

Facit hoc tum corruptela iudicũ, tum patronorum rapacitas, ut fere litigãtium utrąq; partes plectantur, adeo vt nõ raro pęniteat etiam eum, qui uicit litem. In hos igitur conuenit illud ex Iliados ρ.
-Οὐ δ' οἱ γὰρ ἀναμωτὶ γ' ἐμάχοντο, i.
-Nec hi sine sanguine pugnam
Miscebant.

Re opitulandum, non uerbis.

Cvm re opus est, nihil prosunt verba, veluti si quis egeat pecuniariis suppetiis, quorsum attineat huic aures explere dictis? Rursum in consultationibus, in iudicijs, rationibus agendum est non vi. Ad id faciet Homericum illud ex Iliados π.
Εν γὰρ φερσὶ τέλος πολέμυ, ἐπέων δ' ἐνὶ βελῆ, i.
Verba in cõsilio, valet i certamine robur.

Apta prouincia.

In eum, qui prouinciam suscipit, suis aptam viribus, abstinens a negotio, cui sit impar, ueluti si quis episcopatũ accipiat, summum pontificium recuset, conueniet illud ex eodem libro:
Εἵλετο ἄλκιμα δῶρα Ζὰ οἱ παλάμηφιν ἀρύρει,
Εγχος δ' ὀχ ἕλετ' οἷον ἀμύμονος αἰακίδαο
.i. Quę manibus quadrent, ingentes corripit hastas.
Quaslibet, ast hastam solam non sumit Achillis.
De Patroclo dictum, qui cum Achillis armis esset indutus, ab hasta tamen abstinebat, quod ea grauior esset, quam ut quisquam Græcorum regere posset pręter vnũ Achillem. Quod idem in Odyssea de arcu Vlyssis finxit Homerus.

Pudor & metus.

Cvm abstinetur à re quapiam, quod eatum inhonesta facta uideatur, tũ uero minime tuta, locum habet illud ex Iliad. α.
Ἰχε γὰρ αἰδῶς, καὶ δέος, i.
Nam pudor atque metus vetuit.
De conglobata acie dictum, quę ne sese diduceret, partim pudor obstabat, partim metus. Pudorem autem ingens addere calcar ad fortiter agendum, indicat in eodẽ libro cum ait:
Αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται, i.

Plures

Plures sunt salui atque cadunt his, quis pudor adsit.

Qui obticescit.

In eum, qui metu attonitus, aut stupefactus admiratione tacet, aut cui nõ est, qđ respondeat, quadrabit illud ex Iliad. β.
Δῶ δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε, i.
Illum corripuit stupor, atq. infantia linguæ.

Mors omnibus communis.

Qvi dicet omnibus ex æquo moriendum, nec vllis viribus arceri fati necessitatem, citabit illud ex Iliados σ.
Οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ βίη ἡρακλῆος φύγε κῆρα. i.
Nec vis Herculea fatum euitauit acerbũ.

Alius alijs in rebus præstantior.

Qvi dicit alium alia dote pręcellere, accommodabit quodã eodem libro dictũ est de Polydamante & Hectore.
Αλλ' ὁ μὲν ἀρμύνοισιν, ὁ δὲ ἐγχεῖ πολλὸν ἐνίκα, i.
Hic dictis, hasta longe præstantior ille.
Eandem sentẽtiam susius explicat Iliad. υ. Polydamas loquens Hectori:
Εκτορ ἀμηχανος ἐσσι παρὰ ῥητοῖσι πιθέσθαι.
Οὕνεκά τοι περὶ δῶκε θεὸς πολεμήια ἔργα
Τέχνεκα τῇ Ζαλῇ ἐθέλεις πάντεσσι ἀνάσσειν
Αλλ' ἄπος ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι.
Αλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήια ἔργα,
Αλλῳ δ' ὀρχήστυν, ἑτέρῳ κίθαριν, καὶ ἀοιδὴν,
Αλλῳ δ' ἐνὶ στήθεσι θίθει νόον ἀρύοντα ζάδς
Εσθλόν, id est,
Hector non potis es deflectere pectora dictis.
An quia Dij donãt factis pręcellere belli,
Vis in cõcilio reliquos pręcedere sensu?
At nõ cuncta potes unus simul oia ferre.
Quippe Deus dedit huic uirtute excellere belli,
Huic laudem choreę, citharam illi, & carmina blanda,
Rursum alij mentem pręclaram in pectore, magnus
Iuppiter inseruit.

In periculoso negotio non est dormitandum.

Vbi monebimus in re ardua non esse cessandum, congruet quod subinde repetitur apud Homerum Iliados π.
Ολίγι δ' αὖν πνοιὴ πολέμοιο, i.
-Exigua est interspiratio belli,
Poterit trahi uel ad litẽ forensem, uel ad simile negotium odiosum, & laboris plenum.

Mens læua.

Frequenter hominum mens læua est, & pessima pro optimis sequuntur, optima pro pessimis repudiant. Ad hanc sentẽtiam facit illud ex Iliados σ.
Εκτορι μὲν γὰρ ἐπήνησαν κακὰ μητιόωντι,
Πολυδάμαντι δ' ἄρ' οὔτις, ὃς ἐσθλὰ φράζετο βουλῇ. i.
Consilium Hectorem laudabat inutile quisque,
Nemo Polydamantis, at hic dabat utile solus.

Verbis pugnas, non re.

Facile est conuitijs altercari, uerum re vincire difficile. Ad eam sententiã quadrabit illud ex Iliados υ. dictum ab Ænea congressuro cum Achille:
-Επεὶ σάφα οἶδα καὶ αὐτός.
Η μὲν κερτομίας ἠ γ' ἄσυμα μυθήσασθε, i.
-Siquidem noui probe & ipse.
Et petere probris inimicaq; dicere dicta.
Paullo post repetit copiosius eandẽ sententiam:
Εσὶ γὰρ ἀμφοτέροισι ὀνείδεα μυθήσασθε
Πολλὰ μαλ', ὅσ' ἂν νῦν ἑκατόνζυγος ἄχθος ἀροιτο.
Στρεπτὴ δὲ γλῶσσ' ἐσὶ βροτῶν πολέες δ' ἔνι μῦθοι,
Παντοῖοι, ἐπέων δὲ πολὺς νόμος ἔνθα καὶ ἔνθα
Οποῖον κ' εἴπῃσθα ἔπος, τοῖον δ' ὑπακούσαις, i.
Ambobus siquidem probra dicere plurima promptum est,
Quorum onus haud portet cẽtum ratis obsita remis.
Est hominum quia lingua volubilis, omnigeniqúe
Insunt sermones, varijq;, & pascua dictis,
Hinc atque hinc, multæq; vices, sed qualia verba
Dices, talia redduntur tibi dicta vicissim.

Ne quid moueare uerborum strepitu.

Qvi monebit aliquem, ne sęuis verbis, ac minis deterreatur, quominus experiatur, accommodabit illud ex eodẽ libro, ab Apolline dictum Ænea:
Αλλ' ἰθὺς φέρε καλκὸν ἀτειρέα, μή δε σε πάμπαν
Αἰγαλέοις ἐπέεσσιν ὑποστρεπέτω ἠ ἀρειῆ. i. Quin

Quin rigido ferro magis obuius ito, nec umquam
Tæ sæuis dictis deterreat ille minisque.

Cibo opus duraturus in labore.

INITVRI bellum, ne omnino ieiuni sint, ne uiribus destituantur. Id trahi poterit ad studium literarum, ad exercitium pietatis, atque alia complura. Ad id congruent uersus Homerici, ex Iliad. τ.

Οὐ γὰρ ἀνὴρ τρόπαν ἦαρ ἐς ἠέλιον κατα δύντα
Ἀκμήνος σίτοιο δωήσεται ἀντιμαχεσθαι.
Εἴπερ γὰρ θυμῷ γε μνωόμενα πολεμίζειν,
Ἀλλά τε λάθρη γύα βαρύνεται, ἠδὲ κιχάνει
Δίψα τε καὶ μιμὸς, βλάβεται δέ τε γόνατ' ἰόντι
ὃς ἢ κ' ἀνὴρ οἴνοιο κορεσσάμενος, ἠὲ ἐδωδῆς
Ἀνδράσι δυσμένεσσι παννημέριος πολεμίζει,
Θαρσαλέον νύ οἱ ἦτορ ἐνὶ φρεσὶν, οὐδέ τι γύα
Πρὶν κάμνει, πρὶν πάντας ἐρωήσαι πολέμοιο, i.

Nã qs ad occasũ vsq. valebit solis ab ortu
Impastus iugi durans confligere pugna?
Pectore enim quãuis sit prompto ad bel ligerandum,
Sensim membra grauant tamen, ac sitis atra, famesque
Corripiunt, genuaq; labant tendentis in hostem.
Rursus erit quicũq; satur, vinoq; ciboq;,
Is demum potuit cõfligere ꝓdius hosti.
Huic animus viget vsq; ferox, neq. membra laborant
Huic prius, ac uictor bello submouerit omnes.

Omnibus armis præsidijsq; destitutus.

HOMINEM inermen & omnibus destitutum præsidijs indicabimus hoc uersu, qui est Iliados φ.

Γύμνος ἄτερ κόρυθός τε, καὶ ἀσπίδος οὐδ' ἔχεν ἔγχος, i.

Et Clypeo simul, & Galea nudat[a], & hasta.

Frustra habet qui non utitur.

SI quem increpare uoles, quod ingenio, diuitiis, literis non utatur, cum habeat, conueniet illud ex eodem Iliad. φ.

-Τίνυ τόξον ἔχεις ἀνεμάλιον αὔτως, i.

Cur frustra tibi iã gestatur inutilis arc[o]?

In fugitiuum.

VBI quis impotenti animi cupiditate ad rem quampiã instigatur, præcipue parũ honestã, uel magis siquis turpiter fugiat, in hunc quadrabit, si dixeris:

Τῶτον ἡ κυναμυῖα ἄγει, i.

Hunc cynamya rapit.

Sic enim in eodem lib. Iuno de Marte e prælio fugiente:

Καὶ δ' αὐθ' ἡ κυναμυῖα ἄγει βροτολοιγὸν ἄρηα, i.

Pestiferũ Martẽ rursũ exagitat Cynamya. Id est, musca canina.

Cum dijs non pugnandum.

QVI monebit non esse pugnandum cũ genio, cum superis, cum magnis principibus, usurpabit illud ex eodem libro:

Θεοὶ δέ τε φέρτεροι ἀνδρῶν, i.

-Verum homines Dijs inferiores.

De θεομαχεῖν diximus alibi. Pindar[o] i Pythijs hymno secundo, sententiam hãc sic extulit: Χρὴ ἢ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν. i. Oportet aduersus Deum nõ contendere.

Vindicta tarda, sed grauis.

VBI qui diu multa patrauit impunè, tandem in extremum malum adducitur, se meleq; dependit superiora flagitia, cõgruet illud ex eodem libro:

Νῦν δ' ἀθρόα πάντ' ἀποτίσεις, i.

-Nunc cuncta lues semel adglomerata.

Verba sunt Achillis ad Hectorem.

Omissis nugis rem experiamur.

QVI conuiciis amissis iubebit ipsa re periculum fieri, uter uincat, aut uincatur, non intempestiuiter accõmodauerit illud ex eodem libro:

Βέλτερον αὖτ' ἔριδι ξωελαυνέμεν ὅτι τάχιστα
Εἴδομεν ὁππότερῳ κεν ὀλύμπιος εὖχος ὀρέξῃ, i.

Sed præstet pugnam committere commi nus, ut mox
Vtri Iupiter esse uelit laudéq;, decusq;,
Perspicuum fiat.

Metus infamiæ.

CVM dicemus nos hominum de nobis opinione, rumoribusq. cõmoueri, quo minus mutemus consilium, conueniet illud ex eodem libro, præterea Iliados ζ. quod frequenter usurpat Marcus Tullius in Epistolis ad Atticum:

Αἰδέομαι τρῶας καὶ τρωάδας ἑλκεσίπεπλους, i.

Troianos, ac Troianas, uereorq. pudeq;.

Verba sunt Hectoris pudore nolentis i urbem recipere sese, ne quis opprobraret illi, imputaretque Troianorũ interitum.

Aliam

Aliam ætatem alia decent.

QVI iam aliam ętatem significabit, nec idem decere, canum, quod iuuenem aliq; do decuit, usurpabit illud ex eodem libro, quamquam & alias iteratum.

Ἀλλ' ὅτε δὴ πόλιόν τε κάρη πόλιόν τε γένειον, i.

Verum ubi iam, canumque caput, incanaque menta.

Quod alijs uitio uertas, ipse ne feceris.

QVOD damnaturus sis in aliis, in te ne admiseris. Ad id faciet illud ex Iliados Ψ.

Καὶ δ' ἄλλῳ νεμεσᾶτον ὃς τις τοῦ αὐτὰ γερέζω. i.

Imo adeo si quisquam alius patrare pa rarret

Tale aliquid, damnaretis, vitioq; daretis.

Aut ipse fuisti, aut tui simillimus.

SI quando per iocum indicabimus eundem aliquem fuisse, qui tamen se fuisse eat inficias, veluti, si quẽ incuses, quod inter bibones compotauerit, isq; sese neget fuisse, uerum alium quempiam: non illepide detorseris illud ex eodem libro, quod de Patrocli spectro dixit Homerus.

Πάντ' αὐτῷ μέγεθος, τε καὶ ὄμματα καλὰ εἰκυῖα,
Καὶ φωνὴν καὶ τοῖα περὶ χροῖ εἵματα ἕσσω. i.

Cuncta ipsi similis, vocemq;, oculosq; decoros
Corporis, atque modum, & talem gestabat amictum.

Audiens non audit.

SVNT quidam, qui si quid parum placet, id scire dissimulant, ueluti cum negant sibi redditas literas, quibus commonefiant officii sui, quod tamen malint effugere, quam præstare, in hos quadrabit illud ex Iliad. Ψ.

Ὡς οὐκ αἴοντι ἐοικώς, i.

Dissimulans audisse.

De Antilocho dictum, qui Menelaum reuocantem a cursu, cum audiret, perinde tamen quasi nõ audisset, ita celerius etiã currebat.

Αντίλοχος δ' ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον ἔλαυνε,
Κέντρῳ ὁππαπέρχων, ὡς οὐκ αἴοντι ἐοικώς. i.

Quin etiam cursum Antilochus magis accelerabat.

Instigans stimulis, audireque dissimulabat.

Ex habitu bonum uirum præ se fert.

QVI dicet ex ipsa oris figura uideri probum hominem, citabit illud ex Odyssęæ primo:

-Οὐ μὲν γάρ τι κακῷ εἰς ὦπα ἐοικεν, i.

-Ex specie minime improbus ipsa
Esse videbatur.

M. Tullius in Verrem li. 8. Is erat Apronius, qui ut ipse non solum uita, sed etiam corpore atque ore significat, immensa aliqua uorago est, aut gurges uitiorum turpitudinumque omnium.

Absit clamor in colloquio, aut lusu.

QVI iubebit in conuiuio, colloquioue temperari a vociferatione, accommodabit illud ex eodem libro:

Νῦν μὲν δαιτυμόνοι τερπώμεθα, μὴ δὲ βοητὺς
Εστω. i.

Nunc hilares cęnemus, & omnis clamor abesto.

Grata nouitas.

SI quando dices nuperrima quæq; vulgo maxime placere, non intempestiuum fuerit illud ex eodem libro:

Τίω γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ὅτις κλέος ἀνθρώποις,
Ἡ τὶς ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται. i.

Cantio enim hęc hominum longe est celeberrima uulgo
Et gratissima, q̃ nuperrima uenit in aures.

Accinit huic Pindarus olymp. hym. 9.

Αἶνει δὲ παλαιὸν μὲν οἶνον ἀνθεὰ δ' ὑμνῶν νεωτέρων, i.

Lauda uinum uetus, sed nouorum hymnorum flores.

Sentiens gratiores esse hymnos, qui res nuper gestas celebrãt, quam qui prisca tractant. Pleraq; commendat nouitas potissimum apud imperitos. Contra in scriptis antiquitas conciliat gratiam, nouitas inuidiam: Vnde Flaccus in Epistolis:

Indignor quidquam reprendi, non quia crasse
Compositum, illepideve putetur, sed qa nuper.

Ac cæteris ferme in rebus fauor nouitatis superorum obliterat gratiã. Simile fastidiũ est humani ingenii in his quę nobis ad manum sunt. Miramur enim exotica, cum interdum domi habeamus meliora. Id potissimũ usu uenit in medicis: nostros fastidimus,

fastidimus, licet eruditos, belluã è longinqua barbarie profectam suspicimus. Itidẽ pharmacopolæ magno emunt herbas è lõginquo aduectas, cum interdum meliores nascantur in horto uicini. Id eleganter nouauit Alexis apud Athenæum libro 3.

Ἐρῶμεν ἀλλοτρίων, παρορῶμεν συγγενεῖς.

.i. Alienũ amamus, proximũ cõtemnimus.

Mulier pudica ne sola sit usquam.

CVM admonebimus non conuenire, ut pudica mulier sola, citraq; testes cũ uiris colloquatur, vsui fuerit illud apud Homerum frequens de Penelope:

Οὐκ οἶη. ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο, i.

Haud sola, aſt illam famulæ binæ comitatæ.

Fatale uitæ tempus exactum.

IN decrepitos, quorum ætas iam exacta videbitur, quadrabit ex eodem libro:

Νήπιοι, οἱ κατὰ βοῦς ὑπέρβιον ἠελίοιο
Ἔδιον, i.

Demẽtes, utq; sacros tibi maxime Phębe
Absumpsere boues.

Nam per solis boues, annos fatales, vt oppinamur, innuit poeta.

Non luctu, sed remedio opus in malis.

IN malis non lamentis, sed auxiliis utẽdum. Ad id conueniet illud ex Iliados ω. quamquam alijs item iteratum locis.

Οὐ γὰρ τὶς πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο.

.i. Quippe nihil miseri fletus lamẽtaue prosunt.

Adhuc aliquis Deus respicit nos.

CVM in rebus vehemẽter afflictis, negabimus nos prorsus abiecisse animum, veri ũ esse spei nonnihil, conueniet illud, qd' in eodem libro dicitur à Priamo:

Ἀλλ' ἔτι τὶς καὶ ἐμοῖο θεῶν ὑπέρεχεθε χεῖρα, i.

Numen adhuc aliquod dextram mi obtendit amicum.

Mors optima rapit, deterrima relinquit.

OPTIMA mors eripit è medio, relinquit deterrima. Proinde uidemus quosdã prorsus inutiles Tithoniã ętatem uiuere, paucissimos egregio prędítos ingenio, ad senectę limen peruenire. In hanc sentẽtiã quadrat illud ex eodem libro:

Τοὺς μὲν ἀπώλεσ' ἄρης, τοὺς δ' ἐλέγχεα πάντα λέλειπται,
Φεῦσαί τ' ὀρχήσαί τε χοροιτυπίῃσιν ἄριστοι,
Ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων ἔτι δημόσιοι ἁρπακτῆρες.

.i. Sustulit hos Mauors, reliqua at mala probra relicta
Mendaces, saltatores, primiq́ue choreis
Ducendis, agnis, atq; hœdis diripiendis Strenui.

Celebre est illud Maronis:

Optima quæq́ue dies miseris mortalibus æui.
Prima fugit, subeunt morbi, &c.

Concinit & Theocritus in Epitaphio Bionis.

Τοῖς νύμφαισιν ἔδοξεν ἀεὶ τὸ βάρβαρον ἄδειν
Τοῖς δ' ἐγὼ ὀφθονέοιμι, τὸ γὰρ μέλος οὐ καλὸν ἄδει, i.

Sic uisum est nymphis semper canit improbarana,
Huic neque ego inuideo, nec enim bona carmina cantat.

Domi manendum.

INVTILE diutius abesse domo, relictis possessionibus. In eam sententiã quadrabit illud ex Odyssęæ Γ.

Καὶ σὺ φίλος, μὴ δηθὰ δόμων ἀπὸ τῆλ' ἀλάλησο,
Κτήματα τε προλιπὼν, ἄνδρας δ' ἐν σοῖσι δόμοισι, i.

Tu quoque amice domo diuturnus abesse caueto
Rebus itẽq; uiris intra tua tecta relictis.

Item Hesiodus:

Οἶκοι βέλτερον εἶναι, ἐπὶ βλαβερὸν τὸ δηρῆφι, i.

Esse domi præstat, qa dãnosum foris esse.

Refertur ex Euripide carmen hoc:

Μακάριος ὃς τις ἀτυχῶν οἴκοι μένει,
Εὐγῇ δ' ὀφόρτος καὶ πάλιν ναυτίλλεται, i.

Beatus is, qui in prosperis manet domi,
Nam sarcina solo quæ tenetur, denuo
Potest salo committi.

A sacris abstinendæ manus.

VVLGO quoque creditũ est, fatũ instare ei, qui sacris rebus, ac Deo dicatis manus iniecerit: aut qui pios homines, aut certe fungẽtes sacris ministeriis oppugnarit, ueluti Pontificẽ Romanũ, episcopos, abbates, etiam si parum fuerint piis moribus. Id propemodum iam olim dictum est ab Homero Iliados P.

Ὁππότ' ἀνὴρ ἔθελει πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι,
Ὅν τε θεὸς τιμᾷ τάχα οἱ μέγα πῆμα κολίσθη, i.

Cum

Turpia iactantia.

NON est generosi animi iactare sese de his, quæ fortiter, aut feliciter fecit. Super hoc ita Menelaus eodem in libro:

Οὐ μὲν καλὸν ὑπέρβιον ἀγχεταάσθαι, i.

Haud sane pulchrũ sese iactare superbe.

Prior occupat.

VBI quis lucrum celeritate præripuit cuipiam, conueniet illud ex Iliados χ.

Μὴ τὶς κῦδος ἄροιτο βαλὼν, ὁ δὲ δεύτερος ἔλθοι, i.

Ne quis prępiperet iaculans, laudemq́ue decusque.

Atque ita serior ipse ueniret, iamq́ue secundus.

Dictum de Achille, qui reliquis Achiuis innuit, ne quis iaculũ mitteret in Hectorem, quo sibi gloriam totam seruaret.

Ne dij quidem à morte liberant.

NEMO tã carus superis, vt illorũ fauore mortẽ euitarit. Huic sentẽtię suffragabit Homericum ex eodem libro testimoniũ:

Ἀλλ' ἤτοι θάνατον μὲν ὀμίτιον οὐδ' θεοίπερ,
Καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δυώαντα ἀλαλκέκεν,
ὅππότε κεν δὴ
Μοῖρ' ὀλλοῖ καθέλῃσι ταυηλεγέος θανάτοιο, i.

At uero mortem communiter omnibus æquam
A dilecto homine, neque dij depellere possunt,
Quẽ funesta dies fati iam urget acerbi.

Deus undecunq; iuuat, si modo propitius.

DEVS vbiq; pẽsens adest, si faueat: neque refert vbi gẽtiũ agas illo propitio. Ad hãc sentẽtiã accõmodes licebit ex eodẽ libro:

Ῥεῖα θεὸς κ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαώσαι, i.

Si libeat seruare procul quoque numina possint.

Fatum immutabile.

DIVINA decreta non commutantur, humanæ leges pro tẽpore uariantur, quẽ admodum & mores & uoluntates. Ad id congruet illud ex eodem libro.

Οὐ γὰρ τ' αἶψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων, i.

Non etenim diuum mens uertitur astri colarum.

Sine ope diuina nihil ualemus.

MANCA est omnis mortalium industria, omnisq. conatus, nisi fauor adspiret diuinus. At id accommodare licebit Homericum illud ex eodem libro:

Πάντες δὲ θεῶν χατέουσ' ἄνθρωποι. i.

Mortalis diuum auxiliũ desiderat oĩs.

Industriam adiuuat Deus.

IN aggrediundo negotio, quædam humana ratione prouidentur, quædã fortunæ com moditas, ipsaq; res suppeditat. Id est apud Homerũ, cũ alias aliquoties, tum hoc quem modo citauimus libro.

Τηλέμαχ' ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσεις,
Ἀλλὰ δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται, i.

Hæc partim ipse tuo perpendes pectore tecum,
Partim diuum aliquis tibi suggeret.

Aetate prudentiores reddimur.

SI quidẽ negabimus nobis eadem probari iam natu grandioribus, quæ quondã ob ætatis inscitiam adriserunt, sed usu rerum auctam prudentiam, congruet illud ex eodem libro.

Ἐγὼ δ' ἐτι νήπιος ἦα
Νῦν δ' ὅτε δὴ μέγας εἰμὶ, καὶ ἄλλων μῦθον, ἀκούων
Γνωθάνομαι, καὶ δή μοι ἀέξεται ἔνδοθι θυμός, i.

Eram adhuc puer, aſt ubi iam sum
Grandior, & reddit me aliorum oratio doctum,
Ipsęq; grandescit mi animus.

Dicitur ad procos a Telemacho.

Otiosus esto.

SI quem iubebimus animo otioso esse, tantum curare cuticulam, negotium aliis curę futurum, accommodabimus illud ex eodem libro:

Μήτε τοι ἄλλο
Ἐν στήθεσσι κακὸν μελέτω ἔργον τε ἔπος τε,
Ἀλλὰ ἐστίεμεν καὶ πινέμεν ὡς πάροιπερ, i.

Tute caueto
Aut dicti, aut facti cruciet tua pectora cura
Quin tranquillus, edasq́ue bibasq́ue ita ut ante solebas.

Cedendum multitudini.

QVI suadebit non esse pugnãdũ uniciũ multis

multis,& ubique multitudini morigerandum, adducet illud ex eodem libro:

Αλλάξεν αὐτῷ ἀεικέα πότμον ἐπίσσοι,
Εἰ πλεόνεσσι μάχοιτο,i.

Arcesset mox ipse sibi crudelia fata,
Si multis pugnare uelit:

Idem proci paullo superius:

-Αργαλεον δὲ
Ανδράσι καὶ πλεόνεσσι μαχήσασθαι περὶ δαιτὶ,i.

-Cum pluribus ardua res est
Depugnare uiris inter conuiuia solos.

Deus ulciscetur.

Cvm significabimus nobis in præsentia deesse facultatem depellendi, uerum oportere aliquos puniant aliquando, usui fuerit illud ex eodem libro:

Εγὼ δὲ θεοὺς ὀπιβώσομαι εἰὲν ἐόντας,
Αἴκε τοῖ ζεὺς δώσι παλίντιτα ἔργα γένεσθαι. id est,

Ast equidem immortales implorauero diuos,
Si fors Iuppiter ipse vices aliqñ reponat:

In tempore cauenda pœna mali.

Qvotiesadmonebimus,ut multo ante occurratur malo, prius quam oppresserit nos,aut cessandum a peccando prius quam ingruat diuina uindicta,usui fuerit illud ex eodem libro:

Αλλὰ πολὺ πρὶν
Φραζώμεθ' ὥσκεν καταπαύσομεν,id est,

Verum nos multo ante modum,finēq; uelimus
Ponere.

Verba uatis minātis procis Vlyssis reditū.

Domesticum malum.

Ad significandum priuatum,ac domesticum malū, quod ad alios nihil attinet, conueniet illud ex eodem libro:

Αλλ' ἐμὸν αὐτῷ χρεῖος, ἄμοι κακὸν ἔμπεσεν οἴκῳ. id est,

Porro malum nostras quod in ædes incidit,unum
Ad me pertinet.

M.Tullius in actione in Verrem quinta domesticum ac uernaculum crimen appellat,quod intra parietes admisum nondum peruenit in publicum rumorem.

Senum prudentia.

In senem plurimarum rerum usu peritum,quiq. multa meminerit superioribus acta sęculis,quadrauerit illud ex eodē lib.

-Παλαιά τε πολλά τε εἰδώς,i.

-Qui antiquaque multaque norat.

Premenda occasio.

Qvi significabit modis omnibus instādum esse,nec omittendam è manibus semel oblatam occasionem, accommodabit illud ex Odyssęa δ.

Τμεῖς δ' ἀσεμφέως ἐχέμεν μᾶλλόν τε φιέζειν,i.

Vos pmitte,& uinculis magis arcte stringite captum.

Quod quidē detorquere licebit ad id, cum dicemus impetus animi, hoc magis ac magis esse coercendos, rationis moderamine,quo magis efferuescunt, & ad malum sollicitant.

Cum principe non pugnandum.

Qvi significabit arduū,principem a priuato superari: aut difficillimum uincere naturam,usurpabit illud ex eodem libro:

Αργαλέος γάρ τ' ἐστὶ θεὸς βροτῷ ἀνδρὶ δαμῆναι,i.

Ardua res homini mortali uincere numen.

Ingens discrimen.

Ingens interuallum, ueluti,si quis sentiat plurimum interesse inter pecunię studium & sapientiam,hoc uersu licebit significare ex eodem libro.

Τόσσον αὖδ' ὅσσον τε παννημερίη φλαφυρὴ νηῦς
Ηνυσεν ἢ λιγὺς ἔρος ἐκπνείησεν ὄπιθεν,i.

Tantum aberat, quātum cursu ratis acta diurno
Conficiat spatii,quam prouehat aura secunda.

Aperte,simpliciterq; loqui.

Simpliciter & aperte dicturos nos, citraque ambages significabimus hoc carmine,quod est in eodem libro.

-Οὐκ ἀν, ἔγωγε
Αλλα παρὲξ εἴπιομι παρακλιδόν, οὐδ' ἀπατήσω,i.

Non facis te dissimulās decepero fictis.

Rerum omnium uicissitudo.

Variae fortunæ uices,& nūc lęta contingunt unicuique,nunc tristia.Ad eā sententiam applicabitur illud ex eodem lib.

-Α τὰρ

-Α τὰρ θεὸς ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλῳ,
Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ.

-Nunc huic,nunc Iuppiter illi.
Nunc lęta immittit,nunc tristia.

Qui nocere potest,& idem prodesse.

In medicos imperitos,qui non raro uenenum pro remedio ministrant, quadrabit illud ex eodē libro,quod vsurpauit in Pseudomante Lucianus, estque pluribus apud Homerum locis:

Φάρμακα, πολλὰ μὲ ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. idest,

Pharmaca mista, salubria multa,at noxia multa.

Idem quadrabit in hominem & bonis & malis instructum artibus, qui uel iuuare possit,si velit;uel lędere.

Arripienda quæ offeruntur.

Solemnis est, multisque locis iteratus versiculus hic:

Οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χύρας ἵκανον. idest,

Quisquis sibi appositis, si quid foret utile promptas.
Admouere manus.

Quem torquere licebit in tutores, qui rem nacti pupillorum manus inijciunt,interq; se partiti sibi vindicant. Aut in simile hominum genus inuadentium & inuolantium aliena.

Principum fauor necessarius.

Vbi quis inuitis principibus, conatur extricare sese è malo quopiam: aut lite, à qua non possit explicari, nisi adiutus illorum fauore,cōueniet illud ex eodem libro dictum in Aiacem Oileum:

Φῆρ ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῦτμα θαλάσσης. idest,

Iactabat sese spatiosi ex æquoris altis
Emersurum undis,inuito numine diuū.

Negotium non aptum.

Qvi recusat munus,aut prouinciam sibi parum accommodam: aut qui negabit arcessere uelle sese quempiam ad id muneris, ad quod gerendum idoneus non uideatur,vsurpabit illud ex eodem libro:

Ιππους δ' εἰς ἰθάκην ἐν ἄξομαι. idest,

Cęterum equos Ithacam non duxero.

Verba sunt Telemachi recusantis equos quos Menelaus offerebat dono, quod Ithacensis insula non esset opportuna alendis equis, quippe petricosa, minimeque pascuis apta.

Conuiua non conuiua.

In eum, qui accumbit quidem in conuiuio, uerum spectator duntaxat eorum, quæ opponuntur: nam hoc pacto quidam sordide magnifici conuiuas suos tractant, quadrabit quod in eodem dictum est de Penelope:

Κεῖτ' ἄρ ἄσιτος, ἄπαστος, ἐδητύος, οὐδὲ ποτῆτος. idest,

Incœnatus, & impastus potuque ciboque
Accubuit,

Vndecumque lucrum captant.

In aduocatos,in calumniatores, in malos medicos,qui captant unde cumque, si quis incidit in cassis,quem possint explicare,congruet illud,quod in eodem libro.

Αἰεὶ γὰρ τοῖ νῆσον ἀλώμενοι ἰχθυάασκον
Γναμπτοῖς ἀγκίστροισι, ἕτειρε δὲ γαστέρα λιμός. idest,

Semper enim quaqua patet, insula,piscibus hamo
Insidiabantur,uētrem fames enecat atra.

Munerum corruptela.

In eū qui rē auro, domūq; aggreditur. nō infestiuiter torseris illud ex eodem lib. dictum de Mercurio sumente caduceam.

Εἵλετο δὲ ῥάβδον τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,
Ὧν ἐθέλει,τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. idest,

Corripuit uirgā,qua mulcet lumina somno,
Quoruncumque uelit,soluit quoque lumina somno.

Quadrat enim pulchre in munera,quod de virga Mercuriali dictū est, quibus velut expergefiūt iudices,antea ceu dormitātes, & rursum infesti placantur,ut in causa uelut obdormiscant,conniueantq; Aristoph. in Cōcionatricibus,ait deos quoque capidonis,eosq; manibus stare supinis,

Οταν γὰρ δ' χώμεθα διδόναι τ' ἀγαθὰ
Εστηκεν ἐκ τείνοντα τὼ χεῖρ ὑπτίαν,
Οὐκ ὡς τι δώσοντ' ἀλλ' ὅπως τι λήψεται. idest,

Nam cum precamur largeantur vt bona,
Manum supinam porrigentes stant,uelut
Nihil daturi,sed recepturi magis.

Interpres admonet, statuas deorū olim fere supinis manibus fingi solere.Supinam autem

autem appellat repandam, velut ad excipiendum compositam.

Principes inter se noti.

Qvi dicet mutuam principum, aut eruditorum inter ipsos esse notitiam, etiam si diuersas, longeq. dissitas habitent regiones, vsurpare poterit illud ex eodem libro:

Οὐ γὰρ τ' ἀγνῶτες θεοὶ ἀλλήλοισι πέλονται
Αθάνατοι, ἠδ' εἴ τις, ὑπὸ φρονι δώματα ναίει. idest,
Non ignoti inter se sunt diu morte carentes,
Quamquam semoti diuersa in sede morentur.

Periculum ne temere subeas.

Nemo longam nauigationem suscipit animi caussa, sed adactus graui quapiam necessitate: aut nemo diuturnum, grauemq; laborem capessit temere. Ad id congruet illud ex eodem libro:

Τὶς δ' ἂν ἑκὼν τόσσον διαδράμοι ἄλμυρον ὕδωρ. idest,
Quis tantũ falsi laticis percurreret vltro.

Si Deus voluerit.

De re futura, cuius exitus pendeat à Dei fauore: nam etiam vulgo dicunt ominis caussa, si deus uoluerit: id Homerico versu licebit explicare, si quando iocabimur apud eruditos:

Αἴκε θεοί γ' ἐθέτοσι, τοὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν. idest,
Dijs ita si uisum fuerit, quos gestat olympus.

Suadeo, quod ipse facturus essem.

Cvm alteri damus consilium, quo non grauemur ipsi uti in simili caussa, conueniet illud Calypsus ex eodem libro:

Αλλὰ τὰ μὲν νόεω καὶ φράσομαι, ὅσ' ἂν ἐμοί περ
Αὐτῇ μιδοίμην, ὅτε με χρειὼ τόσον ἵκοι.
.i. Sentio, suadeboq; tibi, quibus haud graue uti.
Ipsa, mihi similes si quando occurreret vsus.

Non abijcit animum.

De eo, qui ne afflictissimis quidem in rebus spem, aut consilium abijcit: quemadmodum apud Maronem; Latinus, eramq; reliquit habenas, sed de recipiendo se utcũque cogitat, appositè dicetur, quod inibi dictum est de Vlysse:

Αλλ' ἤδ' ὡς χεδίης ἐπελήθετο πειρόμενος περ. idest,
Ac neque sic licet afflictus obliuia cepit Nauigij.

Malis mala succedunt.

In eum, qui uarijs exercetur incommoditatibus fortunæ, nunc morbo, nunc rapinis, nunc alijs, atque alijs malis, conueniet illud ex eodem libro:

Αλλοτε μέν τε νότος βορέῃ προβάλεσκε φέρεσθαι,
Αλλοτε δ' αὖτ' ἄυρος ζεφύρῳ εἴξασκε διώκειν. idest,
Tradebat notus hunc boreæ quandoque vehendum,
Nunc rursum Zephyro iactandum tradidit eurus.

Ausonius in epigrammate eleganter dixit: Catenatos labores, quod negotium ex negotio feritur. Cui contrarium est quod ait Pindarus Olymp. 8. ἐσθλὰ δ' ἐπ' ἐσθλοῖς ἔργα θέλοι δίδοιν. Optat ut Iuppiter uelit illi benefacta benefactis cumulare.

Hospitis habenda cura.

Qvi dicet hospitum habendam esse rationem usurpabit illud ex eodem libro:

Αἰδοῖος μέ τ' ἐστὶ καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι
Ανδρῶν ἵς τις ἵκηται ἀλώμενος ὥσπερ ἐγώνυν. idest,
Nam diuis reuerendus & immortalibus ille est,
Quicumque appulerit multis erroribus actus,
Nunc uti ego.

Diuitiæ non semper optimis contingunt.

Qvi dicet opes non semper cordatissimis, sed pro fortunæ arbitrio, nũc huic, nũc illi contingere, citabit illud ex Odysseæ Z.

Ζεὺς αὐτὸς νέμει ὄμβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισι,
Εσθλοῖς ἠδὲ καλοῖσιν, ὅπως ἐθέλησιν ἑκάστῳ. idest,
Iuppiter emetitur opes mortalibus ipse,
Sic uisum ut fuerit, cuicumque, bonoue, maloue.

Dicuntur à Nauficaa, ad Vlyssem mendicantem: nec illum ob inopiam habet despectui, quę fortunæ sit imputanda, non homini, si is modo fuerit alioqui cordatus.

Munus exiguum, sed opportunum.

Cvm munus indicamus, pretio quidem perpusillum, sed tamen accipienti pro tempore gratissimũ, ueluti si quis panẽ porrigat de uita periclitãti, citabimus illud ex eodem libro:

Δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε. idest,
Exiguum munus, gratum tamen.

Idem carmen extat in ξ.

Suo quisque studio gaudet.

Qvi dicet alijs studijs alios teneri, & unumquemque suo uictitare quæstu, proferet illud ex eodem libro:

Οὐ γὰρ φοινίκεσσι μέλει ἰὸς ἠδὲ φαρέτρη,
Αλλ' ἴσοι καὶ ἐρετμὰ νεῶν, καὶ νῆες εἰσαί. i.
Nam Phæacibus haud cordi iacula, atq. pharetra,
Sed remi, tabulisq; ratis cõpactilis æquis.

Adfine illi: Tractant fabrilia fabri. Pindarus in Pythijs hymno decimo, καὶ γὰρ ἑτεροίσιν ἕτερων ἔρως ἔκνιξε φρένας, i. Alijs aliarum rerum amor pupugit mẽtem.

Demittere sese ad aliorum mediocritatem.

Vbi quis moderatur data opera uires suas, ad aliorum mediocritatem. Veluti si quis præceptor tradat auditoribus, non quantum ipse docere posset, sed quantum illi capere possint, conueniet illud ex eodem libro de Nauficaa sic habenis moderante cursum mularum, ut pedisseque, & Vlysses pedibus consequi possent:

Η δὲ μάλ' ἰωιόχδεν ὅπως ἅμ' ἑποίατο πεζοί,
Αμφιπολοίτ' ὀδυσεύς τε, νόῳ δ' ἐπέβαλλεν ἱμάσθλῃ. idest,
Hæc ita lora regens, pedes ut comes iret Vlysses
Tum comitum quoque turba, modo, rationeque certa
Instigat scutica.

Mihi curæ erit hoc negotium.

Cvm admonebimus quempiam, ut omne negotium in nos reijciat ipse securus, nobis rem curæ futuram, conueniet illud ex Odysseę H.

Αλλ' ἴθι σιγῇ, τοίον, ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμονεύσω. idest,
Quin tacitus procede, uię huius ego fuero dux.

Aliud cura.

Cvm negabis esse caussam, cur aliquis aut dubitet, aut sollicitus sit exẽpto scrupulo, accommodabitur illud ex eodẽ libro:

Αλκινοὸ ἄλλοτι τοὶ μελέτω φρεσὶν. idest,
Alcinoe cures aliud.

Itẽ Terent. Atqui iam reperi, aliud cura.

Molestus interpellator uenter.

Venter improbus interpellator, non finit unquam quempiam obliuisci sui. Id ad ægestatem torqueri poterit, quæ mortales ad omnia tum facienda, tum ferenda solet compellere. Sic autem Vlysses in eodem libro:

Οὐ γάρ τι συγερὴ ἐπὶ γαστερὶ κωύτερον ἄλλο
Εστετο ἥ τ' ἐκέλευσεν ἑοῦ μνήσασθαι ἀνάγκη,
Καὶ μάλα τειρομένου καὶ ἐνὶ φρεσὶ τάνυτος ἔχουσα. idest,
Non est improbior res altera uentre molesto,
Quippe uel inuitum meminisse sui iubet, & si
Valde animo crucieris, & angat pectora mœror,

Vulgus suspicax.

Svspicivsvm vulgus, & pleraq; malam in partem interpretatur. Homerus in eodem libro:

Δύσζηλοι γάρ τ' εἰμὲν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων. idest,
Quippe homines plerique sumus male suspiciosi.

Nemo cogendus officij caussa.

Nvllvs hospes retinendus aduersum animi sententiam, & inuitus. Nemo cogendus, ut cuiusquam utatur beneficio, si nolit. Ad hanc sententiam accommodabitur illud ex eodem libro.

Εἴκ' ἐθέλων γε μένοις, ἀέκοντα δέσ' οὔ τις ἐρύξει. idest,
Si maneas sponte, inuitũ nemo retinebit

Dicitur ad Vlyssem ab Alcinoo Phæacum tyranno.

Malum bono pensatum.

Qvotiesnatura dotem aliquã egregiam largitur, eandem aliquo uitio pẽsat: aut cum quis beneficium suum aliquo uitiat maleficio, quadrabit illud ex Odysseæ Θ. de Demodoco musico dictum:

Τὸν περὶ μοῦσ' ἐφίλησε, δίδου δ' ἀγαθόν τε κακόν τε.
Οφθαλμῶν γὰρ ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν. idest,
Hunc alios ultra dilexit musa, deditque.
Atque boni, atque mali quiddam, nam lumina ademit,
At dedit emulcere suaui pectora cantu.

Omni certaminis genere.

Cvm innuemus omni certaminis genere congressum esse, ueluti si quis dicat, in omni disciplina disputatum acriter, conueniet illud ex eodem libro:

Πύξ τὲ παλαισμοσώνῃ τὲ καὶ ἅλμασιν ἠδὲ πόδεσσιν. ideſt,

Et pugnis, pedibusque, & saltibus, atq; palæstra.

Item ubi quis ostendit se nullum detractare certamen, sed ad quoduis ingenij experimentum paratum esse, cõueniet illud ex eodem libro:

Δεῦρ' ἄγε πειρηθήτω ἐπείμ' ἐχολῶσόν τε λίλω,
Ἡ πύξ ἠὲ πάλῃ ἠ ἠὲ ποσὶν ὅττι μεγαίρω. i.

Huc age, quandoquidem grauiter mihi concita mens est,
Qui uolet, experiãt, pugnis siue palęstra,
Siue pedũ cursũ malit, nihil ipse recuso.

Antiquis debetur veneratio.

Cvm summis & inuictis, vel cũ antiqs non est certandum, cui uelut extra aleam hominum positi uidentur, sed his vltro cedendum: veluti si quis neget sese, cum M. Tullio de eloquentia uelle cõflictari, cum mediocribus non recusare, vsurpabit quod eodem in loco dicitur ab Vlysse:

Ἀνδράσι δὲ προτέροισιν ἐριζέμεν οὐκ ἐθελήσω
Οὐδ' ἠρακλῆι ὅτ' ἐρύτερος ἠὲ χαλιῆι. i.

Cum maioribus haud subeam certamina, uel cum.
Herculea uirtute, uel Euryto Oechialẽsi.

Flagitiorum turpis exitus.

Cvm res perperam instituta, male cedit, conueniet illud ex eod. libro.

Οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα. ideſt,

Haud bene succedunt facta improba.

Dictũ est de Martis adulterio deprehẽso.

Patria sua cuique iucundissima.

Vnicvique sua patria iucundissima, quęcumq; contigit. Homerus Odysseæ I.

Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων
Γίγνεται. ideſt,

Vt nihil e patria proprijsve parẽtibus vlli Dulcius.

Fuga tutior.

Qvi dicit tutius esse fuga uincere libidinẽ, q̃ contra pugnando, poterit accõmodare, q̃d de Charybde dictũ est Odysseę M.

Οὐδὲ τὶς ἐστ' ἀλκὴ, φυγέειν κάρτιστον ἀρίστη· αὐτῆς. ideſt,

Non est vlla medela, procul fugere optimum ab illa.

Alia committenda, alia celanda.

Non temere quiduis apud quemuis effutiendum, at nec familiaribus arcana omnia proferenda sunt, verum alia communicare conueniet cum amicis, aut uxoribus, alia celare. Ad hanc sententiam quadrat illud ex Odysseę Δ:

Ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ γ' αὖ κεκρυμμένον εἶναι. ideſt,

Dicendum est aliud, contra est aliud reticendum.

Fœmina nihil pestilentius.

Nihil fęmina pestilẽtius, hanc sententiam eodem in libro sic effert Homerus:

Ὡς οὐκ ἀλγεσινότερον καὶ κυνωπότερον ἄλλο γυναικός. ideſt,

Vsque adeo nihil improbius, mulierecq; peius.

Frequenter apud antiquos poetas male audit mulierum genus.

Cum amico non certandum æmulatione.

Cvm amico, & benemerito non est suscipiendum certamen, ne quid obscuretur amicitiæ propter æmulationem huiusmodi comitem contentionum. Id innuit Homerus in Odysseæ Θ. cum Vlysses excipit Laodamantem, quod hospes esset:

Τὶς ἂν φιλέοντι μάχοιτο. ideſt,

Quis nãque benigno cũ hospite pugnet?

Locũ etiam habuerit, ubi dicemus hospitis esse munus cedere ijs, apud quos diuersatur, etiam si possit vincere. Nam inibi statim subnectitur huiusmodi sententia.

Ἄφρων γὰρ κεῖνος γὲ καὶ οὔτι δαηὸς πέλεται ἀνὴρ,
Ὅστις ξενοδόκῳ ἔριδα προφέρηται ἀέθλῳ. i.

Vir siquidẽ uecors est ille, nec vnius assis,
Quisquis ad euentum certaminis euocat illum
Quem penes hospitio fruitur, tectoque iuuatur.

Aspera vita, sed salubris.

In vitæ rationem, duriusculã quidem, sed tamen ad rectam morum institutionẽ idoneam, conueniet illud ex Odysseæ I. dictum de Ithaca:

Τραχεῖ ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος, ideſt,

Aspera, sed iuuenum nutrix bona.

Consilijs simul & facto valens.

In hominem consilio pariter ac uiribus excellentem, conueniet illud Odysseæ Ξ.

Οἷος ἐκεῖνος ἐλωβεκλόνε μὴ ἠὲ μάχεσθαι. i. Is cuiusmodi erat seu pugna, consiliove.

Abhorrentis, ac detestantis.

Cvm dicemus nos uehementer a uitio quopiam abhorrere, illud ex libro eodem vsurpare licebit.

Ἐχθρος γὰρ μοὶ κεῖνος ὁμῶς ἀϊδαο πύλῃσι. ideſt,

Is mihi iuxta iuisus, ut atri limina Ditis.

Idem carmen extat in Iliados I. sub persona Achillis. Hic ab Vlysse dicitur.

Quod adest, boni consule.

Qvi admonebit oportere boni consulere, quidquid a fortuna conceditur, usurpabit illud ex Odysseæ Ξ.

Ἐσθιε δαιμόνιε ξείνων καὶ τέρπεο τοῖς δὲ,
Οἷα πάρεστι. θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, τόδ' ἐάσει.
Ὁπῄκεν ὥ θυμῷ ἐθέλει. δωάσασθαι γὰρ ἅπαντα. ideſt,

Hospes sume cibum, & quorum data copia, lætum his
Pasce animum, nam sors dabit hęc, rursum illa negabit
Vtcumque est animo lubitum, ualet omnia quippe.

His verbis Eumæus subulcus Vlyssem inuitat, ut cibos uiles & rusticanos qualescũque essent, boni consuleret. Transferetur ad omnem hominis uitam, quoties admonebimus, ut quemcunq. statum sors dederit, in eo læte, tranquilleq. uiuamus. Apud Athenæum libro 10. refertur hic senarius:

Ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον διάπλεκε. ideſt,

Quæ præsto sunt, in hisce uitam nectito.

Isocrates in orone de pace: σέργειν τοῖς παροῦσιν, ait pleriſque hominibus esse difficillimum: & hinc est, quod bellũ malunt, quam pacem.

Officium ne collocaris in inuitum.

Instar iniurię fuerit, si quis officium collocet in inuitum. In eam sententiam Homerus Odysseæ O.

Ἴσον τοὶ κακὸν ἐδ' ὅς τ' οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι
Ξεῖνον ἐποτρύνῃ, καὶ ὃς ἐστύμφορον κατερύκῃ.
Χρὴ ξεινον παρέοντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν. ideſt,

Iuxta peccat uterque uel is, cui extruditur hospes
Inuitus, uel qui remoratur abire uolẽtẽ.
Hospes donec adesse uolet, tractate benigne
Conuenit, emittẽdus ubi discedere q̃ret.

Bona spes ostensa.

Cvm bona quæpiam spes effulget alicunde, perficiendi quod proposuimus, cõueniet illud ex eodem libro:

Ὡς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπταθο δεξιὸς ὄρνις. ideſt,

Sic fato felix à dextris aduolat ales.

Arrogantia non ferenda.

In eos, qui in toleranda sunt arrogantia, non inscite torquebitur illud ex eodẽ libro ab Eumęo dictum in procos:

Τῶν ὕβρις τὲ βίητε σιδήρεον οὐρανὸν ἵκει. i. Horum uisq; animusque, ferox, cõtingit olympum.

Idem in P. dicitur ab Vlysse ad Eumæum.

Domus optima.

Infelicissimvm incertis uagari sedibus, quemadmodum faciunt semper ἀνέστιοι, peregreque uiuentes. Huic adstipulatur eodem libro:

Πλαγκτοσύνης δ' οὐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν. ideſt,

Nil miserabilius, quàm incerta sede uagari.

Transferri poterit ad eos, qui circũagũtur, quibuslibet opinionibus, aut qui subinde mutant amicos, aut institutum uitæ.

Non omnibus contingit.

Non cuiuis sit potestas cũ regibus colloquendi: aut non omnibus contingit diuinarum literarum penetrare mysteria. Ad hunc sensum non inuenuste deflectetur illud ex Odysseæ Π.

Οὐ γάρ πω μαντέσσι θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς. ideſt,

Haud cuiuis manifesta uidentur numina diuum.

Auctoritas diuinitus.

Divinitvs contingit, ut idem homo nunc magnifiat, nunc despiciatur. Ad id facit illud ex eodem libro:

Πίδιον δὲ θεοῖσι τοῖ οὐρανὸν ἀμφὶ ἔχουσι,
Ἡ μὲν κηδίωσι θνητὸν βροτὸν, ἠὲ κακώσαι. ideſt,

Est proclive deis, amplus quos claudit Olympus,
Reddere uel despectum hominem, aut adiungere honorem.

Tollenda mali occasio.

Qvi suadebit, ut mali submoueatur occasio, nõ absurde citabit illud ex eo.lib.
-Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος.i.
-Quippe uiros ferrum illicit ipsum.
Ita diuitię proliciunt ad luxum, cõsuetudo puellarum ad amorem.

Vbi cognitum est quod erat occultum.

Vbi res, quæ magno studio celebratur, fuerit aliquo pacto deprehensa, quadrabit illud ex eodem libro.
-Ἥτις σφὶν τόδ' ἔειπε θεῶν, ἢ εἴσιδον αὐτοί. idest,
Siue illis de⁹ hoc aliqs deprodidit idex,
Siue ipse videre.

Abstinenda uis a regibus.

Qvi dicet haud temere manum immittendam in reges, potentes, aut uiros deo dicatos, adducet illud ex eodẽ libro:
-Δεινὸν δὲ γένος βασιλήιον ἐστὶν
Κτείνειν. idest,
-Res dira, ac plena pericli est,
Regale occidisse genus.

Domesticum dissidium.

Ad detestãdam seditionẽ domesticã, & mutuam contubernaliũ inter ipsos discordiã, insidiasq;, conueniet illud ex eod.li.
Οὐκ ὁσίν κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισιν. i.
Impia res moliri inter sese mala.

Quis eget, in turba uersetur.

Etiam hodiernis tẽporibus vulgo iactatur fabula de cæco mẽdico, qui iubebat ministro, ut eo se duceret, vbi maxima esset hominũ procella, addẽs sniam populari ioco celebrẽ: Ibi quętũ esse, ubi sit hominũ frequentia. Homerus itẽ Odysseæ ρ.
Πτωχῷ βέλτιον ἐστὶ κατὰ πόλιν, ἢ ἐνείκειν ἀργέϊ
Δαῖτα πωχεύειν. idest,
Mẽdico præstat populosa p oppida cænã
Mendicare suam, quam ruri.

Officium humilius.

Cvm quis recusat munus tamquam humilius, parumq. sese dignum, applicabit illud ex eodem Odysseæ ρ.
Οὐ γὰρ ἐπὶ σαθμοῖσι μένειν ἔτι τηλικος εἰμί. idest,
Nam ut maneam in stabulis iam nõ mea postulat ætas.
Verba sunt Vlyssis ad subuculum.

Vitandę potentium offensæ.

Qvi dicet formidandos diuitũ, & principium offensas, propterea quod quantũlibet leuiter offensi, grauiter indignantur, &, ut ait Plautus, Plumbeas iras gerunt, ac commodabis illud ex eodem lib.
Χαλεπαὶ δὲ τ' ἀνάκτων εἰσὶν ὁμοκλαί. i.
Sunt formidãdæ regũ, offensæq; minæq.

Princeps indiligens.

Indiligens pædagogus corrumpit puerũ, malus pręceptor vitiat discipulũ, rex improbus populum item corrumpit. Ad hanc sententiam facit illud ex eod.li.
Αὐταὶ μῆλα κακοὶ φθείρουσι νομῆες, i.
At corrumpit oueis pastor malus.
Dicũtur ab Eumæo subuculo od caprariũ:

De alieno liberalis.

De alieno facile largimur, de nostris nõ item. Hanc sententiam protulit Antino⁹ in eodem libro:
-Ἐπεὶ ἔστις ἐπίχεσις, οὐδ' ἐλεγτὴς
Ἀλλοτρίων χαρίσασθαι. idest,
-Nam res largiri alienas
Haud res ulla uetat, neque enim piget.
Seneca epistolarũ lib.2.epist.16. Non est quod mireris animũ meũ, adhuc de alieno liberalis sũ. Ita Mitio in Adelphis, Æschino dicenti: Fac, promisi ego illis. Respondet: Promisisti autẽ? De te largitor puer.

Pauper sed ingeniosus.

In hominem tenui cultu, sed egregio tamẽ corpore, quadrabit illud ex Odysseæ σ.
Οἶλω ἐκ ῥακέων σ' γέρων ὀπιγωνίδα φαίνει. idest,
Quos profert senior pannis è uilibus armos.
Dictum est de Vlysse certaturo cũ Iro. Lucianus in Hercule Gallico, torquet ad senem ingenio, facundiaq; præcellentem.

Iactantiæ comes inuidia.

Qvi monebit, ne quis insolẽtius iactet uel fortunæ munera, vel naturæ dotes, ne, quando Nemesis exaudiat, auferatq;, non intempestiuiter usurpabit illud ex eod.li.
Ἀλλ' ὄγε σιγῇ δῶρα θεῶν ἔχοι ὅτι διδοῖεν. idest,
Possideat tacitus, si qua adsunt munera diuum.

Verbotenus amicus.

In eũ, qui simulat oratione bũuolẽtiã, cæterum

cęterum longe diuersa parans in animo, quadrabit illud ex eodem libro:
-Θέλγε δὲ θυμὸν
Μειλιχίοις ἐπέεσσι, νόος δ' οἱ ἄλλα μὲν εἶνα. i. -Animum præmollibus illi
Leniebat dictis, at mens diuersa parabat.

Nihil recusandum quod donatur.

Si quando dices nullum esse recusandũ munus, quodcunq; offertur, aut adripiendũ esse, quoties obtigerit alicuius occasio commoditatis, conueniet illud ex eod.lib.
Οὐ γὰρ καλὸν ἀνλώαθζ δόσιν ἐστὶν. i.
Donum reijcere haud quaquam decet.

Nouit mala & bona.

In eum, qui per ætatẽ usumq. rerũ, iam delectũ habere potest fugiendorũ atq. expetendorũ, congruet illud ex eodẽ libro:
-Δὴ γὰρ νόεω καὶ οἶδα ἕκαστα.
Ἔθλατε καὶ τὰ χέρεια. idest,
Iamdudũ siquidẽ, nouiq; & sentio cuncta
Quæ bona, queq; mala.
Hac figura uel hodie nihil vulgatius.

Neque enim ignari sumus.

Vbi quis ad tolerantiam præsentium incommodorum, animat sese præteritorum malorum recordatione, non infestiuiter vsurpabit illud ex eod. lib.
Τέθλαθι δὴ κραδίῃ καὶ κλωτέρου ἄλλο πότ' ἔτλης. idest,
Obduresanime, & quõdã grauiora tulisti.
Id æmulans Virgil. ait.
O passi grauiora, dabit deus his quoque finem.
Durate, & uosmet rebus seruate secũdis.
Consimiliter Horatius in Odis:
-O' fortes, maioraq; passi
Mecum sæpe uiri.

Danda uenio lapso.

Qvi dicet aliquando dandã ueniam, quid erratũ sit per incuriã, neq; enim hominis esse, ut semper exactam præstet diligentiam, usurpauit illud ex Odysseæ τ.
Ἀλλ' ὅ γάρ πως ἐστὶν ἀνήνυστ' ἐμμεναι αἰὲν
Ἀνδρώποις. idest,
Haud quaquam fieri potis est, ut perui-gil vsque.
Mortalis duret.

Non quiduis continget quod optaris.

Qvi negabit omnia cõtingere homini quæ sperarit, anim oque conceperit, accõmodabit illud ex eodem lib.
Ἦ τοι μὲ ἔνειροι ἀμηχανοί, ἀκριτόμυθοι
Γίγνονθ' οὐδὲ τὰ πάντα τελείεται ἀνθρώποισι. idest,
Friuola scilicet existunt, & inania quædã
Sõnia, nec quodcũq; uides, sic euenit oẽ.
Atque hoc in loco subiungit pulcherrimum illud de duabus somniorum portis figmentum, quod in sexto Virgil. retulit.

Gaudium dolori iunctum.

Cvm pariter accidit, quod & gaudeamus, & doleamus, quod genus, si cui parentes opulenti uita decesserint, partim excruciatur morte suorum, partim gaudet hæreditatis obuentu, atque accessione liberratis, conueniet illud ex eodem libro:
Τῷ δ' ἅμα χάρμα καὶ ἄλγος ἐλεφρέα. i.
Lætitia huic mœrorque simul pręcordia cæpit.

Mala senium accelerant.

Qvi dicet senectam non esse metiendã annis, propterea quod ij, qui se multis laboribus, curisque discruciant, ante diẽ cõsenescunt, usurpauit illud ex eod.lib.
Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι. idest,
Quippe repente homines curisq; malisq; senescunt.

Vita mortalium breuis.

Qvi monebit dandam operam, ut apud posteros honestæ uitæ memoriã relinquamus, quæ perpetuo viuat, nam hanc uitam angustis circumscriptam esse terminis, accommodabit illud ex eod. lib.
Ἀνθρωποι δὲ μινυνθάδιοι τελέθουσι. i.
Ast hominis breuibus spatijs constringitur æuum.

Verisimiliter mentiens.

In eum, qui falsum perinde quasi uerũ sit, narret, quadrabit illud ex eodem libro.
Ἰσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτυμοῖσιν ὁμοια. idest,
Plurima narrabat figmenta simillima ueris.
Dictum de Vlysse. Notatur & apud Platonem, quod Homerus Vlyssem induxerit mendacem, Achillem contra ueracem.

Sibi malum reperit.

In eum, qui suo læditur inuento, quadrabit illud ex Odysseæ φ.

Οἷτ' αὐτῷ πρώτῳ κακὸν ἔυρετο οἰνοβαρείων. idest,
Qui sibi perniciem, uel primum reperit ipse
Vino uictus
Dictum est de Euritione, qui primus inuenit usum uini, peremptus à Lapithis.

Qui continet arcanum.

In eum, qui celat arcanum sibi commissum, neque cuiquam effutit, quadrabit illud in Odyssea φ.
-Τῷ δ' ἄπτερος ἔπλετο μύθος. idest,
-Huic pennis dicta carebant.
Hoc est, haud longius auolabant.

Mortuis non conuiciandum.

Victo non insultandum, nec in mortuum ultra cõgerenda conuicia. Huic suffragatur Homerus in eodem libro:
Οὐκ ἐσθὶν κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν ἀγχεταάσθαι. idest,
Haud fas est super occisis iactare teipsum.
Vlysses ita, de procis extinctis.

Focus luculentus in ædibus.

Primum domus ornamentum est, ut luceat focus, pinde qui in ędes immigrãt, nouas, aut in diuersorium ingrediuntur, ante omnia iubent ignem incendi. Quod ex Homeri χ. sumptum uidetur, apud quẽ Vlysses:
Πυρνῷ μοὶ πρώτιστον ἐνὶ μεγάροισι γενέσθω. idest,
Nancante omnia mi lucescat in ædibus ignis.
Item illud celebratum:
Αἴθομένου δὲ πυρὸς γεράρωτερος οἶκος ἰδέσθαι. idest,
Scilicet accenso domus est ornatior igni.
Quo quidem uersiculo uidetur impendio delectatus Plutarchus, adeo subinde usurpat, & in uarios detorquet usus: in cõmẽtario De virtute & vitio, refert ad opes, potentiam, gloriam, quę tum fiunt iucundiora, si adsit animus à molestia liber. Rursum in libello, quem Amatorium inscripsit, detorquet ad amantis animum longe splendidiorem, si calor amoris eum inflammarit.

Qui iure perierunt.

In eos, qui suo merito pereunt, conueniet, illud ex eodem libro.
Τόσδε δὲ μοῖρ' ἐδάμασε θεῶν, καὶ κέρτλια ἔργα.
Hos fatum & malefacta, neci exitioque dederunt.
Dictum de procis.

Senum prudentia.

De senibus quidem, attamen ob rerum peritiam non inidoneis ad negotium aliquod conficiendum, apte dicetur illud ex eodem libro:
Καὶ πολιοὶ περ ἐόντες ἀναγκαῖοι πολεμιστῶν. idest,
Aetas cana quidem, sed non inidonea bello.

Imperator bonus, & idem robustus miles.

Refert Plutarchus in commentario de fortuna Alexãdri, si modo is liber illius est, cum in conuiuio propositum esset, quinam inter uersus Homericos maxime probandus uideretur, alijs alios prę ferẽtibus, Alexander huic carmini palmam tribuit, quod extat Iliados γ.
Ἀμφότερον, βασιλεὺς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. idest,
Dux bonus, ac miles præpollens uiribus idem.
Nam hoc & Agamemnonis laudem expressit, & Alexandri uirtutem est uaticinatus. Quamquam nostra quidem sententia, non magnum habet momentum in principe corporis robur, plurimum autem consilium & prudentia. Proinde grauiter Timotheus, cum rhetores Charetem quendam efferrent laudibus, iuuenem corporis uiribus insignem, censerentq; eiusmodi belli ducem Athenienſibus esse quærendum, Haud quaquam, inquit. Nam istiusmodi quidem optarim, qui culcitras & strągulas sit exercitui deportaturus, at ducem uelim, qui à fronte pariter, atque à tergo sit oculatus, & quem à pendendo quid uti le factu sit, nulla impediat animi perturbatio.

Capram cælestem orientem conspexerunt.

Αἶγα τ' οὐρανίαν ὀπτέλλεσαν ἐθεάσαντο. idest, Capram cęlestem exorientẽ aspexerunt. Hoc dici solitũ in eos, quibus omnia feliciter, eaq; animi sentẽtia succederent: propterea quòd antiquitus opinione vulgi comprobatum est, qui capram illam Iouis altricem, & ob id in syderam relatam numerum conspexissent, quidquid uotis conciperent, ejus compotes futuros. Qua de re

re latius dictum est in adagio ἀμαλθείας κέρας. Hoc ãt extat in Plutarchi collectaneis. Idem in libello de poetis audiendis: ἀδάμων πολύαγρος ὑράντιον αἴγα πλουτοφόρον τρέφων. i. Felix multorum agrorum possessor, cęlestem capram opum largitricem alens. Quamquam apud Athenæum lib. 9. Antiphanes, opinamur, commemorat capram celestem inter animantia apta mẽsis: τράγος ὑλιβάτας, αἴξ οὐρανία, κρὸς τομίας, idest, Hircus sylueſter, capra cęlestis, aries castratus.

Capra ad festum.

Αἴξ εἰς τὴν ἑορτὴν, i. Capra ad festum. Dici solitum, vbi quis in tempore ad negotium aliquod accederet. Aut ubi quis cõmode in suam perniciem offert sese. Nam in festis maxime Bacchi, capram immolabant. Refertur in iisdem commentariolis.

Mox sciemus melius vate.

Τάχ εἰσόμεθα μάντεων ὑπέρτερον, i. Mox melius ipso vate rem cognorimus. Ad eum modum dicebant, qui rem non coniecturis diuinabant, sed experimento deprehendere tẽtarẽt. Nihil enim experimento certius. In ijsdem extat Plutarchi collectaneis. Sumptum autem ex Sophoclis Antigona. At Titus Liuius belli Punici secundi, libro secundo, euentum appellat stultorum magistrum.

Tinctura Cyzicena.

Βάμμα κυζικηνὸν, i. Tinctura Cyzicena. Dedecus non eluendum appellabatur apud Atticos. Dicebaturq; in eos, qui metu quidpiam indecore facerent. Nã Cyzicẽni duobus nominib. notati sunt, timiditatis, & molliciei. Recensetur in iisdẽ collectaneis. Meminit & Hesychius, addens Cyzicenos ob molliciem notatos, qd' Iones essent. Eadem ferè Aristophanis interpres. Stephanus addit cos fuisse graues Tyrrhenorum prædationibus. Extat apud Aristophanem in Pace:
-Αν δέπε δέῃ μάχεσθ' ἔχοντα τὴν φοινικίδα,
Τὴν καὶ τ' αὐτὸς βέβαπται βάμμα κυζικηνικὸν, i.
Sicubi pugnare oportet, atque ferre palmulam,
Ipsum eum tinctura tingit mox ibi Cyzicenica.

Solent ãt tincturæ insignes a locis habere cognomen. Nec enim vbiuis quilibet color tingitur fęliciter. Simili modo dictum est ἐμβάμμα συρακούσιον, & βάμμα σαρδανικὸν. Id parœmia detorsit ad mores hominum. Est enim ęstimatio rumorq; cõsequens hominum vitam, velut tinctura quædam. Vnde carbone notari dicuntur qui damnantur. Et notum est illud Ennianum apud A. Gellium: Quæ tincta malis, aut quæ bona dicto. Aristophanis interpres indicat Lacedęmonios puniceis tunicis vti solitos, ne ab hoste sentirentur uulnerati, ob coloris similitudinem. At ignaui mollesque pallescunt. Addemus, quod est apud Herodotum libro 4. Cũ Aethiopum rex conspexisset à Rege Persarum missam uestem purpuream, rogauit tinctu ræ rationem. Eam cum ab Ichthyophagis didicisset: δολερὸς μὲν ἀνθρώπους ἔφη εἶναι, δολερὰ δὲ αὐτέων τὰ ἱματα, idest. Non solum ait homines esse subdolos, sed & uestes illorum esse dolosas.

Seruabis bouem.

Βουκολήσεις, idest, Bubulcus eris. Hoc velut ęnigmate significabant exilium. Siquidem qui per ostracismum eijciebantur, in Argiuam exulatum ibant. Ac illic bos erat æneus insigni magnitudine. Refertur in Plutarchi collectaneis. Hesychius testatur extitisse in Phasmate Menandri.

Embarus sum.

Εμβαρὸς εἰμι, i. Embarus sum. Dictũ est olim de insano, deliroque. Referunt autẽ adagionem ad huiusmodi fabulam: Olim Piræus insula fuit, id quod ipsum etiã uocabulum ad huc indicat, περᾶν enim transmittere est in ea, cum Nunychus principatum obtineret, templum instituit Dianæ, cui cognomen additum Munychiæ. Deinde cum vrsus Dianæ sacer quidam ibi repertus, & ab Athenienſibus interfectus esset, fames ingruit: ritum est ad oraculũ, quæsitumque malo remedium. Respondit deus, ita, demum finem mali futurum, si quis filiam immolasset numini. Vnus autem repertus est Embarus, vsqueadeo demens, qui polliceretur se filiã immolaturum, ea lege, vt sacerdotium in posteros suos traduceretur. Itaque puellam solemni ritu ornatam sacrificauit. Fit & huius mentio in Plutarchi collectaneis.

Colophonium suffragium.

Κολοφωνίαν ψῆφος, i. Colophanium suffragium. Vsurpatur in epistola quapiam Platonis ad Dionysium. Adagium est uerbis magis, quàm re diuersum ab illo, quod in secunda retulimus Chiliade: Κολοφῶνα ἐπέθηκεν, id est, Colophonē addidit. Adagionis originem explicant in hunc modū: Cū olim Colophonii domesticis seditionibus tumultuarentur inter sese, euenit, vt aliquot ex illis mutatis sedibus, ad Smyrnæos demigrarent. Dein accidit, vt cū bellū gererent Smyrnæi, ac sæpenumero victi discessissent, tandē adhibitis Colophonijs, quos in ciuitatē receperant, extiterint superiores. Vnde institutum est, vt quemadmodum Smyrnęi non uicerant in bello, nisi Colophoniorū accessione, ita nec in suffragijs uincerēt, nisi illorum calculum adiungerent. Proinde cum Ionij duodecim ciuitatibus imperarent, quarum vna Smyrna in publicis consilijs, si quando Smyrnēsium æquales fuissent calculi, pars ea uincebat, cui subscripsissent Colophonij illi, quorū opera vicerāt in plio. Nec abhorrēt ab his, quę refert Iaben[s] scriptor Gręcus. Duodecim Ioniæ ciuitates conuenire solitas: id concilium Panionium dicebatur: in quo si forte calculis hinc atque hinc paribus nihil decerni poterat, accersebantur Colophonij, qui victoriam adferebāt utricunque parti fuissent suffragati. Itaq; prouerbium quadrabit, cum significabimus iudicium, aut suffragium alicuius plurimum in re quapiam ualere. Huius adagij nobis facta est mentio.

Mihi ista curæ futura sunt &c.

Ἐμοιμελήσει ταῦτα τῇ λευκαῖς κόραις, i. Curæ ista mihi erunt, ac puellis cādidis.

Senarius ex oraculo ductus in popularē sermonē. Cum Brennus Gallicis copijs ingrueret ī Delphos, Delphi consuluerunt oraculum, quid opus esset facto. Responsum est hoc, quod modo retulimus carmine. Paullo post visus Apollo cum duab. puellis Palladeac Diana. Nam & his sanā sunt apud Delphos. Conuenit uti, siqñ significabimus nihil esse periculi, negotium ijs curæ futurum, ad quos pertinet. Referur ī Plutarchi collectaneis. Cicero vertit Græcum carmen De diuinatione primo:

Ego prouidebo rem istā, & albæ virgines.

Festum multas habens.

Ἑορτὴ πολλὰν ἔχουσα, i. Festū multas habens, subaudiendum molestias, aut occupationes, Dictum in eos, qui magnas componerent sarcinas, aliquò profecturi. Venustius erit, si deflectatur ad quosdam, qui nihil agunt, quamuis exiguum, nisi magno molimine, longa cunctatione, miro apparatu, ita vt sæpenumero tum se, tum reliquos omnes defaticarint apparando, priusquam quidquā incipiāt. Natum ab ijs, qui festa solent adire. Nam ijs mos, multā suppellectilem vna, secum conuehere, vasa, vestes, sacra, panes, atq; id genus alia multa, ne quid deesset, ad solemnitatem pertinens. Extat in iisdem collectaneis.

Nihil aliæ ciuitates ad Crotonem.

Μάταια τἄλλα παρὰ κρότωνα τάσεα, i. Sūt reliqua prę Crotone friuola oppida.

Theocriti interpres meminit huius prouerbii. Licebit accōmodare ad rē, aut hominē vsqueadeo pcellentem, ut reliqui cū hoc collati, nihil esse videātur. Natum fortassis est à pugillū Crotoniatarū excellentia, quorū erat Milo, de quo dictū est alias, nempe in prouerbio: Crotone salubrius.

Canis panes somnians.

Svnt quib. prouerbiali figura dictū uī deatur illud apud Theocritū in Piscatorib[s].

Καὶ γὰρ ἐν ὕπνοις
Πᾶσα κύων ἄρτους μαντεύεται, ἰχθύας κηγών, i.
Siquidem omnis
Panes in somnis canis ariolatur, at ipse Pisces.

Sensus est, vnicuiq; ea per somnū occurrere, quæ impensæ desiderat, quibusq; magnopere deditus est. Aristoteles nō solum homini, uerumetiam cęteris animantibus somnia tribuit, etiam si id in canibus euidentissimum: quippe quos audimus sæpenumero dormientes venationem somniare, quæ res haud difficile deprehendit ex ratione latratus, quem edunt sopiti. Proinde nobis rectius quadraturum uiderur, si pro ἄρτους legat ἀργοῦς, aut ἀργὰς, idest, agros, aut venationes. Verum hoc tantum eruditis pensitandum proponimus, super hoc pronuciaturis, vbi codicem emendatiorem erunt nacti. Nobis adhuc non contingit. Ex somniis autem qui ariolentur euen-

euentura: ne nostris quidem temporibus desunt. quamquam nō probat Aristoteles:

Canis.

Ἀδεὶς ἔχων, i. Canis, pro eo quod est, nugaris, ineptis, frustra loqueris. Est autē Atticæ linguę figura, sicuti παίζεις ἔχων, idest, Ludis, siue iocaris. Etenim qui canūt non agunt rem seriam, sed tantum, ut aures deliniant voluptate mox peritura.

Æthiops non albescit.

Αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται, i. Æthiops non cādescit. De ijs dici solitum, qui nunquā mutaturi sunt ingenium. Quidquid enim natiuum, id haud facile mutatur. Fertur Aesopicus apologus de quodā, qui empto Æthiopi, cum eum colorem arbitraretur non natiuum esse, sed domini superioris accidisse neglectu, assidua lotura faciē diuexauit, ita ut morbum etiam adiungeret, colore nihilo, quā antea fuerat, meliore. Fertur & epigramma Luciani nomine:

Εἴς τις μάτην νίπτεις δέμας ἰνδικὸν, ἴσχεο τέχνης.
Οὐ δυνάσαι δινοφέρον νύκτα καθηλιάσαι. i.
Abluis Æthiopem frustra quin desinis artem?
Haud vmquā efficies, nox sit ut atra, dies.

Annas clibanum.

Ἄννας κρίβανον, idest. Annas clibanum, subaudi reperit. Haud nos fugit, hoc alio loco relatum à nobis, uerum quoniam toties alia nobis occurrit specie in prouerbiorum collectaneis, libuit admonere, trifariā esse scripturam. Alibi legitur, & quidem plerisque in locis, ἀνθρώπος κρίβανον, i. Homo clibanum. Quam equidem lectionem arbitramur esse deprauatam. Nec obscurum, vnde deprauandi occasio, ijs qui Græcas literas norunt. Alibi inuenitur, ἄννος, vt vir fuisse videatur. In quibusdā est scriptum, ἄννας vt mulieris, aut certe barbaricum sit vocabulum. Clibanum aūt accipimus, non hunc vulgatum (quid.n. hoc admirandum, aut nouum?) sed testaceum illum, qui incluso pane, ponitur in clibanis vulgaribus, in quibus panis, aut etiam pisces, aut carnes paullatim lento vapore decoquuntur.

Archilocum teris.

Ἀρχίλοχον πατεῖς, i. Archilocum teris, seu calcas, de maledico dicebatur. πατεῖν autem dictum est, uel quod maledicus assiduus videatur in euoluendis huius poetæ carminib[s], uel quod huius uestigiis ingreditur. De Archilocho testatur & Horatius.

Archilocū proprio rabies armauit Iābo.

Equidem suspicamur hoc idem esse cum illo, q alibi posuimus: ἀρχιλόχου πατρὶς, id est, Archilochi patria, deprauata uoce, πατεῖς in πατρὶς.

Non inest illi dentale.

Γύης οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ, i. Gyes non inest illi. Dici consueuit de quopiam, ad rem aliquam parum utili. Sumpta est metaphora ab aratro, cuius pars est γύης, eam nōnulli putant esse, quam Latini dentale uocant. Ea quoniā præcipua videtur, si absit, nihil confici potest aratro. In hunc sensum usurpauit Hesiodus, φρίνυ ὃ γύης. Cęterū Homerus, p iugere posuit, agrū πετηκὸν τόγυον appellans, id est, centum iugerum.

Gigantum arrogantia.

Γιγάντων ἀπονοία, i. Gigantum amentia. Dicebatur, vbi quis viribus suis frętus, temere, nulloq; consilio res non tentandas moliretur. Tractum à notissima gigantum fabula. Prouerbium admonet, inauspicato cedere, quęcunque citra cōsilium, aduersus deos, aduersus pietatem, aduersus ius & æquum, per vim instituuntur. Horatius in Odis:

Vis consillij expers, mole ruit sua,
Vim temperatam dii quoque prouehunt
In maius.

Homerus item Iliados Δ. elegantissima sententia demonstrat, in omni negotio nimio plus habere momenti rationem, consiliumq; quàm corporis vires.

Μὴ τὶ τοὶ δρυτόμος μέγ' ἀμείνων νὲ βίηφι,
Μὴ τὶ δ' αὐτὲ κηβέρνητης ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ
Νῆα θοὴν ἰθύει ἐρεχθομένην ἀνέμοισι,
Μήτι δ' ἡνίοχος φέριγίνεται ἠὶ ὀχοιο, i.
Consilio sanè multo, quā robore pręstat,
Hirsutam quicunque parat succidere fyluam.
Consilio rursum nauclerus in ęquore nigro
Dirigit vndinagam nauim raptantibus austris.
Consilio auriga aurigā vincitq; præitq;.

Aristoteles lib. de Rhet. secundo citat hunc

hunc uersum trochaicum tacito auctoris nomine:

Θνατὰ χρὴ τὸν θνατὸν, οὐκ ἀθάνατα θνατὸν φρονεῖν, i.

Non docet mortalis, ut qui est, curet immortalia:

Sed magis mortalis, ut qui est, cogitet mortalia.

Per ignem incedis.

Εν πυρὶ βέβηκας, idest, Per ignem incedis, idest, uersaris in periculoso negotio. Est apud Aristophanem in Lysistrata,

Κἂν μὲ χρὴ διὰ τ' πυρὸς
Θέλω βαδίζειν, i.

Velim & per ignē incedere, si fuerit opus, Horatius in Odis:

Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.

Tradunt etiam in eum quadrare, cui celeriter absoluendum est negotium. Qui per ignem incedit, minus læditur, si suspensis pedibus properet. Confine quod ille dixit apud Senecam Declamator: Per spinas ingredior.

Fortis in alium fortiorem incidit.

Εσθλὸς ἐὼν ἄλλου κρείσσονος ἀντέτυχεν, i.

Forti alius potior contigit, ac melior.

Dici solitum, vbi quis nimium fretus suis viribus, aliquando nanciscitur, à quo uincatur. Sumptum putant ab Hyllo Herculis filio, & Euchemo Ægeate. Ita Zenodotus. Suidas hmōi uerba recenset, tacito auctoris nomine: ἐστὶ μὲ γὰρ ὅτε κῦ ταυτόματον ἀντέπραξε ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν. ἔστι δὲ ὅτε πάλιν κατὰ τὸ παροιμίαν,

Εσθλὸς ἐὼν ἄλλου κρείσσονος ἀντέτυχεν, i.

Fit nonnunquam, vt iuxta prouerbium, ipsa per se res bonorum uirorum conatibus obsistat. Fit rursus interdum:

Forti vt contingat fortior, ac melior.

Sentētia potest uideri ducta ex Iliados χ. vbi Hector incidit in Achillem.

Πρόσθαι μὲν ἐσθλὸς ἔφυγε, δίωκε δ' ἔμιν μεγ' ἀμείνων, i.

Fugit qui prius acer erat, cui iam acrior instat.

Insaniæ non omnibus eadem.

Μανία γ' ἐ πάσιν ὁμοία, i.

Haud est eadem vesania cunctis.

Hemistichium heroicum, sicut & illud superius, extat in eisdem collectaneis. Sensus est, nullum esse mortalem, qui non in aliqua re desipiat. Quamquam alius alio morbo laboret, hic auaritiæ, ille libidinis: hic ambitionis, ille inuidiæ. Quod copiose demonstrat Stoicus Damasippus apud Horatium in Sermonibus. Et in hac hominis calamitate mira ludit uarietate natura. Inter hos, qui mente lapsi sunt, alii sibi uidētur cornibus taurinis, alii naso prælongo, alia uasa fictilia, nonnulli se credunt esse mortuos, alij sibi uidentur esse principes, alii doctissimi Philosophi. Argiuus ille solus plaudebat in theatro, credēs se miros audire tragędos. Athenæus lib. 12. refert de quodam Athenensi, qui persuasum habebat omnes naues, quæ appellerent in Pireum, esse suas, easq; recēsebat, dimittebat, ac deducebat, & appellentes tanto gaudio excipiebat, ac si omnium rerum, quas uehebant, esset dominus: at si quid perisset, nō amplius quęrebat: si incolumes peruenissent, gaudebat, multa interim cum uoluptate uitam agens, donec frater eius Crito è Sicilia aduectus, tradidit illum medico, cuius opera liberatus est insania. Cęterum ad se reuersus dicere solet, se numquam uixisse iucundius.

Hydrus in dolio.

Ιδρος ἐν τῷ πίθῳ, i. Hydrus in dolio. Prouerbium hoc nondū apud ullum veterum auctorum reperimus, neq; Grecum, neque Latinum, & haud scimus an de uulgo sumptum sit, neque enim liber credere virum eloquentem, & in literis non postremi nominis ex sese commentum esse. Nā refertur ab Antonio Sabellico in epistola quadam familiari. Addit & fabulam prouerbii parentem, huiusmodi, huiusmodi: Rusticus quidam cum sensisset minui uinum in dolio conditū, admiratus quid esset rei, circūspicere cępit, nū qua rima extillaret liquor, ubi nihil eiusmodi comperisset, pgit vicinos in suspicionē apud sese vocare, ne sese absente vas relinerent, uinumq; potitarent. Obsignat itaque diligenter doliū ad opus exitures. At reuersus signis illęsis, uinū nihilominus imminui uidet. Tum vero fortunam agricolarum deplorare, quibus nō in uite solum, uerum etiam in dolijs calamitas præsto esset. Ad extremū ex hausto

hausto dolio hydrus in imo repertus est vini potor. Ea res in vulgi iocum abijt. Admonet Plin. lib. 10. c. 72. serpentes quamquam exiguo indigeant potu, tamē uinū, cum est occasio, præcipue appetere. Iuuenalis de muliere uinosa Satyra sexta.

Tamquam alta in dolia longus
Deciderit serpens, bibit & uomit.

Adagium ipsum haudquaquam inelegans, nec aspernandum. Quod si quem nihil mouet recens auctor, licebit usurpare, cū quis occulta calamitate premitur, caussa atque auctore non extante. Aut cum diuturni mali tandem auctor deprehenditur. Porro serpentem, quem Græci uocant hydron, Latini natricem uocant, quod in aquis degat. Ex ulcere huius morsu facto defluit copiosus humor aquosus, & graue olens. Ita Dioscorides lib. 6. Pli. lib. 6. cap. 23. tradit apud insulas quasdam ante Persidem, hydros marinos uicenum cubitorum terruisse classem.

E' massilia uenisti.

Εν μασσαλίας ἥκεις, i. E Massilia uenisti. Suidas ait dici solitū de ijs, q cultu parum uiris decoro uterentur. Quod Massilienses luxu perditi, muliebrem ferme in modum ornarētur, scomis unguento delibutis, capillisq; religatis. Huic affine quod refert Athenæus Dipnosophistarum li. 12. πλοῦσιας εἰς μασσαλίαν, cuius nos alibi mentionem fecimus in prouerbio. Nauiges, Massiliam, & quid super hoc sentiremus, explicuimus.

Tibicines mente capti.

ATHENAEVS lib. Dipnosophistarū 8. prouerbio iactatum scribit apud priscos, tibicinibus nihil esse momētis, λόγος γὰρ παλαιός ἐστι.

Ανδρὶ μὲ αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν,
Αλλ' ἅμα τῷ φυσᾶν χ' ὠνόος ἐκπέταται. i.

Dictum enim est peruetustum, quod

Dij tibicinibus nunquam mentem inseruere.
Sed simul ac flarint, auolat illico mens.

De hoc hominum genere plura diximus in prouerbio. Tibicinis uitam uiuis.

Dulce bellum inexpertis.

ET elegans cum primis, & multorum literis celebratum adagium est, γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος, idest, Dulce bellū inexperto. Id ita reddit Vegetius libro de re militari 3. cap. 14. Nec confidas satis, si tyro prælium cupit, inexpertis enim dulcis est pugna. Citatur ex Pindaro γλυκὺ δ' πολεμος ἀπείροισιν, ἐμπείρων δ' τὲς ταρβεῖ προσίοντα νιν καρδία θεισῶς, i. Dulce bellum inexpertis, ast expertus quispiam horret, si accesserit cordi supra modum. Sunt quædam in rebus mortalium, quæ quantum habeant discriminis ac malorū, non intelligas, nisi facto periculo.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici
Expertus metuit,

Bella res & splendida uidetur, inter aulicos obambulare proceres in regiis uersari negotiis, at senes, quibus usu penitus cognita res est, ab ea felicitate libenter abstinent. Suaue uidetur, amare puellas, sed iis, qui nondum senserunt, quantum amori insit amari. Ad eundem item modum ac commodari poterit, ad quoduis negotium multo cum periculo, multisque coniunctum malis, quod nemo uelit capessere, nisi iuuenis, & rerum imperitus. Siquidem Aristoteles in Rhetoricis hanc adfert caussam, cur iuuenta sit audacior, contra senecta timidior, quod illis imperitia rerum confidentiam pariat, his multorum experientia malorum timiditatem, & cunctationem. Quod si quidquam est rebus mortalium quod cunctanter aggredi conueniat, certe bellum est.

Argiuos fures.

Αργείους ὁρᾶς, idest, Argiuos uides, idest stupentibus & attonitis oculis. Sumptum opinamur ab Oreste, furiis agitato. Hesychius nonnihil lucis aperit, admonēs eos, qui inter helotes essent alicuius auctoritatis, ac splendidi, solitos appellari Argiuos, sunt enim helotis in Peloponeso, & Peloponesi primaria ciuitas est Argos. Ambitionis igitur erat, quod Argiui quam helotes appellari maluerint. Non ignoramus apud Lacedæmonios helotas uocari seruos, quod ex gente subacta seruos sibi constituerint. Et fortassis ex his quibus hæri magis fidebant, Argiui dici maluerunt, q̄ helotes. Similem affectum & hodie deprehendas in quibusdam, qui nati in obscurissimo pago, præclaræ cuiuspiam urbis cognomen adsciscunt. Aristophanes in Pluto μανικὸν βλέπειν dixit eodem sensu. Refertur à Suida prouerbij nomine.

Argiui

Argiui fures.

Ἀργεῖοι φῶρες, i. Argiui fures. De Palam improbis. Nã Argiui furacitatis infamia laborabãt antiquitus. Extat & hoc apud Suidam. Videtur autem adlusum ad uocem ipsam. Argos enim Græcis significat ignauum & otiosum. Tales uero solent ali furtis. Latini vulgo, ficto, sicuti uidetur, per iocum uocabulo Lauerniones appellant, homines furaces, quod fures sub tutela Lauernæ deæ essent: in cuius luco obscuro atque abdito, soliti sunt furto sublata prædamque defodere. Auctor Festus.

Mars rex.

Ἄρης τύραννος, i. Mars rex. Suidas interpretatur congruere in principem, qui ui, non legibus Rempublicam tractat. Zenodotus ortum putat à Timotheo Athenieusiũ Imperatore, qui multa felicissime gessit aduersus Persas & Asianos, & sub cuius ductu florebat Attica. Vnde dictum est Mars rex. Hesychius prouerbium recenset tantum. Indicat Suidas aliquando Græcis ἄρη dici ferrũ ipsum. Itaq. potest hic esse sensus prouerbij: ferrũ rex, quoties res ui geritur.

Attagen.

Ἀτταγᾶς. Suidas indicat hoc cognominis, prouerbiali ioco dici solere in seruos stigmaticos, quod hęc auis plumas habeat, uarijs colorum notis distinctas. Aristophanes in Auibus.

Εἰ δὲ τυγχάνει τὶς ὑμῶν δραπέτης ἐστιγμένος
Ἀτταγᾶς ἔστος παρ' ἡμῖν ποικίλος κικλήσεται. idest,
Siquis è uobis erit fugitiuus atque ustus notis,
Attagens is sane apud nos uarius appellabitur.

Quamobrẽ eam auem ibidem appellat πιεροποίκιλον. Ad eundẽ modum τάως, i. pauones appellant Græci nitidius cultos, & uersicoloribus amictos. Cęterum de Attagena plura dicemus in prouerbio: Attagenis nouilunium.

Tenedius homo.

Τένεδιος ἄνθρωπος, i. Tenedius homo. Plutarchus in adagionum collectaneis, ait dici solitum de homine tetrico, formidabiliq́ue aspectu. Originem, sicuti plerumque alias, uariè tradunt. Suidas ait regem quẽpiam Tenedi fuisse, cui nomen Tenes, qui legem tulerit, atque induxerit morem, ut à tergo iudicis, adstaret quispiam securim tenens, uidelicet in hoc paratus, ut qui perperam quid iudicio dixisset, opinamur mẽdacium, aut falsum testimonium, eum protinus securi feriret. Hoc interpretamenti ferme conuenit cum eo, quod ante commemorauimus in adagio: Tenedia securis. Alij tradunt in hunc modum, haud tamen cum his pugnantia. Cygnus Neptuni filius pater Hemitheæ & Tenæ, nouercam liberis suis induxerit. Euenit autem ut Tenes apud patrem insimularetur à nouerca, quod sese de stupro interpellasset, id cum ille uerum esse crederet, iuuenem in capsam inclusit, unaq́ue Hemitheam sororẽ, quod fraterni fati comes esse desideraret, simulq́. in mare præcipitauit. Id scrinium delatum est Leucophrynem, cui postea Tenedo commutatum uocabulum, uidelicet à Tene, Cygni filio. Qui progressu temporis nactus imperium eius loci, quod modo diximus exemplum induxit, ut in tribunalibus adsisteret, qui securim in caput accusantis uibratam sustineret. Quod si quis fuisset calumniæ conuictus, eum protinus viuum securi dissecaret. Id spectaculi quoniam formidabile uidebatur, in prouerbiũ abijt: vt Tenedius homo diceretur, qui minaci truciq́ue esset aspectu. Pausanias in Phocis uariat nonnihil in narratione, qua de re nobis dictum est alio loco in prouerbio; Tenedia securis M. Tullius lib. 1. epist. ad Q. fratrem. Tenediorum igitur libertas Tenedia securi præcisa est, cum eos præter me & Bibulum, & Calidicon & Fauoniũ, nemo defenderi t. Sentit libertatem rigide, & in totum negatam.

Tenedius patronus.

Τένεδιος συνήγορος, i. Tenedius aduocatus. Eodem è frõte profectum est, & hoc dici solitum de eo, qui compendio caussam expedit, litisq́ue nõdum ocyus dissecat. Ductum à Tenedia securi, de qua prius dictũ est, Suidas ait apud Tenedios duas secures suspensas ostẽdit. Aristoteles apud eundẽ, illud addit, pręterea, quæ recensuimus, in Asserina, is est locus quispiam in Tenedo, fluuiolum esse, in quo cancrorum testis, nauigiorum utantur uice. Eas ita dissecãt, ut securis speciem præseferant. Prouerbij meminit & Stephanus in locorum catalogo, addens dici solitũ de aduocato rigido duroq́ue, quod illic non esset tutum quid uis garrire in iudicio.

Εγκεῶτις ἡμέρα.

Εγκεῶτις ἡμέρα. Plutarchus ĩ collectaneis, si modo uerax est titulus, tradit hoc dici solitum de his, qui conuiuium agũt, aut exhibẽt. Idq́. hinc manasse, quod olim apud Ceos mos fuerit, ut qui magistratum inirent, epulũ exhiberent populo. Quod si quando plures fuissent magistratus, dies inter sese distribuebant. Itaque cum sibi occurrerent, rogabant τὶς ἡμέρα, idest, Quis dies? Ea uox in uulgi iocum cessit. Videtur autem uox ἐγκεῶτις, data opera ridicule conflata ex his uerbis, ἐν κείῳ τὶς, idest, in Ceo quis, subaudi dies.

Versatilis Artemon.

Ο περιφόρητος ἀρτέμων, idest, Versatilis Artemon. Extat in ijsdem collectaneis. Aiunt dici solitum de his, quorum gratia uehementer decertetur. Nam Artemonẽ adolescentem fuisse quempiam certatim adamatum a mulieribus ob insignem formam, quem suspicamur ob id dictum περιφόρητον, uel q̃ circumferretur in ore omnium uersans, uel quod passim obambularet, uelut ostentans sese. Alij malunt Artemonem machinarium fuisse fabrum, in arte præcellẽtem, temporibus ferme Periclis. Qui cum claudus esset, passim suas machinas circumferebat. Athenæus in duodecimo Dipnosophistarũ libro referẽs hoc prouerbium citat Auctorem Chamæleontem Ponticum, qui testatur Artemoni περιφορήτε, cognomẽ additum, quod prædelicijs in lecto circumferretur, siue qd̃ is postea cœperit uoluptariam ac mollẽ agere uitam, cũ antea pauper fuisset. Ex Anacreonte citat hæc de eodem: Ψιλὸν μ' ὄχων περὶ πλουρῆσι βοὸς νεόπλεκτον εἶλημα κακῆς ἀσπίδος, ἀρτοπόλοισιν ἠθέλω πόρνοισιν ὁμιλέων κιβδηλον ὁρίσκων βίον, πολλὰ μὲν περᾶν μὲν ἐν δορὶ τιθεὶς αὐχένα, πολλὰ δὲ ἐν τροχῷ, πολλὰ δὲ κόμῳ πώγωνα ἐκτετιλμένος, i. Tenuem qdẽ habẽs circumlatera bouis recentẽ amictũ mali clypei, cũ panum cauponibus & prostibulis consuetudinem agens, in syncerã inueniens uitam, superet, in hasta ponens ceruicem, sæpe rursum in rota, sępe uero coma barbaq́. reuulsus. Quibus ex uerbis apparet dictũ in hominem sui dissimilem, ac moribus inæqualibus prædituũ, qualem perhibent fuisse Alcibiadem, qui ut refert Satyrus, apud Iones deliciabatur, ut illos quoque uinceret, apud Thebanos exercitamẽtis corporis erat quouis Bœoto Bœotior apud Thessalos equestris rei studio furabat ipsos: apud Lacedæmonios temperans ac patiens, magis ipsis Lacedæmonibus, in Thracia Thraces superabat uinolentia. Id & cum laude fieri potest. Cęterum περίτριμμα probrose dicitur, qui sese per omne rerum genus uoluit. Indicat Pollux lib. 6. Plutarc. indicat fuisse claudum quempiam, qui uehiculo circumferretur, cum alioqui meticulosus esset ac plerumq. desideret domi duobus famulis scutum æreum supra caput sustinentibus, ne quid ex alto decideret in caput. Quod si quando cogebatur exire uehiculo utebatur, sed humili, metu ruinę. Huiusmodi quædã refert Plutarchus in uita Periclis. Proinde dictum uidetur in molles, ac meticulosos. Quin & Plin. lib. 34. cap. 8. inter Polycleti opera meminit Artemonis, qui dictus sit περιφόρητος. Adlusum autẽ est ad Artemonem nauticũ, quo uela circunferuntur, & onera tolluntur è nauib⁹. Nam hodie nautę ad utrumq. utuntur antenna. Nam Artemon Græce proprie est machina tollendis oneribus apta, quam Latini, ni fallimur trocleam appellant. Et sic composita est, ut facile circumuoluat.

Placiadæ.

Πλακιάδαι καὶ στέλαιον, i. Placiadæ et stelæum. Plutarchus in ijsdem commentarijs ostendit dici consueuisse de deprehensis adulteris, & contumeliose, sicuti merentur, tractatis. Vicus est quidam Atticæ regionis, cuius incolæ Placiade uocãtur. Apud hos moris erat, ut qui fuisset in adulterio deprehensus, ignominiosas pęnas daret, impactis impudendam corporis partem raphanis, qui apud illos mirę magnitudinis esse dicuntur. Quod si raphani forte nõ fuissent ad manum, stelæo utebantur, idest, ligonis ligno. Non ignoramus hoc alio nobis dictum loco, sed mutilatum, eoq́. duximus operæ pretiũ hic integrè repetere.

Iustitiæ oculus.

Δίκης ὀφθαλμός, i. Iustitię oculus, dicit syncerus

ſyncerus & incorruptus iudex, aut ipſum ēt iudicium. Adagij meminit Suidas, Sum ptũ apparet ex illa Chryſippi deſcriptione apud Aulũ Gelliũ li.14.c.4.in qua iuſtitię oculos tribuit acres, rectos atq; immotos: quod eũ qui recte ſit iudicaturus, nõ oportet huc aut illuc ab honeſto oculos deflectere. Celebrat hic ſenarius prouerbialis:

Εστιν δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὸ πάνθ' ὁρᾷ. i. Eſt oculus æquitatis omnia intuens.

Iuſtitia iuſtior.

Δίκης δικαιότερον, i. Iuſtitia iuſtior. Prouerbialis hyperbole de uehementer integris & incorruptis. Veteres. n. iuſtitiam de am faciebāt: cuius imaginē eleganter, depinxit Chryſippus apud Aulum Gellium.

Quantum ex Bacchanalibus.

Οσον ἐκ διονυσίων, i. Quantum ex Dionyſijs ſiue Bacchanalibus. Suidas prouerbij loco refert, ſed pturbatius, ut adſolet. Antiquitus apud Atticos conſueuerũt annos ac numerum accedentem a Dionyſijs numerare, quemadmodum ex Olympiadibus. Iterabatur autem Diony ſiorum feſtum tertio quoque anno. Vnde Virgilius, Triæterica uocat. Suidas ſic ītegre recēſet ἐξαυτὸ χεδὸν τοσοῦτον ὅσον ἐκ διονυσίων. i. Ex hoc prope tantum, quantum ex Bacchanalibus, addit dictum de rebus uehementer expetendis, atque expectatis. Ad hoc facit quod refert ex auctore quodam ὦ διονύσια, αὐτὰ μὲ ὄζυς ἀμβροσίας καὶ νέκταρος. ideſt, O Bacchanalia, ipſa quide re dolent ambroſiam, & nectar.

Mercator eſt.

Εμπορός ἐστι σκηπτόμενος, i. Mercatorem ſe aſſimulat. Dicēdum in eum, qui ob timiditatem cauſſas commentitias prætexit, ne cogatur ſubire diſcrimen. Suidas ex Ariſtophane citat, apud quem tum in Pluto, tum in Eccleſiazuſis quiſpiā inducitur, loquens in hunc modum, ut dicat ſeſe fingere mercatorem eſſe, quoties ad bellum ire iubetur, quod negotiatores non cogerentur exire: quoniam expediebat illos relinqui, quo de commeatu proſpiciant. In Pluto ſic habet locus:

Γεωργὸς εἶ, μελαγχολᾶν μ' ὄτως οἴει,
Αλλ' ἔμπορος, ναὶ σκήπτομαί γ' ὅταν ᾖ τύχω. ideſt,
Num cultor agri es? me ne ſic furere putas?
Negotiator? Simulo ſi quando eſt opus.

Alter ſic habet:

Αλλ' ἔμπορος εἶναι σκήπτομαι. ideſt, Quaſi ſim negotiator, ita memet gero.

Donum quodcumque dat aliquis proba.

Δῶρον δ' ὅτι δῶτις ἐπαίνει. ideſt, Donum quodcumque probato.

Prouerbium admonet boni conſulendum eſſe munus, aut officium conſiliũve, quod offertur ab amico. Vnde natum ſit indicat Strabo geographus libro ſexto. Cũ Achiui iuſſi eſſent oraculo Cratonem cõdere, miſſus eſt Myſcellus quidam, qui ciuitatis futurum locum conſideret. Is cum iam Sybarim ędificatam cerneret, uidereturq; is locus magis idoneus repetijt oraculum, conſuluitq; deum, num fas eſſet hanc pro illa condere. Numen ad hunc modum reſpondit:

Μύσκελλε βραχύνωτε πάρες σέθεν ἄλλο ματεύων.
Κλάσματα θηρεύεις. ὀρθὸν δ' ὅτι δῶτις ἐπαίνει. ideſt,
Eos uerſus interpres uertit in hũc modũ:
Terga breuis Myſcelle tuo de pectore omitte.
Cætera perquirens, fruſtra en uenaris iniqua.
At rectum quodcumq; datur tu laude probato.

Extat idem in collectaneis adagiorum, ſed multo deprauatiſſimum. Quamquam ex uocum veluti ruinis huiuſmodi lectio colligi poterit:

Μύσκελλε βραχώωτε παρηρὲκ θεὸν ἀλλὰ ματεύων.
Οὐ δαλα θαρεύεις, δῶρον δ' ὅτι δῶτις ἐπαίνει. ideſt,
Diuerſa inquirens a numine Myſcelle gibber,
Captas friuola, quod datur, æqui conſule donum.

Myſcellus dictus videtur ob crurũ exilitatem, quę habebat murinis ſimilia, Brachynotus ob dorſum contractũ. Diximus alias Crotonem ſaluberrimam fuiſſe, Sybarim peſtilentem. Refert & alia Suidas de oraculis Myſcello redditis, ſed quę nõ ad modum faciant ad enarrationē prouerbij.

Ithorus.

Ιθορὸς Suidas ait uocē prouerbialē fuiſſe, in eum qui uelut inſtigator hortatorq; foret alijs. Tranſlatum opinamur à nautis, quod remigantes naucleri uox animat ad gnauiter laborandum: ſiue ab equorum curſu. Plutarchus in Sympoſiacis decade ſeptima, problemate quinto ſcribit, ἱππόθορον appellatam cantionem ad incitādas equas. Conſimilia tradit de præceptis connubialibus. Nam θορεῖν Græcis eſt impetu inſilire. Vnde & apud Homerum θόριος ἄρης appellatur ab adſultu citato. Apparet Græcam vocem compoſitam ex ἴθι valde, & ὀρεῖν incitare.

Ne allia comedas, & fabas.

Ινα μὴ φάγῃ σκόροδα, μηδὲ κυάμους, i. Ne edas allia, & fabas. Prouerbiali uidetur ænigmate dictũ, pro eo qđ eſt, ne bellis, ne ve in iudicijs adſis. Nam in bellum inferebantur, allia commeatus militaris: In iudicijs fabas eſitabant, ne obdormiſcerēt. Hęc quidem Suidas. Etiamſi magis putamus referendum ad calculos fabarios, quibus antiquitus ferebantur ſuffragia.

Mortuus per ſomnium, vacabis curis.

Θανὼν καθ' ὕπνους φροντίδων ἔσῃ δίχα, i. Curis uacabis mortuus per ſomnium. Verſiculus vulgo iactatus apud Græcos, ex ſuperſtitioſa inſomniorum obſeruatione. Exiſtimabant enim eum, qui ſe mori ſomniaſſet, à curis moleſtijſque liberatum iri. Quod mors, finem doloribus imponere uideatur planeq. imponit his, qui hinc in meliorem demigrant uitam. Fortaſſis ad eandem pertinet ſententiam, quod alibi retulimus.

Νεκρὲς ὁρῶν, νέκρωσιν ἔξεις πραγμάτων.

Animus heptaboeus.

Θυμὸς ἑπταβόειος, i. Animus heptaboeus, ſiue ira heptaboea, de forti magnoq; & inuicto dictum. Epithetum ſumptum à clypeo Aiacis, quem Homerus ἑπταβόειον appellat, quod ſeptem bouum tergoribus eſſet obductus, atque ob id impenetrabilis. Et Ouidius:

-Dominus clypei ſeptemplicis Aiax.

Sumptum eſt adagiũ ex Ranis Ariſtoph.

Αλλ' πνέοντας δόρυ καὶ λόγχας καὶ λευκοφόρους τριφαλείας,
Καὶ πίλακας καὶ κνημῖδας, καὶ θυμὸς ἑπταβοείους. ideſt,
Sed ſpirantes ſpiculũ & haſtas, albaſque in vertice criſtas.
Adde his galeas, adde his ocreas, animos quoque ſeptibouinos.

Semper Ilio mala.

Αεὶ ἰλίῳ κακά, ideſt, Semper Ilio mala. De vehemēter calamitoſis & afflictis. Troianorum excidium poetis multa tragœdiarum argumenta miniſtrauit, atq. hinc prouerbiũ. Refertur ab Euſtathio in quartum Iliados librum. Stratonicus rogatus, cur nollet apud Ilienſes viuere, reſpondit: ἀεὶ ἰλίῳ κακά, i. Semper Ilio mala. Auctor Athæneus lib. Dipnoſophiſtarũ octauo. Quãquam is locus non uacat mendo.

Libera Corcyra, caca vbi libet.

Ελεύθερα κόρκυρα, χέζ ὅπου θέλεις, i. Corcyra libera, proin caces, ubi uelis. Cũ ſignificamus libertatem quiduis agēdi. Citatur ab Euſtathio in Dionyſium, ſed magis quadrabit, ubi ſignificabimus impunitatem eſſe maleficis. Hic non abſurde putamus referri poſſe quod Plutarchus narrat. Chij quidam cũm apud Spartanos peregrinarentur, à cœna non ſolum mouerunt, verum etiam incacarunt in ſellas ephororum. Primum diligenter inquiſitum eſt, q̃nam eſſent tanti facinoris auctores, daturi nimirum pœnas ſi ciues fuiſſent. Cęterum ubi compertum eſt factum à Chijs, Spartani dicebant: Chijs licere intemperanter agere.

Decernetur equa Theſſalica.

Επικρινεῖται ἵππος θεσσαλική, i. Decernetur equa Theſſalica de ſummo præmio dicebatur, propterea quòd antiquitus prima laus fuerit equarum Theſſaliæ. Id qđ ſatis indicat oraculum Æginenſibus redditum. Citat Euſtathius in ſecundum Iliados librum. Suidas refert, haud dum ſcimus ex quo nam auctore: ἱππεῖς μὲ ἐν θεσσαλίᾳ καὶ θράκῃ, τοξόται τε καὶ κυφότεροι τῶν ὁπλων ἐν ἰνδίᾳ καὶ κρήτῃ καὶ καρίᾳ, i. Equites in Theſſalia Thraciaq;, ſagittarij atq; armatura leuior in India, Creta & Caria. Finitimũ eſt illi, quod alio dictum eſt loco: Pellenea tunica. Lepidius erit per ironiã.

Canis viuens è magdalia.

Κύων ζῶν ἀπὸ μαγδαλίας, i. Canis uiuēs è magdalia. Euſtathius in Iliados libũ quartum oſtēdit dici ſolitum in paraſitos, & alie-

& alimentis victitantes cibo. Magdaliam dicit, quasi dicas furfurē, & manuū purgamētū. Cæterū apud alios auctores cōperium scriptā unicā dictionē, velut apud Hesychiū: Ἀπομαγδαλιὴν, inquit, σέαρ ἐν ᾧ τὰς χεῖρας ἀπεμάττοντο ἐν τοῖς δείπνοις, βαλόντες δὲ τοῖς κυσὶν ἀναλύοντες ἀπὸ δείπνων. idest. Apomagdalia adeps, in quo abstergebant manus in conuiuijs, id proijciebant canibus, cum a cœna discederent. Iulius item Pollux lib. De rerū uocabulis 6. c. 14. οἱ δὲ πάλαι τὴν καλουμένας Ἀπομαγδαλίας ἐχρῶντο, αἳ ἦσαν τὸ ἐν τῷ ἄρτῳ μαλακὸν καὶ σαπρὸν δεῖς, εἰς ὃ ἐποψησάμενοι, τοῖς κυσὶν αὐτὸ παρέβαλον. ὅθεν καὶ λακεδαιμόνιον κλωάδα τῶν Ἀπομαγδαλίαν καλοῦσιν. i. Veteres autē utebātur apomagdalijs, sic. n. uocabant id, q̄ est in pane mole ac pinguius, in q̄ abstersо obsonio ipsū canibus abijciebant, unde & Lacedæmonij apomagdaliam appellant cynada. Aristoph. in Equitibus:

Ὑπερβαλεῖ θάσε οἴομαι τούτοισιν, ἢ μάτλιω γὰν
Ἀπομαγδαλίας σιτύμβρος, τοιοῦτος ἐστὶ φεῖλω.

Iactat Halantopola superaturū se Cleonem impudentia & malis artibus, aut alio qui frustra pastum apomagdalijs euasisset tantum. Cui respondet Cleon:

Ἀπομαγδαλίας, ὥσπερ κύων, ὦ παμπόνηρε πῶς ἦν
Κλωὸς Ὁρᾶν σιτύμβρος μάχῃ σὺ σωοκεφάλῳ. idest,

Apomagdalias ritu canis, scelestе, quo ergo pacto tu uictitans canis cibo, cynocephalo repugnas? Apomagdaliarum mētio fit & apud Plutarchum in Lycurgo, quo quidē loco an interpres assecutus sit sēsū sermonis, ñ satis nobis liq̄t, Græca sic hñt δαπιμάζεως δὲ τὴν βαλόμενον τὸ συσσιτικὸν μεταχεῖν ὅτω φασὶ. λαβὼν τὴν συσσιτίου ἕκαστος Ἀπομαγδαλίαν εἰς τὴν χεῖρα, τὸ διὰ κόνης φέροντος ἀγγεῖον ἐπεὶ τῆς κεφαλῆς, ἔλαβε σιωπῇ καθάπερ φήφον, ὁ μὴ δοκιμάζων ἁπλῶς ὁ δὲ κρίνων σφόδρα τῇ χαρὶ πιέσας. ἢ γὰρ πεπιεσμένη τῆς τεθημμένης ἰσχὺν ἀμαυρῶν, κἂν μίαν ἄρῃσι τοιαύτην, ὃ προσδέχονται τὴν προσιόντα, βαλόμενοι πάντας ἡδομένους ἀλλήλοις σωιέναι, τὴν δὲ ἄτως ἀποδοκιμασθέντα. κεκαδδεῖσθαι λέγουσι, κάδδος γὰρ καλεῖται τὸ ἀγγεῖον, εἰς ὃ τὰς Ἀπομαγδαλίας ἐμβάλλουσι. i. Eum uero qui uellet esse conuiuij particeps, aiunt hunc in modum probare solitos: Vnusquisque conuiuarum apomagdaliam in manum sumptam, ueluti calculū tacite conijciebat in uas, quod minister gestabat in capite, alius quidē simpliciter probans, alius uero iudicans, uehementer manu premendo. Nā pressa tantundem ualet, q̄tum calculus perforatus. Quod si uel unam talē compererint, non admittunt ingressum, uolentes ut oēs lubentes inter se conuiuant. Porro qui hoc modo probatus erat, caddissatum appellabant. Nā caddus dr̄ uas, in q̄ conijciunt apomagdalias. Lapus aūt uertit hunc in modum: Qui āt se conuiuij participē fieri uelit, sic probari. Deinde singuli apomagdaliā sumentes in manū ministro uas sup capite ferente, silētio quasi calculū immittebant, qui reprobaret simpliciter, qui uero approbaret, manu uehementer imprimēs. Nam q̄ apomagdalia pressa fuerit, perforati calculi uim habet. Quod si q̄ ex ijs minus pressam offenderint, non admittunt ingredientē: q̄ppe qui uelint oēs inuicem iucunde cōgredi. Qui uero sic reprobatus fuerit caddissatum dñt. Caddiscus namq; uas uocatur, in quod apomagdalias immittunt. Hęc si q̄s conferat cum his quæ scribit Plutarchus, intelliget Græcum exemplar quod secutus est Lapus, fuisse diuersum ab eo quod nobis dedit nuper officina Aldi. Cęterum de apomagdalijs quæ ante conuiuium dabantur abstergendis manibus, meminit nonnihil & Athenæus libro 9. Item lib. 4. tradit, apud Arcadas fuisse moris, ut a cœna sacrificarent, non quidem lotis manibus, sed iure seu offa abstersis, & quo se absterserat quisque, id secum auferebat: id faciebant ob terrores nocturnos, qui in compitis solent accidere. Sic ille. Et arbitramur sane non inutile remedium aduersus canes in compitis adorientes uiatorem. Arbitramur huc respexisse Aristophanem in Equitibus, cum Cleoni obijcit, quod alijs egregijs uiris in exilium actis ipse delicatissimo hordeo abstergeret manus:

Κἀκεῖνος μὲν φεύγει τὴν γῆν, σὺ δ' ἀκιλλείων ἀπομάττῃς. idest,

Atque ille quidem patriam liquit, dū tu abstergeris Achilleis.

Interpres addit hordei genus Achilleū dici, ueluti generosius, quo minus mirum est Theologis Achilleum argumētum uocari quod efficax sit, ac refutatu difficile.

Ficus

Ficus post piscem.

Σῦκον μετ' ἰχθῦν, ὀψαρεῖον μετὰ κρέα. i. A pisce ficum, a carnibus legumina.

Athenæus in Dipnosophistarum libro tertio meminit huius. Quadrabit, ubi dicemus alijs alia congruere. Quemadmodum & uulgo iubent ab esu carnium apponi caseum: ab esu piscium, nuces.

Ficus auibus gratæ.

Σῦκα φίλ' ὀρνίθεσι, φυτεύειν δ' οὐκ ἐθέλουσιν. i. Fici gratæ auibus sunt, quę plantare recusant.

Carmen heroicū citat ab Athenæo continenter eodem quo modo diximus loco. Quadrare uidetur in uoluptarios, ac fugitantes honesti laboris, cum tamen appetāt emolumentum.

Ingredi Iunonium.

Βαδίζειν ἡραῖον ἐμπεπλεγμένον, i. Incedere complicatum Iunonis sacrum. Extat & hoc apud Athenęum lib. Dipnosophistarum duodecimo. Dictum apparet infastuosum, ac lentum quorundam incessum, quem notat & Horatius in Sermonibus:

Vt si Iunonis sacra ferret.

Volentem bouem ducito.

Τὸν θέλοντα βοῦν ἔλαυνε, i. Volentem bouem agito. Vtere illorum opera, qui ex animo faciunt. Stultitia est, uenatum dare inuitas canes, ut ait Plautus. Refertur ab interprete Theocriti. Diximus in prouerbio, Præsentem mulge.

Habet.

HABET, prouerbialiter dicitur, cum obtigit alicui quod expetiuit, aut quo dignus est. Habet quod amet, similes habens labra lactucas. Sumptum autumnant ab aucupantibus, piscantibus, aut uenantibus: q̄ bus reuersis, sic aiūt: ἔχεις τί, idest, Habes ne aliquid? Citatur ex Aristophanis Nebulis. Seneca tragicus in Agamemnone: Habet, peractū est. Terentius in Andria: Ego met continuo mecum, certe captus est, habet. Donatus ostendit, proprie de gladiatoribus dici, quos prius alij uident, quam ipsi se sentiant esse percussos. Ex ea acclamatione natum uidetur prouerbium.

Hercules hospitatur.

Ἡρακλῆς ξενίζεται, i. Hercules accipitur. Dictatum, ubi quis diutius in conuiuio commorari uideretur: propterea quod qui recepissent Herculem hospitio, conuiuioq;, his multum temporis erat opperiēdum, donec ille satur esse. Nam famelicū commouere parum erat tutum. Nec facile saturabatur edax, adeo, ut legatur solidos ét boues uno deuorasse conuiuio. Vū Græcis ἀδδηφάγος dictus est, & huic Larum auem consecratūt, & ipsam ἀδηφάγον. Legitur & certamē inisse cū Lepreo quodam uter citius bouē cōficeret. Hęc, aliaque pmulta refert Athenæus li. 10. de huius edacitate, addēs, & Thasio cuidā athletæ, cui nomen Theagenes, tum & Miloni Crotoniatæ bouem uno die confectū fuisse. Tales conuiuæ contingant hostibus.

Etiam in deorum cœtu.

Καὶ θεῶν ἀγορᾷ, i. Etiam in deorum cœtu, seu concione. Quidam interpretantur de maiorem in modum, pbis, & æquis quidam de uehementer maledicis. Addūt locum quempiam esse in Eleusine, uicinū Anactoro, uocatum θεῶν ἀγορᾶν, in quē non ingrediebantur, nisi bene ominantes: unde de quopiam præter modum maledico dicebāt, ὅστος καὶ θεῶν ἀγορᾷ δυσφημήσει, i. Hic uel in deorum concione male ominata loquetur.

Calliphanes.

Καλλιφάνης, Calliphanes. Ridicula quędam huius hominis ambitio, prouerbiali ioco fecit locum. Aiunt enim, huic fuisse poetæ morem, ut diuersorum carminū & orationum initia conscriberet, ad tres, aut quatuor uersus, eaque pronunciaret, ostentaretque, quo commentum ignorantibus, multiscius, & eruditus uideretur. Meminit huius Athenæus Dipnosophistarum lib. 1. aitque cognomen fuisse Parabrycontis. Neque uero desunt his nostris temporibus id genus impostores literarij, quibus hoc modo studium est, ex summis aliquot diuersę professionis auctoribus locos aliquot insignes, nec eos admodum vulgatos, ediscere. Quibus instructi, nō verentur in conciliabulis quemuis quantū libet eruditum adoriri. Atq. illud assequū

tur prompte decantandis illis locis suis, vt imperitis plane Solones esse uideãtur. Cũ quibus tamen Solonibus, si tertium aut quartum congrediare, Deum immortalẽ, nihil infantius, nihil indoctius, uidelicet thesauris illis semel effusis.

Cauda blandiri.

Κέρκῳ σαίνειν, i. Clauda blandiri, dicuntur, qui spe commodi cuipiam adulantur. Aristophanes in Equitibus:

Ος κέρκῳ σαίνων, ὁπότ' ἂν δειπνῇς ἀπιτηρῶν,
Εξέδε ταῦτ' ἔφον ὅπου σύπυ ἄλλοσε χάσκεις. idest,

Qui cauda adludens, cum cænã obseruat amica,
Te spectãte alio, tua edulia deuorat ille.

Pro eodẽ frequẽter usurpat αἰκάλλειν, quod canum est, auribus, cauda, totoque corpore blandientium, in Equitibus,

Τὰ μὲν λόγι αἰκάλλει μὲ, idest,
Oracula quidem blandiuntur hæc mihi.

Θωπεύειν item ab animante dictũ est, si Græco Etymologico credimus. Thos Græcis lupi genus est. Blandiuntur enim & lupi quidam more canum. Thoas refert Plinius libro 8. capite 34. de luporum quidẽ genere, sed quod homini sit amicum animal, An hinc dicatur θωπεύειν, dubito.

Crater litium.

Κρατὴρ κακῶν, i. Cratera malorum. De re præmolesta, siue de homine litium auctore. Aristophanes in Acharnensibus:

Κρατὴρ κακῶν, τριπτὴρ δικῶν. idest,
Crater malorum, sector litium:
Calumniatorem significans, & quadruplatorem.

Lampon iurat per anserem.

Λάμπων ὄμνυσι τὴν χῆνα, i. Lampon iurat per anserem. Ita loquebantur, ubi quis decipere tentaret iureiurando, Lampon sacrificus quispiã fuit, ac uates, & oraculorum auctor. Is solitus est per anserem iurare, tamquam per auem auguralem. Vel quod olim ita instituerat Radamanthus, ne per deorum aliquem iuraretur, sed per canem, anserem, id quod Socrati familiare apud Platonem. Tradunt, hoc Lampone auctore factum, ut Athenienses coloniam miserint in Symbarim. Adagij meminit Aristoph. in Auibus: λάμπων δ' ὄμνυσιν ἔτι κἀγὼ τὴν χῆνα ὅταν ἐξαπατᾷ τὶς τὶ. i. Lampon etiam nunc iurat per anserem, ubi quis fallit in aliquo.

Palpo percutere.

Palpo percutere dicitur, qui blãditur, ac spem inanem uerbis inijcit. Plautus in Mercatore: Liberum caput tibi faciam, paucos mẽses. Palpo percutis. Egon' ausim vsquam quidquam facinus falsum proloqui? Idem alibi: Mihi obtrudere non potes palpum. Translatum ab equisonibus, qui plausu manus blandiũtur equis. Virg. 3. Georgicon libro:

Tum magis atque magis blandis gaudere magistri
Laudibus, & plausæ sonitum ceruicis amare.

Horatius in Satyris:

Cui male si palpere, recalcitrat undique tutus.

Eximere è manu manubrium.

Figura prouerbiali dixit Plautus: Eximere è manu manubrium, pro eo, quod est, iam paranti facere quippiam, extorquere peragendi facultatem. Locus est in Aulularia, Capio fustem, obtrunco gallum, furem manifestarium. Credo ego ædepol illi mercedem gallo pollicitos coquos, si id palam fecisset, exemi ex manu manubriũ. Translatum ab eo, cui iam vibrato gladio percussuro, repente capulus excutitur è manibus.

Alybantis hospitis munera.

Τὰ δῶρα τοῦ ἐξ ἀλυβαντος ξένου, ἢ τὰ τοῦ ἀλυβαντίου ἑταίρου ξένια, i. Munera Alybãtis hospitis, aut Alibantij amici xenia. Eustathius, interpres Homeri, putat rectè prouerbio dici posse, quoties fit, ut aliqs falsò iactet se magna largitum esse, seu ver bis dum taxat, non præstet beneficium Nam apud Homerum vlt. Odysseæ lib. Vlysses ignoto habitu cum Laerte patre colloquens, adsimulat se Alybantium esse Aphidantis opulentissimi uiri filiũ, & quõdam Vlyssem exceptum hospitio, muneribus amplissimis donatum à se dimisisse:

Εἶμι γάρ, inquit, ἐξ ἀλυβαντος, ὁ δι κλυτὰ δώματα ναίω
Υἱος ἀφείδαντος πολυπημονίδαο ἄνακτος.
Αὐτὰρ ἐμοὶ γ' ὄνομ' ἐσὶν ἐπώριτος. idest,

Sum

Sum ex Alybãte oriundus, vbi mihi splẽdida tecta,
Regis Aphidãtis proles Polypomenidai,
Est mihi nomen Eperitus.

Ac paullo superius:

Τὸν μ' ἐγὼ πρὸς δώματ' ἄγων δ' ἐξείνισσα,
Ευδικέως φιλέων, πολλῶν κατὰ οἶκον ἐόντων,
Καὶ οἱ δῶρα πόρον ξειήϊα ἐόντα.
Χρυσῆ μὲν οἱ δῶκ' ἀεργέος ἑπτὰ τάλαντα.
Δῶκα δὲ οἱ κρητῆρα παναργυρον ἀνθεμόεντα,
Δώδεκα δ' ἁπλοΐδας χλαίνας, τόσσους δὲ τάπητας.
Τόσσα δὲ φάρεα καλὰ, τόσους δ' ἐπὶ τοῖσι χιτῶνας,
Χωρὶς δὲ αὖτε γυναῖκας ἀμύμονας, ἔργα εἰδυίας
Τέσσαρας, εἰ δαλίμας ἐθέλοι αὐτὸς ἑλέσθαι. idest,

Hunc equidem tecto induxi, accepiq; benigne,
Solliciteq; fouens, ex his, quæ plurima nostris
Ædibus exuperant, atque hospita munera deinde
Adieci, tali dare quæ decuisset amico.
Auri cęlati tribui septena talenta,
Donaui pateram ex solido depictam argento.
Bis senas textu donaui simplices lænas,
Pallia ad hęc totidem adieci, totidemq. subuclas:
Insuper ancillas nitidas, atque arte manuq;
Quatuor egregias, sibi quas delegerat ipse.

Fungus.

Plautus in Bacchidibus, fungum dixit, pro stupido, impenseq. credulo. Vel quia fungus per se insipida quępiam res est, uel quod mollis, ac fragilis, uel quod subito prorumpat. Plautina uerba sunt hæc: Adeo me fuisse fungum, ut qui illi crederem? Idem in eadem fabula. Quicumque ubi sunt, qui fuere, quique futuri sunt posthac stulti, stolidi, fatui, fungi, Bardi, buccones, blenni, solus ego omnes ante eo stultitia.

Eurycles.

Εὐρύκλης, Eurycles uulgato cognomine dicebatur, qui de se suisq; incommodis aliquid diuinaret. Nã hoc noſe uates fait quispiã, ἐταστρίμυθος cognominatus, hinc ni fallimur, quod ex astris uera prædiceret: παρὰ τὸ ἐτάζειν. Meminit & Suidas, quãquam apud hũc ἐγγαστρίμυθος scriptũ est, id est, diuinus, siue ventriloquus. Refertur in collectaneis adagionũ Plutarcho inscriptis. Vsurpatur autem a Platone in Sophista. Taxãs enim eos, qui perplexis & absurdis rõnibus prodũt suam ineptiam, addit: ἢ ἄλλων δέονται τὴν ἐξελεγχόντων, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον οἴκοθεν τὴν πολέμιον καὶ ἐναντιωσόμενον ἔχοντες, ἐντὸς ὑποφθεγγόμενον ὥσπερ τὴν ἄτοπον εὐρυκλέα, περιφέροντες ἀεὶ πορεύονται. i. Non opus est alijs, a quibus redarguantur, sed domi, quod dici solet habent hostem, qui contradicat, intus submurmurantem, tamquam absurdũ illum Euryclem, circumferentes semper incedunt.

Si quis iuxta ciuitatem clypeus.

Εἴτις περὶ πόλιν αἰγὶς, i. Si quis circum urbem clypeus. Hoc scommatis iaciebant in eos, qui sparsim ac dissolute ciuitatem obirent palãtes. Refertur in Plutarchi collectaneis, nec explicatur.

Rupta ancora.

Κράδης ῥαγείσης, idest, Rupta crada. Dicebatur de his, qui repente tamquam magnum quiddam facturi prodissent: deinde falsa omnium exspectatione, turpiter & indecore se gessissent in negotio. Translatũ à tragœdiarum histrionibus, qui, si quãdo numẽ inducendum est, derepente machinis quibusdam sublati, in summa scena apparere consueuerunt, ueluti in aere pendentes, hamo quopiam a tergo in cingulũ affixo suspensi. Nam his nonnumquam eueniebat, ut furte fortuna rupta ancora, qua sustinebantur, deciderent, non sine magno spectatorum risu, suoq; tum malo, tum dedecore. Porro crada hoc loco non ficulnum ramum indicat, quemadmodum alias: sed uncum illud æs, quo uincti tenebantur actores in machina. Iulius Pollux libro quarto, cap. 19. docet κράδλω appellari solitum in comœdia, quod in tragœdijs dicebatur μηχανὴ. Fuisse uero nõ dissimile ficui, siquidem Attici ficum arborẽ κράδλω uocãt. Quamquam quarumlibet arborum rami nonnunquam cradæ dñt.

Suam quisque homo rem meminit.

Plautus in Mercatore, Suam quisque hõ rem meminit. Sententia prouerbialis,

notãs communem hominum morem, qui in alieno negotio dormitant, in suo quisque & uigilat, & attẽt° est. Vnde recte mouet apud Gellium Ennius:

Hoc tibi sit argumentum semp in promptu situm,
Ne quid expectes amicos, quod te facere possies.

In eandem sententiã exstat bellissimus Æsopi apologus de Cassita aucula: q̃ negauit, ullũ esse periculum, donec res alienis manibus esset commissa. Allusit ad prouerbium Plautus in Pænulo: Ita ne tẽtas, an sciamus nos meminisse nostra? Eodem allusit Terentius in Phormione: At si talentum rem reliquisset decem, &c. Quidquid cordi est, facile meminimus, & plerunq; obliuionis mater est negligentia.

In utrumuis dormire oculum.

PLAVTVS in Pseudolo: De isthac re in oculum vtrumuis conquiescito. Sẽsum habet eundem cum eo, quod superius retulimus: In utramuis dormire aurem. Captatus est autem a Comico iocus ex nouatione uerborum. Proinde consequitur illico: Oculum utrum, an ne in aurem? Et respondet nouator? At hoc peruulgatum est nimis. Notatur interim commune hominum studium in huiusmodi dictis subinde nouandis.

Corinthijs non indignatur Ilium.

Κορινθίοις δ' ὑ μέμφεται τὸ ἴλιον. idest, Incusat haudquaquam Iliũ Corinthios.

Hoc carmine clam exprobramus ignauiam alicui, qui ita se gesserit, ut hostes nihil habeant, quod illi magnopere indignentur. Est autem carmen Simonidis, quod uelut in contumeliam suam scriptũ iniquo animo tulisse Corinthios scripsit Aristoteles libro Rhet. primo, quod in bello Troiano, non admodum egregiam operam nauasse viderentur. Potest & huc detorqueri, ueluti si quis ita insulse scripsisset aduersus bonas literas, ut eas sua infantia commendasset potius, quam infamasset: κορινθίοις, &c. Plutarchus in uita Dionis aliquãto diuersius interpretat adagiũ: Ἀράγε ὥσπερ ὁ σιμωνίδης φησὶν ὡ σόσιε σενεκίων, τοῖς κορίνθιοις ὑ μηνεῖν τὸ ἴλιον, ἐστρατεύσασι μετὰ τ ἀχαιῶν, ὅτι κἀκείνοις οἱ περὶ γλαυκὸν ἐξ ἀρχῆς κορίνθιοι γεγονότες συνεμάχουν προθύμως, i. Sane quẽ admodũ inq̃t Simonides, Sossie Senecio, Corinthijs nõ indignat Iliũ, qd̃ una cum Achiuorum copijs uenissent ad bellum: propterea quod illis quoque promptis animis fuissent auxilio, Glauci comites, & ipsi è Corinthijs oriundi. Ex his Plutarchi uerbis liquet, illud sentire prouerbium, leuius offendi oportere, si quando læserint, qui quondam sint benemeriti, sed pręsentem offensam superioribus officijs condonare.

Maras.

Μάρας, idest, Maras. Hoc nomine ferunt fuisse quempiam apud Berœam, Syriæ ciuitatem, ditissimum quidem illum, verum nihilominus humanũ, & officiosum in omnes tum ciues, tum hospites. Vnde uulgo receptum, vt id vocabuli tribueretur viris, qui ad multorum utilitatem nati viderentur. De hoc longiuscula narratur fabula in Græcorum collectaneis, sed nobis satis visum est artigisse, ne male collocaremus operam. Nam prouerbium adulterinum, & suppositum esse videtur.

A Nannaco.

Ἀπὸ γαννάκου, idest, A Nannaco. Cum significamus rem ab extrema usque antiquitate repetitam. Nãnacus rex ante Deucalionem fuisse narratur, qui diluuium futurum præuiderit. De quo mentionem fecimus & alibi. Meminit huius & Stephanus in dictione ἰκόνιον, referens alterũ ob eodem ortum prouerbium. ἐπὶ καννάκου κλαύσειν, idest, Sub Cannaco flere Etiam si in Stephano pro καννάκου legim° ἀννάκου. Latini consimili figura dicunt, Ab Aboriginum sæculo repetita, & Perinde quasi cum Euandri matre loquaris. Non discrepat ab hoc illud: πρεσβύτερος κόδρου, καὶ ἀρχαιότερα τῆς διφθέρας λέγεις, idest, Antiquior Codro, & antiquiora diphthera loqueris.

Asinus ad tibiam.

Ὄνος πρὸς αὐλόν, idest, Asinus ad tibiã. Dicendum, ubi quis ea, quæ scire dicũtur, nec animaduertit, nec intelligit, nec laudat. Sunt enim animantia quædã, quibus nonnullis musices sensus inesse videtur, vt equis, auibus, serpentibus. Asinum nihil mouet cantus. Germanũ est illi: ὄνος πρὸς λύραν, idest, Asinus ad lyram.

Oresti pallium texere.

Ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν. idest, Oresti texere lænam,

Dicebatur qui munus pararet abusuro. Nam Orestes per insaniam uestes dilacerabat. Est hemistichium heroici carminis decerptum ex Aristoph. in Auibus:

Εἶτα δ' ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν, ἵνα μὴ ῥιγῶν ἀποδύῃ. idest,

Postea Oresti texere lænam, ut ne horridulus spoliet quem.

Scholium admonet Orestẽ λωποδύτην, quempiam simulando insaniã in tenebris aggredi solere homines, eosq; uestitu spoliare. Vnde non inepte dicetur, ubi quis admonet dãnũ aliquid homini, furaci, ne rapiat. Adagium non est natum ex Aristophane, sed ab illo est affectatum. Nam hac periphrasi notat hyemem.

Pandeletias sententias.

Πανδελετίου γνώμας, i. Pandeletiam sẽtentiã, appellat in deterioribus Cratinus, vt citant, morosam ac molestam. A Pandeleto quopiam sycophanta, ex eorum genere, qui quo quæstum faciant, dicas impingunt grandes, ut ait Phormio Terẽtian°, & simili studio ferunt suffragia.

Sibylla uiuacior.

SIBYLLAE viuacitas prouerbio locum fecit. Propertius Elegiarum lib. 2.

At me non ætas mutauit tota Sibyllę.

Sibyllæ ætatem pro quantumuis longa posuit. Hanc Vergilius Aeneid. lib. longæua sacerdotem uocat. Et Seruius eum enarrans locum, adscribit Apollinẽ amore Sibyllæ captum, ei poscendi quod uellet arbitrium dedisse, illam haustis arenis, tantũ popposcisse uitæ. Id Apollo fieri posse respondit, si Erythræam insulã relinqueret, numquam eam reuisura. Venit itaque Cumas, ubi corporis uirib. defecta in sola voce uitam retinuit. Quod vbi cognouissent illius ciues, incertum inuidia, an commiseratione, epistolam ad eam miserant, creta antiquo more signatam. At illa uisa terra patria, in mortem resoluta est. Ita uati suæ uerba dedit Phœbus.

E flamma cibum petere.

TERENTIVS in Eunucho dixit in parasitum, eiusmodi esse, vt vel è flamma cibũ peteret, hoc est, quiduis cibi caussa passurum, facturumq; Explicat prouerbium Catullus in epigrammatis:

Bononiensis Rufa Rufulum fellat,
Vxor Meneni, sæpe quam in sepulcretis
Vidistis ipso carpere rogo cœnam,
Cum deuolutum ex igne, prosequens panem
A semiraso tonderetur ustore.

Reddidit Harpocratem.

CATVLLVS in Epigrammatis prouerbiali specie dixit: Reddidit Harpocratem, pro eo quod est: Imposuit silentium. Carmen est huiusmodi:

Gellius audierat patruum obiurgare solere,
Si quis delicias diceret aut faceret.
Hoc ne ipsi accideret, patrui perdespuit ipsam
Vxorem, & patruum reddidit Harpocratem,
Quod uoluit fecit: nã quamuis irrumet ipsum
Nunc patruum, uerbum non faciet patruus.

Harpocrates Deus ita apud ueteres fingebatur, ut digito admoto ori, silentiũ indiceret, qualis & apud Romanos dea Angerona.

Qui probus Athenienses.

PLATO libro De legibus primo refert prouerbiũ: τότε ὑπὸ πολλῶν λεγόμενον, ὡς ὅσοι ἀθηναίων εἰσὶν ἀγαθοὶ διαφερόντων εἰσὶ τοιοῦτοι, δοκεῖ ἀληθέστατα λέγεσθαι. i. Et quod uulgo dr̃, ex Athenienses qui probi sint, eos egregie probos esse, uerissime dictum videtur. Sentit autem Plato, in male instituta, male q; morata Republica q̃ boni sint, eos natura & insignite bonos esse. Quippe qui neque fingere putandi sunt probitatem nimirũ inter improbos, quibus morum similitudine poterant ẽt commendari: neque corrumpi queant deprauatis aliorum moribus, & uitiorũ contagio. Simili argumento Simo Terentianus colligit probitatem filij sui. Deflecti potest ad vitam aulicam, aut studij genus ad perniciem inuitans.

Digna Cedro.

DIGNA Cedro dr̃, quæ promerentur.

immortalitatem, & eiusmodi iudicantur, ut posteritati consecrari debeant. Horatij in Arte poetica:

Speramus carmina fingi
Posse linenda cedro. Persius item:
Et cedro digna locutus.

Sumptum ab arboris natura, cuius succo quæ sunt illita, non sentiunt carie. Nã hac arte Numę libros, cum essent cartacei, durasse ad annos quingentos triginta quinque, terræ infossos, narrat Plinius libro decimotertio, capite decimotertio. Idem lib. decimosexto, cedrum inter eternas materias commemorat. Dioscorides ait maxime probari succum huius arboris, crassum, pellucidum, & odore vehementiore, quique non defluit, sed guttis cõcrescit, manetq;. Vim habet diuersam, uiua corpora corrumpit, mortua seruat incorrupta. Vnde a non nullis dictam esse tradunt, νεκρῶν ζωὴν, i. Cãdaueris uitam. Eodẽ pertinet illud:

Nec scõbros metuẽtia carmina, nec thy.

Item Martialis:

Ne nigram cito raptus in culinam,
Cordulas madida tegas papyro.

Et Horatius:

Aut fugias Vticam, aut unctus mitteris Iler dam.

Telemachi olla.

Τελεμάχου χύτρα, i. Telemachi olla. Meminit huius adagionis Athenæus libro 9. tradens Telemachum Acharnensem fuisse quempiam, qui plerunq. uictitarit fabris. Vnde conijcere licet in sordidos dici consueuisse.

Alia res sceptrum, alia plectrum.

Haud omnino contẽderimus esse prouerbium, sed tamen ipse sermonis habitus colorq. adeo similis est prouerbio, ut uix si milior sit ficus ficui, quod Stratonicus citharœdus regi Ptolomæo respondit, pertinacius secũ arte canẽdi disputanti: ἕτερόν ἐστιν ὦ βασιλεῦ σκῆπτρον, ἕτερον δὲ πλῆκτρον. i. Alia res est, o rex, sceptrum, alia vero plectrũ. Locus erit utẽdi, quoties diues ac potẽs, fortuna sua fretus, velut ex equo disputat cũ erudito, cum multo aliud sit diuitem, aut fortunatum esse, aliud literatũ.

Quæ dolent, ea molestum est contingere.

Amphis in Ampelurgo apud Stobęũ.

Εν εἷς ἂν ἀτυχήσῃ ἀνθρωπος τόποις,
Ηκιστα τούτοις πλησιάζων ἡδεται. idest,
In quibus homo est non admodum felix locis,
Minime suaue est admouere ad hæc manum.

Vnusquisque inuitus audit sua incõmoda, maxime ea, quæ sint cum aliqua infamia coniuncta. Veluti turpitudinem generis, uitium formę: proinde ciuilitatis est, nemini suum refricare uulnus, nec ulcus tangere.

Aurum igni probatum.

Οχρυσὸς τῷ πυρὶ δοκιμαζεὶς, i. Aurũ igni probatum dicitur is, cuius fides rebus aduersis, explorata spectataq;, est. Vtit hac similitudine M. Tullius in epistolis familiaribus libro 9. Pindarus item in Nemeis hymno quarto: Οχρυσὸς ἑψόμενος αὐγὰς ἔδειξεν ἁπάσας. i. Aurum coctum omnẽ fitorem ostendit. Rursum in Pythijs hymno decimo: πειρῶντι δὲ χρυσὸς ἐν βασάνῳ φρένες ἰθύνοος ὀρθός. i. Experienti vero aurum in indice relucet, & mens recta. Theognis.

Εὑρήσεις δὲ μὲ πᾶσιν ἐπ' ἔργμασιν, ὥσπερ ἀπέφθον
Χρυσὸν ἐρυθρὸν ἰδεῖν, τριβόμενον βασάνῳ.

i. Omnibus in reb. me comperies velut aurum
Purum, dulce, rubens, indice cum atteritur.

Idem alibi:

Εἰς βάσανον δ' ἐγδὼν παραστιβόμενος τε μολίβδῳ
Χρυσὸς ἀπέφθος ἐὼν, καλὸς ἅπας ἀνέσκε.

i. Venit ubi ad cotem, & confertur in indice plumbo.
Purum aurum cum sit, totum erit egregium.

Est autem illud auro non citra miraculũ peculiare, ut igni non solũ non fiat deterius, sed magis ac magis enitescat. Itidẽ is, qui uere bonus est, obiectus malorũ procellis, illustrat animi uirtutem, non amittit. Plinius lib. 33. scribit ob eam prącipue caussam aurũ omnibus metallis prælatũ, quod uni rerum nihil igni depereat, tuto etiam in incendijs durante materia. Quinimo, quò sępius arserit, hoc magis proficiat ad bonitatem. Idque argumẽtum esse probi auri, si similiter rubeat, ut ignis, atq. ipsum obrizum appellant.

Lunam

Lunam detrahere.

Τὴν σελήνην καταστρῶ, i. Lunam detrahit. Consueuit dici de eo, cui res uehementer aduersæ viderẽtur. Interpres Apollonij in librum quartum, natum autumat ab Agloanice Hegemonis filia, quæ cũ ob astrologiæ peritiam, lunæ defectus pręsciret, iactabat sese lunam è cœlo deducturũ in terras. Eam uocem tam arrogantem audiuit Nemesis, moxq; pœnas sumpsit. Atque hinc prouerbij origo.

Leonis uestigia quæris.

Τοῦ λέοντος ἰχνηζητεῖς, i. Leonis uestigia quæris. Dicterium in eum, qui uerbis ferox esset, re timidus. Ductum ab apologo quopiam Æsopico, quo narrant uenatorem quendam pastorem obuiũ rogasse, nũ cubi leonem uidisset, ut eũ sibi commostraret. Atque eum respondisse: Equidem tibi leonis uestigia mox ostendero, neq. enim procul absunt. Tum ille satis est, inquit, neque enim ultra quidquam requiro. Cõuenit cum eo, quod alio positum est loco: ἄρκτου παρούσης τοῦ ἴχνια ζητεῖς, i. Cum ursus adsit, uestigia quæris.

Non una uehit nauis.

Οὐ μία ναῦς ἄγει, i. Non una uehit nauis. Prouerbij personã ante se gerit. Quo conueniet uti, quoties maiorem hominũ multitudinem significamus, quam ut eos una nauis possit capere. Veluti si quis dicat, τοὺς ἀπεδιδόντας ἡ μία ναῦς ἄγε, i. Indoctos non una nauis vehit. Est autẽ apud Theognidem:

Τοὺς δ' οὐχ ἱκήσεις διζήμενος, οὐδ' ἐπὶ πάντας τοὺς
Ανθρώπους, ὃς ναῦς μὴ μία πάντας ἄγει. idest,
Hos non inuenies homines scrutatus & inter
Omnes, quos sane non uehit una ratis.

Horna messis.

Plautus in Mostellaria, hornam messem prouerbiali figura dixit, pro maximo emolumento, quasi, tantum lucri, quantũ eo anno sit prouenturum in agris. Comici uerba sunt hæc:

Iam pridem me Castor frigida non laui magis lubenter,
Nec unde me melius mea Scapha rerer ædificatum.

Hæc dicuntur a persona puellæ. Tum lena, optans ut ex eius forma, quam plurimũ commodi capiatur.

Euentus, inquit, omnibus uelut hornas messis fuat.

Id puella quippe simplex, quid sibi uellet, non satis intelligens. Quid, inquit, ea messis attinet ad meam lauationem? Huic figuræ confine est illud eiusdem in Curculione: Vindemia hæc huic anni non satis est soli: significat adeo bibacem, vt uniuersum vinum, quod eo sit prouenturum anno, parum sit illius siti.

Glaucus comesa herba habitat in mari.

Γλαῦκος φαγὼν πόαν οἰκεῖ ἐν θαλάσσῃ. i. Glaucus comesa herba habitat in mari. Dictum apparet per iocum de ijs, qui cum perierint, tamen uulgo creduntur uiuere. De Glauco Græci fabulam adferũt huiusmodi. Glaucus quispiã fuit Anthedonius piscator, natandi peritia longe omniũ primus. Is quo magis esset miraculo, commẽtus est imposturam huiusmodi: Enatabat è portu spectãtibus Anthedonis, donec iam extra prospectum esset. Ibi reuersus in terram secessit in locum aliquem semotum, atq. in eo dies complures commorabatur. Deinde cũ uideretur, redibat nans in portum spectantibus ijs, qui stabãt in litore. Mirantibus autem amicis ac sciscitãtibus, ubi nam gentium tam diu commoratus esset, adsimulabat marinis fluctibus interim versatum esse sese. Auxit miraculum altero commento. Hybernis mensibus, cũ cæteri piscatores nihil piscium capere possent, ille ciues rogabat, quosnam pisces adduci uellent. Quosq; iussissent, aduehebat, uide licet iam ante paratos in hunc usum, atq. alibi conclusos. Euenit tandem, ut hic impostor a bellua quadam marina deuoraretur. Isq. fuit eius comœdiæ finis. Porro cum nõ rediret ex more, populari fama iactatum est, Glaucum gustata herba factum immortalẽ, & in mari uitam agere. Interpres Apollonij poetæ consimilia tradit de Glauco, piscatorem fuisse, qui cum aliquã do multitudine piscium quos cœperat, defatigatus esset, onus in media abiecit uia. Ibi uero res accidit mira dictu, unus e piscibus iã moriens gustata herba reuixit. Id Glaucus obseruans, eadem herba comesa, immortalis est redditus. Tandem tædio vi

tæ semet abiecit in mare. Sunt qui prodãt eum versum in Deum marinum, sunt qui in piscem: de quo complura tradidit Athenæus libro septimo, apud quem alicubi citatur Alexis: ἐν ἀπεγλαυκωμένῳ. Quod si reliquas fabulas Gręculorum de Glauco cupis cognoscere, lege septimum Atheneĩ librum, qui vsque ad nauseam vomitumq; garrit de Glauco pisce, de Glauco dæmone, sed non licet tãtum nugarum hic repetere. Hoc commentum animo pœne reclamante adscripsimus; suboletenim Græcũ scriptorem, quisquis is fuit, in hoc finxisse prouerbium, quo fabulam hãc liceret commemorare. Maluimus tamen hoc opere ludere, quam quibusdam parum eruditis ansam calumniandi præbere, quod præterierimus id quod in excusis etiam Græcorum commentarijs habeatur.

Pergræcari.

SI apud Græcos prouerbia sunt: χαλκὶ δίζειν, λεσβιᾶν, κρητίζειν, id genus alia cõplura, quid estquo minus habeatur adagiũ apud Latinos, quod in Mostellaria dixit Plautus: Pergręcari, pro eo quod est, genialem agere vitam? Nã quid sit Pergræcari, ipsa Plauti uerba satis indicant.

Dies, inquit, noctesq; bibite, pergræcamini.
Amicas emite, liberate, pascite.
Parasitos, obsonate pollucibiliter.

Hactenus ille. Marcus Tullius in Verẽ actione tertia. Fit sermo inter eos, & inuitatio, vt Græco more biberetur. Græcorũ gens male audit passim apud poetas Latinos, & item apud Ciceronem, non solum quasi uoluptatibus addicta, & effęminata delicijs, uerum etiam quasi lubrica fide. Siue quod olim Romanis adhuc rudibus, & antiquam illam obtinẽtibus seueritatem, Græcorum elegãtia luxus uidebatur. Siue quod studiorum æmulatio, ac mutuum odium in causa fuit, ut eiusmodi probra de Græcis conscriberent. Siue quod uere Græcorum nonnulli tales fuerunt, quales eos depingit Iuuenalis, id quod non inficiatur & Lucianus in libro de mercede seruientibus, ut ex illis gentem omnem æstimauerint.

Conos artoxya.

Κόνος ἀρτοξύη, idest, Conos artoxya. De similibus & inter sese respondentibus, quidam eruditi putant Conon pistorium esse instrumentum, non dissimile Artoxyæ, quod penarium scalprum uidetur significare. Cæterum ex his, quę mox sequuntur apud Suidam, apparet Conos munuscula quæpiam fuisse, quę pueris dono darentur apta ætati, cuiusmodi sunt armillę. Proinde vide, ne cõpetat in eos, qui uili leuiq; munusculo compensãt operam alicuius.

Ne ligula quidem dignus.

Κορδύλης οὐκ ἄξιος, idest, Ne ligula quidem dignus, dicebatur homo nequam, & nullius precij. Quod prouerbij durat etiã hodiernis diebꝰ apud Latinos uulgo iactatum. Tametsi magis arbitramur piscis cordulæ uilitatem prouerbio fecisse locum. Is est pelamis, nisi quod minor, ut testis est Plin. lib. 32. cap. 11. Cordylarum uilitatem ostendit & Martialis lib. 11. Epigram. 50.

Prima tibi dabitur uẽtri lactuca mouẽdo
Vtilis, & porris fila resecta suis.
Mox uetus & tenui maior cordyla lacerto,
Sed quam cum rutæ frondibus oua tegant.
Mox poeta preciosa memorat, ut fallat sodalem:
Mentiar ut uenias, pisces, conchylia, sumen,
Et cortis saturas atque paludis aues.

Iuxta nauem.

Κατὰ ναῦν, idest, Iuxta nauem dicuntur, quæ digesta sunt ordine, quæq; quadrant ac congruũt, propterea quod instrumenta nauium suo quæq; loco reponi soleant. Addubitamus quidem, num in his uerbis sit prouerbium, quæ adscribuntur, κατὰ ναῦν ἄρμενα, idest, Iuxta nauem carbasa. Neque enim omni nauigio quæuis uela congruunt.

Iuxta cubitum profecit.

Κατὰ πῆχυν ἐπεδίδου, idest, Iuxta cubitum profecit. De eo dicebatur, qui promotus esset ad meliora, siue cum quis ordine legitimo progreditur, siue cum magnis proficit accessionibus. Cubitus enim & modum significat, ut intelligas nihil transiliendum, & modum grandiusculum, ut accipias incrementum amplius. Nam minuta

nuta latis digitis, aut palmorum porrectu metiri consueuimus.

De tuo capite agunturr comitia.

PROVERBIALI figura dixit Plautus in Aulularia.

Ibo intro, ubi de capite meo sunt comitia.

Deliberabatur enim, ducturus ne esset puellam, nec ne, quam amabat. Sumptum est a comitijs Romanorum, in quibus populi suffragijs noui magistratus creabantur. Itaque cum statuitur de re quapiam, a qua pendeat felicitas alicuius, tum de capite illius fieri comitia recte dicentur.

Vsque ad rauim.

QVEMADMODVM Græci dicũt ἄχρι κόρου, idest, Vsque ad satietatem, ita Plautus, & quidem lepidius dixit, usque ad rauim, pro eo quod est, improbe, sępius, clamose, adeo ut uox etiam toties vociferanti raucescat. Est in Aulularia ad hunc modum.

Huccine detrusisti me ad senem parcissimum,
Vbi si quid poscamus, ad rauim poscamus prius
Quam quidquam detur.

Cereri sacrificant.

ITEM quemadmodum Graeci dicũt, ἐστία θύουσιν, i. Lari sacrificant, ita Plautus propemodum indicat apud Latinos dici solere. Cereri sacrificant, si quando in cõuiuio uinum deesset, propterea quod in huius sacris nefas esset inferre uinum, sicut apud Græcos in quarundam dearum sacrificijs, ut ostẽdimus in prouerbio, νηφάλια ξύλα. Locus est in Aulularia. his ferme uerbis.

Cererin' mi Strobile hi sunt facturi nuptias?
Qui? Quia temeti nihil adlatum intelligo.

Inutilior Blace.

Βλακὶς ἀχρηστότερος, i. Blace inutilior, aut nequior. in hoiem nihili, nulliusq; bonæ frugis dicebatur. Sumptum a pisce usqueadeo uili, insipido, ac male olenti, ut a canibus quoq. fastidiatur. Est autem piscis non dissimilis Siluro, si quid credimꝰ Gręcarum etymologiarum farragini. Nunquã enim audiuimus canes esse pisciũ auidos. Et si silurus is est, quẽ uulgus appellat Sturionem, hic inter pisces uel primas tenet. Addit locum esse iuxta Cumas, palustrem opinamur ac sterilem, cui nomẽ Blacia, unde suspicatur ortum prouerbium. Hesychius & piscẽ pro blace blaciã uocat. Adijcit, in Alexandria tributum esse dictum βλακκευνόμον, quod illic pendunt astrologi, eo quod blaces, hoc est, fatui ad illos cõmeent, petentes ex astris oracula. Illud cõstat, etiã homines stupidos, ignauos, molles & insipidos dici βλάκας, unde βλακεύειν, molliter & ignauiter agere, & βλακικῶς pro stulte & insulse. Apparet ab hac uoce Latinos dixisse Flaccos, & flacidos, & flaccescere, ἀλλὰ περὶ βλακὸς ἁλίς.

Αλιπήριος.

Αλιπήριος, uulgo dicebatur, qui p uim raperet aliena. Natũ ex euentu huiusmodi. Temporibus Aetolici belli, tãta frumẽtarię rei penuria incidit Atheniensibus, ut pauperes coacti fame captiuorum farinam diriperent, inde uox traduci cępit ad hominẽ quocunq. modo sceleratum. Plutarchus in commentario de curiositate, diuersam huius nominis originem reddit. Nempe cum Athenis fame uehementer laboraretur, & hi qui iussi fuerant, frumentũ nõ efferrent in publicum, sed domi clanculũ molerent ac noctu, curiosi quidam obambulantes obseruato malorum strepitu, eos prodiderunt, atq. hi quidem Aliterij dicti sunt, quemadmodũ & sycophantæ. Verũ ab hoc commẽto diuersa memorat in Problematibus; uolẽs Aliterium a fugiẽdo dictum. Nam Græcis ἀλέω, utrũq; significat, molo & fugio, eoq. uocabulo scribit notatum eum qui tantę fuisset improbitatis, ut quisquis eũ effugere ualuisset, is felix haberetur. Aristophanes in Equitibus, Aliterios appellat eos, qui uiolarunt templum Palladis, ἐν τῷ ἀλιτηρίων σε φημί γεγονέναι τῷ τῆς θεοῦ. i. Alio te esse de numero Aliteriorum, qui deę arcẽ inuaserunt. Interpres multa recensens hoc quoque commemorat. Cylon quidam per tyrannidem occupauit arcem, ac deprehensus est spoliare tẽplũ Mineruæ. At ipse qdem effugit nactus opportunitatem, cæterum illius amicos qui ad aram deæ confugerant, inde retractos occiderunt Athenienses. Vnde q uiolassent supplices, ἀλιτήριοι, dicebãtur. Etenim q uiolatæ deæ tẽplo supplices iter fecerãt, postea supplicio capitis affecti sũt.

Denique

Grecũ vocabulum veriũ non ab aleo, sed a deliteo, peccare

Deniq. & Ceres dicta est ἀλιτήρια, & Iuppiter ἀλιτήριος quod in publica fame seruassent molitores farina diripere. Quin & illud admonent, ἀλιτηρίους dici, qui frustrantur spe sua, nec perficiunt quod tentarunt. Ambiguitas hinc est, quod ἀλέω duo significat, molo & aberro, unde & ἀλίτης erro. Porro ut ἀλιτήριος usurpatur p sacrilego & impio, ita ἀλιτραίνειν dicunt qui sacrilegium committunt.

Piscis nequam est, nisi recens.

PISCIS nequam est, nisi recens, manet in hunc usque diem uulgo celebre. Dicitur autem peculiariter in hospitem, aut uulgarem amicum, qui primo quidem ad uentu non ingratus est, cæterum ante triduum exactuum putet. Plautus: Quasi piscis itidem est amator lenæ, nequã est, nisi recens. Iocatur apud Alexidem quispiam citante Athenęo, quod cum nonnulli fru galiores abstinerent ab ijs quibus esset ani ma, ipse nihil huiusmodi attulisset, nempe mercatus pisces mortuos. At hodie qui vẽ dunt, tremore manus assimulant uiuere, ante biduum mortuos.

Nihil homini amico est opportuno amicius.

GRATISSIMVM est officium, quod præstatur in tempore. Contra intempestiuum officium, plerumque molestum esse solet. Plautus:

Nil homini amico opportuno amicius.

Ediuerso nihil differt ab inimicitia, intempestiua beneuolentia.

Asinum in rupes protrudere.

PROVERBIVM olet, quod scribit Horatius in Epistolis:

Qui male parentem in rupes protrusit asellum.

Quadrabit in quosdam peruerso natos ingenio, qui cum ipsi non sapiant, nolint tamen bene consulentiũ monitis obtemperare. Hi sunt etiam ultro quo tendunt impelliendi, ut uel malo docti tãdem agnoscant stultitiam suam. Natum est a rustico quopiam, qui cum asinum suum per Alpes niuibus obtectas duceret, isque freno non obediret, iratus in rupes protrusit:

Et merito, quis enim inuitum seruare laboret?

Videris mihi labda.

Δοκεῖς δέ μοι καὶ λάβδα κἀν τοῖς λεσβίοις. i. Mihi uidere & labda iuxta Lesbios, fellatricem indicat uelut ænigmate primę litere, quæ communis Lesbijs, & uitio quod ei tribuitur genti, quemadmodum indicauimus alibi. Sumptũ ex Aristophanis Concionatricibus.

Postica sanna.

PERSIVS posticam sannam, prouerbialiter appellat clancularia irrisionem, a gestu ridentium aliquem a tergo:

-Posticæ occurrite sannæ. Idem:

O Iane a tergo quẽ nulla ciconia pinsit,
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas,
Nec linguæ tantum sitiat canis Appulla quantum.

Nam huiusmodi gestibus ab occipitio derident quidam.

Coruus serpentem.

Κόραξ καὶ ὄφιν, idest, Coruus serpentem, ubi quis suo ipsius inuento perit. Sumptũ ex Apologo quodam Æsopi. Coruus esuriens serpentem in aprico dormientẽ conspicatus rapuit, a quo morsus perijt. Cognatum ei, quod alias retulimus, κορώνη καὶ σκορπίον, idest, Cornix scorpium. Torquere licebit & in hominem ob edacitatẽ periclitantem, uelut Diogenes Cynicus, comeso polypo crudo perijt.

Cænei hasta.

Τὸ καινέος δόρυ, i. Cæneci hasta. Cæneus Elati filius, Lapitharũ rex prius fuerat elegans puella, è puella conuersus est in virũ, adnuente Neptuno, quem ad coitum admiserat. Cui illud ẽt donatum est, ne saucius ullis uulneribus fieri, ferrove occũbere posset, quemadmodum refert Ouid. 12. Transformationum libro. Ferunt hũc certasse cum Apolline. Præterea morem huic fuisse, ut qui ad sese uenirent, iuberet per suam hastam iurare, unde prouerbium arreptũ, ut indicat enarrator Apollonij in argonauticon primũ librum. Quem locũ adducit Eustathius in primum Iliados librum. Is addit illum cum esset ætatis suæ hominum præstantissimus, fixo in medio foro iaculo, præcepisse dijs, ut numerarẽt, qua

qua ferocia offensus Iupiter pœnas de illo sumpsit. Cum enim bellum gereret cũ Lapithis, effetq. inuulnerabilis, hoc pacto deuicit hominem, Lapithæ quercus & abietes in eum iaculantes deiecerunt illum in terram.

Pepones.

Πέπονες, i. Pepones, prouerbiali conuicio dicuntur homines molles & effęminati, parumq; uiri. Homerus Iliados B.

Ὦ πέπονες, κακ' ἐλέγχε', ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' ἀχαιοί. idest,

O pepones, mala pbra, Achiuæ, nõ enim Achiui.

Eustachius in septimum huius operis librum, ostendit similitudinem sumptã ab eo fructu, qui simulatq. maturuit, dulcis quidem est, uerũ flaccidus, & inutilis. Quãquam eadem uox aliquoties non conuiciantis est, sed blandius & amicus appellãtis, veluti Iliados Z.

-Ὦ πέπον ὦ μελιέλαε.
-O pepon ò Menelae

Ρυποκόνδυλος.

GRAECI prouerbiali conuicio sordidos & impendio parcos, ῥυποκονδύλους appellant, ducto cognomine ab ijs, quibus sordes in unguibus insident, nec tantillũ sumptus facere uolunt, ut tonsori dent nũmulum, qui repurget vngues. Nam ῥύπος. proprie sordes eas significant, quæ in summis unguibus manuum ac digitorum colliguntur, & κόνδυλος articulũ digitorum. Iul. Pollux lib. 6. c. 4. eosdem uocat ζευγοβίους quasi fece uiuentes. Quidam adagiũ sic effe ũt: ἀχθομαι αὐτοῦ τοῦ ῥύπου, idest, Molestæ sunt mihi illius sordes. Latini item immoderatam parsimoniam hoc est uitium luxui contrarium, sordes appellant: hominem ei uitio obnoxium, sordidum.

Iuuenari.

IVVENARI dixit Horatius, tum noue, tum prouerbialiter, in Arte poetica. Græci itẽ νεάζειν, νεανίζειν, νεανιεύειν, consimili modo usurpant, pro eo quod est iuuenum more iactantius, inconsideratius, inconsultius agere, aut si qd aliud ei ætati peculiare vĩ. Quod quo longius traducetur, hoc fuerit uenustius: ut si quis orationem floridã phaleratamq. dicat νεανίζειν, Eiusdem est formæ γωμακίζειν, pro gestũ cultuq. repræsentare mulierem. Ob inscitam rerum & impotẽtes affectus ætas illa magna ẽ lubrica, unde νεανικῶς factum dicũt Græci, quod maiore impetu, quam iudicio gestũ est. Basilius in epistola quadam: Καὶ ἐν τοῦτῳ δηλον ὅτι τοὺς ὄπω κατηρτισμένους καὶ ἔσω ἄνθρωπον οὐδὲ εἰς τὸ τέλειον ἐφθακότας τῆς ἡλικίας μέτρον, τούτους περιφέρεσθαι καὶ σαλεύεσθαι, ἡ παροιμία φησὶν, i. Et hic nimirum, qui nondum perfecti sunt ẽm interiorem hoiem, nec adhuc ad perfectum ętatis modum peruenerunt, circumagi, ac fluctuare dicit prouerbium. Reperitur & ἀκμάζειν, pro eo quod est iuuenilia facere. Sic usus est Hyperides, in oratione contra Mantitheum, & Lysias aduersus Nicarchum tibicinẽ. Laberius citante Nonio pro eodem dixit. Adolescenturire. Incipio adolescenturire, & nescio quid nugarum facere.

Laudant ut pueri pauonem.

PROVERBII faciem habet, quod scripsit Iuuenalis in auaros, qui carmina laudant duntaxat, nihil autẽ largiuntur poetæ.

Dicit laudator auarus
Tantum admirari, tantum laudare disertos,
Vt pueri Iunonis auem. Idem alibi:
-Probitas laudatur & alget.

Notior est metaphora, quã ut oporteat explicare Ouidius alicubi de pauo.

Laudata ostendit auis Iunonia pennas,
-Si tacitus spectes, illa recondit opes.

Ἀδικηπατίας.

Ἀδικηπατίας, olim appellabat formidolosus Clearchus in Vitis, ut citat Zenodotus, ait quorundam epati uitium quoddam accidere, quod eos timidos reddat, atque hinc prouerbio iactatum cognominis scoma. Vĩ autẽ composita uox, ἀπὸ τοῦ λευκοῦ καὶ ἧπαρ, quod palleant plerumque qui bus epar est uitiatum, id quod apparet in amantibus. Pallor autem formidolosis conuenit.

Emori risu.

PROVERBIALES hyperbolæ sunt & illæ: Emori risu, Defluere risu, pro uehemẽter ridere. Homerus Odyssęę. Σ

-Ἀτὰρ μνηστῆρες ἀγαυοὶ

Χεῖρας

Χεῖρας ἀναχόμενοι γέλῳ ἔκθανον. idest,
Deinde procorum ſplendida turba
Præriſu emoriens nimio ſuſtollit ad alta
Aſtra manus.

Vſurpauit & Terẽtius in Eunucho: Omnes riſu emoriri.

Hipparchi murus.

Ἱππάρχου τεῖχίον, i. Hipparchi murus, dicebatur res quæpiam, quæ magnis conſtaret impenſis. Hinc natum, quod Hipparchus Piſiſtrati filius Academiam muro ſenſit. Atque huius rei nomine, magnam pecuniæ uim ab Athenienſibus exegit. Auctor Suidas.

Hodie nullus, cras maximus.

Οὐδεὶς σήμερον, αὔριον δ' ὑπερμέγας. i. Qui nullus hodie, cras erit uel maximus.

De eo, cui repente, præterq. ſpem ingẽs aliquis honos acceſſerit. Et uulgo, qui ex infima conditione ad dignitatem euehuntur, & nihilo dicunt emerſiſſe. Extat apud Ariſtophanem in Equitibus.

Samiorum mala metuis.

Τὰ Σαμίων κακὰ δείδεις, i. Samiorum metuis mala. Dictitatum de ijs, qui metuerent proditionem. Narrant, Athenienſes olim in Samios quoſcumque cœpiſſent, inclementius ſæuiſſe, atque alios interemiſſe, alios cõfixiſſe fama, idest ſupplicij genus. Samij uiciſſim ſi quos cœpiſſent Athenienſium, hos ad eundem modum excruciabant. Vnde prouerbium Samij literati. Nam Suidas incidat hoc dici ſolitum de his, qui metuerent immedicabiles calamitates. Idem indicat Samen dici genus calamitatis Samiæ, quod Athenienſes notas infames inuſſerint Samijs captis, mox Samij uiciſſim Athenienſibus. Duris Samius ſcriptor multa tragice exaggerat de crudelitate Periclis, & Atheniẽſium in Samios, quæ Plutarchus putat magna ex parte conficta in inuidiam Periclis & Atheniẽſium. Simili figura dictum eſt illud: τὰ μαγήτων κακά.

Pyrmæorum acrothinia coloſſo adaptare.

Ἀκροθίνια τῶν πυγμαίων κολοσσῷ ἐφαρμόζειν, i. Acrothinia Pygmæorũ coloſſo accõmodare dicebantur, qui inanẽ ac ſtultã ſumerent operam, aut qui præter decorũ minima maximis adaptarent. Veluti ſi quis rem friuolam & minutam ampliſſimis copioſiſſimisq; laudibus proſequeretur. Philoſtratus in Niceta: ἠγνόησε δὲ ἀκροθίνια πυγμαῖα κολοσσῷ ἐφαρμόζων. i. Non intelligebat autem ſeſe Pygmæa acrothinia coloſſo accommodare. Quamquam Suidas hunc locum citans πυγμαίων. dicit, non πυγμαῖα. Meminit adagij Euſtathius in Odiſſeæ φ. Coloſſi dicuntur uaſtæ prodigioſęque magnitudinis ſtatuæ. Nam hinc uox Græcis dicta putatur, quod illarum proceritatem uiſus humanus non adſequatur. Pygmęorum qui longiſſimi ſunt, duos pedes & quadrantem non excedunt. Vnde & nomen inditum putant a cubitali proceritate. Eſt autem gens extremas Ægypti partes inhabitãs, agricolationi dedita, bellum ſubinde gerẽs cum gruibus. Belli cauſa eſt, quòd grues ſublegunt ſemina, famẽque inducunt ei regioni. Ita ſcholiaſtes in tertium Iliados. Horum fœminæ quinto anno pariunt, octauo ſterileſcunt. Pygmęorum meminit Iuuenalis Saty. 13. Et in hos plurimus iocus in Græcorum epigrammatibus. Porro acrothinia Græcis primitiæ dicuntur, quod hæ ſoleant è ſummo aceruo tolli. ἄκρον ſummum, & θῖνες frumentorum acerui dicuntur.

Dij tibi dent tuam mentem.

Dii tibi dent tuam mentem, in inſanũ congruit. Quid enim precemur infelicius ſceleſtis hominibus? Martialis:

Dij mentem tibi dent tuam Phileni.

Horatius:

Quid facias illi? iubeas miſerum eſſe libenter.
Quatenus id facit.

Contra Demea Terentianus: Mentẽ meliorem vobis dari.

Cura eſſe quod audis.

Ad prouerbij ſpeciem accidit Horatianum illud:

-Cura eſſe quod audis

Conuenit in diuites, qui ita demum felices fuerint, ſi id ſtudeant eſſe, quod audiunt ab adulatoribus. Carmen Horatij ſic habet:

Tu recte uiuis, ſi curas quod audis.
Iactamus iã pridẽ omnis te Roma beatũ,
Sed uereor, ne cui de te plus, quam tibi credas.

Cautus enim metuit, &c.

Qui non ex animo, ſed mali metu, cõtinent a maleficio, in eos quadrabunt hæ, prouerbiales eiuſdem metaphoræ.

Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterque
Suſpectos laqueos, adopertum miluius hamum.

Nã alijs aliæ tenduntur inſidiæ, lupi fouea frondibus contecta capiuntur. Vnde apud Plautũ ſeruus minatur ſe lenoni, cui nomen Lycus, foueam effoſſurum. Similis eſt illa de fuſte, Vertere modum formidine fuſtis.

Si coruus poſſet tacitus paſci.

Si breuis apologus, auctore Fabio parę miæ genus eſt, cur non illud etiam prouerbijs annumeremus, quod ſcripſit Horatius:

Sed tacitus, paſci ſi poſſet coruus, hẽret
Plus dapis, & rixæ multo minus, inuidiæque.

Quidam exiſtimant mutuo ſumptũ ex Apologo, quem in libro de deo Socratis refert Appuleius, de coruo prędam nacto, quam uulpes ita intercepit, dum arte perſuadet illi, ut canere incipiat. Quadrat in eos, qui, ſi quid bonæ rei nacti ſunt, continuo iactant, oſtentantque, atque ad eum modum efficiunt, ut alij tum obſiſtant, quo minus eiuſmodi plura commoda nanciſcantur, tum quæ nacti ſint, interuertant.

Clauam extorquere Herculi.

Qui ſibi vindicare conatur, quod alius iã potẽtior occupauit, nõ infacere dicetur clauam uelle Herculi extorquere. Idq. iã pridem apud eruditos prouerbij uice celebratur. Natum eſt autem ab apophtegmate Maronis, cui cum Zoili quidam vitio darent, quod non paucos uerſus Homeri pro ſuis vſurpaſſet, reſpõdit, hoc ipſum magnificum eſſe facinus, vel Ioui fulmẽ eripere, vel clauam extorquere de manu Herculis. Macrobius libro Saturnalium 5. de Marone, qui ſic vſurpauit Homerica, vt fecerit ſua: Quia cum tria hęc ex æquo impoſſibilia putentur, vel Ioui fulmen, vel Herculi clauam, vel verſum Homero ſubtrahere, & ſi fieri poſſet, alium tamen nullum deceret, vel fulmen præter Ioue iacere, vel certare pter Herculem robore, vel canere qd cecinit Homerus, hic opportune in opus ſuum, quæ prior vates dixerat, transferendo, fecit, vt ſua eſſe credantur.

Bis interimitur, qui ſuis armis perit.

Mimus eſt prouerbialis, incertum, cuius (Senecæ titulo celebratur, ſed falſo) Bis interimitur, qui ſuis armis perit. Magis dolent incommoda, quibus ipſi dedimus occaſionem. Natum apparet ex Æſopico apologo. Hunc Gabrias quidam uerſibus Iambicis complexus eſt ad hunc modum:

Βλέπειτο σῆθος αἰετὸς πρωθὲν πάλαι,
Αλγῶν δὲ λοιπὸν ἦσο πολλὰ δακρύων.
Βλέπων δ' οἰκτὸν εἴ τεν ἐπερωμένον,
Βαβαί, πέρον μὲ τῶ πέρωτῶ ὀλλύει. idest,
Quondam icta pectus Aquila, vulnus inſpicit,
Multumque lacrymans, præ dolore conſtitit.
Pennatum ut autem ſpiculum cernit, papę,
Ait, ala me aligeram graui exitio dedit.

Adagium Græcum, & ex hoc item apologo ſumptum eſt, alio diximus loco.

Mulierem ornat ſilentium.

Sophocles in Aiace flagellifero:

Γυναικὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. idest,
Decus addit uſque fœminis ſilentium.

Sententia prouerbialis, quã Seruius in primum Aeneidos citat ex Sophocle. Mulier animal natura loquax, nulla re magis cohoneſtatur, quam ſilẽtio, maxime apud viros, cum de rebus ſerijs agitur. Sumptũ eſt ex Homero, apud quem eſt non ſemel illud:

-Μῦθος δ' ἀνδρεσσι μελήσει, idest,
Fueritque uiris oratio curę.

Imitabor Nepam.

Imitari Nepam dr, qui retrocedit. Id erit prouerbialius, ſi torqueatur in eũ, qui in deterius uſq; degnat, νεπὶ τὰ μανδραβῆλα. Nam Nepa, quemadmodum auctor eſt Feſtus Pompeius, Afrorum ſidus, appellatur cancer, uel, ut quidam putant, ſcorpius, qui & ipſe retrogradus eſt. Nonius Marcellus negat eam uocem aliud ſignificare, quam ſcorpium ex M. Tull. De finibus libro quinto, Serpere anguiculos, natare anaticulos, uolare merulas, cornibuti uideamus boues, nepas aculeis, ſuã denique

nique cuiq; naturam esse ad viuendum ducem. Citat & Manilium:

Ad sydera vectam
Erigionem, ictuq; nepam, spolioq; leonē.

Hæc Nonius. At si nepa nihil aliud est, quam scorpius, mirū, cur Cicero maluerit dicere nepā. Quamquam scorpio quoq. peculiare est retrocedere, si quid offendat, & cancer ictu uulnerat. Plautus in Cassina, Retrouersum cedam ad parietem. Imitabor nepam.

Quod alius condiuis coquus, aliter condiam.

VBI quis rem omnem nouat, ac pturbat, conueniet Plautinum illud ex eadem fabula, non dubium, quin prouerbiali dictum forma:

Ibo intro, ut id, quod alius condiuit coquus, ego nunc vicissim
Vt alio pacto condiam: quidquid prandij est, ut paratum ne siet,
Sietq. ei paratum, quod paratū non erat.

Odi puerulos præcoci sapientia.

APPVLEIVS in apologia secunda, versiculum hunc ex poeta quopiam citat, ceu uulgo celebrem:

Odi puerulos præcoci sapientia.

Vulgo inualuit opinio, ut credat puerulos maturius sapiētes, aut nō fore uitales, aut demētes futuros, simulatq; ad ætatem maturā peruenerint. Pli. lib. 7. refert Cato nē Censoriū uelut ex oraculo prodidisse, senilē iuuentam præmaturę mortis esse signum. Et apud Senecam lib. controuersiarum 2. cōtrouersia prima, Cestius de ingenio Alfij Flauij prædicare consueuit, tam mature magnum ingenium non esse vitale. Talem puerū Sophocles ἀνδράπαδα vocat. Citatur autem his uersiculus ab interprete Pindari in Pythijs hymno scēo, ἢ ἀνδράπαδα δεσπότης ἀπώλεσα, id ē, Puerum virilem, dominus ipse perdidi, ἀνδράπαδα, uocat, quod ætate puer, uiri sapientia prēditus esset. Adaptare licebit ad discipulum, qui in ipsis statim rudimentis sibi placeat. Aristoteles libro Rhet. 2. refert hanc sententiam ex poeta quodam:

Οὐ χρὴ ποθ' ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνὴρ
Παῖδας περισῶ ἐκδιδάσκεσθαι σοφοὺς.
.i. Quisquis sapit, non umquam oportet, plus satis
Docendo pueros, mox philosophos reddere.

Δύρεος ἵππος.

Δύρεος ἵππος, idest, Dureus equus de clandestinis insidijs dicebatur, aut ubi repente complures apparerent, qui latebant antea. Sumptū ab equo Homerico, in quo Græcorum proceres abditi, repente prosilientes Troiam ceperunt. Hunc Homerus Durateum appellat, ut Odysseæ Θ. quod trabibus esset contextus:

Αἶσα γὰρ ἐνθάδε ἔμελλε πόλις ἀμφικαλύψαι.
Δουράτεον μέγαν ἵππον, ὅθ' εἵατο πάντες ἄριστοι
Αργείων, τεύχεσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες.
.i. Fatum enim erat, perituram urbem, simul ingrederetur
Durateus præcellsus equus, qui clauserat omnes
Primores Danaum, luctumq;, necemq; ferentes
Troianis.

Plutarch° in uita Themistoclis, narrat, illum aliquando dono rogasse equum à Philide nutritore equorum. Eum is ubi negasset, comminatum fuisse se breui ex illius domo facturum equum δούρατεον, significans se crimina ipsius, ac domesticorū prolaturum in lucem. Nec inscitum fuerit, si quis ludum alicuius eruditi, Durateum equum appellet, quod ex eo breui tempore summi uiri prodierint. De laudatis viris, qui subito alicunde emerserunt, apud eruditos frequens est, ut ex illius domo velut ex equo Troiano prodijsse dicantur. M. Tullius Philippica secūda, ad egregij facinoris societatem retulit: In huius me consilij societatem tanquam in equū Troianum includi cum principibus nō recuso. Aristophanes in Auibus prouerbium detorquet in emphasim roboris, ac magnitudinis:

Ἵππον ὑπόντων μέγεθος ὅσον ὁ δούρειος.

Interpres admonet allusum ad equum ereū insigni magnitudine, qui in acropoli stabat Palladi dicatus a Charidemo, quod ipsa testabatur inscriptio. Verum is ad imitationem equi Troiani compositus erat. M. Tullius in C. Verrem Troianum equū accipit pro extrema calamitate: Quem cōcursum factum in opido putatis? quem clamorem? quem porro fletum mulierū, qui uiderent equum Troianum introductum, urbem captam esse dicerent, &c. Portas,

tas, per quas introductus fuerat equus Durius, Homerus Iliados γ. σκαιὰς, hoc est, sinistras appellat, quod læua mente Troiani equum illum induxerint in ciuitatem. Idē pro Muræna dicit equum Troianum intus esse, cum sentit reipublicæ periculum esse ciuili discordia. Intus, inquit, intus est inquam equus Troianus, a quo numquā me consule dormientes opprimemini. Idem pro M. Cœlio. An equus Troianus fuerit qui tot inuictos uiros muliebre bellū gerentes tulerit, ac texerit?

Cum adsit uia, semitam quæris.

Οδὸς παρούσης τῶν ἀτραπὸν ζητεῖς. i.
Cum præsto sit uia, tu requiris semitam.

Citatur ab Eustathio in Odisseæ N. Est autē ἀτραπός, semita, quæ diuersa sit a uia plaustrorum, quam regiam uocant. Cōueniet adagium in tergiuersatores, qui, quo præsens negotium suffugiant, diuerticula captant.

E culmo spicam conijcere.

EVSTATHIVS Odysseæ ξ. enarrans hūc uersum, quem nos alio citauimus loco:

Ἀλλ' ἔμπης καλάμῳ γέσ' οἴομαι εἰσορόωντα
Γιγνώσκειν,

Ostendit Vlyssem ad prouerbiū allusisse, quod plene sic efferat, ἐκ καλάμης δῆλος ἐστὶν ὁ τεθερισμένος σάχυς, i. Ex culmo pspicitur spica demessa. Etiam in sene apparet, cuiusmodi fuerit iuuenis. Meminit huius loci Aristoteles libro Rhetoricorū tertio, indicans per metaphoram senectutem dictam culmum.

Βυσσοδομεῖν.

Βυσσοδομεῖν, frequenter est apud Homerū, non citra prouerbij speciem, pro eo ꝙ est, alto pectore moliri quippiam, & clāculum in animo struere insidias. Translatū a fundamentis ædificiorum, quæ profunde iaciuntur. Odysseæ P.

Ἐσθλὰ ἀγορεύοντες κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδόμευον, idest,
Dicebant bene, sed mēte alta praua struebant.

Idem alibi.

Δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων. idest,
Fraudem alta mente uolutans.

Accersitum malum.

Επιπασσὸν κακόν, i. Accersitū malū, dr, cuius ipse tibi caussam præbueris. Homerus Odysseę Σ.

Η τάχα ἶρος ἄτιρος ἐπιπασσὸν κακὸν ἕξει.
.i. Nę mox perditus Irus habebit, ꝙ sibi quærit
Vltro malum.

Eurymnus.

Εὔρυμνος, idest, Eurymnus, dictus est olim prouerbio, qui per calumniam conaretur fidos amicos inter sese committere. Nam hic, cum moliretur serere dissidium inter Castorem & Pollucem, alterum apud alterum insimulans, post deprehensus, utrique grauissimas penas dedit. Hoc autem fere solet accidere ijs, qui malis artibus student dirimere eos, quos insolubili uinculo natura copulauit, ut uxorem & maritum, parentem & filium, ac fratres. Fit enim, ut hi redeant in gratiam, & præritæ simultatis pœnas utrique reperant ab auctore. Id euenit Athenis Hyperbolo, qui Niciam, ac Alcibiadem conatus est committere.

A furijs oriundus.

Ἐρινύων ἀπορρώξ, i. A furijs profectus. Olim dicebatur tærra, fædaq; specie, quiq. μανικὸν βλέπει, quemadmodū ait Aristophanes. Item quod noxium & exitiale sit id a furijs ortum aiunt, quemadmodum Aiax in tragœdia.

Ἀρ' ἐκ ἐρινυὸς τοῦτ' ἐχάλκευσε ξίφος; i.
An nō macronē hūc furia cudit tartari?

Similis uidentur captiuis ex Pylo.

Εἴκασι
Τοῖς ἐκ πύλου ληφθεῖσι τοῖς λακωνικοῖς.
.i. Captiuis mihi
Similes uidetur è Pylo Laconicis.

Est apud Aristophanē, ἐν νεφέλαις. Dici solitū de ijs, qui uultu sunt miserando nē pe pallidi, squalidi, maciléti. Pylus ciuitas quæpiam Laconicæ, quam obsessam Cleō expugnauit. Qui ueto superfuerāt a cæde, secum abduxit Athenas, exteuuatos, cōfectos, pallidos, deformi specie. sicuti cōsentaneum est accidisse, tum ob diutinam obsidionem, pſertim in insula deserta, q̄ rerum necessariarum copiam maligne suppeditabat, tum quod post expugnatam urbē complures dies in uinculis habiti fuissent. Hæc ferme Zenodotus. De Pylo dictū est nobis alias in prouerbio, Pylus ante Pylū

Γύργαθον

Γύργαθον φυσᾶς.

Γύργαθον φυσᾶς, i. Gyrgatum spiras, in insanum, frustraque vociferantem iacieba tur. Gyrgathus lectus est, in quo paralytici, menteq. capti, quique uocantur demonia ci, uincti iactant sese, multa minitãtes, sed frustra. Conueniet igitur in atroces sine uiribus iras. Hesychius indicat Gyrgathon dici uas quoque, in quod pistor coctos reponit panes. Græca uox a uoluendo dicta uidetur.

Byzeni libertas.

Βυζήνη παῤῥησία, i. Byzeni libertas, ubi quis audacius, liberiusq; loqtur. A byzeno quodam, Neptuni filio, cui mos fuerit mira in dicendo libertate uti. Stephanus com memorat Βυζήνη, Scythiæ ciuitatem, unde Byzeni. Eius gentis peculiare est intrepide loqui.

Αχρειώγελως.

Αχρειώγελως, prouerbiali, nouæque cõ posito uerbo dicebatur nugator, quiq. re bus ineptis oblectaretur. Nã ἀχρειώγελως perinde sonat, quasi dicas, temere riden tem, quod uitij uel stultitiæ signũ est, uel dementię.

Protinus apparet, quæ plantæ fru giferæ futuræ.

Αὐτίκα καὶ φυτὰ δῆλα ἃ μέλλει κάρπιμ' ἔσεσθαι.

Protinus apparet quæ fructum planta da tura est,

Vel in pueris elucet indoles futuræ pro bitatis. Protinus in discipulo præsentire li cet profectum futurum.

Perijt sus.

Ἀπόλωλεν ὗς, καὶ τάλαντον, καὶ γάμος, i.

Perijt mihi sus, & talentum, & nuptiæ.

Dici suetũ, ubi quis frustratus perdidis set operam impensam. Natum a quodam, qui, cũ apparasset ad nuptias omnia, nõ est eas affecutus. Adsine illi, Oleum, & ope ram perdidi.

Αμφιθαλὴς ἔρως.

Αμφιθαλὴς ἔρως, i. Vtrinque florens amor, olim dicebatur, quoties uterq. pari ter esset incolumis, ac mutuo responderet amore. Nã dimidiati dicimur, quoties ami cus distrahitur, uelut altera pars nostri. Ex stat apud Aristophanem in Auibus in cal ce fabulę. Talem amorem in Eunucho op tat Phędria: Vtinam esse mihi pars equa amoris tecũ. Cõgruit huic Pindaricũ illud in Pythijs, φιλέων φιλέοντ', ἄγων ἀγώντα προφρόνως. i. Amans amantem, & ducens ducentem libenter.

Ex amphitheto bibisti.

Αμφιθέτῳ ἔπινες, i. Ex amphitheto bibi sti. Dicebatur in eum, qui meracius, ac lar gius potaret. Amphithetum enim erat po culi genus, ita factum, ut quauis ex parte positum staret, nullumq. certum haberet fundum. Probabilius est, quod inter uaria addit Hesychius, Amphtiheton esse pocu lum, quod ob magnitudinem ambabus tol litur, ac reponitur, id Hollandi nautæ uo cant busam.

Pronomi barba.

Προνόμου πώγων, i. Pronomi barba, de præ longa dicebatur. Aristophanes in Cõ cionatricibus.

Αργυῤῥίου γὰρ ὁ προνόμου πώγων ἔχων
Δέλησε. idest,
Hucusque latuit ergo Pronomi Argyr rhium
Gestare barbam.

Pronomus tibicẽ quispiam fuit, prolixa barba, gestamine non admodum appo sito professioni. Quandoquidem tibicinum mollitiem etiam prouerbia notant. Argyr rhius exercitus dux quispiam fuit effemi natus, & cinœdus, nihil habens uiri pter barbarã. Taxat eodẽ in loco Epicratis ora toris cuiusdam barba, cui ob id ipsum uul gari ioco cognomen inditum σακεσφόρῳ, teste senario, quem Aristophanis interpres citat ex Platone comico:

Ἀναξυρήνης ἐπίκρατες σακεσφόρε. i.

Rex Barbæ Epicrates scutifer.

Barbã ob similitudinẽ scutũ uocat, & ali bi, ἅπασα καὶ μίσει σάκον πρὸς ταῖν γνάθοιν ἔχουσα. Aristophanes in eundem.

Κἀγώ' ὁ Ἐπικράτης ἐκ ὀλίγῳ καλλίονα. i.

Mihi barba multo pulchrior, atque Epi cratis.

Est frequens iocus apud Lucianũ in bar bam philosophorum. Itidem apud Hora tium:

Iussit

Iussit sapientem pascere barbam.

Martialis item in huiusmodi quendam io catur.

Omnibus vestigijs inquirere.

Πᾶσιν ἴχνεσι ζητεῖν, idest, Omnibus in quirere uestigijs dicitur, qui summa cura, summaq; diligentia rem peruestigat. Meta phora sumpta est à uenatoribus M. Tullius actione in Verrem quarta: Ex istis etiam tu retibus effugere te posse confidis? Cum te nos non opinione dubia, sed tuis uestigijs persequamur, quæ tu in tabulis publicis ac recentia reliquisti. Rursus in eadem: Vt omnes mortales istius auaritiæ non iam uestigia, sed ipsa cubilia uidere possint. Itẽ actione sexta: Illos ego accusatores puto fuisse, qui huiusmodi hominum furta odo re, aut alicubi leuiter presso uestigio per sequantur. Nam nos quidẽ quod facimus in Verre, quem in luto uolutatum totius corporis uestigijs inuenimus. In Oratione pro Cluentio: Quid? Albiana pecunia, ue stigijs ne nobis odoranda est, an ad ipsum cubile uobis ducibus uenire possumus? Et paullo post: Cluentij nummus nullus iudi ci datus ullo vestigio reperitur. In Pisonẽ: An uero tu parum putas inuestigatas esse à nobis labes imperij tui, stragesq; prouin ciæ? quas quidem nos non uestigijs odorã tes ingressus tuos, sed totis uolutationibus corporis, cubilibus persecuti sumus.

Apros immittere fontibus.

Qvi sibi accersit, optatve pernicię adla tura, in hunc quadrat Virgilianum illud:

Et liquidis immisi fontibus apros.

Neque enim id sine prouerbij specie di ctum apparet. Siquidem apri non tantum bibunt à fonte impressis pedibus, uerum etiam uolutant sese.

E canis podice.

Ἐκ κυνὸς πρωκτοῦ, i. E canis culo. Dictũ uidetur à Luciano, pro eo quod est, rebus anxijs atque angustijs, quod ea pars arctior sit huic animanti, quamobrem & excernũt difficilius. Nam asinũ suum finit his verbis. ἐνταῦθα θεοῖς σωτηρίοις ἔθυον καὶ ἀναθήματα ἔθηκα, μὰ Δία οὐκ ἐκ κυνὸς πρωκτοῦ, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, ἀλλ' ἐξ ὄνου φειδεργίας, δία μακροῦ, πάνυ, καὶ οὕτω ὀλίγου οἴκαδε ἀνασωθεῖς, i. Hic dies seruatoribus rẽ di uinã feci, donaq. suspendi, nimirũ non è ca nis podice, quemadmodum vulgo dici con sueuit, quin magis ex asini curiositate, post multũ deniq; temporis, idq; etiam uix do mum incolumis reuersus. Vulgo iactatur & in Zenonem, teste Laertio, quod in ca nis postico de Republica conscripsisset, vel quod nimis anxie, uel quod inepte. Verum de hoc prouerbio meminimus alibi.

E cantu dignoscitur auis.

Refertvr & hoc à quibusdam, etiam si nobis nondum apud idoneos auctores re pertum. E cantu dignoscitur auis, alioqui non indignum quod in prouerbiorum or dinem adlegatur. Sensus congruit cum il lo: Qualis uir, talis oratio. Iactatur vulgo simillimum huic: E plumis auem digno sci, è cultu spectari uitam, & ingenium hominis.

Canis sæuiens in lapidem.

Κύων εἰς λίθον ἀγανακτοῦσα, i. Ca nis indignans in lapidem. Competit in eos, qui mali sui caussam imputant, non ipsi auctori, sed alteri cuipiam. Veluti si qs iracundiæ uitium iuuentæ, non stultitiæ attribueret, unde proficiscitur. Plato libro de Republ. 5. damnans eos qui cęsorum ca dauera despoliant, ait hos perinde facere, ut solent canes sæuientes in lapidem, eo q iecit omisso. Pacuuius apud Nonium in ar morum iudicio. Nã canis cũ est percussus lapide, nõ tam petit illum qui in se iecit, q̃ eum ipsum lapidem, quo ictus est, petit.

Profundum sulcum.

Βαθεῖαν αὔλακα, idest, Profundum sul cum. Refertur & hoc in adagionum colle ctaneis, addunt dictum de ijs, qui cogita tionibus rem expenderent. Sumptum est autem ex Æschyli tragœdia, cui titulus, ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. In qua uersus hi dicuntur de Amphiarao,

Βαθεῖαν αὔλακα διὰ φρενῶν καρπούμενος
Ἐξῆς τὰ κέδνα βλαστάνει βουλεύματα. i.

Sulco è profundo pectoris fructũ metens,
Rectę vnde cogitationes germinant.

Citat aliquot locis in Moralibus à Plu tarcho, & à Platone, secundo de Republica libro. Adlusit ad hoc prouerbium aliquot locis Marcus Tullius, ut in epist. ad Atticũ lib. 4. Ne βαθύλης mea, q̃ in agendo appa ruit,

ruit, in scribendo sic occultior. Rursus libro quinto: Admirabere meam καθύτητα, cum salui redierimus, tanta mihi μελέτη huius uirtutis datur. Rursum lib. 6. epist. 1. Nam nulla re sum delectatus magis, quam meã βαθύτητα in Appio tibi, liberalitatẽ in Bruto probari uehementer gaudeo. Nobis uidetur recte quadraturum & in eos, qui se metiuntur nõ aliorum opinione, sed ex recte, secusve factorum conscientia.

Herniosus usque ad gulam.

Ψωλὸς μέχρι τοῦ μυρρίνου, i. Herniosus usque ad gulam:

Quadrat in vehemẽter herniosum. Carmen est apud Aristophanem in Equitibus:

Ψωλὸν γενέσθαι δεῖ σὲ μέχρι τοῦ μυρρίνου. i. Sis herniosus oportet ipsam usq; ad gulã.

Aristophanis interpres ostendit fuisse & apud Diphilum.

Benignior pellace vulpe.

Ὠπαλέστερον ἵλαως αἰμύλης ἀλώπεκος. i. Pellace quanto est blandior vulpecula.

De eo, qui cõmodi sui caussa simulat beneuolẽtiã. Archilochi vulpeculã cõmemorat Plato lib. de Repub. 2. ὃν ἐν ἐπειδὴ τὸ δοκεῖν, ὡς δηλοῦσιμοι οἱ σοφοὶ, καὶ τὴν ἀληθειαν διὰ τὰ καὶ κύριον δὲ δαιμονίας, ὅπ' τοῦ δὴ πρεπέον ὅλως, πρόσθυρα μὲ καὶ σκῆμα κύκλῳ περὶ ἑαυτῷ σκιαγραφίαν ἀρετῆς περιγραπτέον, τὴν τῷ σοφωτάτῳ ἀρχιλόχῳ ἀλώπεκα ἑλκτέον ἐξοπίσαθεν, i. Itaq; postea quam opinio, quemadmodum declarant homines sapiẽtia præditi, etiam ipsam ueritatem cogit, quod felicitatis est proprium, ad hanc sane prorsus incumbẽdum est, ac sibi quisque ceu uestibulum ac uirtutis umbram circumponere debet, sed ita ut sapientissimi Archilochi vulpem à tergo trahat. Hæc ibi Glauco, laudans iniustitiam, quo Socratem ad iustitiæ prædicationem exciter. Archilochi vulpeculam cõmemorat & diuus Basilius, cum alias, tum in libello ad nepotes suos, & Philostratus in imaginibus: Multi sunt apologi de vulpis astutia, ex his quis sit Archilochi, non satis liquet.

Non ut prior lædam, sed vt iniuriam retaliem.

SENARIVM hunc quidam ex Olynthia Menandri citant, quidam ex Therfita Cheremonis:

Ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος. i. Vt qui prior nolim malo lacessere.

Sed iam datum malo retaliem malum.

Conuenit cum illo Terentiano: Sic existimet, responsum, non dictum esse.

Non nauigamus ad Hippolaitas.

Οὐκ ἱππολαΐτας πλεῖομεν πλοῦμεν. Eqdem ad hunc modum reperitur scriptum in vulgatis exemplaribus, verũ ex his verbis non uidetur quæ sententia possit exscalpi. Quid si legas: Οὐκ ἱππολαΐτας πλεῖομεν πλοῦμεν, i. Non nauigamus ad eximios Hippolaitas, ut sit admonẽtis parcius utendum esse rebus præsentibus, neque enim nauigari ad eum locum, unde rerum eiusmodi copia exuberat, ut quod temere prodegeris, facile possis sarcire. Nam in Græcorum commentarijs hoc tantum adscriptũ inuenitur, ὅτι τὴν βραχέα κεκτημένων, idest, De ijs, qui pauca possident. Hippola vero uetustissima ciuitas fuit Laconicæ, non procul à mari, quam olim cõsentaneum est ob portus commoditatem, mercimonijs floruisse. Meminit huius Pausanias in Laconicis his quidem verbis: καὶ ἔστι θαλάσσῃ ναὸς ἀφροδίτης καὶ ἄγαλμα ὀρθὸν λίθου· ἐνθένδε τριάκοντα σταδίους. Πυρίδες ἄκρα τοιαύτη, καὶ πόλεως ἐρείπια ἱππόλας ἐστὶν, ἐν ᾗ αὐτοῖς ἀθλῶσι ἱερὸν ἱππολαΐτιδος, i. Et ad mare tẽplum est Veneris, & statua recta lapidea. Hinc recedẽti stadia triginta ostia summa Tænari, & ciuitatis Hippolæ ruinę sunt. Et in his Mineruę planum Hippolatidis. Meminit huius urbis & Stephanus. Ne quam prętermittamus cõiecturam, & illud excute lector, num pro Hippolaitas legendum sit Hippobotas, is est populus Chalcidensis, cuius meminit Plutarchus in uita Periclis, olim opibus, gloriaq. cum primis clarus. Nam ipsum nomen, ab agrorum fertilitate inditum est, quasi dicas equorum altricem, quorum regionem pulsis indigenis, & deducta colonia occuparunt Athenienses. Huius rei mentionem facit & Herodotus in Terpsicore.

Epiphyllides.

REFERTVR & hic senarius Aristophanicus, è comœdia, quæ inscribitur. Ranę in prouerbia:

Ἐπιφύλλιδες ταῦτ' ἔστι καὶ στομύλματα. i. Epiphyllides sunt hæc & ampullę merę.

Eum

Eum aiunt conuenire in blandiloquos, & phaleris uerborum instructos magis, q̃ egregiis factis. Epiphyllides enim Græcis dicuntur minutiores botri maioribus adhærentes. Callistratus omnes minutulos racemulos Epiphyllidas appellari scribit, quod sub pampinis lateant. Nã hinc nomẽ quod foliis adhæreant. Est autem id luxuriantis arboris argumentum. Theocritus in Aita meminit de pustulis naso innatis, quem mendacem arguunt. Id suo loco dicetur.

Απ' ἀκροφυσίων.

Απ' ἀκροφυσίων, prouerbialiter dicebãt pro eo quod est, recens ab officina profectum, perinde quasi modo productum a follibus, ærariaq; fornace. Nam ab his sumpta metaphora. Aristophanes:

Ῥήματα τὰ τε κομψὰ καὶ παίγνια ὅπ' δεικνυσίαι
Πάντα ἀπ' ἀκροφυσίων καὶ ὑπὸ κιννάβδαμάτων. id est,

Dictaq; splendida, & lusus ostentare, omnia a follibus, & archetypis. Porro cinnabeuma uocatur exemplar, & simulacrum, ad cuius imitationem pictores, ac statuarii signum effingunt, ac repræsentant. Vnde quod nuper natum est: id ὑπὸ τῶν κιννάβδαμάτων. venire dicitur.

Superte hæc omnia Leparge.

Ἀνὰ σοὶ τάδε πάντα λέπαργε. idest, Semper hæc te cuncta Leparge.

Hemistichium heroicum dici solitum in eum, cui ne post laborem quidem exhaustum datur respirare. Transumptum a bubus, quibus perfunctis iam agricolandi labore, laboris etiam reliquus est, ut aratrum, reliquaq̃ue instrumenta domum referant. Ea solent imponi, qui sit è duobus robustior. Taurum autem λέπαργον appellat, ob candorem pili. Videri possunt uerba asini sub onere collabentis ad bouem, qui rogatus ut sarcinæ partem reciperet recusauit, moxq̃ue deficiente asino, coactus est totam sarcinam una cum asini pelle gestare.

Laqueus auxiliari uidetur.

Αμωΐει ὡς ἔοικεν ἡ πάγη, i. Laqueus ita vt videtur & bono fuit. Dictitari cõsueuit, quoties incommodum alicui uerteretur in bonũ. Veluti si quis Turca bello captus, seruiret apud Christianos, isq; hac occasione nostræ religionis sacris initiaretur. Aut si diues ad inopiã redactus, hac occasione fieret ex luxurioso sobrius, ex impio pius. Huc pertinet quod philosophus ille, Zenoni fallimur, dicebat, se tum prospere nauigasse, posteaquam nauftragium fecerat.

Αμυσὶ πίνειν.

Αμυσὶ πίνειν, dicũtur qui haustim auideq̃ue bibunt, nec inter bibendũ spiritum reciprocant, sed potum in aluũ non secus atq. in doliũ infundunt. Sonat aũt ἀμυσὶ quasi dicas, citra suctum. Traduci poterit ad eos qui sermonem nullo delectu, nimis auide accipiunt. Aut qui immodica lectione obruũt ingenium, cum magis expediat, subinde cogitationem admiscere lectioni. Similis potatio Græcis dicitur ἄμυσις, qd̃ inter bibendum labia non claudantur.

Amphidromiam agis.

Αμφιδρομίαν ἄγεις, i. Amphidromiam agis. Adagium ad uarios usus poterit accõmodari: vel ad eos, qui pueros ostentant, ac circumferunt, aut munuscula captant, ambiuntq;. Sumptum a prisca consuetudine, qua mulieres quæ in partu adfuissent, & obstetricãdo iuuissent, quinta post die manus abluere solẽt, ac puerũ cursu laribus circũferre. Eoq. die munuscula missitabantur a cognatis, sæpiæ plerũq; & polypi, decimo a partu die nomẽ indebatur infanti. De munusculis hmõi meminit & Terẽtius i prima Phormionis scena. Et Plautus in Truculento, in qua fabula Phronesiũ meretrix Dinarcho cupienti accumbere in sacrificio pro puero accititio, iubet potius illud agat, qd̃ quinto die fieri consueuit. Quãq̃ Hesychius & Amphidromiã septimo die scribit celebrari solitã. Plato in Theæteto, τὰ ἀμφιδρόμια, vocat genere neutro. Idẽ facit Ephippus apud Athenæum lib. Dipnosophistarum nono.

Canens uitæ palmum.

ἈΙδων τὴν σπιθαμὴν τοῦ βίου πρὸς ἄνηθον, id est, Canẽs uitæ palmum ad anethum. De parco dictum, qui re tenui leuiculaq. trãsigit vitam, atque interim existimat se laute uiuere. Morem hunc quibusdam esse videmus, vt cum nihil apponant in mẽsa, quod ed. possit, ne ieiunum omnino conuiuium appareat, uarias narrant fabulas, aut cantilenas, ut his modis ciborum obliuionem inducant conuiuijs.

Qui non litigat, cælebs est.

DIVVS Hieronymus tamquam prouerbio iactatum citat. Qui non litigat, cælebs est. Indicat adagium rixosum esse omne cõiugium, nec esse trãquillam uitam, nisi cę libatu. Iuuenalis:

Semper habet lites, alternaque iurgia lectus,
In quo nupta iacet: minimum dormitur in illo.

Adstipulantur huic sententiæ versus aliquot prouerbiales,

Χειμὼν κατ' οἴκους ἐστὶν ἀνδράσιν γυνή, i.
Mulier in ædibus atra tempestas uiro.

Item:

Ζῆλος γυναικὸς πάντα πυρπολεῖ δόμον. i.
Incendit omnem fœminę zelus domum,
Οὐδὲν γυναικὸς χεῖρον οὐδὲ τῆς καλῆς, i.
Muliere nil est peius, atque etiam bona.

Sed Hesiodus, ut modestius, ita uerius opinamur.

Οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ λαίζεται ἄμεινον
Τῆς ἀγαθῆς, τῆς δ' αὖτε κακῆς ἐρίγιον ἄλλο. id est,

Sors potior muliere proba, non obtigit vmquam
Vlla uiro, contraque mala nil tetrius usquam est.

Præstat uni malo obnoxium esse, quàm duobus.

ARISTOPHANES in Concionatricibus senarium hunc prouerbialem refert.

Εἰ γὰρ σωφέχθαι κρεῖττον ἢ δυοῖν κακοῖν i. Vni atq. geminis præstat inuolui malis.

Quoties vtrumque malum euitari non potest, danda tamen opera, quo declinemus alterum, & in id, quod minus habeat incommoditatis incurramus.

Chius.

Χῖος ἀποπαπᾷ, i. Chius cacans. Aristophanis interpres in Pacem, indicat prouerbio iactatum in eos, qui contaminarent, conspurcarentq; ciuitatem. Nam hac occasione cõsueuerũt calumniã struere Chiis. Vnde nõ perperam accommodabitur & in illos qui captata occasione calumniantur aliquem. Quemadmodum lupus Aesopicus agnum accusat, quod sibi bibẽti turbarit aquam. Aristophanes in ea quam modo citauimus fabula.

Ἡ πόλις ἡ Χίων διὰ τὸν φρικτὸν ὀφλήσει.

Probabile est adagium ab euẽtu natum quem refert Plutarchus in apophthegmatibus Laconicis. Chij cum apud Lacedæmonios peregrinarentur, post cęnam nomuerunt in curia Ephororũ, quorum apud eam gentem erat summa auctoritas, quin & in horum cathedras in quibus sedere cõsueuerunt, incacarunt. Ac primum quidẽ diligenter inquisitio facta est, qui nam hoc designasset scelus, seueriter animaduersuris, siquis ciuium hoc perpetrasset. Vbi senserunt id a Chijs factum, per præconem edixerunt, Chiis permissum esse intemperanter agere.

Furari littoris arenas.

LITTORIS arenas furari dicitur, qui rẽ ab omnibus neglectam & incustoditam tollit. Ouidius in Amoribus:

Ille potest vacuo furari littore arenas,
Vxorem stulti quisquis amare potest.

Conueniet cum illo, quod alibi retulimus ex Aristotele: ἐν θύραις ὑδρίαν, id est, In foribus aqualẽ. Aptius per negationem usurpabitur prouerbium, ut, Quis littoris arenas furetur?

Colubrum in sinu fouere.

Ὄφιν τῷ κόλπῳ θάλπειν, i. Serpentem in sinu fouere, dicitur, qui complectitur amore, studioque prosequitur hominem ingratum, & aliquando per occasionem nociturum. Sumptum est ab apologo quodam, qui Aesopi nomine fertur. Eum Gabrias quidam iambis expressit in hunc modum,

Εθαλπέ τις γεωργὸς ἐν κόλποις ὄφιν
Ὥρᾳ κρύους. ἐπεὶ δὲ θέρμης ἥψατο,
Επλήξε τὴν θάλψαντα κἀκτεινεν τάχος.
Οὕτω κακοὶ πιθοῦσι τοὺς εὐεργέτας, id est,

Sinu fouebat quidam agricola uiperam
Gelu rigẽtem, at hæc calorẽ ut senserat,
Ferit fouentem, moxq; perimit uulnere.
Ingrati ad hunc benemeritos tractãt modum.

Est & alter apologus, de gallina fouẽte serpentis oua, quam admonet hirundo, ne in suam perniciem foueat.

Præter Sibyllam leget nemo.

DIVVS Hieronymus irridens Iouiniani stylũ, ut perturbatum & obscurum, scribit Plautinarum literarum illud in eum quadra-

quadrare: Has præter Sibyllam leget nemo. Est autem hic locus in Pseudolo Plautina, ubi quidam literas ab amica scriptas irridens, notulis male concinnatis, cuiusmodi ferme scriptura mulierum, Quærũt, inquit, hæ litteræ sibi liberos. Alia aliam scandit. Has quidem pol credo nemo nisi Sibylla legerit, interpretari alium posse neminem. An obsecro hercle, habentque gallinę manus? Nam has quidem gallina scripsit.

Nihil profuerit bulbus.

ATHENAEVS Dipnosophistarũ li. 2. senarium hunc prouerbij nomine refert:

Οὐδὲν σ' ὀνήσει βολβὸς ἂν μὴ νδῷ ἔχῃς. i. Neruis carentem iuuerit bulbus nihil.

Martialis item:

Nil aliud bulbis, quàm satur esse potes.

Bulbus autem ad irritandam Venerem valet. Licebit ad uerecundiorem usum tractare: Nil prodesse studium, ni uis adsit ingenij.

Quæ dantur.

M. Tullius libro epistolarum ad Atticũ sexto: Ἀπογνὼς ἀλόγως εἰ ἀπέσῃ ἐπειπών, Αἰχρόντοι δῆρον τεμένειν. Meq; obiurgauit ueteri puerbio: τὰ δῶ διδόμενα. Vtq; eodẽ & alio quodam loco. Non admodũ liquet quid sibi uelit, nisi quod conijcere licet, τὰ δῶ διδόμενα, uersum esse poetæ cuiuspiã: est n. hemistichium iambicũ, quod admonet, quod à fortuna datur, id boni consulendum esse, & ferendũ æquo aio, quod mutari non queat. Plato in Gorgia uidetur indicare prouerbium: νῦν δ' ἐφοδεύω καὶ ὡς ἔοικεν ἀνάγκη μοι καὶ τὰ πάλαιων λόγον τὸ παρὸν δῶ ποιεῖν, καὶ τοῦτο δέχεσθαι τὸ διδόμενον παράσε, i. Nunc autem mendacio delusus sum, atque ut uidetur, necesse est mihi iuxta uetus puerbiũ, Qd adest boni consulere, idq; quod abs te dat accipere, δῶρον δ' ὅτι δῶτις ἐπαίνει, alibi dictum est. Eodem pertinet: Vt possumus, quando ut uolumus non licet.

Sidera addere cœlo.

ADDERE cœlo sidera, pro eo quod est, adiungere, quibus ipsis summa est copia, prouerbiali schemate dictum, uel illud sat signi fuerit, quod Ouidius secundo Elegiarum amatoriarũ libro, duobus prouerbij intertexuit:

Quid folia arboribus, pleno quid sidera cælo,
In freta collectas alta quid addis aquas?

Pamphili furtum.

Παμφίλου ὑποσφετισμός, i. Pamphili sublatio. Pamphilus hic ueteris comœdiæ conuicijs notatus est, quod ærarium expilasset. Conuenit in peculatores, qui è publico suffurantur.

Pegaso velocior.

Πεγάσου ταχύτερος, i. Pegaso uelocior. Hyperbole prouerbialis de præuelocibus. Nota fabula de equo alato. Ita Pindarus Olympia, hymno 9. καὶ ἀγάνορος ἵππου θᾶσσον καὶ νᾶος ὑποπτέρου. i. Velocius & generoso equo, & alata naue.

Crepitu probabis.

Πλαταγῇ δοκιμάσεις, i. Plataga probabis. De ijs qui ridicule explorant alterius in sese animum. Sumptum à vulgari ioco puellarum, quæ impositio pollici, medioq; digito papaueris folio palmã illidũt: quod si crepuerit, amoris argumẽtum est, sin minus, non amantis indicium. Id Suidas indicat fieri solere folio papaueris, aut anemonæ, quod πλαταγώνιον dr, à πλατάσσειν, idest, à strependo. Allusit ad prouerbium Ammianus libro decimoquarto. Quod cum uere & ex animo dicitur, solet amor ex leui crepitu monstrari. Vnde locus erit prouerbio, ubi ex dicto simplici deprehenditur animus hominis. Apud alios πλαταγὸν reperimus, pro instrumento, quo mouemus strepitum, & πλαταγεῖν pro crepitum mouere.

Multa docet fames.

Πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος. i.
Fames magistra est artium complurium.

Ouidius:

Ingenium mala sæpe mouent.

Persius: Ingenique largitor
Venter negatas artifex sequi uoces.

Multorum festorum Iouis glandes comedit.

Πολλῶν πανηγύρεων διὸς βαλάνων ἔφαγεν, i. Multorũ festorũ Iouis glandes comedit. De sene longoq; plurimarũ rerum usu docto, perinde ualet quasi dicas, multas uixit Olympiadas. Quercus autem Ioui sacra:

cra: unde nuces iuglandes. Simili ioco & hodie dicunt nostrates, Comedit multa oua paschalia: senem indicantes.

Prodico dictior.

Προδίκου σοφώτερος, i. Prodico doctior. Aiunt hunc Prodicum in dijudicandis litibus & arbitrijs inter dissentientes amicos, acerrimi fuisse iudicij. Aristophanes in Centauro, citante Suida:

Εγὼ γὰρ εἴτις ἠδίκηκε, θέλω δίκλω
Δοῦναι προδίκου, idest,
Ego namq; si quis præter æquum fecerit,
Prodicum uolo negotium cognoscere.

Subest autem allusio ad uocabulum nominis: Prodicus enim ueluti præiudicatorem sonat, qui ante de lite pronunciet, q̃ ad iudices delata sit. Fuit huius nominis & sophista quidam, cuius meminit Plato locis aliquot.

Mendico ne parentes quidem amici sunt.

Πτωχοῖ φίλοι δ' οὐ γονῆς, i. Mendico ne parentes quidem amici sunt: Diuitiæ conciliant amicos. Paupertas nec illos habet amicos, quos natura coniunxit. Tantum ualet in hominum vita, cuius momentum oportuit esse leuissimum, si res nõ ex nostris cupiditatib⁹, sed ex usu metiremur.

Malus ianitor.

Πυλωρὸς κακὸς, i. Ianitor malus, i. indiligens præfectus, aut custos. Natum à dicto Thericionis cuiusdã, qui cum uideret Philippi copias, Isthmicas angustias occupasset, sic ait: κακοὺς πυλωροὺς ὑμᾶς ὁ κορίνθιος ἡ πελοπόννησος ἔχει, i. Malos ianitores uos ò Corinthij Peloponesus habet. Siquidem angustias locorum, Græci pylas, idest, portas appellant. Refertur à Plutarcho in apophthegmatis.

Audi chelidonem.

Πύθου χελιδόνος, i. Audi chelidonẽ, idest, in tpe curato tua negotia. Quidam à superstitioso quodam ortum autumant, cui nomen Chelidoni. Nam aiunt huic fuisse morem, obseruatis prodigijs collige re rerũ exitus. Atq. huius opinionis auctor citatur Museus Patrensis, ἐν τῷ φεὶ πλφ. Nonnulli malunt ad auem hirundinem referri, quod stridula sit auis, ac lugubris, siue quod Veris pronunciet aduentum.

Ominabitur aliquis te conspecto.

Σὲ δ' οἰωνίσαιτ' ἄν τις ἰδὼν, i. Qui te conspexerit, auguriũ poterit capere. Dici consueuit in deformes, fœdoq; aspectu. Veteres ex primo hominis occursu sumebãt omen. Occurrere formoso, fęlix omen habebatur, occurrere deformi nigroq; cõtra. Romanus quidam imperator, Hadrianum opinamur, ut erat omnium superstitionũ obseruantissimus, ex Nauti cuiusdam scurræ occursu, mortem ominatus est. Ille iussus abire, dictum addidit ominosus: Totũ uicisti, totum fecisti, nunc deus esto. Nam imperatores defuncti, solemnibus quibusdam ceremonijs referebãtur in numerum deorum. Iuuenalis:

Et cui per mediã nolis occurrere noctem.

Non admodum misces.

Ὀ μάλακωφᾶς, i. Nõ admodum misces, idest, non multum potes neque prodesse, neq. nocere. Pericles dictus est totam miscuisse Græciam eloquentia sua, quod arbitratu suo uersaret oia. Et apud M. Tullium omnia miscere dicuntur, qui immodica potentia perturbant rempublicam.

Asini cauda.

Ὄνου οὐρὰ τηλίαν οὐ ποιεῖ, i. Asini cauda non facit cribrum: vbi quis ad hoc, aut illud dicetur inutilis. Cribrum è pilis equinis fieri consueuit, non è uillis asininę caudæ. Suspicamur hoc ex huius ætatis fece sumptum ab Apostolio.

Ipso cratere.

Αὐτῷ κρητῆρι γίνῃ κακά, i. Ipso cratere cõtingãt mala. Dictitari solitũ de ijs in quos recidit quod per insidias in alios moliebantur. Craterum enim quasi malorum fontem uocat, unde Κρατὴρ κακῶν, idest, Crater malorum, de quo dictum est alias.

Gutta uini.

Σταλαγμὸς οἴνου μυρίοις χορδσιν ὕδατος οὐ μίγνυται, i. Gutta uini non miscetur aqua sæpius infusa. Cum paullulo boni nimia mali uis admiscetur. Diluitur enim, & euanescit, si pauxillum uini plurima corrumpas aqua.

Bos porrecto vltra Taygeton capite.

Ταῦρος ὑπερκύψας τὸ ταύγετον ἀπὸ τοῦ δι-

ρώτα

ρώτα ἔπιεν, i. Taurꝰ porrecto ultra Taygetum capite bibit ea Eurota, de re uehemẽter absurda. Simillimum illi: Quid si cęlũ ruat? Natum ex apophthegmate Geradę Lacedæmonii, is ab hospite quopiã interrogatus, quæ pœna foret adulteris apud Lacedęmonios, negauit vllos esse adulteros apud Lacedæmonios. At instãs ille, qd siquis existeret, inquit, quam pęnam daret? Is, inquit, taurum maximum dependeret, qui producto ultra Taygetum montẽ capite, biberet ex Eurota. cumque hospes adridens, & unde taurus tam ingens? Lacedæmonius uicissim, at unde apud Lacedæmonios adulteri? Refertur a Plutarcho in uita Lycurgi.

Ad cribum dicta.

Ταπὶ κοσκίνῳ, i. Ad cribum dicta. Quæ uera compertaq; uideri uellent, ad hunc appellabant modum. Finitimũ illi: τὰ ἐκ τρίποδος, sumptũ a diuinationis genere, quod suspẽso circumactoq. cribro perage batur, quemadmodum alias indicauimus ex Aristotele & Luciano.

Iouis tergus.

Διὸς κώδιον, i. Iouis tergus. De re sordida quidem, sed tamen in usum aliquem seruata. Nã olim uictimæ pellem seruabãt in pompis Eleusinis circumferendam, uel substernendam pedibus eorum, qui piaculo quopiam tenebantur ad expiationem.

Mala ultro adsunt.

Fertur & huiusmodi sententia ĩ proberbiorum collectaneis: διζημένοισι τ' ἀγαθὰ μόλις παραγίνεται, τὰ δὲ κακὰ καὶ μὴ διζημένοισι, i. Bona uix accedunt iis q quærunt: mala uel non quærentibus obtĩgunt. Idem & uulgo dicunt idiotæ, neq. tamen non uere. Mala ultro adesse, uel in uocata. Et tamen passim uitiis nostris adcersimus bellum, lites, morbos, quasi sua sponte parum adsit malorum.

A uicinis exemplum habent.

Εκ τῶν γειτόνων ἔχουσι τὸ παράδειγμα, idest, A uicinis sumunt exemplum. Qui faciunt quidpiam aliorum exemplo prouocati. Vicinus enim uicino morbum suum affricat, & malorũ commercio reddimur deteriores. Huc nimirum allusit Terentiꝰ in Andria:

Quid isthuc tam mirum est, de te si exemplum capit?

My sortitus es.

Ελαχες τὸ μ, id est, M, litera tibi sorte obtigit. Ænigma in stultos. Nam Græce μωροὶ hanc initialem habent. Cum aliquãdo Dionysio M. in sortibus obuenisset, quidam per iocũ ait, μωρολογεῖς, Διονύσιε. Stulta loqueris Dionysi. At ille detorquẽs alio: μονομαχήσω μὲ ὄν, inq., singulari proinde certamine depugnabo. Ad hũc quidem modum refertur in collectaneis Græcorum, sed mendose, quod liquet ex Plutarcho, qui narrat Dionysium respondisse μοναρχήσωμεν ὄν, quod interpretes uerterunt. Monarchæ erimus, decepti scripturæ uitio. Legendum enim μοναρχήσωμεν ὄν, vt μῦν ὄν sit unica dictio, quæ nõ inferat tantum, sed aduersetur potius. Corrigit enim alterius diuinationem, & subiicit, immo potius ero monarcha, quis enim sic loquitur, erimus monarchæ? Ad hæc μοναρχήσωμεν, non sonat, erimus monarchæ, sed simus monarchæ. Postremo si legas ὄν, ut sit inferentis, non corrigẽtis, qd aliud dicit. Dionysius, quam ideo se fore monarcham, quod stultus esset?

In Pythii templo cacare.

Εν πυθίου χέσαι, i. In Pythii templo cacare dicebatur, qui rem nefariam & periculosam faceret, quod Pisistratus tyrannus extructo templo inscripserat, ne quis inibi uentrẽ exoneraret, & aduenã quendã deprehensum è medio sustulit:

In terra pauperem.

Εν γῆ πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτοῦντα πλεῖν, i.
Egere præstat in solo, quam diuitem.
Sulcare fluctus.

Satius est paullulum habere tutò, quã multum cum periculo. Nec placebant cui dam opes de funibus pendentes, multo minus quas eripere uentis in manu est. Prouerbium admonet certam fortunam, licet modicam, incertis quamlibet amplioribus anteponendam.

Inter pueros senex.

Εν παῖσι μὲν γέρων, ἐν τοῖς δὲ γεραιοῖς παῖς, i. Inter senes puer, idẽ at in pueris senex. Cõueniet in hominẽ grandiusculũ, maiorẽ quã ut puer uideri possit, minorẽ

quam ut uir. Dictum est autem ab æmulis in Hermogenem rhetorem. Accommodare licebit in hominem sic eruditum, ut inter idiotas videri possit doctulus, inter eruditos indoctus.

In sola Sparta expedit senescere.

Εν σπάρτῃ μόνῃ λύσι τελεῖ γηράσκειν, i. Vna in Sparta expedit senescere. Dictum est, quod apud Spartanos summus honos senibus habebatur olim. Torqueri poterit ad quoslibet, penes quos uirtus in precio sit. Refert Plutarchus in Laconicis, sed incerto auctore. Dictum est autem a quodã hospite, cum uideret apud Lacedæmonios iuuenes tãtum honoris habere seniorib. M. Tullius in Catone maiore, similẽ sententiam adscribit Lysandro: Lysandrum, inquit, Lacedæmonium dicere aiunt solitum, Lacedæmonę esse honestissimum domicilium senectutis. Nusquam enim tantũ tribuitur ætati, nusquam est senectus honoratior. Nota est historia de sene, cui cũ ingresso theatrum nullus Athenienſiũ daret locum, soli Lacedæmoniorum legati caniciem illius reueriti, & assurgendi officio venerati sunt, & inter ipsos honoratissimũ locum cesserunt, cui facto cũ applauderet Athenienſiũ populus, quidam è Lacedæmonijs dixit, Scire quẽ populũ Athenienſem quid deceat, sed negligere. Narratur à multis, nominatim a Valerio Maximo libro quarto, capite quinto.

Ne maior thylaco adcessio.

LVCIANVS in Encomio Demosthenis: σοῦ δ' ἴσως διλάβεια τὸ τῆς παροιμίας σκῶμμα ἐπὶ τῇ ἀσιμμετρίᾳ ἐπαγαγέσθαι, μὴ σοι μεῖζον προσκέοιτο τῷ πίσαγμα τῷ θυλάκῳ, i. At tu fortasse vereris ne ĩ te torqueatur illud prouerbiale dicterium de male respondente proportione, nẽpe, ne tibi thylaco maior sit adcessoria sarcinula. Thylacus. n. culeus est siue mantica parata gestandis oneribus. Neq. ignoramus ĩ vulgatis exẽplãribus esse τὸ πίγραμμα, nõ τὸ πίσαγμα. Verũ nisi scripturã mutaris, nulla sentẽtia potest elici. Est autem ἐπίσαγμα à σάπω, uelut oneris adfertura. Translatũ aũt a mulionibus, qui prẽter legitimum onus, uascula quædam superimponunt. Ergo cum digressio longior est quam ipsa res, uti licebit hoc prouerbio. Basilius idẽ aliis verbis expressit libro de Spiritu Sãcto: ἢ οὕτω γε ἂν τὸ ἐπεισόδιον πολλαπλάσιον εἴη τῆς κεφαλαίου, i. Ad istum alioqui modum adcessorium multo maius esset ipso principali.

Acarnici equi.

Ακαρνικοὶ ἵπποι, i. Acarnici equi, dicebatur equi maximi. Finitimum illi, cuius meminit etiam Aristoteles, ἵππος θεσσαλική, i. Equa Thessalica. Virgilius item in Georgicis tribuit primam laudem equis Epiroticis.

Eliadum palmas Epirus equarum.

Acarmanes enim sunt iuxta Epirũ, quẽadmodum & Thessali. Conueniet uti de re quapiam eximia, aut insigni præmio.

Contribulis factus serua ordinem.

Γεννητὸς γεγονὼς τήρει τὰξιν, i. Tribulis factus serua ordinem, id est, postea quam asciturs es in ordinem aliquem fungere tuo officio, quemadmodum & cẽteri faciunt. Natum a tribubus Atheniẽsium. Populus Atheniensis distributus erat in tribus duodecim, ad mensũ numerũ, rursum unaquæq; tribus in triginta genera, quemadmodum uocant, ad dierum numerum, unde γεννητοὶ uocabantur, non coniuncti sanguinis propinquitate, sed in eandem tribus partem asciti.

Glaucus alter.

Γλαῦκος ἄλλος ἱπποβρωτος, i. Glaucus alter ab equis deuoratus. Quadrabit in hominem alendis equis exhaurientẽ facultates suas. A fabula natum, qualis fertur & de Actæone.

Gorgonem Perseus aggreditur.

Γόργονα περσεὺς ἐχειρώσατο, i. Gorgonem Perseus adortus est. Vbi quis egregium facinus inceptat. Notissima fabula est. Ne hoc quidem prouerbium adscripturi eramus, ni repertum esset in Gręcorum collectaneis.

Vincula Tyrrhena.

Δεσμοὶ τυῤῥηνοὶ, i. Vincula Tyrrhena, dicebantur odiosa negotia quibus distringebatur aliquis. Traductum a uinculis, quibus Tyrrheni captiuos uinciebant grauibus & molestis.

Diu

Diu delibera.

Διπρὸν βελεύου, i. Diu delibera. Non statim aggrediundum negotium. Carmen integrum fertur huiusmodi:

Διπρὸν βελεύου, ἵν' ἔχῃ ἢ πολλὸν ἀμείνων, i.

Consultatu diu, multo vt pcellere possis.

Lente cõsultandum, at ubi statueris, maturè quod opus facto faciendum est. Qui secus faciunt, ijs nõ raro solet euenire plantonicum illud, ut festinantes in principio, serius perueniant ad finem.

Epimenideum corium.

Επιμενίδειον δέρμα, i. Epimenidia pellis. De re reposita, miraculiq; loco seruata. In nonnullis codicibus scriptum offendimus, Epimelidium, sed deprauate, ni fallimur: adscriptum erat huius pellem adseruari additam: ceu rem sacrã apud Lacedæmonios. Indicat autem Eudemus tractũ ab Epimenide Cretẽsi, qui legitur perpetuo somno dormisse quadraginta septem, aut si Laertio credimus, quinquagintaseptem annos, neque paucos postea superuixisse. Vnde cõsentaneum est huius reliquias, vt miraculi monumentum seruatas fuisse.

Volaticum iusiurandum.

Ταχυβάμονες ὅρκοι. Ad eũ modũ appellabant iusiurandum irritum, quod euanescereet auolaretq; simulatq; pronũciatum esset, cuiusmodi sunt amãtium. Hęc sentẽtia magis adridet Suidæ. Quamquam Aristarchus apud Eudemũ. κατ' ἀντίφρασιν accipit, quasi tardum oporteat esse iusiurãdum, neq. temere proferẽdum: neq; enim statim euanescere, si quid iuraris.

Superatus es à gallo quopiam.

Ἡττήθης τινὸς ἀλεκτρυόνος, i. Superatus es à gallo quopiam. Iocus prouerbialis in seruos qui dominos a tergo sequũtur, supplices uidelicet & abiecti, cuiusmodi solẽt esse galli superati in pugna. Nam hęc auis victa silere solet, canere si uicisset, ut auctor est Cicero in Diuinationibus. Addũt gallam in pugna superatũ ultro sequi victorem. Sumptum est ex Aristophane, nisi nos fallit memoria. Refertur ab Eudemo.

Βατακάρας.

Βατακάρας, De pinguibus dictũ & impotentibus. Eudemus meminit, addẽs esse legendũ κατὰ συστολὴν. Quibus uerbis quid sibi uelit, nondũ satis liquet, nisi sensit exprobratam ingenii tarditatẽ. Etenim quæ uiuido sunt ingenio, caput erigũt. Capite esse deiecto hebetioris ac segnioris animi signum esse solet. Nam Græca uox hinc dicta est, βατὰς enim vt indicat Hesychius, apud Tarẽtinos pronum significat, & κάρα caput. Vnde βάκχαι Thracibus dicuntur Bacchæ, Bacchi numine afflatæ, quæ & Bassarides dicuntur, ut indicat Etymologicus. Hinc uox deducta ad meretricẽ, quę se prosternit quibusliber. Apud Athenęum lib. quarto, καρηβαρῶντες dicuntur, qui crapula grauatum habent caput. Conueniet in temulentum ac somnolentum. Quemadmodum usurpauit diuus Basilius in epistola quadam.

Ex æquo partire.

Εξίσου δίδου πᾶσιν, i. Ex æquo da omnibus. Translatum ab iis, qui conuiuium, aut hęreditatem partiuntur. Quadrabit in iudicem, aut principem, quẽ oportet ęquabilius reddere.

Επαύλια δῶρα.

Επαύλια δῶρα dicebãtur magnifica munera. Sic enim appellabantur apud Græcos, quæ postero post nuptias die, sponsæ pater adducebat sponso ac sponsę, pompę cuiusdã specie. Prącedebat enim puer, cãdida toga, facem gestans ardentem; post hunc canistrifer, post hunc longa series adportantium aurum, pulues, smegmata, lecticas, pectines, lectos, alabastros, sandalia, scrinia, vnguentaria, iterdum & dotem ipsam. Addunt & ipsum diem a nuptiis secundum ἐπαυλίαν, quod sponsa tum induca tur in cubile. Adagium accommodari poterit & in eos qui iactant suam beneficentiam. Opinamur autem hæc esse, quæ iureconsulti uocant παράφερνα.

In pedes retrocedit.

Επὶ πόδας ἀναχωρεῖ, i. In pedem retrocedit, de eo qui metu dat locum potentiori, & reuocat se in tutũ, ab athletis aut gladiatoribus sumptum uidetur. Hoc est quod Latini dicunt referre pedẽ. Quadrabit & in eos, qui mutant institutum.

In armis accissat.

Επὶ τοῖς ὅπλοις ἀκκίζεται, i. In armis accis-

acciſſat. In eum qui ſibi placet, ſeſeq; quaſi contemplatur in armis ſuis. Conueniet i quēuis ſibi ſtulte placentem. Refertur præter alios etymologico. De Accone muliere quæ ad ſpeculum inepte ſibi blandiebatur, dictū eſt alibi in prouerbio Acciſſare.

In Lipſydrio pugnas.

Επὶ λειψυδρίῳ μάχῃ, i. In Lipſydrio pugnas. Lipſydriū locus erat haud procul a Parnethe, quem menibus cinxerāt tyrāni, qui profugerant ex urbe, prius cōdiderant Alcmæonidæ, ſed in hos obſeſſos, uictosq; a Piſiſtrati copiis obliqua cātio cani cepta eſt huiuſmodi: αἰ αἰ λειψύδριον προδοσέταιρον οἷους ἄνδρας ἀπώλεσας, μάχε δ' ἀγαθός γε ἢ ἀπάτριδας ὁπότε ἔδειξαν οἷον πατέρων ἔσαν, i. Heu heu Lipſydrion, ſocierum proditor, quales uiros pdidiſti, ad pugnandum idoneos & claros, cum oſtenderent equalibus eſſent orti maioribus. Prouerbiū dictum in ſtrenuos, & bellicoſos uiros. Locus nomen habet ab aquarum inopia.

Deſertum obtueri.

Ερημον ἐμβλέπειν, i. Deſertum intueri, dicebatur, qui fixis & attonitis intuerentur oculis. Metaphoram mutuati ſunt ab ijs qui pelagus immenſum, aut ſolitudinē taciti intuentur. Multis adeſt, hoc oculorum uitium, ut paullo longius ſemota nō exacte uideant. Ijs ſi quando dicendum eſt in hominum frequentia, quoniā in neminem certo figūt oculos, deſertū intueri videtur. Citatur Ariſtophanes ex Poliydo.

Eſto promus.

Εσω ταμίας, τἆλλα δ' εἰ βόλει κύων, i.
Sis condus, in reliquis canis eſto, ſi libet.

Aiunt dictū in eum, cui felicitas immerenti cōtigiſſet, peculiariter in eunuchos. Suidas indicat Athenis fuiſſe magiſtratū decēuiris cōmiſſum, qui pecunias in arce Palladis poſitas ſeruarent, quas & ſacras & publicas appellabant, una cum ipſo Palladis ſimulacro, ac reliquis templi ornamentis. Erant & Tamiæ triremium, qui præfectos triremibus ſolent comitari, ueluti cuſtodes. Is magiſtratus interdum furacibus committebatur, cum oportuerit incorruptos atque integræ fidei uiros ad id adſciſcere, quaſi nihil referret qualis ſurripias prouinciam, modo commiſſa ſit. Solent autem reges gazas ſuas, & uxores eunuchis committere.

Ephemeri uita.

Εφημέρου ζωή, i. Ephemeri uita. De iis, qui ſtatim emoriuntur aut pereunt, ab animantibus, quæ ſic appellantur, quod ultra diem non uiuant. Ariſtoteles libro de natura animalium 5. prodit ad hunc modum de Ephemeris: Hypanis, inquit, fluuius apud Cimmerium Boſphorū ſub ſolſtitio fert veluti folliculos acinis maiores, quibus genus animalis in poſtmeridianū tempus uſque uiuit & uolat, mox declināte ſole marceſcit & languet, mox occidēte emoritur, uita non ultra unum diē peracta, unde ἐφήμερον appellatum. Retulit ſimilia Plinius libro 11. cap. 36. niſi quod ait animal dictum ἡμερόβιον. Ariſtotelem citat M. Tullius Tuſculanarū queſt. lib. 1. addens Hypanim ab Europę parte profluere in Pontum.

Canis mendico auxilians.

Κύων τῷ πτωχῷ βοηθῶν, i. Canis mendico auxilians. Vbi quis nobis aduerſatur & diterſis ſtudet partibus is, cuius auxilio nitebamur. Nam canes infeſti ſunt mendicis uelut ὁμοτέχνοις, niſi ſi quando fruſto panis corrumpuntur.

Iuppiter aquilam deligit.

Ζεὺς ἐετὸν εἵλετο, i. Iuppiter aquilam deligit. Vbi quis adſciſcit ſibi præclaros, ſuisq. rebus accommodos. Poetæ fingunt aquilam Ioui fulmen porrigere, quod hęc auis omnium altiſſime ſubuolet, nec ictu fulminis lædatur. Eiuſdem uſus eſt opera in rapiendo catamyto puero.

Aut minus animi, aut plus potentiæ.

Η φρονεῖν ἥλαττον ἢ δωάσθαι δεῖ μεῖζον, i. Oportet aut minus animoſum eſſe, aut plus poſſe. Cōuenit in feroces, quorū arrogantiæ non ſuppetant uires. Aut qui non timēt irritare, quem uincere non poſſint. φρονεῖν accipi poteſt p ſapere, qui ſūt humili fortuna, iis multa diſſimulanda ſunt, quandoquidem quod uident perperam fieri, non queant uetare, & quod ſentiunt fieri oportere, non poſſunt efficere. Plutarchus in Laconicis tribuit Archidamo Zeuxidami filio, cum filium uideret præcipitātius & inconſideratius pugnātē cū Atheniēſibus: ἢ τῇ δωάμει προάθες, ἢ τὸ φρονήματος ὑφές, i. Aut adde uiribus, aut detrahe animo.

Felicitas à Deo.

Θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτούς, i.
Felicitas datur deum homini munere.
Vt res noſtræ bene cedant, id in nobis ſitum non eſt, ſed à ſuperū arbitrio pēdet. Hominum eſt conatus, dei eſt euentus.

Hyſtricis ſeta.

Θρὶξ ὑστρίχος, i. Pilus hiſtricis, dici poterit, dicterium acriter in quempiam tortū. Ab animante ſumptū, cui mos irritato, pinnas aculeatas, quibus illi tergū inhorret, teli ritu eiaculari, etiā procul, idq; facit intenta cute. His igitur ora canū urgētium figit. Eſt autem hyſtrix de genere Erinaceorum, niſi quod huic lōgiores aculei. India & Africa potiſſimum hyſtrices generat, ut auctor eſt Plinius lib. 8. cap. 35.

Alter Ianus.

Ιάνος, ἄλλος, id eſt, Ianus alter, Quadrabit uel in prouidum ac circumſpectū, uel in ancipitem & perfidum. Perſius:
O Iane à tergo, cui nulla ciconia pinſit.
Sumptum a Iano bifronte, cuius notior eſt fabula, quā ut ſit hoc loco percēſenda.

Veſte circumfers ignem.

Ἱματίῳ τὸ πῦρ φέρεις ἔλκεις, i. Veſte circumfers ignem, ubi quid ridicule fit. Aut ubi ouis ſuum ipſius malum fouet, ueluti ſcortum, aut adulatorem, aut fictū amicū.

Erinnys ex tragœdia.

Ερινὺς ἐκ τραγῳδίας, i. Erinnys ex tragędia. De fędis aniculis. Sumptum ex Ariſtophanis Pluto, quo loco dictum eſt de Penia:
Ισως ἐρινὺς ἐστιν ἐκ τραγῳδίας, i.
At forſan eſt Erinnys ex tragędia.
Strabo Geographiæ lib. 4. tradit inſulas eſſe 10. in oceano Gaditano, nomine Caſſiteridas, quarum una prorſus inculta ſit, in reliquis habitare homines colore fuſco, tunicis utētes ad talos uſque dimiſſis, pectoribus cingulo obuinctis, baculos manu geſtantes, in ſumma, perſimiles furiis tragicis. Quibus ex uerbis apparet hoc habitu furias in tragędiis induci ſolere.

Æqualitas haud parit bellum.

Ισα πόλεμον οὐ ποιεῖ, i. Æqualitas bellū haud parit. Æqualitate continetur concordia. Inæqualitas diſcordiarum eſt mater. Eſt Solonis apophthegma, quemadmodum ſcribit. Plutarchus in huius uita, admonēs dictū hoc fuiſſe uulgo celebre, τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ.

Piſcis primum a capite fœtet.

Ιχθὺς ἐκ τῆς κεφαλῆς ὄζειν ἄρχεται, i. Piſcis a capite primum incipit putere. Dictum in malos principes, quorum cōtagione reliquum uulgus inficitur. Apparet ab idiotarum uulgo ſumptum.

Etiam Bætilum deuorares.

Καὶ βαίτυλον ἂν κατάπωσις, i. Etiam Bætylum deglutires. In uoracem & omnia coquentem. Nam Bætylus dicitur ſaxū illud faſciis obuinctū, quod pro Ioue denotauit Saturnus, ut teſtatus eſt Heſychius.

Malum uas non frangitur.

Κακὸν ἄγγιος οὐ κλαται, i. Malum uas non frangitur. Qui deterior, is non numquam uiuacior, & in periculis tutior. Simili metaphora dicunt & hodie uulgo, malā herbam non perire.

Etiam quercus baccatur.

Καὶ δρῦς μαινὰς ἐγένετο, i. Etiam quercus Mænas facta eſt. De ijs qui uix deliniūtur. Ab Orphei fabula, quercus ſua cithara demulcentis. Mænades. n. ſunt mulieres afflatæ Baccho.

Vita molita.

Αλησμένος βίος, id eſt, Vita molita, ſi ue uictus, ut ita loquamur, farinatus. Suidas indicat adagiū varie accipi. Quoſdā vſurpare de uita priſcorū, qui glandibus ueſcebātur, fortaſſis ob id qd illis ſecuiis ignotus adhuc eſſet carnium & piſcium eſus, ſolaq. glandium farina victitarent mortales. Alios de his quibus citra laborē uita lauta contingeret, propterea quod aliquādiu poſt frumenta reperta, farinæ faciendæ ratio neſciretur. Eſt autem farina paratior, ſi cui libeat ueſci. Alioqui proſcindendū aruum, ſerendum triticum, metendum, excutiendum, molendum, pinſendum. Nonnullos de iis qui in magna rerum, quas deſiderarent

siderarent affluētia, uitam agerent, ut adfi ne sit illi quod alio positū est loco, ἐ γὰρ ἄκανθαι, i. Non enim spinæ. Cæsar Commentariorum lib. 1. Trium mensium molita cibaria sibi quemq. domo efferre iubent. Huc adludere videtur Aristophanes in Equitibus, cum Cleon populo blādiēs ita loquitur:

Ἀλλ' ἄλφιτ' ἤδη σοι πορίω ἐσκευασμένα, i.
At ego paratas tibi farinas iam dabo.

Cui respondet altera persona:

Ἐγὼ δ' μαζίσκας γὲ διαμεμαγμένας
Καὶ τῦρον ὁ πῶν, μηδὲν ἀλλ' εἰμὶ ἡδύς, i.
Bene maceratas ego dabo tibi messulas,
Piscemque coctum, nil aliud, quam uescere,

Hoc posteri pertinet ad prouerbium, quod ante retulimus: Victus maceratus. Rursus in eadē fabula cum Cleon offerret μαζίσκας μεμαγμένας, alter respondet:

Ἐγὼ δὲ μυσίλας, μεμυσιλημένας.

panem intelligens iam iure maceratū, ac madefactum, & ob id paratū esui. Ac mox offert uinum iam temperatum, ut statim possit bibi:

Ἔχε· ἢ πιεῖν νε κραμμένον τρία καὶ δύω, i.
Dilutum habe, quod ebibas, tria ac duo.

Nam olim uinum nō bibebatur nisi aqua dilutū, quod apud Germanos insuetū est. Optimam autem tēperaturā existimabant, si duobus uini cyathis duo aquę ad derentur. Porro quę parata sunt, ea gratio ra esse paullo post declarat populus. Cū. n. alter iactaret se suo periculo rapuisse qd dabat, alter coxisse, respondet:

Ἀπιθ' ἐ γὰρ, ἀλλὰ τὲ παραθέντος ἡ χάρις

significans illi deberi gratia, qui cibum paratum apposuerit.

Malum est bonum.

Κακὸν τὸ καλὸν ὧ τι μὴ καιρῷ τύχῃ, i.
Bonum malum fit, tempore haud datū suo.

Nihil gratum, quod itempestiuū. Pharmacum in tempore datum, saluti est, sec datum, mortem adfert. Citatur apud Athenæum libro septimo hic uersiculus ex Timone:

Ὄρη ἐρᾶν, ὥρη ἢ γαμεῖν, ὥρη ἢ πεπαῦσθαι.
i. Tempus amandi, tempus habēdę coniugis, est quod
Rebus ab his tandem moneat desistere tempus.

Caricum sepulchrum.

Καρικὸς τάφος, id est, Caricum monumentū. De re magnifica sumptuosaq;. Sumptum a Mausoli sepulchro, quod est apud Caras. Plin. li. 36. cap. 5. ostendit opus hoc inter septem orbis miracula commemoratum, idq; potissimum ob artificum famā. Patebat ab austro & septentrione sexagenos ternos pedes. Breuius a frōtibus, toto circuitu pedes quadringētos undecim. At tollebatur in altitudinē vigintiquinq. cubitis. Cingebatur colūnis quadragintasex. Ab oriente cęlauerat Scopas, a septentrione Bryas, a meridie Timotheus, ab occasu Leochares. Opere nondum absoluto perijt Artemisia. Latini hmōi monumenta uocant mausolea. Martialis libro primo:

Ære nec uacuo pendentia mausolea,

Item Propertius libro 3.

Nec Mausolei diues fortuna sepulchri.

Malum munus.

Κακὸν γὲ δῶρον ἴσον ἐστὶ ζημία, i.
Munus malum est perinde uti dispēdiū.

Nocet, nō iuuat, qui largitur noxia. Veluti si quis adolescenti subministret pecuniam, aut stulto committat imperium.

Inani spe flagrat.

Κεναῖσιν ἐλπίσι θερμαίνεται, i. Inanib spebus incenditur. In eum, qui frustra sibi magna pollicetur. Spes enim stultis addit animos, etiamsi procul absint. Sapiens etiā si sperat, dissimulat. Deceptum apparet ex Sophocle, apud quem Aiax ira loquitur.

Οὐκ ἂν φριαίμιν ἐ δενὸς λόγῳ βροτῶν
Ὅς τὶς κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται, i.
Haud emero uirum mente nulla prædituū,
Quemcunque inanes spes mouent & incitant.

Æschines contra Timarchum, ἐλπίδων κενῶν ἐμπλήσας, i. Posteaquam illum impleisset inanibus spebus:

Voluitur dolium.

Κεκύλισται ὁ πίθος, idem, Reuolutum est dolium. In eū qui cōmouetur alieno exēplo, siue instinctu ad stulte quid faciēdū. Nam doliū facili impulsu quo uelis voluitur. At sapiens tetragono similis, semper fixus & immotus. Apparet esse natū ab historia de Diogene in publico ciuitatis tumultu

tu uoluente dolium, quam refert Lucian lib. de conscribenda historia.

Ceram auribus obdis.

Κηρὸν τοῖς ὠσὶν ἐπαλείφεις, i. Cerā auribus oblinis. In eos qui recusāt audire uel æqua, uel iniqua. Natum ab Vlyssis cera, qua suas ac sociorum aures obturat apud Homerū, aduersus Sirenarum cantilenas.

Corui luscinijs honoratiores.

Κόρακες ἀηδόνων αἱ δεσιμώτεροι, i. Corui luscinijs honoratiores. Cū indocti doctis pręferūtur, improbi probis, blaterones eloquētibus, rapaces ac furaces cordatis & integris uiris. Aut cū plus tribuit improbitati & audaciæ, quē eruditioni ac sapiētię.

Commune naufragium.

Κοινὸν ναυάγιον τοῖς πᾶσι παραμύθιον. i. Cōmune naufragium, oibus solatiū. Multo facilius fertur malū, quod nobis est cū omnibus, aut cum multis cōmune. Quin & hodie iactatur inter Scholasticos: Miserum est solatiū habere calamitatis sociū.

Cyparissi fructus.

Κυπαρίττου καρπὸς, i. Cyparissi fructus, de verbis dictu magnificis, cæterū inutilibus. Prouerbium fluxit a natura arboris, quam Plinius lib. 16. scribit, natu morosam esse, fructu supernacuā, baccis toruā, foliis amaram, odore uiolētam, ac ne vmbra quidē gratiosam. Hactenus Plinius. Atque huiusmodi cum sit, tamen proceritate, unde & conifera uocatur a poetis, ac perpetuo uirore, neq. nō nascendi difficultate, nouū aliquē fructū polliceri uidetur. Theophrastus autē lib. de causis plantarū 1. scribit semen cupressi adeo esse minutū, ut uix oculis percipi possit. Neq;. n. huius esse fructū totū id quod pilæ speciē gerit, sed qd cono innascitur, perquā tenue & exile, laricis semini proximū, quod pilula sua dehiscente dilabitur, nec legi nisi ab experto pōt.

Μαπυάζειν.

ATHENAEVS, Dipnosophistarū lib. 14. refert cibi genus, primū a Thessalis repertum, sed quod Athenis quoq. fuerit in deliciis, cum subessent imperio Macedonū, quorum lingua dicebatur μαπύα, a Græca uoce μάπω, qd est pinso, siue macero: vñ dicta sit μάζα, quę & ipsa prouerbio locum fecit, ut ὑπερμαζᾶν diceretur, qui lautius uiuerent: post quidquid esset opiparū & elegans in cibis, μαπύα, dicebant, etiā in auibus, piscibus, oleribus ac sartis, & μαπυάζειν, qui suauiter uiuerēt. Citātur in testimonium uersus ex Alexide.

Σκευάζετ' ὀψοχεῖ ὡς τροποσιπίνε τὸ
Λέπεδε μαπυάζετε, i.
Facite opparatus, & epulis incumbite,
Lepamini atque mattyazete.

Cæterum Atticis λέπεδς dicūtur, qui intemperāter indulgent Veneri, huc nisi fallimur alludentibus, quod λεπίζω sonet de glubo, quæ uox & Latinis usurpatione facta est obscęna. λέπος. n. Græcis pellem significat. De Mattyis qui plūra uolet cognoscere, lege finem 15. libri, quem modo citauimus, & mattyis explebitur affatim. Tot auctoribus Atheneus docet qd sit mattya. Idem li. 4. tradit apud Lacedęmonios ματτύλω dicta bellaria, quę post ἄκλον, id erat cōuiuii genus, apud illos dabātur, quæ qdē & ἐπάκλα uocabātur. Meminit huius cibi & Martialis lib. 9. Mattya sola iuuant.

Matiolæchus.

Ματιολοιχὸς vulgato conuicio dicebat liguritor, & in minimis etiam rebus exquisitus. Quin & Hesychi indicat qd pusillū sit, id Græcis dici μάτιον. Aiūt aūt esse cibi genus. Equidem in cōmentariis Græcorum inuenitur μάτιον uocari, quod est minimū, aut genus mēsuræ. Proinde quadrat in eos, qui per fraudem minimis è reb. sectātur compēdium: ἀπὸ τ ματίου ἢ λοχεῦται, nisi mauis a λείχειν. Vsurpatur ab Aristophane in Nebulis, inter multa epitheta, quib. uirum improbū notat. Interpres tam uarie exponit, ut satis fateatur se nescire, scribens dici de eo qui malignā dat mēsuram, de parco ac sordido, de eo, qui cogitat inania, siue nanciscitur friuola.

Post Marathonem pugna.

Μετὰ τ μαραθῶνα μάχη, i. Post Marathonem prælium. Vbi quis post calamitatē in altā nouam rursus incidit. Marathon locus est Atticæ, crebris cladibus insignis, ubi acerrima pugna fuit cum Persis: Refert Herodotus li. 6. Simile huic: μετὰ πόλεμον ταραχή, Post bellum tumultus.

Ne uities musicam.

Μὴ κακοργεῖ τ μουσικλω, i. Ne uities musicam,

ficam, id est, ne loquaris discrepantia, ne noua moliaris. Plutarch' ĩ Apophthegmatis refert ita loquutũ Emerepen, in Phynidis cantoris organo duas ex nouẽ incidẽtem fides, quod septem satis esse duceret.

Astutior coccyce.

Μηχανικώτερος κόκκυκος, i. Coccyce astutior, dicebatur, qui astu sibi consuleret. Sumptũ ab auis ingenio, oua subiicientis in nidos alienos, maxime palumbium, de qua abunde Plinius & Aristoteles.

Hesperidum mala.

Μῆλα ἑσπερίδων δωρῆσαι, i. Mala Hesperidũ largiri, qui magna splendidaq. largirentur. Nota est fabula de malis aureis. Huc allusisse vĩ Maro noster in Buc. carm.

Aurea mala decẽ misi. cras altera mittã.

Solæ Lacænæ uiros pariunt.

Μόναι λάκαιναι ἀνδρὰς τίκτουσι, i. Solę Lacænæ uiros pariũt. Apud Lacedęmones fortissimi uiri nascebantur, & apud eosdẽ matres seuere natos educabãt. Natum est prouerbiũ ex apophthegmate Gorgus Lacænæ Leonidæ uxoris, cui cum peregrina quępiã dixisset: Μόναι τῶν ἀνδρῶν ἄρχετε ὦ λάκαιναι, i. Solæ uiris imperatis Lacedæmonię: respondit: Μόναι γὰρ τίκτομεν ἄνδρας, id est, Solæ enim parimus uiros. Refert Plutarch. in uita Lycurgi.

Myrteam coronam ambis.

Μυρσινοῦν, i. Myrteam cupere dicebat, qui tyrannidẽ, aut magistratum ambiret. Nam olim princeps myrteis corollis coronabantur, siquidem Suidæ credimus.

Præuertit ancoræ iactum deus.

Ἀλλ' ἀντέπεσε τοῦ ἐπ' ἄγκυραν θεὸς, i. Sed antenertit ancoræ iactum deus.

Cum res præter spem euenit. Traductũ a nautis, quibus accidit sępenumero, ut cũ parant sese ut ancoram iaciant, in portum appulsuri, repellantur a uentis, & in mediam tempestatem reuocentur.

Pro Delo Calauriam.

Ἀντὶ Δήλου τῆς καλαυρίας, i. Pro Delo Calauriam. Est in fabulis. Neptunũ cum Latona permutationẽ fecisse, ut illa Calauriam insulam Neptuno concederet, possideret Delum, proq. dato Tęnaro reciperet Pythonem. Est autem Calauria exigua insula, haud procul a Creta. Pausanias in Corinthiacis tradit Calauriam olim fuisse sacrã Apollini, Delphos Neptuno, hos iterse commutasse loca. Meminit eius rei Strabo quoq; lib. 8. Trœzen, inquit, sacra Posidoni, i. Neptuno est, unde & Posidonia dicta quondam. Eminet autẽ è mari ad quindecim stadia: ne ipsa qdẽ obscura ciuitas. Huius portui dicto Pogon imminet Calauria, exigua insula, circuitu stadiorũ trigita. Hic erat asylum Neptuno sacrũ. Et fama est hunc deũ commutatione facta cum Latona, data Delo recepisse Calauriam, cũ Apolline uero, ꝓ Pytho recepisse Tęnarũ. Ephorus autem ipsum refert oraculũ:

Ἴσον τοι δηλόντε καλαυρίαν τε νεμέσθαι,
ΠυγωΓὴ γαθέλω, καὶ Ζαίναρον ἠνεμόεντα. i.

Nil refert Delos fueritve Calauria culta,
Pythos ve excellẽs, an pulia Tęnar' auris.

Ea res in prouerbiũ abiit, quoties manus manũ lauat, & officiũ officio pẽsatur.

Antiquior Codro.

Πρεσβύτερος κόδρου, de priscis, & ob antiquitatem admirandis. Codrus antiquissimus Atticę rex, cuius alibi nobis facta mẽtio. Ad hunc genus suum referebant, qui generosi uideri uolebant.

Hirundo totos schœnos anteibit.

Πρόσωτις χελιδὼν ὅλους χοίνικας παρεῖται, i. Hirundo quæpiam totos schęnos ꝑteribit. Vbi quis immenso uincit interuallo. Nã χοῖνιξ Gręcis mensurę genus, quæ sicut existimat Herodotus lib. 2. sexaginta complectitur stadia. Quemadmodũ & docet Hermogenes in libello cui titul' περὶ μεθόδου δεινότητος, ostendens esse uerbũ Aegyptium, quemadmodũ parasanges Persicum. Etiamsi Plinius lib. 12. cap. 14. quadraginta stadia tribuit schęno, quę efficiãt passuum quinque milia. Rursus idem li. 5. cap. 10. scribit schœnũ patere stadia triginta, unde varietas uidetur accidisse scribarũ uitio. Quamquam suspicamur hoc loco Chelidonem pro viro accipiendum, cuius alibi facta est mentio, qui haud scimus, an cursu celeritateque præcelluerit.

Nihili cocio est.

PLAVTVS in Asinaria. Vetus est, nihili cocio est. Dictũ uidetur in eos, qui pollicẽtur in futurum, nec exhibẽt rem ꝑsentem.

Laberius

Laberius apud Gellium cocionem peruulgato uerbo dixit, quem ueteres ariolatorẽ dixerunt. Dicũtur autem hęc apud Comicum a lena, quæ prędicabat sibi oculatas esse manus, atque id demum credere quod uideret. Quod autem alij legunt coactionem, id neque carminis ratio patitur, nisi uocalem elidas. Ex Festo Pompeio propemodum licet coniicere coctionem esse legendum. Ait enim coctiones appellatos a cunctatione, quod in emendis uendendisque mercibus tarde perueniant ad iusti precij finem. Proinde apud antiquos primam syllabam, per u, literam, non per o, scribi solitam huic adstipulatur quod scribit Anneus Seneca libro epistolarum 11. differens non esse cessandum a benemerendo, quod aliquando inciderimus in hominem ingratum. Et post malam, inquit, segetem serendum est. Sæpe quidquid perierat adsidua infelicis soli sterilitate, vni' anni restituit ubertas. Est tanti, ut gratum inuenias, experiri & ingrato. Nemo tam certam habet manum, ut non sæpe fallatur. Aberrent, ut aliquando hæreant. Post naufragia, maria tentantur. Fœneratorem non fugat a foro coactor. Cito inerti otio uita torpebit, si relinquendum est, quidquid offendit. Hactenus Seneca: Quo loco num coactor legendũ sit, nec ne, studiosis expendendum relinquitur. Iuxta etymologiam cuntio siue cunctio, aut mutata litera contio dicendum esset, ni quod Festus Pompeius ostendit eundem esse coctionẽ & cocionem. Is in dictione Arulator consentit cum Gellio, confirmans eundem esse cotionem cum arulatore. Arulatorem autem dici a uoce Græca αἴρε, id est, tolle, quod merces eas sequatur, ex quibus si quid ceciderit lucri, possit tollere.

Non nauigas noctu.

Οὐ νυκτὶ πλοεῖς, i. Nõ noctu nauigas. De eo, cui nihil est certi, quod sequatur, propterea ꝙ nocturnis temporibus certius nauigant nautæ, ꝓ stellarũ notas, de quibus alias dictũ est. Chrysipp', ut citãt, negationẽ detraxit, νυκτὶ πλοεῖς, manẽte, sicut qdem arbitramur, eadem snia. Nã quid alio qui fuerat memorandũ, si Chrysipp' citra negationem extulisset? quasi uero nõ idẽ iuris sit in quauis oratione. Quamquã autem nautæ noctu stellarũ indicia sequunt, longe tamen certior interdiu nauigatio.

Mores hominum regioni respondent.

Καὶ τὰ φυόμενα σπέρματα, καὶ τὰ ἀνθρώπων οἱ βίοι τὰς χώρας συνεξομοιοῦται, i. Et plantarum semina, & hominũ mores ad regionis habitum respondent. Refertur & hoc in Gręcorum prouerb. collectaneis natũ ab apophthegmate, cuius meminit Plutarchus. Vt triticum in nõnullis agris degenerat in aliud genus, soli uitio; ita ꝓ qualitate regionis uariãtur hominum ingenia. Montani asperi fere sunt & inhumani. Litorales ferme prædones & immites. Campestres molles & humani. Herodotus in calce libri ultimi, satis declarat primum e Cyri responso natum esse. Etenim cum Persæ rerum potiti postularẽt, ut ex aspera regione, quam tũ incolebãt, transferrentur in commodiorem ac feraciorem, annuit quidem, sed admonitis, vt posthac sese pararent ad seruiendum, non imperandum: φιλέειν γὰρ ἐκ τῆς μαλακῆς χώρης μαλάκας γίνεσθαι. Οὐ γάρ τοι τῆς αὐτῆς γῆς ἔστι καρπόντε θαυμαστὸν φύειν, καὶ ἀνδρὰς ἀγαθοὺς τὰ πολέμια, i. Ex mollibus. n. regionibus molles homines nasci solere. Neq; enim eiusdem esse terræ fructum egregium producere, & uiros in re bellica præstantes.

Cum cane simul & lorum.

Σὺν τῷ κυνὶ καὶ τὴν ἱμάντα, i. Vna cũ cane lorum quoque. Clausula est heroici carminis. Eudemus indicat dici, quoties simul omnia pereunt, ut nihil omnino sit reliqui, ne spes quidem recuperandi quod perijt.

Teipsum inspice.

Μὴ τὸ μὸν ἀλλὰ καὶ τὸ σὸν φῦλος σκόπει, i. Age non meum, uerum & tuum inspicio genus.

Teucer in tragędia quapiam in Agamẽnonem sibi generis uicium probro ꝓtertem, quod nothus esset, regerit huiusmodi conuicium, quod & ipse genus duxisset à Clisthene effęminato. Stultum est in alterum dicere, quod in te possit retorqueri. Adagium refertur a Plutarcho.

Ne mihi uacuam abstergas.

THEOCRITVS in Syracusis:

Μὴ φυῇ μελιτῶδες ὃς ἁμῶν καρτερὸς εἶη,
Πλᾶς ἑνὸς, ἢν ἀλέγω, μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς, i.

Ne quisquam existat Proserpina, quẽ dominum, uno

Excepto

Excepto, agnoscamus, ego id non curo, caueto,
Abstergas ne mi uacuam.

Subesse prouerbium uidetur i eo quod ait: Μή μοι κενεὰν ὑπομάξῃς. Subaudiendũ autẽ γναθὸν, χεῖρα, aut simile quiddã. Apparet esse comminantis, aut timẽtis alapã, aut colaphum. Nam locus nondum satis liquet. Eruditis itaque relinquimus excutiẽdum diligentius. Ὑπομάττω, dicuntur & plastæ, qui argillam oblinunt, dum fingũt imaginem. Solent quidam simulare officiũ, quasi uelint aliquid sordiũ a mala abstergere, & interim imprudẽti illinunt aliquid sordium. Quemadmodum inducunt Bacchum facie, gypso, & uuarum succo oblita. Interpres tamen homo nec admodũ doctus, nec diligens, mauult subaudiri mẽsuram, fortasse χοίνικα. Quod in mensura redundat, abstergetur terete baculo. Fallit igitur qui nondum plenam absterget, ita simulans aliquid redundare. Sentit se non esse illi ancillam, ut ab eo debeat obiurgari. Heri offensi defraudãt seruos suo dimẽso, hoc est, ni fallimur, quod ait, nõ sũ sollicita, ne mihi mensuram uacuã abstergas.

Cum sis nanus, cede.

Νάνος ὢν ὕπεικε, i. Nanus cum sis, cede. De pusillis dictum. Nani enim homunciones appellantur infra modum humani corporis, & prodigiosæ breuitatis. Iuuenalis:

-Nanum Atlanta uocamus.

Νάνος enim Græce dicit quasi μὴ ἄνω, quod non excrescat in altum. Citatur Theophrastus, qui senserit nanos dici, quibus pudendum membrum sit iusto maius, quod in hoc hominum genere inueniri probabile est. Quadrabit in tenues, & humilis fortunę homunculos, ac quemadmodum ait Horat. moduli bipedalis, qui potentes sumptu conantur æquare.

Nocte lucidus, interdiu inutilis.

Εν νυκτὶ λαμπρὸς, ἐν φάει δ' ἀνωφελὴς, i. In nocte lucens, luce uero inutilis.

De pręposteris qui sapiunt, ubi nihil est opus, cum opus est, ubi dormiunt. Cæterum magis uidetur competere in eũ qui inter indoctos uideatur aliquid esse in literis, inter eruditos nihil sapiat. Aut inuertendum est prouerbium:

Εν φάει λαμπρὸς, ἐν νυκτὶ δ' ἀνωφελὴς.

Sumptum a gemma quadam, cuius alibi fecimus mentionem.

E Tantali horto fructus colligis.

Ταντάλου κῆπον τρυγᾶς, idest: Ex Tãtali horto fructum colligis, id est, ea consectaris quæ nusquam sunt, aut quibus frui nõ licet. Quod quidem apposite dicetur in mundanis addictos uoluptatibus. Nam ij dum his ueluti temulenti fruuntur, egregie felices sibi uidentur. Verum simul atq; resipuerunt, iam uelut experrecti, intelligunt omnia illa nihil fuisse, nisi mentis non admodum sanæ somnium.

Telenico pauperior.

Τελενίκου πενέστερος, i. Telenico pauperior. Nam is usqueadeo notæ paupertatis fuit, ut Seriphij uerbum inde finxerint, dicantque τελενικῆσαι pro euacuare.

Telenicia echo.

Τελενίκιος ἠχώ, i. Telenicia echo, recte dicetur oratio fatui. Sic enim uocant crepitum uasculorum inanium. Sumpto epitheto ab eodem, de quo modo diximus Telenico. Quamquam Plutarchus inter argute dicta Epaminondæ, meminit Tellenis cuiusdam pessimi tibicinis, cui dissimilimus fuerit Antigenidas. Expendat igitur lector an ab hoc malit deductum prouerbium. Etenim de Tellenis cantilenis alias nobis dictum est.

Terebintho stultior.

Τερεβίντου ἀνοήτερος, i. Terebintho demẽtior, in stupidum sibiq; placentẽ, quod arbor ea late porrigat ramos, quod est insolenter ostentantium sese, ad hæc nigrore insignis, foliis crassis, succo itẽ pingui & resinoso, tum alias alia specie. Parit quidem cum uite, sed dissimilem fętum.

Mœnia Semyramidis.

Τεῖχη σεμυραμίδος, i. Muri Semyramidis, de muris inexpugnabilibus dicebatur, egregieque munitis. Ouidius libro Metamorphoseon quarto.

-Vbi dicitur alta
Coctilibus muris cinxisse Semyramis urbem.

Manum admouere.

Τὴν χεῖρα ὑπβάλλειν, i. Manũ apponere

redicebantur, qui sese insinuarent in rei cuiuspiã egregiæ communionem. Translatũ à sacris, in quibus nonnumquam fieri solet, ut alijs rem diuinam facientibus, alius aliquis adueniens, admota uictimæ manu, fiat & ipse particeps sacrificij.

Patris est filius.

Τοῦ πατρὸς ἐστὶ τὸ παιδίον, i. Patris est filius. Ita loquuntur, ubi quis mores imitatur patrios. Et in genere, eius filium uocamus quemlibet, quẽ moribus expresserit, quod liberi ferè parentes referre soleant. Hunc titulum Varro uni ex Menippeis indidit, citante Nonio Marcello. Varronis autem tituli fere prouerbiales sunt. Philostratus in Aristide commemorat, sophistam hoc prouerbio notasse Alexandrum, quod patris ambitionem imitaretur.

Paruo emptas carnes.

Τὸ ἀῶνον κρέας οἱ κυνες ἐσθίουσιν, i. Paruo emptas carnes, canes edunt. Qui dã putria emunt obsonia, ne plusculum insumãt nummorum. Ea cum nullus attingit, canibus aliquoties edenda seruantur. Sapit & hoc uulgus horum temporum.

Qui domi compluitur.

Τὸν οἴκοθεν βρεχόμενον ὁ δὲ θεὸς οἰκτείρει. i. Qui domi compluitur, huius ne deũ quidem miseret, uulgo Græcis iactatum. Sensus est eum modis omnibus suo malo uideri dignum, qui fit usqueadeo ignauus, ut nec domi suæ possit à pluuia tutus esse. Eiusdem farinæ cũ superiore prouerbium.

Tragicus Theocrines.

Τραγικὸς θεοκρίνης, Tragicus Theocrines. Vsurpauit hoc adagium Demosthenes aduersus Aeschinẽ. Theocrines primũ tragœdiarum actor fuit, deinde calumniator, & sycophanta. Vnde Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte. Aeschinem tragicum Theocrinem uocat. Extat eiusdem aduersus hũc Theocrinem, oratio quamquã nonnulli Dinarcho tribuunt. Vsus est hoc prouerbio diuus Hieronymus, ni fallimur, in epistola ad Furiam de uiduitate: Vbicũque uiderent Christianum, statim illud de triuio, τραγικὸς θεοκρίνης. Hoc conuicij iaciebant in Christianum, quasi sanctimonię simulator magnificis uerbis aliorum uitã criminaretur.

Tragicum malum.

Τραγικὸν πάτος, i. Tragicum malum, dicetur ingens, cuiusmodi finguntur in tragœdijs. Nã ab ijs abstinet comœdia. Quintilianus duo facit affectum genera: quosdã enim atrociores esse, hos amat tragœdia, quosdam mitiores, his utitur comœdia, ac tragicos quidem πάθη uocant, comicos ἤθη. Tragœdia semper habet tristẽ exitũ, Comœdia lætũ. Vnde Plautus citãte Festo Pompeio, Comœdicè dixit pro suauiter. Fuge, heus astitisti & dulce, & comœdice.

Cæcus auribus ac mente.

Τυφλὸς τὰ τ' ὦτα, τά τε νῦν, τά τ' ὄμματ' εἶ. idest,
Tu simul & aure, & mente, & oculis cæcus es.

Quadrat in hominem plane stupidum.

Cæcum in somnium.

Τυφλὸν ὄνειρον, i. Cęcum insomniũ, de re friuola uanaq;. Quædam enim insomnia portendunt aliquid, quædam inania sunt, quemadmodum sunt & bruta fulmina.

Asinos non curo.

Τῶν δ' ὄνων οὔ μοι μέλει, i. Cęterũ asinos nil moror. Congruit in eũ, q domesticis cõtentus opibus, non quærit aliena. Nã cui plaustrũ est domi, huic nõ ẽ opus asinis cõductitijs, carmen integrũ alibi citauimus.

Plurium calculus uincit.

Τῶν πλείονων ψῆφος νικᾷ, i. Pluriũ calculus uincit. Quotics in cõsilio credit multitudini. Plin. in Epist. queritur, numerari sententias, non expendi. Et Liuius: Pars, inquit, maior meliorem uicit.

Pistillo nudior.

Υπέρυ γυμνότερος, i. Pistillo nudior. De uehementer tenui. Cognatum illi: παττάλου γυμνότερος, i. Paxillo nudior. His enim cortex detrahitur.

Pillo caluior.

Υπέρυ φαλακρότερος, i. Pistillo caluior. Prouerbialis itẽ hyperbole, de magnopere glabris. Nã ima pistilli pars, calui craniũ referre vt. Trãsferri potest ad insigniter egenos, aut simplices, ac dissimulandi ignaros.

Aureum subæratum.

Υπόχαλκον χρυσίον, i. Subęratũ aurum

dicetur homo nequaquam syncerus, sed aliud præ se ferens, aliud intus occulens. Sumptum à nomismatis adulteratis.

Nihil de vitello.

Νεοπῆδ ὀδέν μοι δίδος, i. Nihil mihi de uitello dedisti. Quadrat in eos, qui impertiant deteriora, meliora sibi seruantes M. Tull. in lib. De diuinatione 2. narrat huiusmodi fabulam, unde consentaneum est hoc mutuatum esse prouerbium: Quidam somniarat se uidere ouum ex lecti cubicularis fascia pendens illigatum, id somnium cum ad coniectorem retulisset, responsum est thesaurum indicari: proinde foderet eo loco quo se somniarat ouum uidere; ubi fodisses, reperit aurum argento circũtectũ. Misitq; paullulum ex argento coniectori, dissimulans inuentum aurum. Coniector accipiens, Nihil ne, inquit, de vitello?

Queruli in amicitia.

Οἱ φιλομεμφέες εἰς φιλίαν ἐκ δ' φυέες, i. Qui queruli sunt in amicos, non sunt ad amicitiam idonei. Conniuere ad amicorũ vitia, hæc res & iungit, iunctos & seruat amicos. Sententia videt desumpta ex Herodoto. Constabit tamen trimeter si legas: οἱ φιλομεμφοῖς, εἰς φιλίαν ἐκ δ' φυεῖς. Nec tñ uidemus quid sit φιλομεμφεῖς. Si legimus φιλομεμφεῖς, addéda est cõiũctio, οἱ ὄ φιλομεμφεῖς, ita constabit versus,

Qui querulus est, amicitiæ haud accommodus.

Cleomenes superat cubile.

Ὀκλεομένης τῆς κοίτης ὑπερέχει, i. Cleomenes cubile superat. De eo qui magis abundaret rebus superuacaneis quam necessarijs. Ductum apparet à quopiam, corpore, quàm pro lectuli modo, maiore. Sicut & Iuuenalis:

Lectus erat Codro, Procul minor.

Vterque ambo.

Ὁ μὲ ἑκάτερος ἀμφότερος, ὁ ὄ ἀμφότερος ὁ δ' ἕτερος, i. Vterq; ambo, ambo, neuter. Instar ænigmatis est, cui meminit, Plutarc. in Moralibus, & extat in Græcis Epigrammatis. E duobus fratribus, quorum alteri nomẽ erat ἑκάτερος, alteri ἀμφότερος, ille bonę frugis erat, hic nequam. Hos cũ Philippus uidisset, hoc in eos iocatus esse fertur. Quadrabit in duos aliquos, quorũ alterius nequitiã, alterius probitas compẽsat.

Os inest orationi.

Ὀς ὄν ἔνεστι τῷ λόγῳ, i. Sermoni inest os ac uigor. De oratione non inani, sed solidas habente sententias. Dictum hoc Themistocli tribuitur, uideturè poeta quopiã desumptum. Est enim iambicus Dimeter. Quintilianus item rerum inuentionem appellat orationis ossa. Sumpta similitudinè ab animantium corporibus, quæ ossibus sustinentur, colligantur neruis, uestiuntur carnibus, & pelle, cohęrent anima, mouentur actu.

Fluuium non semper fert secures.

Οὐκ ἀεὶ ποταμὸς ἀξίνας φέρει, i. Non semper secures fert fluuius, idest, non protinus tibi speres idem, qđ alijs fęliciter cessit. Natum ab apologo Aesopico: Cuidam cędenti syluam, securis è manibus excidit. Mercurius inuocatus reddidit argenteam. Neganti suam esse, reddidit auream. Hanc quoque suam esse neganti, ferream tãdem restituit, & illas insuper donauit. Alius quidam eundem euentum sperãs, data opera, passus est elabi securim. Ea cum perisset, nec Mercurius imploratus adfuisse, expostulanti, prior ille respondit ad hũc modum: οὐκ ἀεὶ ποταμὸς ἀξίνας φέρει. Quamquam hic apologus uarie narratur in alijs commẽtarijs, nempe adfuisse Mercuriũ, & prolata aurea securi rogasse, num ea esset quæ perisset, atque eo protinus affirmante suam esse, Mercurium offensum hominis impudentia, nec ferream restituisse.

Non est Dithyrambus, si bibat aquam.

Οὐκ ἐστὶ διθύραμβος ἂν ὕδωρ πίνῃ. idest, Haud Dithyrambus est, aquam si potitet.

Non adest hilaritas, cum deest vinum: lãguet poetarum ingenium, ni uino concalescat. Vnde, teste Flacco:

Laudibus arguitur uini uinosus Homerus. Et,

Ennius ipse pater, numquã nisi potus ad arma

Prosilijt dicenda. Et:

Nulla placere diu, nec uiuere carmina possunt,

Quę scribuntur aquæ potoribus.

Quin, ut refert in Symposiacis Plutarch⁹, Aeschylus tragędias suas potãdo scripsit. Ex-

Excitat enim uini calor inueniendi uim, quæ torpet nonnumquam in ieiunis, mouet phãtasias, addit impetus, subministrat fiduciam. Addit Gorgiam non recte suam tragędiam Marti tribuisse, cum Baccho magis sit adscribenda. Dithyrambi canebantur in honorem Bacchi, & ipse διθυράμβος dictus est, quod bis natus uelut è duabus ianuis prodierit.

Post acerba prudentior.

Παρὰ τὰ δεῖνα φρονιμώτερος, i. Post mala prudentior. Finitimum illi.

Ρέχ. ἐν δὲ τε νήπιος ἔγνω.

Plato i Symposio: εἰ δὴ καί σοι λέγω ἀγάθων μὴ ἐξάπα τᾶδε ὑπὸ τούτου, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἡμετέρων παθημάτων, γνόντα δ' λαβηδήναι, ἢ μὴ κῆ τῶν παροιμίαν, ὥσπερ νήπιος παθόντα γνῶναι, i. Quæ sane & tibi dico Agathõ, ne ab hoc fallaris, sed meis doct⁹ malis caueas, neq; quemadmodũ hẽt prouerbium, stulti more malo accepto sapias. Congruet in eum, qui suo malo redditus est cautior.

Pausone mendicior.

Παύσωνος πτωχότερος, i. Pausone mendicior. Pauson pictor quispiã fuit, insigni tenuitate, quemadmodum apud Iuuenalẽ Codrus. Hunc notat Aristopha. in Pluto, apud quem eum Penia exclamasset: ὦ πόλις ἄργυς κλυεδ'οῖα λέγει, i. O vrbs Argos, quod ait audi: respondet Chremylus: πώσωνα κάλει τὸν ξύσσιτον, i. Pausonem adhibe tibi conuiuam.

Vltra Hyperbolum.

Ὑπὲρ τὸν ὑπέρβολον, i. Vincit Hyperbolum. Hyperbolus quispiam erat, mirum in modum appetens litium, Vnde conuenit in eos, qui simili laborant morbo. Plutarchus in uita Alcibiadis, Thucydides Peloponnesiaci belli lib. 8. & Aristophanes in Equitibus ostendit Hyperbolum fuisse hominem modis omnibus improbissimum, nec ulla re clarum, aut potentẽ, nisi vitio linguę. Pręterea M. Tull. lib. De claris oratoribus, ita scribit de Saturnino: Homo simillimus Atheniensis Hyperboli, cuius improbitatem ueteres Atticorum comœdiæ notauerunt. Aristophanes pręter alia scribit, & hoc de hyperbolo.

Ἀνδραμοχθηρὸν, πολίτην ὁ ξίνην ὑπέρβολον, i.

Improbum uirum, atq. ciuem uapam acidumque Hyperbolum.

Sus in uolutabro cœni.

Ὑς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου, i. Sus lota rediit ad uolutabrum luti, cum quis iterat iã expiata flagitia, sicut indicauimus alibi. D. Petrus epist. 2. c. 2. Canis reuersus ad suum uomitum, & sus lota in volutabro luti. Assimile huic Prouerb. 26. de eo, qui iterat stultitiam suam, id est, ueccatum.

Mendax Atraphaxis.

Ψεύδων πλέα ἀτραφάξις, i. Referta mẽdaciis Atraphaxis. De tumidis ac uentosis. Atraphaxis oleris genus, quod celeriter in altum surgit. Latinis atriplex dicitur, adfinis, ni fallimur, betarum generi, quæ & ipsæ subito grandescunt alioqui fatuæ. Id quod indicat & Theophrastus in historia plantarum, libro primo, capite quinto. Eadẽ herba ab eodẽ, libro septimo, capite primo, recensetur inter eas, q̃ celeriter proueniunt, nẽpe die a satu octauo. Est caule grãdiore, sed molli carnosaq; Suidas admonet dictum in Cleonem, q̃ falso calumniaretur equites in cõcilio, cui cũ fides haberi uideretur, dictum est: ψεύδα τραφάξιος πλέαν εἶ τῷ θυλῷ, idest, Concilium plenũ esse mendaci Atraphaxi, quo dicto simul notata est & Cleonis in calumniando uanitas, & populi facilitas in credendo. Est n. illud proprium calumniæ, è leuissimo malo subito maximã excitare tragędiam. In hanc ferme sententiam Suidas. Adagium sumptum est ex Equitibus Aristophanicis.

Infligę plagam ab aratro.

Παῖε τὸν ἀπ' ἀρότου, i. Infligę plagam aratri, siue, impinge uomerẽ, cum iubebimus strenue pugnare licet sine arte. Natũ aiunt ab huiusmodi fabula, quam narrat Pausanias lib. Elia 2. Glaucus quidam Carystius cum terram aratro proscindẽti forte fortuna uomis excidisse ab aratro, sublatum aptauit manu uice mallei. Qđ ubi cõspexisset pater Demylus, iuuenẽ produxit in Olympia, ad pugilum certamen, uerum ubi iam artis imperitus, plagis afflictus pęne deficeret, pater acclamauit, παῖε τῷ ἀπ' ἀρότου, admonẽs, ut sic petereret hostem, quemadmodũ uomere solet uulnerare terrã. Hac uoce rediit animus iu-

ueni, vicitq; Idem postea bis uicit Pythia octies Nemea, item octies Isthmia, auctor Pausanias.

Summis ingredi pedibus.

Qvi clanculum, aut cautim, ac pedetentim, quod aiunt, conantur aliquid, summis pedibus ingredi dicuntur. Græci iucundius efferunt aduerbio composito, ἀκροποδιστί. Idem ualet illa: Suspenso gradu, & suspensis pedibus. Traductum a gestu eorum, qui sic ingrediuntur, ut strepitum pedum nemo sentiat: aut qui uię diffisi, cautim & leuiter figunt uestigia. Aliquanto diuersius est, quod est apud Platonē in Lachete: καὶ οὐδὲ ἄκρῳ ποδὶ ἐπιβαίνοντας, id est, Ne summo quidem pede ingredientes, quod pertinet ad illam formā: Summis labris degustare, Summis digitis attingere.

Cęlum digito attingere.

Proverbiali nimirum hyperbole, digito cęlum attingere dicuntur, qui longe supra mortalium conditionem, ac diis proximi esse uidentur. M. Tullius ad Atticum lib. 2. Nostri autem principes digito se cælum putant attingere, si nulli barbati in pitcinis sint, qui ad manum accedant. Cognatum illi, quod alias ex eodem retulimus: In cęlo esse. Ad consimilem modū Horatius:

Quod si me lyricis uatibus inseris,
Sublimi feriam sidera uertice:

Ouidius:

Huic tu cum placeas & uertice sidera tāgas.

Et apud Theocritum in Hodęporis:

Οτι πόκ' ἤδη.
Αὐσάμιν ἢ ἄμνον, ἐς οὐρανὸν ὑμμιν ἀλεύμαι, i.
Agnum quādo tuli, vobis in sidera abibo.

Lysimachus cum ad Thraciam peruenisset, uelut occupatis extremis regni finibus, Nunc, inquit, Byzantii ad me ueniūt, posteaquam cælum attingo lancea. Eam uocem insolentissimam ita castigauit Pasiades Byzantius, qui tum forte aderat, ut diceret: Abeamus, ne lanceæ mucro cęlū pertundat.

Corinthiari.

Κορινθιάζεις veteres vulgato ioco dicebant eos, qui scortationibus ac lustris indulgerent, quive lenocinium exercerent. Sumptum est a meretricibus Corinthiēsibus, de quibus suo loco dictum est. Tātus enim illic honos habebatur meretricibus, vt, quemadmodum ex auctoribus docet Athenæus, illic in templo Veneris prostarent, atque in solemnibus precibus illud addi solear, ut dii augerent meretricū numerum. Quin & illud refert, meretrices facto sacro Veneri, ciuitatem extremo periculo laborantem seruasse placata Venere. Prouerbii meminit huiꝰ Stephanus de vrbibus, Aristophanis allegans Cocalum.

Si tanti uitrum, quanti margaritum?

Divvs Hieronymus in epistola quadā ad Demetriadem uirginem: Solent miseri parentes, & non plenæ fidei Christiani, deformes, & aliquo mēbro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, uirginitati tradere, si tanti, ut dicitur, uitrum, quanti margaritum? Vtitur eodem complusculis alibi locis, usurpatur & a Tertulliano in libello ad martyres. Hoc dicto summa rerum inæqualitas significabatur. Inter gemmas prima laus olim fuit unionibus, uitrum uilissimum: & tamen gemmas nonnihil imitatur. Si tanto studio curas, ut uiuat corpus, quam est dāda opera, quò uiuat animus? Si nihil non facis, quo placeas homini principi, quāto magis enitendum, ut placeas principi deo. Si tantis sudoribus parantur opes perituræ uel vsu, uel furto, cur non magis incumbimus, ut cælestes opes accumulemus? In his & huiusmodi locus erit prouerbio.

In culmo arare.

Επὶ καλάμυς ἀρᾶν, i. In stipula arare, dicuntur, qui labore numquam intermisso uim mentis exhauriunt: aut qui numquam desinunt ab amicis petere quod debet. Sumpta metaphora a nimium auidis agricolis, qui segetem non patiuntur umquam interquiescere: sed assidua cultura succum omnem soli exhauriunt, statim a messe, nouam ingerentes sementem. Suidas citat ex Lysia.

Taciturnior Pythagoreis.

Σιωπηλότερος ἔσομαι τῶν πυθαγόρα τελεθέντων, i. Taciturnior ero, q̄ hi, q̄ Pythagoræ

ræ sunt initiati. De uehementer taciturnis vsurpari solet. Sumptum à Pythagorę schola, in qua quinquenne silentium indiceba tur auditoribus, quā ἐχεμυθίαν uocant, à cohibendo sermone. Suidas prouerbij titulo refert, & Zenodotus in collectaneis.

Attagenæ nouilunium.

Ἀπαγᾶς νουμηνία, i. Attagenę nouilunium. Refertur à Suida: neq; explicatur, nisi quod è diuersis locis haud difficile coniectura colligi potest, dictum fuisse in turbam abiectorum & seruilium hominum. Siquidem Attagen auis est palustris, uersi coloribus plumarum maculis distincta: un de seruum hominem stigmaticum, & cui tergum ob plagarum uibices, uarijs punctis esset picturatum, Attagenam uocabāt. Porro ad nouam lunam, sic enim Græci vocant initium mensis, dum Kalendas non habeant, & serui distrahebantur apud Athenienses, & militum delectus agebatur.

Viuus, vidensque.

Qvod in Eunucho dixit Terentius: Viuus, videsq; pereo, M. Tull. indicat prouerbiali figura dictum esse. Sic enim scribit in oratione pro P. Sextio: Ille Cyprius miser, qui semper socius, semper amicus fuit, de quo nulla vmquā suspicio durior ad senatum, aut Imperatores nostros allata est, viuus, ut aiunt, & uidēs est cum uictu suo, ac uestitu publicatus: Vsurpat aliquot locis & D. Hieronymus. Quin & illud quoque cū uictu suo, ac uestitu prouerbium sapit.

Præstat habere acerbos.

M. Tullius in dialogo De amicitia. Scitū est enim illud prouerbiū Catonis: Multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quā eos amicos, qui dulces uideantur. Equidem, ut præclaram esse sententiā fatemur, ita prouerbium esse negamus. Primum, quod nullam omnino prouerbij speciem præ se ferat: deinde quod prouerbia vulgi, sunt, non huius aut illius. Vnde legēdum arbitramur. Scitum est enim illud Catonis, aut illud uerbum Catonis: tamen ad scribendum putauimus, ne quis indiligentia prętermissum existimaret.

Columnas rumpere.

Ælianvs prodidit in Samo quondam fuisse animalia uasta magnitudine, Neades uocantur, quorū uoce terra rumpereī. Vnde prouerbium natū in clamosos & improbe loquaces, ut postes, & columnas dicātur rumpere. Vsus est eo Virgilius in Philistū tabulam, & obtrectorem. Item Iuuenalis:

Frontonis platani conuulsaq; marmora clamant.

Leporis uita.

Λαγῶος βίον ζῶν, i. Leporis uitā uiuere dicuntur, qui semper anxi trepidique viuunt. Quod id animal omnium prædæ expositum, ne somnum quidem capit, nisi oculis apertis. Demosthenes in Aeschinē: Λάγω βίον ἕξης δέδιως καὶ τρέμων καὶ ἀεὶ πληγήσεσθαι προσδοκῶν, i. Leporis vitam viuebas, timens ac tremens, ac semper exspectans ut uapulares. Vsus est & Plutarchus in libello: περὶ φιλοπλουτίας, quem pridem Latinū reddidimus. Λαγῶν δειλότερι. scripsit Athanasius in apologia 1. & apud Strabonem: Phrygijs leporibus timidior, de quo dictum est alias per occasionem.

Victi non audent hiscere.

Νικῶμενοι ἄνδρες τῇ ἀγρυξίᾳ δέδεσται, i. Qui uincuntur silentio uincti sunt. Plutarchus in libello, cui titulus: Quo pacto quis utilitatem capere possit ex inimicis, citat ex Pindaro. Conuenit cum illo, quod alibi retulimus: Quid, nisi dolor uictis? Est autem uerbum perquam elegās ἀγρυξία, ubi quis non audet hiscere, à uerbo γρύζειν, de quo non semel dictum est.

Thersitæ facies.

Θερσίτειον βλέμμα, i. Thersitica facies. De prodigiose deformi dici solitum, quod Homerus scripserit hunc omnium, qui ad Troiam uenissent, fędissimum fuisse. Ac totum hominem à capite, quod aiunt, usque ad pedes ita graphice depingit, & corporis uitia, & animi morbos, ut dicas, pessimum ingenium in domicilio se digno habitasse. Locus apud Homerum est Iliad. lib. 2. notior quām ut hic referat adducere. Venustius erit, si ad animum transferatur, uelut si de formoso, sed moribus improbo dicas: Si corpus aspicias, Nireas est: si aīum, plusquā θερσίτειον βλέμμα reperies. Adagij mentionem fecit Suidas.

Picifer.

Κιττοφόρος, i. Pacifer, vulgare cōuicium

Videtur in hominem infimum & despicatissimæ sortis. Siquidem Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte dicit Aeschinē hoc nomine ab aniculis compellatum, quē admodum & λικνοφόρον, quod picas & uannos capite baiularet. Nam his in mysterijs Bacchanalibus utebantur, quod ea auis sacra sit Baccho, & uannus in omnibus mysterijs adhibebatur. Vnde Maro.

-Et mystica vannus Iacchi.

In numerato.

In numerato habere, si ad aī rem transferatur, prouerbij rationē habuerit, uelut Octauius Augustus, ut refert Seneca, pronunciauit de Vinitio oratore, quod ingeniū in numerato haberet: propterea q̄ in caussis agēdis ingenio esset pręsentissimo, & quidquid alijs præstaret diutina cogitatio, id illi prima statim animi intentio daret. Sumptum est ab his, qui res suas ad certissimū calculum redegerunt, hoc est, ad pecuniam numeratam. Quintilianus in sexto: De actore, inquit, facile dicente ex tempore dictum est olim, ingenium eum in numerato habere. Vide puerbium Numero dixisti.

Quantum habet.

Quantum habet quisq;, tāti fit. Quod scripsit Horatius in lib. 1. Serm. Satyra 1.

Nil satis, inquit, quia tanti, quantum habeas, fis.

Item Iuuenalis satyra tertia.

Quantum quisque sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet & fidei,

Non recēsuissemus inter prouerbia, ne quis clamaret nos sentētias collegisse, nō adagia, nisi D. August. in libro de disciplina Christiana nominatim prouerbij titulo citasset. Vnde & illud prouerbiū, inq̄t, Quantum habebis, tantus eris. Quamquā & Horatius satis indicat vulgo iactatam sentētiam eo quod eadē Satyra præcessit:

At bona pars hominum decepta cupidine falso.

Vsurpat & Apuleius in Apologia: Tāti re uera estis, quantum habetis. Videt ex Euripide uenisse in vulgi sermonē. Cuius & hūc uersum inter cęteros refert Seneca:

Vbiq; tanti quisq;, quantū habuit, fuit.

Imis ceris eradere.

Imis ceris eradere, pro eo, quod est: Delere penitus, sic ut nullum omnino memorię pristinæ uestigium extet. Sumptum ab his, qui in ceratis scriptitant tabulis. hismos est ita nonnunquam uersum stylum per summū æquor ceræ ducere, ut qualiacunque tamen priori scripturæ remaneāt uestigia. Aliquoties funditus delent. Conueniet in profundam obliuionem uel amicorum, uel pristinæ fortunę, uel si quid est simile.

Macilenta manu pinguem pedem.

Hesiodvs in opere quod inscripsit. Opera, & dies, uelnt ęnigmate quodam explicauit paupertatem:

Λεπτῇ δὲ παχὺν πόδα χειρὶ πιέζοις. i.

Gracili autem manu pinguem pedem pręmas.

Manus enim gracilescunt fame, pedes intumescunt frigore. Carmen sic habet.

Μὴ σὲ κακῷ χειμῶνος ἀμηχανίῃ καταμάρψῃ
Σὺν πενίῃ, λεπτῇ δὲ πάχυν πόδα χειρὶ πιέζοις. idest,

Ne te deprēdant inopem mala tempora brumæ,
Atque pedem pręmere incipiat manus arida pinguem.

Venustius erit, si lōgius transferatur ad uiaticum parandum senectuti, aut similia.

Non semper erit æstas.

Ad eundem ferme sensum pertinet & illud ex eodem libro.

Οὐκ ἀεὶ θέρος ἔσεται ποιεῖσθε καλιάς. i.

Aestas non semper fuerit, cōponite nidos.

Non semper uirebit ætas, para, quo se recipiat senectus. Aut, non semper erit prospera fortuna, munias animum philosophiæ decretis, quo fortunā aduersam possis contemneres Admonet & Cato agricolas: Cogitent, quàm longa sit hyems. Notus est apologus de formicis exprobrantibus cicādæ, quod totam æstatem nihil aliud quàm cecinisset otiose, eoque mendicaret in hyeme. Hoc dictum oportuit adolescentum pilis inscribi. Neque enim tantum admonet parandam esse rem in senectam. uerumetiam eruditionem, virtutem, honestam famam, quæ præsidia sunt optima senectutis.

Cum ex ossis suum rodis pedem.

Consimili figura significauit egēstatem in eodem opere.

Οτ'

Οτ' ἀνοστέος οὐ πόδα τένδει, i.

Quando pedes edit ipse suos is qui caret osse.

Exossem uocat Polypum, quod ossibus careat. Is creditus est nonnullis sua brachia rodere, cum deest cibus. Est enim edacissimus, quamquam Plinius existimat id illi accidere a conchis, verum pręcisa renasci credit, quemadmodum caudas lacertis. Alcæus apud Athenæum lib. 7.

Ἔδω δ' ἐμαυτῶς πολύτους, i.

Comedo meipsum more Polypi,

Vnde & αὐτοφάγος dictus. Verū hanc opinionem & Athenæus reijcit.

Centum plaustri trabes.

Tam simile est prouerbio, quàm est ouum ouo, quod scripsit Hesiodus in eodē opere, cui titulus: ἔργα καὶ ἡμέραι,

-Ἑκατὸν δὲ τε δόραθ' ἁμάξης, id est,

Cētum autem lignis plaustrum compingitur unum.

Eo tempestiuiter utemur, cum significabimus id, quod a nobis petitur, magno cōstare. Facile enim alienis utimur, non expendentes quanti constiterint ei, qui præbet. Carmen Hesiodi sic habet:

Ῥηΐδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν, βόεδος καὶ ἅμαξαν
Ῥηΐδιον δ' ἀπανήνασθαι, πάραδ' ἔργα βύεσι,
Φησὶ ἀνὴρ φρένας ἀφυνειὸς πήξασθαι ἅμαξαν
Νήπιος, ὃ δὲ τόγ', οἱ δ' ἑκατὸν δὲ τε δόραθ' ἁμάξης, i.

Nam dictu est procliue, dato plaustrūq; bouesque
At procliue negare, sed en tauris labor instat,
Cogitat, est animo diues, compingere plaustrum
Stultus & haud nouit, centum id compactile lignis.

Itaque quoties ad id, quod molitur aliquis, pluribus adminiculis opus est, uelut ad gerendum magistratum, ad scribēdum librū, ad munus concionandi, ad instituendam familiam, ad longinquam peregrinationem, non ineptè usurpabimus Hesiodi verbum: ἑκατὸν δὲ τε δόραθ' ἁμάξης.

Araneas eijcere.

Habet illud quoq. prouerbii speciem, quod est apud eundem in eodem opere:

Ἐκ δ' ἀγγέων ἐλάσειας ἀράχνεια. id est,

Vasis eijcias, quas nectit arenea telas.

Sic. n. significant inanitatem & inopiam etiam hodie. Ad eundē modum Catull.

-Nam tui Catulli
Plenus sacculus est aranearum.

Quo dicto nūc nihil est vulgo vulgatius. Lucianus in Pseudologista: ἀράχνος καὶ ἀραχνίων μέστα, i. Carie & araneis differta.

Muris circumcurrentibus.

Τῶν τοίχων περιτρεχόντων, i. Parietibus circumcurrentibus. Plutarchus in Sympo siacis decade septima problemate quinto, indicat muliebre fuisse prouerbium, quo secretum significabant, muris videlicet testes & arbitros arcentibus. At bonorū uirorum huiusmodi voluptates etiam ac lusus ait oportet esse, ut nihil egeant uallo parietum. Licebit vti, cū significabimus aliqd ali monstri, & ob id captari secretum.

Κερασβόλος.

In eodem opere problemate secūdo, docet homines præfractos, & asperis motibus, & intractabiles κερασβόλους uocari solitos, quam uocē haud satis cōmode verteris Latine. Sumptā autem metaphorā ab agricolis, apud quos semina quæ prius q̄ in terrā decidant, incidant in cornu boū, κερασβόλα, dicantur, παρὰ τὸ εἰς κερασβάλλεσθαι. Hæc aiunt prouenire cæteris multo duriora, unde & ἀτεράμονα uocātur. Qui scripsit etymologicō, indicat hāc uocem semel duntaxat usurpatam a Platone, sumptamq; a leguminibus, quæ nec igni, nec aqua mollescant; cuiusmodi quædā uidemus admixta leguminibus minuta nigraq;. Locus est apud Plat. lib. De legib. 9. Quo quidē loco uidetur interpres ignorasse quæ sint κερασβόλα. Vertit. n. legumina fulminis tactu prædura, quasi dictum esset κεραυνοβόλα. Porro cur id accidat, ut semina quæ in cornua boum impegerint, aut non proueniat, aut proueniant ficciora durioraq; Plutarc. hanc affert caussam, quod ea quæ a manu calida statim excepta terra fouentur, magis adiuuantur calore, qui seminibus est amicus. At quæ in cornua incidant, proiecta magis uidētur quā seminata, & mora frigus colligunt. Theophrastus dubitat num friuolum sit quod de cerasbolis iactant agricolæ.

Respublica uirum docet.

Πόλις ἄνδρα διδάσκει, i. Respublica uirū docet. Significat neminē ad rem geren-

dam idoneũ esse posse, nisi qui sit usu exercitatus. Plutarchus citat ex Simonide, tãetsi hemistichium carminis heroici. Quantumlibet diu uersatus in agro, nõ fies idoneus administrandæ reipublicæ nisi vixeris in foro, in curia, in frequenti populo. Allusit huc Socrates Platonicus, cum inuitatus ad loca amœna in agris, respondit se cupidum esse discendi, arbores autem nihil docere.

Faber cum sis.

PLVTARCHS in præceptis ciuilibus, senarium haud dubie prouerbialem, ex Euripide citat:

Τέκτων γὰρ ὤν, οὐκ ἔφραπες ξυλουργικά.

.i. Cũ sis faber, opera haud facis fabrilia.

Congruet in eũ, qui tentat ad quę non est idoneus, uel ob imperitiam, uel ob naturam alienam, ueluti si quis infans & ad persuadendum ineptus, suscipiat legationem, aut indiligens dispenset rem domesticã: aut senex, siue iualidus militiã capessat. Iamdudũ & illud Horatianũ cessit in prouerbium, quod hinc imitatũ videtur,

Tractant fabrilia fabri.

Aquam igni miscere.

INTER prouerbia, quibus ἀδιώατον significamus, referendũ & illud: πῦρ ὕδατι μιγνύναι, i. Ignẽ aquę miscere. Plutarchus in libello, cui titulũ fecit: περὶ φρόνησεως, adducit huius prouerbii testimoniũ, studens probare aquæ proprium esse frigiditatem, potius quam aeris. Pugnat autem utraque qualitate ignis cũ aqua, quippe calidus & siccus cũ humida & frigida. Narrat eodem in loco morem fuisse apud Persas, ut supplex in fluuium descẽderet, ignẽ gestãs, minitans ni consequeretur quę petebat, se ignem missurum in aquam. Atq. ad eum modum impetrabat quidem quæ rogabat, sed mulctabatur, quod minatus esset se facturum id, quod esset contra rerum naturam. Nam aqua hostis est ignis, eumq; semper extinguit. Id supplicandi genus apud barbaros maximum habebatur, & in quo non esse fas recusare quod petebatur. M. Tull. Philippica 13. Prius unda cum flamma redibit in gratiam. Rursus prius undam flammamq. ut ait poeta quispiam, prius deniq. omnia, quam aut cum Antonijs Respub. aut Antonii cum Rep. redeant in gratiam.

Velut è specula.

Ὡς ἀποσκοπιάς, i. Velut è specula. Similitudo prouerbialis, cum quis rem uelut oculis subiectam, totam undiq. contemplatur. Siquidem ex alto commodissime spectantur omnia, propterea quod nihil obstet, quod impediat prospectum. Vtitur Plutarchus in libello, cui titulus: De Romanorum fortuna.

Velut in cratere.

Ὥσπερ ἐν κρατῆρι φιλοτησίῳ, i. Velut in cratere philotesio. Prouerbialis & hęc collatio, qua significabimus res anteà turbulentas componi, sedariq; & prius inter sese inimicos in gratiam redigi: Dicitur aũt crater philotesius, quem in conuiuiis porrigunt aliis alii, ceu amicitiæ symbolum, ac pignus. Veluti qui filiam alicui desponderet futuro genero prælibãs φιλοτήσιον κρατῆρα porrigebat. Scythæ quoq; amicitias, quarum sunt pertinacissimi, cratere conciliabant, ut testatur in Toxaride Lucianus. Quin & CHRISTVS ipse nostræ religionis princeps, arcanam illam cũ suis amicitiam poculo consecrauit.

Sero uenisti.

Ὀψὲ ἦλθες, i. Sero uenisti. Competit in eos, qui post tempus rem aliquam aggrediuntur, ueluti si iam ætatis uitio frigida uxorem paret duceret, aut grãdior literas addiscere. Natũ ex oraculo, quod Pythia uates edidit cuidam consulenti, num deberet ad rempublicam tractandam accedere: ὀψὲ ἐμ' ἦλθες ἀρχῶν καὶ δημαγωγίαν διζήμενος, καὶ παρῶραν σφαλήσῃ κόπεις θύραν. i. Sero uenisti, me de principatu & reipublicæ administratio consulens, & alieno tempore militia pulsas ianuam. Meminit Plutarchus in commentario, cui titulus: εἰ φρονεστέρῳ πολιτευτέον.

Prius antidotum, quam uenenum.

DIVVS Hieronymus aduersus Ruffinũ respondens, Quomodo eorum prefationes librorum, quos nescias, accuses, quæ quodam uaticinio futuræ calumnię respõderunt, implenter prouerbium, Prius antidotum quam uenenum, subaudi adhibes. Cõuenier uti, quoties aliquis se purgat antequã accusetur. Antidotus. n. aduersus venena datur, Hãc nemo sumit, nisi gustato

ueneno. Quamquam sunt qui se præmuniant antidotis, ne noceat, si fors contingat sumere toxicum. Quemadmodum fecisse legimus Mithridatem.

Statua taciturnior.

HIS etiam temporibus in prouerbio est: Statua taciturnior. In hominem uehementer infantem, ac tacitum. Vsus est hyperbole Horatius in epistola ad Iulium Florum.

Statua taciturnius exit
Plerumque & risum populum quatit.

Itidem Iuuenalis diuitem quempiam, sed infantem & indoctum, Mercurii statuę similem facit.

Truncoque simillimus Hermæ.

Consimili forma D. Chrysostomus lib. περὶ ἱεροσύνης. 6. de tardo & stupido, τοῦτο δὴ τὸ ἡμέτερον τῶν λιθίνων οὐδὲν διοίσει, i. Tum illud, quod Græci dicere solemus, a saxeis nihil differet. quod & alibi retulimus. Xenophon i Symposio: ἐκείνων γοῦν μὲν ἂν ἥδιον φωνὴν ἀκούσαις, ἢ τῶν λιθίνων. i. Illorum igitur uocem minus audias, quã saxearum statuarum. Statuæ frequenter habent speciem sapientum, & eloquentiũ uirorum, ipsæ tamen nihil loquuntur.

Hoc noueram prius quàm.

PLVTARCHVS in libello, cui titulus: Philosophũ maxime debere disputare cũ principibus, irridens eos qui duplicem facerent philosophiæ rationem, alteram in affectibus sitã, quæ a Mercurio Hegemone, id est, ductore proficisceretur: alteram in efferendo positam, quã Dictorus Mercurius, idest, nũcius largiretur: ἔωλον ἔστιν, inquit, καὶ ὑποπιπτέτω τῷ τυτοὶ μὴ ἤδειν πρὶν θεόγνιν γεγονέναι, i. Friuolũ & obsoletum est, coniungaturq; cum illo: Hoc noueram antequã Theognis natus est. Vsurpat idem in eandem sentẽtiam, in libello, cui titulus. περὶ τοῦ μὴ χρῆν ἔμμετρα νῦν τὴν πυθίαν, citãs è comico quopiã. A. Gel. libro primo, Noctium Atticarum, capite tertio, citat ex Lucilio. Contra patriam, inquit Cicero, arma pro amico sumenda non sunt. Hoc profecto nemo ignorauit, & prius quam Theognis, ut Lucilius ait, nasceretur. Non est dubitandum, quin hic senarius sit prouerbialis, quo rem frigidam & ineptam significabant. Apparet sumptum a Theognide tragœdiarum scriptore, quem frigidissimum fuisse testatur Suidas, & ni fallimur memoria, Plato. Nã fuit huius nominis alter quoque cuius extant sententiæ.

Phocensium desperatio.

Φωκέων ἀπόνοια, siue φωκικὴ ἀπόνοια, i. Phocensium, siue Phocica desperatio de stultis & insanis consiliis dici solitum admonet Stephanus. Verum ex Plutarcho Cheronensi conijcere licet dici solitũ, vbi desperatis rebus ad extrema consilia ueniretur. Natum est autem ex euentu huiusmodi: Atrox odium & irreconciliabilis simultas, atq. ut Plutarchi dicamus uerbis, ἄσπονδος πόλεμος erat inter Thessalos & Phocenses: quod hi primores illorum in suis urbibus, ad unũ omnes eodem die trucidassent, illi uicissim illorum obsides ducẽtos quinquaginta in crucẽ sustulissent: Deinde Thessali contractis omnibus copijs, per Locrenses irruperunt, edicto promulgato, ne cuiquam prouectioris ætatis parceretur: pueri cum mulieribus in seruitutem abducerentur. Daiphantus itaq; qui fuit unus è tribus, quibus Phocensiũ res erat cõmissa, suasit uti uiri quidẽ Thessalis obuiam irent, cum illis conflicturi, cęterum mulieres vna cum liberis, ex vniuersa Phocide congregatas, in uno quopiam loco seponerent, congesta ingenti lignorũ materia: & adhibitis custodibus mandarent, ut simulac intellexissent se uictos in prælio, continuo pueros & uxores iniecto igni exurerent. Id reliquis cõprobantibus, exurgens quidam negauit æquum fieri, ni consilium hoc, uxorum quoque suffragiis comprobatum fuisset, quod si non placeret, non esse cogendas. Itaque mulieres, ubi rem cognouissent, ipsæ inter se habito consilio, Daiphantum collaudarunt, q. rectissime consuluisset Phocensium rebus. Eadem autem uideri & vxoribus & liberis eorum. His ita peractis, congressi cũ Thessalis Phocenses, superiores extiterunt. Ac decretum quidem illud Græci Phocẽsiũ desperationem appellarunt, quod etiam si feliciter cessisset, tamen temerarium parumque cordatum uideretur. Huiusmodi ferme Plutarchus. Similia fere narrat Pausanias in Phocicis. Meminit & prouerbii, quod ait ex hoc euentu dici solitũ: ἐπὶ πάντων βελτιόνων ἀναλγήτων, hoc est, de oibus cõsiliis quę carẽt dolore.

Meminit & Stephanus indicans dici solitum: περὶ τὰ ἀναλῶν βαλλομένων.

Extremum occupet scabies.

OLIM pueri cursu certantes, clamare solebant: Occupet extremum scabies, adhortãtes hac uoce singulos ad cursum, ac male precantes ei, qui fuerit omnium postremus. Id deductum est in adagium, quo utebantur, qui significarent sese quocunq; modo uelle uincere, neque commissuros, ut inter postremos sint. Ita qui per fas nefasq; rem augent, possunt alio uocanti respondere: Extremum occupet scabies. Quamquam nihil uetat, quo minus in bonam partem detorqueamus, ut si quis summis uiribus adnititur, ne ab æqualibus, eruditione, aut recte factis aut officiis ab amico superetur, dicat: Occupet extremũ scabies. Hoc igitur prouerbium pueris acceptum ferimus, quemadmodum & illud: τὶν κῆ σαυτὸν ἔλα. Vsus est Horatius in Arte poetica:

Occupet extremũ scabies, mihi turpe relinqui est.

Originem Acron indicat.

Ἡμερόκοιτος.

VVLGARI ioco fures dicti uidentur ἡμερόκοιτοι, quod interdiu dormiãt, noctu vigilent. Sic enim Hesiodus in Operibus, ac diebus:

Μήποτε σ' ἡμερόκοιτος ἀνὴρ ἀπὸ χρῆμαθ' ἕλητα. id est,

Ne solitus dormire die tua tollere possit.

Apte torquebitur in tollionem, & furacem. Est & piscis eiusdem nominis, ut indicat Suidas, Phoca opinamur.

Ne uni naui facultates.

QVIN illud etiam ad prouerbiorum classem, si longius deflectatur, referendũ uidetur, quod est in eodem opere:

Μήδ' ἐπὶ νηυσὶν ἅπαντα βίον κοίλησι τίθεσθαι, i.

Ne bona tu pandis ratibus semel omnia mandes.

Ne quid aggrediaris, in quo sint vniuersa periclitanda. Non omnis statim alea iacienda est. Periculosa est nautica negotiatio. Naufragium enim tollit omnia. Tutior est cum terra commercium. Alibi retulimus dictũ Laconis, qui negabat sibi placere diuitias, quæ penderent à funibus.

Vrit absque torre.

VERSVM hunc ceu prouerbialem subinde Plutarchus usurpat:

Εὔει ἀτὲρ δάλοιο χὠ ὠμῷ γήραι δῶκεν, i.

Exurit sine torre, grauiq; dat illa senectæ.

Nẽpe vxor improba, quæ moribus suis senium uiro præmaturum conciliat. Idẽ lepidè transferetur ad auaritiam, ad ambitionem, ad inuidiam, amorem obscenum, similiaq; animi uitia, quibus obnoxii torquentur & contabescunt.

Adhuc cælum uoluitur.

QVOTIES significabimus adhuc superesse spem, & nondum omne tempus, quod melioris fortunæ solet occasionem adducere, exactum esse, conueniet illud Theocriteum ex Charitibus:

Οὔπω μῆνας ἄγων ἕκαμ' ὠραγός, οὐδ' ἐνιαυτούς, id est,

Nõdum defessus prouoluere desijt æther Menses, atque annos.

Quod enim unus annus negat, alter vltro defert.

Multæ rotæ uoluentur.

PROVERBIALITER extulit & ad eandẽ pertinet sententiam, quod proxime consequitur:

Πολλοὶ κινήσουσιν ἔτι τροχὸν ἅρματος ἵπποι. id est,

Permultus voluetur adhuc rota mota caballis:

Idest, Multum adhuc temporis restat, multæq; rerum incident mutationes. Quod quidem adagium & hodie nostrati uulgo in ore est, Frigidius enim est quod quidã interpretantur de certaminibus Olympiacis, de quibus illic non agit poeta in carmine Bucolico.

Ne nomen quidem.

PROVERBIALI figura dictum est, & illud in eadem Ecloga.

Βοᾶς δ' ἔτι μηδ' ὄνομ' εἴη, i.

Vlterius nec nomen erit belli atque tumultus.

Ceruus canes trahit.

INTER adagia quibus ἀδύνατον, seu præposterum quidpiam significamus, adnumerandum & illud, quod est apud Theocritum in Thyrside:

Τὸς

Τὸς κυνὰς ὁ ἔλαφος ἕλκει, i.

Canes ceruus trahit.

Præposterũ enim est, ut ceruus uenetur canes. Carmen Theocriti sic habet:

Δάφνις ἐπεὶ θνάσκει, καὶ τὸς κυνὰς ὦ ἔλαφος ἕλκει. i.

Posiquam Daphnis obit, ceruus trahat ipse molossos.

Ad consimilẽ formã Virgilius in Pharmaceutria:

Nunc & oues ultro fugiat lupus.

Bubo cani luscinia.

ITEM illud quod proxime cõsequitur:

Κὴξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαντο, i.

Buboq; montanus philomenis occinat ipsis.

Cum infans suadere conatur eloquẽti, aut ineruditus docere doctissimum.

Nẽuidit quidem oleum.

ECLOGA cui titulus: νομεῖς, scatet prouerbialibus sententijs ac figuris, quarum de numero primum est illud:

Καὶ πόκα τὶν ὀφθαλμεῖσιν ἔλαιον ὀπώπει, i.

Et quando ille oculis, oleum cõspexerat vnquam?

Conueniet in eos, qui sunt artis alicuius prorsus rudes, & imperiti. Veluti si quis profiteatur rem medicam, qui numquam didicerit quidquam illius artis, venuste notabitur hoc versu:

Καὶ πόκα τὶν ὀφθαλμεῖσιν ἔλαιον ὀπώπει, i.

Vngebantur. n. athletę, quò mẽbris euaderent durioribus, unde per oleũ significãt certamen. Quanquã scholia declarãt quosdam hoc ad arborẽ referre, quod in Olympiacis oleastro siue olea coronari solebãt.

Et me mater &c.

ITEM illud, quod in eadem sequitur:

Κὴμ' ἔφαθ' ἁματὴρ πολυδύκεος ἡμὲν ἀμείνω, i.

Me quoq. pollucẽ mea mẽ uincere dixit.

Cum quis anteponitur, aut æquatur iis, cum quibus nullo modo conferendus est. Matres enim amore cæcutiũt in filios, & formosissimos putãt, q̃ sunt deformes, fortissimos, q̃ sunt ignauissimi. Porro Pollux pugil optimus fuisse creditur teste Flacco:

Castor gaudet equis, ouo prognat' eodẽ Pugnis.

Suade lupis, ut insaniant.

RVRSVM in eadem:

Πείσαι τοὶ μίλων καὶ τὸς λύκως ἀυτίκα λυσσῶν, i.

Hoc quoque Milo lupis mox persuadeto rabire.

Vbi quis animum inducit ad rem stultissimam, quam non aggrederetur, nisi insanus. Nam lupi insaniunt uel sua sponte, ve luti si quis tyrannum instiget ad crudelitatem, cum plus satis sæuiat suopte ingenio. Rabies proprie canum est, unde Scholiastes Theocriti putat hoc uelut absurdum proponi. Sed canes aliquando rabiunt, lupi nunquam non rabiunt.

Rore pascitur.

IN hominem prætenui corpore, quadrabit illud ex eodem Idyllio, quod dictũ est in uitulam macram:

Μὴ πρώκας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ,

Dores enim rorẽ appellant πρώκα, qd πρωΐ, id est, mane cadat. Porro cicadas tore ali, testis est Plinius lib. 11. cap. 36. Orẽ carent, sed habent in pectore fistuloso qddam aculeatum linguis simile. Eo rorem lambunt. Cum excitatæ subuolant, reddũt humorem, quod solum argumentum est illas rore pasci. Neque enim ad excrementa corporis ullum foramẽ est. Vnde Maro:

Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadæ.

Venustius erit, si trãsferatur ad ingeniũ, siue stylũ ieiunum & aridũ. Aut per ironiã, in hominem uehementer obeso corpore:

Tuam ipsius terram calca.

Cum iubebimus cuipiam, ut suo loco se contineat, neque se recipiat in nostra, quadrabit illud ex eiusdem Hodęporis:

Τὰν σαυτοῦ πατέων ἔχε τὰς δρύας, i.

Quin propriam calcans terram, querceta teneto.

Conueniet, ubi parum fidemus alicui, nec uolemus domesticam recipere consuetudinem.

Ne fascines.

Ἵνα μὴ βασκαίνῃς μὲ, id est, Ne me fascines. Dici solitũ vbi quis rem suauẽ nactus, præsentibus impartit aliquid, ne solus fruens alios contristet. Indicat hoc Aristoteles sectionis uigesimæ problemate 24.

Vbi

Vbi de mensa communi aliquis sibi priuatim sumeret aliquid, intuenti communicans dicebat, ne me fascines. Itaq; sumpturi cibum prius edebant rutam, ceu remedium aduersus fascinum. Tum.n. metuebãt noxam fascini, quoties uel auidius uescerétur, uel alicuius incommodi suspitione tenerentur, aut cibum haberent suspectum quem cupiebant. Ita fiebat, ut semper cum perturbatione uel biberent uel ederent, flatu simul hausto, qui si expellitur, simul exit cibus, si retinetur, mouet tormina. Itaque ruta prius comesa, & stomachum & reliquum corpus calfacit, ut spiritus ille inclusus discuti atque abigi possit. Vnde & illud puerbiale quidam habet, ruta opus est, ubi significabimus periculum cuiuspiã incommodi, quemadmodum de baccare, & apio diximus alias.

Non omnis fert omnia tellus.

VT Virgilianum illud: Non omnis fert omnia tellus, prouerbium erit, si traducatur ad diuersas ingenij dotes, aut nõ quiduis à quouis esse petendum: ita prouerbij rationem habebit illud Theocriticum, ex Cyclope:

Ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεος, τὰ δὲ γίγνεται ἐν χειμῶνι. idest,

Illa quidem producit hyems, illa educat æstas,

Cum significabimus aliud agendum iuueni, aliud seni, alijs atq; alijs temporibus diuersis moribus utendum. Quid autem quæq; ferat tellus, eleganter describit Virgilius in Georgicis, & Hermippus apud Athenæum lib. primo.

Dum virent genua.

NEC illud caret prouerbij specie, quod est apud eundem in Thyonicho:

Ποίειν τὶ δεῖ οἷς λόνυ χλωρὰν. idest,

Quando uirent genua, tum aliquid facia mus oportet.

Studendum bonis literis, dum adhuc uiget ingenium.

Ducenda est, uxor sed iuueni. Consimilem ad modum Horatius:

-Dumq; uirent genua,

Et decet, obducta soluatur frõte senectus.

Quamquam hæc ipsa figura, genu uiret prouerbialis est, quoties iuuentutem significamus.

Neque pessimus, neque primus.

MEDIOCRITATEM hoc pacto significare licebit.

-Οὔτε κάκιστος

Οὔτε πρᾶτος. idest,

-Neque pessimus, at nec

Primus,

Lepidius fiet, si ad ingenij laudẽ transferatur. Nam apud Theocritum in Thyonicho de milite dictum est, qui seipsum modeste iactat.

Scit quomodo Iuppiter duxerit Iunonem.

IN curiosos, & quid quisque domi faciat peruestigantes, conueniet illud ex Syracusanis:

Πάντα γυναῖκες ἴσασι καὶ ὡς ζεὺς ἠγάγεθ' ἥρων. idest,

Nouit semineum genus omnia, nouit & illud

Iunonem quo pacto duxit Iupiter olim.

Scholiastes Theocriti putat significari fortiuas Iouis, & Iunonis nuptias, quales describit:

Εἰς δίνων φοιπῶντε φίλως ἐλάθοντο τακῆας. idest,

Coniugij subire thorum clam utroque parente.

Adiungit fabulam, quam retulit Aristoteles quidam in libro, quem scripsit de tẽplo Hermiones. Iuppiter in fidians sororis pudicitiæ, cum forte uidisset illam semotam ab reliquis dijs: nam ne dijs quidem uirginibus tutum est obambulare solas: seipsum uertit in cuculum, consedit-que in monte, qui prius dictus erat Thronax, nunc Coccyx dicitur. Eo uero die Iuppiter excitauit ingentem tempestatem. Iuno itaque sola peruenit in montem, consedit-que eo loci, ubi nunc est Iunonis Teliæ, hoc est, perfectæ templum. Cuculus autem ob tempestatem horridus ac tremens deuolauit, consedit-q; in Iunonis genibus. Eum Iuno miserta texit ueste sua. Hic rex deorum repente è cuculo factus Iuppiter, Iunonẽ cõplexus est. Cumq; illa metu matris recusaret coitum, Iuppiter pmisit se ductum illam in uxorem. Hinc natũ existimant prouerbium. Addit huius Iunonis simulacrum in templo fuisse collocatum hac imagine, ut in throno sedens sceptrum dextra teneret, in cuius fastigio sederet cuculus, uix credimus hanc fabulam

lam apud ueteres inueniri, sed suspicamur ab otioso quopiam grãmatico fuisse confictam. Adeo sapit anile quiddã. Huic simillimum est quod scribit Plautus in Trinũmo: Sciũt quid in auré rex reginę dixerit, sciunt quid Iuno fabulata cum Ioue: quæ neq. futura, neque facta, tamen illi sciunt.

Vbi paueris, impera.

IN eadem Ecloga:

-Πωσάμενος ἐπίτασσε, idest,

-Præcipito postquam satiaueris esca.

Ad eum modum respondent mulieres cuipiam obiurganti, quod loquaciores essent, & silentium imperanti. Conueniet ubi quis imperiosior est in eos, de quibus nihil est meritus.

Gallus in suo sterquilinio plurimum potest.

QVOD scriptum est in ludicro Senecę, prouerbii specie habet: Intellexit, inquit: neminem parem sibi Romæ fuisse, illicq; non habere se idem gratię, Gallũ in suo sterquilinio plurimum posse. Allusit ad Claudium Imperatorem Lugduni natũ. Hodieq; de cane uulgo dicunt, eum in suo sterquilinio plurimum audere, in alieno timidiores sumus omnes, in suo quisq. regno ferocior est, & animosior.

Isthmum perfodere.

ISTHMVM perfodere dicebantur, qui magno quidẽ conatu, sed irrito molirẽtur aliquid. Ductum ab Isthmo Corinthiaco, qui efficiebat, ut naues longo & ancipiti ambitu iuxta peninsulam circumagerẽtur. Vnde complures illum adorti sunt, qua erat angustissimus, perfodere, nempe Demetrius Rex, Dictator Cęsar, C. princeps, Domitius Nero, infausto, ut omnium patuit exitu, incepto. Auctor Plin. lib. 4. c. 4. Tranquillus ostendit, idem tẽtatum a Çaligula. Philostratus in uita Apollonii negat Neronem destitisse uictũ operis difficultate: sed quod timeret, ne admissum mare, perituræ Aeginam portenderet, aut res nouas in Imperio Romano coorituras: nã id prædixerant Aegyptii uates. Quin & ueritissimus scriptor Herodotus libro historiæ suo primo, prodidit Cnidios Isthmum qua angustissimo spatio, nempe quinque stadiorum spectabat continentem, perfodere adortos, quo insulam facerẽt, cęterũ ictos scopulos in fodientium oculos resilijsse, deinde Delphicum Apollinẽ ab eis consultum trimetris respondisse:

Ἰσθμὸν δὲ μὴ πυργῶτε, μύδ' ὀρύσσετε.
Ζεὺς γὰρ κ' ἔθηκε νῆσον, εἰκ' ἐβούλετο, i.

Neq. cingite Isthmũ menibus, neq. fodite. Nam si Ioui id uisum, locasset in salo.

Denique Nicanor Seleucus aggressus est Isthmum, qui dirimit Euxinum, & Caspium mare, nec perfecit, a Ptolęmeo Cerauno interfectus.

Lingere salem.

OLIM tenuis fortunæ hominibus salpulmentarii uice fuit, uti nunc quibusdã est acetum. Quæ res & in prouerbiũ abiit, tametsi non satis liquet cuiusmodi fuerit. Sed præstiterit ipsius Plinii uerba sup hac re subscribere ex libri trigesimi primi cap. 7. Varro, inquit, ueteres etiam pulmẽtarii uice usos, auctor est. Esitasse enim salem cum pane & casceo, ut prouerbio apparet. Persius in Satyra quinta.

-Iura sed Iuppiter audiet, heu heu

Vare regustatum digito terebrare salinũ,

Contẽtus perages, si uiuere cũ Ioue tẽdis. Hoc est, uitam ages pauperrimam.

Sellissare.

Σελλίζειν prouerbiali ioco dicebãtur, gloriosi, factuq; præturgidi. Suidas admonet sumptũ a moribus Selli cuiuspiã, qui cum re esset perquam tenui, tamen affectabat haberi diues. Torqueri poterit & in eos, qui se doctrinæ iactitant, ac uenditãt opinione, cum a literis sint alieni. Hesychius indicat Græcis idem significare: σελλίζεσθαι καὶ ψελλίζεσθαι. Qua uoce semel atque iterũ usus est Plato i Gorgia: & ψελλὸς dicitur, qui signa crassius profert, qua de re nonnihil attigimus in prouerbio, ἢ ψελλὴ ἢ πιπὶ δίει. Addit Hesychius nonnũquam σελλινίζειν, idẽ esse quod ἀλαζονεύειν, uidelicet adstipulans Suidæ.

Cecidis & Buphoniorum.

Τὰ κηκεῖδε καὶ βυφονίων, i. Cæcidis & Buphoniorum, de re magnopere prisca, & ob uetustatem iampridem obsoleta, desuetaq;. Aristophanes in Nebulis:

Ἀρχαῖα δὲ καὶ δὴ πολιώδη, καὶ τεπίβων ἀνάμεσα,
Καὶ κηκεῖδε καὶ βυφονίων, i.

Prisca hæc sane atque obsita canis, nec non oppleta cicadis,

Ac

Ac Cecide cum Buphonijs.

Siquidem Cecide peruetustos quispiã Dithyramborum poeta fuit, cuius scripta iam situm olebãt, vnde in iocum vulgarẽ abierunt. Quemadmodum iure ridentur hodie, qui immodica & intempestiua affectatione uetustatis, è duodecim tabulis, ex Ennio, Lucilioq; petunt sermonem, p inde quasi cum Euandri matre loquãtur: nec ullum uerbum elegans esse putant, ni si quod sit ab usu uulgi, & nostro sæculo procul remotum. Item Buphonii festum quoddam erat apud Atheniẽses, ob vetustatem neglectũ iam ac desitum, sic appellatum à cæde boum. Adagio licebit per iocum uti cum significabimus aliquid ceu nimis priscum negligi.

Serenitati nubem inducit.

NON tam ouũ ouo simile, quam illud prouerbii faciem præsefert, quod refertur a Plutarcho in commentario de dignoscẽdo adulatore ab amico, *δ' δία γὰρ ἐπάγει νέφος*, i. Serenitati nubem inducit. De eo, qui inter pocula ludosque virulentum aliquid admiscet, quod offuscata hilaritate frontem corruget, superciliaq; contrahat. Ad eundem modum Horatius lib. 3. Ode 15. de anu deformi, quæ se puellarum choris admiscebat:

Et stellis nebulam spargere candidis.

Μονογραμμοὶ.

OLIM homines macie pretenues, vesculi, ac decolores, puerbiali ioco *μονογραμμοὶ* uocabantur. Lucilius. Vix uiuo homini ac monogrãmo. Rursum idẽ alibi: Quę pietas monogrammi. Nonius Marcellus ductum autumat a pictura, quæ prius quã coloribus corporatur, umbra fingitur. Nõ perperam quidem Marcellus: Venusta tamen erit adagium, si ad ueterum picturã respiciamus: quæ primitus omnium consensu, ab umbra hominis lineis circundu cta cepit initium, quod uocãt declinare. Deinde singulis coloribus pingi cœptum est, easq; picturas: *μονοχρωμάτους* appellabant. Mox ars destinxit sese, & inuenit lumen atque umbras, ut quædam eminere, quædam abdi premiq; viderentur, differẽtia colorum. Deinde adiectus est splẽdor quem alium a lumine nolũt esse, medium tamen inter lumen & umbrã proinde eundem Tonon uocant. Nam commissurã ac transitũ colorum, *ἁρμογὴν* appellant. Huiusmodi ferme Plinius lib. trigesimo quinto, capite quinto. Conueniet igitur in hominem deformem, nullo aut eodem uultus colore, cuiusmodi priscorum erãt imagines. M. Tullius libro de natura deorum secundo. Non enim uenis & neruis & ossibus continentur: nec escis, nec potionib. uescũtur, ut aut nimis acres, aut nimis cõcretos humores colligant. Nec his corporibus sunt, ut aut casus, aut ictus extimescant, aut morbos metuant, ex defatigatione membrorum. Quæ uerrens Epicurus, monogrammo deos, & nihil agentes commentus est. Illi autem pulcherrima forma præditi, purissimaq; in regione cœli collocati, ita feruntur, moderanturq; cursus, vt ad omnia conseruanda & tuenda consensisse uideantur. Monogrammos appellat Cicero informes, nullaque specie.

Aliorum medicus.

MANET hoc dictum his quoque sęculis celebratissimũ, quod refertur a Plutarcho in commentario de dignoscendo adsentatore ab amico, è poeta quopiam.

Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων, i.

Aliis medetur, ipsius ulceribus scatens.

Vtitur eo & in commentario, quem inscripsit aduersum Coloten. Conueniet in hos, qui aliis sapiunt, non sibi, aliis oculati sunt & cauti, nõ sibi, alios cõsolari norũt, ipsi sua mala nõ ferunt ęquo animo.

Lapsana uiuere.

LAPSANA viuere lepide dixeris eos, qui perparce, nimiumq; tenuiter uiuunt. Consentaneum est enim iocum illum militarem in popularẽ fabulam abijsse, quo Cæsariani milites alternis uersibus exprobrabant, quod apud Dirachium lapsana vixissent. Est autem lapsana, olus silueſtre ac uulgare, passimq; proueniens, trium foliorum, ex Brassicarum ni fallimur genere. Verum si quis forte requiret, Plinii uerba sunt hæc libro 19. capite 8. Nec nõ olus quoque silueſtre est trium foliorum, Diui Iulii carminibus, pręcipue iocis militaribus celebratũ. Alternis quippe uersibus exprobrauere lapsana se uixisse apud Dirachium, præmiorum parsimoniam cauillãtes. Est autem id cyma silueſtris. Hactenus Plinius. Idem libro 20. cymam inutilem esse dicit, & concoctu difficilem. Cymam autem

autem interpretatur in caulibus dici delicatiorem, tenerioremque cauliculum, qui & in lappis & asparagis gratiam habet. Dioscorides ait Lapsanam Romanis & napium dici, cuius folia simul & caules elixi comedunturi, putat hanc stomacho magis amicam quam lapathum, cuius meminit Horatius, de cœna frugali loquens:

Aut herba lapathi, prata amãtis, & graui
Maluæ salubres corpori.

Haud contra ostium.

Οὐ κατὰ θύρας, i. Haud contra ianuã pro eo, qd est, nõ, pprie ad rẽ, & apte ad id, de quo agitur, prouerbiali certe figura dictũ est ab Aristotele, lib. Physicorum quarto: *Οὗτοι μὲν δὴ οὐ κατὰ θύρας πρὸς τὸ πρόβλημα ἀπαντῶσιν*, i. Isti quidẽ igit haud contra ostium occurrunt qõni. Argyrophylus *οὐ κατὰ θύρας* vertit, non recte, neq; non recte tamen id quidem. Perinde ualet, quasi dicas: Ad scopum. Illud expende lector, nũ hoc adagium illi sit adfine: *τὶς ἂν θύρας ἁμάρτοι*, id est. Quis aberrauerit à ianua?

Climacides.

Κλιμακίδες, i. Scalulæ, per iocũ uocari poterunt, qui se diuitibus ad quiduis obsequijs submittunt, etiam si sordidissimum sit. Sic autem vulgato conuicio sunt appellatæ mulierculę quædam Cypriæ, adulatrices apud Syros, quod regum uxoribus submitterent sese, ut per eas ceu per scalas cursum conscenderent. Meminit Plutarchus in libello de discernẽdo adulatore ab amico. Et Athenæus libro Dipnosophistarum sexto. Et Valerius Maximus rerum memorabilium libro nono, capite primo.

Valeat amicus cum inimico.

Ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ, i. Valeat amicus cum inimico. Quadrat in eos, qui toti ad se spectãt, nec amici magis quã inimici rationem habent: cuiusmodi fertur Timõ ille Misanthropos. Plutarchus in commentario quẽ modo citauimus, *Εἰ μηδαμῇ μηδαμῶς ἐπαινεῖν φῂς τὸ, ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ*, i. Si nequaquã placet illud. Valeat amicus cum inimico. Est autem Græcis hemistichium carminis trochaici.

Manica.

Μανικὰ Phrygio prouerbio dicebant ingentia, egregiaq; facta, ducta uoce a Mane quodã prisco apud ipsos rege, quẽ ferunt uirũ fuisse præpotẽtẽ, & admirabili virtute præditũ. Auctor Plutarchus in libello de Osiride, Quin & latini insanũ uocant, qd est præter vulgarem modum. Insanire libet. Et: Insano iuuat indulgere labori.

Ruta cæsa.

NE in rutis quidẽ & cæsis, haud dubie prouerbiali specie dictũ est à Cicerone libro de Oratore secundo, pro eo quod est: Nulla in parte. Sed dicet te, cum ædes uenderes, ne in rutis quidem & cęsis, solitum tibi paternum recepisse. Quo quidem loco illud obiter admonendum, in vulgatis Tullij codicibus perperam pro recepisse, legi reliquisse, id quod satis liquere potest ex Nonio Marcello, qui in dictione receptitius, hũc ipsum Ciceronis adducit locũ. Est enim hoc loco recipere idẽ, quod excipere. Porro quid sibi uelint ruta cæsa, nam uerba sunt peculiaria iureconsultis, abundẽ patet ex Pandectarum lib. 19. Lege 18. Si ruta, inquit Vlpianus, cæsa excipiantur in venditione, ea placuit esse ruta, quę, eruta, sunt, ut arena, & similia, cæsa ea esse ut arbores cęsas & carbones, & his similia. Gallus aũt Aquilius, cuius Mela refert opinionem, recte ait frustra in lege uenditionis de rutis, & cæsis contineri, quia si non specialiter uenierint, ad exhibendum de his agi potest. Neque magis de materia cæsa, aut de cæmentis, aut de harena cauendum est uenditori, quam de cęteris, quæ sunt prætiosiora. Meminit & in Topicis de rutis & cęsis M. Cicero: Nam ne præteirem aliquid, quod ad argumẽtum in omni ratione reperiendum pertineret, plura fortasse, quam abs te desiderata erant, sum cõplexus: fecique quod sæpe liberales venditores solent, ut cum ædes, fundumve uendiderint, rutis cæsis receptis, concedant tamen aliquid emptori quod orandi caussa apte, & suo loco positum esse uideatur: Meminit & in Partitionibus. Et cum significabimus inclementius tolli omnia, neque quidquam fieri reliqui, uenuste dicemus ne rutis quidem ac cæsis receptis, ut iureconsultorum more loquamur.

Aetna, Athon.

ÆTNAM & Athonẽ mõtes in molestię, tædiq; prouerbium abijsse, testatur Lucilius apud A. Gell. lib. 16. c. 9. etiam si locus

is

is deprauatus habeatur. Lucilij uersus, quos adducit, sunt hi:

Verum hic ludus ibi, susque, omnia, deque fuere.

Susque & deque fuere inquam omnia ludus iocusque.

Illud opus durum, ut Setinum accessimus finem ἐπὶ τὸ λοιπόν, vt aiunt, Montes Aetnæ, omnes atque asperi Athones. De Aetna Siciliæ monte dictum est, quod gigãtem sua mole premat, iuxta poetarũ fabulas. Siue quod crebris incendiis grauis ac perniciosus olim esset accolis. Vnde & M. Tullius in Catone maiore, dixit onus Aetna grauius. De Atho uero, quod ob ingentem celsitudinem, umbra sit molestus quam in Lemnum usq. trecentis dissitam stadiis mittit, alibi diximus. Pomponius Mela tradidit huius cacumen altius, quam unde cadant imbres: eius rei coniecturam ex eo colligi, quod de aris, quas in vertice sustinet, nõ abluitur cinis, sed quo relinquitur aggere manet. Obstat & nauigantibus, quod toto longe dorso pcedat in pelagus, qua continenti adhæret. Vnde & à Xerxe perfossus. Athenæus lib. 10. cõmemorat Erysichthonem quendam inexpletæ uoracitatis, uulgo dictũ fuisse βορᾶς ἄθωνα, id est, Voracitatis Athonem.

Immunem uenire.

IMMVNEM Latini uocant, quem ἀσύμβολον Græci, nempe eum, qui nihil cõfert ad conuiuium. Horat. in Odis.

Nardi paruus onyx eliciet cadum.
Non ego te meis,
Immunem meditor tingere poculis
Plenus dives ut in domo.

Sed plusculũ habebit gratiæ, si trãsferatur ad res animi, pura doctrinam, uersus, aut simile quidpiam. Aulus Gell. lib. 6. c. 13. indicat uocem hanc in prouerbiũ abijsse: Ne omnino, ut dicitur, immunes & asymboli ueniremus, cõuectabamus ad cenulam, non cupedias ciborũ, sed argutias quæstionum. Terent. in Phormione: Tene asymbolum uenire unctum atq. lautũ è balneis? Apud Athenæum Ephippus eleganter dixit immuni manu:

Ἀλλότριον εἰσελθὼν ὀψὸν ἐσθίειν μάδῃ,
Ἀσύμβολον τε χεῖρα προσβάλῃ βορᾷ, i.
Ingressus alienum edere disce obsonium,
Edulijsq; porrigere immunem manum.

Soterichi lecti.

APPARET Storichi lectos in uulgarẽ iocum abisse de re uili priscaque & minime ambitiosa, & rudis artificii. Sic enim Seneca Ennianos de Cethego versus irridẽs: Qui huiusmodi versus amãt, inquit, liceat sibi & eosdẽ admirari & Soterichi lectos. Aul. Gell. nam ab hoc ista referuntur lib. 10. cap. 2. Dignus sane Seneca uideatur lectione ac studio adolescentium, qui honorem & colorẽ ueteris orationis Soterichi lectis cõpararit, quasi minimæ scilicet gratiæ, & relictis iam contemptisq;. Conijcere licet Soterichum fabrum fuisse quempiam, cuius opera priscam illã & rudẽ simplicitatẽ præ se tulerint. Nã Romę postea argentea triclinia diuitibus in usu fuisse, testatur Plinius lib. 33. c. 11. Huiusmodi inter pictores fuisse Fuluium, Rutubam, & Placideianum, in sermonibus indicat. Horat. lib. 2. Satyra 7.

Vel cum Pausiaca torpes insane tabella,
Qui peccas minus, atq; ego, cum Fului,
Rutubæque.
Aut Placideiani contẽto poplite, miror
Prælia rubrica picta, aut carbone.

Peribis, si non feceris.

VBI quis in eum redactus est locum, vt nec aggredi rem possit citra magnũ incõmodum, neque rurò omittere, conueniet illud ex oraculo, pfectũ deinde populari, ut solet, sermone iactatũ: Peribo, si non fecero: si faxo, vapulabo. Refert ab Aulo Gellio, lib. Noctiũ 3. c. 3. e Plautina comędia, cui nomẽ Freti. Versus Plautini sunt hi:

Nũc illud est, quod Arietini responsum magnis ludis:
Peribo, si non fecero: si faxo, vapulabo.

Porro quæ nam sit historia redditi oraculi, Gellius ipse testatur sibi non liquere, & in hoc hos Plauti uersiculos enotasse, ut historiã quæreret. Sunt autem versus iãbici tetrametri catalectici. Vnde dicitur uerbum, adiectum opinamur ab interpretante, submouimus. Nam in uulgatis codicibus scriptum est, magnis ludis dicitur.

Ex se fingit uelut araneus.

PROVERBIALIS uidetur & illa collatio, aranei ex sese texẽtis telas, & homines ex seipso cõminiscentis mendacia. Sic, n. Plutarchus in libello, cui titulus de Osiride: Οἷα ποιηταὶ καὶ λογογράφοι καθάπερ

οἱ ἀράχναι γεννῶντες ἀφ' ἑαυτῶν ἀπάρχας ἀνυποδέτους ὀφαίνουσι καὶ ἀποτείνουσι. i. Qualia poetæ & oratores, uelut aranei gignentes ex seipsis a nullis suggesta, exordia texunt, producuntq;. Plinius tradit maiores araneas in terra cauernarum exigua uestibula præpandere, minimas non texere: tertium genus erudita operatione esse conspicuum. Orditur, inquit, telas, tantique operis materię uterus eius sufficit: siue ita corrupta alui natura stato tempore. vt Democrito placet, siue est intus quædam lanigera fertilitas: tam moderato imguis, tam tereti filo, & tam æquali, deducit stamina, ipso se pondere usus. Texere a medio incipit, circinato orbe subtegmina adnectens: maculasq; paribus, semper interuallis, sed subinde crescentibus, ex angusto dilatas idissolubili nodo implicat. Nec abhorrent ab his, quæ Aristoteles refert libro de natura animalium nono, addẽs araneos, mox ut editi sunt, fila mittere, non ex interioribus, uelut excrementa, quemadmodum sentit Democritus, sed de summa corporis parte, ueluti corticem, aut in morem Histricis de cute spinas iaculantis. Non texunt autem, neque uenantur, nisi fœminæ. Mas fruendi comes est, non laborandi.

Boue uenari leporem. & similia.

Τῷ βοὶ ἀλαγὼ κωνηγετεῖν, i. Boue leporẽ uenari, dicũtur qui rẽ absurdam, stultã, ac præposterã aggrediuntur. Plutarchus in commentario de animi tranquillitate: Οὐδὲ γὰρ ὁ τοξεύειν τῷ ἀρότρῳ βουλόμενος καὶ τῷ βοὶ, ἀλαγὼ κωνηγετεῖν, δυσυχὴς ἐστιν, οὐδὲ γὰρ γρίφοις καὶ σαγηνεύσεις ἐλαφρὸς μὴ λαμβάνοντι μηδὲ εἰς δαῖμον ἐναντιοῦται μοχθηρὸς, ἀλλὰ ἀβελτηρία, καὶ μοχθηρία τοῖς ἀδωάτοις ἐπιχειροῦσιν. i. Neq. n. qui aratro uelit iaculari, ac boue uenari leporẽ, infortunatus est. Neq. ei, q piscatorijs retibus ceruos non ceperit, ullus malus aduersatur genius, sed stultitia & peruersitas, aggrediuntur quę fieri non possunt. Nõ, qd uis est accõmodũ ad oĩa uelut si quis hoi studijs & otio nato, bellũ, aut rẽpublicã administrãdã mãdet τῷ βοὶ ἀλαγὼ κωνηγετεῖ. Aut si quis stupido & insulso iudicia committat. Citat in eodẽ libello uersus, ni fallimur, Pindari: ἐν ἅρμασιν ἵππος, ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦς, παρὰ ναῦν δ' ἰθύνει τάχισα δελφὶς, κάπρῳ δὲ βελάντι φόνον κοῦφα δεῖ τλάθυμον ἐξευρεῖν. In curribus equus, in aratro uero bos, nauem autem præuertitur quam ocissimè Delphinus. At apro paranti mortem, canis est fortis inueniendus, nam hæc quoq. prouerbij speciem habent.

Ab diagrammate.

PLVTARCHVS, in libello de discrimine inter adulatorẽ & amicum: ὁ δὲ κόλαξ ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος ἀεὶ τὸ ἡδὺ, καὶ πρὸς χάριν εἰωθὼς ὑποκρέκειν, οὔτε ἔργον οὐδὲν ἀντιτείνον, οὔτε ῥῆμα λυποῦν, ἀλλὰ μόνον παρέπεται βουλομένῳ, σιωάδων ἀεὶ καὶ συμφωνεγόμενος. i. Adulator autem ab uno dia grammate semper id, quod iucundum est, quodq. blãdiatur solitus succinere, neque facto resistere nouit, neq. uerbo contristare, sed tantum obsecundat uolenti, semper illi concinens & consonans. Palam est prouerbij specie dictum esse ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος. Est autẽ diagramma pictura, descriptioq. philosophorum, qua rẽ exponunt oculis, ut perinde ualeat, quasi dicas, de eadem formula.

Non filius Achillis.

INTER carmina nobilium poetarum, quæ à doctis uice prouerbiorum usurpantur, hęc quoque referri posse uidentur:

Οὐ παῖς ἀχιλλέως, ἀλλ' ἀχιλλεὺς αὐτὸς εἶ. id est,
Haud satus Achille, verum Achilles ipsus es.

E tragœdia quapiam, aut comœdia sumptum uidetur. Est enim uersus trimeter iãbicus. Vsurpatur à Plutarcho in eodẽ commentario, quem inscripsit, qua ratione sit adulator ab amico dignoscẽdus. Ait enim adulatorem modis omnibus sic amicũ imitari, ut illud in eũ dici possit: Οὐ παῖς ἀχιλλέως, &c. Itidẽ Terẽtianus Parmeno in Gnathonẽ Thrasonis orationi subseruientem:

Hem alterum hunc ex hoc natum dicas.

Vlysses pannos exuit.

IN eodem, quem modo diximus, commentario Plutarchus hunc Homericum versum vsurpat, non sine specie prouerbialis, ex Odysseæ χ.

Αὐτὰρ ὀγυμνώθη ῥακέων πολύμητις ὀδυσεύς. id est,
Vilibus at pannis mox est exutus Vlysses.

Accõmodare licebit ijs, q gñe uitę subito commutato, è pauperib. diuites, è squalidis

lidis nitidi è tristibus hilares existunt. Nã Vlysses simul atque pannos, in quibus mẽdicum apud procos egerat, exutus, magnificis uestibus ornatus esset, repente visus ẽ alius. Plutarchus torquet in adulatorem, qui Polypi more omniũ studijs sese accõmodat: adeo ut qui paullo ante apud amicum philosophiæ deditum, prolixam barbam ac pallium gestarit, assidue uersans ĩ libris, nihilq; crepans nisi numeros, rectã gulos & triangulos Platonis: si forte fortuna in amicum inciderit, uoluptatibus addictũ, cõtinuo mutata figura uelut à Circe transformatus, Sardanapalus fiat.

In durum, & implacabilem.

In hominem impendio rigidum & implacabilem recte torquebitur illud Homericum, ex Odyssea K.

Σοὶ δέ τις ἐν στήθεσι ἀκήλητος νόος ἐστί. i. At tibi non umquam placando in pectore mens est.

Plutarchus in commentario de dignoscendo ab amico adulatorem, ait hũc uersum objici solitũ Antonio ab assentatoribus, quod Cleopatræ afflictim amanti, nõ responderet in amore.

Asinus balneatoris.

Ὥσπερ ὄνος βαλανέως, i. Vt asinus balneatoris. Dictum est in eos, qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus caperẽt. Plutarch. in libello: περὶ τῆς φιλοπλουτίας, Οὐδὲν ὦ πάχων, ὥσπερ ὄνος βαλανέως ξύλα καὶ φρύγανα κατακομίζων, ἀεὶ καπνῷ καὶ τέφρας ἀναπιμπλάμενος, λουτροῦ δὲ μὴ μετέχων, μὴ δὲ ἀλέας, μηδὲ καθαροιότητος. i. Nihil inde capiens commodi, velut asinus balneatoris, qui ligna & sarmenta defert, semper fumo ac fauilis oppletus, numquã autem particeps balnei, neque temporis, neque mũdiciei. Loquitur de diuite parco ac sordido, qui cum sit onustus diuitijs, nõ fruitur tamen.

Lychnobij.

Apparet λυχνοβίους prouerbiali ioco dictos, qui lucernariam uitam ducerẽt, ut torqueri possit uel in nocturnum potorẽ vel hominem supra modum studiosum, qui quemadmodum dictũ de Demosthene, plus absumat olei, quam uini, uel i sordidum & parcũ, quasi de lucernario oleo uictitantem. Seneca lib. epist. 22. epist. 122. dictum ostendit in lucifugam quendam, cuius tota vita erat prepostera, adeo ut quidquid hominum vulgus interdiu solet facere, id ille faceret noctu. Sub noctẽ expergiscebatur, diluculo ibat cubitum. Inquẽ ita iocatus Varus lepidissimus fabulator, ut eũ diceret admodũ frugaliter viuere, quippe qui nihil insumeret nisi noctem. Et quibusdam illum sordidũ & auarum dicentibus, Vos, inquit, illum & Lychnobium diceris. Est autem in ioco uox ambigua, ut intelligas eum usqueadeo sordidum, ut lucernas etiam absumeret: uel adeo parcum, ut lucernis uictitaret. Cæterum adlusum est ad uitam hominis prepostera, cuiusmodi describit in eadem epistola, & Butam quendam Attilium.

Quasi Sutrium eant.

Sutrium pueri stum Etruriæ oppidum. Id olim defecerat à Romanis, cum quibus inierant societatẽ. Camillus ad id delectus a senatu, ut eos cogeret ad fidem. Ne in apparando commeatu multũ temporis tereretur, utq; Sutrini ipsa celeritate opprimeretur, edixit, uti singuli milites trium dierum commeatũ secum exportarent. Id deinde versum est in prouerbium, quod usurpari consueuit, quoties aliquis suo sumptu nauat operã alijs. Sic enim interpretatur Festus. Pompeius in fragmentis quibusdam, quę Romę inueniuntur. Arbitramur eandem esse historiam quam aliq; to aliter narrat Titus Liuius libro ab urbe cõdita 6. Plautus in Cassina. Tum quoque facito ut ueniant, quasi eãt Sutriũ. Iubet Alcessimus; ut suos ad sese mittat, sed suopte cibo instructos. Notum est carmen Catulli, quo Fabullum ad cœnam uocat, sed ita ut ipse secum adferat quidquid ad lautam cœnam pertinet.

Αὐτολήκυθοι.

Αὐτολήκυθοι, vulgato uerbo dicebant, qui non ex aio, sed uentris caussa colerent amicos, inde conficta uoce, quod spõte ad Lecythum commearent, & inuocati ptio essent in conuiuijs. Eosdẽ τραπεζέας quoque uocatos fuisse testat, & ab Eupolide, τοὺς περὶ τάγλωσσον καὶ μετ' ἄριστον φίλους. i. Circum sartaginem & post prandium amicos dictos fuisse. Plutarch. in libello cui titulus. Quo pacto qs dignoscere possit adulatorẽ ab amico: ἀπλῶ μὴ καθάπερ οἱ πολλοὶ

καὶ τοὺς αὐτολήκυθους ἡδέως λεγομένους καὶ τραπεζέας καὶ μετὰ τὸ χεῖρας ὕδωρ, ἀνιπτομένους, ὥς τις εἶπε, κολακείας νομίζωμεν. i. Sed ne quemadmodum uulgus hominũ facit Autolecythos istos, qui uocantur, ac mensales, quiq. tum demum audiunt, posteaquam aqua manibus infunditur, sicuti dixit quidam, existimemus adulatores. Vsus est eo uerbo Demosthenes in oratione aduersus Cononem. Interpretes variẽ exponunt, uel de his qui ad quiduis perpetiendum parati sunt, vel de pauperibus, qui præter lenticulam nihil possident, uel de ijs, qui facile sunt ad depromendam pecuniam, quod quidam soleant in lenticulis pecuniam recondere, atque alijs item modis, quorum nihil conuenit cum sentẽtia Plutarchi. Apud Athenæum lib. 4. uocantur ἀλλοτριοφάγοι, quibus dulce ẽ alienа uiuere quadra. Refert ibidem quiddam non illepidum, orta disceptatione quænam aquarum esset optima, cum alij præferrent Lernæam, alij Pirenæam, alii aliã, Carneus iuxta Philoxeni sententiã dixit, τὸ χειρῶν ὕδωρ ἥδιστον, suauissimam aquam quæ manibus infunditur, quod ea declaret cœnam esse paratam, cum conuiuator iubet conuiuas lauare. Congruit cum eo, quod alibi dictum est. Feruet olla, viuit amicitia.

Melitæus catulus.

Μελιταῖον κυνίδιον, i. Melitęus catellus, dicebatur is, cuius opera nulli seriæ rei cõducebat, sed duntaxat animi caussa alebantur, cuiusmodi non melioris, est multitudo in diuitum familijs. Aliorum canum uarius est usus. Sunt quibus ædium custodia delegata est, vt noctibus aduersus fures excubias agant. Hi uocantur οἰκουροί. Sunt quorum opera in uenatibus utimur, q θηρευτικοί dicuntur. Sunt quorum nullus ẽ usus, nisi ut cũ otiosis ac delicatis matronis lusitent, qui nostris quoq; temporib. mirum q̃ sint in delicijs. Atq. ij μελιταῖοι uocantur, nimirum ab insula Melita inter Corcyram nigram & Illyricũ sita. Auctor Plin. lib. 3. cap. ult. Itidem Strabo & Stephanus. Horum meminit Aristoteles Sectionis decimæ problemate 14. indicãs eos omnibus membris pusillos gracilesq; fuisse, & hac dote commendantur, quẽadmodum sunt qui sine nanis & pumilionibus non possunt uiuere. Apud Lucianum in Lapithis γελωτοποιος Alcidamãtem Cynicum, μελιταῖον κυνίδιον uocat. Athenęus lib. 12. scribit Sybaritis uehementer in delicijs fuisse canes Melitæos. Qui qdẽ hoc esse uidentur in genere canũ, quod nani, & pumiliones inter homines. At Massinissa merito laũdatur, quod pro simijs & catulis maluit pueros alere, usq. ad annũ tertiũ, deinde remittebat eos suis parẽtibus. Sed intolerabilius est quod apud Britãnos complures alunt greges ursorum ad saltationem, animal uorax & maleficũ. Cuiusmodi sunt & simię, licet minus uoraces.

Illico hyems erit.

Aristoteles in problematis sectione tertiadecima, refert hũc uersum, nullo citato auctore, sed ueluti uulgo iactatum.

Εἰ δ' ὁ νότος βορέαν προκαλέσεται, αὐτίκα χειμών. idest,

Illico hyems sit ubi Boream accersiuerit Auster.

Caussam hanc adfert, qd Notus suapte natura nubem & imbrẽ affatim colligat. Proinde si hoc tempore Boreas adcesserit congelascunt omnia huius rigore, atq. ita protinus hyems. Adijcit in eodem problemate carmen alterum consimili fere sententia:

Εἰ βορρᾶς πηλὸν καταλήψεται, αὐτίκα χειμών. idest,

Molle lutum Boreas si prenderit, illico hiems fit.

Id tametsi uulgo simpliciter dictum apparet, tamẽ nos eo deflectere poterimus, ut dicamus ingens periculum imminere, si malum malo successerit. Veluti si qui immodice discruciat sese studij laboribus amare etiam incipiat: aut si qui prius principi parum gratus fuit, in plebis ẽt odium ueniat aut si regi uehementer leni, placidoq. succedat admodum rigidus, aut contra. Nam huiusmodi subitæ mutationes, maximos rerum motus solent excitare.

Eundem calceum omni pedi inducere.

Galenus Therapeutices li. 9. ἐκεῖνοι μὲν ἔτε ζητοῦσιν ἔτε ἴσασιν, ἀλλὰ καὶ τὴν παροιμίαν, ἐπὶ καλαπόδι πάντας ὑποδέουσιν. i. Illi quidem igitur neque inquirunt, neque sciunt. Quin magis iuxta prouerbiũ, eodem calciamento calceant omnes. Loquitur de quibusdam medicis imperitis, qui nõ habita ratione morborum,

eadem remedia admonent omnibus, cum diuersa mala diuersam curationem desiderent. Non dissimile illi, quod alio dictũ est loco: Scis simulare cupressum. Ad hanc formam pertinet, quod adducit Hieronymus in prima præfatione commentariorum, quos edidit in epistolã ad Ephesios: Nec ad instar imperiti medici uno collyrio omnium oculos uelle curare.

Cochleæ uita.

Κοχλίου βίος, i. Cochleę uita. De ijs, qui parce paruoq. uiuunt, aut contracti a negotijs, luceq. forẽsi semoti. Notum est animal, uñ sũpta est metaphora. Plutarchus in libello: περὶ τῆς φιλοπλουτίας. σὺ δὲ τοσαῦτα φάρμακα σωρεύεις, καὶ ταράττεις καὶ σροβεῖς σεαυτὸν, κοχλίου βίον ζῶν διὰ τὴν μικρολογίαν. i. Tu uero tm̃ molestiarũ sustines turbans, ac torquẽs teipsum, cũ ob parsimoniam cochleæ uitã uiuas. De Cochleis q̃ cum calet, succo uictitant suo alias retulimus ex Plautina Captiui duo.

Bello parta.

Ἐκ πολεμίας, i. Ex hostium regione. Vbi quis immodice insumeret. Solem⁹. n. celerius ac temere profundare, si quid hostibus sit ereptum. Quod quidem adagiũ & hodie passim audiuimus uulgo dictitari in Lurcones & heluones. Plutarch⁹ i libello cui titulũ fecit: ὑγιεινὰ παραγγέλματα, ἐμπίπλαδζ παρ' ἑτέροις τὴν πολυτελῶν, καὶ δαπανᾶν, καθάπερ ἐκ πολεμίας ἀφειδῶς ἐσθιόμενον. i. Impleri apud alios, cibis sumptuosis, fruiq. uelut ex hostili regione raptis, ampliter sese cibo onerãtes. Vsurpat idem Symposiacæ decadis septimę, problemate sexto. Satyrus apud Athenęum libro 4. id genus homines depingit his verbis: καταρρέχοντες τὴν ἀγρὸν, διαρπάζοντες τὴν οἰκίαν, λαφυροπωλοῦντες τὰ ὑπάρχοντα. i. Proculcantes agrum, diripientes domũ, pro spolijs uendentes facultates. Nã λαφυροπολεῖν, est prædas hostib⁹ detractas sub hasta uendere. Atq. ea solent minoris æstimari, ueluti aliena. Hinc Græcis λαφύκται dicuntur, qui luxu prodigũt rem familiarẽ, ut indicat Athenæus li. 11. & eiusmodi profusio λαφυγμὸς dicitur, & λαφυσσεῖν prædari, aut intemperanter profundere seu deuorare, ut indicat Suidas. Nam λαφυρᾶ spolia dñr, uinis hostib⁹ detracta, quemadmodum σκῦλα mortuis.

Panis lapidosus.

Illvd si quis prouerbium esse negabit, cum hoc equidem non admodum digladiabimur, certe dignum est, ut assidua usurpatione in adagiorum contubernium cooptetur, quod refertur a Senecalib. de beneficijs 2. Panis lapidosus. Sic enim Fabius Verrucosus appellabat beneficium, ab homine duro aspere datum, quẽ esurienti necessarium sit accipere, durum & acerbũ esse. Ita quidam cunctatione, toruitate uultus, asperitate orationis, ostentatione molesta, corrumpunt beneficium, ut nemo sit accepturus, qui possit eo carere.

E patroclis domo uenit.

Ἐκ πατροκλέους, idest, E Patroclis domo. In sordidos, sumptum à moribus Patroclis cuiusdam Atheniensis, prædiuitis quidẽ, uerum impendio parci sordidiq; quem ueteres comœdia talem ferme depingit, qualẽ Plautus Euclionem, teste Aristophanis interprete, cuius uerba Suidas quoq. refert, qui & prouerbium esse uult. Est autem in Aristophanis Pluto. Is cum esset squalidus, incultus & sordibus obsitus, rogatus unde uenisset:

Πόθεν οὖν φράσον αὐχμῶν βαδίζεις, i.
Vnde igitur adeo sordidus squalensq; venias dicito.

Atque ille respondet:

Ἐκ πατροκλέους ἔρχομαι
Ὃς οὐκ ἐλούσατ' ἐξ ὅτου περ ἐγένετο, idest,
Et Patroclis domo,
Qui haud lauit unquam posteaquam natus est.

Tam in procliui, quam imber.

Non absq. prouerbij specie dictum est illud a Plauto in fabula, cui titulus est Captiui duo:

Tam hoc tibi in procliui quam imber est quando pluit.

Nam procliue proprie dicitur, quod ex alto deorsum propendet. Arduum est aũt onera submoliri in altum, deorsum uero uel suapte sponte deuoluuntur.

Et post malam segetem serendum est.

Eqvidem non pugnamus esse prouerbiũ, ẽt si prouerbij simillimũ est, illud epiphonema Senecę, li. epistolarũ undecimo, Et post malam segetem serendum ẽ. Quo licebit uti, quoties res parum ex ai sententia cecidit, & significabimus non esse desistendum à conatu. Quamquam Seneca loquitur de ijs, qui refugiũt in ullum hominem beneficiũ collocare, quod semel inciderint in ingratum. Eiusdem generis est, quod eodẽ subnectitur loco: Post naufragium maria tentantur.

Spes seruat afflictos.

Plvtarchvs in libello de ratione uictus, indicat uulgatum fuisse prouerbiũ, de spe, nec tamẽ explicat, quod nã id fuerit: Τοὺς πλείονας δὲ μελαγχολίᾳ καὶ ἀκρασίᾳ συνήγορον ἔχουσα παροιμίαν ἐλπὶς ἀναπίθει καὶ προσάγεται βαδίζειν ἀνασάντας ἰλαρῶς ἐπὶ τὴν σωμήθειαν. i. Plerosq; uero spes intemperantiæ mollicieiq; patrocinante prouerbio adducit huc, ut relictis stratis, ad consuetã redeãt uitã. Quod aũt sit illud prouerbium quod intemperantiæ suæ prætexũt homines, declarat in his quę sequuntur: ὡς οἶνον κραπάλῃ ὃ κραπάλῳ ἐξελόντων καὶ διαφορήσαντας, i. Tanquam uinum uino, & crapulã crapula eiecerint ac discusserint. Ex his apparet Plutarchum allusisse ad prouerbium: Clauum clauo pellere. Quod quidem & hodie manet æque celebratum inter compotores. Addunt iocum de pilo canis rabidi, & experiuntur facetiam multis exitialem. Quam quam & obiter allusum est ad hoc quod extat in sententijs è comœdijs, ut apparet collectis:

Ἀνὴρ ἀτυχῶν, σώσεται τῇ ἐλπίσι. idest,
Spes seruat hominẽ, rebus in duris bona.

Notum est illud Nasonis:

Spes bona dat uires, animum quoq; spes bona firmat.
Viuere spe uidi, qui moriturus erat.

Deinde Pindaricum illud apud eruditos pene cessit in prouerbium:

Ἐλπὶς γηροτρόφος. idest,
Spes altrix senectæ.

Sic. n. Plutarchus in libello de trãquillitate animi: καὶ τὴν μνήμην ἡδίονα καὶ βεβαιοτέραν τῆς πινδαρικῆς γηροτρόφου ἐλπίδος. i. Et memoriã iucũdiorẽ, ac firmiorẽ, Pindarica spe, senectæ altrice. Refert aũt hunc Pindari locum Plato libro de Repub. 1. ἔστι δὲ ἂν δικαίως καὶ ὁσίως τὸν βίον διαγάγῃ, γλυκεῖα εἰκαρδίαν ἀγάλλουσα, ἡ γηροτρόφος συναορεῖ ἐλπὶς, ἀμάλυσαν θυατῶν πολύτροφον γνώμην κυβερνᾶ, i. Propterea quod qui iuste pieq. uitam peregerit, huic dulcis cor exhilarãs, senectutis altrix, familiaris est spes quæ maxime versatilem mortalium mentem gubernat.

Tria saluberrima.

In eodem opere, quandoquidem nullo auctore refert, uidetur & hoc prouerbio fuisse iactatũ. Sed præstat ipsius uerba transcribere: ὅθεν ἄριστα λέλεκται τροφῆς ἀκορέστου, καὶ πόνων ἀοκνίου καὶ σπέρματος ἀσίνους σωτηρίαν ὑγείονα ἔχει), i. Vnde optime dictum est, uesci citra saturitatem, non refugere laborem, naturæ semen conseruare, esse saluberrima.

Admoto capite.

Plvtarchvs in libello, cui titulus. πῶς ἀντὶς διακρίνειν τὸν κόλακα τοῦ φίλου, uersum hunc qui apud Homerum frequẽter obuius est, ceu prouerbialem usurpat.

Ἀγχίχαν κεφαλῇ, ἵνα μὴ πάθοιεν ἄλλοι. idest,
Admoto capite, reliqui ne audire ualerent.

Admonet eo loco, si quid obiurgandus est amicus, ut id fiat primum in tempore, deinde comiter & amice magis quam aspere, postremo clanculum semotis arbitris: ὅθεν ἄριστα μὲν ἔχει, τὸ ἀγχίχαν κεφαλῇ, i. Vnde optimum est illud: Admoto propius capite. Pro eo Liuius lib. ab vrb. condit. 10. dixit conferre capita, Consules uelut delirabundi capita conferunt.

Cur cessatum est.

Eodem in cõmentario usurpat & hunc Homeri uersum ex Iliados Λ.

Τυδείδη, τί παθόντε λελάσμεθα θούριδος ἀλκῆς. idest,
Dic quid nam acciderit nobis, ut Maria virtus
Tydide exciderit animus.

Licebit uti, quoties communem culpam apud amicũ agnoscemus, & in re quapiam male cessatum esse significabimus.

Abijciendum procul.

Cvm uitium aliquod, aut rem alioqui noxiam admonebimus procul abijciendã esse, conueniet uersus ille, ni fallimur, Homericus:

Εἰς ὄρος, ἢ εἰς κῦμα πολιφλοίσβοιο θαλάσσης. idest,
In montem tumidasve fremẽtis in equoris undas.

Sic & Horatius in Odis, lib. 3. Oda 14.

Vel nos in capitolium,
Quo clamor uocat, & turba fauentium.
Vel nos in mare proximum
Gemmas & lapides, aurum & inutile,
Summi materiam mali
Mittamus, scelerum si bene pœnitet.

Contra Theognis non opes, sed ipsam paupertatē iubet, εἰς μεγακήτεα πόντον ῥίπτειν. i. In immensum mare proijcere. Itē hominem uehementer pestilentem in extremas insulas deportandum dicimus.

Testudinem equus insequitur.

PLVTARCHVS in libello quem scripsit aduersus Stoicos: Πολλῷ γὰρ τοῦτο χεπλιῶ τέρον ἐστὶ καὶ μᾶλλον ἀπήρτηται τῶν ἐνοιῶν, τὸ μηδὲν ὑπὸ μηδενὸς παραλαμβάνεσθαι, μὴ δ' εἰ χελώνη, τὸ τῶν λόγων φασὶ, μετόπισθε διώκοις ἀδράστου τάχης ἵππος, i. Multo uero illud indignius, & à cogitationibus seiunctius, nihil à quoquā cōprehēdi, nec si testudinem, id qd prouerbio dicitur, à tergo insequatur. Adrasti celer equus. Conueniet uti, rem præpostere, & absurde geri significamus. Finitimum est illi, quod alias à nobi dictum est: Testudinem Pegaso comparas, & Citius testudo leporē præuerterit.

Stultior Melitide.

Μωρότεροι μελιτίδος, i. Stultior Melitide. Melitides unus est è felicissimis illis fatuis, quos Homerus suo carmine nobilitauit. Hic iam euersa Troia, uenisse legitur auxilium laturus Priamo, ut meminit Eustathius decimū Odysseæ librum enarrans. Lucianus in Amoribus: μελιτίδων ἢ κόροιβον οἴει με τῶν θεῶν, i. Melitidē aut Coræbum me putas p deos? Prouerbiū referē à Zenodoto, docens hunc comicorū conuiuijs fuisse traductum ob stultitiam, nec potuisse numerare supra quinq;, & ducta uxore nouam nuptam non attigisse, ueritū ne se illa accusaret apud matrem. Commemorat eodem in loco & alium quendam insigniter stultum, qui dubitarit ex utro patrē te fuisse natus. De Melitidis sodali Corębo meminimus alibi. Pausanias admonuit, Corębum una cum Butalione ac Melitide ab Aristophane interfatuos numerari. Eadē Suidas, afferens hoc carmen ex Aristoph.

Τέως δ' ἀβελτεράτατοι κεχωμώτες, μαμάκυδα, μελιτίδα κάθωνται. idest, Hactenus abiectissimi, inhiantes Mamachuthæ, Melitide desident.

Non pluit &c.

PLVTARCHVS in caussis naturalibus, refert hunc uersiculum prouerbio iactatū apud priscos:

Μηκέτι νυκτὸς ὕει, ἵκεν τέκνα ἀγροτέρα σῦς. idest,

Iam non nocte pluit, qua sus fœnum edit agrestis.

Quærit autē, cur domesticæ sues sæpius, idq; incerto tempore pariant, contra feræ semel dumtaxat, atque ijsdem ferme diebus. Hi sunt initio æstatis, quæ pars anni minimum est obnoxia, pluuiæ præsertim apud Græcos. Non alium equidem uidemus prouerbij usum, nisi siquis significare uelit exacto uere, aut autumno, serenitatem fore. Quod si libebit longius etiam detorquere, per iocum licebit uti, cum significabimus, ubi hoc aut illud euenerit, quod breui sit euenturum, finem malorum nobis fore.

Electro lucidior.

Ἠλέκτρου διαφεγγέστερος, i. Electro pellucentior. De re magnopere dilucida, aut de forma supra modum nitida, quod electrum miro quodam more pelluceat. Vnde Virgilius, liquidum appellat:

-Liquidove potest electro.

Lucianus in Amuribus: ἢ ἠλέκτρου φασὶν, ἢ τῆς σιδωνίας ὕελου διαφεγγέστερος, i. Electro, ut aiunt, aut Sidonio uitro pellucentior. Sidoniū autē uitrum uocat, quod ea ciuitas artificio uitri fuerit olim nobilis.

Tam perit, quam extrema faba.

FESTVS Pompeius ostendit prouerbio dici solere. Tam perit, quam extrema faba, propterea quòd extremæ fabæ plerumque aut proterantur, aut decerpantur à prætereuntibus. Quadrabit igitur in hominem, seu rem omnibus omnium iniurijs expositam.

Tyria maria.

TYRIA maria prouerbio dicebatur, de re magnopere tumultuosa, periculiq; plena. Festus Pompeius inde natum adagium indicat, quod Pœni Tyro oriundi adeo potentes maris fuerunt, ut per hos omnibus mortalibus nauigatio esset periculosa. Citatq. Afranium qui scripserit de quopiam, quod

quod Tyria maria concitet, hoc est, ingentes turbas excitaret.

Altera manu fert aquam &c.

Τῇ μὲν ὕδωρ φορεῖ, τῇ δ' ἑτέρῃ δὲ πῦρ, i. Altera manu fert aquam, altera ignem. In eum torqueas licebit, qui cum coram sit blandus, occulte noceat. Aut in bilinguem, & nunc laudantem, nunc uituperātem, aut in diuersa sentientem. Finitimū illi Plautino:

Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.

Refertur adagium a Plutarcho, in commentario de primo frigore: τῇ μὲν ὕδωρ ἐφόρει δολοφρονέουσα χερὶ, τῇ δὲ ἑτέρῃ τὸ πῦρ. i. Altera quidem aq̄ gestabat dolosa manu, altera uero igné. Loquitur autē de muliere diuersis & contrariis instructa. Mirum est autem idem dictū hodie rotidem uerbis in ore esse uulgo.

Vapula papyria.

VAPVLA Papyria. Sisinius Capito scribit prouerbio dici solitum, si quando volebant significare se negligere minas aliquorum: hoc tantum reperimus in fragmentis Festi Pompeij. Suspicamur esse natū a Papyrio prætextato, a quo mater comminando plagas, frustra conata exscalpere, quid actum esset in senatu. Proinde Papiri legēdū, non Papyria, nisi mauis subaudire lege, ut sit comminantis pœnam legis Papyriæ. Aut ni magis placeat, ut intelligas de Papyria, uxore Paulli Æmilii, quę repudiata est à marito, cùm repudii caussam nemo scire potuerit. Quid enim facias? diuinandum est, ubi non succurrunt auctores.

Quasi millus cani.

SAPIT & hoc prouerbium, quod apud eūdem ad populum dixit Scipio Æmilianus: Nobis, inquit, reiq; publicæ, præsidio eritis, quasi millus cani. Nā millus est collare canum uenaticorum, coriaceum, confixū clauis ferreis eminētibus aduersus impetum luporum. Ad hunc igitur modum, certum firmumq; præsidiū significabimus.

Non liberat podagra calceus.

PLVTARCHVS in commentario; περὶ τῆς δίθυμίας, refert huiusmodi sentētiā, ceu uulgo iactatam, alioqui ipsa quoque figura prouerbium præseferētem: Οὔτε πόδαγρας ἀπαλλάττει καλτίκιος, οὔτε δακτύλιος πολυτελὴς παρωνυχίας, οὔτε διάδημα κεφαλαλγίας, i. Ne podagra liberat celceolus, nec pręciosus anulus unguium uitio, q̄ παρωνυχίαν uocant Latini reduuiam, nec diadema capitis dolore. Plutarch' utit ad hunc modū, si diuitiæ, reliquaque fortunæ munera, non tollunt morbos corporis, quāto minus mederi possunt animi malis?

Vno digitulo.

VNO digitulo, summam negotii facultatem significabant. Terent. in Eunucho: Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus, Næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra. Hieronymus in dialogo Luciferiani & Orthodoxi. Hanc igitur hastam, quam totis uiribus misisti, de qua nobis minitaris, uno, ut aiunt, digitulo repellā. Huc pertinet & illud, quod alibi dictū est: Minimo prouocare, cum significamus, nos uel nullo negotio posse uincere.

Muli Mariani.

MVLI Mariani, castrensi prouerbio dicti sunt uaricosi milites, qui ex C. Marii ducis instituto, in furca tabella interposita, sua onera portare consueuerunt, ut testatur & Festus Pompeius. At Plutarchus in uita C. Marii originem adagii bifariam refert: cum Marius imperator milites cursu, uariisq; ac longis itineribus, gestādisq. oneribus exerceret, atque illi iam assueti, non grauatim tacitiq; ea ferrent, castrensi ioco ἡμίονοι μαριανοὶ, id est, muli Mariani dicti sunt. Hinc translatū est in quosuis, qui facile parerent imperatis. Meminit adagii, & Iulius Frontinus libro Stratagematon quarto hisce uerbis: Caius Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus agmē oneratur, uasa & cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus & habile onus & facilis requies esset, unde & in prouerbium tractum est, Muli Mariani, nimirum ob laborum tolerātiam, quod Homerus, ἡμίονοι ταλαέργοι identidē appellat. Sunt qui diuersam adagii originem referant. Cum enim Scipio Numantiam obsidens statuisset inspicere non arma modo militum, uerū etiam equos, mulos, & currus, quo pacto hæc quisque sibi haberet exercitata atque apparata, Marium produxisse equum pulcherrime ab ipso nutritū,

præterea mulum habitudine corporis, mã suetudine ac robore, lõge cæteris antecellentem. Itaque cum imperator Marii iumentis delectaretur, ac subinde horum faceret mentionem, tandem factum est, ut io cosa laude, qui in officio se præstaret assiduum patientem ac industrium, mulus Marianus diceretur. Et hanc alteram prouerbii originem refert Plutarchus in uita Marii, quam modo citauimus. Seneca in ludicro libello, quem scripsit in Claudiũ Cæsarem, mulos perpetuarios nominat. Festiuius erit, si detorqueatur in hominem immenso studio, aut perpetuis negotiis uehementer districtum.

Osculana pugna.

FESTVS Pompeius indicat Osculanam pugnam prouerbio dici solitam, quoties uicti uincerent. Idq; inde natum, quod Valerius Leuinus imperator, prius a Pyrrho uictus, paullo post eundem regem deuicerit. Citat Ticinium, qui huius adagii, fecerit mẽtionem. Quanquam hic quoq. locus mutilus, ac truncus est apud Festum.

Osce loqui.

OSCE loqui uetusto prouerbio dicebantur, qui turpiter parumq; pudice loquerentur. Ab Oscorum moribus allusione sumpta, quod apud eos spurcarum libidinum impunitus usus fuerit, unde & obscena dicta quidam putant, quæcumque factu dictuve turpia sint, etiam si refragatur Festus Pompeius. Citat autem Ticinium quendam, qui scripserit ad hunc modum: Osce, & Volsce fabulantur, quia latine nesciunt.

Sero molunt deorum molæ.

PLVTARCHVS in commentario, cui titulus: περὶ τῶν τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων. ὥστε οὐχ ὁρῶ. τί χρήσιμον ἔνεστι, τοῖς οὐδὲ δι' τούτοις ἀλεῖν λεγομένοις μύλοις τῶν θεῶν, i. Itaque non uideo, quid nã utilitatis insit istis deorum molis, quæ sero dicuntur molere. Cæterũ ex his, quæ p̃cedunt eodem in loco, colligere licet dici solitũ de his, qui licet serius, tamen aliquãdo pœnas dant malefactorum, uindici deo.

Tribus uerbis.

TRIBVS uerbis pro paucissimis dicere prouerbiale est. Diuus Hieronymus in dialogo Luciferiani, & Orthodoxi, Tribus, ut aiunt, uerbis, rem istam grandem dissoluisti. Item Geta Terentianus in Phormione negat quosdam tria inter se commutaturos uerba. Pindarus in Nemeis hymno duodecimo, τρία ἔπεα διαρκέσει, id est, Tria uerba sufficient. Tametsi nos non fugit hic interpretes superstitiosius philosophari de tribus uerbis. M. Tullius pro Cluẽtio, Accusabat autem Scamandrum uerbis tribus, uenenum esse deprehensum, &c. consimili figura, sexcenta dicimus p̃ multis: Proinde sexcentas mihi dicas scribito. Contra uerbo rem expedire dicitur, qui paucis explicat: & ne syllaba quidem, attingere, qui nihil omnino meminit. Ita Galenus in Erasistratum opinamur: πῶς δὲ οὐκ αἰδεῖται, τοὺς μὴ τῆς πέψεως ὅπου χίας διαμνήμονας ὡς πολλάκις εἰσὶ καὶ χῆ πολλὰς γίνονται προφάσης, ὑπὲρ ὧν τῶν αἱματώσεως σφαλμάτων, οὐδ' ἀχρι συλλαβῆς μιᾶς φθεγξάμενος, i. Qui sit ut non pudeat, quod cũ de concoctionis uitiis distinxerit, & quod multa sint, & uatiis ex caussis accidant, ne generandi sanguinis defectibus, ne uno quidem uerbo, ne una quidem syllaba locutus sit?

Incita equum iuxta nyssam.

Κέντει τὸν πῶλον περὶ τὸν νύσσαν, i. Stimula equum iuxta lineam siue metam, dicebatur ubi sermo loquentis aberraret ab eo quod esset institutũ. Natum uidetur ex Iliados Homericę. Vbi Nestor multis uerbis docet filium Antilochum quomodo debeat equos regere, addit & hoc:

Εν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριφθήτω, i.

Cæterum equum læuum, constringat linea metæ.

Sumptum ab equestri cursu, qui inter præscriptas metas ac lineas agebatur, quas transilire nefas erat. Ad quod haud dubie Fabius allusit, in undecimo Institutionũ oratoriarum libro, referens Cassium Seuerum lineam poscere solitum, aduersus eos qui in aliena trãsirent subsellia, ueluti q̃ præscriptum limitem egrederentur. Finitimum illi: ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν. id est, Extra oleas. Itẽ illi: ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πεδᾶν. Vsurpauit prouerbii titulo Gregorius Nazianzenus in oratione de sancto pascha: ἀλλὰ τί τούτων ἡμῖν τάχα ἂν εἴποιτις τῶν φιλεόρτων καὶ θερμοτέρων, κέντει τὸν πόλον περὶ τὸν νύσσαν, τὰ τῆς ἑορτῆς φιλοσοφεῖ, i.

Sed

Sed hic fortassis aliq̃s nobis dixerit ex his qa amãt dies festos, ac calidiores sũt, incita equũ iuxta Nyssam, ac de festo differe. Vtitur eodem prouerbio in oratione de nata Iesu Christi. Idẽ uariauit nõnihil in orõne contra Eunomianos: μηδὲ καθάπερ ἵπποι θερμοὶ καὶ δυσκάθεκτοι τῶν ὄντα λογισμὸν ὑπορρίψαντες, καὶ τῶν καλῶς ἄγχεσαν ἀλάθειαν ὑποπτήσαντες πόρρῳ τῆς νύσσας θέωμεν, i. Ne uelut equi feruidi & intractabiles, postea quam rationẽ ceu sessorem excusserimus, & religiosã cautionem pulchre nos septis cohibentem, procul a meta curramus.

Præstat inuidiosum esse &c.

NIHIL tam uulgari sermone iactatum, quam hæc sententia, præstat inuidiosum esse quàm miserabilem. Nam inuidia fere comes est felicitatis, miseratio calamitatis. Est autem apud Herodotum in Thalia, ubi Periander ita loquitur filio, σὺ δὲ μαθὼν ὅσῳ φθονέεται κρέσσων ἐστί, ἢ οἰκτείρεται, i. Tu uero doctus, quanto satius sit, inuidiosum esse quam miserandum. Exstat epigramma Græcum Palladæ in hanc sententiam:

Ο φθόνος οἰκτιρμῶ κῆ πένδαρον ἐστὶν ἀμείνων,
Οἱ βασκαινόμενοι λαμπρὸν ἔχουσι βίον,
Τοὺς δὲ λίαν ἀτυχεῖς οἰκτείρομεν, ἀλλάτις εἶμι
Μήτ' ἄγαν δ' δαίμον, μήτ' ἐλεεινὸς ἐγώ.
Ημεσότης γὰρ ἄριστον, ἐπεὶ τὰ μὲν ἄκρα πέφυκεν
Κινδυνώδες ἐπαγειν, ἔχατα δ' ὕβριν ἔχει, i.

Peior liuore est miseratio, Pindarus inquit,
Nam sunt felices quos petit inuidia.
Horum nos contra miseret, quorum aspera sors est.
At mihi donari non cupio alterutrum,
Vt nimium felix, uel sim miserabilis ulli.
Nam præstat cunctis rebus adesse modũ;
Quandoquidẽ celsę vicina pericula sorti,
Imaq; deprimitur non toleranda ferens.

Est autem apud Pindarum primo hymno Pythiorum.

Αλλ' ὦμφς, κρίσσων γὰρ οἰκτιρμῶν φθόνος,
Νῦν παρίεμαι λαὸν, νῶμα δικαίῳ πηδαλίῳ στρατον, i.

Veruntamen melior est commiseratione inuidentia.

Ne omitte honesta, guberna iusto clauo exercitum.

Rursus in Nemeis hymno octauo, ὄφλον ὃ λόγοι φθονεροῖσιν, ἀπέτεα ἐσλῶν αἰὶ χεῖρόνεσι δ' οὐκ ἐρίζει, i. Obsonium est inuidis obtrectatio. Attingit autem honestos, cum deterioribus non cõtendit. Rursus Pythiorum undecimo:

Ιχεῖ τὲ γὰρ ὄλβος οὐ μείονα φθόνον
Ο δὲ χάμηλα πτέων ἄφαντον βρέμει, i.

Habet enim felicitas haud minimam inuidiam.
At qui humilia spirat, in obscuro fremit.

E nassa escam petere.

ADMODVM certe prouerbiali figura dictum est Plauto, citante Festo Pompeio:

Nunquam hercle ex ista nassa hodie escã petam.

Et Cic. ad Atticũ libro quintodecimo, epist. ultima. Ex hac nassa exire constitui, non ad fugam, sed spem mortis meliorem. Est autem nassa piscatorii vasis genus, quo postea quam intrarit pisces, exire non potest. Vnde prouerbialia fuerint & illa: In nassam incidere, & E nassa elapsus.

Nec mulieri, nec gremio credendum.

IDEM Festus indicat huiusmodi prouerbium uulgo dictitatum fuisse, Nec mulieri, nec gremio credi oportere, quod illa incerti, ac leuis sit animi, & plerumq; fiat, ut in gremio posita, cum in obliuionem venerint, exsurgẽtibus procidant. Itidem sinui commissa decidunt, nisi cingaris. Itaque. M. Tullius silentium promittens, ait: In sinu est, nec discingor.

Vna cum templis & aris.

PLVTARCHVS locis aliquot in Symposiacis significat antiquitus fuisse morem, vt quoties unicuipiã deo res diuina fieret, omnibus simul uota fierent, uidelicet ne Calydonii suis tragœdia renouaretur. In uocantes autem deos, addebant hæc verba ceu solẽnia: ἅμα σὺν ναοῖς καὶ βωμοῖς, id est. Vna cum phanis & aris. Non admonet quidem ille palam, esse prouerbium, tamẽ ita uidetur usurpare, ut coniicere possis, prouerbio dici solitum, cum nihil omnino p̃ termissum uolebant significare. Quemadmodum & hodie uulgo dicunt, Vna cum uestibus & calciamentis. Et Demigrarunt una cum sarcinis, & impedimentis.

Mercu-

Mercurius superuenit.

Ὁ ἑρμῆς ἐπεισελυθεν, i. Mercurius super uenit. Ita loqui cõsueuerunt, si quando silentium orietur in conciliabulo multorum, significantes, non esse fas loqui Mercurio præsente, qui sermonis sit auctor. Ominosum & hodie putatur, si quando in cętu, aut conuiuio, subitum omnium silentium fuerit obortum. Refertur adagium a Plutarcho in commentario: περὶ τῆς ἀδολεσχίας. Affine est illi, quod alibi dictum est: Lupus in fabula.

Dulce pomum cum abest custos.

Γλυκεῖ ὁ πάρα φύλακος ἐκλελοιπότος, i. Custos ubi deest, dulce pomũ est scilicet.

Senarius est prouerbialis, quo licebit vti cum significabimus impunitate malos ad peccandum prouocari. Sumpta metaphora a pueris & adolescentibus, qui sibi non temperant, quo minus furentur poma, si senserit abesse custodem. Vtitur Plutarchus in libello quem inscripsit, ἐρωτικὸν, in philosophos, q sub prętextu philosophiæ, libidini suæ seruiũt: τῷ φάσει δὴ φιλία καὶ ἀρετὴ κοινεται δὲ καὶ ψυχροτυτεῖ καὶ τὰς ὀφρῦς αἴρει, καὶ φιλοσοφεῖν φησὶ, σοφρονῶν ἔξω δίκα τοῦ νόμου, εἶτα νύκτωρ καθ' ἡσυχίαν.

Γλυκεῖ ὁ πάρα φύλακος ἐκλελοιπότος, i. Igitur occasio amicitia ac uirtus est. Sordidatur autem puluere, frigidaq; lauat, at tollit supercilia, ac philosophari se prædicat, & foris sobrius est ob legem, deinde noctu clanculum.

Pomum suaue est, tunc ubi custos abest.

Et Pindarus in Isthmiis hymno sexto: Τὸ δὲ παρ' δίκαν γλυκὺ πικρότατα μένει τελευτᾶ, i. Id quod præter honestum dulce est, manet finis amarissimus.

Sanior es pisce.

PROVERBIALITER haud dubie dixit Iuuenalis: Sanior es pisce. Nam ad eum modum, hodieque uulgo loquuntur, tã sanus es, quam piscis. Id inde sumptum est; quod creditum est, pisces non sentire morbos. Quamquam huic sententiæ refragatur Aristoteles libro de natura animalium octauo, atque hunc secutus Plin. lib. 9. Siquidé ęgrotare pisces hoc argumento colligunt piscatores, quod aliquoties inter eiusdé generis præpingues ac uegetos, aliquot capiunt extenuatos, ac languentibus similes, coloreq; immutato. Quamquam uniuerso piscũ generi non incidit pestis, quemadmodum frequenter, accidit hominibus, ac cæteris animantibus, non eicuribus modo, uerum etiam feris.

E Creta raptus.

PLVTARCHVS in commentario De puerorum educatione: καὶ τοὺς μὲν βοιωτοὺς καὶ τοὺς ἠλιδιφοκλέον ἔρωτας καὶ τὴν ἐκ κρήτης καλούμενον ἁρπαγμὸν, τοὺς ὃ ἀθηναίους καὶ τοὺς ἐν λακεδαίμονι ζυλωτέον. i. Thebanorum quidem ac Hesiesium amores oportet fugere, eumq; qui uocatur è Creta raptum, Athenienśium uero & Lacedæmoniorum imitari. Apparet furtiuum amorem his uerbis olim significatũ fuisse, qd aliquoties illinc uirgines a negotiatorib. aduherentur.

Euparyphus ex comœdia.

ADMODVM prouerbiali figura dixit Plutarchus in Symposiacis: ὥσπερ δ' πάρυφος ἐκ κωμῳδίας, hominẽ significãs magnifice uestitũ, ac magnam seruorum turbam post se trahendam. Nã huiusmodi fingunt in comędiis milites gloriosi. Quorum insigne est chlamys purpurea, quemadmodum indicat Donatus. Ita Lucianus de milite: τὴν δ' πάρυφον λέγω τὴν ἐν χλαμύδι, i. Euparyphum illum dico, illum chlamydatum: Vnde diuites omnes splẽdide cultos, δ' πάρυφος appellãt Græci, quod ipsum p uerbiale quiddam habet. Nã Paryphis uestimenti genus est, cuius meminit Iulius Pollux libro septimo. Id utrinq. purpurũ habebat assutam, quod uirgæ purpureæ in ter textæ uesti, Ionũ lingua Paryphi uocãtur. Idem admonet δ' πάρυφον nouę comędiæ uerbum esse. Cõtra tenues & humiles nullo cultu insignes tunicati dicũtur. Cornelius Tacitus in dialogo de oratoribus: Quos sæpius uulgus imperitum & tunicatus hic populus trãseuntes nomine uocat, & digito demonstrat. Similiter Horatius:

Vilia uendentẽ tunicato scruta popello.

Nam prætexta nobilium erat, & tota ciuium erat insigne. M. Tullius cõtra Rullũ: Iam uero qui mutus erat tunicatorum illorum. Item pro M. Cęlio: Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga constitutus, & ut exercitatione ludoque campestri tunicati uteremur.

Tranquillo

Tranquillo quilibet gubernator est.

SENECA in epistola quadam ad Lucilium: Alioqui gubernatoris artem adeo non impedit tempestas, ut ostendat. Tranquillo enim, ut aiunt, quilibet gubernator est. Ait autem illic fortunam aduersam, ac rerum difficultatem, non solum nõ abesse sapienti, uerum etiam uirtutem in his maxime proferre sese, quæ rebus secũdis ac pacatis latebat. Non magnum est administrare rempublicam, cum omnia in pace constant.

Neque Lydorum caryces.

Μήτε λυδῶν κάρυκας, μήτε μαστίγων ψόφους, i. Neq; Lydorum condimenta, neq. flagrorum crepitus. Constabit trochaicus tetrameter catalecticus, si addas articulũ: Μήτε τῶν λυδῶν, & καρύκκας per geminũ cappa legimus apud Hesychium & Athenæum. Hesychius indicat καρύκκιον dici offam è sanguine uarijsq; cõdimentis cõfectam. Athenęus hunc uersiculum adducit:

Εἴωθας εἰς ταυτὸν καρυκᾶν, μέλι,
Σεμίδαλιν, ὠὰ· πάντα γὰρ τἀναντία. i.

Miscere in unum consueuisti, mel, ad hęc Similaginem, oua, cuncta enim cõtraria.

Vnde καρυκᾶν pro miscere uarias rerũ species, & καρυκκᾶματα pro cibis uarie cõditis, & καρυκκεία cõditura exquisitior. Sed quibus rebus quibusq; modis genus hoc edulij conficiatur, serio declarat libro duodecimo, dicens hoc inuẽtũ esse Candauli, qui hinc sibi nomẽ celebre peperit. Suidas refert adagium, nec exponit. Cõijcere licet dici solitũ, quoties mediocrũ uitę rõnem, aut conditionẽ significarent, q̃ pariter & à summis delicijs, & ab extremis malis abesset. Legimus. n. Lydos luxu delicijq; fuisse corruptissimos, adeo vt ludijs nomẽ dederint: de Tyrrhenis certũ est, ad tibię modos solere seruos cędere, summã molliciem cum summa sæuitia cõiungentes. Venustius erit, si ad animi res transferatur, uelut ad orationem, nec omnino rusticam nec operosius expolitã. Vnde καρυκᾶν dicũtur, non solum qui varijs condimentis inficiunt cibos, uerum etiam, qui sermonem multiplici uerborũ, & figurarum lenocinio condiunt.

Tanquam de narthecio.

PROVERBII simillimũ est & illud Ciceronis in secundo De finibus bonorum libro, tamquam de narthecio, pro eo quod est ex parato, & ad manum. Nam narthecium, uocat pyxidem, unde pharmacopolæ depromunt medicamenta. Verba Ciceronis sic habent: Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tamquam de narthecio promant, Si grauis, breuis: si longus, leuis.

Quod non opus est, asse carum est.

CATONIANA uelut & oracula uidẽtur apud ueteres in prouerbium abijsse, non secus atq; illa Apollinis, Nosce teipsum, & Ne quid nimis. Quorum de numero commodissime dictum est, uquod in epistola quadam ad Lucilium refert Seneca, Quod non opus est, asse carum est. Vult autẽ Cato diligentem patrem familias uendacem esse, non emacem, & emere non qd̃ opus est, sed quod necesse est. Nam quod non opus est, inquit, asse carum est: hoc est, quã tumuis paruo emptum, tamen carum est, si nec opus est eo. Vocat necesse, quo carere non possis, uelut arator aratro: opus qd̃ usu futurum sit, si quis habeat, sed ejusmodi tamen, vt carere possis. Porro quod op non est, idest, prorsus superuacaneũ & inutile. Potest ad complures accommodari sententias, vt si quis dicat artem quampiã minimo negotio posse disci, quæ tamen nihil sit frugis allatura, responderi posset: Quod opus non est, assecarum est.

Nunc tuum ferrum in igni est.

EIVS ferrũ in igni esse dicebant, cuius negotiũ iam ageretur. Præmollitur enim ferreum igni ad cudendum. Ita Seneca in ludicro libello, quẽ scripsit de morte Claudij imperatoris. Hercules enim qui uideret ferrũ sum in igni esse, modo huc modo illuc cursabat, & aiebat, Noli mihi inuidere, mea res agit: deinde si quid uolueris inuicem faciam, manus manum lauat. Adlusit eo, quod Hercules quoq. ex homine factus esset deus, id qd̃ ambiebat Claudius, Alexãder Magnus interrogatus quo modo potitus esset Græcia respondit, μηδὲν ἀναβαλλόμενος, idest, Nil recraftinans. Refert Homeri Scholiastes Iliados β.

Ne bos quidem pereat.

IAM ante puerbij aliquod nobis declaratũ est quantum vtilitatis adferat bonus uicinus,

vicinus, quantum incommodi malus. Sed quæ conducunt ad vitæ felicitatem, iterum atque iterum expedit inculcare, quo penitius infigãtur animis. Neque enim ea res tantum habet locum in parandis ædibus aut fundo, sed in omni pœnę vita: vt quod Portius Cato prodidit de commodo vicino habendo, non solum ad agricolas pertineat, verum etiam ad vnumquemque nostrum. Etenim si quis iam prouectior ætate uitæ totius cursum relegat, comperiet maximam bonorum malorumque partẽ à bonis malisque uicinis fuisse profectam. Hesiodi carmen Columella tã quam prouerbiale refert:

Μηδ' ἂν βῶς ἀπόλοιτ' εἰμὴ γείτων κακὸς εἴη, i.

Nec bos intereat, uicinꝰ si improb. absit.

At leuis est bouis iactura, si cũ his malis conferatur, quę capiuntur ex improbis cõuictoribus, ex fucatis amicis, ex uxoribꝰ & famulis parum fidelibus. At Catonis quidem sententiam nonnulli reijciendam esse duxerunt, quod in nobis situm non est, qualem habeamus uicinum, quem nonnumquam mors aliæq. diuersæ caussæ nobiscum mutant. Id tametsi negari non potest, sapienter tamen à Catone præceptum est, ut agricola quantum in ipso est, curet habere bonum uicinũ, nec bonũ tantũ, sed & commodũ. Bonus.n. esse põt, qui tibi cõmodus nõ sit. Id ut contingat, duæ res potissimũ adiuuabũt, diligentia in parando agro & commodi mores erga vicinum. Frequenter.n. habemus malum uicinum, qd ipsi nos præbeamus malos uicinos. Quem admodum igitur, ut eleganter scribit Columella, sapiẽtis est fortuitos casus magno aio sustinere, ita dementis est ipsũ sibi malam facere fortunam. Quod facit, qui nequam uicinum suis nummis parat, cum a primis cunabulis, si modo liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit:

Οὐδ' ἂν βῶς ἀπόλοιτ' εἰμὴ γείτων κακὸς εἴη.

Quod non solũ de boue dicitur, sed de omnibus partibus rei nostræ familiaris, adeo quidẽ vt multi prętulerint carere pęnatibus, & propter iniuriã uicinorum sedibus suis profugerint. Nisi aliter existimanꝰ diuersum orbem, uniuersa gentes petiisse relicto patrio solo, Achæos dicimus & Hiberos, Albanos quoque, nec minꝰ Siculos, & ut primordia nostra contingamus Pelasgos, Aborigenes, Arcadas, quam quia malos uicinos ferre non potuerint. Ac ne tã tum de publicis calamitatibus loquamur, priuatos quo que memoria tradidit, & i regionibus Græcię, & in hac ipsa Hesperia detestabiles fuisse uicinos: nisi Autolycꝰ ille potuit cuiquã tolerabilis esse contermi nus, aut Auẽtini montis incola, Palatinis vllum gaudium finitimis suis Cacus attulit. Malumus enim præteritorum quã prę sentium meminisse, ne uicinum nostrũ no minemus, qui nec arborẽ prolixiorem ſta re nostrę regionis, nec inuiolatum seminarium, nec pedamentũ annexum uineæ, nec etiam pecudes negligentius pasci finit. Iure igitur, quantum nostra fert opinio, M. Portius talem pestẽ uitare cẽsuit, & in primis futurum agricolã præmonuit, ne sua spõte ad eam peruenirẽt. Hactenus quidẽ Calumella declamatoria quadam eloquẽtia, simul & Catoni patrocinatꝰ est, & nos docuit, quanta pestis sit malus uicinus. Tametsi Cato non solũ de vicini moribus sentit, uerum etiam quam lauta sit re. Vicini inquit, quo pacto niteant id animaduerti to. In bona regione bene nitere oportebit. Interdum enim nitor arguit agri bonitatẽ in solo uero parũ fertili declara industriã agricolæ. Porro quemadmodum diligens vicinꝰ exstimulat ad studium bene colẽdi ita vicinorũ luxus ex ignauia corrumpit vicini familiam. Itidem & præpotens uicinus opprimit propinquum pauperem, & supra modũ tenues vicini semper aliquid abradunt, siue pręcibus, siue furto. Iam cũ morosis & improbis uicinis numquam rixa non est, nunc de finibus, nunc de dãno dato, nunc de stillicidio, nunc de semita actuve, nunc de prospectu, aut de lumine. Quod si fortuna nobis dederit talẽ vicinũ, nec liceat mutare, reliquum est, vt nostra commoditate reddamus illum ex malo bonum, certe caueamus ne lacessitus fiat incõmodior. Turpissimum enim fuerit si nostris moribus ex cõmodo uicino faciamꝰ incommodum. Videlicet hoc est quod pcipit Cato: Vicinis bonus esto. Et ne satis esse putares, si ipse tẽperes ab iniuria vicini, adiungit: Familiam ne siueris peccare. Mox indicat, quid vtilitatis capiatur ex bonis vicinis. Si te, inquit, libenter vicinitas videbit, facilius tua vendes operas facilius locabis, operarios facilius conduces. Si edificabis, operis, iumentis, materia iuuabũt.

Si quid

Si quid bona salute usus ueneri t, benigne defendent. *Olim* igitur qui fundum proscribebant uenalem præconem edocebant, quibus dotibus esset ager commodabilis, quam salubri cælo, quam commẽdo situ, quam fertili solo, quam bene ædificatis uillis. Sed uir acerrimi ingenij Themistocles, cum fundum uenderet, iussit huiusmodi dotibus & illud adijci, quod haberet bonum uicinum. Id factum primum risu iocoq. multitudinis acceptum est, mox intellectum est hanc agri commendationem esse præcipuam. Plurimum itaque refert ad totius uitæ commoditatem, qualem quisque uicinum sibi deligat, tum quo pacto, qui contigit utatur. Princeps qui ditionem ambit, quam sine maximo negotio, summoque ditionis auitæ dispendio tueri non possit, malam uicinam sibi adiũgit. Rursum qui cordatos ac fidos consiliarios, qui magistratus integros & reipublicæ amantes adsciscit, bonos uicinos adiungit. Neque minimum interest quas nationes in adfinitatem adglutinet. Qui dotis aut honoris gratia sponsam adsciscit incommodis moribus, aut cui sint cognati procaces, malos uicinos sibi adiũgit. Qui cum improbis init amicitiæ fœdus, malam uiciniam adcersit. Prima igit cautio sit in diligendo, postrema in fugiendo quod corrigi non potest. Quamquam ne fuga quidẽ debet carere cautione. Alioqui in uitium ducit culpæ fuga, si caret arte, neq. raro fit, ut odio mali præcipitemꝰ nos in aliud grauius malum. Raro pœnituit amicitiæ, qui iudicio delegit amicũ. Et sæpe nostra culpa fit, ut rescidatur amicitia, quod amicis bonis utamur non bene tum quod parum commodos amicos, nec ferre nouimus, nec emendare. Neque uero leuius peccant, qui cum inciderint in amicos pestilentes, nesciunt sese subducere, sed aut hęrent his quos oderunt clãculũ aut non dissuunt amicitiam, sed abrumpunt. Obtterpunt undiq. quęrimoniæ deplorantium sibi ad studiorum cultũ deesse Mecœnates. Atqui Mecœnas non statim amplexus est Virgilium aut Horatiũ, nec Męuio Bauione fuit Mecœnas. Illud primum agat adolescens, ut egregiũ aliquod specimen ceu pignus de se põbeat, non periturũ quod in ipsum conferatur. Nec satis esse put et, quibuscumq; rationibus abstulisse munus uel prædam uerius. Non ẽ im probitate petendi ambienda benignitas, sed literis ac moribus semper in melius proficientibus. Sic inuitat fundus agricolam ad uberiorem sementem. si quod creditum erat bona fide multoq; cum fœnore reddat. Nec est subinde mutandus patronus, ut relicto quem defatigasti, quæras integrum, & una quercu excussa, sub alia colligas. Sic uni aut duobus seruiendum est, quasi sis perpetuo ijsdem usurus. Nunc quam multos uidemus qui suis morib. & literas odio, & patronos pudore inuidiaque onerant. Est quidem non nulla gratitudinis pars literis dictisq; celebrare nomen patroni, sed magni refert quo quemodo laudes. Vana laudatio fidem abrogat etiam uera prędicantibus, itaque fit, non ut lector melius sentiat de laudato, sed prius de laudante. Immodicæ laudes conciliant inuidiam potius, quam gloriam. Iam qui laudibus uehunt ea quæ bonorum ac sapientum iudicio damnantur, laudando uituperãt. Primum quod adfers ad Encomium sit uerum: deinde quod uerũ est sic tractetur ut fiat etiam uerisimile. Absint autem poetarum quorũdam hyperbolæ, quibus ex homine cum libet, deũ faciunt, hæ uirtutes potissimum depingantur, quæ fauorem ac beneuolentiam cõciliant, quod genus sunt pietas, integritas, pudicitia, modestia, benignitas, morũ candor ac facilitas. Nihil est humano ingenio inuidentius, nihil hominum iudicijs morosius. Proinde si quid attingendum erit earum rerum quas uulgus sic miratur ut inuideat possidẽtibus, id arte tractãdũ est, ne fascinatio sit metuẽda laudato. Nullus inuidet opulẽto, qui quod uel ex benignitate fortunæ, uel sine fraude partum possideat, sic habet, ut dispensator sit potius ꝗ dominus. Neq. quisquam inuidet potenti qui potens est reipublicę commodis, ꝗ quantum eminet dignitate, tantum se submittit modestia, comitate uincens etiam humiles. Nullus inuidet formoso, qui naturæ dono pudorem, ac pudicitiam adiunxit. Nullus inuidet ualẽti aut longęuo, ꝗ magno plurimorum bono ualet, ac uiuit. Quod si cui deest ingeniũ aut ars ad hæc pro dignitate tractanda, abstineat potius quam uelut malꝰ pictor bonam formã imperitia sua reddat deteriorem. Alexander ille fortasse morosius, qui nullius manu pingi sustinebat nisi Apellis. Nemo tamẽ

egregio,

egregio corpore, a Fuluo Rutubaque pingi cupiat. Quod emittis in lucem publicam tale sit, vt posteritatis memoriam polliceatur. Deniq. sic temperanda laudatio ut hoc officium non appareat esse tributum eius animo quem laudas, nulli enim minus expetunt aut sustinent etiam laudari quam qui maxime promerentur: sed ipsi potius uirtuti, quam nolentem etiam sequitur sua gloria, sed alijs ad similia studia prouocandis. Sic & utiliter laudabitur qui promeritus est, & citra periculum inuidię, aut adsentationis suspicionem. In defunctorum autem laudes uberius effundenda est uis eloquentiæ, cum iam mitior est inuidia, & minor adulandi suspicio. Hactenus ostendimus quomodo studiosi suis patronis commendari queant. Nunc paucis attingamus quibus rationibus & studijs ipsis fauorem omnium ualeant conciliare. Multis enim in locis iam linguæ bonæque quas vocant literę magna flagrant inuidia: quod quidem fit partim culpa maiorum, qui putant auctoritati suæ detrahi si quid nouæ eruditionis accedat iuuentuti; contentique his quę pueri didicerunt, alia nec doceri patiuntur, nec sustinent discere vel quia piget, uel quia pudet, partim et eorũ uitio, qui hæc uetera noua inuehũt. Sunt enim in hoc ordine quidam intolerabili insolentia, qui simul atque tenuerint duodecim uerba Latina & quinq. Græca, Demosthenes ac Cicerones sibi uidentur, effutiunt ineptos libellos, nonnumquam & virulẽtes, liberales disciplinas oẽs miro fastu aspernantur, & in harum professores scurriliter debacchantur. Postremo res omnium & publice & priuatim erunt feliciores, si suo quisque vicino bonum prestiterit. Vt ad prouerbium redeam, congruit illi, quod alibi commemoratũ est, Aliquid mali pp uicinum malum, quod usurpauit Demosthenes in oratione cõtra Calicteã: ἐκ τοῦ ἄρα ἄνδρες Ἀθηναῖοι χαλεπώτερον οὐδὲν ἢ γείτονος πονηροῦ καὶ πλεονέκτου τυχεῖν. i. Non erat quid quam o Athenienses perniciosius, quam improbum uicinũ, nec suis contentum, esse nactum.

Caput artis, decere quod facias.

QVINTILIANVS libro Institutionum oratoriarũ II. videtur ueluti uulgo celebratũ adducere: Caput est artis decere qd facias. Ipsius uerba sunt: Vnum etiam his adijciendum est, cum præcipue in actione spectetur decorum, sæpe aliud alios decere. Est enim latens quædam in hoc ratio & inenarrabilis: & ut uere dictum est, caput esse artis, decere qd facias, ita nec sine arte esse, nec totum arte tradi potest. Hactenus Fabius. Id usurpare licebit, non solum ubi quid fiet parum decore, ueluti si cãtillet aut lusitet senex, si præeat & obiurget iuuenis: uerum etiam cum negabimus quibuslibet quiduis esse decorum. Quod sępenumero uideamus euenire, ut quod ab hoc dictum aut factum placet uniuersis, si idem tenet alius, etiamsi doctior peritiorque, nemo tamen ferat. Id cum quotidie videamus accidere, tamen cur accidat, ratio reddi non potest.

Domus recta.

ANNEVS Seneca libro epistolarum familiarum decimosexto. Videbimus quod parum recisum sit, quod parum structum, quod non huius recentis polituræ. Cum circumspexeris omnia, nullas uidebis angustias inanes. Desit sane uarietas marmorum & conscissura aquarũ a cuniculis iter fluentium, & pauperis cella, & quidquid aliud luxuria, non contenta decore simplici miscet, quod dici solet, domus recta est. Hactenus Seneca. Quod si locus nõ uacat mendo, significat uulgo domum rectã vocari, non quidem opulentam & ambitiosam, sed cui nil desit iustæ supellectilis. Ad eundem modum M. Tullius Græcorum linguam ambitiosæ meretrici confert, quę multo luxu superfluat: Latinorum honestæ, ac pudicæ matronæ, cui nihil deest, quod ad honestam pertineat mundiciem.

Non est beatus, esse qui nesciat.

IDEM in eodem opere uersiculum hunc è poeta quopiam allegat Comico: Non est beatus, esse qui se nesciat, haud dubium quin populari sermone iactatum, cum auctoris nomen non adscripserit. Sensus est, haud esse satis, ut adsit felicitas, ni felicitatem tuam intellexeris. Huc alludens Virgilius:

O fortunatos nimium, bona si sua norint
Agricolas.

Eodem pertinet, q. Martialis inter felicitatis calculos hunc quoq. commemorat.

Quod sis, esse uelis.
Quid enim felicius libertate? Atq uideas non

non paucos qui sortem deplorent suam, quod in principum aulis locum nõ inueniant: miseros se putant, quod seruire nõ liceat. Verum ut beatus non est, qui se non putat beatum: ita bis miser est, qui cum animi malis sit infelix, tamen sibi uidetur felix. Etenim ut qui sanus est, & sibi uidetur ægrotus, nõ fruitur suo bono: ita qui morbo tenetur, non intelligens suum malum, longissime abest a sanitate: quippe qui usqueadeo sanus non sit, ut sit etiam insanabilis.

Amicus certus in re incerta cernitur.

M. Tullius in Lælio, senarium hunc ex Ennio citat prouerbij specie:

Amicus certus, in re incerta cernitur.

Quo significatum est, amici fidem in rebus aduersis explorari. Nam quod cum periculo coniunctum sit, id dubium appellant, pro quo Ennius posuit incertum, affectans ἐναντίωσιν & προσονομασίαν, quibus schematis impendio delectatus est, atque adeo non iple solum, sed & omnis illa ætas vsq; ad M. Tullium. Plautus item, eum amicum pronunciat, qui in re dubia iuuat.

Auarus nisi cum moritur, nil recte facit.

OMNES ferme Publianas sententias videmus prouerbiorum vice fuisse celebratas, nec iniuria sane. Nihil enim illis fingi potest nec argutius, nec iucundius, quorum hic unus est:

Auarus nisi cum moritur, nil recte facit.

Etenim qui sese pecunię studio addixit nulli commodus est dum uiuit. Sola mors uoluptatem & emolumentum adfert hæredi.

Bona nemini hora est.

ARRISIT & hic:

Bona nemini hora est, quin alicui sit mala.

Ita fortuna temperauit res mortalium, ut quod huic lætum est, alij pariat dolorem: quod alij lucro est, alij damnum adferat. Nemo ditescit, nisi malo alterius. Nemo uincit in bello, nisi exitio alterius. Nisi mauis pro alicui legere alicubi.

Sapiens sua bona secum fert.

Ὁ σοφὸς ἐν αὐτῷ περὶ φέρει τὴν οὐσίαν, i. Sapiens opes sibi secum habet semp suas, à Bianthis apophthegmate natum, qui rogatus, cur nihil exportaret rerum suarum ex incendio patriæ: Ego vero, inquit, omnia mea bona mecum porto: significans ea quæ uere nostra sunt intra nos esse, uelut eruditionem, ac uirtutem. Vt rursum: quæ uere mala sunt nostra, non licet effugere, quantumlibet commutetur locus.

Citius Telegoræ donarim.

TELEGORAS apud Naxios prædiues quispiam ac præpotens erat, cui quod quotidie multa missitarentur, uulgato sermone receptum est, vt venditores paruo licitantibus dicerẽt: μᾶλλον προέλοιμι τῷ τελεγόρᾳ δοῦναι. i. Malim Telegoræ dare. Refertur apud Athenęum libro Dipnosophistarum octauo ex Aristotele. Rem longiꝰ prosecuti sumus in prouerbio: Nullus malus magnus piscis. Nec uidetur quis usus adagionis esse possit, nisi si dicamus officium rectius gratuito collocari penes probos ac magnos, quem mercede penes improbos ac uiles.

Hecatæ cœna.

VETERES cœnam perparcam & impendio frugalem Hecatæ cœnam appellabant, quod apud inferos tenuissimo uictu, minimoq; cibo, eoq; uilissimo uiuitur, iuxta poetarum figmenta. Siquidem umbræ plebeię malua porroque victitant, Hecatę Męnides ac Triglidas pisces, apud nos contemptissimos, habet in delicijs, ut sibi sacros. Vnde & Athenis locum esse dictum Triglam, atque inibi simulacrum Hecates Triglantinę. Alij Triglam illi sacram putãt ob nominis rationem a ternione dicti, cum triformis sit & Hecatæ. Extat apud Athenæũ libro septimo, meminit & octauo. Meminit & Lucianus alicubi. Verũ illud expendat eruditus lector, an prouerbiũ accipi possit de cena illa, quam singulis mensibus in triuijs Hecatę collocabãt diuites, diripiebant pauperes. Cuius rei meminit etiam Aristophanes in Pluto:

Παρὰ τῆς καὶ ἑκάστης ἔξεστι τοῦτο πύθεσθαι,
Εἴτε τὸ πλουτεῖν, εἴτε τὸ πεινεῖ βέλτιον,
φησὶ γὰρ αὕτη
Τοὺς μὲν ἔχοντας καὶ πλουτοῦντας δεῖπνον καταμὴ ναφροσάγειν,
Τοὺς δὲ πένητας τῶν ἀνθρώπων ἁρπάζειν, πρὶν κατασθεῖναι. idest,

Hoc

Hoc ex Hecata si uis didicisse licebit,
Vtrum porius, ditem esse, ne egenũ, quandoquidem iubet illa
Hos quibus est res quoq; benignam mensa uno ponere cœnam,
Cæterum egenos hãc prædari prius, ac deponere possunt.

Quo quidem loco in hãc sententiã scribit interpres: olim in triuijs uenerabãtur Hecaten, quod eadem tribus nominibus appelletur, Luna, Artemis & Hecate. Cæterum sub nouilunium diuites mittebant cœnam vespere, veluti cœnam Hecatæ in triuijs. Pauperes ãt esurientes diripiebant ac deuorabant quæ erant apposita, dicentes quod Hecatæ comedisset. Itaque congruet, ubi res per tumultum diripitur.

Mens uidet, mens audit.

Νοῦς ὁρᾶ καὶ νοῦς ἀκούει, i. Mens uidet, mens audit. Hemistichium prius videt carminis trochaici, tetrametri, catalectici. Refertur ab Aristotele quasi uulgo iactatũ. Sectionis undecimæ problemate 33. ubi proposita quæstione cur noctu acrius audiamus quam interdiu, inter alias caussas & hanc reddit, quod interdiu animus uarijs negotijs distrahitur: qui nisi sit præsens, nec corporis sensus officio suo fungatur, adeo ut mente alienata, nec corporis dolorem interdum sentiamus: & ipsi sumus expertii in cruciatu dentium, aut calculi, multo leuiorem reddi doloris sensũ, si possis animum in aliquam cognitionẽ alienã intendere. εἴρηται τό, νοῦς ὁρᾶ καὶ νοῦς ἀκούει. Noctu vero, quoniam oculorum sensus quiescit, & animi cogitatio trãquillior est, tum aurium meatus non minus patent nocte quam interdiu, nec minus capaces sunt sonorum, sed eos facilius etiam renuntiant animo, quod tum nullis actionibus distrahatur, nec oculorum sensu auocetur, quemadmodum in die fit, vt acutior sit aurium sensus. Locus erit adagio, ubi iubemus quempiam attentum esse, quemadmodũ dicimus, Hic esto, & Isthic sum. De mente peregrinante nobis dictum est alias.

Thymbra uictitans.

Θυμβροφάγοι, i. Thymbra uictitantes adagio dicebantur, uel qui tutius ac liberius uitam agerent, uel moribus essent parum blandis, vel qui hilariter citraq; sollicitudinem paruo contenti uiuerent, quod Thymbra, quam eandem cunilam dicunt, herbæ genus sit, q̃ Plinius non distinguit à Satureia, Columella distinguere videt: Et Satureia, inquiens, Thymi referens, Thymbreq; saporem.

Est autem saporis subamari, in agris passim prouenit, & pratẽsis ad remedia p̃stantior est hortensi, ut auctor est Dioscorides locis gaudens petricosis. Hortensis cibis aptior. Prouerbium recẽsuit Suidas & Hesychius. Fertur Epaminondas mire frugalem uitam egisse, itaque de prandio parco tenuiq; dixisse: τὸ τοιοῦτον ἄριστον, οὐ χωρεῖ προδοσίαν, idest, Tale prandium non recipit proditionem. Sensus autem dicti geminus est, uel quia nemo molitur insidias rebus modicis, uel quia qui modicis contẽti sunt non facile corrumpuntur, ut prodãt rempublicam. Amphis apud Athenæum lib. 10.

Εὐτελὲς γὰρ δεῖπνον οὐ ποιεῖ παροιμίαν.

i. Vbi cœnã frugi est, nulla debacchatio.

Græcus trimeter uidetur corruptus inuersione duarum dictionum: Restituet si legas: δεῖπνον γὰρ εὐτελὲς, & subdit ex Alexide, Ex prolixis conuiuijs primũ nasci scommata, è quibus fere plus est doloris quam uoluptatis. Hinc maledictum. Id geritur ac reciprocatur in dicentem. Mox a uerbis ad uerbera. Non ita qui Thymbra uictitant.

Doryphorematis ritu.

Graeci δορυφόρημα uocant satellitiũ illud ex barbarorum fece conductũ quod olim tyranni ad custodiam corporis adhibebant, nunc a regibus magis fastus quam tutelæ gratia alitur: In tragedijs igitur sic addebatur regũ p̃sonis δορυφόρημα, ut adstarent modo, nihil etiam loquerẽtur. Vnde q̃ tacitri assidẽt, δορυφορήματος τρόπον adesse dicunt. Sic Athenæus libro quinto: παρεμβάλλοντός τινα λόγον πεισιστράτου, χρὴ γὰρ καὶ τοῦτον μὴ παρεῖναι δορυφορήματος τρόπον. i. cũ inijceret sermonẽ quẽ dã Pisistratus: Neq. n. oportet hunc adesse more Doryphoreatis: hoc ẽ, tacitũ & nihil adferẽtẽ ĩ mediũ. Vsurpat a Luciano ĩ libello De cõscribẽda historia, his qdẽ uerbis: ἠκούσω ὦ φίλων, ὡς μὴ μόνος ἄφωνος εἶμι ἐν ὅλῳ πολυφώνῳ· μὴ δ' ὥσπερ κωνικὸν δορυφόρημα κεχλωὸς σιωπῇ περὶ φερείμην. Igitur amici, ne solus essem mutus in tempore tam uocali, neq; ueluti comicum Doryphorem iam cum silentio obambulare.

Muscam docet amor.

Plvtarchvs adducit & hoc adagium trochaico uersu expressum.

Μουσικὸν ἔρως διδάσκει, κἂν τις ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν. idest,

Musicem docet amor, & si fuerit indoctus prius.

Sensus est amorem ad industriam excitare, animum, artiumque & omnis elegantiæ magistrum optimum esse. Socrates in conuiuio Platonis, putat animam immersam corpori, uelut expergisci amoris stimulis, & hinc primos ad honesta impetus capere, tamquam excusso ueterno. Vnde deum hunc idem Plato παντὸς ὀπηχειρήτην appellat, quod nihil non experiatur. Siquidem è taciturno reddit loquacium, è uerecundo stupidoq; comem ac blãdum, è negligente diligentem. Nam musicem hic sentit literas, quas antiquitas nouem Musis dicabat. Adlusit ad prouerbiũ Bion in Bucolicis, qui cum multis uersibus docuisset Musas semper esse comites amoris, subijcit:

Μάρτυς ἐγὼν, ὅτι μῦθος ὁδ' ἔπλεο πᾶσιν ἀληθής. idest,

Testis ego dictum hoc haud vmquam fallere quemquam.

Potest & ad uerecũdiorem usum detorqueri prouerbium, si dicas nõ mediocrem esse gradum ad discendum, amasse præceptorem, potest & ad ipsum, si dicas caritatẽ esse uirtutem omnium magistram, quæ nisi adsit, nihil recte feceris.

Sicyon arrodens uxor lacernam texe.

Athaenevs lib. Dipnosoph. 3. heroicũ hunc ut prouerbialem adducit.

Τὸν σικυὸν τρώγουσα γυναῖ, τῶν χλαῖναν ὕφαινε. idest,

Arrodens Sicyon vxor subtexe lacernã.

Apparet esse uerba mariti iubentis, ut uxor tenui contenta uictu, perageret opus suũ. Nam Sicyõ seu Sicyos bulbi genus est, aut certe peponis: nonnulli putant cucumeris. Hermolaus Barbarus Corollarijs in Dioscoridem. cap. 366. videtur aliud diuinare, scribens ex Aristotelis sententia, plerasque textrices esse impudicas: An Sicyos Venerem temperet nescio.

Tetigit lapidem à cane morsum.

Plinivs lib. 29. c. 5. de veneno rabidi canis agens: Tanta, inquit, uis mali est, ut utina quoq; calcata rabiosi canis noceat, maxime hulcus habentibus. Remedium est fimum caballinum, aspersum aceto, & calefactum in uino appositum. Minus hoc miretur, qui cogitet lapidem à cane morsum usque in prouerbium discordiæ uenisse. Hactenus Plinius. Cuius è uerbis conijcere licet, vulgo creditum fuisse, si quis lapidem à cane morsum contigisset aut calcasset, eum iracundiorem euadere, & ad dissidia propensum. Fortassis ita dictitabant in hominem conuitiatorem ac rixosum: Hic lapidem calcauit à cane morsum.

Erecti.

Athenaevs in Dipnosophistarũ lib. quinto. Καὶ τὸ θαυμάσιον, ὅτι πεπιεσμένοι καρηβαρούντες ὑπὸ τῆς μέθης, ὁπότε τὶ τῶν ἀγομένων θεασαίμεθα, πάντες ἐξεγηρόμεθα, ὀρθοὶ τὸ δὴ λεγόμενον, ἀνεστάμενοι, i. Et quod dictu mirum, cum depressi essemus, & capite grauato temulentia, quoties spectassemus aliquid eorũ, q̃ inferebantur, oẽs expergiscebamur, recti, quod dici solet, surgentes. Accommodum erit, ubi significabimus aliquẽ toto pectore attentũ ad rem quampiam. Erigunt enim se totos, & summis nonnumquam insistunt pedibus, qui auscultant aut spectant auidius.

E clibano boues.

Proverbivm sapit quod scripsit Aristophanes: ἐν ἀχαρνεῦσι.

Εἶτ' ἐξένιζεν, παρετίθει δ' ἡμῖν ὅλους
Ἐκ κριβάνου βοῦς. idest,

Accepit inde, & apposuit totos boues
E clibano nobis.

Vsus erit, quoties efferemus splẽdorem conuiuij, aut insignem edacitatem. Consimili figura uocabant Hecatomben, id qd̃ aliquanto post sequitur apud eundem poetam: καὶ πολυπόδων ἑκατόμβλω, idest, Et polyporum hecatomben.

Sequitur perca sepiam.

Athenaevs lib. 7. nullo auctore refert huiusmodi prouerbium: ἕπεται πέρκη μελανούρῳ, idest, Comitem sibi ducit sepia percam. libro 10. ex Aristophane adducit,

ducit, nec addit in quē sensum soleat usurpari, nisi quod videtur dictum de improborum societate. Apud eundem paullo inferius adducuntur his uersus Numenij, qui de piscibus prodiderit.

Φυλίδας ἀλφηστὴν τε καὶ ἐν χοιῇσιν ἐρυθρὸν
Σκορπίον, ἢ πέρκυστι καθηγυτὶ μελάνυρον.

Feri puer.

ATHENAEVS libro Dipnosophistarum 15. demonstrat olim prouerbio solitum ac clamari ἴη παιὰν, quod significabant quēpiam suo munere defunctum. Itidem ferme, quemadmodum nos absolutæ uirtuti gratulantes dicere solemus: Macte animo, macte uirtute. Narrat enim, cum quispiam è conuiuio discessisset probe potus, ac magnopere somnolentos, cęteros in eum acclamasse ἴη παιὰν. Huius adagij fieri mentionem apud Clearchum in prouerbijs, quod ab huiusmodi natum euentu tradit: Cum Latona Apollinem ac Dianam ex Chalcide Delphos deportaret, iamque ad Pythonis specum uenisset, & draco concitus in eos prouolaret, Latona puellam ulnis baiulans, Apollinis præsidium implorans, clamabat, ἵε παῖ, cum is forte fortuna arcum teneret, ac perinde ualere, ἵε παῖ, quasi dicas, ἀφιεπαῖ, idest, mitte ac percute fili. Nonnullos deflexis non nihil uocibus efferre. ἵε παιὰν, idque prouerbio dici solere, quoties in rebus afflictis opem imploramus. Rursum alij putant acclamari hoc pacto fęliciter suo perfunctis munere, & eo quod expetebant potitis. Cęterum ob adsuetudinem non uideri prouerbiū, quod his uocibus solemniter uterentur in sacris Apollinis.

Ἰὴ παιὰν, ἴη παιὰν, ἴη παιὰν.

Vnde & ἰαμβικὸν τρίμετρον ortū existimant, qd & ipsum impetū, ac celeritatem habet. Etenim si producas priorē in ἴη, carmen erit hexametrum heroicum: si corripias, iambicū. Porro quod apud Athenæū in ἵε & ἴη nunc aspiratur, nūc tenuis est, ne scimus an librariorum incuria factum sit. Ouidius in arte amandi uidetur usurpasse pro acclamatione, qua gratulantur uictori uotique compoti.

Dicite io Pæan, & io bis dicite Pæan,
Decidit in casses præda petita meos.

Pulchre fallit uulpem.

Παλδεὶ καλῶς ἡ ἀλώπεκα, i. Decipit pulchre uulpem. Suidas recenset dūtaxat, nec explicat, Apparet dictum in eum qui dolis captaret astutum, cuiq; frustra tendūtur insidiæ. Nā παλδεύειν est arte illectare. Vnde & columbæ exoculatę, quas aucupes in reti ponunt, quo subsultantes, reliquas deceptas alliciant, παλδήσιαι dicuntur. Et quī feris tendunt casses, παλδεταὶ uocantur. At uulpem dolo circumuenire difficile est.

Aut piscem olet, aut florem.

AVT piscem olet, aut timallum. Ambrosius Hexemoron lib. 5. cap. 2. testatur dictum in eum qui bene oleret, quod timallus piscis sit odore gratissimus, & æque fragrans eiusdem nominis flos. Sed præstiterit Ambrosij uerba subscribere. Neque te inhonoratum nostra prosecutione timalle dimittam, cui à flore nomen inoleuit, seu Ticini unda te fluminis, seu ameni Atesis unda nutrierit, flos es. Deniq; sermo testatior, quod de eo qui gratam redolet suauitatem, dictum facete sit, aut piscem olet, aut florem: ita idem pronuntiatus est, piscis odor esse, qui floris. Quid specie tua gratius? quid suauitate iucundius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrant, hoc tu corpore tuo spiras. Verum haud scimus an pro timallo apud Ambrosium legi debeat tithymallus, cuius uaria genera recenset Plin. lib. 26. cap. 8. cuiusque subinde meminit Dioscorides locis diuersis.

Equi dentes inspicere donati.

SVNT quędā & hodie vulgo iactata, non indigna quę veteribus adagijs annumerentur, quod genus est illud, nō oportere equi dentes inspicere donati. Cum significamus æqui boniq; consulendum, qualecumque est quod non emitur, sed gratis donatur. Siquidem equum empturus dentes inspicit, in quibus ętatis iudicia certissima sunt, nec circumueniatur. At inciuile sit idem facere in equo donaticio. Vsus est tamē hoc prouerbio D. Hieronymus in præfatione commentariorum, quos scripsit in epistolā Paulli ad Ephesios. Parum, inq̄t, eloquens sum, Quid ad te? Disertiorem lege. Non digne Greca in Latinum trāsfero, aut Grecos lege, si eius linguæ habes scientiā, aut si tantum Latinus es, noli de gratuito munere iudicare, & ut vulgare prouerbium est,

est, equi dentes inspicere donati. Hactenus Hieronymus.

Amicitias immortales esse oportet.

T. LIVIVS libro decimo de bello Macedonico & Asiatico, cuius fragmentum debemus aureæ Magontiæ, scribit in hūc modum: uulgatū illud, quia uerum erat, in prouerbium uenit: Amicitias immortales, inimicitias mortales esse debere. Sic enim legendum esse, uel ipse sermonis tenor admonet. Recte quidē admonet prouerbium, uerum eo redierē mores mortalium, ut simultates sint immortales, amicitiæ plus quam uitreæ: plusq; possit una Ate quam centum Litæ, atque omnium tardissime senescat ira, beneuolentia ad quamuis leuem occasionem intereat: quę si sarciatur, ne quidquam coit & rescinditur. In hanc sententiam citat carmen Aristoteles Rhetoricorū libro secūdo, quod alibi, ni fallimur, retulimus:

Οὐδεὶς ἐραστὴς ὅστις οὐκ ἀεὶ φίλει, i.
Non est amicus quisquis amare desit.

Citat ibidem & alterum carmen:

Ἀθάναστον ὀργὴν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν, i.
Ne maneat immortalis ira te penes,
Mortalis ipse cum sies.

Ad bonam frugem.

QVI commutatis ad meliora studia moribus resipiscunt, prouerbio dicebantur ad meliorem frugem sese recipere. Vsurpat M. Tullius i actione pro M. Cęlio: Et se ad bonam frugem, ut dicitur, recepisse, graues q; homines atque illustres fuisse. Item Plautus in Trinummo, certum est ad frugem applicare animam. Lampridius in Heliogabalo, Milites se parsuros dixerunt, si ad bonam frugem rediret. Vnde frugi & bonæ frugi dicuntur, qui suo fungūtur officio, præsertim serui quos ad operam præstandam alimus. Vlpianus ad legē Aquiliam cap. Inde Neratius. Sed si bonę frugi seruus intra annum mutatis moribus occisus sit. Idem Titul. de quibus rebus ad eū dem iudicem eatur. Cap. si quis seruum. Interesse fructuarii uidetur, bonæ frugi seruum esse. Rursum in digestis li. 11. Titulo de Seruis corruptis, paragrapho, Quod ait prætor. Sed utrum ita demum tenetur, si bonæ frugi seruum perpulit ad delinquendum. Plautus in Cassina: Credo pol esse, si tu frugi bonæ es. Rursus in Pseudolo, Cupis me esse nequam, tamen ero frugi bonę. Nequam opposuit frugi. Nequam enim nulli est usui. Et ita frugi hominem dicimus, quemadmodum nequam, vtraque voce indeclinabili. Columella de re rustic. libro primo. Eiusdem agilitatis homo frugi melius quam nequam faciet. Et in Declamationibus, frugi filius opponitur luxurioso. Hinc & frugalis dicitur. Sumptū uidet ab agris, q cultu reddunt frugiferi.

Per manus tradere.

QVOD successione quadam ab aliis ad alios deuenit, p manus tradi dicitur: quod translatum uidetur ab his qui nauim aut plaustrum exonerēt. Idem frequenter fit in militia, uelut in commentario belli Ciuilis primo: Saxo, inquit, prærupta multis locis iter impediebant, ut arma per manus necessario traderentur, militesq; inermes subleuati alii ab aliis magnam partem itineris cōficerent. Rursus belli Gallici li. 7. Quidam ante porta oppidi Gallus per manus sibi ac picis traditas glebas in ignē è regione turris proiiciebat. In eodē. Non nullæ de muris per manus demissæ. Item libro 8. Tale consilium sui recipiendi inierunt: fasces ubi cōsederant, per manus stramentorum ac uirgultorum, quorum summa erat in castris copia, inter se traditos, ante aciem collocauerunt. Verum hic nullus est tropus. Qui quoties accedit, trāsit in speciem prouerbialē, quomodo frequēter obuiū est apud auctores. Velut apud Fabium lib. 12. Non ea modo quæ cōscripta sunt historiis, aut sermonibus uelut p manus tradita, quæq; quotidie agūtur nos se, uerum ne ea quidem quæ a poetis ficta sunt negligere. Item Liuius lib. ab urbe cōdita 5. Etiamsi nobis cum urbe simul positæ, traditæq; per manus religiones nullæ essent. Idem li. 9. Tum disciplina militaris iam inde ab initiis urbis tradita p manus in artis perpetuis præceptis ordinatæ modū uenerat. M. Tullius in oratione de prouinciis consularibus: Nam ut C. Iulius omnibus a senatu eximiis ac nouis reb. ornatus, per manus hāc prouinciam tradat ei, cui minime vos uelitis. Quin & Iurecōsultis per manus tradi dicitur, quod de manu in manū datur. Veluti Papinianus lib. Pādectarum 29. Titulo De iure codicillorū. Quod per manus traditum est, codicillis

hæreditatem dari non posse rationem illã habet, & cætera. Plautus in Trinummo: E manibus dedit ipse mihi in manus: de epistola loquitur. Fit autem iucundius, quoties ad res animi prouerbium accommodatur, quemadmodum cũ dicimus institutum, aut opinionem, aut consuetudinem, aut disciplinam aliquam, per manus traditam ad nos uenisse.

De manu in manum.

VT non arbitramur idem esse cum sit periori, ita non vsquequaque dissimile est, quod scribit Cicero lib. Epist. fam. 7. Totũ denique hominem tibi trado de manu, ut aiunt, in manum, tuam istam & uictoria, & fide præstantem. Traduntur enim & qui commendantur. Terentius: Hanc in manũ dat. Item Horatius.

-Vt tibi se laudare ac tradere coner. Itẽ: Hunc hominem uelles si tradere.

Mira de lente.

RODVLPHVS Agricola uir immortalitate dignus, libro Dialect. 3. testatur apud Græcos prouerbio dici solere, egregia de lẽte, quoties res humilis & pusilla magnificis laudibus attolleretur: perinde quasi lentem minutum ac uile legumen splendidis encomiis efferas. Opinamur Græcis efferri hunc in modum: δεινὰ περὶ φακῆς.

Non una manu capere.

Οὐ τῇ ἑτέρᾳ λαπτέον, i. Non una tantum manu capiendum. De re lubrica uariaq; captuq; difficili. Nam huiusmodi solemus utrãq; admouere manũ. Vsus est Plato i sophista: ὁρᾶς οὖν ὡς ἀληθῶς λέγεται τὸ ποικίλον τῇ θήρᾳ τοῦτο τὸ θηρίον, καὶ τὸ λεγόμενον, οὐ τῇ ἑτέρᾳ λαπτέον, i. Vides igitur vere dici, bestiam hanc esse uariam, neque (quod dici solet) unica manu capiendam. Sumptum est a uenatu, in quo feræ quędã miris artibus ex ipsis uenantium manibus frequenter elabuntur, quibus adfimilem putat hominem sophistam, ad elabendum omnibus dolis instructum.

Omnes laqueos effugere.

IN eodem dialogo non dissimilem huic allegoriã adducit, ueluti prouerbio iactatã: Difficile oẽs laqueos effugere. Quod ipsum a uenatu translatum est, in quo sic undiq; sæpiuntur exitus, ut necesse sit ferã in aliquas isidias incidere: ὁρᾷς γὰρ ἡ παροιμία, τὸ τὰς ἁπάσας μὴ ῥᾴδιον εἶναι διαφεύγειν, i. Siquidem recte habet prouerbium, quo dicitur, haud facile esse omnes laqueos effugere.

Hostis domesticus.

RVRSVM in eodem domesticum hostem prouerbio solitum dici testatur, ubi malũ non aliunde proficiscitur, sed ex nobis ipsis nascitur: uelut cũ qs ipse se prodit, aut redarguit, ipse sua bili aut liuore sese cõficit: οὐκ ἄλλων δέονται οἱ ἐλεγχόντων, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον, οἴκοθεν οἱ πολέμιον καὶ ἐναντιωσόμενον ἔχοντες, i. Non opus habent aliis qui redarguant, sed iuxta prouerbium, cũ domi hostem habeant, quiq. sit aduersaturus &c. Agit, de sophista, qui cũ sit loquax, ipse ex sese præbere solet quo reuincatur.

Capere ciuitatem.

PLATO in eodem dialogo significat prouerbio dici solere: Capere siue expugnare ciuitatẽ, qui rem difficilẽ esset affectutus. Neq; n. ciuitas primo statim impetu capitur. Illic hospes animat Theętetũ, ut quod instituit, persequatur, eo quod qui ad leuiores difficultates aut hęret, aut resilit, nunquam aliquid perficiet in eo quod est disputationis caput. Verba Platonis sic habẽt: Θαρρεῖ ὦ θεαίτητε χρὴ καὶ σμικρόνοι δωσόμενον εἰς τὸ παρόν ἐν ἀεὶ πορεύεσθαι, τὶ γὰρ οὐ δυνήσῃ ἐν τούτοις, δρᾶσιν ἂν ἐν ἄλλοις, ἢ μηδὲν ἐν ἐκείνοις ἀνύτων, ἢ πάλιν ἐς τοῦπισθεν ἀποδιδοὺς, χολῇ πῇ τὸ καὶ παροιμία λεγόμενον, οὐδέποτε ἕλοι πόλιν, i. Confidere oportet Theætete, fore ut qui uel paullulũ aliquid potuerit, semper ultra progrediatur. Quid. n. facturus sit in aliis qui in his animũ desponderit? aut nihil in illis efficiens, aut retrocedere etiam cõpulsus: haud umquã ille talis, urbem, quod dici solet, cæperit. In bello facile est in excursionibus, aut pagorum incendiis aliquid designare: at munitas urbes expugnare perdifficile est. Simile est illi: Timidi numquam statuerũt Trophæum.

Diuinum excipio sermonem.

PLATO libro de Repub. 6. demonstrat prouerbii uice ĩ ore fuisse uulgo: θεῖον ἐξαίρω λόγον, id est, Diuinum excipio sermonem,

nem, quoties, gloriosius aliquid dictum esset, omnis gratia deos excipiebant, qui nihil non possunt, & quibus nemo ascribit. Platonis uerba subscribemus: Οὔτε γὰρ γίνεται ὅτε γέγονεν οὐδ' ὢν μὴ γένηται, ἀλλοῖον ἢ θεὸς πρὸς ἀρετὴν, παρὰ τὴν τῶν παιδείαν πεπαιδευμένον ἀνθρώπειον. ὦ ἑταῖρε θεῖον μέντοι κτῆνη παροιμίαν ἐξαίρω λόγον. i. Neque. n. sunt, neq. fuerũt, neq; sunt mores aliter ad uirtutem instituti, quam ad horum institutionem. De humanis loquor amice, at diuinum iuxta prouerbium excipio sermonem. Apparet esse fragmentum carminis iambici:

Θεῖον ἐξαίρω λόγον, fortassis ex Homero natum:

Θεοὶ δέ τε πάντα δυνανται. idest,

-Diui tamen omnia possunt.

Accommodari potest ad summos principes, ueluti pontificem, aut cardinales, aut monachos.

Vna pertica.

VNA pertica, pro eo quod est eadem opera. Plinius Secundus libro 8. epist. 2. Nam regione, inquit, tota, & nouitas remissionis, & forma laudatur, ipsis etiam, quos non una, ut dicitur, pertica, sed distincte gradatimque tractaui. Quanto quis melior & probior, tanto mihi obligatior abit, expertus esse non apud me: ἐν δ' ἴστιμῇ ὑμὲν κακὸς ἢ δὲ καὶ ἐσθλός. i. Vir malus ac fortis pretio ducuntur eodem. Sumptum uidetur ab his, qui metiuntur agros, Perticam posuit pro decem peda. Nam Seruius Sulpitius, ut indicat Festus Pompeius, dixit perticam esse lineam, qua diuiduntur agri, & uersus est Homericus, libro Iliad. 9. quem alibi recẽ suimus atque exposuimus.

Pulmo prius uenisset.

PVLMO prius uenisset, dictum est olim in lentos ac cessatores. Opinamur quod pulmo cum perpetuo moueat, numquam tamen loco se promouet. Plautus in Epidico: Dij immortales, soccos iussi adimere pedibus. Pulmo enim, quod perhibent, prius uenisset, quam tu aduenisti mihi.

Qui multum obfuit.

SICVT eiusdẽ artificis est egregie mẽtiri, & uera dicere, ita eiusdẽ est, pdesse plurimum ac lædere. Id olim prouerbio iactatũ fuisse testatur Thucydides lib. 6. in orõne Alcibiadis: τοῦτον δὴ ὑπὸ πάντων προβαλλόμενον λόγον, ὡς εἰ πολέμιός γε ὢν σφόδρα ἔβλαπτον, καὶ ἂν φίλος ὢν ἱκανῶς ὠφελεῖν, i. Dictum videlicet illud, quod ab omnibus usurpatur, quod si hostis cum essem uehementer nocui, etiam si sim amicus magnopere qui uero prodesse.

Non uulgari ancora nititur.

DEMOSTHENES in oratione pro Ctesiphonte. Οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ γοῖς πολλοῖς, idest, Non eadem ancora nititur qua uulgus, significans illum nouis, minimeque vulgaribus præsidijs niti. Suidas admonet esse prouerbium, & subaudiendum ancoram.

Non pluris, quam simias.

SIMIA ridiculum animal, & uulgo contemptum, nõ uni prouerbio locum fecit. Dion Prusensis in libro De Troia non capta. Quos ego, inquit, non pluris facio, quam ut dici solet, simias.

Aspis a uipera.

TERTVLLIANVS lib. aduersus Marcionem 3. prouerbij titulo refert. Aspis a uipera, cum pessimus, a pessimo sumit mali quidpiam. Desinat, inquit, nunc hæreticus à Iudeo, aspis quod aiunt a uipera mutuari uenenum. Refertur autẽ inter Diogenis apophthegmata, qui conspicatus duas fœminas inter se conferentes clam sermonem, protulit uersiculum, comœdia quapiam sumptum:

Ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης φάρμακον δανείζεται. idest,

Sumit uenenum a uipera aspis mutuo.

Vtriusque serpentis venenum immedicabile, pariterq; noxium, nisi quod uiperę morsus magnis enecat cruciatibus, aspidis adeo nullum adfert dolorem, ut nec uoluptas desit, si Plinio credimus. Est autem aspidis genus, quod absque morsu, conspuens hominem ueneno, perimit, unde Græcis dicta πτυάς. Vsus erit quoties qui per se malus est, cõtagio mali fit deterior.

Neque intus neque foris.

IRENAEVS lib. 1. cap. 9. refert hoc prouerbiũ, dicẽs hoc quadrare in mulierculas quasdã, quæ cum intelligerẽt se fuisse delusas à discipulis Valentini, non tñ se cõmittebant

mittebant ecclesiæ, ut remedio pœnitentiæ reciperentur in consortium unde discesserant, sed inter utrumq; degentes, nec Valentinianis adhærebunt, nec ecclesiæ sese reconciliabunt. Simili figura dicunt hodie neq; caro est, neque pisces, de homine qui sibi uiuit, nec ullarum est partium.

De toga ad pallium.

CERTE speciem habet prouerbij quod refert Tertul. in libello de pallio: Hæc nimirum indignitas erit a toga ad palliũ, cuius duplex erit vsus: uel cum ad diuersum vitæ genus sese contulerit aliquis: uel cũ à fortuna honestiore ad humiliorẽ, velut si quis è præfecto sunt pædagogus, è consule rhetor. Toga Romanorum erat palliũ Græcorum. Post pallium cœpit esse gestamen philosophorum. Cõfine illi: Ab eqs ad asinos.

Fuit & Mandroni ficulna nauis.

Εγένετο καὶ μάνδρωνι συκίνη ναῦς, i. Fuit & Mãdroni ficulna nauis. In eos dicitum, qui præter meritum ad felicitatem atque opes euecti, pristinæ conditionis non meminerunt, sed præsenti rerum successu insolentius abutuntur, ita ut fere mos est τοῖς νεοπλούτοις, idest, ijs qui ad nouas diuitias ex infima fortunæ conditione prouehuntur. A. Mandrone quodã sũptum, qui indignus & immerens, ex nauiculario factus est imperator. Nauim autem ficulnam per contemptum dixit. Nam ficulnum in genere uocant Græci, quidquid imbecille, aut contemnendum significare volunt.

Lupus in fabula.

Hoc prouerbiũ solitũ est dici, quoties is, de quo cõfabulatio est, de improuiso interuenit, Quod inde sumptum putat Donatus, interpres Terẽtij, q̃ lupus ei quem prior uiderit, uocẽ adimere dicitur, ut cũ cogitatione in qua prius fuerat simul & voce amittat & uerba. Nec desunt qui huius seu rei, seu opinionis causã philosophicã reddere conentur, videlicet quod lupus natura sit hostis homini, & ideo spiritus: quosdam ac uim natiuam ab illius oculis proficiscentem in eum quem conspexit in opinato, uires illius obstupefacere, atque hinc esse subitum silentium, Donatus huc pertinere putat quod alibi citatũ est a nobis Theocriticum illud λύκον εἶδες. Rursum illud Maronis: Lupi Mœrim uidere priores, cum uocem per ætatem ademptã pastor quæreretur. Sunt qui ex nutricum fabulis natum existimant, quæ narrant lu dificato puero terrore lupi, uerum lupum a cauea paullatim uenisse ad limen cubiculi. Nam est & in apologis, matrem, ut puerum uagientem compesceret; lupum frequenter inclamasse, ut nisi desineret plorare, deuorandum adferret. Tandem lupum spe prædæ uenisse: sed frustra hiantem abijsse, hac tantum sententia doctiorem, non esse fidem habẽdam fœminæ pollicenti. Nam hoc opinamur, sensit Donatus. Locus enim in libris euulgatis non videtur carere mendo. Tertiam opinionem reijcit Donatus, quę putat hinc natam: cum in Neuiana fabula repræsentaretur, quomodo Romulus & Remus alitis sint a lupa, repente verum lupum actioni interuenisse, quo factum ut subitum esset totius fabulæ silentium, quod talis spectator inexspectatus interuenisset. Sic usus est Terentianus Syrus in Adelphi, silentium innuens Cresiphoni, quod Demea pater adolescẽtis, quẽ ruri esse credebat, præter exspectationem adesset. Festiuius etiã vsus est Plautus in Sticho. Atque eccum, inqt tibi lupus, in sermone præsens esuriens ad est. Loquitur enim de parasito Gelasino qui fratribus de ipso confabulãtibus de repente interuenit. Addit enim prouerbio gratiam, adlusio ad hominis edacitatem, quemadmodum apud Teocritum, ad nomen adolescentis, de quo dicitur. λύκον εἶδες. Vtit & M. Tullius epist. ad Atticũ libro 13. De Varrone loquebamur, lupus in fabula. Venit enim ad me. Fere fit autem ut quoties interueniat, de quo colloquimur, obmutescamus, propterea quod siue laudabatur, pudet in os dicere, quod recte narratur de absente, siue uituperabatur, timemus offendere.

Prolixius Iliade.

Μακρότερα τῆς ἰλιάδος λαλῶν, i. Prolixiora Iliade loquẽs. Refert Iulius Pollux, lib. de retũ uocabulis 6. c. 26. adiungens ei quod alibi docuimus, competere in homines uehemẽter garrulos, τὸ ἐκ δωδώνης κελεῖον. & ἀράβιος αὐλὸς. sic. n. ibi refertur. Hunc in sensum usus est & Aeschines in Demosthenẽ, qui locus nobis alibi citatus est. Non dissimile est huic, Ilias malorum. Sed quoniam hoc congruit immensis malis, quod nunc referimus immodicæ loquacitati, separare uisum est ob vsum diuersum. Est autem Ilias nobile opus Homeri, quo Troię, captæ historiam libris viginti quatuor explicat, cum Virgilius duodecim libris complexus sit, quod ex vtroque opere visum est decerpere.

Apud nouercam queri.

QVI deplorant infelicitatem suã apud eos, qui nihil auxilij sint laturi, vel gauisuri magis conquerentium malis, apud nouercam queri dicuntur, quod nouercæ fere male velint priuignis. Ballio leno in Pseudolo Plauti:

Nam istuc quod nunc lamentare, non esse argentum tibi,
Apud nouercam querere,

Leno pro se suppositit nouercã. Quod dictum Pseudolus simulans se non intelligere.

Eho, inquit, an vmquam huius nupsisti patri?

Animus habitat in auribus.

VETERES animo sedem in oculis dedere, plerique in corde. At Herodotus in Polymnia, iuxta uulgi sermonem ut uidetur, docet animum habitare in auribus, quod qui bene audiunt, voluptate afficiantur, qui secus, exacerbentur. Herodoti verba subscribemus: Καὶ νῦν τόχε ἐξεπίστατο ὡς ἐν τοῖσιν ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκέει ὁ θυμός, ὃς χρηστὰ μὲν ἀκούσας τέρψεως ἐμπιπλέει τὸ σῶμα ὑπεναντία δὲ τούτοισι ἀνιδέει, i. Et nunc illud sane discito, qd̃ in auribus hoĩum habitet animus: qui cũ bona audierit, uoluptate corpus implet, cũ his diuersa, molestia afficit. Opinamur hũc esse sensum adagij, quod ex his quæ audimus maxime placatur, aut irritatur animus. Nam hac potissimum iter est ad animum hominis. Comiter ac blande dictum, sæpe atroces iras uertit in beneuolentiam, & asperior sermo prouocat capitales inimicitias. Quin & conuitio quidam iugulantur, non aliter quam ferro, aut ueneno. Proinde pestilentissimum homicidarum genus est, quod hoc sæculo potissimum regnat, qui uenenum aspidum portant in lingua, & qui idem peragunt lingua, quod sicarij ferro.

Inscitia confidentiam parit.

Ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει, i. Inscitia quidem confidentiam, prudentia uero cunctationem parit. Extat apud Thucydidem libro Peloponnesiaci belli secundo. Diuus Hieronymus in epistola ad Euagrium ita refert: Imperitia confidentiam, eruditio timorem creat. Refert & Plinius Epistolarum libro 4. Sicut ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει, ita recta ingenia debilitat uerecundia, peruersa confirmat audacia. Vtitur eodem & Lucianus in Nigrino, ut dubium nõ sit, quin hæc sententia fuerit olim uulgi sermone pertrita. Cognitio rerum reddit hominem cunctantiorem ad aggrediendum negotium. hinc nimirum est, quod iuuentus audacior est, quam senectus: &, ut docet Quintilianus, fortius dicunt qui minus habent artis: cum interim cordatus orator ac periculum intelligens initio trepidet. Et qui minus sapiunt, minus habẽt pudoris. Et qui nondum didicere, quid sit scire, nullius rei sibi non arrogant scientiam. Deniq. maxime bellum adfectant, q, quid sit bellare, numquam experti sint.

Non statim finis apparet.

HERODOTVS in Polymnia, significat hoc olim prouerbio dici solitũ: Nõ statim cum principio apparere rei exitum: καὶ τὸ παλαιόν, inquit, ἔπος ὡς ἀληθὲς ἐρρήθη, τὸ μὴ ἅμα ἀρχὴ τὸ τέλος καταφάνεσθαι, idest, Et uetus adagium, quo recte dictũ est, non statim cũ initio apparere finem. Cõueniet in quorundam pręproperas spes, qui negotio uix cæpto, statim arbitrant se rem factam habere, cum sæpe exitus non rñdeat initijs. Vulgi iocus est in Bataauum quẽdã, qui iussus sumere catapotia, rogauit medicum quid essent effectura. Cum medicus respõdisset fore, ut moueretur alnus, deuorauit, moxq. non dum egresso medico, clamauit se cacaturire, nimirum suspicans statim apparere finem una cum principio. Alter quidam eiusdem sapientię, cum a parẽtibus missus esset in Galliam, ut Gallice disceret, cum illic egisset quatriduum, quęrebat̃ apud suos, quod non dũ loqueretur Gallice, putans hanc nim habere solum ipsum, ut quisquis adisset Galliam, illico Gallice loqueretur. Sunt & hmõi quidam, qui simulatq; filius triduo uersatus

est in ludo literario, mirentur eum non dum scire literas, quæranturq; operam simul & impensam perisse. Poterit ad seria torqueri. Rebus honestis strenuè uacandum, ut olim liceat egregiorum laborum optimam messem metere. Semper in hac vita recte faciendum olim non defutura præmia, etiam si non contingant in hoc mundo.

Philippide tenuius.

ATHENAEVS libro Dipnosophist. 12. ostendit Philippidem comœdiarum scriptorem sic tenui fuisse corpore, ut etiam πεφιλιππῶσθαι, dixerint, pro macruisse. Refert autem prouerbiũ ex Aristophõte: ἐν ἡμέραις αὐτὸν τρισὶν ἰσχνότερον ἀποφανῶ φιλιππίδου, i. Intra triduum graciliorem illum reddam Philippide. Rursus ex Menandro:

Ὁ λιμὸς ὑμῶν ἢ καλὸν τοῦτον δακὼν
Φιλιππίδου λιπώτερον ἀποδείξει νεκρόν.
i. Vestrum ubi fames formosulum hunc momorderit,
Redder cadauer macrius Philippide.

Rursus ex Alexide citat hoc dictum: ψυκτηρίδιον φιλιππίδου λεπτότερον, i. Poculum Philippide gracilius. Accommodabitur non inuenuste ad orationem ieiunã, aut disputationem otiosę subtilitatis.

Quę semel ancilla, numquam hera.

VT vulgo iactatum refertur in Græcis epigrãmatis, libro primo, titulo Palladę:

Μὴ ποτὲ δουλάσασα γυνὴ δέσποινα γένοιτο
Εἰ παροιμιακόν. idest,
Si qua ancilla semel fuit, haud umquam dominetur,
Vt prouerbium habet.

VIDETVR ideo dictum, quod q ex humili fortuna subuehuntur ad res amplas, soleant esse cęteris insolentiores, minusq; tolerabiles, quam qui felices nascuntur.

Exurere mare.

ADMONVIMVS ἀδώματα ferme pertinere ad cognationem prouerbiorum. Quod genus est illud, quod refert Virgilius Æneidos libro nono:

-Maria ante exurere Turno,
Quam sacra dabitur pinus.

Nec dissimile est quod habet Propertius:

Tu prius & fluct° poteris siccare marinos
Altaq. mortali detrahere astra manu.

Obedientia fęlicitatis mater.

AESCHYLVS in ἑπτὰ ἐπὶ θήβας.

Πειθαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας
Μήτηρ, γυνὴ σωτῆρος, ὡδ' ἔχει λόγος. i.
Fęlicitatis mater obedientia,
Coniuxq; vt aiunt, sospitatoris Iouis.

Fingit poeta Iouem sospitatorem, cui° beneficio contingat salus: huic esse vxorẽ: cui nomen πειθαρχία. id sonat obediẽtiã, sed proprie qua paremus magistratibus ac principibus: ex horum coniugio natã esse filiam, cui nomẽ εὐπραξία, idest, fęlicitas. Principis est consulere saluti ciuiũ, Id conatur bonis & æquis legibus, populi ẽ his obtemperare, si uelit esse fęlix. Sed utinam non essent Ioues ὀλέθριοι, quibus uxor esset ἁρπυία, & filia δυσυχία.

Ver ex anno tollere.

Ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ ἔαρ ἐξαίρειν, i. Ver ex anno tollere dicebatur, qui id quod in negotio quopiam erat pręcipuum tolleret. Meminit Herodotus in Polyhymnia: Lacedæmonij & Athenienses missis in Siciliam legatis, patebant a Gelone Syracusano & societatem & suppetias, aduersus Xerxem bellum inferentem Græciæ. Nec recusauit Gelo, modo se imperatorem vel maritimarum rerũ uel terrestrium copiarum constituerent: quam conditionem cum repudiarent legati, iussit eos illico discedere, ac renunciare Græcis: ὅτι ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ ἔαρ αὐτῆς ἐξήρηται. Ver ipsis ex anno sublatum esse, uidelicet illud sub indicans, suum exercitum præcipuum esse Græciæ florem ac robur, qui si deesset, defuturum illi quod esset præcipuũ. Ver. n. anni pręcipua pars est. Meminit Aristoteles li. Rhetor. 3. inter metaphorarũ gẽra. Rursus rhetoricorũ libro 1. ostendit hoc dictũ esse Periclis in epitaphio q dixerit: τὴν νεότητα ἐκ τῆς πόλεως ἀνῃρῆσθαι ὥσπερ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξῃρεθείη. idest, Iuuentutem ẽ Repub. sublatam esse perinde, ac si uer ex anno tolleretur. Potest deflecti longius, ut dicantur uel eximere anno, qui linguarum ac bonarum literarum peritiam sustollant è scholis.

Etiam si Cato dicat.

PLVTARCHVS in uita Catonis Vticensis, narrat tantam Catonis apud populum fuisse fidem, & auctoritatem, ut de reb° incredibilibus prouerbio diceret: Τοῦτο μὲν οὐδὲ κάτωνος λέγοντος πιθανὸν ἐστιν, idest, Istuc incredibile est, etiam si dicat Cato. Et orator quidam cum hyperbolicos diceret uni testi non esse credendum, adiecit, ne Catoni quidem M. Tullius epistola ad Atticum li. 2. Quid Cato ille noster, qui mihi unus est pro centum millibus. Similis erat auctoritas Aristidis apud Atheniẽses ac Xenocratis, cui uni populus remisit iusiurandum, cum alioqui nullus illic testis admitteretur absq; iureiurando. Huic adsine est: Nec iurato istuc crediturus sim.

Qualis hora, tales pedisseque.

HVIC simillimum est peruetus adagiũ, libro Epistolarum ad Atticum quinto, epistola undecima: Si verum est, inquit, illud ὁ ποῖα ἡ δέσποινα, τοῖαι καὶ θεραπαινίδες. i. Qualis hera, tales & ancillæ. Quamquã nec hoc multum abest à senario,

Δέσποιν' ὁποῖα, τοῖαι καὶ θεραπαινίδες.

Plato libro de Repub. 4. ἢ οὐκ οἶσθ' τὸ ὅμοιον ὂν ὅμοιον παρακαλεῖ, i. Aut non semper quod est simile, simile adcersit.

Bibere mandragoram.

INEST uis somnifica mãdragoræ, adeo ut enecet etiam largiore potu, si Plinio credimus, histor. mũdi libro 20. capite 11. Dioscorides indicat radicem uino decoq ad tertiam partem, ex eo colato sumi cyathum aduersus insomnium. Datur & secandis aduersus intolerabilem cruciatum. Quin & sedi immissa herba, glandis vice, somnum facit. Hanc Pythagoras ἀνθρωπόμορφον appellauit, quod radix imitet hominis formam. Vnde Columel. in carmine semihominem dicit:

Quamuis semihominis uesano gramine fœta
Mandragoræ pariat flores.

Eandem circeam appellant, quod radix illius amatorijs ueneficijs credatur utilis. Vnde qui cessant in officio dormitantque multam mandragoram bibisse dicũtur. Sic vsus est Iulianus in epistola quadã ad Callixenẽ: Οὐφανεῖται πολλῷ πάνυ μανδραγόραν ἐκπεπωκώς, i. An non uidetur multam hausisse mandragoram? Vsurpat & Demosthenes in Phillippica 4. ἀλλὰ μανδραγόραν πεπωκόσιν· ἢ τί φάρμακον, ἀλλοτριωτάτον ἐοικαμὲν ἀνθρώποις, i. Similes uidemur his qui mandragorã biberũt, aut aliud simile pharmacũ. Itidẽ qui dormitant in negotio sub mandragora dormire dicũr. Lucianus i Timone: ὀπτυγε καταπερυπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδεις, i. Quãdo quidem ueluti sub mandragora dormis. Hoc non dissimile est illi, quod alibi retulimus: Bibe elleborum.

Ne pictum quidem uidit.

QVEMADMODVM de uehemẽter ignoto dicimus, ne natũ quidem noui, sic dicimus, ne pictum quidem uidit. Multas enim urbes & res, atq. etiam homines nũquam nobis conspectas, ex pictura vtcũq; nouimus. M. Tull. libro de finibus bonorũ ultimo. Dicis eadem omnia & bona & mala, quæ quidem dicunt, qui numquam philosophum pictũ, ut dicitur, uiderũt. Plautus in Asinaria: Nam neq; umquam fictũ, aut pictum, neque scriptum in poematis, ubi lena bene agat. Venustius etiam fiet, si longius transferatur. Rethoricam ne pictam quidem uidit. Virtutem ne pictam quidem. Nam pinguntur hæc quoque.

In angulo.

Εὐγωνίᾳ, idest, In angulo fieri dicitur, quod fit in occulto, reperiũ esse apud Platonem in Gorgia: Τὸν λοιπὸν βίον διῶναι, μετὰ μειρακίων εὐγωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων ψυθρίζοντα, i. Reliquum uitę degere cum adolescentulis tribus aut quatuor in angulo susurrantem. Item Lucianus in concione deorũ: μηκέτιτον θορίζετε ὦ θεοί, μηδὲ κατὰ γωνίας συστρεφόμενοι, πρὸς ἓς ἀλλήλοις κοινολογεῖσθε, i. Ne post hac susurros miscete o dij, nec ad angulos conuersi, alijs alij ad aurem conspirate. M. Tulli° libro de oratore primo: Quib° ego de his rebus omnibus in angulis consummendi otij caussa, ut differant &c.

Callidum mendacium.

CALLIDVM facinus, θερμὸν ἔργον, proaudaci dici, monuimus alias. Simili figura dici solere callidum mendaciũ pro audaci & imprudenti, docet Plautus in Mustellaria:

Callidum hercle audiui esse optimũ mẽdacium.

Aut non est mentiendũ, aut est fortiter mentiendũ: alioqui mox deprehẽditur q uerecũde mentitur. Quemadmodũ Aeschinus Terentianus: Non istas, quod sciam.

Muti

Muti citius loquentur.

Ad ἀδωνάτων genus pertinet, & hoc quod habet Plautus in Persa: Muti prius loquentur quam ego:

Ne hoc, inquit, cuiquam homini dicerẽ edictum est mihi
Magnopere, nec cuiquam homini credere rem.
Omnes muti ut prius loquerentur hoc, quam ego

In transennam inducere.

In transennam inducit, qui dolo fallit. Plautus in Persa: Hunc ergo hodie hominem in transennam doctis ducam dolis.

Itaque huic insidiæ paratę sunt, prope aggrediar uirum.

Ab aucupibus sumptum est, qui intra cancellos escam spargunt insidiantes auiculis. Vnde & hodie qui dolo captus est, intra transennam esse dicitur. Huic simillimum: In foueam, & in laqueum inducere, quorum alibi meminimus.

Ab transenna cibum petere.

A B transenna cibum petere dicitur, q periculo proximus est. Plautus in Bacchidibus:

Nunc ab transenna hic turdus lumbricũ petit.
In senem dicitur, legentem epistolam, per quam erat fallendus.
Ab eadem metaphora sumptum, cuius modo meminimus.

Omnes adhibere machinas.

M. Tvll. lib. Epist. ad Brutum, Ad reliquos hic quoq; labor mihi adcessit, vt omnes machinas adhibeam ad tenendũ adolescentẽ. itẽ Plato de legibus li. 7. Οὐκοῦν φαμὲν ἅπασαν μηχανητέον μηχανὴν, i. Ita quæ dicimꝰ omnẽ adhibẽdã machinã. Rursum in eodẽ: πᾶσαν μηχάνὴν προσφέρων, i. Omnẽ machinã admouens. Sumptũ est ab his, qui summa ui, oppugnant arcẽ aut oppidum, nullum machinæ genus nõ admouentes, nihilq; relinquũt intentatũ.

Leo cordula uinctus.

Lvcianvs ĩ libello de mercede seruiẽtib. Νῦν δὲ τὸ τοῦ λόγου, λεὼν κρόκῃ δεθεὶς ἀνωκαὶ κάτω σείσυρομαι, i. Nunc autem quod dici solet. Leo filo uinctus, sursũ ac deorsum circumferor: cũ quis exiguo cõmodo captus, apud aulicos ostentatur passim, quod princeps tantum, alat virum.

Sinapi uictitare.

Tristes ac supra modum tetrici sinapi uictitare dicuntur, quod hodieq; vulgo tritum est. Plautus in Truculento:

Si Aecastor hic homo sinapi uictitet,
Non censeam tam tristem esse posse.

Aristophanes in Equitibus consimili figura dixit, Tueri sinapi,

Κἄβλεψεν ἀπυ, κὦ γὰ μέτωπ' ἀνέσπασε
i. Torum tuens, ut qui sinapi uictitant,
Frontem seueram contrahebat,

Interpres Aristophanis admonet napy semen esse, vnde fiat sinapi. Huius uis est ciere lacrymas, eoq; Ennius apud Macrobium triste vocat.

Nec triste q̃ritat sinapi, neq; mestũ cępe.
De cœpis alias nobis est dictum.

Arcus tensus rumpitur.

Plvtarchvs in libello, cui titulum fecit. An sit seni administrãda Respub. Τόξον μὲν, ἔφη, ὡς φασὶν ὀπτεινόμενον ῥήγνυται, ψυχὴ δὲ ἀνιεμένη, i. Arcus, quemadmodum aiunt, cum intenditur, rumpi solet, contra animus cum remittitur. Refertur autem in epitaphio Theophrasti, qui tantis per uiguit dum esset in labore, simulatq. remisit studium, interijt.

Οὐκ ἄρα τοῦτο μάταιον ἔπος μερόπων τιν' ἐλέχθη
Ῥήγνυσι τοξοφίλης τόξον ἀνιέμενον.
Ἀν γὰρ κὦ θεόφραστος ἕως ἐπόνει μὲ, ἄπυρο
Ἢν δέμας, εἶτ' ἀνεδεὶς, κἀθανε παρομελὴς.

Frangi ni studij tensum laxaueris arcum
Viridici sane uerba fuere uiri.
Namque opere assiduo valuit Theophrastus, & idem
Laxato studio, membra solutus obit.

Ne Apollo quidem intelligat.

Qvod uehementer esset obscurum, & intellectu perdifficile, id negabant uel ab Appoline posse intelligi. Athenæus libro Dipnosophistarũ 3. Τὶ δὲ ἡ ὀπτολὴ δηλοῖ, νομίζω ἐγὼ μηδὲ τὸν πύθιον διαγνῶναι, i. Quid aũt sibi uelit epistola arbitror eqdem, nec ipsum Apollinẽ intelligere. Adducit inibi senarium ex Antiphane,

Ταυτὶ δ' ὅτ' ἐστὶν οὐδ' ἂν ἀπόλλων μάθοι.
i. Nec Apollo, qd sibi hæc uelit, itelligat.

Desti-

Destitutus uentis remos adhibe.

Cum res non succedit, ut uolumus, ad alia præsidia confugiẽdum est, aut cum fortuna est aduersa, tum magis ad laborandũ. Refert adagiũ Hermolaus in epistola quadam Græca, quæ Politianicis admixta est: καὶ τὸν πνεύματος ἀμαρτῶν φάσιν ἐπὶ τὰς κώπας χώρει, i. Et destitutus uentis, ad remos, quod aiunt, te confer.

In pace Leones.

Aristophanes in Pluto:

Οὗτοι οἴκοι μὲν λέοντες, ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες.
idest,
Cum leones sint domi, ijdem in Marte sunt vulpeculæ.

Aristophanis interpres ostendit prouerbium iactatum in Lacones, qui in Asia in fœliciter rem gesserant.

Οἴκοι λέοντες, ἐν ἐφέσῳ δ' ἀλώπεκες. i. Domi leones, in Epheso uulpeculę.

Ad hoc nimirũ allusit Comicus. Plutarchus in comparatione Syllæ & Lysandri refert hanc sententiam tanquam uulgo iactatam in principes. Sic enim de Lysandri frugalitate prædicat.

Ἀλλ' εἰ δὲ τὶς ἄλλος ἐκπεφύγως τυτὶ τὸ πέριακτον,
Οἴκοι λέοντες, ἐν ὑπαίθρῳ δ' ἀλώπεκες.
i. Immo si quis alius effugerat illud, quod uulgo circumfertur.

Domi leones, sed foris vulpeculæ.

Olim fortasse sic emergebant potentes, post & domi & foris leones esse cœperunt, aut si quod animal leone uiolentius. Conueniet in eos qui præpostere se gerũt, ibi feroces, ubi nihil erat opus, ibi fugaces, ubi res poscebat uirũ, aut qui in suos sæui, non itidem audent aduersus inimicos, qd Ciceroni obijcit Sallustius, uidelicet, qd cõtumeliosus in amicos, supplex inimicis. Aut in illos, qui simulata mansuetudine perueniunt ad tyrannidem.

Certissima paupertas.

Sententiam prouerbialem refert Iunius Columella. lib. de re rust. 12. ca. 2. Pręparatis igitur receptaculis, oportebit suo quidq; loco generatim, atq. etiam speciatim non nulla disponere, quo facilius, cum quid postulabit usus, recipere possit. Nam uetus prouerbium est, paupertatem certissimam esse, cũ alicuius indigeas, uti eo nõ posse, quia ignoretur ubi proiectũ iaceat, quod desideratur. Hactenus Columellę uerba retulimus. Sentit autem, ni fallimur, si quis habeat domi, quod cum utendum est, inueniri nõ potest, eum magis egere eo quod habet, quam si non haberet. Etenim, qui non habet, rogat alicunde commodato, qui habet, ubi uẽtum est ad articulum quo sit utendum, nec suũ habet, quod vbi sit, nescit, nec alienum habet quo possit uti.

Mercator nauiga, & expone.

Strabo lib. Geographię suę 14. refert huiusmodi prouerbiũ, ἐμπόρε κατάπλευσον, ἐξελᾶ, πάντα πέφρακται, i. Mercator, adnauiga, expone, omnia diuendita sunt. Ait natum a Cilicibus olim piraticam exercẽtibus, quorum præcipuus quęstus erat ex mancipijs, quæ propter opportunitatem loci facile capiebantur, & celerrime distrahebantur, quod Delus quæ non procul aberat emporium præstaret, & amplum & pecuniosum, ut illic eodẽ die præsente pecunia, multa mancipiorum milia distrahi possent & auehi, in caussa erat illud quoque, quod Romani ex Carthagine Corintoq. subuersis uehementer locupletati fuerãt, eoq; pluribus mãcipijs uti cœperunt. Si quid habet prouerbium, præter rei gestæ memoriam, poterimus vti, quoties significabimus rei cuiuspiam esse tantam auiditatem, ut nulla copia sufficiat, præsertim si quid mali sit, quod expetitur:

Nisi crura fracta.

M. Tvllivs in Philippica 13. docet prouerbio fuisse iactatum in C. Plancum, eum perire non posse, nisi crura ei fracta fuissent. Is incenderat curiam, ob quod facinus cum esset eiectus in exilium, tamen post armatus ausus est redire in vrbem. Adagium autem ductum est ab his qui ob scelera subiguntur in crucem, tantaq; est malitiæ uiuacitas, ut nec illi mori possint, nisi fractis cruribus mors accelleretur. Iocatur autem Cicero Planco fuisse fracta crura, cum legibus esset adempta potestas redeundi in ciuitatem. Et tamen uixit ac redijt. Adscribemus M. Tullij uerba. Sequuntur alij tribunitij, C. Plancus in primis, qui si senatum dilexisset, numquam curiam incẽdisset, quo scelere damnatus,

natus, in eam vrbem redijt armis, a qua excesserat legibus: sed hoc ei commune cum plurimis dissimillimis. Illud tamen verum quod Planco Prouerbij loco dici solet, perire eum non posse, nisi crura ei fracta essent, Fracta sunt, & uiuit. Hoc tamen, ut alia multa, aquilæ fertur acceptũ, Hactenus Tullij verba recẽsuimus. In quorum postremis iocus est in aquilam, quo significatur armata manus. Nam uexilla Romanorũ præcipua habebant aquilam. Meminit & in oratione pro Roscio Amerino: Sin autem sic agetis, ut arguatis aliquẽ patrem occidisse neq. dicere possitis, aut qua re, aut quomodo, aut tantummodo sine suspicione latrabitis, crura quidem uobis nemo suffringet: sed si ego hos bene noui, litteram illam cui uos usq. eo inimici estis, ut etiam eas omnes oderitis, ita uehementer ad caput adigent, ut postea alium neminem nisi fortunas uestras accusare possitis. Quidam putãt hic significari θ. de quo dictum est in prouerbio θ. præfigere: sed magis uidetur sentire de τ. quod crucis habet imaginem, & in crucem suffixis solent frangi crura. Et hac quidem litera rei absoluebantur, sed interim actor referebat notam calumniæ & impudentiæ, qui crimen atrox obiecerit, quod nullis argumẽtis probrare ualebat.

Cuculus.

Olim qui fuissent in re quapiam parũ honesta deprehensi, uulgari probro Cuculi dicebantur. Id ortum à uinitoribus, qui serius cœpissent putare uineam; nec hoc munus absoluissent, priusquam audiretur ea auis, uelut cessationem exprobrans agricolis. Huius uocem imitantes viatores deridebant uinitores. Ita Plinius li. 18. c. 26. In hoc tẽporis interuallo quindecim diebus primis agricolæ sapienda sunt ea, quibus peragendis ante æquinoctium nõ sufficerit, dum sciat inde naram exprobrationem fœdam putantium uites per imitationem cantus alitis temporari, quem cuculum uocant. Dedecus enim habetur opprobriumq; meritum, falcem ab illa uoluere in uitę deprehendi, ut ob id petulãtiæ sales etiam cum primo vere ludantur. Auspicio tamen detestabiles uidentur. Adeo minima quæque in agro naturalibus trahuntur argumentis. Porro quos Plinius petulantiæ sales appellat, apud quasdã nationes & hodie licet agnoscere. Vernis enim mensibus, cum auditur coccyx, si tamen hic cuculus, id quod sentit Gaza, coniugati mutuis salibus inter sese ludunt, dicentes, tibi canit hęc auis, significantes, uxorem parum uigilanter custoditam. Quin & Plautus in Asinaria, sic facit uxorem conuiciantem marito in amica deprehenso. At etiam cubat cuculus, surge amator, i domum. Ac mox: Cano capite te cuculum uxor ex lustris rapit. Horatij sermonum libro primo Satyra septima:

Tum prænestinus salso multumq; fluẽti
Expressa arbusto regerit conuitia, durus
Vindemiator & inuictus, cui sæpe uiator
Cessisset, magna compellans uoce cuculum.

Hæc nimirum congruunt cum his quę scribit Plinius, probro solere obijci vindemiatoribus, si cuculus eos deprehendisset putantes uineam. Eam Horatij locum sic explicat Porphyrio. Nam solent leuia rustici circa uiam arbusta vindemiãtes a viatoribus cuculi appellari, cum illi prouocati tantam uerborum amaritudinem in eos effundant, ut uiatores illis cedant, contenti eos cuculos iterũ appellare. Acron hęc affert, Hoc autem ipsa re nouimus, q; uiatores sæpe uindemiatores conuitij agant cũ transierint, & illi respondent, ita, ut cuculum eum appellent, quasi pigrum, & recitant hoc custodibus, eo quod semper assideant. In his Porphyrionis & Acronis uerbis, uidemus mẽdis aliquot subesse. Cũ his cõuenit illud Plautinum. Etiam cubat cuculus, quod grauatim surgeret assessor puellæ. Quin arbitramur in cõuicio cuculi, allusum ad uocem cubãdi. Vñ pro leuia in uerbis Porphyrionis fortasse legẽdum lenti. Iam quod quidam ex cuculo faciunt cuculum, ex aui uestem, nihil est necesse, cum hæc uox penultimam habeat productam, apud Plautũ in carmine trochaico:

At etiam cubat cuculus, surge amator, i domum.

Ac mox,

Cano cãpite te cuculum uxor ex lustris trahit.

Trochaicus est. In Pseudolo pro generali conuicio uidetur usurpasse. Quid fles cucule uiues. Nisi forte, lacrymantem ac singultiẽtẽ amatorẽ cuculũ appellat, quasi κοκκύζοντα, similiter in Mercatore, Isthęc filio nõ credam qui obsequitur patri, huic non

non ut mero cuculo. Itidem in Persa, Tua quidem cucule caussa non hercle si os præciderim tibi, metuam morticine.

Arator nisi incuruus, præuaricatur.

Proverbii speciem habet quod refert Plinius lib. 18. c. 19. Arator nisi incuruus, præuaricatur. Præcipit vt arator aruum primum rectis sulcis proscindat, mox & obliquis subigat, id fieri uix potest, nisi toto corpore incumbat labori, unde & Virgilio dictus est curuus arator. Cęterũ præuaricari, est a recto sulco diuertere. Vnde & in caussis præuaricari dicuntur, qui caussam diuersam adiuuãt. Videlicet hoc est quod ait Plinius. Inde translatum hoc crimẽ in forum: Ibi itaque caueatur, ubi inuentum est. Transferri potest ad quemuis, ut leno nisi periurus est, præuaricatur. Miles nisi impius est, præuaricatur. Conueniet in negotium, quod absque magnis sudoribus peragi non potest.

Metiri digitis.

Qvi rem accuratius expendit quã oportet digitis metiri dicitur, ueluti si quis cũ amico rationẽ ineat, uter in alterum plus contulisset officiorum M. Tullius in paradoxo tertio: Poetam non audio in nugis, in uitæ societate audiam ciuẽ digitis peccata dimetientem sua: Si sunt uisa breuiora, leuiora qui possunt uideri, cũ quidquid peccetur, perturbatione peccetur rationis atque ordinis. Allusit huc Cicero, quod poetæ carminis pedes digitis metiri soleant, unde & Horatius:

Legitimumq; sonum digitis callemus & aure.

Non optimus autem poeta uidetur, qui non statim aurium iudicio deprehẽdit carminis vitium.

Salem & caseum edere.

Plinivs lib. 21. cap. 7. indicat prouerbium, quod tamen nõ refert. Siquidem inter laudes salis & hoc refert. Varro etiã pulmẽtarii uice usos ueteres auctor est, esitasse enim salem cũ pane, & caseo, ut prouerbio apparet. Coniicere licet tale fuisse dictum, nihil conuiuio deerat, habuimus salem panem & caseum. Aut ne sis solicitus quo me apparatu accipias, præter salem panem & caseum nihil requiram. De Xenocratis caseo dictum alibi.

In agro furcularis capras.

Varro de re rust. lib. 1. cap. 2. dictum hoc ueluti legem agricolarium adfert: Golonus in agro furcularis ne capras cõpascat. Deflecti potest ad eos qui noxiarũ rerum aut hominum ad mixtu corrumpũt teneram ætatem, ueluti si quis sacris uirginibus adiungat iuuenes lasciuos, aut adolescentibus addat lasciuas puellas. Aut si quis studiis admisceat uoluptates studijs inimicas. Nam capra plantis omnibus non uulnere tãtum: sed & ueneno dentium pestifera est, præsertim oleæ & uiti, unde & Baccho immolatur uindictæ gratia, Minerua nihil caprini generis, quod uitis ille repertor dicitur, huic sacra est olea.

Oportet agrum imbecilliorem esse.

Columella lib. 1. cap. 3. testatur apud Afros huius modi prouerbium fuisse celebre, oportet agrum imbecilliorem esse q̃ agricolam. Hoc ænigma sic explicuit Virgilius, specie non minus prouerbiali:

-Laudato ingentia rura,
-Exiguum colito.

Sed præstat ipsa Columellæ uerba adscribere. Adhibendum modum mensurãq; rebus, idq; ut non solum aliud acturis, sed & agrum paraturis dictum intelligatur, ne maiorem quam calculorum ratio patitur emere uelit. Nam huc pertinet nostri poetæ sententia:

-Laudato ingentia rura,
Exiguum colito.

Quod uir eruditissimus traditum uetus præceptum numeris signauit. Quippe acutissimam gentem Pœnos dixisse conuenit, Imbecilliorem agrum quã agricolam esse debere, quoniam cum sit colluctandum cum eo, si fundus præualeat, allidi dominum. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quam angustus eximie. Conueniet in eos qui student imperio proferendo, cum hoc ipsum quod habent non possint administrare, aut qui suscipiunt munus, cui gerendo sunt impares. Congruet cum eo, quod alibi retulimus: Spartam nactus es, hanc orna.

Ab ipsa messe.

Non est aĩus conuertere in hoc opus, quidquid aliquam prouerbij spẽm habet.

Pauca

Pauca quæ sese casu obtulerunt uisum est non præterire, præsertim si commodius & argutius dicta uidebãtur. Quod genus est illud apud Senecam epistolarum libro tertio, epistola vigesimasecunda. Ab ipsa messe discedam? Agit enim de his qui uel cõmodis, uel spe commodorum detinentur, quo minus semet explicẽt à negotijs, quasi deserturi agrum, cum instat messis. Quã multi sunt in principum aulis, quos tædet eius uitæ, discruciantur q. libertatis desiderio, uerum istis ad libertatem aspirantibus reclamat cupiditas: Tam magnas spes relinquam? Ab ipsa messe discedam?

Cum sarcinis enatare.

Nec minus commode dictum est in eadem epistola: Nemo cum sarcinis enatat, idest, nemo sese recipit in libertatem, nisi contemptis præmijs seruitutis. Non enim potest euadere occupationes, qui curarũ auctoramentum non potest negligere. Cõgruit cũ eo, quod alibi retulimus ex Martiale: Totis pilea sarcinis redemi: rursum cum apologo, quem adducit Horatius de vulpe pasta in camera frumentaria.

Dosones.

Plvtarchvs in uita Pauli Aemylij tradit Antigonum regem, Demetrii nepotem, eo quod benigne promitteret omnibus, nec præstaret promissa, populari ioco dictum fuisse Dosonem, quasi latinè dicas Dabonem, quod ille quiduis petentib. respondere soleat δώσω, idest, Dabo. Tales sunt χρησολόγοι, de quibus alibi nobis dictum est. Ouidius:

Promittas facito, quid enim promittere lædit?
Pollicitis diues quilibet esse potest.

Huiusmodi Dosonib. scatent aulę principum. Cras, mox redi.

Humeris sustinere.

Qvorvm auctoritas diligentiaq. plurimum ualet in conseruanda salute cuiuspiam, ij dicũtur humeris sustinere M. Tullius pro L. Flacco: De summa Reip. taceo, quã uos uniuersam hoc iudicio, uestris inquam humeris Iudices sustinetis. Ammianus Marcellinus lib. 16. Vbi bellorũ inundantium molem humeris suis, quod dicitur vehens, scindebatur in multiplices curas. Huic affine est: Humeris referre. Cicero pro domo sua: Dicebas te tuis humeris me custodem urbis in urbem relaturum. Ab hac metaphora dicũtur Atlantes Reipub. qui eam suis humeris sustinent, alioqui collapsuram.

Arcem ex cloaca facere.

Qvi rem hominemve nihilsi laudibus magnificis attollunt, dicũtur arcẽ ex cloaca facere M. Tul. pro Cn. Plancio: Nunc venio ad illud extremum quod dixisti, dum Plancij in me meritum uerbis extollerẽ, me arcem ex cloaca facere, lapidẽ è sepulchro venerari pro deo, neq; enim insidiarum periculum ullum, neq; mortis fuisse. Hactenus Cicero. In cuius uerbis & illud prouerbii figuram habet. Lapis è sepulchro, de homine nullius potentiæ.

Archimedes non posset melius describere.

Archimedes Syracusanus geometra fuit celeberrimus, nusquam non intentus figuris geometricis, adeo ut pingens sit interfectus. Ex quo prouerbij specie dictũ est illud, quod est apud M. Tullium in oratione pro A. Cluentio: Si vt tu dicis, gratiæ conciliandæ caussa, quadraginta istorum accessio millium quid ualet? Si ut nos dicimus, vt quadragena millia nummum sedecim iudicibus darentur, non Archimedes potuit melius describere. Solẽt enim geometrę mathematicas figuras in puluere depingere.

Porta itineri longissima est.

M. Varro libro de re rust. 1. ca. 2. subindicat vulgo dici solere, Portam itineri esse longissimam. cuius arbitramur eundẽ esse sensum, qui est illius: Dimidium facti qui cœpit habet. Quin & hodie dicunt bonam itineris partem confectam ei, qui portã egressus sit: semper enim est quod iter apparantem remoretur, & si nihil sit negotii, remorantur amicorum affectus: apud nostrates autem non creditur profectio futura fęlix, nisi dies aliquot dati fuerint cõuiuiis & compotationibus amicorum. Varronis verba subscribimus: Vultis igitur interea uetus prouerbium, quod est; Romanus sedendo vincit, usurpemus dum iste uenit? & simul cogitans portam itineri dici longissimam esse, ad subsellia sequentibus nobis præcedit.

Deorum concio.

Θεῶν ἀγορά, i. Deorum concio, siue curia. Hesychius indicat dici solitum in eos qui libere magnaque cum auctoritate loquuntur, perinde quasi dii loquantur hominibus. Addit Athenis esse locum huius cognominis. Conueniet in diuites aut prę potentes, qui nonnumquam cum stultissime loquantur, tamen freti oppibus ac potẽtia, pro oraculo uolunt haberi quidquid dixerint. Cognatum est illi, quod alibi retulimus: Argenti fontes loquuntur.

Camarine loqui.

Hvic nõ dissimile est, quod extat apud eundem: καμαρινῶς λέγειν, i. Camarine loqui, pro eo quod est, audacter, præcise, & seueriter loqui. Vnde natum, non satis liquet, nisi quod Iuuenalis Camarinos inter uetustæ nobilitatis familias recenset:

Ne tu, inquit, sis Creticus aut Camarinus.

Hesychius indicat militum zonas dici καμάρας. Itaque fieri potest, ut ab horum ferocia prouerbium duxerit originẽ. Idem docet columnas quasdam, in quibus erat depictę Asiæ circuitę, dictas καμάρας. Fortassis ab hac ostentatione dicti sunt καμαρινῶς loqui, qui, qui sese iactarent barbari eo more. Rursum idẽ ostẽdit καμάριαν dici cubile, i quo sunt plures cameræ. In suo quisque cubiculo quæ uult loquitur.

Glossogastores.

Qvi linguam habent uenalem, ea loquentes quæ uentri conducunt, Comicorum salibus taxati sunt, dictiq; ex γλωσσωγάστορες, uoce ridicula ex lingua & vẽtre cõposita. Quadrabit in malos aduocatos, i assentatores. Auctor est Iulius Pollux lib. De rerum uocab. 2. Athęneus lib. 3. docet eiusmodi homines a poetis aliquot dictos κνισοκόλακας & κνισολοίχους, qd ob culinæ nidorẽ adulentur, & nidorẽ ligũriãt: morbũ dictũ κνισολοιγίαν. Ita Iuuenalis:

Te putat ille suę captum nidore culinę.

Pereant amici, &c.

M. Tvll. i oratione pro Deiotaro rege refert hũc uersiculũ vt prouerbio iactatũ:

Pereant amici, dum una inimici intereant.

Dicit eandem sententiam Græco quoq; uersiculo celebrari, quem nondum comperimus. Nisi forte is est cuius fragmẽtũ ante retulimus: ἐῤῥέτω φίλος σοὶ ἐχθρῷ, i. valeat amicus cum inimico. Ciceronis uerba subscribemus: Itaq. cum esset ei nũciatum Domitium naufragio perisse, etiãte in castello circumsederi, de Domitio dixit uersum Græcum eadem sententia, quae etiam nos habemus Latinum: Pereant amici, dum vna inimici intereant. Quod ille si esset tibi inimicissimus, numquam tamen dixisses: ipse enim mãsuetus est, uersus inanis. Congruet in illos, qui nec amicis parcunt nec inimicis, modo quod impense cupiunt assequantur. Versus autem non solum inanis est, uerum etiam immanis, cũ humanitatis sit & inimicos inultos sinere, ne lædas amicos. Neq. dubitemus contẽdere a Cicero immanis scriptum, quod scriba deprauarit in inanis, cum mansuetus non respondeat inani, sed immane, nec in hoc uersu quidquam sit inane, hoc est, gloriosum aut friuolum, sed feritas homĩne indigna. Quamquam carmen apud Ciceronem nõ satis constat suis numeris, cõstabit si legas:

Pereant amici, inimici dũ intereãt simul.

Talis est & ille, quem alibi retulimus,

Me mortuo terra incendio misceatur.

Plenis uelis.

Passis uelis, plenisq; uelis agere dicũtur, qui toto impetu summoque conatu moliuntur aliquid. Ita M. Tull. pro domo sua ad Pont. Quid tandem si tu i illis Reipub. tenebris cæcisq; nubibus & procellis senatum a gubernaculis deiecisses, populũ è naui exturbasses, ipse Archipirata cũ grege prædonum impurissimo plenis velis nauigasses, si quę tum promulgasti, constituisti, promisisti, uẽdidisti, perferre potuisses, qui locus terrarũ uacuus extraordinariis fascibus atque imperio Clodiano fuisset? Hactenus Cicero. Philostrat i Polemone: ἐπὶ δὲ ἤκουσεν Ἐυφράτου, τοῦ τυρίου, πληρέσιν υἱστίοις ἐς τὸν ἐκείνου φιλοσοφίαν ἀφῆκεν, i. Posteaquam audiuit Euphratem Tyrium, plenis uelis ad illius philosophiam se cõtulit. De similibus figuris alias a nobis nõ semel dictum est.

Pecunia absque peculio.

Apparet olim fuisse puerbium inter agricolas iactatũ, Pecuniã sine peculio fragilem

gilem esse. Refertur Pandect. lib. 32. tit. de legat. & fid. com. capite, Si chorus. His uerbis, quæ mobilia mea erunt, do, lego, num mos ibi repositos, ut mutui darentur, non esse legatos Proculus ait. At eos quos præ fidii caussa sepositos habet, ut quibusdam bellis ciuilibus factitassent, eos legato contineri, & sæpe audisse rusticos senes ita dicentes: Pecuniam sine peculio fragilem esse: pecuniam appellantes, quod præsidii caussa reponeretur. Retulimus alibi prouerbium quod admonet ne totam substantiam uni credamus naui, ne nihil supersit unde damnum sarciatur, sin auis interierit. Ita solent senes summam aliquam seponere, ne nihil superesse, si res incendio, bello aut furto periret. Si libebit adagium alio deflectere, poterit accommodari ad eum qui nõ omnia consilia sua communicat amicis. Aut qui felicitatis summam non ponit in rebus extrariis, sed in animi bonis, ut illis casu perditis habeat quo cõfugiat, nec despondeat animum. Quod enim proprie nostrum est, peculium dicitur, Ea uero demum proprie nostra sunt quæ fortuna non potest eripere.

Rana cum locusta.

IMPAR certamen expressit hac figura Theocritus in Thalysijs:

Βάτραχος ἤ ποτ' ἀκρίδας ὡς τις ἐρίσδω, i. Sic certo ueluti si certet rana locustis.

Addit Scholiastes Græcis ranã dici βάτραχον quasi βοάτραχον, ob uocis asperitatem.

Musarum aues.

Μουσῶν ὀρνίθες, i eadẽ Ecloga dicti sũt poetæ, qd assidue modulẽtur sua carmina.

Καὶ μοισᾶν ὄρνιχες ὅσοι πολὶ χίον ἀοιδοὺς
Αντία κωκκίζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι, i.

Quotquot aues musarum, audent certare poetæ
Chio Coccysando, opera conãtur inani.

Ad pedes, ad caput.

NON sine prouerbii specie dictum uidetur illud Theocriti in Pastoribus, de rebus copiosis & affluentibus:

Ὧν μοὶ πρὸς κεφαλᾶ, καὶ πᾶρ ποσὶ κώεα κεῖνται, i.

Ad caput, adq; pedes, quarum me uellera cingunt.

Sermo est pastoris iactantis opes suas, quibus undique affluebat.

Psydracia.

THEOCRITVS in Aita,

Ψὰ δ' δεαρίνις ὑπερθεν ἀραιᾶς ὐκ ἀναφυσῶ. i.

Non mihi nascentur nares mendacia supra.

Scholiastes addit apud Siculos, qui supra nares haberent pustulas albas, quas illi uocãt ψυδράκια siue ἐόνθυς aut ὀνθίας pro mẽdacibus haberi solitos uulgo. Quin & hodie uulgo dicunt: Nasus tuus arguit mihi te mentiri. Idẽ iocus est uulgi de miraculis unguiũ, quin & ipsas narium pustulas Græci ψὰ δ'ματα uocãt: ut indicat idẽ Scholiastes. Amans hoc ænigmate significat se nihil mentiturum de amica. Iones ψυδρακὰς appellãt uarias pustulas. Hinc diminutiuũ ψυδράκια, ἐξανθήματα, quod in summa cute efflorescant. Res ipsa plane superstitiosa est.

Cum sacco adire.

PROVERBIALI schemate dictum est quod adfertur ex Paullo libro Pand. 46. titu. de solu. & liber. cap. Quod dicimus inquit, in eo hærede, qui fideiussori testatoris id quod ante aditam hæreditatem ab eo solutum est debere statim soluere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est, nec. n. cum sacco adire debet. Hæc ibi. Non dubium est, quin hic sermo fuerit uulgo iactatus de quouis qui postulat, ut statim exhibeatur quod petit. Alioqui non ad oia recipienda sacco est opus, uelut ad oleum aut uinum; Græcis θυλακίζειν dicitur, qui cum pera sequens postulat aliquid, qui mos est mendicorũ: unde prouerbium, mendicorum peras sẽper esse inanes. θύλακος autem uas est farinarium. Hesychius indicat eam uocem fuisse peculiarem Tarentinis.

Manu longa, & manu breui tradere.

LIBRO Pandectarũ 46. tit. de solutionibus scribitur hunc in modum, pecuniam mihi debes aut aliam rem. si in Conspectu meo ponere te iubeã, efficitur, ut & tu statim libereris, & mea esse incipiat. Nam tũc qd è nullo corporaliter eius rei possessio detinetur, acquisitam mi & quodammodo manu longa tradita existimanda est. Simili figura dictũ est breui manu dare, lib. Pãdect. 23. titu. de iure dotium, capite Licet soleat.

soleat. Quoties autem extraneus accepto fert debitori dotis constituendæ caussa, si quidem nuptiæ insecutæ non fuerint, liberatio non sequetur, nisi forte sic accepto tulit, ut uelit mulieri in totum donatum. Tunc enim credendum est breui manu acceptum à muliere, l& marito datum. Quæ si deflectas, plus habebunt ueneris: ueluti qui promissis agit, ac spem tantum ostendit, longa manu dat, quod animo cõtueri possis, non statim etiam tollere. Contra, qui præsens ac statim exhibet quod promittit, breui manu dat. Pueri assem ostendunt elephanto, nec audent porrigere. De longis regum manibus alibi dictum est.

Iynge trahor.

QVI vehementi, & impotenti desiderio trahuntur ad aliquid, Iynge trahi dicuntur. Ita Pindarus in Nemeis hymno 4. ἰυγγὶ ἕλκομαι ἦτορ, i. Iynge trahor animo, Interpres addit huiusmodi fabulam. Iyngem aiunt fuisse filiam Echus, alij Pirhus, quę cum amatorijs uenens incitasset Iouem in amorem Ius, à Iunone irata uersa est in auem, qua mulieres uti consueuerunt in amatorijs ueneficijs, quemadmodũ indicat Theocritus in Pharmaceutria:

Ἰυγξ ἕλκε τὺ τλῶον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδραι idest,

Per te Iynx meus ille domum uir quæso trahatur.

Quidam Iyngem uertunt motacillam, quod caudam assidue moueat.

Dij omnia possunt.

HEMISTICHIVM Homericum.

Θεοὶ δέ τε πάντα δυώανται. idest,

At cælestes omnia possunt.

Quadrabit in eos, quibus promptum est facere quidquid animo collibitum fuerit, siue iure, siue iniuria. Pindarus in Pythijs hymno 3. θεὸς ἅπαν ἐπελπίδεται τέκμαρ ἀνύεται, i. Deus autem pro sua libidine omnem exitum perficit.

Timidi mater non flet.

PROBVS Æmilius in uita Thrasybuli, testatur hoc uelut ænigma uulgo iactatũ, timidi matrem non flere, quod in bello qui contemnunt hostem nihil quę metuendum ducunt, quoniam nisi parum cauent, fere pereunt, & matribus luctum afferunt cum orbitate. Contra qui nihil non metuit, neque quidquam omnino contemnit, is tutioribus utens consilijs, raro uenit in periculum. Thrasybulus enim cum indixisset bellum triginta tyrannis, qui Athenas oppresserant, & castellum Atticæ Philen occupasset, non plures secũ habuit quam triginta commilitones. Hoc, inquit initium fuit saluris Atticorum, hoc robur libertatis clarissimę ciuitatis. Neque uero hic non contemptus est primo à tyrannis, neque eius solicitudo, quæ quidem res & illis contemnentibus perniciei, & huic despecto saluti fuit. Hoc enim illos ad persequendum segnes, hoc autem tempore ad comparandum dato fecit robustiores. Quo magis præceptum illud omniũ in animis esse debet, nihil in bello oportere contemni, nec sine caussa dici, Timidi matrem flere non solere. Quamquam satis constat hunc locum deprauate legi, unde conijcitur sic scripturi fuisse: Neque uero hic modo contemptus est primo à tyrannis, sed eius etiam solitudo. Itaque modo deprauatum est in non, & solitudo in solicitudinem, & deprauatio deinde trahit deprauationem, ut ansa ansam. Sentit enim Probus ipsum Thrasybulum, ut hominem mediocriter nobilem, ac diuitẽ despectui fuisse tyrannis. Deinde hoc magis fuisse contemptui, quod tam paucos haberet suę factionis homines. Retulimus alibi de fortitudine, quæ erumpit in neruum.

Theutibidum more.

THEMISTOCLES, ut in ipsius uita refert Plutarchus, Eretrico cuidam exprobrans ignauiam dixit: ἦ γὰρ ἔφη κῷ ὑμῖν περὶ πολέμου τὶς ἐστὶ λόγος, οἱ καθάπερ αὐτοδιδέες μάχαιραν μὲ ἔχετε, καρδίαν δὲ οὐκ ἔχετε, i. Sane inquit, & uobis aliquid de bello dicendum est, qui Theutidum in morem gladium quidem habetis, cor autem non habetis. Quidam Teuthidas putant esse, quas nos uocamus sepias. Sepia autem de genere mollium est, & arbitramur huic generi cor non inesse.

Samij literati.

PLVTARCHVS in uita Periclis citat hunc uersculum ex Aristophane Comico:

Σαμίων ὁ δῆμος ἔστιν ὡς πολλυγράμματος. idest,

Populus Samiorum ualde literatus est.

Arbitramur hoc inde dictum, quod cum Samij captiuis Athenienſium inuiſiſſent noctuam, Athenienſis uiciſſim Samiorum captiuis inurebant Samęnam, quam in collectaneis opinamur dictam σάμαιν. Id erat nauis genus lato uętre, à prora ueluti ſuilli roſtri ſpeciem præferens, unde & hic verſus iactatus eſt:

Ναῦς δέ τις ἀκυπόρος σαμία ὑς εἶδος ἔχουσα, idest,

Nauis erat uelox Samia, ſpecieque ſuilla.

Dicta eſt Samęna, quod à Samijs reperta ſit. Conueniet igitur in cicatricoſos, & ſtigmatum plenos. Heſychius & Suidas addunt apud poetam dictum in Babylonios è piſtrino prodeuntes, ſtigmatibus notatos. Verum Ariſtoteles etiam huius dicti monſtrat originem. Cum Samiorum gens eſſet afflicta à tyrannis, ob inopiam adminiſtrantium rempublicam, coacti ſunt aliquot è ſeruis admittere in conſortiũ adminiſtrandi magiſtratus. Sic Ariſtoteles, Seruile eſt autem ac noxium, ſtigmatis notari. Apud Plautum in Caſſina: Si hic literatus me ſinat, Literatum appellans notis inuſtis inſignem. Plinius lib. 18. cap. 3. inſcriptos appellat. At nunc eadem illa, uincti pedes, damnatæ manus, inſcripti uultus, exercent. De Attagena diximus alias. Nec deſunt qui cauſſam diuerſam afferant, quod apud Samios inuentæ ſunt uigintiquattuor literæ a Calliſtrato. Sic Andron in tripode. Idem Ionum literas tradidit Athenienſibus. Probabile eſt igitur a repertis traditisq; literis, iocum fuiſſe uerſum ad ſtigmata. Nam Samij ſimul & accipiebant, & tradebant infames notas. Nicanor Alexandrinus grãmaticus populari ioco dictus eſt ſtigmaticus, qđ de ſcripturæ diſtinctiunculis, quas Græci σιγμὰς appellant, curioſe ſcripſerit.

Samij mores.

Σαμιακὸς τρόπος, i. Samij mores. Quidam referunt ad calumniandi uitium, qđ, ut dictum eſt, Samij notas & inurerent alijs, & paterentur ab alijs. Alij malunt referre ad nouam nauigii ſpeciem, quam apud eos reperit Polycrates tyrannus. Itaque quadrabit in eos, qui ſuos quoſdam habent mores a cęterorum moribus diſſidentes.

Latinò πλῆτοι.

Calliae barbarus quiſpiam clam indicauit magnam auri uim in puteum quendam coniectam. Is & occidit indicem, ne proderet, & aurum ſuſtulit. Vbi res innotuit, in comœdiarum iocum uerſa eſt, ut qui malis artibus ſubito diteſcerẽt, λαχνὸ πλῆτοι dicerentur. Refert Plutarchus in uita Ariſtidis. Attigit & Heſychius.

Abydus, Abydenus.

Abydenorum mores in prouerbiũ abierunt. Nam Abydeni dicti ſunt Sycophantę, ſeu molles & effęminati. Meminit adagii Pauſanias & Suidas, quorum hic oſtendit etiam res nihili, nugasq; meras Abydum dici, quemadmodum de Tricis & Apinis alibi retulimus: opinamur quod id tẹporis frigeret Abydus ob uetuſtatem. Vnde Sinopem meretricem Abydum vulgo dictam indicat Athenęus lib. 13. quod iam anus a nemine adiretur. Heſychius indicat quempiam apud poetam quendã ἀβυδοκόμαν dictum, quod de ſycophantia ſeſe uenditabat. Suidas, ni fallimur, alicubi citat ex Ariſtophane. Zenodotus ſic effert prouerbium ἄβυδος πόλις, i. Abydus ciuitas, Stephanus indicat prouerbium dictũ ab Abydenis Mileſijs. Nam hinc profecta eſt Abydus Helleſpontica. Verum hæc propius attinent ad prouerbium quod antẹ tulimus: Ne temere Abydum.

Mannari.

Sicut fures multis artibus inſtructi ſunt, ita ſtudium illorũ variis nominibus appellabatur: uelut inuolare & manticulari, pro eodem Laberius citante Nonio Marcello dixit, Manuarii, nec dubiũ quin ea uox ioco populari fuerit iactata, quemadmodum & hodie, quoniam furandi uerbum nimis odioſum eſt, mitiore uerbo dicunt, digitauit, ſi quid furto ſublatum uolunt intelligi ſimul ut effugiant actionẽ iniuriarum. Quid ais? Appellas me furem? Nequaquam, ſed manuatorem. Huiuſmodi uoces abſoletæ non carent gratia, ſi in loco adhibeãtur, nec ſine προεπιπλήξει, ut priſci loquebantur, aut ut uetere verbo utamur.

Ad coronidem uſque.

Μεχρὶ τῆς κορωνίδος, i. Vſq; ad coronidem,

dem, cum extremum finem rei cuiuſpiam ſignificamus. A nauibus tranſlatum putant literatores, quibus aliquid roſtri ſpeciem gerens ſolet addi. Nam Corone Græcis cornicem ſonat, coronis corniculã. Apud Homerum uſurpatur κορώνη, p anulo, aut ſi quid apponitur oſtio. Idem uelut ornamenti gratiæ perfectis omnibus additur. Vnde Euſtathius indicat Iætum rerum finẽ χρυσῷ κορώνῳ, puerbio dici ſolere. Plutarchus in li. de fortuna Alexandri refert Philoxenũ à Dionyſio coniectum in latomias, id erat nomẽ teterrimo carceri, & tragœdiam quã illi caſtigandam tradiderit: ἀπὸ τῆς ἀρχῆς μεχρὶ τῆς κορωνίδος παρέγραψεν, videlicet circũducta linea ſignificans totam eſſe diſpungendam. Idem aduerſus Stoicos: Et Ἐκ παρόδου καὶ ἀρχῆς ἄχρι κορωνίδος, idest, ab ingreſſu & initio vſque ad coronidem. Iucundius erit quoties transfertur ad animum, ueluti ſi quis ſtudiorum coronidem dicat, aut moueat, vt egregijs cœptis auream addat coronidem: aut uitæ laudabiliter actę iubeat auream imponi coronidem, hoc eſt, mortem piam. Quamquam coronis dicitur interdum, quod accedit abſoluto operi, ut Martialis, Multaque coronide longus, qualia ſunt in conuiuijs, quæ Græci uocant ὀπιδορπίσματα, ſiue μεταδόρπια, quod cęnis addantur: Latini, ni fallimur, bellaria uocant. Cuius uocis eadem fuerit gratia, ſi ad res animi transferatur, uelut ad acceſſionem quæſtioni propoſitæ additam, aut aliud ſimile. Poſtremo grammatici quoties perſona actoris eodem metri genere finit quo cœperat, Coronidem uocant: eamq; notant uelut roſtri figuram exprimentibus lineis. Attigeramus hoc prouerbium, in eo, quod eſt: A capite vſque ad calcem, ſed tribus duntaxat uerbis.

Sine ut incolumis redeat.

Habet prouerbij ſpeciem, quod eſt apud Theocritum in Hodœporis:

Εἰαλέγ' εἴτι λέγεις, καὶ τὸν ξεινὸν εἰς πόλιν αὖθις
Ζῶντ' ἄφες, i.
Dic age, ſi quid dicis, & hoſpes, ut unde profectus,
Viuus eo redeat, permittito.

Sic & hodie dicimus ijs, qui uerbis minacib. & conuicijs ferociunt: Eia ſine hominem uiuere. Verba ſunt Laconis ad Comatam, qui de ſe arroganter in alterum contumelioſè fuerat locutus. Tametſi locum uarie interpretatur Scholiaſtes.

Quiſquis tarde uenit ad cęnam.

Theocriti ſcholiaſtes indicat hos ſenarios prouerbio fuiſſe iactatos:

Ὅστις ἐπὶ δεῖπνον ὀψὲ κληθεὶς ἔρχεται,
Ἠχωμὸς ἐστὶν, οὐ δίδωσι συμβολάς, i.
Quiſquis uocatus tardus ad cęnã uenit,
Aut claudus eſt, aut nõ dat ille ſymbolas.

Theocritus ſic habet

Ἢ μετὰ δαῖτα κληθὸς ἐπείγεαι. i.

An quoquam ad cœnam properas conuiua uocatus? Et addit, eos qui uocati ſunt celerius ire, qui non uocati tardius. Etenim, qui uocatus ſe uenturum promiſit, in ciuile putat, ſi conuiuatori ſit in mora. Qui non vocatus uenit, uel pudore tardior eſt, uel quod excluſus ſpe alterius cõuiuij. Ita qui ſymbolam dedit, properat ne mulctetur damno, ſi poſt tempus uenerit. Qui non dedit, huius rei ſecurus, ut lubet, ambulat.

Gargara bonorum.

Innumerabilem hominum rerumve uim priſci gargara dicebant, ficta uoce, a ſtrepitu quem facit hominum congregatorum multitudo, aut rerum effuſarum copia. Ariſtomenes ἐν βοηδοῖς apud Suidam, & Ariſtophanis interpretem:

Ἔνδον γὰρ ὑμῖν γάργαρα. i.
Nobis enim intus gargara.

Citatur & Tragicus quiſpiam, Sophron opinamur, qui inſcripſerit, χρημάτων τε γάργαρα, i. Pecuniarum gargara. Vnde & γαργαίρω uerbum, quod ſignificat perſtrepo præ multitudine. Vt Cratinus:

Ἀνδρῶν ἀρίστων πᾶσα γαργαίρει πόλις, i.
Vrbs vniuerſa hæc optimis ſtrepit uiris:

Rurſum ex fabula cui titulus λίμναι citatur hic verſiculus,

Ἀνδρῶν ἐπακτῷ πᾶσα γάργαρ' ἐστία, i.
Viris adactis tota perſtrepit domus.

Cęterum, quod eſt apud Homerũ, κάρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσι, i. Pedibus quoque terra ſtrepebat, mutata literula κάρκαιρε dictũ pro γάργαιρε. Deniq; cancros exiſtimant dictos γαργάρους ob pedũ multitudinem. Macrobius lib. Saturnalium quinto, docet gargara montem eſſe, & eiuſdẽ nominis oppidum monti ſubiectum in Myſia, ut apparet, quæ frugum eſt feraciſſi-

ma, ut hinc factum sit, ut qui immensam rerum copiam significare uellet, gargara nominaret. Exemplacitat ex Alcæo, Aristomene, quæ scribarum inscitia desiderantur. Aristophanes ἐν ἀχαρνεῦσι, risus causa duas voces coniunxit, immensam multitudinem significãtes ἀδ' ἀδωνηθὼ ψαμμοστικόσιο γάργαρα. Siquidé ψαμμοστικόσια dicũt Græci, quæ vel æquant harenarum numerum, ad eam formam qua dicũt τριακόσια & ἑξακόσια. Alexis apud Athenæum libro sexto:

Βόα καλῶν τὸν οἰκέταν
Εν ὄντα μόνον, ὁ νόμασιν δὲ χρώμενον
Ψαμμακοσίοις, i.
Famulum intonabat euocans.
Vnum atque solum, cæterum uocabulis
Vtens ad id innumeris.

Loquitur de paupere ostentatore diuitiarum, qui cum non haberet nisi vnum famulum tamen pro foribus euocabat eundem uarijs nominibus, ut hospites crederent plurimos esse domi. Et huius compositę vocis meminit Macrobius loco, quẽ modo citauimus.

Onobatis.

APVD Cumanos mulier in adulterio deprehensa ducebatur in forum, ut illic lapidi insistens omnibus esset conspicua. Deinde impositam asino, atque ita per totam ciuitatem circunductam reducebant ad lapidem, ut ibi rursus esset omnibus spectaculo. His actis habebatur infamis per omnem uitam, & ignominiæ gratia ὀνόβατις dicebatur, quod asinum equitasset. Lapis autem nefastus ac detestabilis habebatur in quo steterat mulier. Quadrabit in quamuis prostitutæ famæ, Asinus apud Cumanos erat iocus prouerbialis, qua de re nobis dictum est alias. Illud hic adnotandum, quomodo decreuerit legum seueritas. Apud Hebræos adultera lapidabatur. Apud Romanos aliquando minitabatur lex Iulia. Apud Cumanos summa ignominia supplicii loco erat. Verum quod ad prouerbium attinet, refertur a Plutarcho in problematis.

Eamus Athenas.

Ἰωμὲν εἰς ἀθήνας, Eamus Athenas Plutarchus in uita Thesei refert Atheniẽses Minois uiolẽtia, simulq; rerũ inopia afflictos, iniisse fœdus cum illo, his quidẽ cõditionibus, ut quotannis i Cretam mitterẽt septem pueros, ac totidem puellas, quos quidam existimant à Minotauro solitos interimi. Aristoteles dissentit, sed cum uetusti cuiusdam uoti religione tenerentur Cretenses, illas hominum primitias mittebant in Delphos: quibus eo proficiscentibus, adiunxerunt sese multi Cretensiũ filii. Cæterum cum illic ob terræ sterilitatẽ egre sibi pararent uictum, uenerunt in eã Italię partem, quę quondam Iapygia dicta est. Hinc in Thraciam profecti, Bottiei dicti sunt. Vnde uirgines Bottiæorum sacrificio quodã absoluto, canere solẽt. Eamus Athenas, his verbis testificãtes desiderium patriæ quondam relictæ. Huius sententiæ citat auctorem. Aristotelem in Repub. Bottiæorum. Licebit uti, si quando nos melioris fortunæ relictæ pœnitebit.

Abderitica mens.

ABDERITAE in stuporis insaniæque fabulam abiere, quod perspicuum est ex epigrammate, Martialis lib. 10. de eo, qui dum natus in theatro repræsentauit Muriũ Scęuolam, ac manum imposuit igni, sed acrioribus paratis suppliciis, ni faceret.

Si patiẽs fortisq. tibi durusque uidetur,
Abderitanæ pectora plebis habes.

De Bęotis, & Batauis alias nobis dictũ est. Abderitanis autem naturã peculiarem fuisse mentis stuporem indicat M. Tull. in libris De natura deorum. Et Plinius li. 25. cap. 8. docet huic urbiuicina esse pascua in quibus equi pasti inflammãtur rabie, quẽ admodum apud Potniam asini. Est autem in Thracia, condita dictaq; ab Abdera sorore Diomedis, patria Democrati physici, iuxta Pomponium Melam. Stephanus ciuitatem dictam autumat ab Abderito filio Erimi, Herculi adamato, quem Diomedis equi dilacerauerant.

Maritimi mores.

NON abesta puerbii specie, quod Plautus in Cistellaria dixit: Maritimos mores, pro uariis & incõstantibus, quales fere sũt amantium, qui cum ferantur impotentibus cupiditatibus, tamẽ sibi non constant. Quæritur autem apud Comicũ adolescẽs de amore mentem in uarios affectus rapiẽte. Ita, inquit, mihi omnia ingenia sunt: quod lubet, non lubet iã id continuo. Ita me amor lapsũ animi ludificat, fugat, agit, appetit,

appetit raptat, retinet, iactat, largit quod dat non dat, diludit. Modo quod suasit, dissuadet: quod dissuadet, id ostentat. Maritimis moribus mecũ experitur. Quemadmodum autem mare nũquam conquiescit, & subinde mutat faciem: ita ferunt homines maritimos nonnihil ex maris ingenio referre. De Euripo dictum est nobis alias.

Pecuniæ pedibus compensantur.

INTER Catonis dicta, quæ prouerbiorũ vice celebrant, refertur & illud, Pecuniam pedibus compensari, quod tamen in libris eius uiri nondum reperimus: sed fieri potest, ut hoc M. Tull. ioco dixerit. Neq; dissimile ueri est multas Catonis sẽtẽtias fuisse celebres, quas ille dixit tantum, nõ scripsit. Ciceronis ex oratione, p L. Flacco verba subscribamus, Si te Crassi agri delectabant, hic alicubi in Crustumino, aut in Capenati parauisses. Verum esto, Catonis est dictum, pedibus, compensari pecuniã, longe omnino a Tiberi ad Caicum &c. Sẽtentiam autem hanc esse arbitramur, si lõgius absit fundus plus impendiorum esse domino, & minus ad eum redire lucri. Id damni sarcitur pedibus domini, si non gratuetur subinde fundum inuisere.

Ne incalceatus in montes.

THEOCRITVS ἐν νομάσι:

Εἰς ὄρος οὐκχ' ἕρπεις μὴ ἀνάλιπος ἔρχεο βάπτε
Εν γὰρ ὄρει ῥάμνοιτε καὶ ἀπάλαθοι κομόωντι. idest,
Batte caue pedibus nudis perrepere mõtem,
Quippe rubis, tribulisq; uiret mons undiq. densus.

Quid suscipit uitę genus, armet sese ad uersus occursura incommoda, ne pœniteat suscepti.

Ne incedis per ignem.

Οὐ γὰρ ἐπὶ πυρὸς βέβηκας, Non incedis per ignem. Theocritus in Hodœporis,

Μὴ ἀπάλ' δ' ἀ γάρ τοι πυρὶ θάλπεο. idest,
Ne propera, neque enim igne calescis.

Scholiastes indicat subesse prouerbiũ, quo significabãt aliquẽ plᵒ satis festinare. Nã pastor, ut erat, protinus uolebat canẽdi certamen inire. Alter non probans tantam celeritatem, prouocat ad locum commodiorem. Properant enim qui per ignẽ incedunt, & celeritas reddit elemẽtum innoxium: quemadmodum non læditur, qui manum per mediam flammam mittit, aut prunam ardentem subito manu correptã abijcit. Qui versatur in re periculosa, dicitur & ipse per ignem incedere. De quo prius nobis dictum est.

Non soli Atridæ amant uxores.

QVOTIES significabimus suam cuique dolere iniuriam, cõtumeliam aut damnũ, nec oportere quemquam impune lædi, cõueniet Homericᵒ ille versus ex Iliados I.

Η μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
Ατρεΐδαι. idest,
Nunc solis hominum Atridis affectus amorq.
Vxorum est?

Eũ Sextus Cœlius, citante Vlpiano, ceu uulgo iactatum adfert lib. Pandect. 48. Titulo ad legem Iuliam de adulterijs, lege, Si uxor. Virgilius imitatᵒ ẽ li. Aeneidos 9.

Nec solos tangit Atridas
Iste dolor.

Auris Batauæ.

QVEMADMODVM Græci dicunt βοιώτιον ὦς, idest, Bœoticã aurem pro pingui, crassaq; itidem Martialis Epigrammatum libro 6. Batauam aurem dixit agrestem, in elegantem tetricamq;:

Tu ne es, tu ne, ait ille Martialis,
Cuius nequitias iocosq; nouit,
Aurem qui modo non habet Batauam.

Sic enim legit Domitius Calderinus, quamq; nonnulli mutarant, pro Batauã, seuerã. Erant Bataui Germanię populi, Cathorũ pars, qui domestica seditione pulsi, extrema Gallicæ oræ uacua cultoribus, simulque insulam inter uada sitam occupauere: quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergũ ac latera circumluit. Gẽstum bello valida, vt q̃ Germanicis bellis esset exercitatissima, tum opibus pollens, quod Romana militia non exhauriretur. quandoquidem erat his cum Imperio societas, ut uiros tantum armaq. ministrarent, quemadmodum copiosius prodidit Cornelius Tacitus li. 20. Conuenit inter plerosq; doctos, nec id refragãtib. cõiecturis, eam insulam, cuius meminit Tacitus, esse quam nunc Hollanidam uocant.

Κρυνοχυτρολήραιον.

HOMINEM stulte nugacẽ Græci uocabãt

κρηνοχυτρολήραιον, uoce ridicule cōposita, ἀ κρηνὸς, quæ proprie dicitur aqua impetu scatens, & χύτρα olla, & ληρεῖν φ est nugari. Ollas autē stupidos appellamus. Refertur a Suida. Extat apud Aristopha. in Equitibus, quo dicto notasse uidet homines immodice nugaces. Nam & λήρης quidam fontes dici putant παρὰ τὸ λίαν ρεῖν. Indicat hoc Vulpianus enarrans etiā Demosthenis Olynthiacam. Alibi retulimus prouerbium, Luscinię nugis insidentes ἀηδόνας λέχαις ἐγκαθήμθαι. Sed post comperimus λέχας Græcis dicis nōnunquam sedilia q̄dam publica in quibus Athenienses otiosi complures pariter sedebant, quibuslibet de rebus inter se nugātes, Qualia sunt hemicyclia. In testimonium proferunt hoc carmen ex Homero:

Οὐκ ἐθέλεις δ' δεῖν χαλκήιον ἐς δόμον ἐλθὼν

Ἡτε ἐς λέχλω.

Hæc sedilia fuisse Apollini consecrata scripsit Cleantes. Quidam eum deum appellant λεχλῶ ὄριον.

Fabarum arrosor.

Κυαμοτρώξ, i. Fabarum arrosor dicebatur, qui in creandis magistratibus vendebat sua suffragia, eoq. quæstus gratia sedulo uersabatur in comitijs, Priusquam reptus est usus calculorū, quos Græci ψήφους appellant suffragia nigris & albis fabis ferebantur. Vnde fabis uictitare dicebantur, quibus hinc erat quæstus. Suidas citat senarium, sed ut fere solet, tacito auctoris nomine:

Κρεγεὶ δὲ τούτους ὁ κυαμοτρώξ ἀτικός. i. Hos indicabit non fabæ esor Atticus.

Prouerbij meminit & Hesychius, indicans hunc morem fuisse apud Ætolos, ut cui alba faba obtigisset, is magistratum susciperet. Vnde ferre suffragia, siue sortiri, κυαμεύειν appellabant, & iudicē κυαμοβόλον, nam & iudicijs quibusdam non uoce, sed calculis ferebantur sententiæ. Manet hodiernum usque diem mos, ut in Epiphanijs rex conuiuij faba deligatur. Extat autem & apud Aristophanem in Equitibus:

Νῷν γὰρ ἐστὶ δεσπότης

Ἀργοικος ὀργλῶ, κυαμοτρώξ. idest,

Nobis agresti est dominus ira, qui fabas Arrodit.

Dici poterit & in tenuē parcumq;. Nā hinc sumpta est metaphora in magistratus affectatores, aut ex suffragijs suis uenantes quæstum.

Manci pera.

Narrant locū fuisse vicinum Hymetto, cui nomē fuerit κυλλοῦ πήρα, idest, clauditantica, in eo fuisse templum simulq; fontem, unde fęminę steriles bibebant, & fiebant fœcundę. Suidas indicat & composite dici κυλλοπήραν, admonens esse prouerbium in eos qui artificio uim admouēt naturæ. Hesychius ostendit Aristophanē in Centauro, lupanar appellasse κυλλοῦ πήραν, quod huius nominis locus decliuis sit ac præceps. Conueniet in illos, qui bulbis, alijsve medicamentis irritant libidinem. Quidam elleboro succurrunt ingenio, & quibusdam medicaminib. memoriæ.

Vndarum in ulnis.

Suidas refert hunc Senarium ex Aristophane:

Καὶ ταῦτ' ἐχοντ' δ κυμάτων ἐν ἀγκάλαις. i. Atq; id quidē cū essent in ulnis fluctuū.

In ulnis undarum esse dicebantur, q in summis rerum difficultatibus uersabātur. Neque enim suauiter iactant maris undæ quos amplexę fuerint. Adlusum est ad nutrices quę pueros in ulnis circūferunt, & agitatione mouent, ut fiant uegetiores, quod ipsum infantibus natura gratum est, somnosq. conciliant. Verum alia est fluctuum iactatio.

Fluctus mutus.

Κῦμα κωφὸν, idest, Fluctum mutum appellabant, qui nondum edebat fragorē, sed iam incipiebat intumescere. Primum enim tacitis undis insurgit mare, mox exasperata tempestate, procul fremit ac resonat. Dici potest de bili hominis quę nondum erupit in conuicium, sed tacitē inardescit. Veluti si dicas: Cede κύματι κωφῷ, desine contendere, ne disputatio exeat in rixam. Aut obsiste κύματι κωφῷ, reprime iram efferuescentem.

Caricum uinum.

Καρικὸς οἶνος, Suidas indicat fuisse, prouerbium de uino, ut opinamur, tenui, qd non adfert hilaritatem, qualis erat Carica musa de qua dictum est alias. Quidquid enim uile, lugubre, molestum, aut querulum, Caricum dicebatur. Sed haud scim an apud Suidā pro οἶμος scriptū sit οἶνος, nisi quod Hesychius nescimus, quid attingit de Carica uite, uelut inculta & incomposita. Nam genus hoc militare, negligit agricolationem.

Οἰολωικος.

Herodotus in Melpone, hoc est, li. 4. refert, cum Theres quidam adornaret longinquam nauigationem, ac filius ipsi adolescens negaret se futurum ei nauigationis comitē, τοιγαροῦν ἔφη αὐτὸν καταλείψειν οἰὸν ἐν λύκοισι, i. Itaq. relinquam eum, inquit, ouem inter lupos. Ex eo dicto nomen inditum est adolescentulo οἰόλυκος, uoce composita ex oue & lupo. Dici poterit in hominem desertum ac destitutum auxilio. Quod si quis negabit hoc esse prouerbium, patiatur appendicē esse eius quod alibi retulimus: Ouem lupo commisisti. Nam probabile est ab hac historia natum prouerbium.

Ναυκλαρορδεῖν.

Ναυκλαρορδεῖν dicebantur qui studio quidpiam eleuarent. Alij putant ναυκλαρεῖς dici solitum ei, qui cum uideretur cōfiteri, non confitebatur, perplexis uerbis occultans mendacium, quod fere solēt hęretici in discrimen adducti. Vox composita ἀπὸ ναῦ, quod est affirmantis, & κλάω pica, & ῥέω, quod est fluo, quod inuoluta loquacitate negent, quod affirmare uidentur, rursus affirment quod negant. Meminit Hesychius.

Cui nullum negotium erat. Harmenem muro cinxit.

Strabo libro geographiæ 12. refert huiusmodi prouerbium:

Οστις ἔργον οὐδὲν εἶχεν ἀρμένλω ἐτείχισεν. idest,

Qui negotij nil habebat, Harmenæ murum addidit.

Est enim trochaicus tetrameter. Tradit autem Harmenem vicum esse Sinopensiū, portum habentem. Cuius meminit & Stephanus, situm indicans in Paphlagonia, & a nonnullis dictam ἀρμήνλω, quod hic sane carminis ratio non patitur. Neuter indicat originem aut sensum adagij. Coniectare licet uicum fuisse frigidum, quē aliquis cinxerit muro ut fieret oppidulum, æque frigidum. Non enim dixit ἔκλισεν, quod interpres uidetur somniasse, q pertit construxit, sed ἐτείχισεν, hoc est, muro cinxit.

Nec animans, nec inanime.

Proverbiali figura dictū est apud Platon. lib. de Leg. 8. πάντων τε ἐμψύχων καὶ τῶν ἀψύχων, i. Omnium & animātium & inanimorum, cum nihil omnino significamus excipiendum. Simili figura dicimus, Iuuenumq; senumque, & bipedum ac quadrupedum nequissimus. Item: Nec dijs, nec hominibus placet, Nec uiuis patcit, nec mortuis. Locum Platonis citauimus integrum in prouerbio σκιαμαχεῖν.

Hic telam texuit ille diduxit.

Apud Iulium Pollucem lib. 7. c. 10. refertur senarius suppresso auctoris nomine ni forsitan Nicophanes est in Pandora:

Ὁ δ' ἐξυφαίνεθ' ἱστὸς, ὁ δὲ διάζεται.

Quāquam legēdum arbitramur: ὁ μὲν ἐξυφαίνεθ' ἱστὸν, ὁ δὲ διάζεται, siue φ probabilius est διέζετο, nam uocē ἱστὸς ēt metri ratio respuit: Iā si nobis textor quispiā Græcus exponeret quid sit διάζεσθς quod ut indicat Pollux, Attici dicebant: φροφορεῖσθς, non esset difficile prouerbi sensum enarrare. Nam Suidas tantū habet: διάζομαι τὴν σήμονα. Hesychius paullulum lucis addiderat, dicēs: διέζετο, διεφίζετο, si διέζετο ueniret a themate διάζομαι. Qd si διάζεσθς est stamini, φ superest, addere, sensus erit: Alter orsus est, alter perfecit.

Per fluuium traducere.

Διαβιβάζειν τὴν ποταμὸν, i. Transmittere per flumen dicebantur, qui difficultatem explicabant rei, quā ineruditiores aut inualidiores explicare non poterant. Trāslatum a torrētibus aut fluuis profundioribus, quam ut cuiuis tutum sit traijcere. Itaque qui sunt robustiores atque exercitatiores, pueros, mulieres, aut alioqui imbecilles susceptos in humeros transmittunt. Plato li. de Legib. 10. ἐγὼ σφῶ ὥσπερ νῦν δὴ δεξάμενος διαβιβῶ τὸν ποταμὸν, i. Ego uos quemadmodum modo feci, susceptos, ultra fluuium transferam. Verba sunt hospitis Athenienſis, qui disputationem tradit Cliniæ & Megillo, pollicēs se affuturum, si quid hæserint.

Gangamon.

Iulius Pollux lib. 10. c. 40. docet genus

esse retis inuolutis flexibus sinuosum, ac perplexũ ꝗ a Græcis dicatur γαγγάμων à γῶ quod est capio, ut indicat etymologicus, putans & γαγγάμλω appellari, vñ & γαγγαμελκε῾ς dici qui piscãtur hoc retis gne, & γαγγαμεῖς. Aut idem est cũ sagena aut simillimũ. Pollux citat Aeschylũ, q negotiũ inuolutũ & explicatu difficile, γαγγάμωνα dixerit, quemadmodũ dicimᵘ, nassam. Vnde uentris locum circa umbilicũ γαγγάμωνα dictum, quod illic appareat circumuolutio quędam neruorum. Fortasis & interior aluus sic appellatur, quod intestina in sese complicentur, ne mox effluant stercora.

Sacer manipulus.

Ἱερὸς λόχος. idest, Sacer manipulᵘ olim dicebatur, quemadmodum dicimus sacrã ancoram iaciendam, aut rem ad triarios redijsse. Atheneus lib. 13. declarat apud Thebanos exercitus partẽ fuisse quã illi ἱερὸν λόχον nominabant, eam constitisse ex amãtibus, & amatis, & ob id præcipuũ belli robur ĩ his fuisse situm, ꝗ reddat fortissimos ad mortis etiam contemptũ animans. Vsᵘ erit, si quis dicat rem Christianã hodie è monachis uelut a sacro manipulo pẽdere.

Postico discedere.

Galenvs περὶ τῆ φυσικῶν δωάμεων li. 2. εἰ δὲ ἐκ πολλῶν σύγκειται τῇ κηπαίᾳ χῆ τῆ παροιμίαν πρὸς ἀσκληπιάδλω ἀπεχωρήσαμεν. i. Si ex pluribus constat, postico quod dici solet, ad Asclepiadem recessimus siue defecimus. Postico autem recedere dicitur qui furtim abit, alijs inscijs sese subducens. Sic Horat. Postico falle clientẽ quod & hodie non raro faciunt magnates. Idem alia forma dixit: In Aristippi furtim præcepta relabor. Thomas Linacer vir incõparabili doctrina, κηπαία uertit p horti posticum. Ædes quibus est adiũctus hortus duas habet ianuas, anticam, & posticã. Antica spectat ad publicam uiam, postica ducit ad hortum: per hanc elabebantur, qui clancũlum abire cupiebant. Quosdam pudet παλινῳδεῖν, sed dissimulanter transeunt in alienam sententiam, alij per occasionem subducunt se negotijs. In hos congruet prouerbium.

Vtres Thylaci.

Ἀσκὸς καὶ θύλακος, idest, Vter & Thylacus dicebatur, qui cibo potuiq; indulgebat. ἀσκὸς enim uter est vinarius θύλακος uas farinariam. Athenæus li. 11. refert hos uersus ex Alexidis Hesione, qui dicũtur sub persona Herculis:

Ἡψησε κῆλικα, ᾗ λαβὼν ἐξῆς πυκνὰς
Ἔλκει, καταυτλεῖ, κατάτε ᾗ παροιμίαν
Ἀείποτ' δ' μὲν ἀσκὸς δ' δὲ θύλακος
Ἀνθρώπος. idest,

Calicẽ poposcit, ac datum, crebro bibẽs.
Trahitq; & hausit, & ut habet prouerbiũ,
Semper bene uter, thylacus semper bene est.
Homo. Itidem Horatius:
Si ventri bene, si lateri, pedibusq; tuis, qd
Diuitiæ poterunt regales addere maius?

De lurconibus, ac uentribus dictum est alias non semel.

Ignarium dare.

Seneca lib. de Beneficijs 4. refert, ut uulgo iactatum, Vt doleat, inquit, tibi, ut postea consideratius loquaris, quod dicere solemus, ignarium dabo. De lapide pyrete sentit, ni fallimur quẽ alii uiuum, nõ nulli ignarium uocant, quod plurimũ habeat ignis, ut attritu digitos adurat, & alioqui ponderosissimus. Itaq; dicebatur ignariũ dare, qui suggeret quod dolore quodam reuocaret hominem a peccãdo, quẽadmodum lapis digito additus uel pondere uel attritu non sinit hominẽ obliuisci, cuius gratia sumpserat eũ. M. Tullius haud absimili forma dixit in Antonium Philippica secunda: Num expectas, dum te stimulis fodiam? hæc te si ullam habes partẽ sensus lacerat, hæc cruentat oratio. Terentius: Noli fodere latus. Persius:

Atq; aliquis cubito stantẽ prope tangẽs.

His enim gestibus admonemus, quemadmodum & uellendo aurem, de quo nobis prius dictum est.

In morbo consumat.

Seneca lib. de Beneficijs 4. Quingenti, inquit, denarij sunt, illud, quod dici solet, in morbo consumat. Zeno cuidã promiserat quingẽtos denarios mutuo admonitus ab amicis, hominem esse malæ fidei, tamẽ credidit, uel ob hoc quia promiserat, & summa erat exilis. Solent igitur credito res cum sentiunt non reddituros creditã pecuniam, nec existimant operę preciũ ob tantillũ legibus agere, dicere, habeat, consumat in morbo. Qui sermo dubiũ habet sensum.

sensum. Potest enim ab amico dici, qui nolit deesse amico quod impendat si morbus inciderit: potest & ab inimico, qui malo suo morbum optet.

Vel Megaram usque.

Manet is sermonis color & hodie, ubi quid significamus magni pretij, nobisque uehemẽter expetitũ, dicimus, huius rei gratia uel ĩ Indiã usq. proficiscere. Aut digna res ẽ, cuius gr̃a uel in Hyberniã usq. nauigẽr. Socrates apud Platonẽ ĩ Phędro: ἢ γὰρ ἂν ἀσεῖοι καὶ δημωφελεῖς εἶεν οἱ λόγοι, ἔγωγε εἴ τις ὑπτεθύμηκα ἀκοῦσαι, ὡς γε ἂν βαδίζων ποιῇ τὸ περίπατον μεγάραδε, καὶ κατὰ ἡρόδικον προβὰς τῇ τείχει πάλιν ἀπίοις, ἃ μοίσα ὑπολοιφθῷ, idest, Nam profecto festiui & in publicũ utiles fuerint sermones. Nobis sane tanta cupiditas est audiendi, ut si pedibus uel Megarã usq. ambules, ac mox iuxta morem Hero dici, ubi ad mœnia accesseris, denuo abscedas, non te sim relicturus. Ambigue dictũ κατὰ ἡρόδικον. Incertum enim utrũ Herodicus quispiam hoc dixerit, an Herodicus aliquis in populi risum abierit, qui cũ tantum itineris confecisset, uel oblitus aliquid uel mutata sn̄ia, a mœnibus Megarẽsibus redierit Athenas, qũo Phædria Terentianus a diuerticulo redit in urbẽ. Vñ hoc ipsum iuxta Herodicum prouerbii speciem habet, in hoiem incerti consilij, aut qui sero mutat sententiam, cum deliberãdum sit ante quam incipias. Simile illi: Diguum propter quod uadimoniũ deferãt.

Omnem uocem mittere.

Πᾶσαν φωνὴν ἱεῶς. i. Oẽm uocem mittere dicebantur qui nihil omittebãt, quo persuaderent. Etenim qui totus est in hoc ut persuadeat, nunc argumentatur, nunc obiurgat, nunc blanditur, nũc pollicẽtur, nunc minitatur: καὶ πάντοιος γίγνεται, ut flectat audientẽ. Plato de Legib. 10. μηδαμῶς ὦ ξένε, ἀλλ' εἴπερ τυγχάνει γε ὄσα καὶ σμικρὰ πειθώτις περὶ τὰ τοιαῦτα. δεῖ μηδαμῆ κάμνειν, τόνγε ἄξιον καὶ μικρῆ νομοθέτῃ, ἀλλὰ πᾶσαν τὸ λεγόμενον, φωνὴν ἱέντα, τῇ παλαιῷ νόμῳ ἐπίκουρον γίγνεσθαι λόγῳ, ὡς εἰσὶ θεοί. Nequaquã ô hospes, sed si forte fuerit uel exigua persuadendi ratio, circa huiusmodi, haud quaquã oportet defatigari; præsertim legum auctorẽ, si modo ullius sit precij, quin potius, emissa quod dici solet, omni uocẽ, ueteri legi suppetias ferre debet, docens rõnibus esse deos. Idẽ in Phædro: τούτου τοῦ ἕνεκα χρὴ πάντας τοὺς λόγους, ἄνω καὶ κάτω μετατρέφοντα ὁπωσοπεῖν. i. Huius itaq. gratia oportet, omnibus rationibus sursum deorsum versatis, dispicere, &c. Sumptum uidetur ab incantamẽtis, in quibus si parũ mouent preces, adhibent efficaciores. Id alicubi indicat Plato, tametsi locus in p̃sentia non succurrit. Indicabitur cum occurrerit. Vide num omnem uocem, dicat omnẽ contẽtionẽ. Solẽt. n. patroni cãrũ cũ magno studio cãm agũt uocẽ itẽdere. Paullᵘ Apostolus ad Galatas c. 4. cũ ait: ἤθελον δὲ παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρτι, καὶ ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου, tale quiddam sensisse uidetur. Nam qui nunc obiurgat, nunc blanditur, nunc se prędicat, nunc semet demittit, nunc territat, nunc consolatur, utcunque postulat eorum utilitas quos perire non uult, ueluti doctus incantator mutat uocem suam, vt aliquo pacto persuadeat.

Magadari.

Μαγαδίζειν siue μαγαδίζειν, dicebantur olim, qui bilingues essent, eodem ore laudantes ac uituperantes, blandientes & obiurgantes, pudicè, & obscenè loquentes. De magadide multa differit Atheneus libro 14. dubitans citharę ne genus sit, an fistulæ. Quidam eandem putant cum sambuca, nonnulli & cum pectine. Verum hoc nihil ad prouerbium, quando cõstat organum esse δίφωνον, quod simul emittit geminam uocem, grauem, & acutam, harmonia quę dicitur διὰ πασῶν. Citat ex Alexandride hic senarius.

Μάγαδιν λαλήσω, μικρὸν ἄμα σοι καὶ μέγαν. idest,

Magnum ac pusillum, proloquar Magadin simul.

Ait uetustum esse genus, repertũ a Lydis, nomẽ inditũ est a Thrace quodã, cui nomen erat Magdus. Alij putant inuentũ esse Sapphus. Pindarus magalin appellat ψαλμὸν ἀντὶ φθόγγον, qualis est cãtio, cum simul concinunt uiri & pueri impuberes. Hac de re nonnihil attigimus in prouerbio, Ex eodem ore calidum, & frigidum efflare.

Chalcenterus.

Χαλκέντερος olim dicebatur insigniter patiẽs, laborũ, atq. idefatigabilis, uelut habens

bens ærea intestina, qualem fabulæ narrāt fuisse Talo custodem insulæ Cretæ. Hoc cognomen inditum est Didymo grammatico, ob incredibilem numerum librorum quos scripsisse dicitur. Eadē de caussa Origenes dictus est Adamantius.

Origanum tueri.

Ὀρίγανον βλέπειν, dicebantur qui robur & masculum animum præferebāt. Suidas refert hoc carmen ex Aristophane, uti conijcimus, licet metro deprauato:

Παρέξομ' αὐτὸν ἀνδρεῖον τὸ λῆμα, καὶ
βλέποντα τ' ὀρίγανον. idest,

Præbebo meipsum animo uirilem, ac tuē tem origanum.

Sumptū ab acrimonia herbę, ut respondat illis alibi dictis, tueri sinapi aut nasturtium. Quidam cunilam uocant, eius gēis, quod Dioscorides appellat heracleoticū. Nam est aliud genus dictū ὀνίτις, est tertiū quod Panaces Heracleum vocāt. Ita Dioscorides lib. 3. Plin. lib. 20. c. 14. tradit origanum non dissimile pulegio siluestri.

Thurium lema.

Θοῦριον λῆμα dicebant animū intrepidū & ad bellum pararum. Nam λῆμα genere neutro Græcis sonat, uoluntatem, animū siue propositum, aut dignitatem & auctoritatem, uox dicta a λῶ quod est uolo. Nā λῆμμα quod scribitur per geminū μμ, venit a λάβω siue λαμβάνω, est argumentū, quod assumitur ad probationem. Thurion autem dicitur quidquid est uehemens ac bellicum. Vnde Hom. θούριδα ἀλκὴν, i. Thuriū robur appellat. Quin & ipse Mars dictus est θοῦρος, a θορεῖν quod est insilire. Suidas citat ex Aristopha. Inuenitur & θούριος λόγος, pro sermone diuinitus afflato, ac uehementi. cum quis intrepide cum auctoritate loquitur.

Nec elephantus ebiberet.

Οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι, i. Ne elephantus quidem ebiberet. De poculo prægnādi, cum elephantus proboscide immēsam aquarum uim cū libet, hauriat. Athenæus lib. 11. citat ex Epinico:

Ἐλέφας ἐλέφαντα φέραγεὶ ῥυτὸν
Χωροῦντα δύο χόας, οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι. idest,

Duas choas capiētē, ut hunc ne elephas quidem
Ebibere possit.

Rhytus autem poculi genus est, specie cornu, quod uidetur eburneum fuisse, impositum imagini elephanti. Subijcit autē: οὐδὲν ἐλέφαντος γὰρ διαφέρεις οὐδὲ σύ. i. Nam ne tu quidem quidq̄ differs ab elephanto. ut esset quadruplex elephanti mētio. Prouerbiorum hoc posterius ante retulimus, hoc loco nō citato. Porro choa mēsuræ genus est. Dicetur in librū insulsum ac loquacem, quem ne patientissimus quidem perlegere sustineat.

Sacer piscis.

Ἱερὸς ἰχθύς. i. Sacer piscis dicebat; cui nemo nocebat, sed sui iuris erat. Suidas indicat esse apud Homerum, Quidquid. n. ingens ac præclarum haberi uolebāt, uetere s, ἱερὸν appellabāt, uelut apud Homerū ἱερὸν μένος ἀλκινόοιο. i. sacra uis Alcinoi. Per iocum dici poterit in hominem prægrandem & in precio habitum, cum sit stupidus & infans. Meminit & Athenæus.

Φελλίνας

Φελλίνας leuis dicitur, quasi dicas suberinus. Nam φέλλος cortex est arboris superfluitās, qui Latinis dicitur Suber. Vnde & φελλὸς dicitur locus asper ac petricosus, aptior ad pascendas capras, quam ferēdas fruges, quod terra ueluti supernatet saxis. Vnde & φελλόειν dicit, quod fluitat, nec habet radices. Quin & hodie lingua Britānica commodum hominem minimeq. difficilem, φελλέα uocat. Hanc morum leuitatem Græci uocant ἀήθειαν, quę uox in uitium sonat. Plato lib. de Repub. 3. ἀλογία, ἄρα καὶ ἀναρμοσία καὶ ἀχρημοσύνη καὶ ἀρυθμία, ἀηθείᾳ ἀκολουθεῖ, οὐχ ἥν ἀνοιαν ὅσαν ὑποκοριζόμενοι καλοῦμεν ὡς ἀήθειαν, ἀλλὰ τῷ ὡς ἀληθῶς, ἀστε καὶ καλῶς ἠθος κατεσκευασμενῳ διανοίαν, i. Ergo sermonis probitas, morum compositio, decus & concinnitas sequitur ἀήθειαν, non hanc inquam, quam uitio blandientes, uocamus eo nomine, quasi sit morum bonitas, cum sit amentia, sed mētem uere moribus bonis pulchrisq; instructam. De his nonnihil attigimus in prouerbio: Subere leuior. De profundo sulco animi dictum est alias.

Ισον ἴσῳ.

Ισον ἴσῳ, i. Par pari dicebant, ubi qd ex æquo moderatum significabant. Sermo ductus a potoribus, qui frequenter de æqualitate

disputant, interdum pugnis & ensibus. Sed olim æqualitas erat, ut tantūdem adderetur aquę quantum esset uini. Athenæus lib. 11. ex Aristophanis fabula, cui titulus Philonides, citat:

Τοιγαρῆν ἐμοὶ μὲν ἀρτίως ὁ δεσπότης
Δι' ἀρετὴν τῶν θηρικλείων ἀνὰ κύκλωτον
ἀσπίδα
Υπεραφρίζουσαν τρυφῶσαν ἴσον ἴσῳ κεκραμμένῳ
Προσφέρων ἔδωκεν. idest,

Proinde iam nuper meus
In Thericleis mihi uirtutis ergo p̄stitæ,
Scutū herus pulchre rotundum, deferēs dono dedit,
Spuma inundans, delicatum, temperatū par pari.

Ex Stratone comico citat hoc carmen:

Ἑρμῆς ὃν ἔλκυσ' οἱ μὲν ἐκ προχοΐδιν
Οἱ δ' ἐκ καδίσκου ἴσον ἴσῳ κεκραμμένον. i.

Sors, quam trahunt alij quidem e prochidio,
Alij ex Calisco temperato par pari.

Primus trochaicus est imperfectus, & hic legendum arbitramur prochoidion, utrunque uas est uinarium, ἑρμῆς autem pro sorte ponitur, quæ prima ducitur, ut alias docuimus. Idem eodem libro refert ex Hermippo:

Απυδὸς ἐκπιὼν
Ὡς ἄντις ἠδιστ' ἴσον ἴσῳ κεκραμμένον. i.

Quem spiritu uno exhauseram.
Suauissime, contemperatum par pari.

Alibi retulimus par pari, uerum nō est idem proueribium. Illud de pensatione dicitur, hoc de mixtura æquali. Velut utinā natura vitam hominū miscuisset ἴσον ἴσῳ nunc nimio plus est mali quam boni. Hęc autem uerba ἴσον ἴσῳ ponuntur uelut absolute, prēter rationem constructionis, quemadmodum dicimus διὰ πασῶν.

Cothonisare.

Κωθωνίζειν siue καθωνίζειν dicebātur, qui largius biberent, & potationē largiorē κωθωνισμὸν appellabant. Eam Mnesitheus medicus apud Athenæum li. 11. putat cōducere valetudini corporum. Plato corrigendis moribus, Seneca ingenio excludunt tamen ebrietatem, nec id nisi raro fierī sinunt. Ακροκώθων ὁς, siue ut scripsit qs quis collegit etymologicon ἀκρατοκώθων ὁς, dicti qui meracius biberent, quos Hesychius putat dictos ἀκροθώρακας. Adscribit enim μέθυσοι. Verum ex Plutarcho in Symposiacis, & Aristotele in Problematibus, apparet ἀκροθώρακας dici, qui nōdū prorsus ebrij sunt, toto corpore rigato, sed pectore summo duntaxat. Indicat & Iulius Pollux li. 6. ex auctore Hyperide. & Athenęus citans eundē in oratione contra Demosthenem. ὀπικωθωνίζειν pro intemperāti bibere refert Pollus ex auctore Critia. Cothon autem poculi genus est, de quo nonnihil alias attigimus.

Τρυγόβιοι.

Homines sordidos, ac parcos olim popularis iocus τρυγοβίους appellabat, quasi fece uictitantes. Qui splendidiores sunt, ubi uentū est ad facem, aperiunt aliud vas. Quidam adeo natura miseri sunt, ut non patiantur bibi vinum, nisi posteaquam vel acuit vel euapuit. Adagiū idicauit Pollux lib. 6. cap. 4. Eustathius ostendit perparcos τρυσιβίους dici, quod anxij cumq. gemitu viuant. Ridetur apud Aulum Gellium libro 11. c. 7. qui de nimium frugali quodā dixerit, Hic eques Romanus apludam edit & floces bibit. Prisci rustici frumenti furfurem appellabant apludam, flocem, vini fecem è uinaceis expressam, quemadmodum fraces ex oleis.

Loquax talpa.

Homo nullius iudicij, sed tamen impendio uerbosus, loquax talpa dictus est populari conuicio. Quod primum dictum est in Iulianum Capellam, postea quam venerat in publicum odium: nam talpæ nostri, ut cæci sunt, ita sunt ęque muti. Idem dictus est πίθηκος ἐν πορφύρᾳ, i. simia purpurata, cuius alibi meminimus. Refert Ammianus libro 17.

Non contis, aut ramulis.

Idem lib. eodem de Antonio quodam ad honorē mensæ regalis apud Persas euecto & ad ius ferēdæ sententię admisso, nō contis, inquit, aut ramulis, ut aiunt, idest, non flexiloquis ambagibus uel obscuris, sed uelificatione plena, in rempubl. ferebatur, eoq; incitans regem. Quamquam pro ramulo, legendum arbitramur remulo: nam contis & remis impellunt nauim, qui uentos habent aduersos. Pars est magis adagij, quod alibi recensuimus: Velis remisq; quam nouum adagium.

Extra

Extra calcem.

IDEM lib.21. Ne igitur extra calcem, q̃ dicitur sermo decurrens lecturo fastidium ferat ad explicanda prospecta reuertamur. Quamquam arbitramur scripturam uitia tam legendum autem esse extra callem, pro extra uiam, quod alibi nobis dictum est, ubi quis digreditur a re proposita.

Ex perpendiculo.

IDEM libro eodem, ex perpendiculo dixit, pro eo quod erat exacto iudicio, Palatinas inquit dignitates, uelut ex quodã tribuens perpendiculo: & sub eo nemo celsum aliquid acturus, in regiam repentinus adhibitus est, uel incognitus. Ad hanc formam & illa pertinent quæ cũ alibi frequenter, tum apud Gellium sunt libro secundo, ca. primo, ad amussim exigere, & libriili perpendere, & ad æquilibrium æstimare. Et apud Plinium libro 36. cap. 25. ad regulam ac libellam exigere. Præterea digitis metiri, trutina pensare, ad unguem facere, aliaque quorum nonnulla suis locis indicauimus, quæ omnia plus habent ueneris, si ad res animi transferantur. Sumpta metaphora à perpendiculo fabrorum, quo explorant uel æqualitatem soli, uel parietis rectitudinem. Amussis est pensilis, in imo plumbum habens affixum, additur in medio regulæ quę constat duobus gnomonibus, hac explorant æqualitatem soli. M. Tullius in Verrem actione tertia: Tu Verres hic, quod moliare, nihil habes, nisi forte uis ad perpendiculum columnas exigere. Dicunt ęi fere nullam esse columnam, quæ ad perpendiculum esse possit. Nam hercle inquit, sic agamus, columnæ ad perpendiculum exigantur &c.

Acolo non fico.

Ἀκόλῳ τὰ χείλη ἐν σύκῳ βῦσαι. i. Acolo non ficui immergere labra. Suidas indicat dictũ, vbi promitteretur prospera ualetudo, aut significaret rebus fortiter utendum. Nam ἀκόλους Græci uocãt, minutas offulas. Interdum & fragmẽta: panis παρὰ τὸ μὴ κολλᾶσθαι. i. quod non cohæreant. Hesychius indicat ἀκόλους uescentem, reddere bilis expertes ac placidos, cũ ficus incendat sanguinem. Vidimus aliquos si q̃do bilem uellent eximere, dies aliquot nihil sumere præter offulas pauculas ex aqua cum paullulo butyri recentis decocta. Quidam addunt herbarum ac radicum pauxillum. Prouerbium hortatur ad uictum tenuem.

Πενταπλόα.

ATHENAEVS lib. 11. commemorat poculi genus quod olim πενταπλοον dicebatur, quod in publicis ludis adhibebatur. Ephebi quidam cursu contendebãt Athenas. Currebant autem gestantes uiteum ramum onustum fructu, qui dicebatur ὄχος. Initium cursus erat a templo Bacchi usque ad templum Palladis cui cognomen σκιρράς. Victor in eo certamine capiebat calicem dictum πενταπλοον. atque ita tripudiabat in chorea. Nomen inditũ calici, quod in eo quinque rerum species essent commixtæ, uinum, mel, caseus, farina & paullulum olei. Accommodari poterit ad orationem ex uarijs argumentis cõsarcinatam. Simile quoddã uas erat fictile, quod Græci κέρνος appellant, Baccho sacrum. In eo plures erãt rerum species, sed distinctæ cyathulis inter se cõnexis. Athenæus nominatim recẽset circiter sedecim. Vt igitur farraginem dicimus rem uariã, atque ex diuersis generibus conflatam, ita poterim⁹ uel πενταπλοον uel κέρνος, dicere. De copiæ Cornu dictum est alias. Nec his dissimile est quod satyram dixere prisci, de quo suo dicetur loco.

More Carico.

Σχήματι καρικῷ, i. figura siue modo Carico, fieri dicebatur, quod sordide incõpositęq; fiebat, præsertim in rebus obscœnis: quod tamen ad alia transferri potest, uelut ad mores indecoros atque inciuiles, ad orationem inconditam. Legimus & πλοίῳ καρικῷ. idest, naue Carica.

Μυσικαρφὶ.

Μυσεκαρφὶ, dicebãtur agere, q̃ dure ac sicce uiuerent. Vox ficta uidetur a mure & palea, quod mus in re pusilla uehementer laboret: nisi malumus dictum μύσσω quod est sicco, & μύσσης præfocatio, quasi si quis festuca præfocetur. Nam Hesychius indicat sic hanc vocem pronunciandam, ut dicat, ἀκουιτὶ usurpatam antem à Cratino in fabula, cui titulus. Horæ. Alij uirum quem piam μὺ μυσίκαρφον dictum existimant, q̃ ex se quidem nihil uenustiorum dicterio rum afferre poterat, sed tamen libenter aliorũ dictis adridebat. Et huius nominis mentionem factam, apud Apollophanem Comicum. Torquebitur igitur in hominem parcum ac sordidum, aut in frigide iocosum.

Μύτης.

IMPENDIO tacitus, aut in Venerem solutior dicebatur μύτης quasi dicas mutitor, à μὺ muterum syllaba, de quo nobis alias dictum est. Et huius nominis piscis femina quæ sine mare non pascitur. Hinc & in libidinosos aut supra modũ uxorios, Rectius autem in uirosas feminas. Auctor Hesychius:

Qui inspuerit in cauernam formicarum, &c.

IDEM indicat uulgari sermone fuisse iactatũ, ὡς ὁ πτύσας εἰς μυρμηκιὰν, οἰδεῖ τὰ χείλη, i. Quod qui inspuerit in agmen formicarum, huic intumescant labra: Hoc seu uere fit, ut ex halitus repercussu uirus aliquod afficiat cõspuencis os, seu temere creditum, torqueri poterit in eos, qui multitudinem imbecillam quidem, sed tamẽ numerosam, & concordem prouocant. Hesychius auctorem citat Dinolochũ. Is fuit Comœdiarum scriptor. Epicharmi filius.

Nemo sibi nascitur.

HAEC sentẽtia Platonis sic est ab erudi tis omnibus celebrata, ut optimo iure possit inter prouerbia recenseri. Eam primus Plato prodidit in epistola, q̃ scripsit ad Archytam: Ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν, τὸ μὲν τι πατρὶς μερίζεται, τὸ δὲ τι οἱ γονεῖς, τὸ δὲ τι οἱ λοιποὶ φίλοι, πολλὰ δὲ καὶ τοῖς καιροῖς δίδοται τοῖς τοῦ βίου ἡμῶν καταλαμβάνουσι. i. Quin & illud tibi cõsiderandũ est, q̃d quisq; nostrũ, non sibi tantũ natus est, sed ortus nostri partẽ sibi uendicat patria, partẽ parentes, partẽ amici cæteri. Multa vero dantur & occasionibus, quæ incidunt in uitam nostrã. Adducit hunc locũ M. Tull. libro de Officiis 1. Sed qm̃, inquit, ut præclare scriptum est a Platone, non nobis solũ nati sumus, ortusq; nostri partẽ patria vẽdicat, partẽ parentes, partẽ amici. Quã sentẽtiã cũ dilucide, cõmode & elegãter verterit Cicero, miramur quare Seneca dicere maluit: Nemo sibi contigit. Nã uidetur exprimere uoluisse illud ἐγένετο, sic enim scribit ad Lucilium li. 5. epist. 32. Vis scire quid sit, quod faciat homines auidos futuri? Nemo sibi contigit. Videtur enim hoc imputare parentibus, quod non statim expetimus optima. Subijcit enim: Optauerunt itaque tibi alia parentes tui, sed ego cõtra, omniũ tibi eorum contẽptum opto, quorum illi copiam. Vota illorum multos compilant, ut te locupletent. Idem studii fuisse uidetur Quintiliano, ut oia secus dicerẽt, quã dixerat Cicero. Quare fit, ut nõ raro dicat inelegãtius, atq. etiã obscurius.

Pireus non fert uasa inania.

IVLIVS Pollux lib. 6. cap. 6. refert hoc ex Aristotele. Ἡ πειραιὰ μὴ ἀναγγίαν ἄγειν, i. Piræum non vehere vasa inania. Piræus portus erat Atticæ. Huc appellabant vasa mercibus onusta. Eodem conueniebãt adolescentes cõuiuium acturi, indicat hoc Antipho in Eunucho Terẽtiana: Aliquot adolescentuli coimus in Pireo in hunc diem, ut de symbolis essemus. Est eiusdem nominis portus Corinthiacus, ubi consentaneum est maiorem fuisse luxum. Hinc dũctum scomma in eos, qui gaudent semper cibo, potuq; distendi. Expende num apud Pollucem legendum πειραιέα.

Cradophagus.

RVSTICVM & sordidum ueteres κραδοφάγον per iocũ appellabant, quasi κράδαιοφάγον. Nam κράδαια uocãt arboris fici folia. Ijdẽ dicebantur βαλανοφάγοι quasi prisco more iglandibus uiuentes.

Sapiens diuinat.

DONATVS in Hecyram indicat prouerbium esse diuinare sapientem, quod ex coniecturis prudenter collatis colligit uerum, nõ solum de præteritis, uerum etiam de futuris, quamquam in fabula, quidem Laches diuinans tota errat uia. Cuius tamen coniecturã approbant Phidipp⁹ ait: plane hoc diuinat, nam i. Reliqua pete ex prouerbio: Qui bene conijciet.

Ἰαμβίζειν.

Ἰαμβίζειν prisci dixerũt, qui cõuitiari, ac maledicere, uoce ducta ab Iãbe femina insignite maledica: Probabilius est ab Iambo pede ductum, qui conuiciis repertus est,

est, impetum ferientis atque impetétis ex primens. In quo congruit & illud, quod à breui orsus desinit in longam, quemadmodum iniuria ex leuioribus initiis exit in grauem tragœdiam, quod indicauit & Homerus, ἢτ' ὀλίγη μ̓ τὰ πρῶτα, i. Quæ primum exigua est. Vnde & hominem ad conuiciandum propensum ἰάμβηλον appellãt. Huiusmodi ferme Suidas & Hesychius.

Testaceum flagellum.

Κεραμεικὴ μάστιξ, i. Testaceum flagellũ dicebatur ostracismus, de quo nobis abunde dictũ est in prouerbio Ostraci conuersio. Flagellum autem uocabant, quod hoc exigerentur in exilium, Testaceum, quod testulis soleant ea ferri suffragia.

Arietis ministerium.

Κριοῦ διακονία, Arietis ministeriũ, Suidas & Zenodotus sic referũt, quasi dici solitũ de officio in ingratos collocato. Si qdẽ aries cornibus ferit pascentẽ. Hesychius ita refert, quasi congruat in eos qui spe cuiusuis præmioli inseruiunt indignis. Cum pueros inuitamus administerium, pollicemur aliquid, puta talos aut nuces. Itidem in apologo quopiam dixit Aries, inunge, dabo tibi talos. Addita stellula in editione Aldina indicat κατέλειψεν esse uerbũ subditicium, legendũ est κατάλειψον ab ἀλείφω. Huius obiter mentionem fecimus in prouerbio: Aries nutricationis præmium: Est aliud in ingratos prouerbium, quod superius à nobis relatum est.

Ἀντ' ἀεργεσίης ἀγαμέμνονα δῶσαν ἀχαιοί, i.

Pro benefactis uinxerunt Agamemnona Graij.

Reperitur citatũ citra auctoris titulum. Interim in scholis Græcanicis inuenitur: in porticu Stoæ, quæ uaria dicebatur, & regis, complures fuisse Mercurii statuas, partim a plebeis, partim a principibus positas, una erat ex his quæ carmẽ hoc inseuptum habebat antiquis literis. Hinc uenit in prouerbium. Hoc quidquid est suo loco erat addendum, sed iam ea charta exierat manus.

In tuum ipsius caput.

Quoties in auctorẽ mali malũ retorquetur aut recidit, Græci dicũt. Εἰς τὴν κεφαλὴν. Demosthenes in oratione: περὶ παραπρεσβείας, ὃν εἶν ταῦτα συνύχετο ὅτος καὶ κατηρᾶτο τῇ παρείδι. ἀν ὧν οἷς κεφαλὴν ὑμᾶς αὐτοῦ δεῖ τρέψαι. i. Hæc igitur optabat iste, patriæq; impręcabatur, q̃ nũc uos oportet i ipsius caput uertere. Ita Ctesippus in Euthydemo Platonis: εἰ μὴ ἀγροικότερον ἦν εἰπεῖν, εἰπεῖν ἄν σοι εἰς νοκεφαλὴν, i. Nisi dictu rusticius esset, dicerem, tibi in caput. Nam sophista collegerat, eos procurare interitum adolescẽtis, qui uellent eum doctum euadere, cum nõdum esset doctus: nam perit quod desinit esse quod erat, & incipit esse quod non erat. Ita Maro:

Quod dij prius omen in ipsum Conuertant.

Apud Aristophanem in Pluto, Penia ratiocinatur si omnes homines ditescerent, fore vt Chremylus ipse cogeretur arare, fodere, reliquosq; labores exhaurire ut iam afflictior uiueret diues, quam antehac uixerat pauper. Chremylus aũt memor laborum, quos in paupertate pertulerat, abominatur hoc uerbum, & in Peniæ caput re precatur, dicens: ἐς κεφαλὴν σοί, i. in caput tibi: ut subaudias, recidat. Celius ad M. Ciceronem, libro 8. At Domitius cum manus ad os opposuit, te ad 9. Kalend. Iun. subrostrarii, quod illorum capiti sit, diffiparant perisse.

Iracundior Adria.

Qui moribus parum est commodis, & irritabili ingenio, Adriæ comparatur prouerbio. Ita Flacci amica, qui cum fecerat diuortium,

Tu leuior cortice, & improbo
Iracundior Adria.

Ipse fatetur se, sub iracũdo fuisse ingenio.

Irasci celerem, at sic ut placabilis essem.

Item in satyra, cuius initium, Iam dudũ ausculto. Æschines in Demosthenem, dicit eum moribus fuisse adeo asperis & inconstantibus, ut cum Adria facilius sit habere commercium quam cum illo: nõ quod illud mare sit cæteris sæuius, immo uix aliud mitius, sed ita uisum est nonnullis, qui si nauigassent mare Britannicũ aut Danicum, faterentur Adriam indignum esse maris uocabulo.

Bos marinus.

Βοῦς ἐνάλιος, i. Bos maritimus, de magnis, insulsis & ad nihil utilibus, quales sũt pho

cæ, tantum pascentes, nec operi, nec esui utiles, contra quam boues terrestres. Referitur à Suida. Suspicamur autem legendum βοῦς ἐν αὐλίοις, ut sit idem quod mox sequitur βοῦς ἐν αὐτίῳ κάθη, idest, bos in stabulo sedes. Sic enim refertur in collectaneis Tarrhæi ac Didymi. Estque hemistichium. Iambici trimetri.

Bos in stabulo.

Βοῦς ἐν αὐλίῳ, i. Bos in stabulo, dicebatur inutilis & in ocio uitam agens. Hesychius indicat à Cratino dictum in fabula, cui titulus: Deliades, quamquam huius alibi meminimus.

Canis ad cibum.

Κύων ἐπὶ σίτον, i. Canis ad cibum. De ijs qui in suum properant exitium. Qui canẽ uolunt occidere, cibo ostenso alliciunt. Hesychius indicat hoc esse simile: βοῦς ἐπὶ φάγῃ, ἢ ὗς ἐπὶ δόμα, idest, Bos ad mastationem, & sus in uincula.

Bos in quadra argentea.

Βοῦς ἐπὶ πίνακος ἀργυροῦ, i. Bos in quadra argentea, In eos qui personam sustinent, officium aliquod egregium pollicentem. nec ulli tamẽ sunt usui, nisi ad uoluptatẽ aut fastum. Simillimum est illi, quod alibi retulimus: Bos septimus, Olim apponebãtur bellaria, sic efficta, ut nouæ lunæ cornua præ se ferrent, quod luna nascens ac desinens cornuta uideatur. Quin & lunæ dicebantur huiusmodi bellaria. Qua de re Suidas citat epigramma non inelegans:

Πῶς βοῦς ὑπάρχων αὐλακας γῆς οὐ τέμνεις,
Ἀλλ' ὡς πάροινος ἀγρότης ἀνεκλίθης,
Πῶς οὐχὶ καὶ σὺ φρὸς νομὰς ὑποτρέχεις
Ἀλλ' ἀργυρᾶν εἴδωλον ἕστηκας τράγε,
Ἕστηκα τῶν σῶν ἐξελέγχων ἀργίαν. i.

Qui nã fit, ut bos cũ sies, aruũ haud ares,
Sed ebrij in morem recumbis rustici?
Quin hirce tu quoque curris hinc in pascua,
Sed potius hic imago stas argentea?
Hic sto, tuam redarguens inertiam.

Meminit huius bouis Iul. Pollux lib. 6. cap. 11. demonstrans hoc cibi genus inferri solere Apollini Dianæ, Hecatæ, & Lunæ. Finguntur & hodie uariẽ animantium species in bellarijs. Huic non dissimile est, quod Galli uocant regem chartarum, qui titulo uerius, quam opibus rex est.

Accepta candela.

Diphilus apud Athenæum lib. 15. in fabula cui titulus: ἀγνοία, Ἀφαντὰς λύχνου λυχνεῖον ἐζητοῦμεν, i. ad repta candela, candelabrum quærebamus, cum res improuide geritur, oportuit enim candelabrum esse paratum, antequam candelam attingeres.

Vacuam inhabitare.

Κενῷ ἐγκατοικεῖν δόμῳ, i. Vacuã habitare domũ dicunt, qui speciem rei magnificam ostentant, cũ ipso bono uacui sint. Plato trimetrũ citat, haud dubiũ, quin vulgo iactatũ, qñquidem auctoris nomen tacet: καὶ ὅσοι πόθεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτα ἀφεὶς, εἴτε λημμάτων χάριν φάνναι ἕνεκ, εἴτε φλυαρίας, Ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικίσεις δόμοις, ζηλῶν οὐκ ἐλέγχοντας ἄνδρας τὰ μακρὰ ταῦτα, ἀλλ' οἷς ἐστὶ καὶ βίος, καὶ δόξα, καὶ ἄλλα πολλὰ ἀγαθά. i. Eaq; exerce undecumq; videberis sapere, omissis istis ad ostentationem facientibus, siue deliramẽta ea vocari debes, siue nugas.

Ex quibus inanes incolas tandem domos, neque magnifacias uiros: qui hęc minuta redarguũt, sed illos potius, quibus adest res familiaris, & honesta fama, aliaq; multa bona. De uacuo gratiarum scrinio diximus alias.

Στλωιῶσαι.

Στλωιῶσαι est alterum asperis conuitijs incessere. Athenis erat festum quoddam, in quo ius erat dicterijs & cõuitijs in alios ludere. Vnde στλωιῶσαι, dici cœperunt, qui liberius in quempiam debacchabãtur. Festo nomẽ erat στλωία, στλωὸν enim proprie dicitur, quod asperum auribusq; molestũ est. Ita Hesychius & Etymologus. Simile illi, de plaustro loqui.

A sexaginta viris uenio.

Athenienses mire delectabantur ijs, qui risum dictis aut factis mouere norunt, adeo ut ad hoc idiomeo, aut heracleo sexaginta cõuenirent, qui in ciuitate nominabantur sexaginta uiri, quemadmodum nos dicibus duumuiros, triumuiros & decemuiros, magistratum significantes, ut si quid ridicule dictum esset, vulgo ita loquerentur

tur οἱ ἑξήκοντα τοῦτο εἴπον, i. Sexaginta uiri hoc dixerũt, aut ἀπὸ τῶν ἑξήκοντα ἔρχομαι, id est, à sexaginta viris venio. Refert Athenæus libr. 14. Erat Athenis tribus quę dicebatur διομῶν, à Diomo quodã Colytti filio, unde διομεῖον, ut ex Hesychio licet conijcere. Poterit per ironiam dici in dictum illepidum, & agreste, dictum sexaginta uiris dignum: aut in stulte dicacem, hic nobis venit à sexaginta uiris.

Capite gestare.

Quos tenere amamus, capite gestare dicimus. Plato libro de Repub. τοὺς δὲ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ ἀγωνοφόδρα φιλοῦντας, ὥστε μόνον οὐκ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρειν αὐτοὺς οἱ ἐρασταί, i. Et huius sapientiæ gratia tam uehementer amantur, ut amici tantum nõ eos in capitibus circumferant. Trãslatum apparet à matribus ac nutricibus, quæ infantulos cunis, impositos, capite portant. Simili figura Cicero dixit: Oculis ferre, pro uehementer amare: & in sinu ferimus, quos singulari affectu prosequimur.

In frigidum furnum panes immittere.

Ἐπὶ ψυχρὸν ἰπνὸν τοὺς ἄρτους ἐμβάλλειν. i. in frigidum furnum immittere panes dicuntur & hodie, qui docet indocilem, qui monet auersum, aut qui alioqui sumit inanem operam. Refertur apud Herodotum lib. 5. cui titulus Terpsichore. Consultis manibus Melissa apparens, negauit se indicaturam, ubi reconditum esset depositum, cum ipsa algeret nuda. Nihil enim sibi pro fuisse uestes, quibuscũ fuerat sepulta, qd nõ essent exustæ. Astruxit fidem suis dictis hoc idicio: ὅτι εἰς ψυχρὸν τὸν ἰπνὸν πέριαν δρος τοὺς ἄρτους ἐπέβαλε, i. quod in furnũ cum frigeret, Periander ingessisse panes. Hoc ænigma solus Periander renunciatũ intellexit, sibi conscius, quod cum exanimi coierat. Hoc ad prouerbii sensum opinamur esse satis, quo nobis licet castius, ac uerecundius uti.

Mercurio dextro.

Hesychius indicat ueteres in iactu quodam solere omnis gratia prefari Mercurium, quemadmodum in cõuiuiis, ἀγαθῷ δαίμονος, καὶ διὸς σωτῆρος, de quibus suo dictum est loco. Idẽ indicat in sortibus ducendis, primam sortem dici solere Mercurium. Per iocum uiurpare licebit ubi quid aggredimur noui. Qui de summa periclitantur, dicuntur, omnem iacere aleam, qui primum tenent aliquid, dici possunt Mercurium ducere. Iulius Pollux lib. 6. c. 9. indicat in κρεωνομίαι, id est, carnium partitione, primam carnium portionem ἑρμῆ κλῆρον, id est, Mercurij sortem appellari solere.

Ne Mercurio quidem credere.

Strabo libro 2. de narratione parum probabili: ὡς οὐδὲν τῷ ἑρμῇ πιστεύσαι τὶς λέγοντι, i. quam ne Mercurio quidem credat aliquis narranti. Tametsi locus mendosus est, ut sunt pleraque in hac prima editione. οὐδὲ sine controuersia legendum est. Proprie conueniet in eos, qui longinquis peregrinationibus circumacti, narrare solent prodigiosa. At uiatorum deus habebatur Mercurius.

Mercuriale.

Ἑρμεῖον Græci uocabant lucrum præter exspectationem oblatum, a primitiis quas olim in uiis ponebant Mercurio, ijs uiatores uescebantur. Alii malunt ductum ab aceruis lapidum, quos in itineribus ambiguis Mercurio sacros ponebant: Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem, quamquam hic uarie translatus est Græcis. Quidam ita sunt interpretati: ὃς ἀποδεσμεύει λίθον ἐν σφενδόνῃ, ὅμοιος ἐστὶ τῷ διδόντι ἄφρονι δόξαν, i. qui religat lapidem in funda, similis est tribuenti stulto gloriã. Alij pro hermæo uerterunt πολυάνδρειον, qui locus est multorum sepulturæ destinatus, & lapidem accipiunt non quoduis saxũ, sed gemmam. Nec multum inter se discrepant, qui uerterunt polyandrium, & qui hermæum, Nam & sepulchra plebeiorum habebant congeriem lapidum, unde illud Maronis:

Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus.

In locũ sordidũ, ac funestum, stulte mittas gemmam. Non enim ornat locum, sed sordidatur à loco. In Hermæũ uero si mittas quemuis lapidem, nihil est gratię. Nec enim extãt in turba lapidum, singulorum officium, si gemmam, multo stultior es. Sed illorum est argutissima sententia, qui uerterunt fundam. Non enim tantum perit officium tuum, sed in tuum malum re

silit: ueluti si stulto lapidem innectas funde dedisti quo te feriat. Verum hæc non sunt proprie huius instituti. Suidas citat hæc absq; nomẽclatura: Οὐ χρὴ τοὺς ἄλλους ἀγαπήσας τὸ ἑρμαῖον οὐδὲ οἰήσεις ἄρα μὴ δὲν ἀδικεῖν εἰ ἐκῶν παρὰ ἑκόντος τὶ κτῆσαιτο, i. Non iuxta cęterorum morem captus amore lucri, nec arbitratus se nihil peccare, si uolens à uolente quiduis mercatus esset. Idem refert hanc sententiam tacito item auctoris nomine: Ἑρμαῖον ἐστὶ τῶν κακοήθων ἅπας ὀπτικός, id est, Lucrum est improborum, quisquis est humanus, ac modestus. Bonorum enim lenitas, inuitat malorum audaciam. Refert & illud ex Damasceno ut apparet: καὶ ἐδόκει ἑρμαίῳ ἐν τετυχέναι, ὁ μοὶ φέρτυχῶν, id est, Videbatur sibi in hermæum incidisse, quisquis in me inciderat. Recreat enim uiatorem, ubi dubius de uia reppetit aceruum Mercurij. Idem aceruus dicitur λόφος ἑρμαῖος, i. tumulus siue collis Mercurialis. Philostratus in sophistis Hermęum appellat thesaurum in ædificio repertum, & alias pro insigni lucro forte obiecto usurpat.

Filum neuisti, & acu opus est.

Prouerbii faciem habet uersiculus ut apparet anapęsticus, quem Iulius Pollux libro decimo refert ex Hermippi fatis.

Ῥάμμα ἐπέκλωσας, προσδεῖ, καὶ ῥαφίδος. i. Filum ductum est, opus est & acu.

Cum significamus non satis esse cœpisse, nisi pari industria perficias. Didicisti artẽ, superest exercitatio. Didicisti grammaticã restat dialectica. Didicisti sacras literas, restat bona uita.

Caluus cum sis.

Gregorius Theologus ĩ epistola quadam ad Eustochiũ sophistam, quem lacessiuerat: καὶ οὐδὲ ἀπὸ τῆς παροιμίας τῆς ἡδίωτικῆς ἐπειδὰ θέλω φαλακρὸς ὢν χρὴ κριὸς μὴ νυσάζειν ἀντιπρόσωπος, μηδὲ τὴν σφηκίαν κατ' ἐμαυτὸν, γλῶτταν πρὸς τὸ καινῶς λέγειν ἑτοιμοτέραν, i. Ac non saltẽ à prouerbio plebeio didicerim, cum sim caluus nõ obuersa fronte obnuere arieti, neq; uesparum nidum in me prouocare, nimirum linguam ad maledicendum quam ab benedicendum promptiorem. De non irritandis crabronibus dictum est alias.

Argenteus puteus.

Φρέαρ ἀργυροῦν, i. Argenteus puteus. Athenæus lib. undecimo, indicat olim ingens poculum dici solitum puteum argenteum: nam cyathi pusilli erant. Sunt & hodie qui delectantur è profundis poculis haurire, atq; ut inquit ille, proluere labra, habentes in ore prouerbium: Multa aqua ori admota probe macerari barbam. Iocus est à tonsoribus, qui rasuri prius calida macerant barbam.

Malo asino uehitur.

Quibus res sunt parum secundæ, mala asella uehi dicuntur ἐπ' ὄνου πονηρᾶς ὀχούμενοι. Suidas ceu prouerbiale refert, in dictione πονηρός. Fęlices enim eximijs eqs insidere gaudent, quo celerius perueniant eo quo uolunt, nec inscite iacietur in hominem parum fęliciter coniugatum.

Allium in retibus.

Σκόροδον ἐν δικτύοις, i. Allium in retibus, de sordido commeatu dicebatur, hinc natum, quod Attici quoties nauigationẽ, aut expeditionem adornabant, commercabantur allia, eaq; retibus imposita secum ferebant. Item in obsidionibus urbium in precio erat allium, unde illud citra nomẽclaturam apud Suidam, Σκόλλυμα τὰ σκόροδα πορθούμενος, id est, Perdo allia in obsidione. Thraces præcipue delectãtur allijs, utpote calidis, cum regionem inhabitent frigidam. Quin & hodie nautarũ delicię sunt allium, non ingratus & rusticorum cibus, utcumque execratus Horatio. Locus erit adagio, si quem admoneas, ut philosophiæ studium aggressurus, paret se se ad frugalem uictum, ad uigilias ac labores, sine quibus non paratur eruditio, σκόροδον ἐν δικτύοις.

Sybaritici sermones.

Συβαριτικοὶ λόγοι, Hesychius narrat ἄκων πονηρίαι, Sybaritã opinamur, apud Græcos summo studio incubuisse, ut orationis quoque genus haberet lautũ & opiparũ. unde iocum prouerbialem ortum, ut ratio nitidior & accuratior, Sybaritica diceret. Ea solet carere fide. Nã veritatis simplex ac breuis est oratio: talis. n. solet hois oratio esse qualis uita. In exẽplo sũt Mecęnas

& Apuleius ille delicijs effeminatus, hic Aferet magus. De Sybaritarum apparatu dictum est in prouerbio Sybaritica mensa.

Maturior moro.

Πεπαίτερος μόρου. De Hectore Æschylus in Phrygibus ita loquitur apud Athenæũ libro 2.

Ἀνὴρ δ' ἐκεῖνος ὧν πεπαίτερος μόρου. i. Porro uir ille, erat moro maturior.

Dici potest uel in hominẽ miti ingenio præditum, uel in mollem, uel in uehementer propensum ad aliquid, velut in uirginẽ nupturientem. Addit ex Nicandro huius arboris fructum primum omnium apparere. Additur & huic arbori uellicatio, ad maturitatem. Opinamur fici genus esse, cũ scribitur per omicron, μόρον.

Flos cinis.

Divvs Augustinus libro aduersus Petiliani literas 2. cap. 62. irridens quod aduersarius iactaret, qd̃ suorum animabus impletum esset cœlum, corporũ memoria terræ floruissent, respondit; Sane de corporibus eorũ multorum terrarum flores uidemus, sed sicut solet dici, flos cinis. Donatistę suos qui sibi manus attulissent, quiuocassent alios ut ab eis occiderentur, ni mallent occidi, in numerũ martyrum referebant, eorum monumenta frequentantes: unde flores illos cinerẽ uocat. Dici solitũ uidetur in fugacitatem humanæ uitæ. Hodie floret iuuentus, cras erit in sepulcro.

Homo semper contradicens.

Galenvs lib. quo refellit Iulianum quendam calumniantem aphorismos Hippocratis, refert hanc sententiã, ut uulgo celebratã: οὐδὲν ἐστὶν ἀπεραντολογάτερον ἀνθρώπου, i. nihil est pertinacius ad contradicẽdum, quam homo: ἀπεραντολογία est uitium quo quis garriendi finem nescit facere. Conuenit in eos, qui numquam fatentur se uictos. Hoc uitio maxime laborant stupidi, & imperiti.

Insanire cum insanientibus.

Τοῖς μαινομένοις συμμαίνειν, i. Cum insaniẽtibus insanire dicebatur, qui se moribus quorumlibet attẽperabat. Vsurpauit Galenus lib. περὶ φυσικῶν δυνάμεων. Ἐπεὶ δ' ἱκανῶς ἠδολεσχήσαμεν ἀλλ' ὡς ἡ παροιμία φησὶ, μαινομένοις ἀναγκαζόντες συμμαινώμεθα, πάλιν ἐπὶ τὸν ὄρον ἐπανέλθωμεν διακρίσιν, i. Posteaquã autem satis nugati sumus haud sponte, sed iuxta prouerbium, coacti cum insanientibus insanire rursus ad uinarum discretionem reuertamur.

Callipygos.

Καλλίπυγοι dicebantur eleganti forma præditæ. Athenæus libro 12. ad huiusmodi fabulam refert originẽ prouerbij. Duæ sorores rustici cuiusdam filiæ, de formæ præstantia inter se decertabant in uia publica. Adcessit adolescẽs, qui formas admiratus, patri seni ostendit. Is maiorem preferens, eius amore captus est. Profectus in urbem, lecto cœpit decumbere. Morbi caussam exposuit fratri natu minoris. Is rus profectus, conspectis puellis, minoris amore correptus est. Pater uirginum collocat eas huius filijs, quas ciues ob insignem formã appellarunt καλλιπύγους. Harum opibus extructum est Veneri templum, quã & ipsam à puellis dixere καλλίπυγον. De quibus Cercidæ Scazontem citat.

Ἦν καλλιπύγων ζεύγος ἐν συρακούσαις. i. Par callipygon quondam erat Syracusis.

Eosdem appellant πυγάργους, ut alibi diximus; in prouerbio λεύκοπυγοι.

Quod uolumus sanctum est.

Divvs Augustinus libro contra Cresconium grammaticum 4. Non iam ut uetus prouerbium fertur, quod uolumus sanctum est, sed etiam quando uolumus & quandiu uolumus. Alibi, ni fallimur, citat ex Ticonio Donatiano. Est hemistichium carminis heroici.

Ne crepitu quidem digiti dignum.

Athenaevs libro 12. de Sardanapali epitaphio loquens: καὶ τελευτήσας δείκνυσιν ἐν τῷ μνήματος τύπῳ τοῖς δακτύλοις, οἷα καταγέλωτες ἐστὶν ἄξια τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, οὐκ ἄξια ὄντα ψόφου δακτύλων, i. Et mortuus declarat ĩ monumẽti statua digitis q̃ deridiculæ sint res hoĩum, ne digitorũ qdẽ crepitu dignę. Mox Aristobolus apud eũdẽ indicat Sardanapali sepulcro impositã fuisse statuã, dexteræ manus digitis ea specie cõpositis, qua solemus edere crepitum. Et gestus is, & prouerbium in hodiernum usque diem manet apud nostrates, cum aiunt ne huius quidem facio.

Coriaceum auxilium.

Σκυτίνη ὀπκυρία, i. Coriaceum siue Pelliceum auxilium apud Atticos infirmũ & imbecille dicebatur. Refertur apud Hesychium. Athenæus libro duodecimo indicat dictũ in quendam Sannyrionem macilentum, quod præter pellem nihil haberet. Apud eundem libro 13. Antiphanes philosophos macilentos, πτωχοὺς: μετὰ σοφιστῶν νὴ Δία λεπτῶν, ἀσίτων, σκυτίνων, i. Cũ sophistis per Iouẽ macilentis, impastis, pelliceis. Tales erant olim philosophi.

Tanagræus cętus.

Obesvm, ac prægrandi corporis mole ταναγραῖον κῆτος appellabant, a Tanagra Bęotiæ ciuitate, quam Homerus γραῖαν uocat, Lycophron Pęmandriam appellat, maritimam, ad quam delatus cętus immani magnitudine prouerbio locum dedit. Refertur ab Athenæo libro 12.

Legatus non ceditur, neque uiolatur.

Scholiastes in Iliados quartum refert hoc prouerbium: πρέσβυς δ' τύπτεται οὐδὲ ὑβρίζεται, i. Orator nec percutitur, nec uiolatur. Quod præconum genus olim habitum fuerit sacrum. Id iuregentium receptum est, ut legati publica fide ueniant & redeant inuiolati, etiam si perferant atrocia, quales erant olim feciales ac patres patrati. Nunc in mediis etiam bellis caduceatoribus parcitur. Deflecti poterit ad bene monentem, siue recta consulentem, siue concinnantem libere. Legatus est, refert mandata sui principis, aut agit negotium publicum, non est fas illi uim admouere.

Herculani lecti.

Ἡρακλεῖοι στρωμναί, i. Herculani lecti, dicebantur molles ac delicati. Testis est Athenæus libro 12. quod dictu mirũ est, cum Cynici sibi uindicent Herculem. Sed is, qui hæc loquitur apud Athenæũ, hoc agit ut persuadeat Herculem mollem, ac voluptariam egisse uitam: cętera quę de illius laboribus feruntur apud poetas, mera esse figmenta. Sic homines blandiuntur suis uitijs.

Αποσκυθίσαι.

Athenaevs libro duodecimo narrat, quod Scythæ, cum multis calamitatibus pręmerẽtur, per lusum, ac delicias omnibus populis, quibus imperabant detondebant comam: unde cæteri rasuram ignominiæ ludibrijque caussa factam, appellabant ἀποσκυθίσαι. Quæ res atrocis belli caussa fuit. Conuenit in quosdam asperis moribus, quibuscum uix quisquam habet commercium, nisi discedat cũ ignominia.

Macilentior Leotrephide.

Λεπτότερον λεωτροφίδου καὶ θαυμαντίδος, i. Gracilius Leotrephide ac Thaumãtide.

Leotrephides insigni macilentia corporis comicorũ salibus locum dedit, in quẽ Hermippi uersus referuntur apud Athenęum libro duodecimo:

Θύουσιν ἤδη βοΐδια
Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ θαυμάντυδος, i.
Immolant nunc buculas
Exiliores Leotrephide ac Thaumantide.

Notatus est a multis & Cinesias poeta, procero, sed tam gracili corpore, ut corticibus arborum circuncinxerit ne inflecteretur, ob id ab Aristophane dictus φιλύρινος. Nobilitatus est & Phileta poeta, qui globos plumbeos pedibus addebat, ne uẽtis abriperetur. Tanta erat corpusculi tenuitas. Congruet in homines exiles, ac prętenues. Iucundius erit, si transferatur ad inopiam ingenii, aut dictionem aridam, ieiunam & exanguem.

Cape nihil, & serua bene.

Λάβε μηδὲν καὶ κράτει καλῶς, i. Cape nihil, & serua bene. Videtur in eos dictũ, qui cum doceant friuola, tamẽ iubent auditores meminisse. Galenus de Platonis & Hipocratis placitis li. 3. οὕτω γὰρ μόνως οἴμαι παιδεύσεπα τὸ κατὰ τὴν παροιμίαν λεγόμενον ὑπάρχειν αὐτῇ, τὸ λάβε μηδὲν καὶ κράτει καλῶς, i. Siquidem hoc uno modo persuadebitur, quod adsit illi illud prouerbii, Cape nihil, & serua bene. Congruet in doctrinam inutilem, ac falsam.

Μυιοσόβαι.

Et hodie uulgo dicuntur μυιοσόβαι, i. muscarũ abactores, qui friuolis officiis cuipiã obseruiũt, quod a Persarũ deliciis natũ indicat

indicat Athenæus libr.12. qui in cõuiuiis μυιοσόβας, adhibeãt, quod nunc apud Italos plebeium est. Et μυιοσοβεῖν est abigire muscas, quod quadrabit etiam in illos qui tenere amant quempiam, ut minimo etiã illius incommodo offendantur, ut conueniat cum illo quod alibi retulimus ex Homero:

Ὡς ὅτε μήτηρ
Παιδὸς ἐέργει μυῖαν ὅθ' ὁδέῃ λέζεται ὕπνῳ, i.
Non secus atque genitrix.
Muscam arcet puero somno mulcente cubanti.

Miserior monomachis.

NON caret puerbii specie quod ex Posidippo Comico refert Athenæus li.4. ἢ μονομαχόντων ἀθλιώτερος, i. miserior his qui monomachiam exercent. Nã hi durissima lege cõmittũtur, ut aut alter aut uterque pereat. Carmen sic habet:

Ο μὴ πεπλεύκως ὀδὲν ἐώρακεν κακόν,
Τῶν μονομαχόντων ἐσμὲν ἀθλιώτεροι, i.
Vidit mali nil, nauigandi qui est rudis,
Ipsis monomachis miseriores nos sumus.

Hos Latini vocabãt gladiatores, quo spectaculo cum nihil possit immanius esse, tamen olim Romanis erat in deliciis. Lepidius fiet, si transferatur ad contentionem cum homine improbissimo susceptã, quasi pugnam dicas gladiatoriam.

Zenonium est, & lentem coquere.

TIMON Phliasius apud Athenæũ lib.4. καὶ ζηνώνειον γὲ φακλῶ ἑκεῖν, i. Zenonis est & lentem coquere. Zenon Stoicorum princeps fuit, qui docet sapientem omnia recte facere, nec referre quid agat, sed in minimis pariter ac maximis sapiẽtem esse sui similem. Ex quo consequitur, ad lenticulam recte coquendam opus esse sapientia Zenonis. Natum ex Apophthegmate quod refert Diogenes Laertius. Cum.n. Zenon diffiteretur sapientem omnia recte facere, quidam irridens obiecit, Igitur & lẽticulam recte coquet. Zenon annuit, & collectionem approbauit. Serio licebit uti, cum dicemus esse uirum boni etiam in reb. minutissimis sui similem esse: aut egregiũ artificem, in quacumq; materia declarare qualis sit artifex.

Oliuam non comedas.

CATYLLVS apud Athenæum lib. decimo, in opere. περὶ τῆ καλῆ tradit huiusmodi sententiã, μὴ ποτὲ ἐλαίαν ἐδὶ ἀκαυιήφλω ἔχων χειμῶνος ὥρᾳ, i. Ne quando comederis oleam, cum habeas urticam hyberno tempore. Opinamur illum sentire de herba, non de pisce. Nec usum adagii uidemus, nisi si quando significabimus extremam uictus parsimoniam, ut nec urticæ quidquam adhibeatur condimenti. Mox subijcit, βολβοφακλῶ uelut delicias, cibi genus ut Græca uox indicat ex bulbis & lẽticula cõfectũ. βολβοφακλῶ, βαβαὶ, βαβαὶ, Vrtica calida est, sed minoris constat quã oleum. Subindicat autem æstiuis mensibus nec oleo ne urtica opus esse.

Olla lenticulam attigit.

EPICHARMVS apud Athenæum eo quẽ modo citauimus loco, χύτρα δὲ φακέας ὕψετο. Sed olla lenticulam attigit. Conuenit in eos, qui uehementer propensi sunt ad aliquid, uelut huc nati, ut ultro nulla data occasione se conferant ad id quod appetunt. Olla fictilis uidetur amare lentẽ, ac ueluti ultro uenire ad lentem. Simile illi, quod alibi retulimus: Ipsa olera olla legit, & equum in planiciem.

Qui non zelat.

DIVVS Augustinus aduersus Adimantum cap.13. indicat uulgo iactatum, qui nõ zelat non amat. Quod sane & hodie fertur, cum negant illic esse amorem ubi nõ est zelotypia. Verum est ex amoris uehementia nasci zelotypiam, sed eadem interdum nascitur ex inopia mentis.

Lens deus.

APVD Athenæum lib.4. refertur hic trimeter, ut apparet prouerbialis:

Φακὸς σὲ δαίμων, ἡ φακὴ τύχη λάβοι, i.
Te lens deus corripiat & fortuna lens.

Φακὸς dicitur lens cruda, φακὴ cocta, ut indicat etymologus. Conueniet quoties eadem ad fastidiũ iterantur. Dæmõ autem Græcis fortunam sonat, unde cacodæmones dicuntur infælices, & idem sonat, τύχη, nec interest, nisi quod dæmon est mas, τύχη fœmina.

Trabis in omnibus.

Δοκὸς δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται, i. Trabis in omnibus facta est. Videtur hemistichiũ ex poeta quopiã, quo significatũ est nihil esse tam

tam certum quin obstet scrupulus, cogens nos ad exactionem rei considerationẽ. Porrò Græca uox δόκος anceps est ad tradem, quam δοκὸν malunt sonare, & ad considerationem, quam δόκον. Notum est illud Socratis φρόντικον, idest, sollicite considera. Diuerbium refert Galenus de Differentijs pulsuum lib.3. Translatum apparet ab aratione, quam difficilem reddit trabs subinde occurrens in aruo proscindendo.

Ex libro gubernatores.

GALENVS in libro quem conscripsit de suis libris. Αλλ' οἱ μὴ μαθόντες παρὰ διδασκάλοις, ἐθικόῃ ὃ χρῆ παροιμίαν, τοῖς ἐκ βιβλίῳ κυβερνήτοις ταῦτα ζητοῦσι. i. Cæterum qui nõ didicerunt sub præceptoribus, sed iuxta prouerbiũ similes sunt gubernatoribus è libro, istiusmodi quærunt. Idem libro de Cõpositione pharmacorũ tertio: ἐοικυῖα τοῖς χρῆ παροιμίαν λεγομένοις ἐκ βιβλίῳ κυβερνήταις, i. Adsimilis ijs, qui prouerbio dicuntur gubernatores è libro. De mutis magistris alibi dictum est.

Fractibus auribus.

GALENVS contra Thrasybulũ: ὧν ἐστὶ τὰ θαυμαζόμενα ταυτὶ συγγράμματα, νυνὶ δὲ τὰ ὦτα κατεαγότον φερόμενα. i. Quorũ sunt admirandi isti libri, qui circũferũtur ab his fractas gerũt aures. De pugilibus, ni fallimur, sentit, qui postea facti, medici scribunt libros: aut potius de libris imperitorum medicorum, qui leguntur à pugilibus, qui solent habere laceras aures more suum, oculos sigillatos, totam faciem tuberibus notatam, ex arte quam exercẽt. Galenus enim crebro dictomachatur in athletarũ genus. Vsus est hoc adagio Plato in Gorgia, nec satis liquet quo sensũ. Etenim cum Socrates dixisset se audire, quod Pericles reddidisset Athenienses deteriores, nimirum ignauos ac timidos, loquaces & auaros, ut primus mercenaria stipendia instituisset: Callicles respõdet: τὰ ὦτα κατεαγότον ἀκούεις ταῦτα ὦ σώκρατες, i. Ab his qui aures habent fractas audis illa o Socrates. Sentit de athletis & barbaris, quibus ignaui uidentur à militari ferocia alieni. Hanc coniecturã nostram tantisper ualere uolumus, dum aliquid afferetur exploratius. De perforatis auribus dictum est alias. Conueniet in hominem pugnacẽ, & ut notãtem multos, ita notatum à multis.

Coruus albus.

DE raris inuentu dixit Iuuenalis:

Coruo quoque rarior albo.

Ammianus in epigrammate:

Θᾶσσον ἴδοι λευκοὺς κόρακας πωλάς τε χελώνας
Ευρεῖν. idest,
Aut albus coruus prius, aut testudo uolucris,
Inuenietur.

Galenus libro, περὶ φυσικῶν δυνάμεων primo, taxãs Lycũ quendã qui nec Erasistratũ sequeretur, nec ipse uerum afferret, ait: ὥστε ὁ λύκος ὅτ' ἀληθῆ λέγων φαίνεται ἔτε ἐρασιστράτεια. λευκῷ τοίνυν χρῆ τῷ παροιμίαν ἔοικε κόθαρι, μήτε αὐτοῖς τοῖς κόραξιν ἀναμιχθῆναι δυναμένῳ διὰ τὴν χρόαν, μήτε τῆ περιστερᾶς διὰ τὸ μέγεθος. i. Itaq; Lycus, dum palam est eum neque uera loqui, neque eadem cum Erasistrato, similis uidetur albo coruo, qui nec ipsis coruis admisceri possit ob colorem, nec columbis ob magnitudinem. Conueniet in hominẽ sui ingenij, & alienum à sensũ communi. Sunt enim quos pudet usquam cum quoquam consentire, quasi nihil uerum sit, nisi diuersum sit.

Asino fabulam.

GALENVS περὶ φυσικῶν δυνάμεων li.3. τοῖς δ' ἄλλοις ἔτω ψήσεται τὸ γράμμα ἀειθοι. ὡς εἴς εἰ ἡ μῦθον ὄνῳ τις λέγει, i. Reliquis uero tã inutile fuerit scriptũ, q̃ si quis asino narret fabulam. Extat in Græcorum collectaneis, ὄνῳ τις ἔλεγε μῦθον, ὁδὲ τὰ ὦτα ἐκίει, i. Asino quispiam narrabat fabulam, at ille mouebat aures. Ab hoc allusit Galenus lib. de Differentia pulsuum secũdo: ἐπὶ τούτοις ὁ μὲ γέρων ὥσπερ ὄνος ἔσειεν ἤδη τὰ ὦτα. i. Ad hæc senex quidem ille, uelut asinus quatiebat auriculas, opinamur, quod nõ assentiretur: est nobis de his alias dictum nonnihil.

Sub aliena arbore fructum.

Ex aliena arbore fructum legere dicuntur, qui fruuntur aliorum laboribus. Ita Fabius apud Liuium libro ab urbe condita decima, Fabius, inquit, quam arborẽ conseruisset, sub ea legere alium fructum, indignum ducere. Finitimum est illi: Alienam messem metit.

Milium terebrare.

Κέγχρον τρυπᾶν, i. Miliũ perforare dicuntur, qui in re difficili, sed prorsus inutili laborant, Galenus libro de Præscientia, taxans sophistas, qui putant philosophiæ studium uehementer inutile, sic loquitur: Αλλ' ἀπανθῶν μαθημάτων ἀχρήσαλον ὑπολαμβανουσιν, ὁ μοίως τῷ κέγχρον τρυπᾶν, i. Quin potius otium disciplinarũ hoc existimant inutilissimum, perinde, ut milium perterebrare. Sic enim arbitramur legendum, cum in editis libris habebatur τὸ κέγχρον, i. minutum leguminis genus, qd haud facile perterebres gemmarum more, cum perterebrari nullus sit usus. Simile studium fuit illius, qui grana milij è longinquo mittebat per foramen acus.

Lanam in officinam fullonis.

Qvi præpostere rẽ gerunt, ueluti si qs Theologo committat puerum in grãmaticis rudimentis instituendũ, lanam in officinam fullonis ferre dĩ. Fullonum.n. ars, nõ rudẽ lanam, sed iam contextũ pannum tractat. Galenus de Dria pulsuum lib. secũdo. ὅς τις δὲ ἀκριβῶς τούτοις ἕπεσθαι βούλεται, γεγυμνάσθαι πρότερον χρὴ περὶ τὰς κατηγορίας, τὸ μ. Ἀρκεσιλάου καλόν, ὃς οὐδεὶς πόκον εἰς γναφεῖον φέρει. Τάξις γὰρ ἐστὶν ὥσπερ ἐρίων ἐργασίας, οὕτω καὶ μαθημάτων διδασκαλίας, i. Quod si quis hæc exacte uelit assequi, prius exercitatum esse oportuit circa prædicamenta. Nam scitum est, quod dixit Arcesilaus: Nemo defert lanam in officinam fullonis. Quemadmodum.n. est ordo in operandis lanis, ita est & in disciplinis. Refert hunc inter Academicos Laertius, qui solitus sit non ferre eos qui liberales disciplinas non suo tempore attingerent, ut si quis uelit discere poeticẽ, aut rhetoricen ignarus grammatices.

De fumo ad flammam.

Ammianvs Marcellinus lib. 14. Vtque solet manum iniectantibus fatis hebetari sensus hominum, & obtundi, his illecebris ad meliorẽ expectationem erectus, egressusq; Antiochiam, Meleuo dictante, prorsus ire tendebat de fumo, ut prouerbium loquitur uetus, ad flammam. De eo dictũ, qui se à rebus dubijs, in præsens exitium coniecit. Alibi retulimus ex Plauto, Flamma fumo est proxima.

Calicum remiges.

Κυλίκων ἔρεται, i. Calicum remiges dicti sunt, qui assidue perpotarent, uinum ꝓ remo ducentes. Ita Dionysius cognomento ereus, apud Athenæum libro decimo in Elegijs:

Κάντινδυς οἶνον ἄγοντες ἐν εἰρεσίᾳ διονύσου
Συμποσίου γαῦται καὶ κυλίκων ἔρεται. idest,
Si qui uina trahunt in remigio tibi Bacche
Potandi naturę, remigium calicum.

Ingens poculum quasi sinus est, In hoc trahunt, non remis, sed lingua, neque raro faciunt naufragium, iactura cum pecunię, tum mentis.

Ab unguibus incipere.

Εκ τῶν ὀνύχων ἀρχεσθαι, dicuntur, qui à leuissimis minimeq; ad rem pertinentibus ordiuntur. Ita Basilius in epistola quadam: καταγέλαστόν ἐστιν, ἐκ τῶν ὀνύχων ἀρχέσθαι καὶ μὴ αὐταῖς αὐτῶν κεφαλαῖς διαλέγεσθαι. i. ridiculum est ex unguibus initium sumere, ac non potiùs cum ipsis illorum capitibus colloqui. Caput rei dicitur quod est illius præcipuum. Vsus erit quoties admonebimus, ut omissis parergis ac friuolis, agatur de causa. Aut si quis uelit emendare reipub. statum, ordiatur à principibus potius, quàm ab humilibus, qui non multum afferunt momenti, uel ad perniciem ciuitatis, uel ad salutem.

Muscæ.

Μυῖαι olim dicebãtur qui delectabant aliena mensa, quos Plautus muribus comparat semper alienum edentibus cibum. Apud Athenæum lib. 6. parasitus quispiam se muscæ confert.

Δειπνεῖν ἄκλητος μυῖα. idest,
Quod inuocatus cœnitare amo, musca sum.

Aduolat enim hoc insectum ad cibũ alienum, & ægre potest abigi. Apud eundem Hegesander narrat, cum Alexander dixisset se morderi à muscis, sic uocabat parasitos, iamque conarentur illas abigere, Cinesias unus eius ordinis, qui forte aderat, profecto aliæ muscæ siticulosæ magis

urgebant te semel gustato tuo sanguine. Extat apologus de erinacio, qui uoluit uulpi μυιοσόβης esse. Plautus in Mercatore deflexit ad hominem curiosum & ad omnia aduolantem. Musca est meus pater. Nihil pote illum clam haberi, Nec sacrũ nec tam prophanum quidquam est, quin adsit ibi illico.

Bæon malus piscis.

Athenaevs libro septimo, testatur apud Atticos fuisse puerbiũ, μὴ μοι βαιὼν κακὸς ἰχθύς, i. Ne mihi Bæon piscis nequam. Nec indicat usum prouerbii, tantũ ostendit apud Epicharmum βαίονα dictũ piscem quendam. Nomen inditum uidetur à breuitate. Laudantur enim magni pisces. Dicetur in hospitem ingratum, ac molestum.

De sportula cœnare.

Athenaevs libro octauo, Græci τὸ ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον, i. cœnam è sportula proprie uocabant, quoties aliquis sibi parasset cœnam, eaque in sportulam composita, iret apud alium cœnaturus. Quod genus & hodie durat inter homines frugi, qui nec grauari uolunt sumptu, nec alios grauare. Lepidius erit, si trãsferatur ad eũ, qui sic adit discendi gratia, ut ipse uicissim afferat quod doceat, ut fiat eruditionis pmutatio.

Tibicen uapulat.

Evbvlvs apud Athenæum libro nono, ait fuisse morem, si quid peccasset coquus, tibicinem solere uapulare. Philyllius apud eundem:

Οτι ἂν τύχῃ
Μάγειρος ἀδικήσας τῷ αὐλητῇ λαβεῖν
Πληγάς, i.
Quidquid coquus
Peccauerit, tibicen accipere solet
Plagas.

Proinde coquus quispiam apud eundẽ ait, se non rem priscam, sed ab ipso inuentã narrare, ἵνα μὴ, inquit, ὁ αὐλητὴς πληγὰς λάβῃ, id est, ne tibicẽ uapulet. Ob id opinamur, quod coquos lædere tutum nõ sit, iuxta sententiam aliquanto post apud eundem citatam:

Οὐδεὶς μάγειρον ἀδικήσας, ἀορᾶς διέφυγε, i.
Nullus homo lęso indẽnis euasit coquo.

Quamquam Græcus uersiculus non uacat mendo.

Execrationes serere.

Αρὰς σπείρειν, i. Execrationes serere, dicebantur qui diris deuouerent aliquẽ: inde natum quod apud Cyprios esset solemne, quoties sererent hordeum, addito sale, deuouere quibus male uellent. Tantũ Hesychius. Docet Plin. quædã non feliciter seri, nisi cum conuicijs. Esse etiam genus, quod terræ infoditur, ac pede cõpressa additur execratio, Ne umquam exeat. De Lidiorum sacro diximus alias.

Aqua & terra redamini.

Υδωρ καὶ γῆ ἀγένοισθε, i.
In terram uertamini aquamque.

Pro eo, quod est, redigamini in nihilũ, ac pereatis. Hemistichium hoc sic refertur ab Hesychio, quasi prouerbio iactatum. Sumptum est autem ex Iliados n. Nam his uerbis Menelaus increpat Græcorum ignauiam, quod nullus auderet cum Hectore prouocante monomachiam suscipere.

Αλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γῆ ἀγένοισθαι.

Interpretatur Plutarchus in uita Homeri, & Alexander Aphrodiseus libro primo, problem. 77. reddit causam physicam cur ita locutus sit Homerus. Ex terra & aqua gignuntur omnia, & in hæc resoluuntur omnia. Ab hac forma non abhorret, quod ex Epicharmo citat Plutarchus in cõsolatione ad Apollonium; συνεκρίθη καὶ διεκρίθη, καὶ ἀπῆλθεν ὅθεν ἦλθε πάλιν, γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δὲ ἀγὼ. Τὶ τοῦ δὲ χαλεπόν, ὃ δὲ ἓν, i. concreta sunt, & discreta sunt, & abierunt rursum unde uenerant, terra quidem in terrã, spiritus uero sursum. In his quid acerbũ? nihil loquitur de morte quæ est dissolutio corporis & animæ M. Tullius libro Tusculanarum quæstionum tertio citat ex Euripide:

Reddenda est terræ terra, tum uita omnibus
Metenda ut fruges, sic iubet necessitas.

Hanc sententiam Antiochus scribit placuisse Chrysippo, sed dissentiente Carnea de. Demq. Aristoteles Rhethoricorũ lib. secundo, subindicat, qui olim seruitutem profitebantur, eos terram & aquam domino tradere solitos, uelut omnium rerũ ius

abdicantes & in herum transferentes, καὶ ὅτι, inquit, διδόναι γῆν καὶ ὕδωρ δουλεύειν ἐστί, i. Et quod dare terram & aquam seruire est.

Mars communis.

INCERTVM ac uarium belli euentum notabant hoc dicto: Ἄρης κοίνος. idest, Mars communis. Sumptum est ex Homericæ Iliados Σ.

Ἄμφω δ' ἐνυάλιος καί τοι κτανέοντα κατέκτα, i.

Communis Mars, inq; uicem perimit perimentem.

Quod dictum Aristoteles libro rethoricorum secundo inter prouerbiales sententias commemorat. Rursus eodem libro:

Νίκη δ' ἀτάμειβεται ἄνδρας, i.

Nunc hic nunc illic contigit uincere.

Titus Liuius belli Punici libro decimo, Cum tuas uires, tũ uim fortunę, Martemq; belli communem propone animo; utrinq; ferrum corpora humana erant: nusquam minus quam in bello euentus respondent. Rursus ab urbe cond. libro octauo. Quid illum facturum fuisse, si, quod belli casus ferunt, Marsque communis, aduersa pugna euenisset? Iterum eodem libro, Nostra certamina Romani nõ uerba legatorum, nec hominum quisquam disceptator, sed campus Campanus, in quo concurrendum est, & arma, & communis Mars belli decernet. Et in eodem alias: Ibi in conciliis Numitius imperator eorum, affirmando cõmunem uere Martem belli, utramq; aciem pari cæde prostrauisse, &c. Rursum libro ab urbe cond. 7. Samnitium, inquit, bellũ anciptiti Marte gestum. Apud eundem frequẽs est, æquo Marte discessum est, quoties neutri parti cessit uictoria M. Tullius Philippica undecima: Sed, vt concedã incertos exitus esse belli, Martem communem, tamen pro libertate, vitę periculo decernendum. De Marte communi nonnihil attigimus in prouerbio: Omnium rerum vicissitudo. Porro ἐνυάλιος Homero Mars dicitur, ab ἐνυὼ quam belli fortunam esse putant.

Lex in manibus.

Ἐν χειρῶν νόμῳ. i. Lege manuum dicitur, cum res ui geritur, non ex præscripto legum. Æschines contra Timarchum: φυλακτέον ἔτι τοῖς μὲν ὀλιγαρχικοῖς καὶ τοῖς τὴν ἄνισον πολιτείαν πολιτευομένοις, τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ λαὶς πολιτείας καταλυόντας. i. His uero qui sequuntur oligarchiã, & apud quos inæqualis est reipub. administratio, cauendi sunt qui lege quę est in manibus sita, ciuitatis statũ labefactãt. Manuum legem appellãt uiolentiam, siue ius belli. Vlus est in hunc sensum Polybius historię lib. primo, ἡ δὲ πολεμίων ἁς πότε κρατήσειε, τοὺς μὲν ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε, τοὺς δὲ ζωγρεία πρὸς αὐτὸν εἰσαγαγόντας ὑπέβαλε τοῖς θηρίοις. i. Ex hostibus quoscũ que deuicisset aliquãdo, alios uiolenta manu perimebat, eos uero qui uiui capti ad eã adducebãtur, bestiis obiiciebat. Rursus lib. secũdo: Ἐν δὲ τούτῳ τῷ καιρῷ συνέβη γαῖον μὲν ἡ ὑπατον παρὰ βόλος ἀγωνιζόμενον, ἐν χειρῶν νόμῳ τελευτῆσαι ἡ βίον. i. per idem hoc tempus accidit, ut Caius consul dũ audacius pugnat, manum lege uitã finierit. De αὐτὴ κυρία dictũ est alias. Apud Plautum seruus quispiam minitatur se manu litem acturum.

Nihil inanius quam multa scire.

APVD Athenæum libro decimotertio, Hippon, qui dictus est ἄθεος, citatur auctor huius uersiculi.

Πολυμαθημοσύνης ἧς ὁ κονεώτερον ἄλλο. i. Non aliud mage inane puta quã plurima scire.

Citatur idem ex Timone:

Πολυμαθημοσύνης ἧς ὁ κονεώτερον ἄλλο.

Conueniet in eos qui malũt multa discere quam utilia. Contra laudata est Hippiæ πολυματεία.

Κύκλῳ περιέλκειν.

Qui arte circumagit quempiam, ut cũ se putet aliquid egisse, nihil egerit, aut in idẽ recidat unde uolebat extricari. κύκλῳ περιέλκειν dicit. Ita Plato in Charmide. ὦ μιαρὲ ἔφη ἔγω, πάλαι μὲ περιέλκεις κύκλῳ ἀπεκρυπτόμενον, O scelerate inquam, iam dudum me in orbem circumagis non sententiem. Fit enim hoc arte sophistica, ut qui contra disputat, post asseneret ambagibus circumactus quod prius negabat, aut contra. Metaphora ducta ab equis, qui circumacti, eo reducuntur, unde prius resiliebant pauidi. Similis ludus exercetur in Labyrinthis. Confine illi: In easdem anfas incidisti.

Ionis lac.

QVOD insigniter esset lautum in cibis, Ionis lac ueteres appellabant. Eurip. apud Athen. lib. 14.

Καὶ τύρος ἀπίας ἐστὶ καὶ Διὸς γάλα, i.

Est succulentus caseusque & lac Ionis.

Apud eum frequẽter inter ciborum delicias commemoratur, Διὸς ἐγκέφαλος, de quo alias diximus. Persæ, si quid esset exquisite lautũ, appellãt Διὸς καὶ βασιλέως ἐγκέφαλον, idest, Ionis & regis cerebrum, propterea quod rex Persarum solet dare præmium honorarium, si quis nouum aliquod edulii genus reperisset. Clearchus apud eundem lib. 12. quanquam eadẽ multis aliis uerbis commemorat. Videntur antiqui quidquid eximium uideri uolebant, Ioui tribuisse. Inde illud è Satyra.

Et Ionis auribus ista Seruas.

Mæsonica dicteria.

DICTERIA petulantius iacta, prisci Męsonica uocabant, σκώμματα μαισωνικά, à Męsone quodam histrione comędiarum Megarensi, cuius inuentum est persona, quã à repertore, Græci μαίσωνα uocãt, reperit enim personam famuli & coqui. Quin & ueteres Græci coquum urbanum μαίσωνα uocãt, exterum τέπιγα. In comędiis autem semper inducuntur coqui dicaces, præsertim apud Plautum. Id testatur Philemon alicubi:

Σφίγγ' ἄρρ' ἐν ὁ μάγειρον εἰς τὴν οἰκίαν
Ἕλληφ ἁπλῶς γὰρ ὁ δὲν μὰ τοὺς θεοὺς
Ὧν λέγει συνίημι, id est,
Recepi in ędes non coquum, sed masculã Sphingem, nihil enim per deos intelligo
Simpliciter, ex his quæ loquitur.

Conuenit cum Hipponacteo præconio.

Necessitas magistra.

SVIDAS ex Carchedonio citat hoc prouerbium:

Χρεία διδάσκει κἂν ἄμουσος ᾖ, σοφόν, i.

Catum è rudi reddit magistra necessitas.

Tempus, rerũ usus, ipsaq; necessitas excitat ingenium ad discendas artes. Idem indicat Græcorũ sententia σοφία πενίαν ἔλαχεν. & apud Aristophanem Penia iactat se artium inuentricem. A Persio venter dicitur magister artis ingenijq; largitor. Et vt ait Q. Curtius: Necessitas ignauiam acuit.

Bestia bestiam nouit.

ARISTOTELES libro Rhetoricon primo, Inter similitudines & affinitatis prouerbia refert & hoc.

Ἔγνωκε δὴ θὼ θῆρα. idest,

Nouit profecto fera feram.

Videtur fragmentum iambici trimetri, vtcumque deprauatum est apud Aristotelem. θὴρ Græcis bestia dicitur, sed proprie fera aut noxia, quod genus sunt apri, lupi, & uiperæ. Vnde hominem moribus efferatis, ingenioq; agresti θηριώδη uocãt. Congruet ubi conuenit inter duos pariter improbos. Simile illi: Furemq; fur cognouit, & lupum lupus.

Cęci præscriptio.

Τυφλῶ παραπέλευσις, i. Cæci iussio siue exhortatio, dicitur absurda, quoties ipse qui præscribit, nõ intelligit quid dicat. Socrates apud Platonem in Theæteto, redarguens absurdam Theæteti præceptionem, iubentis, ut qui rectam haberẽt opinionem, rectæ opinioni affentirentur, confert illius orationem loco, aut pistillo circumuolubili, sed rectius putat dicẽdũ, Cæci iussionem: τυφλῶ δὲ παραπέλευσις ἂν καλοῖτο δικαιότερον. τὸ γὰρ ἀ ἔχομεν ταῦτα προσλαβεῖν κελεύειν, ἵνα μαθόντες ἃ δοξάζομεν, πάνυ γενναίως ἔοικεν ἐσκοτωμένῳ, i. Sed rectius cęci præceptio dicatur: siquidẽ iubere, ut ea, quæ habemus, accipiamus, ut discamus, ea q̃ opinamur, plane conuenit homini insigniter caligãti. Alias relatum est nobis illud Horatij: Cęcus vti si monstret iter. Item: Cæca speculatio.

Ibyci equus.

Ἰβύκειος ἵππος, i. Ibyci equus in iocũ prouerbialem abiisse uidetur, de ijs qui nolentes præter ætatem ac uires ad periculosum negotium adigerẽtur. Dicti originẽ refert Plato in Parmenide. Ibyco poetæ equus erat iam annosus athleta, multis certaminibus detritus. Is cũ ad certamen currui iungeretur, extimuit uidelicet expertus eiusmodi ludorum aleam. Ridente populo Ibycus surgẽs, equus, inquit, domini similis est, nã & ipse iam senex ad amandũ compellor: equo suo sese comparans, qd̃ ipse nõ minus intẽpestiuus esset ad amores quã uetulus equus ad certamẽ. Nõ admonet

net hoc quoque Suidas. Ibycum uulgo male audisse ob adolescẽtulorum amorẽ. Hac imagine Parmenides quæritur se senẽ adigi ad rerum difficillimarum explicationẽ: Huc allusisse uidetur Horatius in epistolis: Non eadem est ætas, non mens, &

Solue senescentẽ mature sanus equũ, ne
Peccet ad extremũ ridẽdus & ilia ducat.

de Ibici gruibus dictum est alias.

In crastinum seria.

Εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα, i. In crastinum seria. Plutarchus in uita Pelopidæ narrat hanc uocem apud Græcos abiisse ĩ prouerbium. Originem dedit Archias uir opulẽtus ac potens, sed parum sobrius. Huic inter conuiuium allata est epistola, qui pertulit, admonuit, vt statim legeret: de seriis enim rebus scriptam esse, tum ille vino madidus, risit. ἀκῶν, inquit, εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα, i. in crastinum igitur seria, simulque acceptam epistolã puluillo suppofuit, cui insidebat, ac sermonẽ cum Phillida cęptũ pergebat. Quin & hodie inciuile est in cõuiuiis tractare seria. Apud Hollandos recitatur fabula nõ aliena ab hoc adagio. Quidam in cõuiuio accumbebat igni vicinior, ita vt ima uestis adureretur. Id animaduertens è cõuiuis quidam, habeo, inquit, qđ tibi nuntiem. tum alter, si quid, inquit, tristius est, nolo audire in conuiuio, ubi conuenit festiua, læraq. esse oĩa. Non est, inquit, admodum lætum, mox alter, post cõuiuium, inquit, seria. vbi cęnatum esset hilariter, Nũc inquit, dicito quidquid voles. Ostẽdit illi uestem a tergo enormiter adustam. Ibi stomachari cępit, quod non admonuisset in tempore. Volebam, inquit, at tu uetabas. μετὰ δεῖπνον σπουδαῖα.

Cuniculis oppugnare.

Ὑπονόμοις πολεμίζειν, i. Cuniculis bellare, dicitur qui non aperta ui, sed dissimulanter, ac dolis rem gerit. Contra qui palam agit quod agit, machinis agere dicit, Caij Cæsaris potentia iam ad manifestam tyrannidem spectante, Catulus Luctatius uir summæ apud Romanos dignitatis, surgens in senatu ait: ἀκ ἔτι ὑπονόμοις Cæsar ἀλλ' ἢ δημηχανᾶς ἀφεῖ τὴν πολιτείαν, i. Cæsar non iã cuniculis, sed machinis tollit rempub. Suffossiones clam fiunt, machinæ, hoc est arietes, onagri ballistæ palam admonẽtur. Dictum Plutarchus refert in uita Caii Cæsaris, Plus ueneris habebit, si ad res animi transferatur, neluti si quis dicat malos genios interdũ oppugnare nos machinis, cum palam terrent aut illectãt, interdũ cuniculis, quoties falsa specie pietatis imponunt obrepũtque incautis.

Exitij nulla ratio.

Ὀλέθρου ἀδεῖς λόγος, i. Exitii nulla ratio. Refert Plutarchus in uita Eumenis. Is cum satagẽs rerum suarum, superiorem adisset Phrygiam, intra Celanas hybernauit: ubi quoniam reperit Alcetam, Polemonem & Docimum de imperio contra ipsũ decertantes: Τοῦτο ὦ ἔφη τὸ λεγόμενον, ὀλέθρου δὲ ἀδεῖς λόγος, i. Exitii nulla ratio. Sentiens opinamur, cum imminet homini fatale exitium, deum adimere cõsilium ac rationem. Apparet esse hemistichium carminis Iãbici ὀλέθρου δ' ἀδεῖς λόγος. Huic affine est, quod habet Quintilianus libro quinto de coniectura loquẽs: Præterea, inquit, cur potissimum illo modo sit aggressus: qui & ipse diligentissime tractatur pro eodem locus, an etiam si nulla ratione ductus est, impetu raptus sit & absque sententia. Nam uulgo dicitur, scelera non habere consilium.

Qui lucerna egent infundunt oleum.

Plutarchus in uita Periclis refert Anaxagoram Pericli in administranda Repub. magno adiumento fuisse, uerum vbi iam grauaret senectus, & a Pericle publicis intẽto negotiis negligeretur, decreuerat inedia finire uitã. Id ubi resciuit Pericles, accurrit ad ędes philosophi, precibusque & lacrymis conatus est illũ ab instituto reuocare, idq; sua ipsius caussa magis, q̃ Anaxagoræ. at ille iã agens animã dixit: ὦ περίκλεις, οἱ τὴν λύχνου χρεῖαν ἔχοντας, ἔλαιον ἐπιχέουσιν, i. O Pericles, & quibus lucerna est opus infundũt oleũ: exprobrans illi neglectum amici unde non uulgarẽ capiebat utilitatẽ, cũ qui egent lucerna, ob usum qualemcumque curent illã, abstergentes atq; infundentes oleum. Et quibus opus est fructu, stercorant agrum.

In uentrem instlire.

Εἰς τὴν γαστέρα ἐνάλλεσθαι, i. In uentrem irrumpere dicitur, qui curam omnem ad cibum ac potum confert. Ita Plutarchus de Lucullo ipsius uita: Ἀτε δὴ μὴ θεατρικῶς μηδὲ ἐπιδεικτικῶς λευκύλλου πολεμοῦντος, ἀλλὰ δὴ τοῦτο τὸ λεγόμενον εἰς τὴν γαστέρα ἐναλλομένου, καὶ ὅπως ὑφαιρέσει τὴν τροφὴν ἅπαντα πραγματευομένου, i. Vtpote cũ Lucullus iã non palã, neq; ad ostentationem bellaret, sed quemadmodum dici solet in uentrem impetum faceret, nihil non moliẽs, ut hosti commeatum subtraheret. Nõ hic repetemus, quomodo locum hunc uertit Leonardus Iustinianus. Sunt quos non alia ratione melius uincas quã si uentrem impetas. huc respexit Teren. cum ait, pugnos in uentrem ingere. Nam parasiti nulla parte magis lædi possunt, quam uentre.

Sortem & usuram persoluere.

Καὶ τὴν τόκον καὶ τὸ κεφάλαιον ἐκτίνειν dicuntur, qui serius quidem, sed grauius puniuntur, aut qui differunt uindictam, ut per occasionem lædant grauius. Nam prorogatione crescit usura. Dion libello; περὶ τῆς ἀπιστίας ἅσπερ τὴν θηρία πολλάκις ἠρεμεῖ κοιμώμενα, ἢ ἐμπεπλησμένα, τῇ φύσει ἀκινδυνεύβεβληκεν τῷ αὐτῷ, παραπλησίως δὴ καὶ ἐκεῖνοι χρόνον τινὰ ἀκ ἔβλαψαν, ἔπειτα συμβάσης τροφάσεως, καὶ τόκον φασὶ καὶ τὸ κεφάλαιον, τῆς πονηρίας ἐκτίνουσι, i. Quemadmodũ noxiæ bestiæ sępenumero quietẽ agunt, siue cum dormiunt, siue cũ cibo expletæ sunt, quamquam naturam interim suam non exuerunt; Similiter & illi ad tempus aliquod non læserunt, at ubi se dederit occasio, & usuram, ut aiunt, & sortem malitiæ persoluunt.

Ad incitas.

Quos vrgeret extrema necessitas, his res dicebatur ad incitas redijsse. Plautus in Trinummo; Hem nũc hic cuius, est, subaudi ager, ut ad incitas redactus, id est, ad extremã inopiam. Idem in Pœnulo; Tace modo, profecto ad incitas leonem rediget, si eas abduxerit, quin potius disperibit faxo, quã unã calcem ciuerit. Sed haud scimus an hic legendum sit, unum calcũ ciuerit. Nonius Marcellus admonet incitam dici egestatem, & uerum dici, sed non absq; tropo. Nam in his duobus locis, quę retulit è Plauto, extremam quidem inopiam significat, at non statim ubicunque ponuntur incitæ, significatur egestas. Lucilius incita dixisse uidetur in neutro genere. Illud ad incita cum reddit atq; internecionem. Itẽ Commanducatus corrupit, ad incita adegit. At Isidorus libro 18. usurpauit genere masculino. Calculi inquiens, partim ordine mouentur, partim vagi, qui uero mouerì omnino non pñt inciti dicuntur. Cio, moueo est, inciti quasi immobiles, quos Græci dicerent ἀκινήτους. Satis liquet prouerbium ductum à lusu calculorum, in quo erant certę lineæ ad quas redactus calculus moueri iam non posset. Quadrabit & in eos, qui confutati manifestis argumẽtis, non habent quod respondeant, quod Dialectici uocant metam Silentij.

Centro & spatio circumscripta.

Plutarchus in præceptis ciuilibus: ἂν δὲ ᾖ τὰ τῆς οὐσίας μέτρια, καὶ κέντρῳ καὶ διαστήματι περιγραφόμενα πρὸς τὴν χρείαν. i. Quod si facultates modicæ fuerint, & cẽtro & spatio circumscripte ad usum. Sentit fortunas tam angustas, ut nisi certa dimensione dispensentur, non sint ad necessarios usus suffecturæ. Veluti qui supputatione facta quantum habeant annui census, subducunt quantum quoque mense, quaque hebdomade, quoque die possint impendere. Quod si hospitis aduentus, aut similis casus fecerit sumptus paullo largiores, id sequentiũ dierum parsimonia sarcitur, ne nõ constet ratio. Idẽ de futili loquacitate docet responsionẽ esse κέντρῳ καὶ διαστήματι circumscribendam, ne quid respondeatur ultra quam requirit percontatio. Quidam enim de uno interrogati, respondent de pluribus. Metaphora translata est, à circulo qui fit circino circunducto: in medio, centrum est immobile, hinc spatium undique æquale ad lineam obeuntem. Vnde & circumscripta dicuntur, quæ certis finibus continentur.

Roscius.

Roscius histrio tã erat fęlix in agendis fabulis, ut quisquis in arte quapiam insignis esset, Roscius vocaretur. Id indicat M. Tull. lib. de Oratore 1. Itaque hoc est iam diu consecutus, ut in quo quisq; artificio excellerer, is ĩ suo genere Roscius diceretur. Idẽ in 2. de oratore. Soleo sępe mirari eorũ imprudentiam, qui agunt in scena, gestum spectante Roscio. Quis enim sẽ commouere potest, cuius ille uitia nõ uideat? Rursus in Bruto: Et in scena Rosciũ esse intelligat. Hic est ille Roscius Ciceronis

nis cõcertator, quem ornauit hoc elogio, ut diceret, Virum fuisse tam bonũ, vt unus indignus esset qui in scenam prodiret, & eundem tam præclarum artificem, ut solus dignus esset qui in scena, uersaretur, Eodẽ igitur tropo quo uehementer in consilijs callidum Dædalum uocamus, in laboribus patientem Herculem, in disputando inuictum Achillem, in iudicando Aristarchum patronum in caussis agendis egregie dextrum, Roscium licebit appellare.

Philotesius crater.

Κρατὴρ φιλοτήσιος, dicitur quo in conuiuijs conciliantur amicitię, qui mos etiãnum durat apud Germanos, quibus turpissimum est, post acceptum Philotesium poculum, ueterum offensarum quamuis capitalium meminisse, ne iudices quidem admitterent actionem iniuriarum. Plutarch° in commentario de fortuna Alexandri, q barbaros armis, Græcos ciuilibus institutis conabatur ad humaniorem ac sanctiorem uitæ rõnem adducere, ὥσπερ, inquit: ἐν κράτηρι φιλοτησίῳ μίξας τὰς βίους, καὶ ἤθη, καὶ τὰς ἡδὴς γάμους, καὶ διαίτας, i. Velut in philotesio poculo miscens uitas, mores, coniugia ac uiuendi rationes. Apud Plautum in Pseudolo, seruus ebrius, dijs proximum putat, manu candida cantarum dulciferum propinare mitissimam amicitiam. Hesychius indicat hanc φιλοτησίαν solere adhiberi post cęnam, cum in signum amicitiæ ex eodem poculo, de eodem uino bibunt omnes. Asconius Pedianus in actionẽ aduersus Verrem tertiam putat hoc esse, qđ M. Tullius criminatur Verrẽ cum suis potasse more Græco. Nam vulgus existimat illos Græco more bibere, qui largius ac cyathis grandioribus bibunt. At ipse magis probat, ut intelligamus eos Græco more bibere, qui merum bibunt. Id aũt solent facere Græci, ut cũ in conuiuio libant, primũ salutent deos paullulum è cyatho profundentes: dein amicos suos: totiesque bibunt merum, quoties deos aut caros suos nominatim uocant. Ita ferme Pedianus. Quidam putant hunc craterem etiam ἀγαθὸν δαίμονος appellari.

Cithara incitat ad bellum.

Plvtarchvs libro de fortuna Alexandri secundo, declarat hunc uersiculũ apud Lacedæmonios solere decantari.

Ἔρποι γὰρ ἄντα τῷ σιδήρῳ τὸ καλῶς κιθαρίσδειν. idest,
Vergit ad lętale ferrum, lepide Cithara canere.

Quo significabant certis citharæ modis sedari motus animorum, alijs addi vigorẽ ad prælium. Cum Alexander audisset Antigenitam tibia modos incinentem, qui uocantur Harmatij, adeo inflammatus est, ut simul cum armis exurgens manus iniecerit in proxime assidentes.

Bathyclis poculum.

Βαθυκλέους κύλιξ, i. Bathyclis calix, dictum uidetur in eos qui diuitijs suis soli fruuntur, nemini quidquam impartientes. Apud Plutarchum conuiuio septem sapiẽtum Ardalus quidam sic alloquitur Æsopum. Tu numquam huc transmittes poculum ad nos, cum uideas istos tamquam Bathyclis calicem inter sese transmittere, cęterum alij nemini impatientes. Cui respõdet Æsopus. At ne hoc quidem poculum est publicum. Siquidem uni Soloni iam dudum astat. Bathycles Græcis sonat profundæ glorię, quo nomine uidetur fuisse quispiam diues sibi uiuens sibique bibens.

Lunæ radijs non maturescit botrus.

Plvtarchvs huc Ionis senarium ceu prouerbialem adfert, disserens quod luna quoniam radios habet imbecilliores quam sol, excitare possit humores, concoquere non possit:

Μέλας γὰρ αὐτῷ οὐ πεπαίνεται βότρυς. i. Neque enim his niger maturus efficitur botrus.

Conuenit in eos, qui conãtur quod ob defectum uirium non queũt perficere. Refert idem in commentario de facie apparẽte in orbe lunæ. Accedet plus ueneris, si volentes significare disciplinas humanas nõ præstare fęlicitatem, dicamus: μέλας γὰρ αὐταῖς οὐ πεπαίνεται βότρυς. In αὐταῖς subaudiendum est, κ' κτῖσιν, idest, radijs.

Calliæ defluunt pennæ.

Callias apud Græcos quispiam fuit, qui per luxum, ac libidinem patrimonium abligurierat. In eum vulgaris iocus extitit: Καλλίας περορρυεῖ, idest, Calliæ defluunt pennæ. Solet enim hoc interdum auibus accide-

accidere, uel morbo, uel certis anni temporibus. Quemadmodum & quadrupedibus quibusdam mutantur pili aut Villi: Vnde & deplumati dicuntur ac detonsi qui facultatibus exuti sunt. Hoc uerbũ περορρυεῖν frequenter per iocum usurpatur apud Aristophanem in auibus.

Εν πλάτει.

Εν πλάτει dictum accipiendum interpretantur Græci, cũ paullulum ultra prescriptum significant esse concedendum, præsertim in his quę sunt humanitatis. Veluti si quis pollicitus solutionem ad diem Augusti decimum, reddat postridie. Iulianus Pandectarum libro 46. Titu. de solut. & lib. cap. Ratum autem dominus habere debet, mox cũ primum certior factus est, sed hoc ἐν πλάτει & cum quodam spatio temporis accipi debet. Et hunc Iuliani locum citat Vlpianus, eodem libro ti. rẽ ratam haberi, cap. Quo enim Rursus libro 13. titu. de cõditione triticaria, cap. in hac actione. Veriius est, inquit, quod Seruius ait condemnationis tempus spectandũ, si uero desierit esse in rebus humanis, mortis tẽpus. Sed etiã ἐν πλάτει secundum Celsum erit spectandum. Non enim debet breuissimum uitæ tempus ęstimare. Item libro 22. titu. de probationibus. ca. penultimo. Nec hoc quæritur, num aliquis meminerit quo die aut quo consule factũ sit, sed num hoc aliquo pacto probari possit, quando id opus factum sit, & hoc Græci ἐν πλάτει, dicere solẽt, & cætera. Hactenus Pandectæ. Verũ illud ἐν πλάτει, non norunt Caletii, qui ad horam undecimam iussi claudere portas ciuitatis, statim ad primum nolæ ictum occludunt, repulsis & q foris stant, & qui egredi cupiunt utriusq. portæ proximis. Cum denunciatur anathema qui ad diem præscriptum nõ soluerint, liberantur a fulmine, si ab eo die intra decimum quartum liberarint fidem suam. Hæc ad iuris æquitatem pertinent.

Per Satyram.

Variarvm rerum mixturam sparsim nulloque ordine congestarum ueteres Satyram appellabant. Apparet uocem primũ deductam a lasciuia Satyrorum, temere nunc huc nunc illuc salientium. Hinc deflexa est ad cibi genus, quod ex diuersis herbarum formis conflatum est: præterea ad lancem uariis rerum generibus onustã, quæ sic diis offerebatur, non ad similis illi poculo, quod Græci πεντὰ πλόον, quintuplici rerum differentia, siue κέρνος a mixtura uocabãt, de quo nobis supra dictũ est. Festus ait. Saturam siue Satyram dici cibũ uariis rerum generibus conditum, aut legem aliis multis confertam legibus. Itaq; in sanctione legum adscribi solere, neve per Satyram derogato, aut abrogato, cum significant totam legem esse seruãdam: Citat Annium Luscum ex oratione quam habuit aduersus Tyberium Gracchum: Imperium quod plebs per Satyram dederat, id abrogatum est. Citat & C. Lælium ex ea quam pro se dixit. Postero die quasi per Satyram legem sententiis exquisitis, in deditionem accipitur. Legem Satyram interpretantur, quæ eadem multas res complectitur: quemadmodum Iugurtha acceptus est in deditionem, sed multis præscriptis conditionibus, ut triginta daret Elephantos, pecus atque equos multos, cum magno argenti pondere. Vlus est hoc adagio Iustinianus in præfatione Pandectarum: Et primo quidem, inquit, anno hoc opus tradebatur legentibus non secundum edicti perpetui ordinationem, sed passim & quasi per Satyram collectum & utile cum inutilibus permixtum, maxima autem parte inutilibus deputata. Itidem Sallustius in bello Iugurthino. Quasi per Satyram sententiis exquisitis in deditionem accipitur. Hęc Sallustius dicit de Iugurtha, nec sunt in cuiusquam oratione, nec ibi quisquam aderat Lælius, unde necesse est locum apud Festum esse mutilum. Verba Lælii sũt omissa, simul cum nomenclatura Sallustii.

Nec præceps fueris ad iurandum.

Non nullis haud uulgariter eruditis uidetur & hoc adagiis annumerãdum, quod refert Vlpia. lib. Pandect. 12. capit. 13. Titu. de iureiurando circa finẽ. Si quis, inquit iurauerit in re pecuniaria per genium principis, dare se non oportere, uel intra certũ tempus, & peierauerit, uel si dare oportere uel intra certum tempus iurauerit se solutum, nec soluerit, Imperator noster cum patre rescripsit, fustibus castigatũ dimittere, & ita ei supindici, προπετῶς μὴ ὄμνυε. id est, ne fueris ad iurandum præceps.

Habe-

Habebit prouerbij speciem, si quis hominem post acceptum malum admoneat, προπετῶς μὴ ὄμνυε.

Ex syngrapha agere.

SVNT & illæ formę à iureconsultis ductæ versæ in prouerbium. Ex syngrapha agere, obsignatis tabulis agere, pro eo quod est rigidè parumq; ciuiliter, sed velut ex obligatione. Cicero pro Murena: pergitis ne uos tãquam ex syngrapha agere cum populo? Syngrapha Latinis sonat conscriptionem, quod utriusq; manu conscripta vtrisque partibus tradi soleat: & in hoc syngraphæ differunt à tabulis, qd tabulæ ab vna parte tantum seruari consuerint. A chirographo, tabulis, codicillis differt Syngrapha, quod in illis non scribãtur nisi acta, in hac eriã contra fidem actionis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integre numerata pro temporaria voluntate hominum scribi solet. Ita propemodum Asconius Pedianus in Verrinarum tertio.

Iniuria soluit amorem.

IN Græcorum epigrammatib. prouerbij titulo citatur ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε, idest, iniuria siue cõtumelia soluit amores, qd contemptus amor plerunque vertitur in iram, ira in odium. Sic in comœdia Phœdria: Exclusit, reuocat, redeam? Non si me obsecret. Item Horatius:

Nam si quid in Flacco viri est,
Non fert assiduas potiori te dare noctes,
Et quæret iratus parem,
Nec semel offensæ cedet cõstantia formę,
Si certus intrarit dolor.

In epigrammate quęritur amans hoc dictum falso iactari vulgo, quod ipse ab amica exclusus non sine conuicio, cum iurasset se toto anno non rediturũ ad illam postridie diluculo supplex ad eam redierit. Carmen sic habet:

Ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε, μάτιω ὁδε μῦθος ἀλᾶται,
Ὕβρις ἐμὶω ἔρεθει μᾶλλον ἐρωμανίω, i.

Falsum est quod iactant iniuria soluit amores,
Morbum quippe meum prouocat illa magis.

In genere tamẽ verũ est officijs mutuis tali beneuolentiam, iniurijs extingui.

Quod pulchrum, idem amicum.

Τὸ καλὸν φίλον, id est, Quod pulchrum amicum. Inter prouerbia conciliantium amicitiam, refertur & hoc apud Platonẽ in Lyside: καὶ κινδυνεύει κατὰ τὴν ἀρχαίαν παροιμίαν, τὸ καλὸν φίλον εἶναι, i. Ac propemodum apparet iuxta vetus prouerbiũ, quod pulchrum est, amicum esse. Qui cõmodi gratia amat, non amat uere, sed qd pulchrũ est per se amatur. Vnde Aristoteles, perconctanti qui fieret vt libentius colloqueremur cum formosis quam cum deformibus respondit, eam percunctationem esse cæcorum. Nihil autem uirtute pulchrius, eoq; nec amabilius quidquam.

Mortuo leoni & lepores insultant.

EXTAT epigramma Græcum, cuius argumentum sumptum est ex Homericæ Iliad. χ. vbi Hectorem ab Achille iam interfectum circumsistunt Græci mortuo insultantes, nec quisquam erat, qui extincto nõ aliquod uulnus infligeret. Sic enim habet Homerus:

Αλλοι δὲ περίδραμον υἷες ἀχαιῶν,
Οἳ κ᾽ θυήσαντος φυλω καὶ εἶδος ἀγητὸν
Εκτορος, ἀλλ᾽ ἄρα οἱ τὶς ἀνεστήκει παρέσσῃ, i.

At reliqui accurrunt Graij, cinguntque cadauer
Hectoris, eximiam speciem formamq; stupentes.
Nec tamen astitit exanimi sine vulnere quisquam.

Ac paullo post:

Ὡς ἄρατις εἰπόσκε, καὶ ἀτήσασκε παρασᾶς. id est,

Dixerat hæc aliquis, simul & uulnus dedit astans.

Epigramma sic habet:

Βάλλετε νῦν μετὰ πότμον ἔμον δέμας, ὅτι καὶ αὐτοὶ
Νεκρῷ σῶμα λέοντος ἐφυβρίζεσι λαχνοὶ, i.

Nunc telis petitote meum post fata cadauer,
Audet vel lepus exanimi insultare leoni.

Dictũ est alias de his, qui mordent mortuos, cum laruis luctantur, & cum vmbris depugnant.

Lingua non redarguta.

Plato in Theæteto: Ἀτὰρ ὡς ἔοικεν ἐὰν ὀλίγα ἐστὶν, ἀδιαπίδειοντι ξυμβήσεται, ἢ μὲ γλῶττα

τα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἔσται ἢ δὲ φρὴν ἀνέλεγκτος, i. at ut uidetur si posse respondeis Euripideum quiddam nobis accidet, lingua quidem nobis erit irredarguta, mens autem non erit irredarguta. In eos quadrat qui rationibus cõuicti non cedũt tamen, sed targiuersantur reclamantes ad uersus suam ipsorum conscientiam.

Pugno tenere.

Ἀπτὴς τῆς χεροῖν λαβέσθαι, i. Pugno stringere dicitur, quod ipso contactu sentitur. Sic Plato i Theęteto: οἱ δὲ ἄλλοι ὁ μῦθοι ἢ, ἢ δ᾽ ἂν δοκῶσι ἀπτὴς τῶν χεροῖν λαβέσθαι, i. qui nihil esse putant, quidquid nõ possint strictim manibus apprehendere. Loquitur de his qui non existimant quidquam esse in rerum natura præter res corporeas, & sensibus expositas: actiones, gene rationes, & huius generis alia, quæ intellectu non sensibus percipiuntur, existimãt esse inania uocabula. Talis uisus est Platoni Diogenes, qui dicebat se cyathos & mẽsas uidere, cyathitates ac menseitates quas Plato commemorabat, non uidere. Sed uicissim audiuit, Nimirũ oculos, quibus cyathi & mensæ uidentur, habes: mentem qua cyathitates ac menseitates cernuntur, non habes. Tam crassum ingeniorum genus Plato ueluti prophanum à philosophiæ mysteriis iubet arceri. Verius.n. sunt quæ non uidentur, quam quæ uidentur, & certius ea scimus quæ ratione colligimus, q̃ quæ manibus cõtrectamus. sensuum enim iudicium fallax est.

Aut abi, aut exuere.

PLATO in Theæteto significat apud Lacedæmonios hunc fuisse morẽ, ut in publicis certaminibus neminem cogerẽt ad cõgressũ, sed legẽ edicebãt ἢ ἀπιέναι, ἢ ἀποδύεσθαι, id est, aut abire, aut exui. Græcis aũt ἀποδύεσθαι, dicuntur, qui se parãt certamini, quod cãpestriati luctarẽtur olim, cætera nudi. vnde hęc ipsa vox, ἀποδύεσθαι quoties transferrur ad rem animi, uelut ad disputandum, aut repugnandum carni, prouerbii uim habet. Ita frequenter usurpat diuus Chrysostomus, ac D. Basilius. Simile est id, qd alibi dicit. Aut bibat, aut abeat.

Crisonem Himeræum præcurrere.

PRODIGIOSA celeritas Crisonis uidet locum dedisse prouerbio. Sic enim Socrates apud Platonem in Protagora, rogatus vt institutam cum Protagora disputationẽ peragereat: βουλοίμην ἂν χαρίζεσθαί σοι εἴμε δυνατὰ δέοιο. Νῦν γ᾽ ἐστὶν. ὥσπερ ἂν εἰ δὲ οἰόμε κρίσωνι τῷ ἡμεραίῳ δρομεῖ ἀκμάζοντι ἕπεσθαι, ἢ τῷ δολιχοδρόμων τῷ ἢ τῷ ἡμεροδρόμων διαθεῖν τε καὶ ἕπεσθαι, i. Optarim quidẽ tibi morẽ gerere, si quod petis, mea facultatis esset. Nunc perinde est, ac si me roges ut Crisonem. Himeræũ insignẽ cursorem sequar, aut dolichodromon quẽpiam, aut hemorodromon perpetuo æquẽ cursu sequaturq;. Himera Siciliæ ciuitas est, quamquam eiusdem nominis est altera in Africa. Vnde Crison dictus est Himeræus, celeritate currendi celebris, qualem refert libro 7. Plin. fuisse Philippidem, & Canistium Lacedæmonium, cumque his Philonidem Alexandri magni cursorem. Dolichodromi dicebantur, qui perpetuo impetu duodecim stadia decurrebant. Hemerodromi, qui totum diem a mane usque ad uesperam citra respirationem currebant. Plinius scribit puerum nouem natum annos a meridie usq. ad uesperam cõtinuasse cursum. Vnde Græci poetæ solem appellant ἡμερόδρομον, quod singulis diebus cursum suum peragat, quasi vero noctu requiescat in diuersorio Thetidis.

Charadrion imitans.

Χαραδριὸν μιμούμενος, i. Charadrion imitans, dici solitũ de dissimulante, ac rẽ utilem occultante. Suidas refert hunc scenarium Scazontem ex Hipponacte:

Καὶ μιν καλύπτειμον χαραδριὸν περνᾶς. i. Et nũ Charadriõ quæso uẽditor cælat.

Item Aristophanes in Auibus.

Αλλως ἀρ᾽ ὑπωφ ὡς ἔοικ᾽ εἰς τὸ λόχμιω
Εμβὰς ἐπῴζε χαραδριὸν μιμούμενος, i.

Alioqui vpupa vt videtur saltũ ingressa abdidit sese Charadrion imitans. Quo loco interpres fere cũ Suida consentiens, narrat huic aui uim inesse medicam, ut illius aspectu facile sanetur, qui laborãt ictero siue regio morbo, eamq. ob caussam qui uẽdunt occultant eam, ne licitator remediũ sentiat priusquam emerit. Addit eam auẽ mutare colorem ad similitudinem eorum quibus admouetur, nõ deesse tamẽ qui sẽtiant non aspectum, sed esum auis, habere remedium. Vocem autem distingui accentu,

tu, nam si pronuncies ultima acuta χαράδρὸν declarari auem, si penultima acuta χαράδριον diminutiuū à χάραδρα significari uoraginem, siue terræ hiatum quod in hunc delabens aqua melodiam quandam reddere uidetur. Tantum ex his quæ indiligenter à Suida sunt congesta tradere licuit. Meminit huius auis & alias Comicus in eadē fabula: ὕδωρ ἐφόρουν κάτωθεν εἰς τὸ ἄερα οἱ χαράδριοι, i. aquam ex imo portabant in aerem Charadrii. Interpres addit aui nomen inditum, quod in uoraginibus gaudeat uersari. Socrates apud Platonem in Gorgia, cum Callinicen eo pellexisset, ut fateretur beatam uitam non esse sitam in copia rerum, sed in perpetuo influxu: nam qui satur est, aut non sitit, quoniam nec voluptatem, lapidis more uiuit, potius quam hominis: ita subijcit: χαραδριῶ τινὰ αὐτοῦ βίον λέγεις ἀλλ' ἢ νεκροῦ δὲ λίθου, Rursus tu Charadrii quandam narras uitam, non mortui lapidisve. Marsilius uertit auē, cum Socrates uideatur sē tire de uoragine, in quā cū perpetuo decurrat aqua, nunquā tamen expletur: nisi forte Charadrius auis est de numero uoracium, quemadmodum & Larus, ut hinc nomen inuenerit à Charadra ductum.

Quantum pedibus potes.

SOCRATES in Gorgia Platonis ita loquit: σωφροσύνῃ μὲν διοκτέον καὶ ἀσκητέον, ἀκολασίαν δὲ φευκτέον, ὡς ἐκ τοῦ δυνατοῦ ἕκαστος ἡμῶν, i. Temperantiam quidem sectari atque exercere oportet. Contra, intemperātiam fugere, quantum quisque nostrum pedibus ualet. Id quo longius transfertur à rebus corporeis, hoc magis accedit ad prouerbium celeritatis. Quod in corpore sūt pedes, hoc in animo sunt affectus, quibus expetimus aliquid aut refugimus.

Vasis instar.

Αγγεῖον δίκλω, i. Vasis instar loqui dicitur, qui cum ob imperitiam ex se nihil possit adferre, ab aliis audita profert. Fons ex se liquorē habet, uas ni aliūde infuderis siccū est. Homines autē qui uacant eruditione, per aures implentur. Socrates in Phedro Platonis: ὅτι μὲν ἐν παρά τε ἐμαυτῷ οὐδὲν αὐτὸ ἐνενόηκα. εὖ οἶδα, σωκρατικῶς ἐμαυτῷ ἀμαθείαν, λείπεται δὴ οἶμαι ἐξ ἀλλοτρίων τοῦ ἐν ἀμάτων διὰ τῆς ἀκοῆς πεπληρῶσθαι μὲ δίκλω ἀγγείου, i. Nihil horū ex me ipso excogitaui fateor, imperitiæ mihi conscius: Super est igitur, ut alicunde ex alienis fluentis per aures fuerim impletus instar uasis.

Vt lupus ouem.

Ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ, i. Vt lupus ouem amat, qui sui cōmodi gratia simulat amorem. Nam is vulgo dicitur amor, cum reuera, sit odium. Iuuenis enim cum puellam uenatur, ut illi pudicitiam, thesaurum incomparabilē eripiat, vt pro honesta fama turpi rumore traducat, ut parentibus, amicis ac bonis omnibus inuisam reddat: deinde que ut quod est omnium carissimum, bonam mentem eripiat, quæso quid deterius hostis faciat hostiū? Socrates citat carmē in Phedro ueluti populari usu iactatum:

Ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσ' ὡς παῖδα φιλεῖν ἐρᾶι, i.

Vt lupi oues, ita amat puerum uesanus amator.

Maro:

Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam,
Floretē cytisum sequitur lasciua capella.

Et Horatius:

Non ego te tigris ut aspera,
Getulusve leo frangere prosequor.

In nauibus educatus.

Εν νυσὶν τεθραμμένος, i. In nauibus educatus dicebatur, qui rudis esset & alienus à moribus liberalibus, sensuque communi. Solet enim fere nauticum genus suo elemento respondere, quod a ciuilium hominum commercio submotū uiuat. Ita Plato in Phedro: πῶς οὐκ ἄνοιει αὐτὸν ἡγεῖσθαι ἀκούειν ἐν νεώτερα τεθραμμένον, i. An non putas illum existimaturum, sese audire homines in nauibus alicubi, educatos. Plaut. in Cistellaria, mores agrestes appellat maritimos, immo potius inconstantes, quod mare vicibus æstuariis accedat recedatque. Plauti uerba sic habent: Ita me amor lapsum animi ludificat, fugat, agit, appetit, rapiat, retinet, iactat, largitur, quod dat non dat, deludit, modo quod suasit dissuadet, quod dissuasit id ostentat, maritimus moribus mecum experitur, ita meum frangit amantem animum.

Magis quam sol Heracliti.

QVI sine spe reparationis deficiūt, eos Socrates

crates apud Platonē de Repub. libr. sexto: μᾶλλον ἢ ἡρακλείτειος ἥλιος ἀποσβέννυσθαι, hoc est, magis ipso Heracliti sole extingui dixit. Agit illic de senibus qui ad perdiscēdas philosophiæ difficultates idonei non sunt in adolescentia defatigati. Heraclitus enim existimauit solem scaphæ speciem habere, eiusq; lumen deficere quoties canum ad superiora uertitur, sed rursus fieri lucidum postquam inuertitur. Non dissimile somnium de sole prodidit Xenophanes, qui putauit eum in occasu perire, sed exortu nouum fieri solem. At senes numquam renouantur ad uigorem iuuenilē. Huc adlusisse uidetur Horatius in odis:

Damna tamen celeres reparant cœlestia, lunæ,
Nos ubi decidimus, &c.

Cœnum barbaricum.

Βόρβορος βαρβαρικός, i. Cœnum barbaricum, pro uehementi stupore mentis apud Platonē lib. de Repub. 2. ponitur. Laudat enim illic dialecticam quę sola mētē ignorantiæ immersam erigit attollitq; a uulgaribus opinionibus, ad solidā ueri cognitionem: καὶ τῷ ὄντι, inquit, ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τίνι τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορωρυγμένον ἡρέμα ἕλκει καὶ ἀναγει ἄνω, idest Acre uera barbarico quodā cœno demersū animi oculum, paullatim trahit subuehitque sursum. Barbarus à barbaro per contēptum dictum uidetur.

Non è quercu aut saxo.

Οὐκ ἐκ δρυὸς ἢ ἐκ πέτρας. id est, Non è quercu saxove, cum significamus non constare materia externa, sed ex animi uirtutibus. Veluti uulgus ciuitatem appellat, muros ad domos è lapidibusque lignisque constructas. Ecclesiam appellat structuram simili materia congestam, cum re uera ciuitas constet hominum moribus, & ecclesia sit animorum in uera religione consensus. Plato libro de Repub. 7. οὐκοῦν ἐκ δρυὸς πόθεν ἢ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίγνεσθαι ἀλλ' ἢ ἐκ τῶν ἠθῶν τῶν ἐν τῇ πόλει, i. An existimas è quercu qualibet, aut è saxo respu. fieri, ac non potius ex moribus eorum, qui in ciuitatibus uersantur.

Psallium inijcere.

Ψάλλιον ἐμβάλλειν, i. Psallium inijcere dicuntur, qui ferocientem animum moderamine quopiam premunt, metaphora sumpta ab eqs animosioribus. Plato lib. de Legib. 3. οὐδὲ τρίτος σωτὴρ ὑμῖν, ἔτι παραγῶσαν καὶ θυμοειδῆ ἀρχὴν ὁρῶν, οἷον ψάλλιον ἐνιέναι αὐτῇ, τὸ ἐφόρων δυνάμενον, i. At tertius nobis seruator, luxuriantem etiam num frequentemque conspiciens principatum, ueluti psallium illi iniecit, Ephororum potentiam. De Lacedæmoniorum republica loquitur, in qua quinque Ephori sunt instituti, ad temperandam regiam potentiam. Psallium autem est circulus, qui fræno additur, unde & pro freno ponitur interdum. Nisi forte adlusit ad bubalos, qui circulo ferreo naribus iniecto circumagūtur, unde prouerbium naribus trahere, qd alio dictum est loco.

Principium, medium, finis.

PLATO libro de Legibus quarto, refert hoc quasi uulgo decantatum, deum uniuersitatem rerum omnium complecti, hoc est, principium, medium & finem. Ab illo enim omnium quæ sunt, initium, incrementum, & summa: Ανδρεῖος τοίνυν φῶμεν πρὸς αὐτὸν ὁ μὲν δὴ θεὸς, ὥσπερ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων, ἔχων, εὐθεῖαν περαίνει, κατὰ φύσιν περιπορευόμενος, i. Sic igitur illis loquamur, Deus quidē ὁ viri, quemadmodum & uetere prouerbio dicitur, omnium quæ sunt, principium, finē ac medium continens, rectum peragit cursum, secundum naturam circumiens.

Orphica uita.

Ορφικὸν βίον, i. Orphicam uitā Plato libro de Legibus 6. dixit uitam innoxiā, & à luxu sanguinolentisq; dapibus purā. Huiusmodi siquidem uitæ rationem Orpheus instituisse uidetur, ut non solum sanguine pecudum non inquinarēt aras deorum, verum ne uesci quidem ullius animantis carnibus sustinerēt, sed libis ac frugibus mellе cōspersis sacra facerent, nec aliis ipsi uescerentur. Platonis uerba sunt hæc: ἀλλ' ὀρφικοί τινες λεγόμενοι βίοι ἐγένοντο ὑμῶν τοῖς τότε, i. Sed orphica quædam ut dicitur uita tum erat uestris illo sæculo. Videtur Orpheus hoc conatus apud Thraces, quod Pythagoras tentauit apud Ionios, Numa apud Romanos.

Ambrones.

AMBRONES olim uulgo dicebantur, qui rapto malisq. artibus uiuerent. Originem indicat Festus Pompeius, admonens eam fuisse Galliarum gentem, quam cum mare inundam finibus suis depulisset, per aliena oberrantes rapinis ac prædationibus se suosq; alere cæperunt. Manus erat formidabilis non numero tantum: dicuntur enim fuisse triginta milia, uerum etiam tum animorum ferocia, tum ratione pugnandi. Siquidem conferti rhythmis & concentu quodam in hostem ferebantur, subinde tonantes: Ambrones Ambrones: siue vt hac uoce suos in unum conuocarent, siue ut hostibus terrorem incuterent. Ab his victi fuerant Romani duces Manlius & Cępio: sed primum a Ligurib. fracti sunt, mox a C. Mario prostrati, tãdẽ ad aquas Sextias vna cum Cimbris ac Teutonibus deleti sunt. Ita ferme Iulius Florus in Epitoma libri 68. & Plutarchus in uita C. Marii. Simili modo Cilicis uocabulum abiit in conuicium rapacitatis ac prædationis.

Vinaria angina.

DE ἀργυράγχη, i. angina argentaria quæ multis præter Demosthenem uocem intercipit, iam antea diximus. At Festus Pompeius indicat ioco iactatum in eos qui uino præfocãtur laborare uinaria Angina, quam οἰνάγχλω possis dicere.

Titiuilitium.

TITIVILITIVM uox erat olim nullam quidem rem certam declarans, sed uelut interiectio contemptum extremum indicabat, qualis est apud Græcos: πεπαλὸ. Plautus citante Fest. Pompeio: Non ego isthuc uerbum emptitem titiuilitio, id est, re admodum uili. Locus autem est in Cassina. Similis uox est apud eundem Festum Buttubata, qua tamen usus sit Nemo, pro nugatoriis nihilique rebus. Nonius autem putat pipulum, conuicii fuisse uocem. Plautus in Aulul. Ita me bene amet Lauerna, iam nisi uasa reddi iubes, pipulo hic differam ante ædes.

Nihil potest, nec addi, nec adimi.

DE pfectis operibus ita uulgo dici solitũ indicat Aristoteles libro moraliũ Nicomachiorũ secũdo: ὅθεν οἱ ὠθᾶσιν ὅπαλέγειν τοῖς δ' ἔχουσιν ἔργοις, ὅτι οὐκ ἀφελεῖν ἐστὶν, οὔτε προσθεῖναι, i. Vnde de operib° quę bene habent ita solent prędicare, nec adimere possis, nec addere. Nam ut bene sit aliquid præstat mediocritas, tollit excessus aut defectus: excessum inducit, qui addit: defectum, qui adimit. De Lucilio scripsit Horatius:

Cum fluet lutulentus, erat quod tollere uelles.

De Demosthene ac Cicerone dictũ est, illi nihil posse demi, huic nihil posse addi.

Virtus simplex.

DVBITARI possit utrum uersus sit uulgo iactatus, quem ut omnibus notissimum citra nomenclaturam retulerit Ethicorũ 2. Aristoteles, an imprudenti exciderit uersus pentameter. Differens enim è sentẽtia Pythagoræ, errorem esse infinitum, uirtutem finitam, quemadmodum in nemore mille modis aberratur a recta uia, cum ea sit unica: eoque uitium esse in ꝓcliui, uirtutem in arduo, quemadmodum facile est a scopo aberrare, sed scopum attingere difficile est: subiungit:

Εὖλοι μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί. id est,
Est simplex uirtus, omnigenum uitium.

Extra fumum & undam.

ARISTOTELES eodem libro refert uersus Homericum ut uulgo decantatũ: Ὡς τ' ἐκ καπνοῦ καὶ κύματος ἐκ τοῦ ἔργε Νῆα, id est,
A fumo nauim simul atq. a fluctib. arce.

Aristoteles indicat esse uerba Calypsus adhortantis Vlyssem, ut neque nimium litori uicinus nauiget, fumum secutus, neque se profundo credat pelago, sed in medio secet uiam: quod ibi periculum sit a saxis & uadis, hic ab undis. Argyropylus autem interpres ea uerba tribuit Circe, quid secutus nescio.

Communis tamquam Sisapo.

PROVERBIALI schemate sine controuersia dictum est. M. Tullius Philippica secunda: Domum dico? Quid erat in terris ubi in tuo pedem poneres? præter unũ Misenum, quod cum sociis tamquam Sisaponem tenebas. Sẽfit Antonium Misenũ nõ habuisse vt veram possessionẽ, sed ut uenã redem-

redemptam ad quæstum. Plinius libro tri gesimotertio, capite septimo, docet nimiũ quod Græci μίλτον appellabant, nõnulli Cinnabar, apud priscos non tantum summo in pretio, sed etiam in magna religione fuisse. Nam festis diebus simulacra deorum minio oblinebantur, quemadmodũ & triumphantes, quod tamen Calba senex in se fieri passus nõ est, ut refert Corneli° Tacitus. Sisapo autem Beticæ oppidum est, olim Romanis uectigale, uenas habẽs miniarias. Neque enim temere Romã aliunde minium aduehebatur. Negat autem Plinius ullius rei Romanis fuisse diligentiorem custodiam. Neque. n. ibi fas erat perfici minimum, excoquique vbi nascebatur: uena signata ad dena milia fere pondo annua, Romæ lauabatur. In uendendo lex præscribebat pretij modum, ne in immensum excederet. Sed multis modis adulterabatur, unde inquit, pręda societati. Et mox de minio adulterino: Hoc ergo adulteratur in officinis sociorum. Ex his liquet eã regionem in multos socios fuisse diuisam, quemadmodum & hodie metalla argentaria auraria ve iuxta certos tractus à redemptoribus occupantur.

Modo palliatus, modo togatus.

IN hominem inconstantem ac lucubricæ fidei diuersarumq; partium elegant e torquebitur, ueluti si quis subinde mutato uitæ genere, cum Cidarim gestet theologicam, nunc cum paludamento militari incedat. M. Tullius Philippica quinta: Accipiet ne accusationẽ is qui quæstioni prę erit Græci iudicis, modo palliati, modo togati? Pallium Græcorum est, ut toga Romanorum: utraque tamen uestis pacis est, quemadmodum saga sunt belli.

Neque terræmotus timet, neque fluctus.

ARISTOTELES lib. Moraliũ Nicomachiorum 3. docens eos, qui non habitu uirtutis, sed immanitate quadam naturæ nihil omnino formidant, nequaquam appellandos esse fortes, sed μαινομένους καὶ ἀναλγήτους, hoc est, insanos & stupidos sensusq; expertes, εἴη δὲ ἰφ, ἀνὴρ μαινόμενος καὶ ἀνάλγητος, εἰ μηδὲν φοβοῖτο μήτε σεισμοὺς, μήτε κύματα καθάπερ φασὶ τοὺς κελτούς. i. Fuerit aũt quispiã insanus ac doloris sensu uacans, si nihil metuat, neque terræ concussione, neque fluctus, quemadmodũ de Celtis prædicant. Nihil enim horribilius mari cõmoto, terræ uero concussio uidetur inferorum ad superorum sedem eruptionem minitari: Tanta autem erat quarundam Galliæ Germaniæque gentium immanitas, ut nec his terrerentur, quę maxime sunt natura horrenda. Quod autem Aristoteles μανόμενον & ἀνάλγητον pro eodem usurpat, arbitramur huc respexisse Diogenem, qui rogatus quis ipsi uideretur Socrates, μανόμενος inquit, uidelicet, eo quod aduersus omnem corporis molestiã obduruerat, cũ alioqui esset omniũ iniuriarum tolerantissimus, nisi forte Diogenes hoc quoque stupori tribuebat nõ uitturi, quod ne colaphis quidẽ prouocari posset, ut uel tantillum excandescerent.

Campana superbia.

FOELICITATIS comes esse solet ferocia. Campaniam autem Italiæ quondam fuisse regionem longe beatissimam testantur, tum alii complures, tum Pli. lib. 3. c. 5. Hinc iquit fęlix illa Campania est, ab hoc sinu incipiunt uitiferi colles, & temulẽtia nobilis succo per omnes terras inclyto, atque vt veteres dixere, summũ Liberi patris cum Cerere certamen: & cætera quæ sequuntur, de fertilitate simul & amœnitate Campaniæ. Constat autem Capuam olim cum Roma de Principatu cõcertasse. Hinc Campana superbia, & Campana arrogãtia in prouerbium uenit. M. Tullius in oratione pro Rullo: Itaque illam Campanam arrogantiam, atque intolerandam ferociã, ratione & consilio maiores nostri, ad inertissimum ac desidiossimũ otium perduxerunt. Sic & crudelitatis infamiã effugerũt, quod urbem ex Italia pulcherrimam non sustulerunt, & multum in posterum prouiderũt, quod neruis urbis omnibus exectis urbem ipsam solutam ac debilitatam, reliquerunt. In eadem aliquanto post, Capuã domicilium superbiæ sedemq. luxuriæ uocat. Itaque electi coloni Capuæ in domicilio superbiæ atque in sedibus luxuriæ collocati. Quemadmodum i oratione habita in senatu post reditũ suum: Capuæ ne, inquit, te putabas, in qua urbe domicilium quondam superbię fuit, cõsulem esse, sicut eras eo tempore. Rursus in fragmento orationis contra eundem: Qui locus propter ubertatem agrorum, abundãtiamq. rerum

omnium superbiam & crudelitatem genuisse dicitur. Ac mox: Si luxuries Annibalem ipsum Capuæ corrupit, si superbia nata inibi esse, ex Campanorum fastidio dicitur. Titus item Liuius libro primæ Decad. 9. scribit Campanis ingenitam esse superbiam. Ad hæc Aulus Gell. lib. 11. c. 24. Næuianum epitaphium, quod in seipsum timidius prædicat, ait esse plenum Campanæ superbiæ. Opinamur autem Næuiũ fuisse Campanum. Ita quemadmodum olim omnem insignem perfidiam populi Punicam appellat, si cuiuslibet ferociam Campanam appellabat. At nunc de moribus gentis nihil dicemus.

Αὐτοβοᾶν.

ANTE retulimus prouerbium αὐτὸς αὐτὸν αὐλεῖ, i. ipse sui tibicen est. Huic simillimum est quod vnico verbo Græci dicũt αὐτοβοᾶν, si quis sua uoce seipsum prædicat, hoc est, ipse sui præconẽ agit. Solẽt enim præcones hominum uenalium artes ac dotes euulgare, quo magis emptorẽ irritarent. Ridiculum autem habetur, hominem sui præconem esse. Congruit cum eo qd alibi dixim⁹ οἰκόθεν ὁ μάρτυς. Prouerbium refertur apud Suidam. Simili figura dicũt Attici, αὐτοῖς ῥήμασιν ὀλόλοιο, vna cũ ipsis dictis pereas. & Aristophanes in Equitibus: τὴν παφλαγόνα αὐταῖσι βλαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοί, i. Paphlagonem ipsis cum consiliis perdãt dii. Et mox: αὐταῖς διαβολαῖς, id est, una cum ipsis calumnijs.

Sterilem fundum ne colas.

Στεῖρον ἀγρὸν μὴ ἀρεῖν, i. Agrum sterilem ne colas. Refertur inter leges Platonicas. Hoc ænigmate lex apud Platonem uerecunde deterret à venere mascula, si satis commeminimus. In octauo de Legib⁹, ait illos facere sementem in petras. Potest tamen ad alios vsus accommodari. Ne doceas indocilem, ne felicitatem quærasi diuitiis. Non enim pariunt homini beatitudinem. Plautus in Amphytrione. Nã uxorem usurariam perinde est præberier, ac si agrum sterilem sarriendum colloces.

Scarabeus citius faciet mel.

AD τὰ ἀδωάτων, classem pertinẽt, quę referũtur in Epigrammate Palladæ, Citiũ mel facit scarabeus aut lac culex.

Θᾶττον ποιήσει μέλι κάνθαρος ἢ γάλα κώνωψ. i.

Me l citius faciet scarabeus, & ante culex lac.

Terram uideo.

QVI molesti prolixiq; laboris finem ad esse significat dicere solet, γῆν ὁρῶ, id est, terram uideo. Sumptum à nauigantibus. Quinctus Curtius libro quarto. Haud secus quam profundum æquor ingressi terrã oculis requirunt. Plautus in Mercatore, Equidem iam me censebam esse in terra. M. Tullius ĩ oratione pro L. Murena, Qd si portu soluentibus, ij qui iam in portum ex alto inuehuntur, præcipere summo studio solent, & tempestatum rationẽ, & prædonum, & locorum: quod natura affert ut eis faueamus, qui eadem pericula quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur quo tãdem animo me esse oportet prope iam ex magna iactatione terram uidẽtem, in hũc, cui uideo maximas reipub. tempestates esse subeundas. Idem in Catone seniore: Quasi terram uideam: sentiens instare uitæ finem. Diogenes cum prolixum uolumen recitans tandem eo peruenisset, ut libri finem uideret, Bene habet, inquit amici, γῆν ὁρῶ, id est, terram uideo.

Incantatione quauis efficacius.

Πάτης ἐπῳδῆς ἐνεργότερον, i. Quauis incantatione efficacius. Priscis persuasum erat prodigiosam inesse uim uocibus incãtatorum. Plato in epistola ad Hermiam, Erastũ, & Coriscum: οἶμαι γὰρ δικῇ τε καὶ αἰδεῖ τοὺς παρ' ἡμῶν ἐντεῦθεν ἐλθόντας λόγους ἐπῳδῆς ἡσιν μᾶλλον ἂν συμφῦσαι καὶ σωδῆσαι πάλιν εἰς τὴν προπάρχουσαν φιλότητά τε καὶ κοινωνίαν, i. Arbitror. n. sermones hinc à nobis profectos, iustitia ac pudore uos quauis incantatione magis cõciliaturos ac redacturos in pristinam concordiam.

Inuidus uicini oculus.

ALICLYTVS Eucymoni. δυσμενὴς γὰρ καὶ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμός, φυσὶν ἡ παροιμία, i. Maleuolus & inuidus uicinorũ oculus, inquit prouerbiũ. Respexit, ad Hesiodiũ dictũ de figulo cantore, & uicino, quod alibi retulimus. Sic Ouidius:

Fertilior seges est alieno semper in agro,
Vicinumq; pecus grandius uber habet.

Eodem

Eadem collyrio mederi omnibus.

LEGES, admonitiones & obiurgationes non oportet omnibus easdem admouere, sed pro gentium temporum & ingeniorum uarietate sermonẽ attemperare. Hanc dexteritatem B. Hieronymus enarrans epistolam ad Ephesios, laudat in Apostolo Paulo, q factus est omnia omnibus ut omnes lucrifaceret. Verba Hieronymi citãtur dist. 29. Nec ad instar, inquit, imperiti medici uno collyrio omnium oculos vult curare. Alibi retulimus ex Galeno: Eundem calceum omni pedi inducere.

Funditus, radicitus &c.

QVOD prorsus ac citra spem instaurationis perditur, funditus ac radicitus tolli dicitur, quorum alterum sumptum est ab ædificio, cũ æquatur solo, alterum ab arboribus, cum non solum amputantur rami, uerum etiam ipsa stirps inciditur, aut una cũ radicibus tollitur. Acinetus Phęblanæ exprobrans amicæ, quod ab ea rebus omnibus exutus iam fastidiretur, ὅτως, inquit, ὅλον μὲ αὐτὴ χῇ τὴν παροιμίαν ἀναπέφασα δὴ λαδεῖν ἐπὶ ὠγκάσας, idest, Sic ubi me iuxta prouerbium totum subuertisti, insuper & in seruitutem redegisti. Plautus in Trinummo: Qui illius sapientiam & meam fidelitatem, & celata omnia pene ille ignauus funditus pessundedit. Idem in Mustellaria pro eodem dixit, cum fundamẽto. Non uideor mihi sarcire posse ædes meas, quin totę perpetuo ruant, quin cum fundamẽto perierint, nec quisquam esse auxilio queat. Quod nos dicimus radicitus siue à stirpe, Græci dicunt ἐκπεριζειν, quasi dicas extirpare. Quo uerbo usus est Cic. libello de fato: Extirpari aũt & funditus tolli ut is ipse &c. Idẽ p Sexto Roscio Amerino: Et ex eo Titus Roscius, non paullulum nescio quid in rẽ suã conuertit, sed hũc funditus euertit. Idẽ in Verrem lib. 4. Nã me dies, uox, latera deficient, si hoc hũc uociferari uelim quã miserum indignumque sit istius nomine apud eos diem festũ esse qui sese istius opera funditus extinctos esse arbitrantur. Rursus in eundem lib. 5. Labefactarat enim uehemẽter aratores iam superior annus: proximus uero funditus euerterat. Idẽ pro domo sua ad pontifices: Et funditus euerteres ciuitatem. In eadem, ut eius qui perniciosa Reipub. consilia cępisset, omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. Item in epist. ad Q. fratrem prima: Sin autem omnibus in rebus obsequemur funditus eos perire patiemur. Rursus ad eũdem: Remp. funditus amisimus. Item in eadem: Vides ne me non radicitus euellere omnes actiones tuas? Multum accedet gratiæ, si ad animum delectatur: ueluti si quis dicat ambitionem, auaritiam, ac libidinẽ, funditus ac radicitus ex animo reuellendã.

Myconiorum more.

Μυκονίων δίκῃ, i. Myconiorum more dicebantur ad conuiuium accedere, qui vltro uenirent non uocati. Myconus vna cycladum est: ipsa gens ob rerum inopiã cogebatur sese conuiuijs ingerere: unde iocus prouerbialis. Apud Athenęum Archilochus lacerat Periclem, quod inuocatus irrueret in cõuiuia, μυκονίων δίκᾳ, quẽ iocum & alibi retulimus. Myconiorũ morum uestigia uideas & hodie in quibusdã Hybernis, qua de re quidam olim fabulam non illepidam recitauit, immo non fabulam, sed rem ipso teste gestam. Hybernus quidam ignotus, ingressus aulam principis tempore prandij, non inuitatus accubuit mensę regiorum satellitum. Qui uidentes autem peregrinam, rogarunt cuias esset, professus est patriam, rogarunt num quod officium haberet in aula, nullum inquit, sed habere cupio. Illi demirantes hominis impudentiam, iusserunt surgere atque abire, hoc inquit faciam, pransus; quid multis? Vicit improbitate, nec locum in acie deseruit Hybernus. Tandem ira uersa in risum, rogarunt hominem qua tandem frõte ausus esset ignotus, & alienus sese in regiam familiam ingerere. Quoniam, inquit, sciebam regem satis esse diuitem ad dandum mihi prandium.

Solem adiuuare facibus.

ALIO QVI retulimus τὸ φῶς ἡλίῳ δᾴδιζεις. Huic simillimũ est, qd refert Gratian⁹ ex Anacleto Papa, Caussa. 6. q. prima, ĩ eos qui hic vsurpant sibi diuinum iudiciũ, qd nullus hominum poterit effugere. Nã incerta sunt hominum iudicia, neq; secus sese habẽt ad iudicia dei, quàm fax ad solem. Si omnia, inquit, in hoc sæculo uendicata essent, locũ diuina iudicia nõ hẽrent. Supnacuis,

uacuis, laborat impendijs, qui solem certat facibus adiuuare &c. Quamquam in libris vulgaribus librarij pro facibus deprauarāt fascibus.

Censoria virgula.

TRITISSIMVM est apud eruditos, Censoriam uirgam appellare iudicandi auctoritatē, pręsertim cum supercilio, à magistratu Romano sumptū. Cuius formæ est quod ait Beatus Hieronymus in dialogo aduersus Luciferianos: Nemo potest CHRISTI palmam sibi assumere, nemo ante diem iudicij de hominibus iudicare. Videtur autē Hieronymus allusisse ad caput Deuteronomij 25. ubi iustitiæ palma dicitur, quæ à iudicibus tradebatur ei qui probasset suā innocentiam, caussamque uicisset.

Trochi in morem.

Βεμβίκος δίκλω, i. Trochi in morem, de uersatilibus, & inconstantibus dici solitū. Est enim bembix trochus quem pueri flagello circumagunt. Suidas citat ex Aristophane, βεμβίκος ὁ δὲν διαφέρειν δεῖ, i. non oportet quidq̄ à trocho differre. Locus is est, in Auibus. Hesychius dictum putat in eum, qui in fuga non tenuerit rectā uiam, sed in orbem fuerit circumactus. Bembix aūt magno impetu mouetur, sed in orbem, ut fugiens nō effugiat. Simili tropo stultorum inconstantiā notat Sirach. ille sapiens Hebræus, capite 33. Præcordia fatui quasi rota curri, & quasi axis uersatilis cogitatus illius. Apud Plautum interdum dicit aliquis trocho aut rota figuli versatilior.

Præstat canem irritare quam animum.

REFERTVR ex Menandro.

Πολὺ χεῖρον ἐστὶν ἐρετίσαι γραῦν κοῦφα. i.

Irritabile enim ac uindex mulierum genus, partim ob rationis inopiam, partim ob animi humilitatem. Nam ueræ magnanimitatis est quasdam iniurias neglige re, neq; quosuis homines dignari ira sua. Est autem formidabile animal mulier cū ad sexus uitium accedit senectus. Canis irritatus tantum oblatrat, interdum & mordet: at aniculæ præter linguæ venenum, interdum instructæ sunt malis artibus venefijs & incantamentis. Itaque nonnulli ingenti suo malo experti sunt esse uerissimum, quod dixit Menander.

Pecuniosus damnari non potest.

M. TVLLIVS in Verrem actione secunda, ait hoc omnium sermone percrebuisse, non apud Romanos tantum, verum etiam apud exteras nationes, in iudicij illorum temporum pecuniosum, quamuis sit nocens, neminem posse damnari. Et in eundē oratione tertia: Reus est enim, inquit, nocentissimus. Qui si condemnatur, desinent homines dicere, his iudicijs pecuniam plurimum posse. Sin absoluitur, desinemus nos de Iudicijs transferendis recusare. Huic affine qd aliquoties reperitur apud Sallustium in bello Iugurthino, Romæ esse venalia omnia.

Inter manum & mentum.

FESTVS Pompeius indicat esse prouerbium apud Latinos, sed ex illo Græco dictum: πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. Cuius originem ita refert: cum Chalcas vitem sereret, quidam augur vicinus præteriens, dixit illum errare. Non enim ei fas esse nouum vinum degustare. Tantum colligere licuit e fragmentis, quæ nobis quorundam stoliditas superesse voluit ex auctore undiquaq; doctissimo. Prouerbium admonet in hominum uita nihil esse certi. Nam sæpenumero fit, vt quod nos maxime tenere credimus, casus aliquis inopinatus interuertat. Veluti cum quis manu tenet poculum, minimumque spacij sit inter manum & mentum, tamen interdum fit, vt is moriatur antequam bibat. Hoc prouerbiū varijs modis effertur, eiusque originem alij aliter prodiderunt, de quibus satis opinamur dictum est in prouerbio. Multa cadunt inter calicem supremaq; labra. Hic ideo retulimus quod alijs verbis commemoretur à Festo, in quibus non nihil est gratiæ ex prosonomasia: Manum & mentum.

Colophonium calciamentum.

Κολοφώνειον σκύδημα, i. Colophonium calciamentum dicebatur cauum. Nam antiqui fere soleis vtebantur, quæ infimā pedum partem tantum munirent. Vnde quadrabit in hominem stolidum & incōpositū, & rusticanū per lutum ituris conuenit tale calciamētum. Venuste itaq; dixeris, in sordidis auctoribus versaturo opus esse calceis Colophonijs. Huic cōtrarium vt calciamentum

ciamentum Sycionium, cui cognomen inditum à Sicyone ciuitate Peloponnesi, vt iudicat Stephanus, atq. etiam Sextus Pōpeius Festus, neuter tamen indicat usum adagij. M. Tullius indicat Sicyonios calceos fuisse perbellos, sed aptiores fęminis & effeminatis, quam uiris. M. Tullij verba subscribemus: Quin etiam cum & scriptā orationē desertus orator Lysias attulisset ad Socratem, quam si uideretur edisceret, ac pro se in iudicio uteretur non inuitus legit, & commode scriptam esse dixit. Sed inquit, ut si mihi calceos Sicyonios attulisses nō uterer, quāuis essent habiles & apti ad pedes, quia non essent uiriles: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam uideri, fortem & uirilem non uideri.

Manduces.

MANDVCES dicebantur, vehementer famelici, aut qui, minis inanibus terrorem incuterent. Festus Pompeius tradit in pōpis olim inter cæteras ridiculas ac formidolosas imagines ire solere effigiē, magnis malis, late dehiscente rictu, & ingentē dentibus sonitum facientem. Eam manducem appellabant. Apud Plautum in Rudentibus, ita loquitur Charmides parasitus: Quid si aliquo ad ludos pro manduce me locem, quapropter? quia pol clare crepito dentibus. Enatarat parasitus è naufragio, totusque horrebat præ frigore. Vnde paullo post dicit se omnia corusca loqui. Aut de hac, aut de simili effigie sentire videtur Martialis cum ait:

Sum figuli lusus, rusi persona Batui.
Quæ tu derides, hæc timet ora puer.

Hoc genus imaginum Græci uocāt μορμολύκια, quod lupina specie terrent pueros, ut à plorando desisterent.

Vbi tu Caius, ibi ego Caia.

PLVTARCHVS in Problematibus Romanis, quærit unde mos ille natus sit, ut qui sponsam ad sponsum deducerent iuberent illam hęc verba profari, ὅπου σὺ Γάιος ἐγὼ Γαΐα, id est, Vbi tu Caius, ego Caia. Dubitatq; an prisci uoluerint sponsam his uerbis depacisci cum sponso, ut inter ipsos omnia essent communia, pariterque imperarent in familia, quasi diceret, ut tu dominus domus & auctor, ita ego domina domus atque hera. Forma sermonis sumpta uidetur a iurisconsultis, qui pro quibusuis nominibus ponunt C. Seium & L. Titiū, quemadmodum philosophi Dionem ac Theonem. Vnde & illud prouerbium, quod alibi citauimus ex Varrone. Idem Actij, quod Titij, cum par duorum ius significatur. An potius ominis caussa Caia nominetur, quod fuerit quædam Caia Cecilia, mulier cum eleganti forma tum probatissimis moribus, antea dicta Tanāquilque nupsit uni è filiis Tarquinii, uidelicet Tarquinio Prisco. Huic Caiæ Romani posuerunt statuam æream in templo Sāci. Sic enim scribit Plutarc. ἐν τῷ τῶ σάγκτε ἱερῷ. Is erat Deus olim hoc nomine cult apud Romanos, unus è numero duodecim selectorum. Ibidem antiquitus erant reposita illius sandalia & colus, quorum illa testabantur eam domi manentem familię curam habuisse, hac industriam significabat, quod muliebres operas diligenter obierit, lanificii studiosa. Huius itaq. nominis mentio sponsam admonebat, ut talis esset suo marito, qualis Caia Cecilia fuerat suo. Inter priscas nuptiarum ceremonias seruabatur, & illud quod inauspicatum habebatur, uel sponsum, uel sponsam propriis appellare nominibus. Quin & in hodiernum usque diem obseruatur, ut sponsa relicto cognomento gentilitio transeat ad cognomen uiri, ut Hectoris Andromache. Prouerbium è coniugio natum inter coniuges maneat, nisi quod potest & ad sororem fratremque accommodari.

Rumor publicus non omnium frustra est.

CARMEN Hesiodi celebratissimū citat Aristoteles libro Moralium Nicomach. 7.

Φήμη δ' ὅτοι πάμπαν ἀπόλλυται οὐ τινα λαοί

Πολλοὶ φημίζωσιν, i.

Haud quaquam in totum rumor perit ille, per ora
Qui uolitat populis compluribus.

Philosophus hunc uersiculum adducit uelut argumentum probabile uoluptatem esse summum bonum, quod eam & homines expetant & bruta animantia.

Quadratus homo.

ARISTOTELES moralium Nicomachiorum 1. disputans aduersus eos, qui fęlicitatem hominis bonis externis definiunt, quæ fortunæ arbitrio dantur simul & eripiuntur, dicit ad hanc rationem fęlicem,

Chamęleontē quempiam induci, ut qui sub indemutatis rebus nunc fęlix sit nunc infęlix, quemadmodum Chamęleon ad speciē rerū quibus admouetur, mutat colorem, cum vera fęlicitas prēcipue sita sit in bonis animi. Vnde colligit, qui vere beatus sit nihil obstare, quo minus per oēm vitā sit beatus, ac subijcit: ἀεὶ γὰρ ἢ μάλιστα πάντως πράξει καὶ θεωρήσει τὰ κατ' ἀρετὴν, καὶ τὰς τύχας οἴσει κάλλιστα καὶ πάντῃ πάντως ἐμμελῶς, οὐ γὰρ ἁπλῶς ἀγαθὸς καὶ τετράγωνος ἄνευ ψόγου, i. Semper. n. aut q̄ maxime, omnino faciet & contēplabitur q̄ sunt uirtutis: ac fortuna casus optime feret, ac prorsus omni ex parte modulate, is sane qui uere bonus est & quadrangulus, carens omni uitio. Libro Rhetoricorū 3. meminit huius dicti inter genera metaphorarum. Hæc autem figura in quamcunque partem uoluantur, sui similis est. Ita sapiens quemcunque inciderit fortuna, nō mutat animum. Venustius erit, si uiri fortis animum nec ullis fortunæ casibus labefactabilem dicamus τετράγωνον.

Merces constituatur.

Plvtarchvs i vita Thesei tradit fuisse quendam Pittheum auum Thesei maternum, a quo Hippolytus ille pudicus fuerit institutus. Is gnomologiis, quæ tum tēporis prēcipua habebatur sapientia, clarus erat.

Ex eius sententiis hanc unam fuisse ferunt.

Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔσω, i.

Æqua ui tu merces fac pstituatur amico.

Aristoteles nono Moraliū Nicomachiorum, narrat Protagoram cum nemine discipulorum solere pacisci, uerum ubi iam didicissent quæ uolebant, iussit ipsos dispicere, quanti æstimarent ea quæ didicerant, & quidquid ab illis dabatur accipiebat. Hoc animo qui sunt, iis in hoc genere commerciorū putat esse satis Pitthei præceptum, qui iubet amico uiro statui mercedem iustam & æquam. Benē haberet, si medici quoq; nihil paciscerentur, sed ægro leuato acciperent quod daretur. Nam quod Aristoteles inibi refert de quibusdā sophistis, qui neminem recipiebant in disciplinam, nisi numerata mercede, mox acceptis nummis non præstabant quod erant polliciti: uidemus interdum fieri a chirurgis ac medicis malæ fidei: ac fere comperiūtur esse impostores, qui stipulantur ingens præmium, nec admouent manum, nisi aut tota summa, aut maxima pars statim numeretur.

A bonis bona disce.

Aristoteles Moralium Nichomachiorum 9. ostendens uirtutem optime disci conuictu bonorum, quod amici se mutuo corrigunt si quid erratum est, & se se uicissim ad honestas excitār actiones, citat carmen veluti notum. ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ. Versus autem est Theognidis, cuius meminit Xenophon in commentario de dictis ac factis Socratis. Aiebat enim inter unguenta nullum oleum melius olere, quam quo ungebantur athletę, Amaracinum & foliatum fęminis esset relinquenda. Rogatus quid deceret olere se nes, respondit probitatem. Dein rogatus ubi hoc unguentum uenderetur, Theognidis hemistichio respondet. Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ διδάξεαι, i. Qui bonus est, ab eo bona discito.

Itidem & noster. γνωμογράφος,

Disce, sed a doctis.

Asinus stramenta mauult quam aurum.

Aristoteles lib. Moralium Nicomachiorum 10. disputans non eandem omnibus esse uoluptatem, cū aliis rebus delectetur canis, alijs equus, aliis homo, citat Heraclitū qui dixerit: ὄνος συρμάτων ἂν ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσὸν, ἡδίον γὰρ χρυσῷ τροφὴ ὄνοις, i. Asinos stramenta malle quā aurum, quod asinis pabulum auro sit iucūdius. Atque hac quidem in parte asini plus sapiunt quam homines. Ille rem æstimant usu, nos inutilibus atque etiam noxiis rebus ex animi persuasione ingentia statuimus precia. Notus est apologus de gallo qui gemmam in sterquilinio repertam cōtempsit. Gallus enim mauult putre granū, q̄ margaritū aut adamantem. Ita qui uentris sunt mancipia, compotationem temulentam omnibus disciplinis liberalibus anteponunt.

Iocandum ut seria agas.

Eodem lib. refert sententiam Anacharsidis, qui taxarit eos qui seria agunt vt iocētur, cū iocus in hoc interdum admittendus sit ut seriis rebus uacare liceat. Velut q̄ per omnē uitam magnis laboribus hoc agunt,

agunt, ut fiant boni saltatores, aut egregii tibicines. Aristotelis uerba sunt hæc: σπουδάζειν δὲ καὶ πονεῖν παιδιᾶς χάριν, ἥλιθιον φαίνεται καὶ λίαν παιδικὸν παίζειν ὃ δ' αὐτὸς σπουδάζων καὶ ἀνάχαρσιν ὀρθῶς ἔχειν δοκεῖ, i. Studere uero ac laborare iucundi gratia, stolidum uidetur. atq; admodum puerile. Ac ludere ut agas seria, iuxta Anacharsidis sententiā recte uidet habere.

Cyclopum more.

In eodem rursus lib. Cylopicam uitam appellabat, ubi nullis publicis legibus uiuitur, sed quisquis suo arbitratu res gerit: ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι πόλεων ἀξιοῦται περὶ τῶν τοιούτων, καὶ οὗ ἕκαστος ὡς βούλεται, κυκλωπικῶς θεμιστεύων παίδων καὶ ἀλόχων, id est, In cæteris autem ciuitatibus super his, hoc est educatione liberorum, nulla est habita cura, sed quisque uiuit ut uult, Cyclopū ritu de liberis & uxore fas nefasq; statuēs. Cyclopes. n. sparsim habitare feruntur in montibus, nulla specie uitæ ciuilis, sed in suo quisq; antro facit qd̄ lubet. Nē religio quidē apud illos ulla. κύκλωψ ὅλος alibi nobis dictus est.

In leporinis.

Ἐν λαγῴοις, id est, In leporinis carnibus uiuere dicebantur, qui laute atque in deliciis uitam agebant. Nam leporinam olim in deliciis habitam declarat Martialis:

Inter aues turdus siquis me iudice certet;
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Attestatur & prouerbiū, tute lepus es, & pulpamentum quæris. Aristophanes in Vespis. Sunt, inquit, mille ciuitates, quæ nunc nobis tributum soluunt. Harum uniuique si quis imperet ut uiginti alat uiros:

Δύο μυριάδες τῶν δημωτικῶν ἔζων ἐν πᾶσι λαλῴοις
Καὶ σεφάνοισιν παντοδαποῖσιν, καὶ πύῳ καὶ πυαρίτῃ, i.

Viginti milia populorum uiuerent in omnibus leporinis omnigenisq; coronis: & pyo, & pyarite. Πύον autē Græci uocāt lac, quod animal primum reddit a partu, & pyariten hinc factam decoctionem. Interpres citat carmen ex Homero ni fallimur:

Πύον δαινύμενοι κ' ἐμπιπλάμενοι πυαρίτῳ. id est,

Epulentas pyo, & explentes sese pyarite.

Rursus Aristophanes in equitibus, cum Cleon & aduersarius certatim promittunt lautissimas epulas populo: multis deliciarum generibus nominatis, promittunt & leporinæ carnes, quasi summæ exquisitæque deliciæ.

Matrem sequimini porci.

Ἑπεσθε μητρὶ χοῖροι, id est, Post matrem adesse porci. Id rursus repetitur apud Aristophanem in Pluto. Interpres admonet iocum esse prouerbialem in stupidos, & indoctos. Sus enim Mineruæ opponitur iuxta prouerbium. Veluti si quis diceret indocti præceptoris indoctus discipulus, ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι. Quadrabit & in gulæ uentrique deditos.

Aristyli more.

In eodem in loco: σὺ δ' ἀρίστυλλος ἀπογάστων ἐρεῖς. Tu uero Aristylus subhians dices. Interpres admonet Aristyllū fuisse pontam deformem ore semper hiante. Quem obiter taxat Aristophanes, cuius & meminit ἐν ἐκκλησιαζούσαις, Tragicū autem est & histrionicum, ore nimium diducto loqui. At nobis uidetur magis taxatus Aristylus, quod ore paullulum diducto loqueretur, ut uox magna ex parte pediret per nares stridula, qualis est porcorum, quod uitium in quorundam pronuntiatione cantuque uidemus.

Citeria.

Citeriae conuitium in homines impēdio loquaces olim iactatum est. Cato in M. Cælium: Quid ego dicerem amplius, quem deniq. credo, in pompam uectitatū iri ludis pro Citeria, atq. spectatoribus sermocinaturum. Festus Pompeius admonet, Citeriam dictam fuisse quandam effigiem argutam ac loquacem, quæ ridiculi gratia in pompis uehi soleat crepitum & strepitū assidue edens. Nunc in pompis non circū fertur Citeria, sed multi Citerias habent domi, factitiis illis multo magis obstreperas.

Ostrei in morem hæret.

Ὥσπερ λεπὰς προσίχεται, i. Ostrei siue cōchylij in morē adhęret. Aristophane, dixit in anum quę egre à iuuene diuellebat, Ὡς δ' τόνως ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τὸ γραΐδιον. Ὥσπερ λεπὰς τοῦ μειρακίου προσίχεται, i. O Iuppiter, quam fortiter conchę modo, Ist hæc anicula adhæret adolescentulo.

Est

Est concharum genus quod capillamẽtis quibusdam inter se coheret, quo tutius sit aduersus undarum motus.

Hodie nihil succedit.

PLAVTVS Amphytrio in sui nominis fabula citat adagii titulo: nihil est, ut dici solet, quod hodie bene succedat mihi. Alludit autẽ ad uulgi superstitionem, cui quidam dies credebantur rebus gerẽdis auspicati, quidam infęlices: Quod si unũ atq. alterũ parum successit ex sentẽtia hinc æstimantes totum diẽ, dicunt, hodie nihil succedet, & ab omnibus negotiis abstinent.

Nec currimus, nec remigamus.

ARISTOPHANES ἐν ἐκκλησιαζούσαις, facit mulieres hoc molientes ut occupẽt Rempub. quod hactenus ab omni functione submotæ nihil egerint:

Νῶῦ γὰρ οὔτε θέομμ, οὔτ' ἐλαυνόμμ, i. Neq. currimus nũc, nec iuuamur remige.

Metaphora sumpta est a nautis ad Reip. gubernationem. Nautæ currere dicũtur, cum uẽti sunt secundi, ἐλαύνειν, cum desti tuti uentis remigio nauim impellunt, qui cursus dicitur secũdarius ὁ δ' ἕτερος πλοῦς. Sentiunt se nec pace, nec bello ad ulla vocari munia. Apte torquebitur & in illos, qui frustra conantes nihil proficiunt, videlicet aduersante fortuna.

Vt luti baiuli.

Ὥσπερ πηλοφοροῦντες, i. Vt lutum baiulantes. Apud Aristoph. in Concionatricibus quæruntur fęminæ, populum Athenienſem non conuenire ad cõcionem, nisi dato singulis obolo, cũ ante suo uictu consultarent de Reip. πηλοφορίαν autẽ posuit pro omnium quæstuariarum artium sordidissima. Apte torquebitur in eo qui functionibus honestis ad abiectum quæstum abutuntur.

Tam multa quam sapiens.

ARISTOTELES lib. Rhet. 3. admonens ne orator nimium crebris enthymematibus utatur, sed tantũ intermisceat, subijcit hoc carmen Homeri, ni fallimur, ceu uulgo iactatum:

Ὦ φίλ' ἐπὶ τόσα εἰπὲς, ὅσ' ἂν πεπνυμένος ἀνὴρ.

Quando quidem nobis tã multa locutus amice es?

Quam multa prudens uir diceret atq. peritus.

Conueniet in hominem multa loquẽtem potius quam opportuna. τόσα, inquit Aristoteles: ἀλλ' οὐ τοιαῦτα, i. tam multa, at non talia. Neque enim perinde refert quã multa loquamur, sed quam ad rem facientia. Quemadmodum philosophus quidam dixit, non eos: pro doctis habẽdos qui multa didicissent, sed qui utilia.

Hoc iam & sciunt.

IDEM aliquanto post disserẽs quod in consultationibus apud populũ dicere multo sit difficilius quã in iudiciis caussas agere, eo quod qui suadet, de futuris loquit, qui accusat aut defendit de ꝓteritis, & ad hæc legem habet pro fundamẽto, quo habito facile est reperire demonstrationem: Subiungit Epimenidis Cretẽsis sententiã ὁ ὅπερ νῦν ἤδη καὶ μάντεις, i. quod, videlicet factum, sciri iã potest à diuinis. Addit Epimenidẽ solere nõ de futuris, quę sciri non possunt, sed de præteritis uaticinari, uerum occultis. Nam est hoc quoddam diuinandi genus. Apte torquebitur iocus in rem tãdem compartam, quẽdiu fefellerat.

Naui nummi.

Ex Plauto apparet non esse nouum, publicã monetam in singulos annos cudi deteriorem. Sic enim præfatur in Cassina.

Qui utuntur vino vetere sapienter puto,
Et qui libenter ueteres spectant fabulas.
Antiqua enim opera & uerba cum vobis placent,
Æquum placere est ante veteres fabulas.
Nam nunc nouæ quę prodeũt comędię,
Multo sunt nequiores, quàm nũmi noui.

Θράττειν.

DICTVM est a nobis ĩ superioribus κρητίζειν, abijsse in prouerbium fraudulẽtiæ. Idem obscurius indicatur per θράττειν, q̃ uox Græcis significat turbare aut molestũ esse. Quod si respicias ad θράτταις quę sunt ancillę Thracię, significat decipere, & Thracijs dolis tractare. Theodorus de Nicone Citharędo dixit, θράττεσε. Nicon autem erat Thrax. Hoc si nescias, dictum amittit gratiam. Refert Aristot. lib. Rhetor. Arbitramur huc allusisse Aristophanẽ in Equitibus, ubi Nicias iussus audacter eloqui quod

quod haberet, respõdit: ἀλλ' οὐκ ἔχει μοι τὸ θρέττε, interpres admonet θρέττε barbaricã esse uocem, quæ fiduciam significet, & ad audendum animet, quasi quis dicat sume Thracum audaciam.

Neque dicta neque facta.

Μήτε δεδραμένα μήτε εἰρημένα. Non dubiũ quin prouerbiali schemate vehemẽter falsa dicamus, neque dicta neque facta. Quod genus illud, neque scriptum neque dictum. Nam de ueris mendacio mixtis dicimus facta atque infecta. Aristophanes in Cõcionatricibus: ἀλλὰ πέραινε μόνον, μήτε δεδραμένα, μήτ' εἰρημένα πῶ πρότερον. Age perora tantum, neq; facta neq; dicta umquã prius. Comicus ioco monet ut oĩa noua dicat quod uetera cũ fastidio audiantur. Egregie uero nouum sit oportet, quod neque dictum est antea neque factum M. Tullius in orationibus frequenter nouo more factum, ait cuius nullum umquam extitit exemplum.

Saluete equorum filiæ.

APPARET ioco vulgari fuisse iactatum, in eos qui emolumenti gratia blandiuntur. Refert Aristoteles lib. Rhet. tertio. In certamine mulorum cum is qui vicerat dixisset exile precium pro carmine, Simonides recusauit, indignans mulos celebrari suo poemate, uerum ubi uictor dedisset satis magnum pręmium, carmen tale fecit:

Χαίρετ' ἀελλοπόδων θυγατέρες ἵππων. i.
Saluetote uolucri pedum soboles equorum.

Siluit enim quod essent ex asinis quoq; nati, & quod honestius erat expressit, equorum filias appellans.

Mithragyrtes, non daduchus.

Is qui in functione quapiam sordidas contemptasq; partes agit, Mithragyrtes dicetur, daduchus esse negabitur. Eoq; iphicrates. Calliam μιθραγύρτιον ὄ δαδοῦχον appellabat. Significans illũ non fuisse initiatum sacris, sed tamen velle videri. Mithras apud Persas sol dicitur, quẽ illi deorum summum iudicant. Vnde Mithragyrtæ dici videntur, qui obambulant cum simulatis mysterijs, ac rudibus imponunt. Nam hoc genus hominum & olim fuisse declarat Apuleius.

Sibi parat malum qui alteri parat.

VERSICVLVM hunc Aristot. Rhet. 3. citat titulo Democriti Chij.

Οὐτ' αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων. idest,

Ipse sibi mala cudit quisque alij mala cudens.

Nemo potest alterum iniuria afficere, nisi prius lædat seipsum. Qui alium fraudat pecunia, seipsum spoliat bona mente, grauius seipsum lædit quam alterum, uerissime itaque dictum est: Ipsus se lædit, alium qui lædere quærit.

Trabem baiulans.

ARISTOTELES lib. Rhetoricorum tertio disputans de quibusdam uerbis quæ nõ habent gratiam, nisi pronuntiatione gestuque adiuuentur, alioqui, inquit: γίγεται ὁ τὸ δοκὸν φέρων, i. fit ille trabem gestans. Id accidit in dictionibus, præsertim nominibus proprijs ac pronominibus, & vocibus crebro repetitijs, quæ tacitam habent Emphasim: Vt Thersites contemnit Achillẽ: Et tu me asinũ vocas? Similiter & in asyndetis, ut: veni, vidi, vici. Et si qua sunt similia, quæ sine commendatione actionis non habent eandem gratiam. Quod genus Terentianum illud: Exclusit, reuocat, redeam? Et mox: Ego ne illam? quæ illum? quæ me, quæ non. Sine modo. Rursus illud in Adelphis: Storax, non redijt hac nocte Æschinus à cęna. Storax enim uocantis uox est, & ob id clarius pronunciandа, reliqua secum loquitur. Nihil addubitamus quin assumptum sit ex fabula quapiam. Nam ὁ τὸ δοκὸν φέρων, finis est iambici trimetrij. Qui trabe onustus est, non est idoneus ad gesticulationem, sed oneri sese accommodet oportet. Talis opinamur persona risus gratia alicubi producta fuerat in comœdia. Interdum inducuntur σκευοφόροι gestantes sarcinas. Cuiusmodi sunt quibus dicitur in Andria. Vos isthæc intro auferte. Et in Hecyra Sosia: Tales aut nihil dicunt, aut gestu non respondent pronunciationi. Vide, num Aristoteles sentiat de Athlantibus, qui trabibus ædificium sustinentibus supponi solẽt. Videntur enim laborare, cum nihil agant. Actio autem quasi vita est orationis. Vitæ indicium est motus. Tale quiddam in tragœdijs erat δορυφόρημα, tantũ adstabat, nihil

hil agés. Et fortassis pro ὁ δοκὸν φέρων scriptum erat, ὁ δορυφορῶν, sed nihil pronunciamus. Excutiant eruditi.

Quæ quis ipse facit.

ARISTOTELES Rhetoricorum lib. 2. disputans affectibus, refert hoc dictum ut uulgo iactatum: ἃ γάρ τις αὐτὸς ποιεῖ, ταῦτα λέγεται τοῖς πέλας μὴ νεμεσᾶν. i. Nam quæ quis ipse facit, hæc dicitur vicinis non vertere vitio. Conuenit cum illo Terẽtiano: Homine imperito nil quidque est iniustius, qui nihil nisi quod ipse facit rectum putat. Sunt enim qui damnant, q̃d quid ipsi non possunt assequi.

Cognati mouet inuidiam.

ARISTOTELES eodem libro docens inuidiam oriri erga uicina & cognata: nullus enim inuidet olim defunctis, aut diuersi generis, aut immenso interuallo superioribus, inferioribusve: adducit huius uersiculi testimonium:

Τὸ συγγενὲς γὰρ καὶ φθονεῖν ἐπίσαται, i. Etenim inuidere nouit ipsa affinitas.

Vnde qui eo altitudinis processerũt, ut inuidiam gloria superarint, extra omnem aleam, extraq; inuidiæ tela esse dicuntur.

Sapiens non eget.

IBIDEM inter sententias refert hoc carmen:

Χρὴ δ' ἄποτ' ὀσίς ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνήρ, i. Haud umquam eget qui mente sana est præditus.

Siue quod magnæ sint opes habere bonam mentem, siue quod sapienti facile est diuescere si uelit. Velut Aristippus eiectus naufragio repetit a quibus humaniter exciperetur. Idem cum Dionysius talentum petenti diceret, Nonne docebas sapientem non egere? Da, inquit, & respondebo. Dedit rex, ac mox exegit responsum. Tum Aristippus, nonne uerum dixi sapientem non egere?

Lecythum habet in malis.

Ἔχειν λήκυθον πρὸς ταῖς γνάθοις, idest, Lecythum habere ad malas, tectũ & ænigmaticum conuitium est in anus quę rugas illitis pigmentis dissimulant. Qualis erat Phrynæ meretrix, iam uetula, nec tamen a quæstu recedens. Aristophanes in Concionatricibus:

Φρυνίον ἔχουσαν λήκυθον πρὸς ταῖς γνάθοις, i.

Phrinen gerentem Lecythum iuxta genas.

Lecythum appellat uasculum unguentarium unde fucatur facies. Eadem solita est dicere, multos bibere fecem ob uini nobilitatem, quod ad illam ἔρρον, propter scorti celebre nomen commearent amantes, quo gloriari possent sibi cum Phryne fuisse rem.

Piscis eget sale.

Ἰχθὺς δεῖται ἁλός, i. Piscis eget sale. De re absurda & incredibili. Nec n. uerisimile est, pisces in mari agẽtes opus habere sale. Hoc uidet a populo reclamatũ Androcli Pitesi, cũ legem quandã reprehendens dixisset: δεόνται οἱ νόμοι νόμου διορθώσοντος, i. Egent leges lege correctrice. καὶ γὰρ ἰχθὺς δεῖ ἁλός. Nam & pisces sale. Leges nisi in hoc datæ sunt, ut ad harum regulam corrigãtur hominum actiones. Quod si ipsæ leges indigẽt correctione, leges nõ sunt. Idq; non minus absurdum sit, quam si pisces marini dicantur egere sale. Refert Aristoteles in Rhetoricis.

Baccæ egent oleo.

IBIDEM mox subijcit aliud eiusdem formæ, τὰ σέμφυλα δεῖται ἐλαίου, idest, Baccæ egent oleo. Neque enim credibile est illi opus esse oleo, unde nascitur oleum. E baccis autem oliuarum exprimitur oleũ. Cognatum illi, quod ante retulimus: Ipsi fontes sitiunt.

Auis ex auibus.

Ὄρνις ἐκ τῶν ὀρνέων, i. Auis ex auibus. Prouerbii forma dictũ est Aristophani per ironiam uir nobilis, quasi bonus ex bonis prognatus,

Τὸν ἔπορ' ὃς ὄρνις ἐγένετ' ἐκ τῶν ὀρνέων, i. Vpupam hanc quæ prognata ab auibus est auis.

Qui de nobilitate gloriantur, repetunt ab auis & atauis gentis stemmata. Nam empta nobilitas, aut nuper parta, nõ perinde magni fit.

Da lapidi uolam.

INTERPRES Aristophani indicat pueros si qñ uiderint aues, dicere solere, Da lapidi uolã, & cadẽt oẽs. Conuenit ubi qs sectatur quę nõ possit assequi, aut minatur ijs quibus

ijs quibus non potest nocere. In comędia quispiã ait se velle strepitu excitare aues: alter iocans, rñdet: τῷ σκέλει δεῦρ' τὴν πέτραν, idest, Tibia lapidem feri. Atque interim aues nihil habent incommodi, sed manus, aut pes percutiens saxum: eoq; iubet alter, ut ipse capite percutiat lapidem, quo strepitu fiat duplex.

Ne quæras deus esse.

Μὴ ζήτει θεὸς γενέσθαι, i. Ne quære fieri deus. In hominem undequaque beatum in hac uita. Pindarus in Olympiacon hymno quinto.

ὑγίειαν δ' εἴ τις ὄλβον
ἄριστον ἐξ ἀρετῶν κτεάνεσι, καὶ
εὐλογίαν προσιδεῖν, μὴ ματαίαν
θεὸς γενέσθαι,

Si quis autem opes cum sanitate cõiunctas auget, ac suis possessionib. contentus est, atq; his adiunxit honestam famam, ne petat à dijs, vt fiat deus. Itidẽ apud nostrates vulgo dicitur: Sat fortunatus es. Quid tibi vis? Num postulas esse deus?

Operi incipienti fauendum.

CELEBRATISSIMVM est Honos alit artes, & uirtus laudata crescit. Ita Pindar. Olympiacon hymno sexto: ἀρχομένῳ δ' ἔργῳ πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές, In initio facinoris, oportet faciẽ illustrẽ addere: hoc est fauendũ aliquid egregij facinoris aggrediẽtibus, simul ut ipsis addatur aũs, & alij ad æmulationem prouocentur. Potest & hic sensus accipi. Qui famam affectat, hunc oportet ab egregio quopiam facinore auspicari. Permagni siquidem refert, unde nominis sumas exordia.

Nec apud homines, nec in mari.

IBIDEM & illud prouerbiali schemate dictũ est: ἀείδωμοι δ' ἀρεταὶ ὅτε παρ' ἀνδράσιν, ὅτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις τίμιαι. i. Virtutes ãt periculi expertes, neq; apud homines neq; in cauis nauib. habẽtur in pretio, pro eo quod erat, nusquam, quasi dicas, neque terra, neque mari. Ipsa autem sentẽtia conuenit cũ illo Hesiodio decantatissimo:

Virtutem posuere dei sudore parandam.

Nemo magnã laudem parauit absq; periculo: Eoq; Pindarus bellum appellat κυδιάνειρον, quod viris pariat illustre nomẽ. Tropus prouerbialis est in his uerbis, nec in terra, neq; mari. Et pugnat terra mariq.

In hoc calciamento pedem habet.

DICTVM ibidẽ & illud adagij forma: ἴσω γὰρ ἐν τούτῳ πεδίλῳ δαιμόνιον πόδ' ἔχων, idest, Nouit enim se in hoc calciamento fortunatum habere pedem, p̃ eo quod ẽst, nouit has laudes in ipsum cõpetere. Olim magnæ deliciæ erant in soleis & calceis. Nam pedilon Græcis est calciamenti genus, uarium & picturatum, dictũ παρὰ τὸ τῷ ποδὶ προσειλεῖσθαι, eo qd̃ pedi applicetur. Vt aũtem non omnis calceus conuenit cuilibet pedi, ita nec quęuis laus in quemuis congruit.

Bonum est duabus niti ancoris.

RVRSVS in eodem:

Ἀγαθὰ δὲ πέλου-
τ' ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ θοᾶς
ἐκ ναὸς ἀπεσκίμφθαι, δ' ἄγκυραι,

Bonæ sunt in hyberna nocte duæ ancorę, ad laxandum è celeri naui, idest, bonum est duplici præsidio niti, ut si alterum destituat, altero iuuemur, quemadmodum is victor quem laudat, geminam habebat patriam, ut si quid accidisset alteri, ad alteram se reciperet. De hoc dictum est nobis alias, ἐπὶ δυοῖν ὁρμεῖν.

Domi pugnans more galli.

Ἐνδομάχας αὖτ' ἀλέκτωρ, i. Domi pugnax more galli. In eũ, qui semper domi desidens, non audet, uel in bellum, uel in certamina p̃ficisci foras. Nam hoc aĩal pugnacissimum quidem est, sed domi. Nihil autem confert Reip. nec ea certamina celebrantur. Ita quidẽ interpres, sed addubitamus tamen an scriptũ sit, ἐνδομύχας, i. domi abditus, ἐνδομάχης dictio noue cõposita, ab ἐν τὸς & μάχομαι. Hęrebit i istos qui domi perpetuo rixantur, cũ foris sint placidissimis moribus. Conuenit cum eo, quod alibi diximus: Domi leones.

Nec deus, nec homo.

Hoc schema prouerbiale frequẽter obuiũ est apud poetas, dijs hominibusq; inuitis, proh deum atq; hominũ fidem. Ibi de diuinis atq; humanis cernitur. Horatius:

Non dij, non homines, non concessere columnæ.

Pindarus in Pythijs hymno 3. κλέπτει τέμιν, οὐ θεὸς, οὐ βροτὸς, ἔργοις οὔτε βελαῖς, i. Nec deus illũ fallit nec hõ, nec factis nec consilijs.

consilijs. Laudat Apollinem, qui cum omnia sciat, nihil tamen mentiatur.

Apud matrem manere.

Παρὰ ματρὶ μένειν, dicebantur, qui per ignauiam semper domi manentes, nihil audent præclari facinoris. Pindarus Pythiorum Oda 4. μήτινα λειπόμενον ἀκίνδυνον παρὰ ματρὶ μένειν, idest, ne quis immunis à periculo relictus apud matrem maneret. Loquitur ni fallimur, de argonautis, qui audaci peregrinatione quærebant gloriam, Iunonis auspicijs. Molles & effeminati temporibus Augustini μαμμηδρέπτοι dicebantur. Siue quod ab auijs essent educati, q̃ nepotulos suos tenerius amant, quam ipsę matres, siue quod Græci μαμμίω diminutiue dicunt materculam, quin & hodie vulgus matris filium appellat adolescentem delicatius educatum, ac tales dicebantur Matrissare.

Sine canibus & retibus.

Ἀνεῦ κυωῶντε χὠ λίνων, idest, Absq; canibus & retibus. Hoc quidem schemate Pindarus Numerorum Oda 3. significauit summam celeritatem. Quis enim pedibus assequatur ceruos, nisi aut à canibus remorentur, aut implicentur retibus. Conueniet tamen in eos, qui clancularijs artibus capiunt prædam. Pindari uerba sic habent: κτείνοντ' ἐλάφους ἀνεῦ κυωῶν δολίων θ' ἑρκέων, i. ceruos occidentē sine canibus, ac dolosis retibus: Dicetur & in eos qui non alienis præsidijs, sed proprio Marte rem gerunt.

Et Scellij filium abominor.

Hic est affectus humanus, ut si quis vel hominem, uel quamcunq; rem vehemēter oderit, nō solū à commemoratione, utrum etiam a cognatis uocibus abhorreat. Id eleganter expressit Aristophanes in Auibus. Ibi persona quædam sic loquitur:

Ἀριστοκρατεῖσθαι δῆλος εἶ ζητῶν, i.
Aristocratiam palam est te quærere.
Altera respondet:
Ἥκιστα, καὶ τὸν σκελλιὸ βωέλυπόμαι.
Minimè, seipsum Scellij natum quoque Abominor.

Scellij filius dictus est Aristocrates. Hoc nomen iure inuisum est detestanti Aristocratiam, quod ea vox abominandæ rei memoriam renouet.

Larinum uerbum.

Λαρινὸν ἔπος, idest, Larinum verbum appellabant ingens atque egregium, hinc ortum prouerbio, quod in Larissa boues sint prægrandes, ac præpingues. Alii putant Larinos dictos obesos ac prægrandes à Larino quodam pastore supra modum magno corpore. Boues autem prægrandes pasci in Epiro, posteritatem boum Geryonis. Aristophanes in Auibus:

Ἀλλὰ λέγειν ζητῶτι πάλαι
Μέγα καὶ λαρινὸν ἔπος τι, i.
Sed tibi
Iam quæro dudum grande uerbū dicere,
Atque Larinon.

Huc pertinet quod Græci rebus ingentibus bouem addunt, vt βοφάγος, edax, simili modo Latini ueteres Lucam dicebant pro grandi.

Hernioſi in campum.

Κόκκυ, ψολοὶ πεδίον δε, i. Coccy, hernioſi in campum. Aristophanes in auibus refert prouerbii loco: τοῦτ' ἀῤῥὲ ἐκεῖν' ὦ τ' ὄπος ἀληθῶς κόκκυ ψολοὶ πεδίον δε, Quorū verborū hic sensus est: Hoc est verè, qd̃ prouerbio dicit, coccu, hernioſi in cāpum, subaudi uenite, qd̃ hæc auis canit paullo ante messem, uelut agricolas prouocās ad laborem metendi, unde Hesiodus ἦμος κόκκυξ κοκκύζει. Quod autem ψολοὶ dixit pro agricolis, obiter taxauit Aegyptios, apud quos plerique sunt execti, qui omnes ad uocem cuculi cogūtur esse in agris. Fingit enim olim apud Ægyptios regnasse cuculum priusquam fieret auis. Quin hodie parum viri, & ob hoc uxores cum aliis habentes communes, vulgo cuculi vocantur. Alias annotauimus ex Horatio, cuculos à uiatoribus appellari solere, qui tū demum uenissent ad colendam uineam, cum auditus esset cuculus. Canit autem iam adulto vere, quia sero prorepit è nido, quem sibi parat sub hyemē in cauis arboribus, exuēs se plumis, atque his sese inuoluens, congestis in cōmeatum malis ac pyris. Interpres Aristophanis admonet esse prouerbiū κόκκυ ψολοὶ πεδίον δε, cum segnes ipsum tempus prouocat ad industriam.

Μελλονικιᾶν.

Nicias traducebatur quod cunctator esset in re militari, qualis apud Romanos fuisse

fuisse narratur Fabius, eoq; iocularem uocem finxit uetus comœdia: μελλονικιᾶν, ex μέλλειν, quod est, cunctari, & νικίας, q. fuit Atheniensibus. Aristophanes in Auibus:

Οὐχίνυ σάζειν ἔτι
Ὥρας ἡμῖν ἀ δὲ μελλονικιᾶν,
Ἀλλ' ὡς τάχισα δεῖ τιδρᾶν. idest,
Porro oscitādi tempus haud est amplius
Nec more Niciæ decet cunctarier,
Sed oportet aliquid agere q̃ celerrime.

Fumus.

Καπνὸς dicūtur promissa magnifica quidem, sed inania. Vnde fumos uendere, & fumos offundere. Hoc nomen inditum Theageni cuidam, qui cum pauper esset, affectauit tamen haberi prędiues ac magnificus negotiator, unde uulgo dict' est καπνὸς. Aristophanis interpres auctorem citat Eupolim Comicum in fabula cui titulus: δῆμοι.

Pariter remum ducere.

Qui simul remigant certis numeris impellunt remos, ut inter se consentiant, alioqui nihil acturi. Hinc Aristophanes in Auibus dixit, ὁμοῤῥοθῶ, pro assentior, & eodem enitor quo tu. Vox composita est ab ὁμῦ, simul & ῥωθέω ipetu feror. ὁμοῤῥοθῶ, σωθέλω, συμπαραίνισας ἔχω, i. eodē nitor, consentio, collaudo. Interpres admonet hoc uerbum esse sumptum è fabula Sophoclis cui titulus πηλεύς.

Ipsis & Chijs.

Αὐτοῖς καὶ χίοις, Non obscurum est has uoces ex solemni more vulgo iactatas, quoties aliquis sibi bona pręcabatur & amicis. Sic enim pręcatur apud Aristophanē auis:

Διδοναὶ νεφελοκοκκυγιεῦσιν
Ὑγίειαν καὶ σωτηρίαν
Αὐτοῖσι καὶ χίοισι. idest,

Vt detis Nephelo coccygiēsibus, Bonam ualetudinem & incolumitatem, Ipsis & Chiis. Interpres ostendit hunc sermonis colorem ductum ex publica Atheniēsium consuetudine, qui in sollemnibus compręcationibus ac sacrificiis bona a diis precantes Reipub. addebant καὶ χίοισιν. Atq. huius historiæ testem citat Theopompum in 12. libro rerum Philippic. fortasse quod e Chio nonnullam haberent Atheniēses commoditatem. Qui si uni bene pręcatur, nulla facta mentione amicorum aut bene meritorum, facere succinetur: καὶ χίοισιν.

Alas addere.

Ἀγαπερεῖν uulgo dicebātur, qui verbis alicui adderent animum, inq; bonam spem erigerent. Aristophanes in Auibus:

Οὐκ ἀκήκοας
Ὅταν λέγωσιν οἱ πατέρες ἐκείνοσε
Τοῖς μειρακίοις ἐν τοῖσι κυρείοισιν τάδε.
Δεινῶς τε μὴ τὸ μειράκιον ὁ διοτρέφης.
Λέγων ἀνεπέρηκεν ὦ θ' ἱππηλαζεῖν, i.
Num tibi auditum illud est
Quod officinis undique in tonsoriis
Cani patres loquuntur adolescentibus:
Mire Diotrephes & meo adolescentulo
Alas loquendo affixit, ut iam gestiat
Equitare

Narrāt Diotrephen fuisse quempiā præ diuitem, qui maiorē in modum delectatus est alēdis equis, vnde & postea Hipparchus factus est: huius hortatu exemploq. multi iuuenes accendebantur ad curas equestres: patres autem oderunt hoc studii genus in filiis, quod immodicis constet impendiis.

Κυναλώπυιξ.

Theagenes quod esset garrulus ac stupidus more anserum, & uersipellis more vulpium, vulgari ioco dict' est χηναλώπηξ, uoce composita ex ansere & uulpe. Quamquam Didymo magis probatur anseris nomen additum, quod anitio ac præsertim anserinis supra modum delectaretur, uidelicet uulpium more. Anseris iecur olim in summis erat deliciis. Huius adagii meminit Aristophanes in Auibus.

Respublica nihil ad musicum.

Hæc persuasio quemadmodum olim multorū animos occupauit, ita nūc quoq. multis inhęret, vt credāt doctos ac probos uiros non esse accommodos ad gubernandam Rempub. Plato abstinuit, Socrates frustra tentauit, Demostheni ac Ciceroni parū felicitер cessit. Denique mater Neronis deterruit filiū a studio philosophiæ, quod existimaretur inutile gesturo principatū. Ad hæc D. Augustinus redarguit in epistola quosdam, qui iactabant Euangelicā philosophiam officere Remp. administranti. Id uenuste expressit Aristophanes in Equitibus. Nam illic principatū recusanti qd̃ musices esse imperitus ita respondetur:

H δημα-

Η δημαγωγία γὰρ οὐ πρὸς μουσικὴν
Ἐστ' ἐστὶν ἀνδρὸς οὐδὲ χρηστῶν τοὺς τρόπους, i.
At gerere nunc Remp. non est uiri,
Qui musicus sit, ac probatis moribus.

Musices nomine omnem liberalem eruditionem designabant ueteres.

Verbis coquinarijs.

Ρήματα μαγειρικά, i. Verba coquorũ, uenuste dixit in eadem fabula pro uerbis mollibus, blandis ac dulcibus. Coquorum enim est condimẽtis edulcare cibum p se subausterum. Monetur illic quispiã ut populum Athen. blandiloquẽtia demulceat. Carmen sic habet:

Τὸν γλυκαίνων ῥήμασιν μαγειρικοῖς, i.
Deliniens eos coquorum uerbulis.

μαγειρικοῖς dixit, pro μελιχίοις. hoc est, placidis ac dulcibus. Hẽbit gratiã, si qs dicat Epicuri philosophiam demulcere vulgarium animos ῥήμασι μαγειρικοῖς, qd voluptatem asserat esse summum bonum.

Liba Coalemo.

Σπένδε τῷ κοαλέμῳ, i. Liba Coalemo. Competit in eum cui sua improbitas fuit bono. Fingit enim Comicus dæmonis nomen, improbitatem innuens. Perinde quasi quis dicat, sacrifica μωρίᾳ, si quis morionem agens, euectus sit ad opes ac dignitatem. Nam Græcis κοάλεμος fatuum ac stultum significat, à κοῶ pro νοῶ. Nam Callimachꝰ pro ἐνόησεν dixit ἐκόησεν. Hic ἀναλόγως, κῶς, pro νῶς, & ἀλέω qd mente errer. Simili figura gratiis litasse dicuntur, qui fortunati sunt in amicitiis conciliandis. Habent & temulenti Comum deum, & fures deam Lauernam. Itaq. furtis ditato, facere diceretur: Liba Lauernæ.

Spirat Cæcias.

De Cæcia uento nubes ad se pertrahente satis dictum est nobis in superioribus. Ad uenti naturam alludens Arist. in Equitibus dixit.

Ὡς οὗτος ἤδη κακίας, καὶ συκοφαντίας πνεῖ, id est,
Vt iste spirat Cæcias & sycophantias iã.

Interpres admonet prouerbii, quãquã in Aldina editione, pro κακίας, deprauate legitur καχίας, cum hãc uocem metri rõ non admittat. Cæcias autem poeta posuit pro turbis ac litibus. Notatur enim ibi Cleon ut delator & criminator.

Latum & angustum.

Neminī obscurum arbitramur prouerbiali schemate dictum esse apud Aristophan. in Equitibus sub persona Cleonis: cui cum esset obiectum, quod nutricum more male paruisset populum, qui paullum præmansi insereret in os, maximam partem ipse deglutiret, respondet:

Καὶ νὴ Δί' ὑπό γε δεξιότητος τῆς ἐμῆς
Δῶμαι ποιεῖν τὴν δῆμον εὐρῶ καὶ στενόν.

Ita per Iouem. Nam dexteritate ego mea Exilem & amplum ualeo populum reddere.

Macrescũt enim pueri male pasti, rursus bene pasti fiunt obesi. Apposite torquebitur in eos qui adolescẽtes recte docẽt aut secus, quive populo dextre concionatur aut secus. Siquidem hæ res plurimum habent momenti ad mores populi uel ad honesta formandos, uel ad uitia deprauãdos.

Scarabeo citius persuaseris.

Θᾶττον ὁ κάνθαρος ἂν μεταπειθείη, i. Citius Scarabeũ in diuersam sententiã pertraxeris. De iis, qui malis assueuerũt, a quibus tamen reuocari nõ possunt, eo qd assuetis uideantur optima Lucianus in Pseudologista: ὅτε γὰρ αὐτὸς ποτὲ βελτίων γένοιο πρὸς τὴν ἐπιτίμησιν, ἢ μᾶλλον ἢ κάνθαρος μεταπειθείη ἂν μηκέτι τοιαῦτα κυλινδεῖν, ἅπαξ αὐτοῖς σωνήθης γενόμενος, i. neque. n. ipse umquã fieres melior increpatione mea, nihilo magis quã scarabeo persuaderi posset, ne amplius talia uoluat, posteaquam semel illis assueuit. Scarabeus fœtus suos educat in stercore præcipue caprino, & indidem pascit, atque ibidem habitat. Excrementa uero figunt sphærulas, easq; in niuum deuoluunt, capite in terram demisso, posterioribus pedibus in altum erectis. Nemo facile abducitur a uitiis, in quibus natus & educatus est, & quæ per se sunt fœdissima, uidentur & pulchra & dulcia diutinæ consuetudinis commendatione.

Alienis soleis uti.

Ἀλλοτρίοις βλαυτίοις χρῆσθαι, i. Alienis soleis uti dicuntur, qui moribus aliorum ad suum abutuntur emolumentum. Aristophanes in Equitibus:

Οὐκ ἀλλ' ὅπερ πίνων ἀνὴρ πεπονθ' ὅταν χεσειῇ,

Τοῖσι

Τοῖσιν τρόποις τοῖς σοῖσιν, ὃ ἄπερ βλαυτίοις χρῶμαι. id est,

Quibus verbis negat se circũuenire populum Atheniensem, sed facere, quod solent qui desident in compotationibus, & vrgente aluo surgũt, arreptis alienis soleis, siue quod festinant, siue quod ebrij sunt. Ita ille abutebatur moribus populi Atheniensis, qui cibo corrumpi uolebat, & blanda libentius audiebat quam salutaria. Apparet olim Græcos absque soleis solere accumbere. Exituri domum poscebant soleas. Hinc quæstus Lopodyttis. Quidam etiam nudi accumbebant.

Longum proœmium audiendi cupido.

Proverbii speciẽ habet quod est apud Platonẽ li. de rep. 4. μακρὸν τὸ προοίμιον τῷ ἐπιθυμοῦντι ἀκοῦσαι, i. Longũ proœmium audiendi cupido. Qui rem ipsam cupit cognoscere huic longũ est omne proœmium. Vnde illud Teren. vah, etiam proœmium mihi occeptat. Et Athenis præco, qui dicendi potestatem faciebat rhetoribus præfabatur ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν, idest, sine proœmijs & affectibus: quod hæc extra caussam sint.

Quod recte datum est.

Plato in Philebo, ostendit prouerbiũ à pueris vsurpatum non oportere reposci, quod semel datũ est: ἡμεῖς δὲ δὴ λέγομεν, καθάπερ οἱ παῖδες, ὅτι τὰ ὀρθῶς δοθέντα, ἀφαίρεσις οὐκ ἔστι, i. Nos autem dicimus id quod solent pueri, quæ recte data sunt, non licere rursus eripi. Hoc eo dicebat, quod Socrates solet ab integro repetita disputatione, quæ prius concessa fuerat rursus in dubium uocare. Simile quiddam & hodie iactatur inter pueros, vbi quis qd dedit reposcit. Adeo dicta huiusmodi per tot sæcula perque tot nationes ad nos vsque demanarunt.

Funiculum ad lapidem.

Τὸν ἀπάρτιον πρὸς τὸ λίθος ἄγειν, i. Funiculum lapidi admouere dicũtur, qui curam omnem adhibent ne quid geratur in Repub. secus quã oportet. Beatus Chrysostomus homilia in priorẽ ad Corinthios epistolam 35. σκόπει πῶς πάλιν ἐν ταῦτα πρὸς τὴν ἀπάρτιον καὶ λίθον ἄγει τοὺς κοδομοῦντας πανταχοῦ ζητῶν τῆς ἐκκλησίας, i. Cõsidera ut hic rursus funiculũ admouet ad lapidem, ubique quærens ædificationem ecclesiæ. Translatũ est ab Architectis, qui non credunt oculis suis, sed ad perpendiculum explorant lapidum æqualitatem. Quod est exactæ diligentiæ.

Nummo addicere.

Apud Iurisconsultos prouerbiale est nummo addicere, pro eo quod est, minimo vendere. Est autem fucus quo legibus imponitur prohibẽtibus donationes. Vlpian. lib. Pandect. 19. titu. Locati. Si quis conduxerit nummo vno, cõductio nulla est, quia & hoc donationis instar inducit. Idem lib. 1. tit. de re iudicata: Si quis & conduxit, & rogauit præcario vti possideret, si quidem nummo vno conduxit, nulla dubitatio est, quin & precarium solum teneat. Verum addubitamus num in his exemplis pro conduxit & conductio, legendum sit condixit & condictio. Suetonius in Iulio Cæsare: Bello ciuili supra alias donationes amplissima prædia nummo addixit. Valerius Max. lib. 2. c. de Gratitudine: Pollinctoribus exequiarum apparatus Sestertio nũmo ipsis præbentibus est addictus. Itidem Plau. in Pseudolo: Numquam hoc eris nũmo diuitior. Nummo dixit, pro vilissimo precio.

Vero verius.

Cum nihil possit esse vero verius, tamen prouerbiali tropo dicimus vero verius qd prorsus indubitatum haberi volumus. Martialis in Gallicum quendam, cui ex more sæpe repetebatur illud:

Dic uerum mihi Marce, dic amabo:
Vero verius, inquit, ergo quod sit, audi.

Verum Gallice non libenter audis.

Non dissimili forma dicimus certo certius, quamquam nihil prohibet aliud alio certius esse. Vlpian. lib. Pandect. 23. tit. de Testamen. tutel. Testamento datos sponsores non esse cogendos satisdare rem saluã fore, certo certius est.

Vento viuere.

Hodieque vulgo tritissimum est, vt eos dicant uento viuere, qui nullo viuunt impendio, & addunt: more fluuij, quod plerisq; creditũ est eum piscem aura saginari, quod idem creditum est de Chamæleõte.

Alexander Imperator lib.Codicis 5.tit.de Aliment.pupil.præst.Nec ferendus, inquit, est iuuenis, qui cum presens esset, studijsq; eruditus atque alitus esset, si ea per alium se consecutum non probet, sumptus recuset, quasi uento uixerit, aut nullo liberi homini studio imbui meruerit.

Tuas res tibi habeto.

CAIVS Iurisconsultus Pandec.lib.44. tit.de Diuortijs, ostendit fuisse receptum, ut diuortium his uerbis perageretur: Tuas res tibi habeto, tuas res tibi agito. Quorum altero reddit dotem, altero abdicat ab se tutoris munus, in rebus uxoriis. Hæc autem forma uerborum perscripta est, ne uel non ratum esset diuortium si nullis solemnibus uerbis perageretur, uel inauspicatum & odiosum si uerbis ciuilibus perageretur. Itidem in discutiendis sponsalibus uisum est uti his uerbis, Conditione tua non utar. Hæc prouerbij gratiam habebũt, si cui ciuiliter renunciabimus amicitiam. Sed festiuius erit, si ad res animi transferãtur, uelut si quis dicat, Monachi uitam professus est, mundum iussit sua sibi habere, suas sibi res agere. Item si quis ambiat consortium nostrum, quem iudicamus nobis inutilem huic apte dicetur: tua conditione non utar pro eo quod erat, non utar tua familiaritate. Eleganter usus est Plautus in Trin. ubi Lysiteles adolescens multa quæritur de miserijs amantium, ac meditatur amorem eiicere ex animo. Apagesis, amor, tuas res tibi habe, amor mihi amicus nesuas umquam sine tropo usus est in Amphitryone: Valeas, tibi habebas res tuas, reddas meas.

Gamma Betam persequitur.

PROCOPIVS lib.3. de bello Vuandalico refert Carthagine antiquum prouerbium, à pueris iactari solere. Quod Gamma quandoque Betam, & rursus Beta Gammam persequitur. Suspicamur puerorum lusum huc spectasse, quod inter vicinos frequenter oriatur diffidium. Verum hic puerile dictum detortum ad rerũ euentum, quod Gizericus Bonifacium expulisset: Postea Gilimerem Belisarius. Prouerbium nõ est natum ex euentu, sed puerorum Carthaginensium ænigma fuit, velut oraculum eius quod accidit postea.

Pulchrum sepulchri elogio.

NON videbatur in prouerbiorum classem referendum, nisi nominatim prouerbij titulo referretur apud Procopiũ libro de bello Persico 1. sub persona Augustę Iustinianum maritum sic alloquentis. Igitur optime Imperator, volenti nunc viuere procul dubio nulla negotio licet, pecuniæ nobis magna vis, mare opportunum, nauigia multa. Considera tamen ne seruato tibi contingat, uitæ iucunditatem cum mortis ad extremum acerbitate commutare, nobis autem antiquum sane placet prouerbium, quam pulchrum est in sepulchri elogio Imperatorem adscribi.

Primum apes abigendæ.

AGATHIVS de bello Gothico lib.3. Placebant hæc dicta Vlilago Herulorum præfeto, vnde id vsurpatum prouerbium & barbarum & parui momenti, vtile tamẽ & alicuius energiæ: Identidem prædicabat primum abigendas apes, deinde & mel subtrahendum. Sensit Buzes primum hostium copias aduentantes esse submouendas, quo possint Asia potiri, sumptum à curatoribus apum, qui quo mel eripiant ex alueariibus, apes sumo, aut alio quouis modo abigunt.

Optima quidem aqua.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ, idest, Optima quidem aqua, videtur in prouerbiũ abijsse, quoties rei vehementer laudatę prefertur aliquid melius: quemadmodum Pindarus auspicans hymnos Olympiacos, aquam quidem fatetur esse optimam, sed aurum præfert, quod ignis in morem noctu luceat. Sunt enim hæc duo præcipua elementa, aqua & ignis: unde aqua & igni inrerdicitur, quos vita indignos iudicamus. Aristoteles lib. Rhet.3. vt vulgo iactatum citat, ὅθεν, inquit, λέγεται, ἄριστον μὲν ὕδωρ. Quædam enim, ob id præferuntur, quod sint rariora. Alioqui aqua est magis necessaria quam aurum. Meminit adagij Plutarchus in Commentario, in quo quærit vtrum aqua an ignis sit vtilior. Supra modum efferenti philosophiam, is qui fateatur quidem philosophiam esse rem præclaram, sed qua potior sit theologia, facete succinet illud Pindarici carminis fragmentum, ἄριστον μὲν ὕδωρ.

Non

Non oportet hospitem semper hospitem esse.

ARISTOTELES libro Rhetoricorũ tertio, nullo auctore citat ceu vulgo iactatũ: οὐδεὶς ἀ ξένον ξενὸν ἀεὶ ἔῃ, i. Non oportet hospitem semper hospitem esse. Hospites dicuntur ignari eius loci in quo viuũt. Sed turpe est diu in eadem ciuitate uiuere, & semper esse peregrinum. Videtur iambicus trimeter corruptus. Turpe est in eadem disciplina diu versatum esse, & nihil scire.

More Romano.

IN eadem epistola M.Tull. non sine prouerbij specie dixit more Romano, pro eo quod est, simpliciter & absque fuco potius quam erudite. Tales enim fuerunt illi Romani prisci, Græcorum dissimiles. De quo inquit, homine tibi spondeo, non illo uetere uerbo meo, quod cũ ad te de Milone scripsissem, iure lusisti, sed more Romano cum homines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem uirum, prudentiorem esse neminem. Penes Romanos erat rusticana ueritas. Talem inducit libro de Finib.2. Quod nostri quidem optime disputant, nihil opus esse eum qui philosophus futurus sit, scire literas. Itaque ut maiores nostri ab ararro adduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator esset, sic vos de Pelasgis omnibus colligite, bonos quidẽ uiros, sed certe non semper eruditos. Idẽ ad Trebatium libro 7. Balbus mihi confirmauit te diuitem futurum: id utrum Romano more locutus sit, bene nummatum te futurum, an quomodo Stoici dicunt, omnes esse diuites qui cęlo & terra frui possunt, postea uidero. Romano more dixit, pro indocto & simplici. Nam Stoici subtiliter definiunt diuitem ac pauperem. Ac mox ad eundem: Ego te Balbo cũ ad nos proficiscitur, more Romano commendabo.

Lacryma nihil citius arescit.

M. TVLL. libro de inuentione priore, præcipiens ne orator posteaquam iudicis animum commouit ad misericordiam, diutius commoretur in quæstione, adducit Apollonij dictum: οὐδὲν θᾶσσον ξηραίνεται δακρύου, id est, Lacryma nihil citiũ are scere, quod uehemens affectus facile uertitur in tędium.

Gallonius.

ETIAM ipsa luxuries multos nobilitauit ut Æsopũ & Apitium. M.Tull. celebrauit Gallonium à Lucilio traditum, idque locis complutibus. In oratione pro Cęcina: Quid ergo est? Non usque eo tamen ut in capita fortunasque honestissimorũ virorum dominẽtur hi qui relicta bonorũ uirorum disciplina, & quæstum & sumptũ Gallonij sequi maluerũt. Itẽ pro P. Quintio meminit Gallonii. Rursus lib.de Finibus 2. refert è Lucilio, O Publi, ò gurges, Galloni es homo miser inquit, cęnasti in uita numquam bene, cum omnia in isto cõsumis squilla, accipensere cum decumano. His Lucilius facit loquentem Lęlium lepatho cęnare solitũ, Gallonio lurconi, & omnia gulæ uentrisq; delectatione metienti. Gallonij meminit M. Tull. libro de Finibus 2. Sed qui ad uoluptatem omnia referẽs ujuit ut Gallonius, loquitur vt frugi ille Piso, non audio.

Vultu sæpe læditur pietas.

M. TVLL. in oratione pro Roscio obiter citat sententiam a sapientibus iactatã. Etenim inquit, si id quod pręclare à sapientibus dicitur, uultu sæpe læditur pietas, quod supplicium satis acre reperietur in eum qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum si res postularit, iura diuina atque humana cogebant. Prouerbium admonet pietatem erga parentes adeo religiose colendam, vt non solum non offendamus eos uerbis aut factis impij, sed ne uultu quidem atrociore aut cõtumaciore.

Culleo dignus, aut non uno culleo dignus.

CVM hominẽ enormiter scelerosum significare uolumus, eum culleo dignum dicimus. Hoc supplicium erat parricidis, idest, qui parentem occidissent. Quamquam apud priscos parricidium dicebatur, quoties homo hominem occidisset, hoc est, par parem, uidelicet eo sæculo, quo crũdelitas erat occidisse bouem, auem, aut gallum gallinaceum. Dein cum cępisset esse uulgare, ut homo occideret hominem, parricidii uox ad summæ impietatis

significationem deflexa est. Culleus autem erat iaccus coriaceus, cui insuebatur parricida, simul immissa uipera, simia, & gallo gallinaceo, atque ita proijciebatur in proximum fluentem. Marc. Tullius pro Roscio Amerino: Quanto maiores nostri sapientius, qui cum intelligerent nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas excogitauerunt, ut quos natura retinere in officio non potuisset, magnitudine pœnæ à maleficio summo arcerentur: in sui uoluerunt culleum uiuos, atque ita in flumen deijci. Oh singularem sapientiam iudicum, nonne uidentur hunc hominem ex rerum natura sustulisse & eripuisse, cui repente cœlum solum, aquam terramque ademerunt: ut qui eum necasset, unde ipse natus esset, careret his rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur &c. Proin Iuuenalis impietatem cuiusdam exaggerans, negat illi satis esse serpentem vnum, aut culleum unum. Narrat Suetonius quosdam statuæ Neronis apposuisse culleum cum elogio: Meruerat, sed ego quid possum?

Ratio quidem apparet &c.

PLAVTVS in Trinummo: Nequaquam. Argenti ratio comparet tamen, cui Stasinus, Ratio quidem Hercle apparet, argentum οἴχεται. Nam hæc est germana eius loci lectio, quam alii uarie mendosam comminiscuntur. Vsus est. M. Tullius in Pisonem: Quas rationes si cognoueris, intelliges nemini plusquã mihi literas profuisse. Ita enim sunt perscriptæ scite & literate, ut scriba ad ærarium qui eas retulit, perscriptis rationibus secum ipse caput sinistra manu perfricans, commurmuratus sit: Ratio quidem Hercle apparet, argentum οἴχεται. Itidem Geta Terentianus in Phormione. Non ratio nobis, sed argentum deerat. Mar. Tullius ad Q. Fratrem libro 2. epistola ultima: Quamquam sunt facta uerbis difficiliora. Eodem pertinet illud, Pulchre dixit.

Omnia præter animam.

CVM nihil non datũ significamus, præter uitam, dicimus omnia tradita, præter animam. Mar. Tull. pro Roscio Amerino: Quod si tibi caussa nulla est, cur hunc miserum tanta calamitate affici uelis, si tibi omnia sua præter animam tradidit, nec sibi quidquam paternum, ne monumenti quidem caussa reseruauit &c. Simili figura. Animam debere dicuntur, qui plusquam omnia debent. Terent. Quid si animam debet? Rursus: omnia debet, præter animam.

De reduuia quæritur.

Περὶ τῆς παρωνυχίας μέμφεται ὁ τῷ μείζονι ἔνοχος καιρῷ, i. De reduuia quæritur maiori obnoxius malo. Vbi quis prauo pudore, leuissimis malis quærit remediũ, dissimulans maiora. Hoc affectu sunt complures, vt etiam apud medicum dissimulẽt morbum, præcipue podagrici. Narrat Plutarchus quendam consuluisse medicum de vitio vnguium, cum color argueret illum esse uitiato epate. At medicus intelligens ineptum hominis pudorem, nihil inquit, tibi periculi est a reduuia, sed grauius malum urget te. Huc adlusit Mar. Tullius in oratione pro Roscio Amerino. Intelligo ante tempus hæc perscrutari, & propemodum errare, qui cum capiti Sexti Roscii mederi debeam, reduuiam curem.

Ad libellam debere.

QVI pecuniam præsentem ac iusti ponderis debet, ad libellam debere dicitur. Nam olim ad libram dabatur pecunia, nõ ad numerum. Inde illa uulgata, expendere, expensum ferre, dependere, reprendere, impendere, pro sumptum facere, sumptuum rationem reddere, soluere, resoluere, & insumere. Marc. Tull. pro Roscio Amerino. Nisi planum facit H s. LIII. ad libellam sibi deberi, perdit litem.

Hoc municeps aut uicinus. nunciauit.

M. TVLLIVS in eadem oratione: Soletis cũ aliquid huiuscemodi auditis, Iudices, cõtinuo dicere, necesse est aliquem municipẽ aut uicinũ dixisse. Solent enim a uicinis ac municipibus uicinorum ac municipũ scelera potissimũ prodi. Quod & hodie vulgo dicũt, dedecus hominis a cõterraneis aut

aut ciuibus oriri. Nam si quod fortunæ incommodum, si qua uitę labes, ab illis quoniam sciunt proditur.

Dea excogitauit.

ARISTOPHANES in Equitibus: Τὸ μὲν νόημα τῆς θεᾶς, τὸ δὲ κλέμμ' ἐμόν. i. Excogitauit dea, meum sed furtum erat. Nõ sine prouerbij specie dictũ est in rhetores, qui apud populum iactabant. Minerua ipsis quod suaderent misisse in mentem, & tamen rerum gestarum gloriam sibi vindicabant. Color sumptus est ex Homero, ubi quoties facti ratio reddi non potest, Pallas dicitur suggessisse. Pallas Athenienium erat protectrix. Comicus autem ioci gratia, pro πρᾶγμα, posuit κλέμμα, notans Cleonis rapacitatem.

Vsus est altera natura.

NIHIL hoc dicto celebratius, ἔθος ἀλλη φύσις, i. vsus altera natura. Natura nihil efficacius potentiusve. Vnde Satyricus,

Custode & cura natura potentior omni.

Huic parẽ aut certe proximam uim habet assuetudo. Aristoteles libro Rhet. 1. disputans de iucundis, docet ea iucũda esse, quę uel secundum naturam sunt, vel quod huic proximum est, consueta. Nihil enim putat interesse inter naturam & vsum, nisi quod interest inter semper & plerumque. Perpetuum enim est quod indidit natura, frequẽs quod vsus affixit. Proinde sanctissimum consiliũ dedit, qui iussit ut à teneris statim annis optima eligamus, quæ post usu futura sint etiam iucunda.

Necessitas molesta.

Mox eodem in loco citat sententiã ceu vulgo iactatam, ostendens esse molesta q̃ secundum naturam non sunt. Vis autem pugnat cum natura, eoq; molesta omnibus necessitas. καὶ ὀρθῶς, inquit, εἴρηται, πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμα ἀνιαρὸν ἔφυ, i. Et recte dictum est. Quidquid enim est necessarium natura molestũ est. Verum optimis non adsuescimus, nisi initio adhibeatur aliqua uis: sed quod prius erat uiolentum, ac proinde molestum, adsuetudine primũ fit leue, postea etiam iucundum.

Iucunda malorum præteritorum memoria.

INIBI refert & hanc sententiam prouerbialem ex poeta quopiam:

ΑΛΛ' ἡδὺ τὰ σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων. i. Meminisse laborũ suaue qui seruatus est:

Item illud.

Καὶ μέγα γὰρ ἦρ τε καὶ ἀλγεσι τέρπεται ἀνὴρ
Μνήμενος, ὅστις πολλὰ παθὼν καὶ πολλὰ ἐόργει. idest,

Magnopere est iucunda uiro renouata dolorum
Mentio, qui permulta tulit, permultaque gessit.

Huius & alibi meminimus.

Suffragium optimum.

ARISTOTELES Rhetoricorum li. 1. uidetur hoc attingere tamquam in foro iactatum, γνώμη ἀρίστη, i. suffragio optimo. Cum enim multa sint probationum genera, quæ extra caussam petuntur, ac Græcis dicuntur ἄτεχνοι, velut leges, testes, pacta, tormenta, iusturandũ, optima probatio est ex coniecturis, quæ illi εἰκότα uocãt: μάρτυρας δὲ μὴ ἔχοντι, ὅτι ἐκ τῶν εἰκότων δεῖ κρίνειν, καὶ τοῦτο ἐστὶ, τὸ γνώμη τῇ ἀρίστῃ, i. Et uero, qui testes non habet, hic erat locus, ex probabilibus signis esse iudicãdum: & hoc est quod dicitur, suffragio optimo.

Tamquam ad aram.

DE sacra ancora dictũ est alias. Illi similimum est ad aram, cum extremum refugium intelligi uolumus. Inde sumptum, quod olim qui extrema necessitate vrgebãtur, ad aras deorum soleant confugere, unde nefas erat quemquã detrahere. M. Tullius in oratione pro Roscio Comœdo: Qd̃ item nuper in Erote Comœdo usu uenit, qui posteaquam è scena non modo sibilis, sed etiam conuicio explodebatur, sicut ad aram confugit in huius domum, disciplinam, patrocinium, nomen. Idem lib. 3. de natura deorum. Quod vos, inquit, cum facere non potestis, tamquam ad aram confugitis ad deum. Idem actione in Verrẽ quarta: Magistratuum autem nostrorum iniurias ita multorum tulerunt, ut numquam ante hoc tempus ad aram legum, præsidiũque uestrum publico consilio confugerẽt.

Ouidius Epistolarum libro 4.

Vnica fortunis ara reperta meis.

Plautus in Mostellaria: Ad aram confugisti.

Ad asylum confugere.

HVIC cognatũ est: Ad asylum cõfugere.

M.Tull.actione in Verrem 3. Se quæstore prohibitum esse dicebat, quo minus è phano Dianæ seruum suum qui in illud asylum confugisset, abducéret. Hæc fient uenustiora & παροιμιωδέστερα, si ad animi res transferantur.

Equitandi peritus ne cantet.

Ἱππασιώλω δεδαὼς μὴ ἄδειν, i. Equitandi peritus, ne cantet. Sumptũ à poeta quopiam, in eum qui professus res serias uertatur in nugis. Equitatio militaris est, & ad bellum pertinet. Musici sunt imbelles ac voluptatum insectatores. Grægorius Theologus in epistola ad Eudoxum rhetorem ἱππασιώλω δεδαώτα μὴ ἄδειν· ἐθέλει ἢ ποίησις, μήτε γένηται, μὴ καὶ τῆς ἱππασύνης διαμάρτης· καὶ τῆς ὠδῆς, i. Eũ qui didicit arte equitandi non vult canere poesim, ne qua eueniat, ut simul & in equitando aberres & in canẽdo. Nondũ liquet è quo poeta sumptum sit, sed dictum uidetur in Thebanos, qui duas artes præcipue discebant, equitandi & canendi tibijs, cum altera parum alteri congruat.

Spartæ serui maxime serui.

PLVTARCHVS in vita Lycurgi refert, ceu vulgo iactatũ: ἐν λακεδαίμονι τὸ ἐλεύθερον μάλιστα ἐλεύθερον ἦν, καὶ τὸ δοῦλον μάλιστα δοῦλον, i. Apud Lacedæmonios qui liber est, eum maxime liberum esse. Contra qui seruus est, maxime seruum esse. Apud Lacedæmonios ingenuis nõ erat fas discere, aut exercere ullum opificium, aut negotiationẽ, aut agriculturã, sed hæc oĩa per Helotas, id erat seruorum genus, quibus nefas erat ullã artẽ liberalem uel discere uel exercere agebãt; quos ipsos durissime tractabant. Cogebant adesse conuiuijs, & illic inebriari, cantiones ridiculas canere, & saltationes indecoras agere, ut horũ exemplo ingenui discerent, q̃ indecora fœdaq; res sit temulentia. Quin & Ephori cum inirent magistratum, solent Helotibus bellũ indicere, quo fas esset illos occidere. His rationibus ad tantam seruitutem adigebantur, ut nihil auderent iniussu dominorum: adeo ut cum Thebani, qui eruptione facta in Laconicam quosdam ex Helotibus cæperant, iuberent illos canere cãtiones Terpandri, Alcmanis & Spondontis Laconici, responderint id heriles filias nolle. Generosior Spartano, alias nobis dictum.

Vespertilio.

VESPERTILIONES uidentur appellari, qui grauati ære alieno, luce domi se continent, ne à creditoribus appellentur, noctu prodeunt. Vlpianus libro Pandect. 21. titu. de Euictionibus: Si quis ita stipulanti spondeat, sanum esse, furem nõ esse, uespertilionem non esse &c. inutilis stipulatio quibusdam videtur, quia si quis est in hac caussa, impossibile est quod promittitur. Si non est, frustra est. Sed ego puto uerius hãc stipulationem furem non esse, sanum esse, uespertilionem non esse, utilem esse: hoc enim continere, quod interest horum quid esse, uel horum quid non esse. Hactenus Vlpianus. Quamquam hoc loco quidam pro vespertilione legunt vespillonem aut uersipellem. Alciatus inter iureconsultos undequaque doctissimus: in commentarijs suis de Rerum significationibus, putat vespertilionem dictum quemadmodum modo diximus, qui metu creditorũ interdiu latitat, noctu prodit. Nam animal hinc dictum quod uesperi uolet, indicat Nonius Marcellus. Adagium esse sumptum uidetur ex apologo quopiam, siue Aesopi, siue alterius illum imitati. (Nam Aesopo uidetur indignus) qui narrat uespertilionem, mergum & rubum, iniisse societatem, ut cõflatis sortibus pariter negotiarentur. Vespertilionem contulisse pecuniam à fœneratoribus mutuo sumptam, Mergum aliud quidpiam, rubum uestem. Cum omnes è naufragio nudi enatassent, vespertilionem metu creditorum interdiu latitare, noctu volare tantum, mergum obsidere littora, ac subinde collum demittere in fundum, sicubi reperiat merces suas, uel eiectas in littus, uel in fundo hærẽtes: rubũ prætereũtium adhærere uestibus, siquam forte suã reperiat. Poterat uideri parum quadrare, seruum ære alieno grauatũ esse, quis enim credat seruo? nisi legeremus apud Terentium, Dauum Getæ quod debebat reddidisse. Nobis tamen uidetur uespertilionis nomen & in fugitiuum seruum competere, qui noctu ab hero solitus sit subducere sese, latitatq; vbi periculum est ne agnoscatur. Nã inibi mox proximo capite, pro vespertilione ponit erronem ac fugitiũ, cum

cum quis, inquit, stipulatur furẽ non esse, fugitiuum non esse, erronem non esse prisci tamen ea uoce secus usi sunt, uidelicet pro homine ancipitis fidei, qui nec huius ordinis sit, nec illius, cum utroque tamen colludat: eo quod uespertilio sit utrumq;, ut nec inter uolucres, nec inter mures habeat locum. Alas habet, sed pennas nõ habet: uolitat, sed sub uesperam. Dentes habet, quod auium nulla. Varro in Agathone citãte Nonio: Quid multa? factus sum uespertilio, neque in muribus plane, neq. in uolucribus sum. Vespertilionis conuicium torqueri poterit & in amãtes qui noctu uolitant, quos Plautus in Trinummo uocat tenebricolas. Elegans, inquit, despoliator latebricolarum hominũ corruptor.

In folle offerre.

CALISTRATVS lib. Pandect. 35. tit. de condit. & demon. c. cum seruus: Nos, inquit, neque conditionem meram putamus esse, quæ in datione existit, neque meram conditionem quæ in facto consistit, sed eã conditionem quæ ex quadam mixtura cõsistit. Nã nõ utique si ille in folle reliqua obtulit, liber erit: nõ enim testator hoc sẽ sit, sed illud, ut rationes reddat, quomodo seruus reddere solet: id est, legendas offerre rationes primum, deinde computãdas, ut explorari possit, computationes probæ an improbæ referantur, accepta, relata recte an non recte. Apparet in folle dictum, pro eo quod erat, inexplorate, inexplicate & confuse, sicut qui syngraphas & pecuniã sacculo inclusas offert.

Malus choraules, bonus symphoniacus.

DIVVS Augustinus in epistola ad Aurelianũ. Et refertur in decretis Caussa 16. Quæst. 1. c. Legi epistolam: commemorat vulgo illud iactatum: Malus choraules, bonus symphoniacus: ubi quis in suo genere contemptus, in præstãtiore habetur in pretio: veluti si quis poeta ineptus profiteatur medicinam, & inter præclaros medicos habeatur. Augustini uerba sunt hęc: Ordini clericorum fit indignissime iniuria, si desertores monasteriorũ ad militiam clericorum eligantur, cum ex his qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores ac meliores in clerum adsumere solemus: nisi forte sicut vulgares dicunt, malus choraules, bonus symphoniacus est, ita ipsi vulgares de nobis iocabuntur, dicentes, malus monachus, bonus clericus est. Sumptũ apparet ex M.Tull. qui in oratione p Murena ita loquitur. Itaque mihi uidentur initio multo hoc maluisse: postquam id assequi non potuissent, illuc potissimũ sunt delapsi, ut autem in Græcis artificibus eos aulędos esse, qui citharœdi fieri non potuerint, sic nonnullos uidemus, qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studium deueuire.

Ne bestiæ quidem ferre possent.

PROVERBIALIS hyperbole est apud M.Tull. actione in Verrẽ quinta: Postremo ut odor Apronii teterrimus oris & corporis, quẽ ut aiunt, ne bestiæ quidẽ ferre possent, uni isti suauis & iucundus uideretur. Cõfine est illi quod alibi retulimus. Balbinum polypus Agnę delectat. Idem in Catil. inuectiua 5. Tantus enim illorum temporum dolor inustus est, vt iam ista nõ modo homines, sed ne pecudes quidẽ mihi passuræ esse uideantur. Paullo diuersius dixit in epist. ad Atticum, cuius initium, Quæris ex me, lib. 1. Et quod omnes non modo homines, uerum etiam pecudes factum esse sciebant:

Cossi.

OLIM uulgari conuicio Cossi dicebantur homines natura rugosi, a similitudine uermium qui lignis innascuntur. Ij natura rugas habent, ut se contrahãt ac porrigãt. Horum Plinius meminit compluribus locis, ut lib. 11. cap. 33. Rursus lib. 30. cap. 13. libri uero 17. cap. 24. indicat huius generis grãdiores in cibis atq. etiam in luxu fuisse antiquitus. Meminit & Hieronymus aduersus Iouinianum libro 2. Græci προφερεῖς uocant, qui cum sint iuniores, tamen uultu senium præseferunt. Auctor Festus Pompeius.

Circeo poculo.

DE Circes virga nobis ante dictũ est. Ad simili forma M. Tull. usus est Circeo poculo, de homine subito in aliũ mutato, Actione in Verrem prima: Sed repẽte è uestigio ex homine tamquam aliquo Circeo poculo factus est Verres, redit ad se, atq. ad mo-

res suos. In uerbis Ciceronis tacita allusio est ex ambiguo uocis. Nam Verris porcus est maialis non dum castratus.

Ne tempestas quidem nocere possit.

In homines insigniter nudos & inopes, nõ sine prouerbii specie dixit M. Tul. actione in Verrem 5. Cęteros Leontinos quib. non modo Apronius in agris, sed ne tempestas quidem ulla nocere potuit, expectare nolite. Etenim non modo incommodi nihil cęperunt, sed etiam in Apronianis illis rapinis, in quæstu sunt cõpendioq; uersati &c. Allusum est autem in Apronii uocabulo ad aprũ Calydonium. Et qui possident aliquid rerum, aut habẽt in agris, aut in mari: his tempestas nocere potest. Cui uero nulla tempestas nocere potest, is nec in agris possidet quidquam, ut agricolæ, nec in nauibus, ut negotiatores.

Ballio.

Nomina quædam ob insignẽ improbitatem abierunt in prouerbium. quod interdum à ueris, interdum a fictis in comędia personis sumitur. Nam M. Tulli actionibus suis subinde C. Fannium Chæream quendam Ballionem appellat, ueluti pro Roscio Comędo. Qui iccirco capite & superciliis, inquit, semper est rasis, ne ullum pilũ boni uiri habere dicatur. Cuius personam præclare Roscius in scena tractare consueuit, neq; tũ pro beneficio ei par gratia refertur, nam Ballionem illum improbissimum & periurissimum lenonem cum agit, Chæream: persona illa lutulenta, impura, inuisa, in huius moribus natura uitaque est expressa. Rursus in eadem: Vix medius fidius tu Fauni a Ballione aut aliquo eius simili postulare auderes & impetrare posses: Ballionem inducit Plautus in Pseudolo, lenonem impurissimum, rapacissimũ, improbissimum, nomen confictum est a βάλλειν, quod semper aliquid prædæ uenetur leno: uel à βαλλίζω, quod lasciuiarum ac saltationum sit architectus.

Canes uenatici.

Qui uenandi studio tenentur, habent canes emissarios, qui uestigiorum odore feras exploratas, & repertas latratu produnt. De Coryceis alibi diximus. M. Tullius actione in Verrem sexta: Apponit de suis canibus quendam qui dicat se Diodorum Melitensem rei capitalis reum uelle facere. Ibidem aliquanto post: Qui simul atque in oppidum quodpiam uenerat, immittebantur illi continuo Cybiratici canes, qui inuestigabant ac perscrutabantur omnia. Duos fratres Cybiritas appellat canes, quod ad furandũ Verres illorum oculis, sed suis manibus uteretur. Solet autem canibus à regione cognomen indi, ut Melitæis. Ac superius in eadem; Qui postea q̃ uenerunt, mirandum in modum canes uenaticos diceres, ita odorabant omnia & uestigabant &c.

Mercenarium præconium.

Laudes non ex animo tributas, sed commodi gratia per adulationem oblata. M. Tullius actione in Verrem tertia Mercenarium præconium appellat. Itaque cũ a te caput illud tam multis uerbis mercenario præconio esset ornatum, ecquis inuentus est postea prætor, qui illud idem efferret? Quamquam scimus in uulgatis codicibus pro præconio haberi proęmio, an recte, docti uiderint.

Palmarium facinus.

Palmarium facinus, pro insigni ac triumpho digno dixit Terentius in Eunucho: Tum hoc alterum, id uero est, quod mihi puto palmarium. Pro eodem M. Tullius dixit: Palmas. Vt pro Sexto Roscio Amerino: Si quemadmodum paratum esse audio testis prodierit, tum alias quoque suas palmas cognoscet. Rursus Philippica 11. Sexta palma urbana, etiam in gladiatore, difficilis: sed hæc iudicum culpa, nõ mea est. Plautus in Mustellaria, palmam item usurpauit in malam partem, loquens de adolescente qui ex moribus continentissimis degenerat ad mores corruptissimos. Is nunc in aliam partem palmam possidet.

Commouere sacra.

Plautus in Pseudolo Commouere sacra dixit, pro eo quod erat extrema experiri præsidia. Hinc dictum apparet, quod rebus desperatis, soleãt homines ad deorum præsidia confugere. Velut hodie, Lutetiæ, cum supra modum inundat Sequana, corpus diuæ Genouesæ a montis acuti tẽplo deferitur, ad ædem uirgini matri sacrã. Sed uide

uide num pro sacra legẽdum sit saga, ut intelligas arma, de quo iam diximus: Sequitur enim protinus, quo pacto & quãtas soleã turbellas dare. Deinde uerba sunt qua si bellum denunciantis: Nunc ne quis dictum sibi neget, dico omni pube præsente in cõcione omni populo, omnibus amicis notisq; edico meis. In hunc diem, à me, ut taceant ne credant mihi. Idem seruus & deinceps, bellica loquitur.

Quasi dies dicta sit.

Olim rei solent esse męsti squalidiq̃ue lugentibus similes, quo iudices ad misericordiam inflecterent. Hinc illud Plautinũ in Asinaria:

Quem uideam ęque męstum esse, ut qua si dies dicta si siet.

Βεργαΐζειν.

Stephanus scribit Βέργιλω esse ciuitatem Thraciæ, siue ut Strabo refert uicum. Eius gẽtis improbi mores in prouerbium abierũt, ut dicerentur βεργαΐζειν, q nihil sani loquerentur. Tota enim natio Thracum multis nominibus male audiebat, sed præcipue, ob morum truculentiam ac perfidiã. Thrax erat Polymnestor, qui uictricia arma secutus, Polydorum obtrũcauit, & auro ui potitus est.

Summo pede.

Ἀκρωποδὶ, id est, Summo pede eadem figura dictum est, qua summo digito. Negatur summo pede attigisse disciplinam, qui numquam ingressus est, nec attigit limen illius. Extat apud Platonem ĩ Lachete, cuius loci alibi, ni fallimur, fecimus mentionem.

Vsuræ nauticæ.

Apud Iurisconsul. usuræ nauticæ dicũtur centesimæ magnæq; Negotiaturi sortem interdum accipiunt mutuo. Quoniã autem qui nauticã exercet negotiationẽ se suaq; uentis & undis committunt fœneratores maiorem usuram exigebant. Interdum accipiebant mutuum in una ciuitate, quod in alia redderẽt: ueluti si negotiator Venetiæ pecuniã acciperet, reddendũ Brugis. Huc genus negotiationis quod utriusque periculo fit, a Gręcis dicitur, ἀμφοτεροπότλην, Idq; mutuũ uocabat δάνειον ναυτικὸν, Vsus est Demosthenes in Oratione aduersus Dionysiodorũ: Dicebatur & ἔκδοσις, quo verbo usus est Demosth. contra Aphobum, quod foris daretur. Porro de fęnore nautico titulus est in Pandectis libro uigesimo secundo. Eam pecuniam Modestinus uocat traiectitiam, sed non solus. Paullus appellat usuras maritimas. Idem titulus est in Codice libro quarto. Hoc indicare, satis est parẽmiographo. Qui quærit exactiora, inde petat.

Doribus Dorice loqui.

Proverbii faciem habet, quod Gorgo in Syracusijs apud Theocritum respondet hospiti, admonenti ut desinant turturum more garrire:

Δορίσδειν δ' ἔξεσι δωρίεσσι τοῖς δωρίεσσι, i.

Dorissare tamen fas Doribus arbitramur esse.

Cõueniet in hominẽ natura loquaces,
Aut cum oratio respondet moribus & ingenio, Velut cum Pænus fraudulenter loquitur, aut leno lenone digna.

Somnium hybernum.

Χειμερινὸς ὄνειρος, i. Hybernum somniũ dicitur prolixa narratio, sed inepta, quod hieme noctes sint longiores & proinde longiora somnia. Lucianus in somnio: μεταξὺ δὲ λέγοντος ἡρακλεὶς ἔφητις, ὡς μακρὸν τὸ ἐνύπνιον καὶ δικανικόν. εἶτ' ἄλλος ὑπέκρυσε, χειμερινὸς ὄνειρος, i. Sed iterim dũ hæc loquor Papæ dixerit, aliquis ut lõgum insomnium ac forense, mox aliꝰ subiecerit, Hybernum somniũ. Dicanicum dixit, uel quod duæ personæ inter se decertent, uel quod forenses caussæ multis clepsydris perorentur.

Alios tragœdos pronocat.

Τοὺς ἑτέρους τραγῳδοὺς ἀγωνιεῖται, id est, Aduersus reliquos tragędos sese parat. Refertur ex Lycurgi sophistæ oratione aduersus Demadem. Didymus ostendit dicĩ solitum in eos qui sese componunt instruuntq. aduersus partem aduersam. Trãslatum uidetur a certaminibus Baccho sacris, in quibus tragędorum feruebat concertatio.

Πομπεύειν.

Veteres πομπεύειν dicebãt cõuiciari,

πομπείας

πομπείας conuicia, hinc natum quod in pompis Bacchanalibus quidam è curribus conuicia iaciebant in alios, & uicissim ab illis impetebantur. Citantur hi uersus è Menandri Perinthia:

ἐπὶ δὲ ἁμαξῶν εἰσὶ πομπεῖαί τινες
σφόδρα λοίδορα, i.

In curribus nonnula sunt dicteria.
Acerba ualde.
De plaustro loqui dictum est alias.

Securim inijcere.

SECVRIM inijcere dicuntur, qui uehementer lędunt, ac uulnerant M.Tul. pro L.Murena: Sed tamen Serui, quam te securim putas iniecisse petitioni tuę, cum tu populum Romanum in eum metum adduxisti, Atq. inibi paullo superius, quod hic securim dixit, uelut exponens appellat plagam. Atque ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ, non tacente me maxima. Item pro Plancio: Quam grauiorem potuerunt Reipub. infligere securim. Idem in epistola ad Q. Fratrem lib. secundo. Tenediorum igitur libertas, securi Tenedia prę cisa est. Et Demosthenes Phocionem appellare solet suorum argumentorum securim. Frequentia sunt apud Plautum. Inijcere tragulam, inijcere pilum, inijcere telũ. Omnia tela in patriam intenta, Cicero de prouincijs consularibus.

Sale nihil utilius.

PEPERITVR & hoc à doctis prouerbij titulo cõmemoratum. Humano corpori nihil esse utilius sale & sole. Salem etiam hodie omnibus cibis admiscemus, olim apricatio uehementer laudabatur à medicis.

Apud equum & uirginem.

ÆSCHINES aduersus Timarchũ refert. Athenis fuisse quendam tantę seueritatis, ut filiam quod impudice se gesserit, nec integritatem suam seruarit usque ad matrimoniũ, deportarit in locum desertum, atq. ibi una cum equo inclusérit haud dubie fame perituram. Eiusq; domicilij solum sua etiamnum ætate superfuisse tradit, quod ex re dicebatur παρ' ἵππον καὶ κόρῃ i. apud equum & uirginem. Dici potest in exẽplum immodicæ seueritatis.

Ad uinum diserti.

CICERO in Oratione pro M. Cęlio, ad uinum disertos appellat, qui ad serias causas agendas inepti, inter pocula multa garriũt, ubi nihil opus. Qui se numquam profecto si istum in locum processerint, explicabunt, quam uolent in conuiuijs faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad uinum diserti sint. Alia fori uis est, alia triclinij. Notum est illud Flacci.

Fęcundi calices, quẽ nõ fecere disertum?

M. Tull. adlusit ad morem priscum, quo caussæ ad aquæ modum agebãtur. Ea diuidebatur in tres partes, una infundebatur actori, altera reo, tertia iudici. At qui ad uinũ diserti sunt, ad aquam fere muti sunt.

Sicco iunco.

PROVERBIJ speciẽ habet qd̃ est apud Æschinẽ, περὶ τῆς παράπρεσβείας ὁλοχοίνω. ἀβρόχῳ, i. iunco, siue fune sicco, πηγᾶς δὴ λόγων ἀφθόνους ἔχειν ἐπηγγέλλετο, καὶ περὶ τῶν δικαίων τῶν ὑπὲρ ἀμφιπόλεως, καὶ τῆς ἀρχῆς τῶν πολέμων ἰσαῦθα ἐρεῖν ἔφη, ὡς τε ἀπορράπτειν τὸ φιλίππου στόμα ὁλοχοίνῳ ἀβρόχῳ, i. Iam uero & rõnũ copiosos fontes habere se iactabat, atq. de iure Amphipolis, deq. belli origine talia dictuũ, ut Philippi os sicco fune obuinctum esset. ἄβροχος dici põt, uel siccũ, quodque non rigatur, uel quod laqueum non habeat. Nam iunci gaudẽt humido, & ex his interdum texuntur funes. Hesychius indicat ὁλόχοινον idem esse qd̃ ὁ ξύχοινον. id est, Iuncum marinum, ad hæc ὁ λόχοχον, i. uersatilem. Denique & φερεφερῆ λίθον, i. rotundum ac uolubile saxum. Itaque perpẽdat erudit⁹ lector, an ὁλόχοινον ἄβροχον, intelligat orationem salsam, nõ aqua marina, sed acribus ac pungentibus rationibus. Quin & in illis uerbis, πηγᾶς λόγων, subest prouerbiũ, cum ingentem copiam significabant. Frequẽs est apud Chrysostomum.

Supercilium salit.

QVOTIES bona quædam spes titillat animũ nostrũ, dicere licebit nobis salire supercilijũ. Ita Pseudolus apud Plautũ in sui nominis fabula, amãti de argẽto quęrẽti, At id futurum unde? respondet, unde dicam, nescio, nisi quia futurũ est, ita supercilium salit. Sumptum a uulgi superstitione, qui futurorum augurja captat ex corporis adfectibus, ut si quod membrũ pruriat pręter eundẽ causa, si dexter oculus

saliat, si auris dextra tinniat. Non me fallit aliter legi apud Plautum: Verum & ipsam sententiam & metri ratio docet esse legendum, ut a me positum est. Sic enim legendi sunt senarij iambici.

Verum ego te amantem ne paue non deseram.
Spero alicũde hodie me bona opera, aut hac mea.
Tibi inuenturum esse auxilium argentarium.
At id futurum unde? unde dicam nescio,
Nisi quia futurum est, ita supercilium salit.

Duobus digitis primoribus.

QVOD auide arripimus tota manu sumimus, aut ut habet prouerbiũ ambabus. Contra qui parce sumunt, duobus digitis accipiunt. Plautus in Bacchidibus: Quid igitur stulte quoniam occasio ad eam rẽ fuit. Mea uirtute parta, vt quantum uelles, tantum sumeres. Hoc tu digitulis duobus sumebas primoribus: sentit de pollice & indice. Rursus in Pœnulo: Tenetis rem, uix quidem Hercle, ita pauxilla est digitis primoribus: Ad res animi translatum pluscullum habebit ueneris, ut, Tanta occasio nõ erat tibi duobus digitis primoribus accipienda, sed toto arripienda corpore.

Madusa.

IN Pseudolo Plautina seruus ebrius, ita loquitur: Ego nunc probe habeo madusam. Festus Pompeius indicat apud priscos madusam dici solere temulẽtum, dubitatque utrum à Græcis deductum sit, quibus ebrius est μέθυσος, an à Latino uerbo madere, quod probe poti uino madidi dicantur. Quod si madusa sonat ebrium, non ebrietatem, absurdus sermo est, habeo madusam. Vnde sic arbitramur legendum.

Ego nunc probe habeo madusa, ita uictu curato.

Seruus in ebrietate uidetur sibi fęlix, ut solutus omni metu curisque, & omnium tristium oblitus. Dixerit aliquis, quid hæc ad prouerbia? Imo quemadmodum peregrina uocabula nouitatis commendatione in prouerbium abierunt, ita & obsoleta quædam.

Talum reponere.

Τὸν πεπὸν ἀναθεῖς, i. Rursus talum ponere dicebantur, qui quod parum ex sentẽtia euenerat, curis ut aiunt posterioribus corrigebãt. Antiphon in orõne de concordia: ἀναθεῖς δὲ ὥσπερ πεπὸν τὸν βίον οὐκ ἔστιν, id est, Vitam perinde atque talum denuo ponere non licet. Vitam semel actam rursus iterare non est datum. Licet tamen iuxta Mitionis Terentiani dictum, prioris uitæ lapsus melioribus factis corrigere. Admissa uita non est quòd corrigas.

Dorice concinere.

QVI dissentiunt, dicuntur nõ cõcinere harmonia Dorica. Id prouerbio iactatum uidetur in eos quorum oratio dissentiret a factis. Plato in Lachete: οὐκ ἄρα πω κατὰ τὸν σὸν λόγον δωρισὶ ἡρμόσμεθα ἐγώ τε καὶ σὺ ὦ λάχης. τὰ γὰρ ἔργα οὐ συμφωνεῖ ἡμῖν τοῖς λόγοις, i. Nequaq̃ igitur iuxta sermonẽ tuum Dorica cõcinimus harmonia ego ac tu Laches. Nam facta nobis haud consonant uerbis. Inter musices genera Doricũ maxime probatum est, ut medie temperatum inter Lydium & Phrygium.

Præsentibus rebus consulendum.

PROCOPIVS belli Gotthici libro 1. Vetus nimirum me subit dictum, quod utique pręsentibus rebus ut consulatur iniungit. Arbitramur esse idem, quod alias ex Platone retulimus δεῖ τὸ παρὸν εὖ τιθέναι. quod præterit, in integrum reuocari non potest: consultationem de futuris uarię interrumpunt occasiones, quod urget in primis curandum est.

Sal & mensa.

APVD priscos hospitij ius fuisse sanctissimũ alias nobis est dictum. Id contrahebatur salis & mensæ consortio. Quemadmodum apud Germanos acceptus a propinante cyathus adimit omne ius agendi in iuriarum. Æschines de perperam obita legatione: τοῦς γὰρ τῆς πόλεως ἅλας καὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν περὶ πλείστου δήφησι ποιεῖσθαι, i. Etenim ciuitatis salem, publicamque mensam, ait se plurimi facere. Nõ exciderat hoc prouerbium antea commemoratum, uerum hoc exemplum, hospitij publici religionem nobis commendat, eoque cõmemorandum putauimus. Manent huius hospitalitatis publicæ uestigia in hunc usque diem apud Germanos.

Saliares dapes.

VETVSTISSIMVM sacerdotũ genus, fuit apud Romanos Salij, dicti quod Ancylia, quæ credebantur cœlo delapsa, saltantes ferrent. Hinc opiparum conuiuium ac magnificũ Saliare dicitur. Horatius in Odis:

Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus, nunc Saliaribus
Ornare puluinar deorum
Tempus erat dapibus sodales.

Arbitramur, autem Horatium Saliares pro pontificales dixisse, hoc est speciem p genere. Nam in omnibus sacris adhibebatur apparatus splendidus ac magnificus, quæ cura delegata erat septem uiris epulonibus. Aristippus reprehensus quòd homo philosophus sumptuose uiueret, si inquit, hoc esset crimen, dij non paterentur in suis sacris. De pontificali cœna nobis alibi dictum est.

Falsum probrum.

SENTENTIA puerbialis est apud Æschinem in oratione: περὶ παραπρεσβείας. τὸ γὰρ ψεῦδος ὄνειδος ὁ περαιτέρω τῆς ἀκοῆς ἀφικνεῖται, i. falsum probrũ non peruenit ultra aures. Qui audit conuitiũ, cuius sibi conscius est graiter aio vulneratur. At qui falso probro aspergitur, non perinde commouetur. Nõ enim descendit altius in animum hominis rectæ conscientiæ.

Ne insciens quidem verum dicit.

ALIQVANDO post addit hyperbolem prouerbialẽ: συμπέπλεγμαι δὲ ἐν τῇ πολιτείᾳ, καθ' ὑπερβολὴν ἀνθρώπῳ γόητι καὶ πονηρῷ, ὃς οὐδ' ἂν ἀληθὲς οὐδὲν εἴποι. i. In rep. vero inuolutus sum cum homine supra modum impostore & improbo, q ne insciens quidem quidquam veri possit dicere. Hoc tropo notat hominem insigniter uanum. Alioqui solent etiam natura mendaces, interdum lapsu linguæ, ac per incogitantiam aliquid ueri dicere. Fertur & hodie vulgo apud nostrates de vano: Fortunatus est ad dicendum uerum: quasi nũquam loquatur uerũ, nisi imprudẽs. Quod enim accidit præter animi destinationem, fortunæ tribuitur.

Capillis trahere.

Τῶν τριχῶν ἕλκειν, i. capillis trahere dicuntur qui ui perpellunt, quod & hodie dicitur auribus trahere. Æschines in oratione, quã modo citauimus: ὁ καταχοίμων ὑβρίν, ἀλλὰ παραθερμανθεὶς ὑπ' ἡμᾶς εἰς ἱα ξενοδόκος τῶν ἑταίρων τὶς τῶν φιλίππου, ἑλκοίμων τῶν τριχῶν, καὶ καθὼν ῥυτῆρα μαστιγοίμι τῶν αἰχμάλωτον γυναῖκα, i. non pessus fuissem contumeliã, sed incanduisẽ cum nos exciperet conuiuio quidã è Philippi amicis excipiendis hospitibus præfectus, & capillis traxissem, & arte pro loro flagellassem captiuam mulierem. Plautus in Menæchmis, sed quis hic est qui me capillo hinc de curru deripit? Opinamur adlusum ad Palladem Homericam, quæ Achillem capillis reuocauit à pugna. Idẽ in Mercatore: Me istam capillo pertractarum in uiam, nisi hinc abducit. De naribus trahi, obtorto collo, obtorta gula, nobis alias dictum est. Quo longius à rebus corporeis recedet metaphora, hoc erit uenustior, ueluti si quis dicat: lasciuiam capillis trahendam & ieiunijs, laboribusq; castigandam.

Scytha malus.

TANTA erat barbaries immanitasq; Scythicæ gentis, vt ipsa etiam appellatio cessaret in prouerbium, quemadmodum hodie crudelẽ hoiem appellamus Turcã & immane facinus Turcicũ. Aeschines in oratione: περὶ παραπρεσβείας, καὶ δέμαι σωσάμαι, καὶ μὴ τῷ λογογράφῳ καὶ σκύθῃ κακῷ ὄντι παραδῶναι, Obsecro vt seruetis me, neve logographo, maloq; Scythæ me tradatis.

Mali principij malus finis.

Ἀρχῆς κακῆς τέλος κακόν, i. Orsus mali finis malus. Iãbicus dimeter ex Aeolo poeta refertur. Quæ rectis consilijs instituuntur, etiam si qua incidat difficultas, tamen sortiuntur, aliquando lætum exitum: contra quæ prauis rationibus inceptantur, quãuis initio succedant, tamen habent infelicem exitum.

Laureolam in mustacijs quærere.

M. TVLLIVS in epistolis ad Atticũ: Bibulus cœpit laureolam in mustaceo quærere, hoc est, ex friuolis negotijs captare fãmam haud præclaram, neq; magnificã. Est autem mustaceum siue mustaceus libi genus, cui aliquid additur de uirga lauri derasum, ac decoquitur suppositis lauri foliis, ut indicat Cato lib. de agricultura. Vnde Pli. li. 15. c. 30. Mustaceum dictum putat tertium lauri genus, quod ad eum usum adhibebatur. Alioqui laurus erat triumphalis ornamentum ædium principalium ac pontificiarum. Hanc qui non poterant assequi laurum, in mustaceo quærebant laureolam. M. Tull. Epistolarum ad Atticum libro 5. Epistola cuius initium: Saturnalibus mane: Bibulus, inq;t, credo uoluit hac appellatione inani nobis esse par. In eodẽ Amano cępit laureolã in mustaceo quęrere. Cicero in prouincia res pręclaras gesserat, Bibulus frigebat. Idem ad M. Cęlium Rufum lib. 2. Qualemcunque triumphum laureolam appellat, velles enim, ais, tantummodo, ut haberem negotij, quod esset ad laureolam satis.

Si tu proręta.

NON tam ficus ficui similis est, quàm est simile prouerbio quod est apud Plautum in Rudentibus.

Si tu proreta isti naui es, ego gubernator ero.

Quo licebit vti, quoties neuter alteri in negotio quopiam vult cedere. Nam prora ea pars nauis est, quæ in appellando percutit littus, puppis est posterior in qua sedet qui clauum regit. Habent enim nautæ singulis distributa munia, quorum præcipua sunt proretæ & gubernatores. Vnde prouerbium. Prora & puppis. Prora Græca uox est, cui parti, qui præsidet πρῳρεὺς & πρωράτης illis appellat, vnde πρωρατεύειν, proram regere. Suspicamur autem Plautum & alteram uocem Græce posuisse, ut priori Græcę responderet κυβερνήτης. Nam si gubernator legas, versus trochaicus antepenultimo loco habebit breuem syllabam, gubernator ero, quod carminis ratio nullo pacto recipit, Si tu proreta isti naui es, ego κυβερνήτης ero. Verum hoc quidquid est eruditorũ iudicio relinquimus. Honestior autem nauis pars est puppis. Vnde Virgilianus Aeneas: Stat celsa in puppi. Et M. T. Cornificio libro duodecimo. Quamobrem mi Quinte conscende nobiscum, & quidem ad puppim.

Hedera lasciuior.

NON sine prouerbij specie dictũ est, qd̃ hederæ natura sit omnia cõplexu suo vincite. Vnde Flaccus arctissimum amicę complexum significare uolens ait in Odis:

Arctius atque hędera procera astringitur ilex,
Lentis adhærens brachijs.

Sursus alibi: Lasciuis hęderis ambitiosius. Sed complexu suo enecat arbores, quod idem amãtibus faciunt lasciuę puellæ. Vnde Romæ Flamini Diali nefas erat tangere hęderam, atque adeo ne nominare quidem fas erat. Hoc ænigmate declarauit antiquitas, quanta puritas, quantaque castitas deceat sacerdotem, atq; adeo quanta libertas, nam amare mera seruitus est. Nec anulum solidum gestare concessum erat, aut ullum omnino in corpore nodum hrẽ, ut testatur Festus Pompeius.

Nugæ theatri.

PLAVTVS in Comœdia Pseudolo, nugas theatri appellat, quotidiana conuicia, quæ in meretrices, lenones & parasitos iaciebantur à comœdiarum actoribus. Sic ib: Ballio leno rogatus quid ipsi dixisset quispiam? Nugas inquit theatri, quæ in comœdijs solent lenoni dici, quæ pueri sciunt, Malum & scelerosum, & periurum aiebant esse me, sic leno. His autem conuicijs non oportebat quenquam offendi, ut aiebat Socrates, nihilo Hercle magis quam in magno conuiuio, liberius dictis. Quin etiam totum hoc quod in comœdijs agitur, nugę theatri dici poterunt: ueluti iuuenes amare, senes iurgare, seruos heris imponere, lenas sitire & cętera. Aliquanto secus dictum est M. Tul. qui theatri uocem traxit ad significationem ostentationis. Velut in oratione pro Rabirio: Multas equidem C. Cæsaris uirtutes magnas incredibilesq. cognoui, sed sunt cętera maioribus quasi theatris propositæ & pœnæ populares, castris locum capere, & cętera. Vnde & Theatrica dicuntur quæ multitudinis fauorem captant.

Pleno modio.

ANTE dictũ est nobis plena manu fieri quod largiter, minimeq. maligne dicitur. M. Tull. ad Atti. lib. 6. Epist. 1. simillima figura dixit, pleno modio: Si illa iam habẽt pleno modio, uerborum honorem, inuitationem crebram &c. Nam antea dixerat, se publicanorum usuras affatim laudasse.

Agninis

Agninis lactibus alligare canem.

BALLIO in Pseudolo Plautina. Quia pol qua opera credam tibi, una opera adligem fugitiuum canem agninis lactibus. Qui canem alligat intestinis agninis, is nõ modo canem amittit, uerum & prędã ultro dederit fugitiuo. Sic qui credit homini malæ fidei, & rem perdit & frustra obligatum habet eum, qui non est soluẽdo. Lactes enim dicuntur intestina molliora.

Superauit dolum Troianum.

APVD Plautum in Pseudolo, senex laudans seruum suum, quod arte noua, structis insidijs per subornatum quendam imposuerit Ballioni lenoni, ita loquitur.

Superauit dolum Troianum, atque vicit Pseudolus.

Sentit autem de equo Troiano è trabibus contexto: de quo iam sæpius dixim⁹. Quẽadmodum autem Græci per suborna tum Sinonẽ imposuere Troianis, ita Pseudolus per Harpagem imposuit lenoni.

Laryngizein.

Λαρυγγίζειν Græcis dicuntur, qui non loquũtur naturali modo, sed dilatato gutture effundunt immanem uocem. Quem admodum & canunt nonnulli. Hoc uitiũ Demosthenes obiecit Æschini, quod non ex animo loquens uocem præter naturã intenderet, Neque enim oratoris est, adfectus clamore mouere, sed argumentis & rem uelut oculis subijciendo.

Oculis ac manibus.

QVOD omnibus modis compertum est oculis & manibus deprehensum dicitur Mar. Tull. pro Cluentio: Cum manifeste uenenum deprehendisset, quod uir matris Oppianicus ei parauisset, & res non coniectura, sed oculis ac manibus teneretur, neque in caussa ulla dubitatio posset esse, accusauit. Oculis magis creditur, quã auribus. Quidam porro adeo sunt δυσπιστοι, ut nisi manibus contrectent, non credant.

Vt herba solstitialis.

APVD Plautũ in Pseudolo amãs de spe subito deiectus, ita loquitur. Quasi solstitialis herba paullisper sui, repente exortus sum, repentino occidi. De Ephemero animalculo nobis alias dictum est. Sunt qui hoc loco solstitialem herbam intelligi uelint Heliotropiũ. Atqui tametsi Heliotropium circumagitur ad solem spectans, nusquam tamen legimus eam, eodem die nasci ac mori. Vero propius est Plautum sentire de herba Ephemero, cuius aliquot locis meminit Dioscorides, ueluti lib. 4. cap. 698. Item aliis nonnullis. Rursus libro 6. c. 111. Is duo facit genera, alterum Colchicũ, quod illic affatim proueniat, a quibus bulbus erraticus siue agrestis dicitur, qd̃ sub exitum autumni florem effundit sub candidum, non dissimilem croceo. Alterũ quod Irim sylueſtrem appellant, foliis lilii sed tenuioribus, caule pari, floré habet ceruleum amarum, cuius descriptionem habet Plin. lib. 25. c. 13. Colchicon bulbi similitudine adlicit ignaros, & iugulat, quẽ admodum & fungi. Sed præsens remediũ est lac Bubulum. De hac herba non dubiũ est quin Plautus senserit. Nã Dioscorides ait prouenire sub exitum autumni, hoc est, circa solstitium brumale. Et Theophrastus Ephemeron appellatam putat quod ultra diem non uiuat, idem prædicans de herba qnod Aristoteles de animante eiusdem nominis.

In herbis.

IN herbis esse dicuntur, quæ nondum maturuerunt, sed spem modo bonam de se præbent: dixit M. Tull. in oratione pro M. Cælio: Sed ego non loquor de sapientia quæ non cadit in hanc ætatem, de impetu animi loquor, de cupiditate uincendi, de ardore mentis ad gloriam, quæ studia iam in his ætatibus nostris cõtractiora esse debeant, in adolescentia uero tamquam in herbis significant, quæ uirtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ. Hoc prouerbium alibi nobis dictum meminimus, sed hunc locũ adijcere uisum est. Ex quo si quid damni capit lector, est quod quæratur: si quis cauilletur hos caprare numerum silebit, si perpenderit innumera prouerbia cæteris admixta, non referri.

Nullius coloris.

ALIBI cõmemorauimus de modis omnibus ignoto solere dici, albus an ater sit nescimus. Huic simillimũ est qd̃ ait Harpax apud Plautũ. Quem Pseudolum, quas tu

tu prædicas fallacias mihi. Quem ego hominem nullius coloris noui. Vehemẽtius est, quam si dixisset, albus an ater. Et paullo post, pro eo, quod dici solet, nõ noui hominem. Neque istum, inquit, Pseudolum mortalis qui fiet, noui neque scio. Rursus in eadem. Qui suum repetunt, alienum reddunt nato nemini. Idem in rudẽtibus: Dominus huic ne frustra sis, nisi ego nemo natus est. Rursus in Mustellaria: Curabitur, tamquam si intus nemo in ædibus habitet. Iterum in eadem: Natus nemo in ædibus fuit.

Et prædam & præmium.

QVOTIES significamus omnino quidpiam auferendum siue iure, siue iniuria, dicemus & præmium & prædam auferendum. Præmium datur pro meritis, præda per uim aut arte abdũcitur. Ballio in eadem fabula. Aufertur id præmium a me, quod promisi per iocum. Cui respondet senex, De improbis uiris auferri pręmium & prædam decet. Sentiens malos quouis modo spoliandos, eo quod si quid male fit malis, benefactum est. Sicuti bene dictum est, quod dignis male dicitur.

Ex natali emortualem facere.

IN eadem fabula Ballio leno coactus reddere argentum dicit: Certum est mihi hunc emortualem facere ex natali die. Emortualem dixit pro tristi, ac funesto, natalem pro læto ac fælici.

Catone hoc contenti sumus.

INTER ea quæ Cæsar August. quotidiano sermone solet usurpare, Suetonius & illud commemorat, quod quoties significabat præsentem rerum statum esse boni consulendum dicebat, contẽti sumus hoc Catone. Cato Vticensis conatus est tueri præsentem Reip. statim exclusa tyrannide, at non successit: uicit ea pars quæ tyrannidem uidebatur affectare. Augustus autem in hoc cum Catone sentiebat, qd̃ præsentem Reipub. statum nollet immutari. Itaque ipse quodammodo sui temporis Cato fuit. Retulimus ex Macrobio inter apophtegmata, Cæsarem Augustum aliquando uenisse in ædes in quibus habitauerat Cato. Hic cum Strabo in gratiam Augusti incusaret Catonis peruicaciam, quod sibi necem consciscere, quam Iulio uictori se submittere maluisset: Augustus respondit, Quisquis præsentem ciuitatis statum mutari non uult, is & ciuis & vir bonus est. Eodem dicto & Catonis memoriam tutatus est, & sibi consuluit, ne qs in posterum adfectaret res nouas.

Edax triremis.

ΑΔΔΗΦΑΓΟΙ τριήρεις, i. Edaces triremes, dicuntur quod magnis constent impendiis. Translatum uidetur ab egregiis eqs & ad certamina alitis, quos oportet esse uoraces, extat apud Lysiam oratorem. Alcæus autem in comœdo tragœdia, lucernas bibulas ἀδδηφάγους dixit, quod multum absumant olei. Prouerbii speciem hæc habebunt, si ad hominem prodigum immodiciq; impendii transferantur, quẽadmodum Edax currus, de quo nobis dictum prius.

Obolo dignus.

ΑΞΙΟΣ ὀβολοῦ, i. dignus obolo per iocũ dicebatur, qui ĩ aliquo numero uellet haberi. Translatum a consuetudine reipubl. Atheniensium, qua qui per senatum adscribebantur in numerum uirorum, & ob id δόκιμοι uocabantur, iis in singulos dies dabatur obolus ex ærario publico, quemadmodum tradit Aristoteles in Politicis. Alii malunt duos dari solitos. Et fieri potest, ut post duplicata sit mercedula. Huius rei meminit Lysias in oratione περὶ τοῦ ἀδωράτου. Et haud scimus an huc alluserit Aristophanes ĩ Equitibus: ἀνὴρ γε γένηται τοῖσι πολλοῖς τοῦβολοῦ. ἀδώρατοι dicebantur, qui trium mẽsium spacio corpere claudicarent. Quẽadmodũ ἀδοκίμασοι dicebantur, qui nondum erant in uirorum numerum adscripti, nec dũ obolo digni iudicati.

Areopagita taciturnior.

ΑΡΕΩΠΑΓΙΤΗΣ σεγανώτερος. i. Areopagita taciturnior dicebatur, qui commissum arcanum optime contineret. Alciphron ĩ epistola quadã: γνῶθι τὸν νῦν ἀρεοπαγίτης σεγανώτερος. id est, Esto mihi nunc Areopagita taciturnior, σεγανὸς. n. dicitur, nõ qui tacet ipse, sed qui continet arcanũ, nec effutit usquam, trãslatũ est a uasis solidis, nec ulla ex parte perstilantibus, Athenis in Areopago caussæ capitales audiebãtur, idq; noctu, magna attentione. Et fortassis nefas

nefas erat illis, quæ ibi fuissent acta apud vulgus effutire. Extant & hodie apud Vesphalos reliquiæ generis iudicum. Certi vulgo dicuntur. Qui in hunc ordinem admittuntur, magna religione adiguntur ad silentium. Est enim ratio quædam deprehendendi crimina, quam nullus intelligit, præter illos iuratos.

Veterata vaticinari.

ALIBI retulimus ἀρχαῖα λέγειν, friuola loqui. Ballio in Pseudolo Plautina ad atrocia conuicia, quibus à duobus impetitur, respondet, uetera uaticinamini. Conueniet in eos, qui nihil adferũt noui, sed iam olim vulgo iactatum, Nam uatum est, aut aliquid noui dicere, quod nõdum accidit, aut aliquid proferre, quod nulli cognitum est. Solent enim prognostæ quidam mira quædam diuinare de præteritis annis. Lenoni nihil est noui audire, scelestus, periurus, sacrilegus.

Eadem queri.

Ξωαυλίαν κλαίειν, dicuntur, q simul ijsdem de malis quæruntur, inde sumptum, quod apud ueteres interdum duo tibicines eandem cantionem sonabant. Aristophanes in Equitibus:

Ξωαυλίαν κλαύσωμεν, ἐλύματι νόμου, i. Modis Olympi concinamus tristia.

Olympus quidam fuit Marsyę discipulus. Is conscripsit de lugubribus modis tibia canendis. At Marsyæ male cessit sua musica. Discipulus igitur magistro accinit lugubria.

Schœnicolæ.

FESTVS Pompeius indicat olim schænicolas appellata scorta plebeia, ac uilia, ab unguento uilissimo quo oblinuntur. Plautus in Pœnulo: Miseras, schœno delibutas, schœnicolas sordidas.

Luto lutulentior.

AVAROS quæstusque supra modum auidos, impuros, ac sordidos dicimus. Id Plautus ὑπερβολικῶς exaggerat in Pęnulo: Sed lenone isthoc Lyco illius domi nõ lutũ est lutulentius. Nonnunquam declarat hominem scelerosum & contaminatũ potiusquam sordidum. Vt Cicero in oratione pro domo sua ad pontifices. O cęnum, ò portentum, ò scelus. Et Pisonem alicubi lutum appellat. Sic enim appellat lutum, quemadmodum subinde uocat scelerosum, Labem ac maculam. Itidem subinde facem, procellam, ac tempestatem appellat tumultus auctorem.

Διακωδωνίζειν.

Διακωδωνίζειν, Demosthenes dixit pro explorare, atque examinare. Sumptum putant ab ijs, qui noctu cum tintinabulo circumeunt excubias, ne quis dormiat, aut vt hoc signo declarent se vigilare. Siue ab ijs, qui coturnices tintinabulo experiuntur, num sint ad pugnam idoneæ, ut uisum est Aristarcho. Nec desunt qui malint inde ductum, quod ad eundem modum explorari soleant equi, an tubarum, & armorum strepitum laturi sint. Simili modo conuicijs olim explorabantur initiandi mysterijs.

Ferrum & flamma.

CVM exitiale bellum significamus, ferro flammaq. rem geri dicimus, siue ferro igniq, M. Tullius in oratione pro L. Flacco: O dij immortales quid hoc miserius, nos qui P. Lentulo ferrum & flammam de manibus extorsimus, imperitæ multitudinis iudicio confidimus. Mox in eadem: O nox illa, quæ pęnè æternas huic vrbi tenebras attulisti, cum Galli ad bellum, Catilina ad vrbem, coniurati ad ferrum & flammam uocabantur. Rursum pro Sylla: Cuius nuper ferrum retuderim, flammamq; restinxerim: In oratione pro domo sua, addit saxa: Deinde cum ille saxis & ignib. & ferro uastitatẽ meis ædibus intulisset. Itẽ pro Planco: Quorum vidisti toto illo anno ferrum in foro, flammam in ædibus, vim in tota vrbe versari.

Montes frumenti.

DE montibus auri nobis alibi dictum est. Sed quemadmodum musca ad quasuis res transfertur cũ negamus quidquã tale esse, nulla mihi musca in ædibus, ita montes ad quarumlibet rerũ affluentẽ copiam transfertur. Plautus in Pseudolo: Quibus cunctis montes maximi acerui frumenti sunt domi. Vox hæc montes superest sermoni, nisi quod ex vsu vulgari addita auget copię significationẽ. Itidẽ in vsum venit oppido pro ualde, cum tantã rerum copiam intelligerent agricolæ, quanta satis esset

esset uel oppido. Plautus in Mustellaria, Montem erroris dixit pro errore grauissimo. Nec salus nobis saluti iã esse si cupiat potest, Ita alium erroris montem maximum ad portum modo conspicatus sum, herus aduenit peregre, perijt Tranio. Si legas ita mox alium, cõstabit uersus trochaicus. In Milite dixit montes argenti: Tum montes argenti non massas habet.

Ἐξορχεῖσθαι.

QVI fugiunt & ab eo quod agitur alio se uertunt. Græcis ἐξορχεῖσθαι dicuntur, sumpta metaphora a saltationibus præsertim sacris, unde subtrahere sese inauspicatum erat: quemadmodum indicatum est i prouerbio, Omnia secunda, saltat senex. Notum est quod refert Herodotus de Hipoclide, qui indecora saltatione excidit a spo nuptiarum & audiuit: ἐξορχήσατό γε τοῦ γάμου.

Peristromata Campanica.

ORIGENES opus quoddam uarias tractant materias, στρωματεῆς inscripsit, sumpta metaphora ab auleis & stragulis pictularis, quibus olim diuites impense delectabantur. Quod ad hominem uersipellem transferri potest Siquidem aulea explicata aut complicata, & rursus aliter atq. aliter complicata uarias rerum formas præbent. Leno in Pseudolo Plautina minitatur suis famulis hoc modo. Ita ego uestra latera loris faciam ut ualide uaria sint, ut ne peristromata quidem eque picta sint Campanica. Campania cum floreret opibus, preter modum luxui ac deliciis indulgebat. Campanicis peristromatibus Plautus adiungit Alexandrina tapetia. De Attagena dictum est alias.

Fors domina campi.

IN creãdis magistratibus non semp uincebat, qui potior esset, sed cui fortuna fauebat. Nam a populi suffragijs res oĩs pendebat M. Tull. in Pisonem: Sed omitto ut sit factus uterque nostrum, sit sane. Fors domina campi, magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus consulatum.

Fulmentum lectum.

NONIVS Marcellus indicat prouerbiũ quoddam esse frequens apud Varronẽ: Fulmentum lectum scandunt. Nec exponit quid sit fulmentũ, neq. quis sit prouerbij sensus, tantum indicat fulmentum dici neutro genere, & fulmentas fæminiino.

Parthi quo plus biberint.

DE Parthis uetere prouerbio dictum est, quo plus biberint, eo plus sitire. Habet hoc temulentia, ut posteaquam obsurduit palatum, magis ac magis cupiant haurire. Apte dicetur in auaros, ac studiosos, crescit enim discendi cupido cũ eruditione.

Scraptæ.

SCRAPTAE populari conuicio dicebantur mulieres nugaces nulliusq; rei, a screo quod est oris purulentiam eijcio cum sonitu. Vnde screa pro rebus uilissimis accipiebant. Fortasse quadrabit in anus, subinde screantes, ac tussientes. Ita Festus. Nonius autem putat esse conuicium in deformes meretrices, citans hunc Plauti versum ex Vidularia.

Scraptę, scrupedæ, strictiuelę, sordidę.

Ex Phelleo.

Ἐκ φελλέως ἐλθεῖν, i. Ex Phelleo uenire dicebantur, qui ex humili fortuna asperaq. uita ad dignitatem emersissent. Nam Græcis φελλὸς dr locus aptus pascendis capris, asper, pumicosus, ac sterilis. Nã huiusmodi pascuis capræ delectantur. Aristophanes in Nebulis:

Ὅταν μὲν ὦν τὰς αἶγας ἐκ γῆς φελλέος
Ὥσπερ ὁ πατήρσου διφθέραν ἐνημμένος.

Est huius nominis locus Atticæ montanus ac petricosus, cui meminit & Stephanus, nisi quod montem Φελλὰς uocat, fortassis scriptura mendosa. De his non nihil attigimus in prouerbijs. Subere leuior, & Phellinas.

In foro uerità.

Ἐν ἀγορᾷ ἀψευδεῖν, i. In foro abstinendũ a mendacio. Lex erat apud Athenienses, ut in foro rerũ uenaliũ uanitas oĩs abesset. Theophrast. in libris De legibus ostẽdit Agoranomis duo pręcipue curanda, ut oĩa in foro composite citraq. tumultũ agantur, deinde ut abstineant a mẽdacijs non uendentes modo, uerum etiam mentes. Hinc est quod apud Laertiũ Anacharsis ait se mirari, quod Atheniẽses lege p

hiberent in foro mendacium, cũ nusquam frequentius aut imprudentius mentirent.

Oculum excludere.

Hac figura vulgus adimit oẽm spẽ petenti, ut dicat, si hoc impetratis, oculũ mihi excludito, aut dentem extũdito. Senex in Pseudolo Plautina: Excludite Hercule oculum si dedero. Sensit quiduis potiꝰ futurum, quam ut seruo daret argentum, p amica filij. Itidẽ Phormio Terẽtianꝰ: Vel oculum excludito, est, ubi ulciscar, locus.

Aut terra aut mari.

Plautus in Pseudolo, aut terra aut mari, dixit pro quacumq. ratione. Sumptum est ab historicis, qui referunt res terra mariq. gestas, & gentes terra mariq. expugnatas. Cicero pro Cluentio: Cuius tãtę res gestę terra mariq. extiterunt. Item pro lege Manilia: Quantas ille res domi militięq. terra mariq; quanta feliciter gesserit. Rursus in eadem. Vt aliq̃do uere uideremur omnibus gentibus ac nationibus terra mariq̃ue imperare. Item in Verrem lib. 2. Quam multæ mihi à Verre insidiæ, terra mariq̃ue factę sint. Ad Atticum libro 7. Qua aut terra aut mari persequar eum, qui ubi scit nescio. Demosthenes in clausula orationis pro Ctesiphonte: εἰ δ' ἄρα ἔχουσιν οὕτως, ἀντάτυς τούτους μὲ αὐτοὺς καθ' ἑαυτοὺς ἐξάλεις καὶ φοώλεις ἐν γῇ καὶ θαλάσσῃ ποιῆσαι. i. Quod si usque adeo sunt insanabiles, istos quidẽ per se solos exitio pernicieq. dignos terra mariq̃ue reddit. Plauti uerba sunt hæc: Ego in hoc triduo aut terra, aut mari alicũde euoluam id argentum tibi M. Tull. libro De Finibus 5. addit tertium: Vna pars est diffserendi, altera uiuendi, tertia natura sic ab his inuestigata est, ut nulla pars cœlo, mari, terra, ut poeticè loquar, prætermissa sit. Addit poetice, quod poetæ tria tantũ elementa referant, ut Ouidius:

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cœlum.

Terentius: O cęlũ, o terra, ò maria Neptuni. Plautus in Amphitrione. Ita mihi mãr omnia, mare, terra, cælum consequi.

Ἐκφυλλοφορήσαι.

Quibus ius ferendi suffragia adimebatur, & ex albo iudicũ submouebãtur, olim dicebãtur ἐκφυλλοφορεῖσθαι, quemadmodũ exauctorari dicebantur milites quibus rupugnandi adimebatur. Olim non calculis sed folijs ferebantur suffragia, quasi dicas a folijs ferendis excludi.

Nullam corporis partem.

Æschines de perperam obita legatione: ὁ δὲ ἐδὲν ἀπραγμόνων ἔχων μέρος τοῦ σώματος, οὐδ' ὁθεν ἂν φωνῶν φωνεῖσθαι, ὡς ὢν Ἀριστείδης τοὺς φόρους τάξας τοῖς ἕλλησιν, ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος, δυσχεραίνει καὶ καταπτύει δωροδοκίας, i. Ait is qui nullam corporis partem habet otiosam, ne eam quidem qua uocem promit, perinde ac si esset Aristides qui uectigalia præscripsit Græcis & iusti cognomen meruit, indignatur ac despuit munerum acceptionẽ. Dispiciat prudens lector, an pro ἀπράκτος, legendum sit ἄπρατος, i. ἀπρίατος, ut intelligas illi omnia membra fuisse uenalia, ẽt os & uocẽ. Tametsi dici põt ἄπρακτος, qui nihil exigit. Vt intelligas nõ manibus tantum, sed toto corpore rapacem.

Dulce & amarum.

Plautus in Pseudolo non sine prouerbij specie dixit dulce & amarum, prolętis ac tristibus. Amans adolescens de epistola amicæ. Dulce amarumq. una nunc misces mihi. Idem in eadem fabula: Dulcia atque amara apud te sum elocutus omnia. Scis amorem, scis laborem, scis egestatem meam. Idem in Truculento: Nunc postea quam scimus dulce, atque amarum quid sit de pecunia.

Αἰξῶν δ'ἐδς.

Quemadmodum multa prouerbia retulimus è gentium moribus desumpta, ita αἰξῶν δ'ἐδς olim dicebantur calumniandi morbo obnoxij, quod is populus hoc nomine taxatus sit ueterum Comędiarum salibus, quemadmodum indicat Stephanus docens, Æxoniam esse Magnesiæ ciuitatẽ. Est ãt & αἰξωνὴ ultima acuta, populus trib. Cecropidis, ab utraq. uoce deducitur αἰξῶν δ'ς. Citãt testẽ Menãdrũ ἐν χαυνηφόρῳ. Platoi dialogo de Fortitudine εἰ δὲν ἐρῷ πρὸς ταῦτα κ' ἔχων εἰπεῖν, μὴ μέφης ὡς ἀληθῶς αἰξονέα εἶ). ideſt, Nihil ad ista respondeo, cum quod dicam habeam, ne me merito dicas Æxonensem esse Marsilius uertit maledicum, & calumniatorem.

Gallam bibere oportet.

Qui plus satis indulgẽt uentri gulæq; prouerbiali ioco iubebantur gallam bibere. Is est fructus sub autumnum adnascens arboribus, præcipue robori specie rotundæ nucis. De cuius natura multa prodiderunt Plinius, Dioscorides, Galenus ac Theophrastus. Vim habẽt astringendi exicandiq;, & ob id utilis ad multa. Indeillud Lucilij eum nepotes, ac lurcones iubet gallam bibere & rugas inducere uentri, sentiens coarctandos esse uentres. Refert Sextus Pompeius Fest. Simile est Horatianum illud, cum scribit uentres nepotum inurendos candenti lamina.

Sontica caussa.

Naevius poeta, citante Festo Sonticã caussam appellat admodum graué, in hoc trochaico catalectico:

Sonticam esse caussam oportet, quamobrem perdas mulierem.

Translatũ a duodecim tabulis, quę sonticum morbum appellant non uulgarem, sed tam molestũ, vt reus non cogãt apud iudices comparere.

Macula, Labes.

Frequens est apud M. Tullium, ut hominem infamem ac sęleroſum, maculam, labem, sordes, lutum appellet, pro eo Plautus citante Festo suasum dixit.

Quia tibi suaso infecisti propudiosa pallulam.

Suasum Festꝰ putat esse maculam quæ fit in ueste alba è stillicidio fumoso. Plautinus Trochaicus quadrabit in eos, qui famam honestam, vel a maioribus traditam, vel benefactis partam, aliquo scelere contaminant.

Capere crines.

Plautus in Mustellaria capere crines dixit, pro arripere occasionem oblatam, & arreptam retinere. Sũptũ uel ex illo deo, quem Græci uocãt καιρόν, Nam eũ fingũt fronte capillata, occipitio caluo: vel ex hominũ consuetudine, qui crinibus remorãtur quẽ nolint abire. Si tibi acceptũ est fore tibi unicũ, sempiternũ, atq; illũ amatorẽ tibi propriũ futurũ in uita. Soli gerẽdũ censeo morem, & capiendos crines, ut fama est, hoïs, & in sole pecuniã inuenire.

Nihil est miserius, quam animus conscius.

Saepe etiam est olitor valde opportuna loquutus, ut habet prouerbium. Apud Plautum in Mustellaria Tranio seruus nequissimus sententiam profert, quouis dignam Theologo, nihil est miserius quam animus hominis conscius. Et Horatius fælix esse iudicat:

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Celei supellex.

Vilem & rusticanam supellectilẽ Celei fuisse dictã indicat Maro Georg. li. 1.

Virgea præterea Celei vilisq; supellex.

Item Ouidius lib. Fastorum 4.

Sors sua cuiq; loco est, qui nunc Cerealis Eleusis
Dicitur hic Celei rura fuere senis.
Ille domum glandes excussaq. mora rubetis
Portat & arsuris arida ligna focis,
Filia parua duas redigebat mõte capellas.
Et teuen in cunis filius æger erat.

Celeus rex erat Eleusine, pater Triptolemi, cui Ceres quod esset ab illo excepta hospitio, commonstrauit omnem agriculturæ rationem. Verba Plauti sunt hæc. Quasi supellex Celionis, palus palo proximus est. Mirum est autem a Plauto primam syllabam in Celione produci, cum ab alijs corripiatur. Nam Celionem pro Celio dictum nihil est noui, sic & scorpiũ dicimus & scorpionem.

Ampullace.

Plautus in Menæchmis videtur ampullaceam vocare mulierẽ magnificè cultã, carmen sic fertur; qũ te auratam & vestitã bene habet, ampulla spem. Recte perhibent, melius sanam est mulier mentem sumere. Ampulla spem, certũ est deprauatas esse voces, Quidam reponunt ampullosam, verum hanc dictionem Trochaici carminis rõ non patitur. Ampullaceam, & metro congruit & sensui. Plinius lib. 15. inter genera pyrorũ cõmemorat ampullacea. Qui tamen locus haud scimus an mẽdo vacet. Verba Plinij sic habẽt. Ab odore myrrhapia, laurea, nardina, a tẽpore hordearia; à collo ampullacea, & Coriolana.

Cyatho non emam.

Non absq; speciei prouerbij Miles apud

Plautum in Pœnulo dixit: Proh nebulæ, cuius ego cyatho septem noctes nõ emãt, loquitur de muliere fastidiosa, sed nõ per inde formosa, & cyathum dixit pro minimo pretio, cui res erat cum cyathis. Cyathus minimũ erat poculũ, crater amplius.

Rex sum.

QVEMADMODVM olim insignem fælicitatem significantes dicebant, deus sum, aut in cælo sum: Ita Plautus in Pœnulo dicit: Rex sum, si ego illum hodie ad me hominem allexero. Verba sunt Lyci lenonis, sperantis se diuitem fore si quendam bene nummatum ad se pertaxisset.

Cribro crebrius.

SCITE dictum est Plauto, nec sine prouerbij schemate, cribro crebrius, pro eo quod erat, plurimis locis, ac passim. Villã integundam, intelligo tõtam mihi. Nam nunc pellucet ea quam cribrum crebrius. Vulgus de futili ac loquaci dicit, tam solidus est quam cribrum.

Et operam & retiam perdere.

PLAVTVS in Rudentibus. Iam nunc operam ludos facit & retiam. Id quidẽ citra tropum dictum est à sene, qui Crippũ seruum piscatum miserat, cum esset noctu orta tempestas grauissima. Venustius erit, si tropo adhibito dicatur in captatorẽ, cui non successit aucupiũ. Porro retiam Plautus antique dixit pro rete. Ad fine est illi, quod alibi retulimus. Oleum & operam perdidi, &; Opera & impensa perijt.

Cresi pecuniæ teruncium addere.

M. TVLL. lib. de Finibus quarto. Itaque in quibus propter earum exiguitatem obseruatio consequitur, sæpe accidit, ut nihil interesse nostra fateamur, sint illa nec ne sint, ut in sole, quod à te dicebatur, lucernam adhibere, nihil interest, aut teruncium addere Cresi pecuniæ. Teruncij nũmi a tribus uncijs dicti uilitas prouerbio locum fecit. Cresus Lydorum rex inter prodigiose diuites celebratur.

Priscis credendum.

M. TVLL. in libello De uniuersitate: Credẽdum, inquit, nimirum est ueteribus, & priscis, vt aiunt uiris, qui se progeniem deorum esse dicebant. Incertum vtrũ Cicero sentiat eam sententiam fuisse uulgo decãtatam, an notet uocem prisci, qua declaramus homines extremę antiquitatis, quorum origo quoniam posteris erat incognita fere referebatur ad deos.

Omnes intus.

THEOCRITVS in Syracusanis.

Κάλλις, ἐν δοῖ πᾶσαι, ὑτὰν νυὸν εἶπ' ἀποκλάξας, idest,

Optime habet, cunctę sunt intus, fertur ut olim

Inclusa sponsa sponsus dixisse,

Scholiastes admonet esse prouerbium, è tali casu natũ, ut conijcimus. Sponsus quidam pertæsus spõsam exclusit ædibus; cũq; illa pulsaret fores cupiens recipi, sponsus respondit, ἐν δοῖ πᾶσαι, idest, omnes sunt intus, forte cum sponsa ex more duceret ad ędes sponsi, ille occlusis foribus ita locutus est. Accommodari potest ad usum magis serium, ueluti si ambiẽti in amicorum numerum recipi, qui sit indignus amicitia, respondeatur πᾶσαι, ἐν δοῖ. Aut, quod uero propius est, cum significabimus omnia esse in tuto. Siquidem ἀποκπεί ω nõ solum sonat excludo, uerum etiam includo, quod semotum ĩ tuto esse uolumus, vnde ἀπόκλεισμα pro custodia. Itaque fieri potest ut sponsus sponsa in thalamum reclusa cæteras submouerit dicens, omnes intus. Sponso una sufficit, cæteras ut superuacaneas exclusit. κλὶξ Siculis dicitur clauis, inde ἀποκλάζω pro ἀποκλείω.

Esurienti ne occurras.

IN eodem Idyllio prouerbii faciem hẽt & illud in fine. Gorgo hortans ad reditũ quod maritus esset iracundus adijcit.

Ρεινῶντί γε μηδὲ ποτ' ἔνθης. idest,

Absit ut vnquam occurreris esurienti.

Fames enim exasperat iracundiam. Vnde apud Plautum aliquis iracundius loquẽtem rogat quam pridem edisset. Apud eundem est.

Fames & morabilem in narem conciunt.

Opus ad opus.

ADDAM & illud ex eodẽ, ἔργον ἐπ' ἔργῳ, quo nullũ operæ finem significat. Verba sũt mulieris de marito cõquerẽtis q̃ emisset lanã ac rudẽ, in qua plurimũ esset opis sibi.

sibi. Ita Maro de uita colenda:

Cui numquam exhausti satis est.

Tredecim cubitorum.

HOMINES insigniter procero corpore & hisce temporibus populari ioco taxantur, vt ignaui, & inutiles, Quod ut alia pleraque manasse videtur ab antiquitate. Sic enim in eodem carmine Praxinoa de marito loquit, ἀνὴρ τρισκαιδὲκάπυχυς, idest, vir tredecim cubitorum, hyperbolicos significans enormiter procerum, cum esset tam insulsus, vt è mercatu pro nitro salem attulerit. De Caliga Maximini nobis alias dictum est. Prisci prælongos homines ridiculi gratia Longuriones appellabant. Varro in Tripalo apud Nonium, Ego nihil narro, adeo hęc ita curat, qui ante me est, nescio qui longurio.

Volam pedis ostendere.

Τὸ κοῖλον, ἢ ποδὸς δεῖξαι, i. cauum siue uolam pedis ostendere dicuntur qui in bello fugiunt, quod apud historicos frequentissime dicitur, Vertere terga, prouerbium refertur ab Hesychio. Dicitur & hodie uulgo in fugaces, calcaneum ostendere.

Factum transactum.

APVD Iurisprudentes solemnia sunt hæc. Factum transactum, quoties sentiunt nihil prætermissum, quod ad negotij tractationem pertinet M. Tullius in Catilinam inuectiua tertia: Atque illud quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est. Est alicubi & apud Terentium, aliosque complures melioris notæ scriptores.

Mæandri.

CVM res agitur non simpliciter, sed uafris & obliquis consilijs, Mæandros dicimus, metaphora sumpta a fluuio Mæãdro, qui sinuosus ac flexuosus labitur: unde & nomẽ habere videtur quasi oberret quærens hominum consortia. M. Tullius in Pisonem: Quos tu Męandros dum omnes solitudines persequeris, quę diuerticula flexionesq. quęsiti? utitur & Prudentius in hymno, quod alibi nobis citatum est in prouerbio Labyrintho. Fluuius est Lydiã flexuosis recursibus perfundens. De quo Plinius lib. cap. 29. Mæander ortus è lacu in monte Aulocrene, plurimisq; adfusus oppidis, & repletus, fluminibus, crebris ita sinuosus flexibus, ut sæpe credatur reuerti, Apameam primum peruagatur regionem: mox Eumeneticam, ac dein Bargylioticos campos, postremo Cariam, placidus omnesq; eos agros fertilissimo rigans limo: ad decimum a Mileto stadium, lenis illabitur mari. Est & picturæ genus Męander, in morẽ labyrinthorũ flexuosis ambagibus implexum, q̃ oris chlamydum addi solet. Vnde Maro Æneidos libro quinto:

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum

Purpura Mæandro duplici Meliboea cucurrit.

Masculum.

MASCVLVS apud veteres non semper significat sexum, sed interdum quidquid uegetum solidum ac robustum est masculum dicitur. Exemplum Nonius Marcellus citat ex Varronis fabula cui titulus ἄηρος λύρας, uincor non esse masculum ad rẽ. Grammatici putant ab Horatio marem uitellum dictum, solidum ac firmũ. de ouis oblongis ita loquitur in Sermonibus:

Namq; marem cohibent callosa uitellũ.

Virgilius quoque mascula tura dicit alba & meliora. Lepidius erit si ad incorporea transferatur, ueluti cum excelsum fortemq; animum masculum appellamus.

Intra labia risit.

DE risu Sardonio nobis alias dictũ est. Similẽ describit Theocritus in Thalysia:

Καὶ μ' ἀστρέμας εἶπε σεσαρὼς ὄμματι μειδιόωντι, γέλως δὲ οἱ εἴχετο χειλός. idest,

Et me est adfatus, diducto leniter ore

Arridẽti oculo, risus uero labium intra

Hęsit.

Homerus risũ Sardoniũ dixit amarulẽtum. Hic describit risum modestum & amicũ, qui si erumpat, Cachinus fit indecorus.

Pingui mensura.

Πίονι μέτρῳ. i. Pingui mensura dixit in eodem carmine, pro eo quod erat adfatim & largiter:

Μάλα γὰρ σφισὶ πίονι μέτρῳ Δαίμων ἄφθονον ἀνεπλήρωσεν ἀλωάν. idest,

Illis fortunante deo bona copia frugum

Arearũ campos mẽsura impleuit opima.

Simillimum est illi, quod ante diximus: Plena manu, & Ambabus manibus.

Non habet cui indormiat.

THEOCRITVS in Hodœporis:

Οὐδὲ γὰρ ἀμάρα τοῦ δεσπότη ἧς τοῦ ἐνδέκεν. idest,

Eumaræ siquidē domino nec uellō erat, cui Indormiret.

Hoc colore Lacon pastor designat extremam caprarij cuiusdam inopiam, cui nec pellis esset hircina, in qua somnum caperet. Solent enim veteres in animantium tergoribō & discumbere & dormire. Apud Homerum proci in bubulis tergoribus agitant conuiuia. Et hodie dicimus, non habet lectum, aut non habet stramenta quibus indormiat.

Asinus asino, & sus sui pulcher.

Ονος ὄνῳ κάλλιστος. idest, Asinus asino pulcherrimus, simile simili placet. Alcimus apud Diogenem Laertium inter multa quę colligit ex Platonis Philosophi & Epicharmi Comici scriptis, quibus persuadere conatur Philosophū à Comicis multa fuisse suffuratū, & hos refert Senarios:

Θαυμαστὸν οὐδὲν ἐστί με ταῦθ' οὕτω λέγειν,
Καὶ ἀνδάνειν αὐτοῖσιν αὐτοῦς, καὶ δοκεῖν
Καλῶς πεφυκέναι, καὶ γὰρ ἡ κύων κυνὶ
Κάλλιστον εἶναι φαίνεται, καὶ βοῦς βοί.
ὄνος τ' ὄνῳ κάλλιστον, ὗς δὲ τοῦ συί. idest,

Res mira non est, ista si sic proloquor,
Ipsiq. nobis si placemus inuicem,
Pulchreq. nati si uidemur, nam & cani
Pulcherrimus canis uidetur, bos boui.
Asinus asello pulcher est, & sus sui.

Conueniet ubi inter inhonestos similitudo morum & instituti conciliat beneuolentiam, ueluti cum miles placet militi, aleator aleatori, potator potatori, sophista sophistæ. Mirum est ab Epicharmo præteritam simiam cum nullum animal sibi placeat impensius.

Pediculi Platonis.

Οἱ πλάτωνος φθείρες, i. Platonis pediculi, in prouerbium abierunt, ut referēte Laertio in uita huius philosophi, testatur Myronianus in opere, cui titulum fecit. De similibus, hinc coniectans hoc morbo perisse Platonem, quod uulgo pediculi Platonis appellarentur. Græci φθειρίασιν appellant. Morbus est fędus & cruciabilis, quo perijt & L. Sylla: tametsi de genere mortis uariæ sunt scriptorum opiniones. Myronianus nullum indicat usum prouerbij. Suspicari tamen licet, dictum in sordidos, quod philosophi minimum indulgeāt nitoribus externis, dum circa mētis cultum toti sunt occupati.

Vates secum auferat omen.

IN eos, qui nobis dira minitantur, aut acerba prænunciant, cōueniet illud Theocriti cum in Bucoliastis:

Αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ τήλεμος ἐχθρὸ ἀγοραῶν
Ἐχθρὰ φέροι ποθ' οἶκον, ὅπος τεκέεσσι φυλάξῃ. idest,

Telemus at uates, mihi qui canit omnia dira,
Dira domum referat, quo natis illa reseruet.

Iurarat Cyclops per unicū oculū suum, qui uideret omnia semperq; uisurus esset. At Telemus uates illi prędixerat foré, ut ab Vlysse exocularetur, hoc omen Cyclops reijcit in uatem, & illius liberos. Ita Virgilius:

-Quod dij prius omen in ipsum
Conuertant.

Et rursus:

Dij capiti ipsius generiq; reseruent.

Itidem Homerus Iliad. Δ.

Σὺ δ' σφῇσιν κεφαλῇσι γυναιξίτε καὶ τε κέεσσι.

Simile illi Platonico: In tuū ipsius caput.

Talia gignit bellum.

SENARIVM hūc M. Tullius epist. ad Q. Fratrem li. 2. ceu uulgo iactatum adducit.

Τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται.

i. Similia bellum calamitosum perficit.

Sentiēs è dissidijs eorum, qui Rempub. administrant, multa gigni absurda, uerba Ciceronis sic habent: Summum otium forense, sed senescētis magis ciuitatis quam acquiescentis. Sententia autem mea in senatu eiusmodi, magis ut alij nobis adsentiātur quam nosmetipsi. τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται. id trāslatum ad priuatam discordiā plusculū habebit gratię.

Porcus Troianus.

GVLAE veteres architecti & hoc cōmēti sunt, ut bos aut camelō totō apponeret, differtur intus uarijs animantium generibus. Hinc & porcus Troianus uenit in populi fabulam, cui hoc nomen inditum est, quod ita uarias animantium species uterogeret quemadmodum Durius equus tenēt armatos uiros. Macrobius libro Saturna. 3. refert Cincium in oratione qua suasit legem Fanniam de moderandis sumptibus, obiecisse suo sęculo, quod porcum Troianum mensis inferrent. Conueniet in opipara conuiuia, aut in hominem uarijs delicijs expletum.

Pilus in medio.

MINIMVM discriminis significantes dicimus pilum interesse, id uehementius est, quam si dicas culmum latum. Theocritus in Thyocicho:

Ἀασῷ δὲ μανείς ποκα θρὶξ ἀνὰ μέσσον. i.

At me imprudentem capiet uesania tandem.

Vix pilus in medio est.

Verba sunt amantis ac metuentis ne tādem amor exeat in insaniam, a qua tāparum absit, ut uix pilus sit in medio. Consimili tropo Plautus dixit in Mostellaria: Pluma haud interest patronus an cliens probior siet, Homini cui nulla in pectore est audacia. Non interest pluma dixit, pro nihil omnino refert. Asinius Pollio M. Ciceroni: Nullum enim uestigium abs te discessurus sum.

Musopatagos.

Μυσοπάταγος, dicitur qui percitus est & attonitus furore Musarum. Ita Maro in Georgicis:

-Quarum perculsus amore
Sacra fero.

Transfertur ad eos, qui sua poemata sic amant, quemadmodum parentes liberos M. Tull. ad Q. Fratrem libro secundo: Nō me Hercle quisquam μυσοπάταγος libentius sua recentia poemata legit, quā ego te audio: Horatius.

Versus amat, hoc studet unum.

Vt Phrygius amauit Pieriam.

PLVTARCHVS in libro περὶ γυναικῶν ἀρετῶν ostendit ad suam usque ætatē durasse consuetudinem vt vxores optarēt sic amari a uiris ὡς φρύγιος ἠράσθη πιερίας, i. quemadmodū Phrygius amauit Pieriam. Id ortum est ab huiusmodi historia. Ionū qui in Miletum commigrarant, non nulli seditione mota aduersus Nelei filios, secesserunt Myuntem, atque ibi sedem constituerunt, multis iniurijs affecti a Milesijs, qui cum illis bellum agit abāt ob defectionem, verum nec atrociter, nec excluso omni commercio, sed non nullis diebus festis melieres è Myunte Miletum irabant. Erat autem ex his qui secesserant vir quidā nomine Pythes, cuius uxor dicta est Hippygia, filia Pieria, cū autem Mileti die festo sacrificaretur Dianæ, quam illi Neleidam cognominant, misit eo uxorem filiam id pręcatus, ut sibi festo liceret interesse. Et Nelei uero filijs longe potentissimus erat Phrygius, is captus amore Pieriæ, cogitabat qua re posset puellæ quam maxime gratum facere. Cumq. illa dixisset nihil ac cidere posse gratius, quam si efficeret sibi liberū frequenter Miletū commeare multis uirginibus comitatā, ex his uerbis Phrygius intelligens ab illa quęri pacē, & amicitiam ciuibus suis, bellū composuit. Hinc Pieriæ nomen & apud Myuntios mire gratiosum esse cœpit, adeo ut puellæ quę uiris nuberent ominis caussa pręcari soleāt, utinam sic amer a uiro, ut Pieriam amauit Phrygius.

Tota ulcus est.

IN eodē dialogo, ad laudatam agriculturam, ita rīdet Socrates, ἀλλ' οὐχ ὅλη ὡς φασὶν ἕλκος, ἀεὶ λύπης προφάσιν παρέχον, i. Verum an non tota q̄ aiunt ulcus est, semper molestiarum occasionē ex se gignens. Id quidem esse uerum declaraiuit Vulteius Horatianus, cæterū q̄dq̄d nobis uehementer molestum est hulcus uomicam & Carcinoma solemus appellare. Quemadmodum de Cæsare Augusto literis proditum est, quod Iulias, filiam & neptem, & Agrippam prius adoptatū, postea abdicatum, non aliter appellare solet, quā tres Vomicas suas ac tria Carcinomata, adeoq. detestabatur mores illorum minime frugales, ut ad omnem illorum mētionem soleat exclamare versu Homerico.

Αἴθ' ὀφέλον ἀγαμός τε μένειν, ἀγονός τ' ἀπολέσθαι. idest,

O utinam celebs mansissem, orbusq; perissem.

Atque hic quoq. uersus inter prouerbiales merito referēdus est, usurpandō ab his qui infęliciter duxerūt uxores, aut liberos pœnitendos susceperunt. Conueniet & in hominem molestis moribus. Theocritus in epitaphio Adonidis, acerbum dolorem

Pertinet ad poetas laudatione

ποτικάρδιον ἕλκος appellat.

Αργιὸν ἄργιον ἕλκος ἔχει κατὰ μηρὸν ἄδωνις
Μείζον δ' ἀκυδέρεια φέρει ποτικάρδιον ἕλκος. idest,

Dirum dirum vulnus habet circa inguē Adonis.
Sed maius Cythera gerit sub pectore vulnus.

Lucernam accendere possis.

VEHEMENTEM irā hac hyperbole exaggerauit Theocritus in Thyonicho.

Κήφατ' ἐτ' ἀμαρέως κεν ἀπ' αὐτῆς καὶ λύχνον ἅψαις. idest,

Incaluitq. ira, facile accendisse lucernā.
Ex ipsa ut possis.

Verba sunt amātis ac de proteruia puellæ conquerentis, quæ cum in conuiuio fleret, quidā illi dixit, nō loqueris, lupum vidisti illa ad nomen lupi uehementer incanduit. Aderat enim adolescens nomine lupus, quem adamabat. Irati dicūtur ardere. Similis hyperbole, licet sordidior, & hodie fertur apud nostrates ita loquentes: Adeo exarsit ira, ut ouum ad illius frontē posses decoquere.

Semper aliquem uirum magnum.

Αλλ' αἰεί τινα φῶτα μέγαν, hoc hemistichiū M. Tullius ut uulgo iactatū adducit in epistola ad Q. fratrem, cuius initiū: Statius ad me venit. Quod autem expectationem tui concursumq. eum qui erat futurus sit tecum decederet, neque antea uisus esset sustulit id mihi non incommode visum est accidisse. Exhaustus est enim sermo hominum & multæ emissæ iam eiusmodi uoces, ἀλλ' αἰεί τινα φῶτα μέγαν, q̄ te absente confecta esse lætor. Vnde sumptum sit hemistichium nondum liquet, nisi quod fortasse pro αἰεὶ legēdū est, αὐτεῖ, idest, postulat, aut αὐτεῖ, idest, postulat & requirit.

Nesi ad Iouis quidem aulam.

QVI metuunt malum, ad asylum, ad Aram, ad arcem, ad statuas principis, ad diuorum phana confugiunt. Verum a morte nullum est effugium. Id ita Sophocles expressit versibus.

ὅταν γὰρ ὁ καιρός γε δανεῖν ἐλθὼν τύχῃ
Οὐδ' ἂν πρὸς αὐλὰς ζηνὸς ἐκφύγοι μολῶν. id est,

Vbi mortis urget tempus, ad Iouis atria
Si fugeris, effugere non possis tamen.

Prouerbij species est in illis uerbis, vel ad Iouis quidem atrium, quod pro tutissimo posuit refugio. Huc confugerat Aquila insectante Scarabeo.

Oracula loqui.

Χρησμοὺς λέγειν, idest, Oracula loq. dicuntur qui certa & indubitata loquūtur, Theocritus in Syracusijs.

Χρησμοὺς ἀγρεσβύτις ἀπώχετο θεσπίξασα. idest,

Hæc anus abscessit, diuorū oracla locuta,

Τὰ ἐκ τρίποδος alias dictū est, & Sibyllæ folium. M. Tull. ad Brutum epistola cuius initium, Scripta & obsignata iam. Hęc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta. Idem de Finibus quinto: Quia cum a Zenone inquam hoc magnifice tanquā ex oraculo editur, virtus ad beatę uiuendum seipsa contenta est.

Non ab Hymetto.

CRASSAM philosophiam ac rusticanam, quam discimus ex congressu plebeiorū, non ex commentarijs Zenonis aut Platonis. M. Tullius ad Q. fratrem lib. 2. appellat philosophiam ab area Syra. Nos enim inquit, ita philologi sumus ut uel cum fabris habitare possimus, habemus hanc philosophiam non ab Hymetto, sed ab area Syra Hymettus Atticæ mons est, unde Hymettia mella. Cui opponit aream Syram, subindicans rusticanam simplicitatē. Nam paullo ante nō nihil attigerat de dicterijs argutis. Apparet id temporis M. Tullium in prædio quodam ędificasse. Quamquam haud scimus an hic locus, quoniam varius habetur in exemplaribus, mēdo vacet. Dispiciat eruditus lector, an pro area syra legendum sit, ex hara Syra, sic enim loquit in Pisonem: ex hara productę non schola. Syri barbarie nobiles erant id temporis, quemadmodum Attici lepore dictorum.

Cymbalum mundi.

PLINIVS maior in præfatione ad Imperatorem Vespasianum refert, Apionem grammaticum a Tyberio Cęsare Cymbalum mūdi consuesse uocari ob nominis celebritatem: cū publicæ, inquit, famæ tympanū potius uideri posset. Is Apion aiebat eos ab se donari immortalitate, ad quos aliqua cōponebat. Huc Tyberius alludens appellabat illum cymbalum mundi, quod hominem honesta fama donaret, quæ per

uniuersum

uniuersum mūdum amabiliter resonaret. Plinius autem ob arrogantiam mauult illum appellari tympanum publicæ famæ, quod famam daret potius, quam honestā famam. Nam resonat & tympanum, sed inamœno strepitu. Allusisse videtur huc, quod tympana fiunt è pelle asinina.

In beato omnia beata.

A diuitibus omnia magnifice fiunt, a tenuibus frugaliter. Praxinoe in Charitibus Theocriti, laudās Ptolemęum, quod Adonidis festum magnificis sumptibus apparasset, non sine prouerbij specie dixit:

ἐν ὀλβίῳ ὀλβία πάντα. idest,

In diuite diuitia cuncta.

Vsus erit, si dicas ab homine docto omnia docte fieri, a pio pie, rege regaliter.

Digitum qua proferat.

SCHEMATE prouerbiali M. Tullius dixit pro A. Cæcinna, digitum qua proferat non habet, hyperbolicos indicās illi nihil prorsus esse quod dicat agatve, locus sic habet: Denique ista nimia quę dominatur in ciuitate potentia, in hoc solo genere quiescit, quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, qua denique digitum proferat nō habet. Sumptū est a gestu rhetorum, qui varius traditur a Quintiliano, simplicissimus est proferre digitum, quod plebeiorū est & rusticorum.

Iouis germen.

Ἐκ διὸς ἔρνος, idest. Ex Ioue germen dicebatur insigni virtute prędituS, uerba sūt pastoris ad pastorem musices pulchre petitum, cui honoris gratia clauam dono dedit. Claua autem gestamen est Herculis, ex Ioue prognati, obseruatum est a priscis a poetis Iouis filios semper induci ciuiles, & humanos, cōtra Neptuni truces & asperos. Musica autem ciuilitatis magistra est. Carmen sic habet:

Οὕνεκεν ἐσσὶ
Πᾶν ἐπ' ἀληθείᾳ πεπλασμένον ἐκ διὸς ἔρνος. idest,

Es siquidem tu,
Reuera factum ac prognatum ipso ex Ioue germen.

Interpres tamen mauult eo referre, qd̄ qui uera loquuntur, ex Ioue prognati dīr adducens carmen Homericum:

Οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον ἠδ' ἀπατηλόν,
ὃ πῆκεν κεφαλῇ κατανεύσω. idest,

Haud etenim fallax erit aut reuocabile quidquam
Quod capite annuero.

Pastor ob id laudatur quod ingenue profiteatur se non conferendum cum insignibus muficis. Qualis inducit & a Marone:

Me quoque dicunt
Vatem pastores, sed non ego credulus illis.

Musarum aues.

Μουσῶν ὄρνιθας, i. Musarum aues, non absq. prouerbij specie Theocritus in Thalysia appellat poetas, quod Lusciniarū in morem assidue canant sua poemata. Scholiastes admonet omnes aues canoras Musarum aues appellari. Sentit autem sibi displicere poetas, qui cuculorum more audent Homero occinere.

Nullus dies omnino malus.

ASTROLOGI desinant quosdam dies fortunatos aut infęlices, sed his, aut his rebus: nullo tamen die indulgendū est otio, quod nullus sit adeo inauspicatus, quin alicui negotio sit fęlix, si quis recte utatur cōcesso tempore, dies infaustus gerendo bello, aut nauigationi, fęlix est administrādę rei familiari. Nullus autem dies non prosper parandæ bonæ menti. Fatetur hoc Hesiodus: περὶ ἔργων καὶ ἡμερῶν.

Καὶ ὅποτε πάγκακιον ἦμαρ. idest,

Omni ex parte dies malus haud obuenerit umquam.

Rectam instas uiam.

REM acu tetigisti, huic simillimum est quod habet Plautus in Asinaria, est ne hoc ut dico Libane? Lib. rectam instas uiam, ea res est. Vt qui falluntur dicuntur tota aberrare uia, ita qui rem coniectant, dicūtur rectam insistere uiam: quod schema mire tritum est & hodie uulgo illiterato. Simili schemate dictū est in Cassina, Nūc pol ego demum in rectam redij semitam, pro eo quod erat, rem ipsam deprehendi.

Aeacidinæ minæ.

IN eadē ita loquitur mercator: fiqdem hercle Æacidinis minis animisq; expletus incedit. Iratus si me tetigerit, iratus uapulabit. non sine prouerbij specie dictum est pro atrocibus ac superbissimis minis, uersus

sus patitur vt pro Æacidinis legatur Aeacinis. Nam id non nulli diuinant, sed probabilius est poetam sentire de Achille Aeaci nepote, quem Homerus ubiq; facit stomachabūdū ac minitabundū: uelut in primo statim Iliados libro, ubi sic incādescit in Agamemnonem, ut manum admoueat capulo, à conuiciis ad pugnas uenturus, nisi Pallas eum capillis reuocasset. Quin & ipsum opus ab Achillis ira habet exordium μῆνιν ἄειδε θεά. Quod quidam adferunt de Aeaco manium iudice, non uidemus quid ad hūc faciat locum. Quidquid etiam inuictum & insuperabile uolumus intelligi, Achilleum dicimus.

Oleo nitidius.

OLEI NITOR adeo uenerat in prouerbium, ut mysticæ quoque literæ iubeant facie oleo uncta dissimulare tristitiam ieiunii. Plautus in Truculento de amica pulchre compta. Feruide ut tota floret, ut oleum nitide nitet. Oleum nitorē ac lucem addit rebus omnibus.

Herculis quęstus.

HERCVLIS quæstum pro magnis impendiis dixit Plautus in Mostellaria: Dapsiles sumptus facit, perdidit patrem, unus istic seruus acerrimus Tranio, is uel Herculis conterere quęstum potis est. Alias dictum est, olim plerosque decimam lucri partem Herculi uouere solitos, Huius fauore persuaserunt sibi rem fore auctiorē. Ex tam multis autē decimis oportuit immensam pecuniarum uim conflari. Quæstum appellat facere, quasi Hercules suum fauorem uendiderit.

Posterius dictum.

DOCTVM doces, Memorem mones, Scienti loqueris, Aliaq. eius formæ antea retulimus. Eundem sensum festiuissime extulit Plautus in Asinaria: cum enim Demenętus quęritans de moribus uxoris dixisset, fateor eam esse importunam atque incommodam, respondit Libanus seruus Posterius isthuc dixit, quā credo tibi, hoc est, sciebam priusquam diceres. Nec apparet quamobrem Nonius hic posterius interpretetur minus. Ne id quidem caret prouerbiali schemate quod mox sequitur. Tu primus sentis, nos tamen prænoscimus. Dedecus ille domus sciet ultimus, ait Satyricus, & Terentius, Is solus nescit omnia, sed aliena mala licet priores intelligamus non dolent nobis, sensus igitur mali primum ad illos peruenit, ad quos res attinet, notitia ad alios.

Agones.

ADMONVIMVS Antigonū regem Demetrii nepotem militari ioco dictum Dosonem, quod omnibus pollicereturdicēs δώσω, nec prestaret semper pollicita. Ita qui apud Romanos percutiebant uictimam Agones dicti sunt, quod ex more priusquam ferirent, populum rogabant, agon, idest, agone? Ouidius in Fastis:

Semper agat ne rogat, nec nisi iussus agit.

Agonum meminit Lactantius Statii enarrator. Quadrabit in conctatores, qui semper deliberant, neque quidquam aggrediuntur.

Fungus putidus.

SENEM iam delirum & inutilē Plautus in Bacchidibus fungum putidū appellat, fungi licet natura insipidi, olim ī deliciis erant, & adhuc sunt apud Italos, sed teneri ac recentes: uetulis nihil insipidius. Verba Plauti sic habent: Terræ odiū ambulat. Iam nihil sapit, nihil sentit, tanti est, quā ti fungus putidus. Quin & hoc ipsum, terræ odium, prouerbii figuram habet, uelut illud, telluris inutile pondus. Idem in Bacchidibus, inter stoliditatis conuicia ponit & fungos: Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, bucones. In Mostellaria pro stolido fruticē appellat. Nec uerisimile loquere, nec uerum frutex. In cæteris arboribus ē non nulla imago dignitatis ac prudentię. Frutex temere nascitur, expers cultus, & aut nullum habet fructum, aut syluestrem & inutilem.

Viuum noueris.

ANTEA retulimus, uiuorum meminisse oportet. Id meretricula in Truculento Plautina detorquet in alium sensum, amatorem pro mortuo ducens, qui desierat esse dando. Dum uiuit, inquit, hominem noueris, ubi mortuus est quiescas: Te dum uiuebas noueram. Pecunia iuxta Hesiodum anima est mortalibus, hac amissa, exanimis est homo.

Lippo oculo similis.

VIDEMVS quosdam his moribus, ut eos æquo animo ferre non queas: rursus ita industrios & ad obsequiū expositos, ut quoties sese offert occasio, non possis cauere, quin aliqd illis committas. Lippus oculus manuū contactu læditur, & tamen naturale est nobis illuc habere manū ubi dolet. Plautus in Persa: Ego nec libenter seruio, neque satis sum hero ex sententia. Sed quasi lippo oculo me herus meus, manum abstinere haud quin tamen: Quin mihi imperet, & quin me suis negotijs pfulciat. Item in Bacchidibus: Lippi illic oculi seruus est simillimus. Si non est, nolis esse neque desideres: Si est, abstinere quin attingas non queas.

Tu in legione, ego in culina.

IN Truculento Plautina militi atrociter minitanti cocus respondet: Sis tu in legione bellator si uis, at ego ī culina Ares. Auxit coc° bellatoris verbum. Mars enim deus belli est. Quod autem dixit Ares pro Mauors, non est Plauto nouum Græcas voces admiscere Latinis. Quamquam in non nullis exēplaribus habebatur aues, in non nullis aries, sed mendose.

Citius quam formicæ papauer.

NON caret adagij specie, quod est apud Plautum in Trinummo: Confit citius, quam situ obijcias formicis papauerem. Verba sunt Stasini serui, narrantis quadraginta minas itra quindecim dies fuisse cō sumptas, utpote in comessationes, compotationes, balnea, in piscatores, pistores, lanios, coquos, olitores, myropolas, & aucupes dissipatas, non aliter quam si papauer obijcias agmini formicarum. Mox enim distrahitur aceruus, dum unaquæq; suum arripit granulum.

Itidem ut Acheronti.

APVD eundē in eadem fabula amāti reposcenti quæ dederat, rndet scortū. Nam itidem ut Acheronti hic ratio accepti scribitur, Intro receptum, quando acceptū est, non potest ferri foras. Sentit nihilo magis ad amantem redire, quod in meretricis domum est datum, quam redeunt ab inferis mortui, vnde iuxta Catullum negant redire quemquam.

Mus non uni fidit antro.

NIHIL hodie est decantatius apud uulgus, quam eum murem esse miserum, cui non est nisi unus cauus. Idem Plautus expressit in Truculento.

Sed tamen cogitato mus pusillus quam sit sapiens bestia,
Aetatem qui uni cubili numquam committit suam.
Quia si obsideatur unum, aliunde præsidium gerit.

Locus erit adagio si quem admonebimus, vt sibi plures amicos paret, aut una cum opibus studeat philosophiæ, vt si fortuna quod suum est eripiat, in literis sit præsidium.

Post rem deuoratam ratio.

QVEMADMODVM de sera ope dicitur, post bellum auxilia, ita de sera parsimonia dicitur, post absumptam rem supputatio. Stasinus in Trinummo Plautina: Sero atq. stulte, prius quod cautum oportuit, postquam comedit rem, post rationem putat. Loquitur seruus herili filio supputanti rationem accepti, cum tota summa iā esset nequiter absumpta. Nimirum hoc est numerare pręteritas undas, cum uenientes oporteat censere.

Cœna popularis.

QVEMADMODVM Phormio Terētianus cænam dubiam appellat, varijs epulis instructam, ubi tu dubites quid sumas potissimum, ita Philto Plautinus cœnam popularem appellat magnificā, egregieq; lautam, atque adeo gratuitam quoque, quales solēt exhiberi populo. Verba Plautina sic habent: Quid tu si in ædem ad cœnam ueneris, atque ibi opulentus tibi parte ut uenerit, apposita sit cœna, popularem quam uocant. Si illi congestæ sint epulę à clientibus &c.

Apud mensam uerecundari neminem decet.

SEQVITVR ibidem aliud prouerbium quod ex tanta antiquitate per manus traditum hodieq; versatur in ore omnium:

Verecundari neminē apud mēsam decet.

Nam ibi de diuinis atque humanis cernitur.

Nisi quod uulgus addit, nec in lecto. Sententia est non philosophi, sed Stasini serui Comici: cum nusquam magis habenda sit verecundiæ ratio, quam in lecto & in conuiuio. Sunt tamen qui rustico pudore molesti sint conuiuæ, semper expectantes ut ipsis præministretur, & quod datum est reponentes. Iam hoc ipsum de diuinis atque humanis cernitur, prouerbiale est, quo tropo significabant de summa rerum agi. Dictum seruo dignum qui felicitatis pupim ac proram in uetris expletione collocarat.

Salillum animæ.

In eadē scena Philto hominem vocat Salillum animæ, sentiens hominis breuissimam esse uitam, uidelicet quantulum salis cuiq. in conuiuio apponit. Locus Plautinus sic habet: Dei diuites sunt, deos decet opulentia, Et factiones, nos homūculi sumus Salillum animę, quam cum extemplo amisimus, Æque mendicus atque ille opulentissimus censetur ad Acherontem mortuus. Quamquam extremo senario desunt duę syllabæ. Pelops censetur, aut censetur Crœsus, aut aliquid simile.

Nummus plumbeus.

Quemadmodum assis, obolus, ac teruncius, ita & nummus plumbeus abijt olim in uilitatis prouerbium. Plautus in Trinummo: Cui si capitis res fiet, nūmum numquam credam plumbeum. Idem in Cassina, cui homini hodie peculi nummo non est plumbeus. Æreos nummos & hodie nouit Flandria, plumbeos Anglia. At M. Tull. lib. ad Attic. 5. Vatinium semissem hominem uocat uilissimum & contemptissimum. Simul vero semissis homo contra me arma tulit. Et tressis agaso pro cōtemptissimo dictus est alibi. Plautus in Mustellaria: Tace sis faber, qui cudere soles plumbeos nummos.

Basilica facinora.

Ante admonuimus quidquid magnificū esset appellari solere βασιλικόν, ut uaiere βασιλικῶς, & magnificas ædes basilicas appellabant. Plautus in Trinummo de seruo nullius rei, sed philosophica quędā loquente: Dii inquit immortales, basilica hic quidem facinora inceptat loq. Notum est illud Pori responsum, qui roganti Alexandro à quo fuerat bello superatus, quo modo te tracto. βασιλικῶς inquit. Roganti, numquid aliud? respōdit, ἐν τῷ βασιλικῶς omnia comprehendi. Nihil enim humile decet reges. Duriusculum est quod Plautus dixit in Epidico: Dij immortales, ut ego perij basilice.

Nec caput, nec pedes.

Negotium ita perturbatum, vt ne scias quo pacto uel expedias uel amittas, veteres dicebant, nec caput habere nec pedes. Sic enim M. Tull. iocatur respondens suo Curioni: Sulpitij tibi operam intelligo ex tuis literis non multum opus fuisse, propter res tuas ita contractas, ut quemadmodum scribis: Nec caput, nec pedes. Equidē uellem pedes haberent, ut aliquā do redires. Antea nobis dictum est ex Platone ἀκέφαλος μῦθος. Sine capite fabula.

Emendus cui imperes.

Cuique in suos seruos imperiosum esse licet, in alienos aut in liberos non itē. Ita Plautinus Stasinō in Trinummo hero imperiosius reuocati, quem herum esse nesciebat, aut scire dissimulabat: Emere, inquit, melius est cui imperes. Itē i Persa: Emere oportet quem tibi obedire uelis. Huc pertinet illud Theocriticū q̄ alibi recensuimus, non sum sollicita ne mihi uacuā abstergeas. Mulier indigne fert obiurgari ab illo, cui nō erat ancilla nec uxor. Addit & illud συρακουσίαις ἐπιτάττεις, i. Syracusanis mulieribus imperas, hoc est non tuis, sed liberis.

Sale & aceto.

Parcum tenueq; prandium significans Grippus piscator in Rudentibus ait, Sed hic rex cū aceto pransurus est, sine bono pulmēto. Miseris, obsoniorum loco sal est cū aceto. M. Tull. ad Papirium Pætum libro nono. Tyrotarichi meminit, ceu plebei condimēti. Id erat ius è caseo confectū quod & hodie Itali uocant menestrā. Meminit & Pōpilij piscis uilissimi, qualis erat & gobio. Quem inquit, tu mihi Pompilū, quem denarium narras, quam Tyrotarichi patinā? De Pompilo pisce crebra est apud Plinium mentio. Denarium suspicamur esse uocem deprauatam. Certe nobis nondum liquet quid sibi velit. Acetum tamē non

nonnūquam usurpatur in significationem acuminis, vt Plautus: Acetum habet in pectore, & Persius: Mordaci lotus aceto. Varro in Sesquiulyxe citante Nonio: Alteram uiam deformasse Carneadem uirtutis, acupiacri aceti, hoc est magna subtilitate.

Cassa glande.

Inter vilitatis adagia retulimus & illud, Cassa nuce non emam. Simillimo tropo Plautus in Rudētibus dixit cassam glādem: Promittens iudicium quęrit precīū, alter licitatur, nummos trecentos. Grippus respondet, tricas. Lab. Quadringentos. Gr. Tramas putidas. Lab. Quingentos. Cr. Cassam glandem. Lab. Sexcentos. Gr. Curculiunculos minutos fabulare Cassam glandem dixit, pro uitiosa glande, & inani putamine.

Veruecea, statua.

Plautinus Egio in Captiui duo, seruum stupidum appellat statuam veruecea, quasi dicas, brutum ac mutum hominem: Vos, inquit, ite intro, interim ego ex hac statua ueruecea uolo rogitare, meo minore quid sit factum filio. Quidam pro ueruecea legūt uerberea, quasi uerberonem plagis assuetum pro statua marmorea dixerit uerberam. Certe dictionem ueruecam non patitur carminis trochaici ratio superesset enim una syllaba, nisi in, cea, facias synæresim.

Quam in tragedia comici.

Vbi quis in aliena uersatur harena, inducti dicentur in tragœdiam Comici. Diuersi generis sunt Tragœdia & Comœdia, nec fas est tragicas personas in comędiam inducere, nec contra. Plautus in Pœnulo: Quin ædepol indoctior sum quam in tragędia Comici. Nos legendum arbitramur inductior sum. Allusit enim Colabiscus ad id, quod dixerat Milphio: Fac modo ut conducta tibi sint dicta ad hanc fallaciam. Respondit iocans: Inductior sum, idest, instructior sum.

Non magis, quam canem.

Odium & contemptum vulgo declarāt canis uocabulo. Hor. Odit cane peius. Et Plautus in Amphytrione: Valuistin' vsq; ò Expectatus aduenio? Sos. Haud uidi magis. Expectatum eum salutat haud quisquam magis quam canem. Sic enim legendum opinamur, ut constet ratio carminis trochaici, tetrametri, catalectici.

Gralatorius aut testudineus gradus.

Plautus in Amphytrione: Bleph. Nō potuimus nostros grandius grandire gradus. Amphi. Siue gralatorius, siue testudineus fuerit, certum est mihi hunc scelestū perdere. Item in Pœnulo: Vinceretis ceruum cursu, gralatorem gradu. Gralę dicūtur fustes quibus innixi quidam ingrediūtur, quos gralatores appellauit antiquitas. Græcis κακοβάται dīr, quemadmodum schœnobatæ uocantur funambuli. Ij fustes quo sunt longiores a gradu, cui pes inniti tur, hoc gradus sunt maiores. Tantum eli cere licuit, è corruptissimo loco apud Nonium, præsertim in editione Aldina. Idem Plautus in Menæchmis: Atque ecum incedit, moue formicinum gradum. Formicæ uidentur currere, cum minimum promoueant. Rursus in Pœnulo: Vicistis cochleam tarditudine. In eadem tardos appellat spissigradissimos, & tardiores quam sint corbitæ in tranquillo mari. Rursus talium gradum dicit esse succretum cribro pollinatio, quod Simila per angusta foramina, paullatim defluat.

Dædaleum remigium.

Ad celeritatem significandam Plautus in Amphytrione dixit, remigijs Dædaleis, pro uolatu. Non ocyus quiui si Dędaleis me tulissem remigijs.

Argentum accepi, imperium uendidi.

Nihil hac sententia decantatius: qui accipit beneficium perdit libertatem. Demænetus eleganter expressit in Asinaria: Argentum accepi, dore imperiū uēdidi. Nam pauper uxorem duxerat pulchre dotatam, sed in quam nihil haberet imperij. Talis inducitur & Nausistrata in Phormione Terentiana.

Despuere malum.

Manet & hodie in uulgi moribus, ut si quid audiant execrandam, q̄ sibi nolint euenire, desputāt uelut abominātes. Id autem

tem hesit ex veterum superstitione, qui sibi persuaserant disputationē esse remediū aduersus imminentia mala, precipue aduersus morbum comitialem: cui non hinc tantum est nomen inditum, quod in hominum frequentia sæpius oboriatur, verū etiam quod prohibeat comitia fieri, & in admouendis remedijs ter expuere habeatur salutare. Velut etiam aduersus incantationes, vt refert Plinius. Simili superstitione contra improbę spei fascinum, ter in sinum expuebant, Plautus. Et illic isti qui sputatur morbus venit, cui respondetur, Ain' verbero mihi cum morbum esse, qui me opus sit insputarier? Hic rursus alter. Ne verere, multos illic morbus homines macerat, quibus insputari saluti fuit, atq. illis profuit. Idem in Amphytrione. Teq. obsecro hercle ut quę locutus despuas.

Contrahere uela.

In eadem epistola dixit contrahere vela, pro eo quod est reprimere sese & cautius agere. Contraxi, inquit, uela perspiciens inopiam iudicum, neque dixi quidquā pro testimonio, nisi quod erat ita notum atque testatum ut non posset præterire. Itidem Horatius.

Et idem

Contrahes uento nimium secundo
Turgida uela.

Sumptum est à nautis, qui vehementiō spirante vento uela contrahunt, quo tutiō nauigent, vento languidiore pandunt, captantes auram.

Ἔασετε νῶϊ μοι.

In eadē carmē Homericum festiuissime vsurpat ad continuationem narrationis.

Ἔασετε νῶϊ μοι μῦσαι ὅπως δὴ πρῶτον ἔπεσθαι, idest,

Dicite nunc Musę, dixistis quippe priora

In commemoratione rerum ridicularū habebit gratiam, in Aldina editione, hemistichium modo refert, ἔασετε νῶϊ μοι μῦσαι. Neque. n. semel habetur apud Homerum; licet finis nō sit idem, velut illud ἔασετε νῶϊ μοι μῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες. Iliados secundo.

In dierectum.

Quibus precamur exitium, eos iubemus ire in malam crucē, ad coruos, ad cynosarges, pro eodem prisci dixerunt in dierectum quod illi dierectos appellarent in crucem suffixos. Nonius citat ex Varrone, Apage in dierectum à domo nostra istam insanitatem. Dierectos dici putat quasi in diem erectos. Fortasse scriptum erat in dium erectos, quod qui crucifiguntur, sub dium exponuntur. Præsertim cum addat, à domo nostra. Sub dium rapiuntur, quæ domo efferuntur. Insanitatem autem pro insania dixit M. Tullius, ne quis mendum suspicetur.

Nihil est, aut nihil curæ est.

Idem eodem libro, epistola cuius initium. Cum è Pōpeiano, uersiculum Rhintonis ut uulgo iactatum refert, Illud tamen, inquit, uelim existimes, me hanc viā opimatum post Catuli mortem, nec præsidio ullo, nec comitatu tenere. Nam ut ait Rhinton ut opinor.

Οἱ μὲν πάρ' οὐδὲν εἰσιν, οἷς δ' οὐδὲν μέλει.

.i. Nihili quidem hi sunt, ceteris curę est nihil.

Sentit se non uti præsidijs magnatum, quod partim nihil possint, partim negligant res.

E terra spectare naufragium.

Alias nobis dictum est, de muris iudicare Achiuos, pro eo quod est in tuto spectare aliorum pericula. Idem alia metaphora festiuius extulit M. Tullius libro ad Atticum secundo epis. De geographia, Nunc uero cum cogar exire de naui, non abiectis sed ereptis gubernaculis, cupio istorum naufragia ex terra intueri, cupio ut ait tuus amicus Sophocles.

Κἂν ἀπὸ τεγῆς ἀκούειν δ' κηλος δ' δ'ν φρενῆ.

Quamquam hic uersiculus in alijs codicibus habebatur uarius, sed ęque depraua tus in alijs erat omissus. Videtur esse uersus trochaicus catalectic⁹. Κἂν ἀπὸ τεγῆς ἀκούειν δ' κηλος δ' δ'ν φρενῆ, ρ δ' κηλος, quidam codices habebant ⊥ἄκαλος, quod quid sit non intelligimus, εὔκηλος, nō patitur carminis ratio. Sensus autem hic ut esse, optat de tecto audire tumultus aliorum, ipse uacuus & quietus animo.

Qui prior læsit.

In eodē lib. epist. Subito cū mihi dixisset &c. usurpat uersum Homericum, minitans uindictam ei qui prior lacesseret. Nā nos quidem, inquit, si per istum tuū sodalem

lem Publiū licebit, σοφὸς δ' εἶν cogitamus. Si ille cogitat tantum duntaxat nos offendere, & quod proprium est artis huius.

ἐπαγγέλλομαι
Ἀνδρὶ ἀπαμωμήτῳ ὅς τις πρότερος χαλεπαίνῃ.

Denuncio
Vlturum me hominem quisquis prior irritarit.

Quod datur.

Nonius Marcellus citat hunc uersiculum è Cecilij Plotio: Patiere quod dāt, quando optata non danunt. Danunt antique dictum est pro dant. Conuenit cum eo quod alibi retulimus ex Cicerone: τὰ μὲν διδόμενα, & huic similibus.

Chimera.

Hominem inconstantem ac uarijs moribus aut opus sibi non cohęrens, M. Tullius designat festiuiter illo versu Homerico: Quod de Qu. inquit, fratris epist. scribis, ad me quoque fuit:

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσσα δὲ χίμαιρα.

Quid dicam nescio, nam ita deplorat primis uersibus mansionem suam, ut quēuis mouere possit: ita rursus remittit, ut me roget, ut annales suos emendem, atq. edam. Epistolam sibi inæqualem, appellat Chimæram.

Nihil dulcius quam omnia scire.

M. Tullius ad Atticum lib. 4. epist. Delectarunt me, refert hunc Senarium ceu uulgo celebrem:

οὐδὲν γλυκύτερον ἢ πᾶν εἰδέναι. idest, Nil dulcius, quàm scire prorsus omnia.

Versus corruptus constabit, si addas ἐστὶν, sic:

οὐδὲν γλυκύτερον ἐστὶν ἢ παντ' εἰδέναι.

Aut πάντα περὶ πάντων. Ac mox subijcit, quare ut homini curioso, ita pscribas ad me, quid primus dies, quid secundus, quid censores, quid Appius, quid illa populi Apuleia. Est & illud aliquoties obuiū in epistolis M. Tulij πάντα περὶ πάντων.

Strumam dibapho tegere.

Strumam dibapho tegere, dixit M. Tullius ad Atticum pro eo, quod est infamiā aliqua dignitate obliterare. Vatinij inqt, strumam sacerdotij dibapho tegere. Dibaphon appellat purpuram bis tinctam. Struma est tumor corporis, ueluti gibbus. Ea deformitas interdum purpura dissimulatur. Idem ad M. Cœlium libro 2. Nam Curtius noster Dibaphum cogitat, sed eum infector moratur. Dibaphi nomine designat magistratū cui fas erat dibapho uti. Sed iocatur illi rem parum ex sententia cedere, quod tinctor esset in mora. Est autem hęc una ratio obliterandæ infamię, splendore dignitatis hominum calūnias deterrere, mediocris enim fortuna patet inuidiæ.

Multa in medio.

Antea commemorauimus, multa cadunt inter calicem supremaq; labra. Idem alia metaphora extulit M. Tull. ad Attic. lib. 6. epist. Et si nil sani. Non quo me aliquid iuuare posses, quippe res in manibus, tu autem abes longe gentium.

Πολλὰ δ' ἐν μετεχμίῳ,
Νότος κυλίνδει κύματ' ἀρείης ἁλός.

Ita Cicero sentit multas rerum nouationes exorituras antequam Atticus, qui procul aberat possit opitulari. Senarij sūt quos ita vertas licet:

Sed interim in medio notus
Multas patientis uoluit vndas æquoris.

Preces armatæ.

Idem libro nono, epistol. cuius initium: Tuas 11. Kalen. πειθανάγκλω appellet suasionem cum necessitate uiq; coniunctam. Quales sunt principum preces, id quod eleganter Ouidius expressit in Ioue: Precibusq; minas regaliter addit. Ciceronis verba sunt. Ego autem non tam γοητείαν huius timeo, quā πειθανάγκλω. αἱ γὰρ τ' τυράννων δεήσεις, inqt Plato, οἶδ' ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκας εἰσὶν. i. nō tam fucos huius timeo quam parendi necessitatem, nam tyrannorum preces, vt ait Plato, scis necessitati admixtas esse. Extat & ille minus celebris.

Cogit rogando qui rogat potentior.

Benefactis pensare delicta.

Eodem libro, epistola cuius initiū. Certior à Pylio factus, citat hunc Senariū citra nomenclaturam, ut uulgo celebrem.

Ἀλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀποδοῦναι φόνον. i.

Alijs benefactis hocce depellūt probrū.

Loquitur de Bruto & Cassio qui occiderant

derant Cæsarem locus sic habet: Itaq. idus Martiæ me non tam consolantur quâ antea, magnum enim mendum continent, & si illi iuuenes: ἀλλοῖς μὲν ἐσθλοῖς, &c. Conuenit cum illo σὺ κακῶς ἀδρῶν λέγεις.

Altius Oromedonte.

THEOCRITVS in Thalysia:

Ὡς μοὶ καὶ ζήκτων μὲν ἀπέχθεται, ὅστις ἐρᾴνῃ
Ἰσον ὀρ ἀς κορυφᾷ τελέσαι δόμον ἀρμὲ δοντος.

Sic mihi magnopere faber est inuisus, in altum.
Qui struit, adnitēs superare iugum Oromedontis,

Allegoria prouerbialis est, deterrēs ab insolentia, ne quis se præponat ijs, quibus cum nullo pacto est conferendus. Scholiastes indicat Oromedontem esse montem in insula Cō. Est allusum ad poetam Coū. Nam paullo post, Homerum appellat poetam Chium

Φαινοπροσωπεῖν.

HAC uoce M. Tullius uidetur delectatus. Ita sub inde usurpat in epistolis: Est autem uultu fronteq. præferre hilaritatem ac beneuolentiam, cum aliud geras in animo. Vnde illud Maronis:

Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem.

Faciles partus.

THEOCRITVS in Encomio Ptolemæi:

Ῥηΐδιαι δὲ γοναί, τέκνα δ' ὕποθ' ἑοικότα πατρί.

Sunt faciles partus, sed proles nata parentem
Ore refert numquam.

Pater est iuxta iureconsultos quem nuptiæ designant, sed proles non semper facie maritum parentis exprimit. Eoq. iuxta Flaccum: Laudantur simili prole puerperę. Quamquam & hic natura ludit uarietate, quemadmodum ferme in omnibus. Proles non semper refert matrem aut patrem, sed interdum auum paternum aut maternum, interdum auiam, interdū patruum, aut propatruum.

Præficarum more.

PRAEFICAE dicebant mulieres ī hoc conductę, ut in funere lamētarētur, ac defuncti laudes prædicarent, alijs plorandi dum præirent, unde & præficæ dictę sunt, quasi prefectæ. Ab his iocus sumitur in eos, qui simulant amorē, aut dolorem, cū lucri caussa faciant quidquid faciunt. Lucilius citante Nonio:

Mercede quæ conductæ flent alieno in funere prefica,
Multæ & capillos scindunt & clamant magis.

Id in Arte poetica imitatus est Horatius:

Vt qui conducti plorant in funere, dant,
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo.

Plautus apud Nonium in Friuolariā:

Superauere omnes argutando præficas.

Conuenit & in illos, qui prę inuidia nō sustinent laudare nisi uita defunctos. Nauius apud Festum: Hęc quidem, me hercle opinamur, præfica est, quę sic mortuū collaudat, Id familiare est uxoribus, ut maritum defunctum in alterius inuidiam sine fine prædicent. Quadrabit & in illos, q̄ cum ipsi nihil habeant quod laudem promereantur, laudandis alijs affectant uideri aliquid. Plautus in Truculēto: Sine uirtute argutum ciuem mihi habeam pro p̄fica, alios quæ collaudat, capse sese vero non potest.

Socratis gallus, aut callus.

NONIVS Marcellus è Varrone citat Socratis gallum in significationē caluiciei inuenisse se, cum dormire cœpisset tā glaber quam Socratis gallus, esse factū ericiū cum pilis & proboscide. Sentit quisquis illic loquitur se cum iret cubitum, fuisse læui corpore, nec ullos habuisse pilos toto corpore. In somno transformatum in ericium, qui totus hirsutus est, & suum in ore proboscidem habet. Aldina editio, p̄ gallo legit caluū. Lectio tolerabilis esset si p̄ caluum legamus callum, hoc pacto: inuenisse se, cum dormire cœpisset tam glaber quam Socratis callus siue callum, esse factū Ericium, &c. Socrates corporis erat patiētissimi, q̄ ad omnem laborem occalluerat, ambulabat nudis pedibus, dormiebat humi. Hinc iocus in Socratis callum. Non ignoramus quid narrent de gallo deplumato, quem Diogenes, immiserat in schola Platonis, sed magis placet, ut legamus callum, facilis n. trāsitus est, a c in g, cognatā literam. In corporis partibus quę callū habent,

habent, non proueniunt pili, uelut in pedū cauo, & uola manuū, Vulgus illiteratum significans nihil esse, quod det ostēsa uola manus dicere solet: Hinc mihi pilum euelle. Adagium cōueniet in nudos & inopes.

Vt ex bulga matris.

NONIVS Marcellus refert hūc Trochaicum tetrametrum catalecticum è Lucilio:

Ita uti quisq; nostrum è bulga est matris in lucem editus.

Id ad nuditatē inopiamq; referri potest. Potest & ad æquam omnibus uitæ cōditionem. Natiuitas enim non distinguit Cræsum ab Iro, non regem a plebeio. Eædem sunt uoces reginę perturientis & mēdicę, Idem uagitus Cæsaris emergētis & tenuissimi cuiuslibet. Neq; mundius est cauum unde se profert monarchæ filius, quām unde prodit ancillę proles. Festus indicat uocem esse gallorum, qui galliculos, aut crumenas, ut sacculos scorteos, hoc est, è pellibus factos olim appellabant bulgas. Lucilius Satyrica libertate matricem siue uuluā bulgæ nomine designauit. Quod Græci dicunt: Nodus tamquam ex matre, alibi nobis commemoratum est.

Esurienti leoni prædam exculpere.

NONIVS Marcellus ex Lucilio citat hunc uersum.

Vt esurienti leoni ex ore exculpere prædam.

Versus constat, si amoueas vt, aut quod uero propius est, pro ut legas, vi: & si i vsurienti corripiatur, ti, aut si legas esuriēte. Metrum durius est, quod nullā habeat cęsuram, sed non abhorrens à compositione Lucilij. Adagium simillimum est illi quod alias retulimus: Clauā extorquere de manu Herculis, & lupo agnam eripere.

Halopanta.

HALOPANTAM veteres appellabant omnia mentientem. Plautus in Curculione, Ædepol nugatorem lepide nactus est hūc Phedromus, Halopantam an sycophātam magis hunc dicam nescio. Verba sunt militis conquerentis de Curculione, qui anulo militis imposuerat leoni. Nonius Marcellus citans hunc Plauti locum hæc refert: Halopantam aut sycophantam, hominum genus nequam, quod ob suenda mendacia, miserrima mercede conducit. Festus hunc in modum: Halopanta significat omnia mentientem, πάντα enim Græci omnia, ἀλιτόμενον fallentem appellant: Quantum autem tribuendum sit eiusmodi fragmentis nō minus deprauatis quam decurtatis. Aldina editio habuit aliam etymologiam, sed magis etiam mendosam, nā si halopāta uenit ab ἁλέω, siue ἁλιτόμαι, neutra dictio habet primam aspiratam & utraq; corripit primam, cum apud Plautum sit producta, ut exigit Trochaici carminis ratio. Rursus si uenit ab ἁλός conuenit quidem aspiratio, sed hæc quoque uox habet primam breuem. Adde quod est noua compositionis forma a nomine, non a uerbo, mollius erat παυσαλήτης. Quoniam autē est in his uocibus duabus schema προσονομασίας, proprius adludit ad sycophantam, halophanta: ἁλοφάντης autē dici uidetur, qui defert eos qui telonas conantur fraudare uectigalibus, quemadmodum sycophantę dicti sunt qui deferebant exportātes ficos Athenis si legamus ἀλλοφάντλω, quasi aliena loquentem varieque mentionem, cōuenit quidem metri ratio, sed abijcienda est aspiratio primę uocalis. Metrum tamen constabit, si Græce pronūcies halophantem, aut sycophantem. Tum enim in primo loco erit anapæstus pro spōdeo, Plautus autem non raro græcissat in comœdia. Verum hoc doctis relinquitur discutiendum.

Quadrat propria.

ET hodie vulgo dicitur Nihil æque sapere, vt cibum proprium domi sumptum. Nonius citat hoc hemistichium ex Priapeis Catulli: De meo ligurire libido est. Ligurire dixit, pro gustare cum uoluptate. At dij Homerici malunt inuitari ad nidores hostiarum, quām uiuere οἰκόσιτοι. Citat & ex Plauti Persa. Turbucinari de suo, si quid domi est.

Mansum ex ore dare.

QVOS tenere amamus, his mansū ex ore dare, dicimur, qd à matribus ac nutricibus mutuo sumptū est. Lucilius citāte Nonio.

Sperās, si ætatem eādē proferre potesset,
Mansum ex ore daturum.

Quāquā Marcus Tullius, & Aulus Gellius paullo diuersius usurparunt præmandere, quemadmodum antea monuimus.

Medullitus, oculitus.

INTIMVM affectum ueteres uarijs modis exprimebant, ex corde, ex animo, toto pectore, de quo diximus, penitus, ex intimis præcordijs, medullitus, animatus, oculitus. Plautus apud Nonium in Cornicibus: Qui ancillam meam sedulium oculitus. Amantium enim est oculum appellare, quod vnice carum est. In Mostellaria. Euge oculus meus. Rursus: Volo placere meo Philolacheti, meo oculo, meo patrono.

Sapientia gubernator nauis.

DICTVM est à sapientissimis uiris etiam in bellis plus habere momenti consilia, quam uires. Idem eleganter expressit Titinnius, citante Nonio:

Sed insapientia gubernator nauim torquet, non ualentia.

Nouum cribrum, nouo paxillo.

NEQVAQVAM obscurum est prouerbio fuisse iactatum quod Nonius citat ex Varronis Eumenidibus, ubi dicitur primo Zeno nouam hæresim nouo paxillo suspendisse. Zenonem notat, qui primus Athenis inuexit sectã Stoicorum, idq; nouis rationibus ac paradoxis. Idem in Bimargo: Nouum ut cribrum, nouo paxillo pendeat. Sic enim habet Aldina editio. Quadrabit in eos, qui noui quidpiam comminiscuntur.

Sarcinator summum centonem.

APVD eundem citatur hic uersus ex Lucilio: Sarcinatoris esse summum fuere centonem optime. Videtur esse versus trochaicus, tetrameter, catalecticus: & constat elisos, in sarcinatorijs. Sarcinator, a sarcina dicitur, non à sarciendo. Conuenit cum illo quod alibi retulimus, Boni poetæ est in extremo actu esse optimum. Lucilianum tamen dictum germaniorem ac uenustiorem habet adagij speciem.

Prælio uictus non bello.

NON statim uictor est, qui in uno alterove negotij actu discessit superior, sed qui totã caussam euicit. Prelium est conflictus bellicus, bellum totũ hoc tempus dicitur, etiam si cesserit à prælijs, aut si intercedãt induciæ. Sola pax finit bellum, induciæ diremũt congressus. Nonius hos trochaichos citat ex Lucilio: Vt Romanos populus uictus ui, & superatus prelijs sepe multis, bello uero numquã, in quo sunt omnia. Congruunt illi: Vir fugiens & denuo pugnabit.

Curre denuo.

Τρέχ' αὖθις, i. Curre denuo. Hoc ita refertur à Luciano in tragœdia cui titulus ὀνύπους, quasi sit in tonstrina natum. Quãquam totum hoc poemation mendiscatet, nec ullã habet micam salis Lucianici. Inducitur illic podagrosus iuuenis, qui tamen affectabat uideri ὀνύπους, Is rogatus à sene, vnde accidisset pedis, respondit se cum magna celeritate curreret, distrinxisse talum, atque hinc esse cruciatum. Huic respondet senex:

Τρέχ' αὖθις ὡς εἴπον ἢ κεφὴ ψιλός
Πώγωνα τίλλει κυρέων ὑπ' ὀλέγας.

Si legas, εἴπερ ὄς, sensus erit, curre denuo sicuti dixit quidã, qui sedẽs uellis barbam sed cubitis tonsorum, hoc est, qui curatur à tonsore. Podagrosi remedium petunt à tonsoribus, & tamen nolunt uideri podagram, sed pedem alioqui læsum, ut ex immodico cursu. Interim aliquis eorum qui tondentur, sentiens fictam esse caussam, respondet τρέχ' αὖθις. Nam id solet esse remedium in simili malo. Posteaquã enim neruus incaluit uiolento motu, cessat dolor. Qd quotidie uidere est in equis, qui post cursum aut non claudicant, aut leuius claudicant. Probabilius tamen est pro κυρέως legendum κυριῶν participium a uerbo κυριᾶν, quod est hirsutum esse & tonsoris egere: quemadmodum aliquis dixit, qui sedens in tonstrina uellit barbam quam habet hirsutam sub alis. Illic enim desident otiosi & garruli. Horatius:

Cultello proprios purgantem leniter ungues.

Hæc nostra diuinatio, si cui non placet, sequatur quod magis arridet, res non est magni momenti.

Nutricis pallium.

NVTRICES quoniam tractãt infantes, sepe uestes habent, bua, saliua, mictu, foriaq; cõtaminatas. Vnde Plautus in Bacchid. Si unam peccauisses syllabam, fieret corium tam maculosum, quam est nutrices palliũ.

Cum ramento.

TROPO prouerbiali cũ ramento reddidisse

disse dicitur, qui totum reddidit nulla ex parte decurtatum. Sumptum apparet à fabris ærariis, qui sibi seruant quod lima deraserint. Plautus in Bacchidibus: Quia patri omne cum ramẽto reddidi, cum ramento additum ἐπιτάσεως gratia, idem velut interpretatur, subiiciens omne oppido, hoc est, omne prorsus. Cum puluisculo, & cum ærugine, alias nobis dicta sunt. Plautus in Rudentibus: Conuerret iam hic meorum cum puluisculo.

Mortuo vilior.

NIHIL abiectius cadauere. Plautus in eadem fabula. Eia bonum habe animum. Vnde habeam? Mortuus pluris precij est quam ego sum. Et in Persa, quidam alterum per contemptum appellat morticinum: Non Hercle si os præciderem tibi, metuam morticine.

Quam Clinia ex Demetrio.

PLAVTVS in eadem fabula, Plura ex me audis hodie, mala quam audiuit umquam Clinia ex Demetrio. Quidam eruditi hoc loco pro Clinia legunt Lamia. Et verum est Lamiam fuisse supra modum ad amatam à Demetrio rege Macedonũ, quo nomine ipse quidem male audiebat vulgo, sed eam à rege fuisse conuicijs affectã, nusquam legimus: præterea uocem Lamiã carminis ratio non admittit. Vero propius est sumptum è comœdia Turpilij, cui titulus Demetrius, uel alia quapiam, ubi pater prolixius & acerbius obiurgat filiũ. Talis enim inducitur Clinia in Sene seipsum excruciante, qui a patre nimium sæpe nimiumq; acerbe obiurgatus, tandem profugit in militiam. Et haud scimus an ad hanc fabulam alludat Plautus. Nam fieri potest, ut Terentius pro Demetrio senẽ appellarit Menedemum. Nec obstat quod Terentius Plauto fuit posterior, cum Græcus auctor fabulæ fuerit utroque.

Pleno gradu.

QVI leuiter rem quampiam attigerũt, summo pede dicuntur ingressi: contra qui magno studio instituerunt aliquid, pleno gradu, dicuntur ingressi. Trebonius Ci. libro 12. Nam illum paratum, ut uideo & ingressum pleno gradu, cohortari non intermittemus, quo in dies longius discendo exercendoque se procedat.

Ad pila ubi uentum.

MARCVS Tullius in libello De re militari, si tamen non fallit titulus: Prima autem, inquit, & secunda acies, cum ad pila, ut dicitur, uentum fuerit, totum sustinet bellum. Pilum autem est genus hastæ Romanæ breuius. Itaque cum de propinquo res geritur, ad pila uentum dicitur.

Velatis manibus orare.

QVI suppliciter orant, uelatis manibus orare dicuntur. Sumptum ab antiquo more oratorum, quo qui pacem petiturí venirent, ramum oliuæ prætendebant. Velatis autem dictum arbitramur pro uittatis. Plautus in Amphytrione: Postridie in castra ex urbe ad nos ueniũt flẽtes principes, vittatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.

Cicadæ sibi canent.

Οἱ τέττιγες ἑαυτοῖς χαμόθεν ᾄσονται, i. Cicadę sibi ipsis ex humo canent. Hoc exẽplũ Aristoteles lib. 3. adducit ex Stesichoro schematis, quo quis dicit, qd non dicit. Nec aliud addit, unde possis dicti sensum deprehẽdere: nisi quod suspicamur poetã his uerbis comminatum ijs, à quibus erat læsus, quos si vlcisci alioqui nõ posset, certe carminib. suis esset illos infamiæ traditurus. Adducit idem eiusdem lib. 2. inter sentẽtias obscurè dictas: ὁ περσηστίχορος ἐν λοκροῖς εἶπεν, ὅτι οὐ δεῖ ὑβρίσας εἶ, ὅπως μὴ οἱ τέττιγας χαμόθεν ἁδῶσιν. Qd quidẽ Stesichorus apud Locrẽses dixit, Non oportere cuiq; iniuriam facere, ne Cicadæ ex humo canant. Cicadę poetarũ hẽnt symbolum. χαμόθεν dixit, ob inopiam & cõdictionis humilitem. Vnumquodq; animal minatur his armis quibus a natura instructum est. Poetæ præter uersus nihil habẽt, quibus tamen hominem uel album, vel nigrum ad posteros transmittunt. Vnde & Plato dicitur amicos admonere solitus, ne quem hominem poeticum sibi redderent inimicum. Est enim, ut ait Flaccus, genus irritabile vatum, & in his sunt, q fenũ habeant in cornu. Doctis tamẽ nõnullis placet, alio spectare Stesichori dictũ. Quoniã cicadæ solẽt, Marone attestãte, in arboribus canere, apparet Stesichorum ciuiliter hoc

ænigmate Locrenses admonere, ne per petulantiam a finitimorum iniuriis parum temperantes, tandem arma illorũ in se cõcitent, qui cum exercitu fines illorum ingressi, quidquid arbustorum sit ĩ agris, hostiliter excidãt, itaq. fiat ut cicadæ illis iã humi canere incipiant, sublatis arboribus quibus insideant. Fortasse tale quiddã refert Gregorius Nazianzen⁹, cuius in hoc opus commentarios uidimus Venetiæ.

Fama prodit omnia.

ÆSCHINES in oratione contra Timarchum refert sententiam Euripidis:

Φήμι ἠ ἐσθλὸν κἂν μυχῷ δείκνυσι γῆς, i. Virum bonum fama aperit uel in terræ cauis.

Interpretatur autem hoc sensisse poetam, non uiuentium tantum uirtutẽ illustrari fama, uerum etiam sepultorum: Terra corpus tegit, sed fama non finit occultari quod quis bene gessit in uita. Eodem in loco citat Hesiodi versum, quem antea cõmemorauimus:

φήμη δ' ἥτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἣν τινὰ λαοὶ
Πολλοὶ φημίζουσι, θεὸς νύτις ἐστὶ καὶ αὐτή.

Quem locum citat & in orationes περὶ τῆς παραπρεσβείας.

Bœotißare.

INTER conuicia quibus Æschines lapidat Demosthenem, etiam illud abiecit, quod Bœotorum more uociferaretur immodice & indecore: ταῦτα δὲ μὲ μετάξυ λέγοντος ἀναβοᾶ παμμεγεθὲς δημοσθένης ὡς ἴσασι πάντες οἱ συμπρέσβεις ἡμῶν, καὶ γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς βοιωτιάζει, i. Hęc loquente uehemẽter exclamat Demosthenes, quemadmodum sciunt omnes qui nobis in ea legatione fuere collegæ. Nam præter alia mala, etiam Bœotissat. In clamore fit allusio ad boum mugitum: Quamquam βοιωτιάζειν accipi potest, pro fauere Bœotorum partibus.

Surculus surculum ferens.

QVI singuli sunt infirmi, tamen cõcordia iuncti multum habent roboris. Ita Ennius apud Festum. Vnus surus surum ferret, tũ defendere possent. Veteres enim, ut Festus admonet, surum dicebant, unde nos dicimus surculum diminutiue. Nos non fugit carmẽ esse vitiatum etiam in Aldina editione, fortasse legendum. Si unus surum surus ferret, eum aut se defendere posset, aut possent. Stirps habet robur, surculi nihil habent uirium nisi iuncti.

Salaçones.

QVEMADMODVM Irus & Codrus ob inopiam in uulgi fabulam abierunt, ita & Salacon quidam extremæ paupertatis homo effecit, vt omnes fortuna tenui Salaçones dicerentur, & ipsa paupertas Salaconia. Meminit Hesychius, sed idem indicat eodem nomine fuisse notatos fastuosos & arrogantes, unde ductum sit uerbum σαλακωνίζειν καὶ σαλακωνεύειν, pro eo qd est, fracto delicatoq; gradu incedere. Addunt testẽ Theophrastum, qui σαλάκωνα dixerit eum qui sua profundit temere. Ex his colligere licet, adagii conuicium non hæsisse in quo suis pauperes, sed in eos dũtaxat q fastu luxuq; redacti sũt ad inopiã. Vox autẽ dicta uidetur, a uerbo σαλάξαι, quod est labefactari & ad ruinam tẽdere.

Archilochi melos.

Αρχιλόχου μέλος, id est, Archilochi cantio, dicebatur hymnus qui ad multos poterat accommodari, qualem ferunt Archilocho fuisse repertum, qui fuerit ante Pindarum & alios hoc genus lyricos, qui singulos propriis laudibus exornabant. Archilochi carmẽ erat idem in omnes, quod cithara canebatur. Citharœdus tantum ad singula cantionis interualla, uictorum nomina uoce sua repetebat, ueluti si Herculem laudabat, accinebat. Tenella Callinice χαῖρ' ἄναξ ἡράκλεις. Aut aliud, si cũ aliũ canebat. Huic nõ dissimile est qd refert Horatius de pictore, qui depicta cupresso nauam rogabat, ecquid uellet addi. Quadrabit in rem priscam ac rudem. Meminit Aristophanis & Pindari interpres. Sumptum est è Pindari Olympiorũ Encomio septimo, τὸ μὲ ἀρχιλόχου μέλος φωνᾶεν ὀλυμπία καλλίνικος. Quo quidem loco uaria cõmenta refert enarrator, quę repetere, non uiderur ad hoc, quod agimus, necessarium.

Ολοέχινος.

ANTEA retulimus ex orationes Aeschinis περὶ ὁλοχοίνου ἀβρόχου, cũ lexicographi pro ὁλοχοίνου habeãt ὁλοεχίνου. q adiecit scholia in Demosthenẽ, citat orationẽ Aeschinis

Æschinis aduersus Demosthenem περὶ παραπρεσβείας, & Theophrastum in quarto libro. Apud Æschinem reperimus ὁλοχοῖνα. Similiter Theophrastus libro de plantis quarto, inter ea quæ proueniũt in aqs facit (qd admonet scholiastes) τρία χοίνια, hoc est, spartii siue iunci genera: quorum unum sit acutum, quod appellant masculũ, idest, infrugiferum: alterum frugiferum, quod à nigro fructu uocant μελαγκραυῖν, tertium quod dr ὁλόχοινος, pinguitudine, magnitudine, & callositate cęteris præstãs. Hoc ultimum putat accõmodatius ad plectendos funes, quod mollius sit & carnosius, Dioscorides libro quarto, paullo secũ distinguit genera, sed admonet tertium qd ὁλόχοινος dicitur, esse cęteris asperius & callosius. Vt aũt quidam pro χοῖνος scriberent ἐχῖνος suspicamur in causa fuisse, quod Theophrastus meminit carnositatis, quasi nouum sit audire carnem mali, aut cerasij. Echinus tamen terrestris, quem appellant Erinacium, in hoc conuenit cum holoschœno, quod habet asperitatem: unde & cutis detracta cum spinis, utilis est ad defricanda uasa. Proinde dictum uiderur de duro & procaci sermone, quo uelut os alicui percellimus. Hoc quidquid est appẽdicis, lectorem celare noluimus.

Apologus Alcinoi.

Απόλογος ἀλκινόου, cõmemoratũ in Græcorum collect. vt ante nobis commemoratũ est. Originem autem tum diuinauimus ex Homeri Odyssea, apud quẽ in conuiuio multa de se mẽtitur Vlysses: nec absurdum esset commentũ, si Alcinoi apologus dici posset ficta narratio apud Alcinoum habita. Aristoteles tamen Rhet. 3. cũ obiter meminit huius apologi, sic loquitur, ut uidepossit notasse scriptorẽ aliquẽ, q. finxerit orationẽ ad Penelopen, contexens omnia, quæ multis annis geri potuerint, ficta narrans pro ueris. Fortassis scriptor cui nomen Alcinous, induxit personam Vlyssis apud Penelopen plurima cõmemorantẽ, quasi vel in bello, uel in itinere uere passus esset ea. Locus apud Aristotelem sic habet: ἔτι πεπραγμένα δεῖ λέγειν ὅσα μὴ παραπόμπα ἢ οἶκτον ἢ δεινωσιν φέρει. περάδεγμα ὁ Αλκινόου ἀπόλογος, ὅτε πρὸς τὴ πενελόπειαν ἐν ἐξήκοντα ἔτεσι πεπόησαι. Trapezontius interpres legisse vt ἔτι μὴ πεπραγμένα δεῖ λέγειν ὅσα παραπόμπα, &c. At ne sic q dem locus uidetur uacare mendis: Quare suspendemus hic sententiam: donec uel è Gregorij Nazianzeni commẽtarijs in hos libros, uel aliunde compertius aliquid fuerimus nacti.

Docear qui didicit.

PINDARVS in Olympij Encomio, τὸ διδάξασθαι δέ τοι εἰδότι ῥαῖτερον, idest, docere porro facilius ei qui didicit: Iuxta illud: Disce, sed à doctis. Nemo facilius artem tradit alteri, quam qui eam exacte callet. Nouit enim multa in compendium contrahere, nouit obscuris dare lucem. Proinde quod quidam tot ambagibus circumagunt ac detinent adolescentes in disciplinis, in caussa est aut quæstus, aut liuor, aut imperitia.

Celeritas in malis optima.

SOPHOCLES in Antigona:

Βράχυ σ' ἀγὰρ κρατίστα τ' ἐν ποσὶν κακά. i. Verba sunt Chori ad Creõtem in vario luctu domus cupientem è medio tolli. Nam cito perire quem uitæ tædet, non nihil est lucri. Nihil molestius quam diu animo discruciari, si quid mali imminet, quod uitari non queat: optimum est dare operã, ut sit quàm breuissimum.

Prima fælicitatis pars sapere.

IN eiusdem fabulę clausula:

Πολλῷ τὸ φρονεῖν δ' δαιμονίας
Πρῶτον ὑπάρχει. idest,
Vt sis fęlix longe primum
Sapere est.

De Creõte dictum est, qui dum mauult animo suo quam rectis consilijs obtemperare, & suos & se funditus perdidit. Magna fortuna facile uertitur in magnam calamitatem, si absit sapientia. Idem paullo ante contrarijs expressit uerbis de Hæmone loquens, qui sibi mortem consciuerat:

Δεῖξας ἐν ἀνδρώποισι τλῶ ἀβελίαν
Οσῳ μέγιστον ἀνδρὶ παρόσκειται κακόν. i.
Monstrans quod incõsulta temeritas viro
Adiuncta, sit longe malorum maximum.

Sero uidit iustitiam.

RVRSVM in eadem:

Οἴ μ' ἔοικας ὀψὲ τῶν δίκλω ἰδεῖν idest,
Proh vt videre iusta sero conere.

De Creõte dictũ est, q prius nec Tiresię,

nec cuiquam suorum obtemperat, magnis doctus cladibus incusat suam stultitiam: Eadem sententia reperitur in clausula tragœdiæ, sed diuerso schemate.

Μεγάλας δὲ πληγὰς θηλυκραυχῶν
Αποτίσαντες,
Τήρα τὸ φρονεῖν ἐδίδαξεν. idest,
Diui pœnas postquam atroces
De verbis sumpsere superbis
Ætate docent sapere extrema.

Conuenit cum illo: Sero sapiunt Phryges.

Vindicta velox.

De sera uindicta numinum aliquot prouerbij testatum est, quæ supra retulimus. Sed quod ait Sophocles expeditam deorũ uindictam, magis huc conducit, ut in aliqd prolapsi malum, mature resipiscamus. Verba sunt Chori ad Creontem:

Οσον γ' ἄναξ τάχιστα σωτέμενοσι γὰρ
Θεῶν ποδώκεις τῆς κακόφρονας ἔκβαν. i.

Rex ista facito quam potes celerrime.
Noxæ citipedes numinũ: improbos uiros
Subito occupant iunctæ simul cõpendio.

Id euenit Creonti, cui uindicta pœnæ prius adfuit quam absolueretur Tiresię uaticinium.

Fato non repugnandum.

In eadem Creon ita loquitur.

Ανάγκῃ δ' οὐχὶ δυσμαχητέον. idest,
Sed fata contra, quod idest perquam arduum,
Non est reluctandum.

Eandem sententiam alias ex uarijs citauimus auctoribus. Nemo potest uitare qd deus nobis immittit. Quod autem uitari non potest, ferendum est, non culpandum. Ducunt enim uolẽtẽ fata, ut ait Tragicus.

Vati non conuiciandum.

In eadem fabula Creon Tiresiæ more uatum in eandescenti ac liberioribus dictis impetenti regem, loquitur:

Οὐ βούλομαί τ' μάντιν ἀντειπεῖν κακῶς. i.

Vati uicissim nolo proloqui male:

Quod Horatius ait. Genus irritabile uatum, non tm̃ ad poetas, sed multo magis ad diuinos pertinet. Eblandiendum est, siquid ab eis uelis exculpere, quos si prouoces, diuinant omnia mala. Cõueniet uti, ubi quis nos impetierit impotenti conuicio, uelut afflatus furore quodam, cui honoris gratia uolimus uicissim maledicere, cum non desit quod retorqueatur: aut cum libertatem eam tribuimus iræ, ueluti furori cuidam. Cum irato enim nihilo sanius decertes conuicijs quam cum furioso, finitimum est illi quod ante retulimus. Omitte uate. Præterea illi: Ni pater esses, quod est in hac eadem fabula sub persona Hæmonis.

Vatum genus auarum.

In eadẽ scena Creõ ita loquitur Tiresię:

Genus omne uatum est appetẽs pecuniæ.

Τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φυλάργυρον γένος. i.

Hoc nomine olim male audiebant augures & haruspices. Vera non potest semper loqui, qui corruptus muneribus ad hominum gratiam loquitur.

Non mouenda loqui.

Eodem in loco iam irritatior Tiresia sic minatur Creonti:

Ὀρσεις μέ γ' ἀκίνητα διὰ φρενῶν φράσαι. i.

Tu me excitas ut quæ latent in pectore:
Immota, cogar proloqui.

Vsus erit, quoties aduersariorũ improbitas eo nos compellit, ut quæ decreueramus silẽtio tegere, efferamus. Creon enim illum conuicio tetigerat, dicens:

Σοφὸς συ μάντις, ἀλλὰ γ' ἀδικεῖν φιλῶν,

Tu doctus augur, at suetus lædere.

Quod ipsum conuenit in hominem prudentem, aut eruditum, sed improbum. Confine est illi: Non mouenda moues.

Mortuos rursus occidere.

Ibidem uerba Tiresiæ sunt ad Creontem, suadentis ut Polynicis corpus sinat condi sepulcro:

Αλλ' εἶκε τῷ θανόντι, μὴ δ' ὀλωλότα
Κέντει, τὶς ἀλκὴ τ' θανόντ' ἐπικτανεῖν. i.

Age, mortuo cõcede, nec q extinctus est,
Stimulato: quæ nam est fortitudo, mortuum
Necare rursum?

Confine est illi, quod alibi retulimus: Iugulare mortuos.

Deo nemo potest nocere.

Sententia pia est, sed à Creonte impio animo dicta:

Θεὸς μιαίνειν ὅτις ἀνθρώπων θένει. idest,
Violare, siue polluere diuos, nemo quis mortalium.

Veteribus psuasũ erat offendi diuos inferos si mortuo negaretur sepultura: offendi Iouem:

Iouem supplicium, si quis supplicem reijceret. At Creon putabat nihil huiusmodi rerum curę esse dijs, quod illi non queant à quoquam lædi. Hoc carmen occini potest ijs, qui indignum deo putant, in matrice virginis lacitasse, & per uterum uirginis exisse, unde prodeunt homines, cęteri, aut qui putant corpus domini pollui, qd in stomachũ hoies immũdũ descẽdat:

Θεὸς μιαίνει, ὅτις ἀνθρώπων θένει.

Neque sol polluitur, tot cloacas ac paludes lustrans.

Auscultandum bene loquenti.

Tiresia in eodem sermone:

Εὖ σοὶ φρονήσας, εὖ λέγω, τὸ μανθάνειν
Δῶδιστον εὖ λέγοντος, εἰ κέρδος λέγει. i.

Tibi beneuolus, bene loquor, suauissimum est
A bene loquente, lucra si fert, discere.

Eandem sententiã, antea dixerat Hæmon:

Καὶ τ' λεγόντων εὖ, καλὸν τὸ μανθάνειν. i.

Recte loquẽtem audire par est; ac decet.

Conueniet cum illo; Audi quæ ex animo dicuntur. Item cum Hesiodo, quo probatur & is qui paret recta monenti.

Fortunæ nouacula.

Eiusdem Tiresiæ uerba sunt ad Creontem admonentis, ut in summo discrimine positus sapiat:

φρόνει βεβὼς ἀωῶ ἐπὶ ξυρῷ τύχης. i.

Sape, denuo nunc positus in nouacula Fortunæ.

Calamitati quam excitarat Eteoclis & Polynicis contentio, successit hæc quã offensis dijs excitauit Creon. Quamquam hic uersus obiter nobis alibi citatus est, in prouerbio: In acie nouaculæ.

Peruicacia stultitiæ dat pœnas.

In eadem tragœdia Tiresia, Creontem admonẽs ne pręfractus ac rigidus persistat in sententia, ita loquitur:

Αὐθαδία τοὶ, σκαιότητ' ὀφλισκάνει. i.

Præfracta mens amentiæ pęnas luit.

Intractabilis illa ferocia ferè solet magnæ cuiusdam calamitatis esse præludiũ. Hoc Tiresiæ dictũ eleganter expressit Hæmon in eadem fabula, duplici metaphora, arborum & nautarum. Carmen sic habet:

Ὁρᾶς παραῤῥεῖθροισι χειμάῤῥοις ὅσα
Δένδρων ὑπείκει, κλῶνας ὡς ἐκσώζεται,
Τὰ δ' ἀντιπείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.
Αὔτως δὲ, ναὸς ὅστις ἐγκράτης, πόδα
Τείνας ὑπείκει μηδὲν, ὑπ' ἴοις κάτω
Τρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται. i.

Vides, ut in torrentium decursibus,
Quæ cedit arbor, surculos seruat suos.
At quæ resistit, stirpe cum ipsa deperit.
Nauclerus itidem, qui tenẽs clauũ, nihil
Concedit auræ & fluctibus, deuoluitur
Ac iam supinis nauigat nixus foris.

Nauigationis socius.

Ante retulimus: In eadem esse naui, qui communi tenentur periculo. Ad hoc allusit Ismene, in eadem fabula, dicens se non recusare, quo minus subiret idẽ periculum, quod subiret Antigone soror:

Αλλ' ἐν κακοῖς τοῖς σοῖσιν οὐκ αἰσχύνομαι
Συμπλοῦν ἐμαυτὴν τ' πάθεσι ποιούμενη. i.

Sed in tuis non erubesco me malis
Rate uecta eadem, calamitati adiungere.

Nuncio nihil imputandum.

Hic fere est hominum affectus, ut tristia nuncianti perinde indignentur, quasi fecerit, quod factũ nunciat. Creonti itaq; succensenti nuncio, quod parum læta afferret, ita respondet:

Ο δρῶν ἀνιᾶτὰς φρένας, τὰ δ' ὦ ἰ ἐγώ. i.

Qui fecit, animum discruciat, aures ego.

Eiusdem nuncij uersus est:

Στέργει γὰρ οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἐπῶν.

Nemo hũc amat, qui uerba nũciat mala.

Accommodari poterit ad eũ qui lapsum admonet, ut magis sibi ipsi succenseat, qui crimen admisit, quam ei qui necessariã admouet correptionem. Nam correptio ad tempus molesta est auribus, sed sceleris conscientia perpetuo mentem fodicat.

Quod fieri non potest, nec incipiendum quidem est.

Prius retulimus, ἀδύνατα θηρᾶς, id est, impossibilia uenaris. Quod alijs uerbis expressit Sophocles in Antigone:

Αρχῶ θ' θηρᾶν ὃ φρένει τ' ἀμήχανα. i.

Quæ efficere nequeas, nec uel ordiri decet.

Verba sunt Ismenes deterrẽtis Antigonem, ne Polynicen sepeliat aduersus regium edictum;

Cor calidum in re frigida.

Eadem Ismene dehortans Antigonem ab audaci facinore ait:

Θέρμον ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις, i. Profecto tu cor calidũ habes in frigidis.

Alibi diximus calidum facinus audax & præceps appellari. Frigida hic appellat, quorum feliciter perficiendorum exigua spes erat.

Frustra uiti dementiæ est.

RVRSVS in eadem ita loquitur.

Τὸ δὲ
Περισσὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα, i.
Frustranea agere insignis est amentiæ.

Non solum amentiæ est, iniusta agere, uerum etiam superuacanea. Ex iniustis interdum aliquod est lucrum, ex superuacaneis nullum.

Principi obtemperandum in omnibus.

NON sine prouerbiali schemate dictum est in eadem tragedia, quod ait Creon:

Ἀλλ' ὃν πόλις στήσει, τοῦ δὲ χρὴ κλύειν
Καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία, i.
Sed principatum ciuitas cui tradidit
Hic audiendus, siue lænia præcipit,
Siue æqua mandat, siue & his contraria.

Ciuitas non ciuitas.

HAEMON Creontem tendentem ad tyrannidem, ita tangit:

Πόλις γὰρ οὐκ ἐσθ' ἥτις ἀνδρὸς ἐσθ' ἑνός, i.
Quæ unius hominis, illa non est ciuitas.

Dixerat Creon ipsius esse, non alterius imperare regioni. Hæmon negat eam esse ciuitatem, ubi summa a rerum penes unũ hominum est. Polis enim Græcis uel a uersando, uel a multitudine dicta uidetur. Latini Rempublicam appellant. At Respub. non est, ubi unius arbitratu aguntur ferun tur omnia. Itaque cum Creon respondisset ciuitatem censeri illius, qui illi imperat, subijcit Hæmon:

Καλῶς, ἐρήμης γ' ἂν συγῆς ἄρχης μόνος, i.
Recte, unus ut deserto in agro regẽ agas.

Regium est imperare liberis, neq. quidquam absque ciuium consensu tentare.

Mens cœli, terræq; regina.

SOCRATES apud Platonẽ in Philebo: πάντες γὰρ σοφοὶ ἑαυτοὺς οὕτω σεμνύοντες, ὡς νοῦς ἐστὶ βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς. i. Omnes n. sapientes contendunt hoc pacto seipsos honestãtes, qd mẽs nobis regina cæli & terræ. Sentit sapiẽtia gubernari omnia potius, quam uoluptate. Cum enim Philebus probasset felicitatẽ ex sapientia & uoluptate mixtam, quæri cęptum est utra duarum plus haberet momenti ad beatitudinem. Quoniam autem Plato dicit in hoc omnes consentire, subindicat fuisse uulgo iactatum. Consentit huic, quod habet Hæmon Sophocleus:

Πάτερ, θεοὶ φύσιν ἀνθρώποις φρένας,
Πάντων ὅσ' ἐστὶ κτημάτων ὑπέρτατον, i.
Pater, dei mentem inserunt mortalibus,
Quæ res opes exsuperat omnes maxime.

Primas iactare hastas.

M. TVLL. libro de Orat. 2. primas iactare hastas dixit, pro uelitari, quod ad oratorem transfert, cuius dictio initio debet esse lenis ac sedata, ut paullatim incandescat oratio. Notat ibi Philippum oratorem, qui solitus sit ita ad dicendum surgere, ut nesciret primum uerbũ quod esset dicturus: sed aiebat se posteaquam contalefecisset brachium, tum pugnare. Atqui non attendit, inquit, cos ipsos unde similitudinem ducit, illas primas hastas ita tractare leniter, ut & venustati uel maxime seruiant, & reliquis uiribus suis consulãt. παροιμιῶδες erit, si ad disputationis aut contentionis exordium transferator. Idem uno uerbo dicitur Velitari.

Omissis fontibus consectari riuulos.

IN eodem libro non sine prouerbii specie dixit riuulos consectari, pro eo quod est minus ad rem pertinentia dicere, omisso eo quod est negotii caput. Hac metaphora uidetur adeodum delectatus Hieronymus. Marci Tullij uerba sic habent: Tamen tardi ingenii est, riuulos consectari, fontes rerum non uidere. Etiam ętatis est, ususq; nostri a capite quod uelimus arcessere, & unde omnia manant uidere.

Res palæstræ & olei.

Quæ non ad serium negotiũ, sed ad lusum & ostentationem adhibentur, palęstrę & olei dicuntur, cum in prælio maioribus opus sit uiribus. In palęstra non armati, sed uncti cõcertabãt, tum quo difficilior esset apprehensio, & elapsus facilior, tũ quo corpus esset nitidius, certabãt enim nudi. M. Tullius lib. de Orat. 1. Nitidum quoddam genus est uerborum & lætum, sed palæstrę magis & olei, quam huius ciuilis turbæ ac fori. Consimiliter lib. 2. de Isocratis discipulis

pulis agens, Sed eorum, inquit, partim in pompa, partim in acie illustres esse uoluerunt. Eodem spectat quod ait lib. de legibus 1. Fanii autem ætate coniunctus Antipater, paullo instauit uehemẽtius, habuitque uires agrestes ille quidem atq. horridas sine nitore ac palæstra, sed tamen admoncre reliquos potuit, ut accuratius scriberent. Hæc ibi. Quod prius dixerat oleũ, hic uocat nitorem. Et in libro De claris oratoribus, unctius uocat, quod est nitidius. Iam, inquit, erat unctior quædam splendidiorq; consuetudo loquendi. Rursus in Oratore ad Brutum: Numerus autem nondum depromebatur, neque habebat aliquam necessitudinem aut cognationem cum oratione: itaque serius aliquanto notatus & cognitus, quasi quandam palęstram & extrema lineamenta orationi attulit: palæstram appellat uenustatem ad ostentationem adhibitam. In is his porro uerbis, nec illud absque prouerbii specie dictum est, extrema lineamenta, pro extrema manu, mataphora ducta à pictoribus.

Operari.

IDEM non absque prouerbii specie operarios appellat, qui citra philosophiæ cognitionem caussas agunt. Architectus ex arte rationem operis præscribit, operarii uere non iudicium suum, sed tantum operam adhibent, iuxta præscriptum. Atq philosophiam callet, ex separatus est de quauis recte dicere M. Tull. de Mnesarcho loquens, Hos quos nos oratores uocamus, nihil esse dicebat nisi quosdam operarios, lingua celeri & exercitata: oratorem autẽ nisi qui sapiens esset, esse neminem. Rursus in Bruto: Nam illud minus curo, quod congessisti operarios omnes, ut mihi uideantur mori uoluisse non nulli, ut a te in oratorum numerum referrentur. Huius generis oratores libro De claris oratoribus appellat uocales: Addamus, inquit, huc ẽt, ne quem uocalem prætersisse uideamur, C. Colconium Calidianum.

E schola cantilena.

PLAVTVS, vt ante admonuimus, Theatri nugas appellat, quæ solent in comędiis recitari M. Tull. è scholis cantilenam appellat orationem declamatoriam ac iuuenilẽ plus habentem ostentationis, quam sapientiæ: locus sic habet eodem libro: Gerendus est tibi mos adolescentibus Crasse, qui nõ Græci alicuius quotidianam loquacitatẽ, neque ex scholis cantilenam requirunt, sed ex homine omnium sapientissimo atq; eloquentissimo, atque ex eo qui non in libellis, sed in maximis caussis & in hoc domicilio imperii & gloriæ, sit consilio linguaque princeps.

A deo ficti.

QVI uehementer ad aliquid natura cõpositi sunt hos prouerbiali sermone ad hoc natos, factos sculptosq. dicimus: insignem autem naturæ dexteritatem M. Tullius eleganter expressit eodem libro: Sunt autem, inquit, quidam ita naturæ muneribus in ijsdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati, sed ab aliquo deo ficti uideãtur. Adlusit autem ad Pandoram, quam finxit Vulcanus, cæteris item diis sua munera in unam conferentibus.

E circulo.

HOMINEM è triuio, plebeium & contemptum appellamus. Marcus Tullius, pro eo dixit è circulo. Circulum autem uocat conuenticulum hominum in foro aut in plateis confabulantium. Ita Crassus eodem quem modo citauimus libro. Effudi uobis omnia quæ sentiebam, quę fortasse si quencumq; partem familias arripuissetis ex aliquo circulo, eadem uobis percontantibus respondisset.

Caussa cadere, Formula cadere, Ex iure manu consertum.

QVEMADMODVM priscis iureconsulti dicebant aliquẽ ex iure manu consertũ uocari, cui lis intendebatur, ita caussa cadere dicebatur, qui male agendo ius agẽdi perdidisset, utrumq. fiet παροιμιῶδες, si accedat trãslatio: utrumq. est apud M. Tulliũ eodẽ libro sub persona Scæuolæ; Quod uero in extrema oratione quasi tuo iure sumpsisti, oratorem in omni sermonis disputatione copiosissime posse uersari, id nisi in tuo regno essemus, non tulissem, multisq; præessem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu consertum uocarent, & aliquanto post, cũ Hypseus maxima uoce plurimis uerbis a M. Crasso ꝓtore cõtẽderet, vt ei quẽ defendebat causa cadere.

re liceret. Gn. autem Octauius homo consularis, non minus longa oratione recusaret, ne aduersarius caussa caderet. Idem pro L. Muræna: Et si turpe existimas te ad uocato illum ipsum quem contra veneris, caussa cadere. Meminit & Quintilianus lib. 7. ca. 4. Apud priscos superstitiose seruabatur, ut qui in actione instituenda vel verbo lapsus esset, caussa caderet, cuius superstitionis uestigia non exigua adhuc residet apud Anglos, interdum totum instrumentum reijcientes, si cognomen aliquod una litera secus fuerit scriptum. Iustinianus Institutionum iuris lib. 4. tit. De actionibus, paragrapho, si quis, Si quis inquit, agens in intentione sua plus complexus fuerit quam ad eam pertineat, caussa cadebat: id est, rem amittebat, nec facile in integrum restituebatur, nisi minor erat 25. annis, &c. Proximo autem paragrapho, vocem hanc plus, ostendit quadrifariam intelligi, re, tempore, loco & caussa. Re, si quis pro decem aureis petat uiginti. Tempore, si quis ante diem uel ante conditionem petat. Loco, si quis Romæ petat, quod Ephesi promissum est: Caussa, si quis stipulatus Stichum aut uiginti aureos, petat Stichum pura actione, cum electio sit pro missoris. Pro eodem dici uidetur rem amittere, litem perdere, & formula cadere. Iustinianus libro quarto tit. De exceptionibus, paragrapho, appellantur: Cum temere, inquit, rem in iudicium deducebant, & consummebant, qua ratione rem amittebant Horat. in Sermonibus.

Et casu iam respondere uadato
Debebat, quod ni fecisset, perdere litē.

Quintilianus lib. tertio, ca. 8. Neq. ignoro multa trāsferri in omnibus ferè caussis, in quibus cecidisse quis formula dicitur, hæ sunt quęstiones, an huic, an cū hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore licet. Seneca libro epistolarū 6. epist. 49. de philosophis agens, qui uocum argutiis ostendebant eruditionem. Quid enim, inquit, aliud agitis, cum eum quem interrogatis, scientes in fraudem inducitis, quā vt formula cecidisse uideatur? Sed quēadmodum illū prętor, sic hos philosophia in integrū restituit, ita Seneca. Quin hoc ipsū in integrum restituere, si a foro transferatur ad alia, παροιμιῶδες est. Poterit ita deflecti, vt dicatur caussa cecidisse, qui ius obiurgandi filium amisit, qđ eum suo exēplo, aut largitione ad nequitiam prouocarit. Illa porro sermonis formula, ex iure manu consertum, ab ipsis duodecim tabulis sumpta videtur, quemadmodum indicat Aulus Gellius lib. Noctium Atticarum 20. cap. 9. Antiquitus inter quos erat de agro aut simili de re controuersia in rem præsentem veniebant, & apud prætorem uindiciarum caussa manus conserebant: hoc est, alter alterius manum corripiebat. Sed cum propagatis Italiæ finibus, grauarentur prætores uindiciarum caussa longius proficisci, institutum est, ut litigantes non ex iure apud prætorem manu consererent, sed ex iure manu consertum vocarent, hoc est, alter alterum ex iure ad conferendum manum in rem de qua ageretur uocaret: simulq; profecti in agrum de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, aut unam glebam in ius in urbem ad prætorem deferrent, & in ea gleba tamquam in toto agro uindicarent M. Tullius libro epistolarum septimo scribens Trebatio iureconsulto: Tantum metuo ne artificium tuum tibi parum prosit. Nam, ut audio, isthic.

Non ex iure manu consertum, sed mage ferro
Rem repetunt, regnumq; petunt, uadunt solida vi.

Huiusmodi uindiciarū formulam Mare. Tullius facetissime expressit in oratione pro L. Muræna: itaque irati illi, quod sunt ueriti, ne dierum ratione peruulgata & cognita, sine sua opera lege posset agi, notas quasdam composuerūt, vt omnibus in rebus ipsi interessent, cū hoc fieri bellissime posset. Fundus Sabinus meus est, immo meus: deinde iudicium uoluerunt. Fundus, inquit, qui est in agro qui Sabinus uocatur, satis uerbose. Cedo, quid postea? Eum ego ex iure meum esse aio. Quid tum? Inde ibi ego te ex iure manu cōsertū uoco. Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille unde petebatur non habebat. Transit iure consultus, tibicinis Latini modo. Vnde tu me, inquit, ex iure manu consertum uocasti, inde ibi te reuoco. Hactenus M. Tullius. Metaphora sumpta est à bellis, in quibus manus conserere dicuntur, qui cominus cōfligunt, quemadmodum indicat M. Varro libro De lingua Latina secundo.

Lapides flere.

De re vehemēter miserāda prouerbiali hyperbole dici solet, eam esse tam lamentabilem, ut uel lapides cogātur ad fletum. M. Tullius in libro de Orat. 2: Tu uero vel si testamentum defenderes, sic ageres, ut omnē omnium testamētorum ius in eo iudicio positum uideretur: uel si caussam ageres militis, patrē eius, ut soles, dicendo a mortuis excitasses, statuisses ante oculos, cōplexus esse filium, flensq; eū centum uiris commēdasses, lapides mehercle oēs flere ac lamentari coegisses, ut totum illud uti lingua nuncupasses, non in duodecim tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magico carmine scriptum uidetur, hæc ille. In uerbis autem Ciceronis, ad prouerbium alludit magici carminis mentio, Quod enim uehementer commouet animum, quauis incantatione efficacius dicitur, sicut alibi retulimus.

Liber non est, qui non aliquando nihil agit.

Qvi in summo otio uersabantur ab oībus feriati negotijs, ij nihil agere dicebātur M. Tull. eodem libro, sub persona Crassi ad Scæuolam: Quid igitur, inquam, quādo ages negotium publicum, quando amicorum, quando tuum? quando deniq. nihil ages? Tum illud addidi, mihi enim liber esse nō uidetur, qui non aliquando nihil agit, hæc ille. mox interpretatur quid declaret, nihil agere: In qua, inquit, permaneo Catule sententia, meq; cum huc veni, hoc ipsum nihil agere, & plane cessare delectat. Nam cessare dicuntur non tantum ij qui desistunt à negotio, sed qui sunt in otio. Expedit aūt interdum nihil agere, vt cętera recte agamus. Alias ostendimus eos nihil agere dici, qui inanē sumunt operā.

In herba luxuries.

Rvstici semita copiosius quam expedit herbescentia, dicunt luxuriare: eam præproperam lætitiam appellāt luxuriem, quam immissis in agrum iumentis aut pecudibus corrigunt, quod illi uocant depascere. Maro:

Luxuriē segetū tenera depascit in herba.

M. Tull. eodem libro quem modo citauimus. Quod si hic noster Sulpitius faceret, multo eius oratio esset pressior, in qua nunc interdum, ut in herbis rustici dicere solent, in summa ubertate inest luxuries quædam, quæ stylo depascenda est.

Surculum defringere.

Simili forma dixit M. Tull. de Orat. lib. 3. in eodem Surculum defringere, pro eo quod est, nō callere totam disciplinam, sed ex ea paullulum quod ad rem præsentem faciat decerpere: quemadmodum iureconsulti nonnumquam aliquam sententiam aut fragmentum adducunt e Theologorum disciplina, locus apud Ciceronem hunc in modum habet, Atque hactenus loquuntur, etiam hac instituendi diuisione vtuntur, sed ita, non ut iure aut iudicio, ut denique recuperare amissam possessionem, sed ut ex iure ciuili surculum defringendo usurpare uideantur.

Mendacium vtile.

Divēs ille apud Satyricum Iuuenalem, dicit, Quid enim saluis infamia nummis? & Dorionem Terentianum non pudet uanitatis, dum ob rē: sed honesto propio est, quod ait Orestes in Erectra Sophoclis:

Δοκῶ μὲ ὐδὲν ῥῆμα σὼ κέρδει κακόν. i.
Nullum reor uerbum quod est lucro, malum.

Conuenerat enim ut fingerent ipsum esse mortuum. Sentit igitur fāmam mortis viuo nihil nocituram, sed ad id quod constituerant foro accommodam, uenerāt enim vlturi Agamemnonis mortem, idque perfecerunt.

Equi generosi senectus.

Ἵππου γῆρας, alias dictum est, de his qui post res pręclare gestas ob senium reijciūtur. Sed Sophocles in eadem fabula declarat generosi equi senecturem, his uersibus:

Ὥσπερ γὰρ ἵππος ἀγενὴς κἂν ᾖ γέρων
Ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν,
Ἀλλ' ὀρθὸν ἕστηκεν, ὡσαύτως δὲ σὺ
Ἡμᾶς τ' ὀρθώσεις, καὶ τοὺς ἐν πρώτοις ἐπῃ. i.
Generosus ut equus, consenuerit iā licet,
Animum tamen numquam in periclis abijcit.
Sed auribus rectis stat, itidem tu quoque.
Et incitas me, & ipse cum primis ades.

Verba sunt Orestis ad pædagogum senem, cuius consilio & auxilio occidit Clytemnestram & Aegisthum.

Cuncta-

Cunctatio noxia.

IN eadem fabula Electra de Oreste, qui reditum proferebat ita loquitur:

Μέλλων γὰρ αἰεὶ δρᾶν τι τὰς ἔσας τέμις
Καὶ τὰς ἀπόσας ἐλπίδας διέφθορεν, i.

Dum facere semper prorogat, quæ adsunt simul,
Simul & futuras perdidit mihi spes meas.

Prouerbij ratio est in tropo, quo præsentes & absentes dixit, pro omnes.

In arduis cunctanter agendum.

IBIDEM Electræ quærenti de fratre:

Φυσὶν γε, φάσκων δ' οὐδὲν ὧν λέγει ποιεῖ, i.

Dicit quidem, sed è dictis facit nihil.

Ita respondet Chorus:

Φιλεῖ γὰρ ὀκνεῖν πρᾶγμ' ἀνὴρ πρᾶσσων μέγα. id est,

Qui facinus ingens tentat, ille lętus est.

Sentiens in arduis, ac periculosis negotijs non esse præcipitandum consilij, huic rursus ita respondet Electra:

Καὶ μὴν ἔγωγ' ἔσως' ἐκεῖνον οὐ' ὄκνῳ, i.

At his quidem haud cunctante me seruatus est.

Sentiens perniciosam esse cũctationem, cum urget præsens periculum.

E paucis uerbis ingens bonum, aut malum.

IBIDEM Electra sic loquitur sorori Chrysothemidi,

Πολλάκοι σμικροὶ λόγοι
Ἔσφηλαν ἤδη κ' κατώρθωσαν βροτοὺς, i.

Sermo profecto rebus in compluribus
Deiecit homines, simul & erexit, breuis.

Sentit interdum ex paucis uerbis perperam intellectis, magnos nascer errores, atque etiam erroris correctionem ex paucis rectè intellectis. De leuissimæ rei grauissimis pœnis dictum est alias.

Vni cum duobus non est pugnandum.

IN eadem Chrysothemis, Electræ sorori, & Choro concorditer hortantibus ita respondet:

Δράσω τὸ γὰρ δίκαιον οὐκ ἔχει λόγον
Δυοῖν ἐναίζειν. id est,

Factu[illegible], non æquum enim est, resistere
Vnam duabus.

Adhuc est illi: Ne Hercules quidem aduersus duos. Huc allusit & Catullus in epithalamio,

-Noli pugnare duobus.

Mala malis euenium.

CLYTAEMNESTRA obiurgãs Electram filiam, quod per eam traduceretur, vt viridica, vicissim audit:

Αἰσχροὶς γὰρ αἰσχρὰ πράγματ' ἐκδιδάσκεται. id est,

Et turpibus enim, facta turpia discimus.

Significans quod filia de matre parum honeste loqueretur ei imputandum, quæ necando maritum, & filij necem moliendo, docuisset liberos odisse matrem, id paullo post dicit explanatius:

Τὰ δ' ἔργα τοῦς λόγους ὁρίσηται. idest,

Porro ipsa facta, uerba reperiunt sua.

Scitum est illud Socratis, ut se quisque talem præstaret re qualis haberi cuperet. Fama enim è factis uelut è fonte nascitur, è bonis bona, è malis mala. Proinde qui factis ignominiosis sibi peperit ignominiosam famam, ne succenseat male loquentibus, sed sibi qui ora aperuit populo: nec moliatur vindictam in maledicos, sed bene factis rumorem fœdum abolere studeat.

Numinis ira inuitabilis.

APVD Homerum Iuppiter uxori ministrans, appellat manus suas ἀάπτους, quod lædant quoscunque velit, cum à nemine vicissim lædi queant. Simile est quod in eadem fabula dicit Orestis pædagogus:

Ὅταν δέ τις θεῶν,
Βλάπτῃ, δυώατ' οὐδ' ἂν εἰ ἰσχύων φυγεῖν.

At vbi viro nocet deorum quispiam,
Vitare possit nemo quamlibet potens.

Solent homines calamitates suas i hãc, aut illam caussam reijcere, cum pleraque mala sic præter omnem expectationem accidant, ut apparent à superis immitti.

Quo terrarum raperis.

QVI non sunt attenti ad rem propositam, negantur esse domi. Qui longius aberrant à vero, in alia regione esse dicũtur. Electra sorori nuncianti Orestem viuere, qui dictus erat mortuus, ita respondet:

Οὐκ οἶδ' ὅποι γῆς, οὐδ' ὅποι γνώμης φέρῃ, i.

In quod solum rapiare non intelligis,
Nec quo ferat mens.

Prouerbium est in tropo. Sic in eũ, qui aberrat à re proposita aptè dicetur illud: Quo

Quo nunc se proripit ille? Aut. In quam regionem abripitur? Translatum uidetur à nautis.

Bene natis turpe est male uiuere.

QVIDAM arbitrantur ob hoc ipsum sibi licere turpiter uiuere, quod honestis maioribus orti sunt, cum contra generis clariras, quasi fax addita faciat, ut nobiliũ errata plus habeant dedecoris quam obscuro genere natorum. Hoc in eadem fabula sic expressit Electra.

Ζῶ αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκάσι. id est,

Natis honeste, turpe uiuere turpiter.

Quamquam Electra putat eos turpiter uiuere, non qui sunt improbis moribus, sed qui uiuunt in seruitute, cum sint ingenui nati, ut cum illo conueniat. Vbi non sis qui fueris, non est cur uelis uiuere.

Mortui non dolent.

EADEM in eadem fabula, significans se spontanea morte quęsituram malorum finem, ait.

Τοὺς γὰρ θανόντας οὐκ ὁρῶ λυπουμένους, i.

Nam mortuum dolere uideo neminem.

Eoq; Plinius existimat nullum beneficium a dijs datum homini maius, quam quod cuiq; in manu est cum uelit è uita excedere. Melius Socrates, qui docet esse nephas animam iniussu Imperatoris Dei è corporis præsilio decedere.

Latini tibicinis more.

IN M. Tullij uerbis, quæ paullo ante retulimus ex oratione pro L. Murena, pro uerbium inerat, cum ait iureconsultum instructo petitore, Latini tibicinis more trãsire ad eum a quo petitur, & illum solemnibus uerbis instructurum. Vnde nata sit similitudo, non admodum liquet, nisi qd probabilis coniectura uidetur, ductum a priscis illis Latinis, qui in pagis aut oppidis unico tantum tibicine fabulas agitabant, ad cuius modulatum uocem ac gestũ accommodabant histriones, alioqui ob imperitiam non seruaturi carminis rationem. Is igitur tibicen posteaquam uni actori præcinuerat, cogebatur ad alterum huic responsurum trãsire, eiq. uicissim in centu tibiæ metri modulos, præire, atque hinc rursus ad alium, quod rusticani homines absque præeunte tibicine non possent apte saltare uersus aut Mimos. Hanc coniecturam adiuuat locus qui est apud M. Tulliũ in Oratore ad Brutum, ubi agit de uersibus ita cõpositis, ut posset oratio libera solutaque uideri. Quorum, inquit, similia sunt quædam etiam apud nostros, velut illa in Thyeste. Quem nam te esse dicam, qui tarda in senectute, & quæ sequuntur, quæ nisi cum tibicẽ accessit, orationi sunt solutæ simillima. Prior locus ex oratione, refertur in prouerbio: Caussa cadere.

In quadrum redigere.

SVPERIVS ex Aristotele docuimus, uirum constantis animi appellari terragonum, quod ea figura ex omni parte sui similis est. Vnde quidquid congruit & aptum est, quadrare dicitur. Id M. Tullius in oratore deflexit ad orationem concinnam & aptis numeris compositam. Itaque postquam est nata hęc circumscriptio, uel comprehensio, uel continuatio, uel ambitus, si ita licet dicere, nemo qui aliquo esset in numero, scripsi orationem generis eius quod esset ad delectationem comparatum, remotumq. a iudiciis forensiq. certamine, quin redigeret omnes fere in quadrum numerumq. sententias. Metaphora ducta est à marmorarijs.

Cadere in cursu.

CADERE in cursu M. Tullius dixit pro eo, quod est experita laude frustrari, quẽ admodum si quis ad lauream theologicã contendens emoriatur priusquam ad summum eius nominis fastigium peruenerit. M. Tull. libro De claris oratoribus de Galba loquens. Laudabant hunc patres nostri, fauebant etiam propter patris memoriam, sed cecidit in cursu. Nam rogatione Manilia Iugurthinæ cõiurationis in uidia, cũ pro se ipse dixisset, oppressus est. Simili tropo dicimus eos e cursu reuocare, quos ab instituto ad aliud quidpiã retrahimus. Et in cursu esse dicuntur, qui magno studio contendunt aliquo. Metaphora sumpta est a publicis certaminibus pedibus aut equis currentium.

Ne pudeat artem.

VERSVS erat olim populari sermone iactatus. Ne pudeat artem proloqui, quã facites. Multos non pudet turpi quæstu uiuere, cum pudeat nomen eius quæstus profiteri.

profiteri. Quemadmodum si quis usuram exercens, uocari malit, negotiator. Versũ citat M. Tullius eodem libro, Me autẽ siue peruulgatissimus ille uersus, qui uetat:

Artem pudere proloqui, quam factites,
dissimulare non sinit, quin delectet: siue
tuum studium hoc à me volumẽ expressit.

Δωριάζειν.

Δωριάζειν, olim dicebãtur qui corpore parum decore nudato intendebant, ductũ a uirginibus quæ in Peloponeso discinctæ, & absque tunicis esse consueuerunt, tantum pallio tectæ utrinque fenestrato, per quod patebant nuda corporis. Apud Lacedæmonios autem uirgines certis diebus totæ nudæ incedebant. De Romanorum multitiis pellucentibus multa quæritur Iuuenalis.

Aetoli.

Αἰτολιταὶ dicti sunt olim ioco prouerbiali, qui iuxta mores Ætolorum petaces essent & improbi. Allusum est enim ad vocem, quemadmodum auidi munerum Dorice loqui dicebãtur, sic αἰτωλοὶ dicti uidentur, quod omnia petãt, παρὰ τὸ ὅλος αἰτεῖν. Meminit Stephanus.

Χαρωνῖται.

Olim Charonitarum cognomen apud Romanos populari ioco tributum est iis qui defuncti commentariis tuebãtur qd perperam agebant. Hinc ortum. Cum M. Antonius oratione funebri prolataque. C. Cæsaris ueste populum in eius interfectores concitasset, arripuit Cæsaris commentarios, in quibus acta illius continebantur, ijsq; ascripsit quæ libuit. Atque horũ auctoritate se facere simulabat quidquid agebat, aliis tribuens magistratus, alios ab exilio reuocans, alios e uinculis liberans. Hi omnes quoniam se defuncti commentariis excusabant, uulgari ioco dicti sunt χαρωνῖται, ut refert Plutarchus i uita M. Antonii. Simili artificio quidam abutuntur testamentis, in quo s competentitidem cognomen.

Iapeto antiquior.

Ἰαπέτου ἀρχαιότερος, i. Iapeto antiqior. Iuppiter apud Lucianũ sic alloquitur Cupidinem pueritiam excusantẽ: σὺ παιδίον ὦ ἔρως, ὃς ἀρχαιότερος πολὺ τοῦ ἰαπέτου.

FINIS.

APPENDIX ADAGIORVM, QVAE ADDITA SVNT.

Salmoneus alter.

Almoneus alter, Parœmiæ specie usurpatur à Symmacho, de sapra modum superbo, & elato. uerba eius ad Theodosium Imperatorem, ubi deprecatur honorati uehiculi usum, sunt ista: Absit ut moderator urbis liberæ atque ideo deuotæ, tamquam Salmoneus alius inuehatur. Eunapius Sardianus in Chronographia de Eutropio eunucho, aduersus quem inuectiuæ extant Claudiani poetæ: τὸ ἐκείνου κράτος ἐστόσον, ὃ κατέσισεν ἀτάντα καὶ κατεβρόντησεν, ὡς τε οὐ μόνον Ῥωφῖνος ὢν αὐτὸς, ἀλλ' ὁ τοῦ μύθου Σαλμωνεὺς μικρόν τι χρῆμα φρὸς αὐτὸν ὤν, i. Illius potentia adeo concussit omnia & tonitru quodam perculit, ut non modo Ruffinus esse reipsa deprehensus fuerit, sed fabulosus ille Salmoneus nihil fuerit præ isto. Galenus Therapeutices primo in Thossalum inuehens, dicit eum imitari Zoilum, qui Homeri simulachrũ flagellare solebat, & Salmoneum Iouis æmulum, sic enim, inquit: ἀλλ' ὅτωγε, ἀλλ' Ζωΐλος ἔνδοξος τοῦ ὁμήρου μαστίζων εἰκόνα, καὶ Σαλμωνεὺς τοῦ διὰ μικρὰ μέγα ποιῶν, i. Hac ratione nobilitatus est Zoilus Homeri effigiem uerberando, & Salmoneus Iouem imitando. & rursus: οὐδὲ ζηλοῦν νῦν ἔχων ἀνὴρ οὐδεὶς ὅτε τοῦ ὁμήρου μάστιγα Ζωΐλον, ὅτε τοῦ παραπλῆγα Σαλμονέα, ἀλλ' τοῖς μὲν φιλολοιδόροις ζηλωτὸς ὁ Ζωΐλος, τοῖς δ' ἱεροσύλοις ὁ Σαλμωνεύς. hoc est, Nemo quisquam sanę mẽtis emolatur Homeri flagellatorem Zoilum, neque uecordem Salmonea, tametsi maledicis scurris in exemplo sit Zoilus, & sacrilegis Salmoneus. Hesiodus.

Σαλμωνεὺς ἄδικος καὶ ὑπέρθυμος περὶ κῆρι. i.

Salmoneus plenus factus ac nescius æqui.

Qui & ipse prouerbialis uersus in principem subditis grauem & superbiæ immodicum, aut prætorem insolentem & iniquum apte torqueri poterit. Salmoneus filius fuit Æoli Elidis reguli ex Laodice Aloei, qui curruum rotas ęreis canthis ob munitas super pontem æneum, quem construxerat, agitasse, ad imitanda uera tonitrua, & immissis in homines facibus, neci eos dedisse legitur, vnde Virgilius lib. Æneid. 6.

Vidi & crudeleis dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis & sonitus imitatur olympi.

Et Valerio Flaccus Argonauticorum. 1.

Salmoneus nondum ille furens, cum fingeret alti,
Quadrifida trabe tela Iouis.

Salmoneum fuisse industrium mechanicarum operarum artificem putat Eustathius Odysseæ λ. quando & alii quidam βροντεῖον ad imitanda cęli tonitrua legunt excogitasse, uas ingens mugitum illum tonitrui per calculos immissos exprimens. Produnt & historiæ Archimedem Syracusanum fulgurationes quasdam igniuomas per specula edidisse. Idem commemorat peritum quendam mathematicum adiumento machinę, inimici sui ędes non aliter quam terræ motu uibratas concussisse, fulguritosque quosdam radios in illum distrinxisse, ut confessione inimici & ἐνοσίχθων & τερπικέραυνος dictus fuerit Neptuni. Iouisque illius terræ quassoris, huius fulguratoris, epithetis, quod dictum de Arthmesio intelligendum est, quem scribit Agathius historiæ lib. 5. domum Zenonis uicini sui æmuli terræ motos concussione per dispositos certis locis tubulos perculisse.

Pulmonis uitam uiuere.

Platoi Philebo: ζῶ δὲ οὐ ἀνθρώπου βίον ἀλλὰ τίμος πνεύμονος, i. Nõ hominis, sed pulmonis cuiuspiã uitã uiuere; de homine stupido & rationis mentisq; parum compote. Potest apposite dici i ebriosum, & abdomini ὑπογαστρίοις ἐπιθυμίας

(vt

(vt Aretes Cęsariẽsis loquitur) addictum, farcire corpus solum promptũ, ingenij uiribus nusquam uti. Est autem Pulmo marinum zoophyton, quasi plãtamine dicas, mixtæ inter frutices & animantia naturæ, suapte sponte proueniens: quod inter testacea ponit Aristoteles, & hoc ipso in loco Plato, qũ subijcit: ἢ τ ὀστα θαλάττιαι μετ' ὀστρεινῶν ἐμψυχάδι σωμάτων, i. aut alterius marini generis, quod inter testacea corpora animantum est. Vsus eo est & Synesius Ptolemaidos. Episcop. in lib. de Regno. βίων ζῶνΓας θαλαττίου πνεύμονος, i. Vitam degentes marini pulmonis: loquitur autem de uoluptarijs hominibus, qui in ganeæ libidinumque usu summum bonum ponunt.

Thessalica buccea.

Θεσσαλικὴ ἔνθεσις, Thessalica buccea uel turunda, pro ingẽti ponitur, Athenęo testante, & Polluce libro sexto. Hermippus in μοίραις.

Ὀζεὺς ξωιπλαττε τ θεσσαλικὴν ἔνθεσιν. i.

At iuppiter mansum efformabat Thessalum. Philetetus in Lampadigeris θεσσαλότμητον κρέας χοιροβαρὲς, suillę carnis portionẽ Thessalico more sectã uocat frustum ingens quantum manu tolli poterat, inde nata dicti gratia, quod Thessali in prægrandia frustra carnes partiri solebant, unde & Crates in Lamia:

Επεὶ τριπήχη θεσσαλικῶς τετμημένα. i.

Nam sunt tricubita, more secta Thessalo.

Non absimiliter à gentis polyphagia, Frisonicum ferculum pro magno, vulgare dicteriu m appellat. Alioqui Thessali olim audiebant strenui gurgites & insigniter edaces, unde illud Antiphanis Comici: Αἰεὶ γὰρ ὀξίπεινος ἐστὶ θεσσαλὸν λέγεις, i. usque esurit, numquam satur. Tu Thessalum depingis.

Thessalicus saltus.

Θεσσαλὸν πήδημα, idest, Thessalicam, saltationem in prouerbium abijsse annotat in Dionysium commentario, Eustathius pro molli fortassis, nã & θεσσαλικὰ περὰ ałę Thessalæ in luxus argumentum apud auctores nobilitantur, quod eius gentis togæ utrinq; alarum speciem præseferent, extentioribus fortasse manicis, unde ἐντεθεσσαλίσμεθα, dixit in Matyca Eupolis Stephanum & Pollucẽ, de gestantibus diffusiores more Thessalorum chlamydas, de quo annotatum est Hesychio, & Suidę, Orator quidam has Thessalicas alas, θεσσαλικὰ γέρα, non περὰ, dixit quod in certaminibus suis præmia proponerentur eiusmodi chlamydes, celebratur & θεσσαλὶς calciamenti genus illi nationi peculiare. Memorat & θεσσαλὸν περόνιμα Stephanus astrigmenti genus elegantioris ad comptum faciens, quo angulos chlamydum, quos πέγιρας exponit Hesychius, affibulare atque constringere solebant, ut arbitramur: Nec uero dissimile est, hanc lectionem ab Eustathio male interpolatam fuisse: Quidquid sit, diuinatione quam asseueratione magis opus est, in re non explicita, donec aliquis exoriatur qui scriptũ hũ caperiat. Forte θεσσαλὸν πήδημα, idest, Thessalicum saltum, pro ingenti, qualem grallatorium uocat Plautus, non inepte exposueris, ratione in superiore adagio reddita.

Thessalicum nomisma.

Θεσσαλὸν νόμισμα, i. Thessalicum nomisma prouerbiale esse annotatur à Suida & Hesychio, nisi quod apud hunc desideratur uox altera, hoc modo reponenda: θεσσαλὸν νόμισμα, τοῦτο παροιμιῶδες, τασσόμενον ἐπὶ ἀπάτης: q lectio plena & integra in illo seruata est, Conuenit ergo in fraudẽ & fucum utroq; auctore. Crediderimus nos Thessalicũ nomisma adulterinum fuisse parumque sincerum aut probæ monetæ, atque inde ortum adagium Venuste ad personam transferetur, si impostorem alijs fucum facientem, & improbi commatis hominem Thessalicum nomisma uocitemus. Suidas nescimus quid de Thessalonice urbe à filia Philippi regis cognomine appellata hoc loco refert.

Delphini in terra uires.

Δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία. i. Vis Delphini in terra, videt dici de eo, qui uires ingenij in negotio, cui par non sit, periclitatur, & & iudicij lubricũ ferre vult, ubi impos sit. Plutarchus in Demosthene, comparare & expenso iudicio sententiam ferre de Ciceronis & Demosthenis orationibus, ac stylo male

male sane hominis neq. uires suas exploratas habentis esse existimat, idem namq; agere illum, quod Delphinus uelocissimum agillimumque in mari animal, sed in arida humo destitutum, sui impotens citoq; exspirans, unde Pindarus pernicitatem summam uolẽs ostendere, dixit θαλασσῖον παραμάβεται δελφινά, i. marinum delphina superat. uerba eius sunt ex Ione Chio sumpta, κἀκεῖ γὰρ ὡς φησιν ὁ Ιων δελφῖνος ἐν χερσῷ βία. i. Illic namque contingit uti Delphinis robore in tellure, quod Ion dixit. Quadrabit non male in pauperem qui litigare uelit cum potẽtiore opibus affluente, qui litem in longum extrahere corruptelis possit, illo interim exhausto, talis nãque δελφῖνος βία ἐν φέρσῳ nititur: Deniq. in quemuis supra uires tentantem aliquid supra crepidam sutorem, supra malleum fabrum.

Quadrante dignum.

QVADRANTE dignum pro exiguo & nili non absque prouerbii specie dictum inuenimus apud D. Hieronymum, Rideo aduocatum qui patrono egeat, quadrante dignam eloquentiam nare subsano, ubi dignum quadrante eloquentiam uocat quæ nullius pensi sit, & uix unius estimandam assis, quod Catullus dixit. Huic confine esse annotant alii. Quattuor obolis æstimas, quod diuerso sensu exponit Suidas: τεσσάρων ὀβολῶν, ἐπὶ τ πολλῆς τιμῆς ἄξιον. Quattuor obolis dignum, de rebus quantiuis pretii, quomodo accepisse uidetur incertus auctor, cuius verba citat: τὴν παῤῥησίαν τ σὺν οἴει τεσσάρων ὀβολῶν ἔδ) ΓΟ ΓΗΣ παροιμίας δὲ οἶδα ὅτι καὶ θερσίτης ἐν τοῖς ἕλλησιν ἐ παῤῥησιάζετο, τῷ ὑ ἀγαμέμνονι τῆς θερσίτου παροινίας ἔλαττον ἐμελλον, ἢ χελώνη μυῶν, τὸ τ λόγου, i. Libertatẽ linguæ tuã quattuor obolis dignam putas, iuxta prouerbium, at ignoras etiam Thersiten inter Græcos libertate dicendi usum fuisse, cuius deblaterametna nihilo pluris fecit, quam muscas testudo, id quod dici solet, Agamemnon.

Draconis leges.

Δρακοντείους νόμους, Draconianas leges dici inuenimus, a Xenarcho apud Athenæum, nimia seueritate sancitas, & quæ rigiditate immoderata, humanitatis iura æquitatisque dissoluunt. Sic enim inquit.

Πῶς πότ' ὦ δέσποινα ποντία κύπρις
Βιενεῖν δ' ὠίαντα τ Δρακοντείου νόμου
Οπόταν ἀναμνηθῶσι, i.

Qui cærula o Venus queant
Dare liberis operam creandis, quoties
Legum Draconis sint memores?

Draco Atheniensis uir bonus magnęq. prudentiæ tetricas leges sanxit supplicio ferme capitis censitas, ut Aulus Gellius refert, qua de caussa non atramento, sed sanguine scriptas eius leges (quas proprie θεσμοὺς dictas scribit Aelianus) quidam dixisse memoratur. Seueram igitur alicuius disciplinam & instituta acerbiora, Draconis legis nominabimus. Huc spectat illud Aristotel. in Rhetoricis, οὐκ ἀνθρώπου οἱ νόμοι, ἀλλὰ Δράκοντος, i. Haud hominis, sed Draconis sunt leges.

Luscinia Musarum.

Ἀηδὼν μουσῶν, idest, Musarum luscinia, Conuenit in hominem insigniter eruditum, & præcipue in poetam carmine felicem. chorus apud Euripidem in Palamede.

Εκτάνετ', ἐκτάνετε τ πάνσοφον ὦ δαναοί,
Τὰν οὐδὲν ἀλγοῦσαν ἀηδόνα μουσῶν, i.

Necastis necastis omniscium o Danai,
Musarum luscinam cunctis innoxiam.

Sentit de Palamede Vlyssis dolo a Græcis saxis obruto: Fuit autem uir ille in philosophia excellens, & ad pangendum carmen factus, quem Iliacum bellum uersibus cecinisse perhibent, sed abolitum inductumq; ipsius poematis nomen ab Homero inuidiæ stimulis agitato. Citat carmen prædictum Philostr. in Heroicis. Notum est poetas μουσῶν ὀρνίθας uelut Musarum aues a Theocr. uocari: & Latinĩ poetæ cygnos pro poetis accipiunt, ut Virg. ibi: Cantantes sublime ferent ad sydera cygni. & Horat. Pind. appellat Dircæũ cygnum. Idem non usitata nec tenui penna se ferri per ęthera gloriatur, & in album alitem mutari fictionem ab Anacreonte mutuatus: qui ait ἀναπέτομαι πρὸς ὄλυμπον πτερύγεσι κύφας. i. Euolo in cęlum leuibus pennis. Et apud Aristoph. Cibesias poeta optat fieri luscinia, sic inquiens:

Ορνις γενέσθαι βέλομαι

Αἰγύμυθος ἀηδών.
Pennata auis fieri volo
Philomela canora.

Corinthia uerba & Ionica.

CORINTHIA verba pro exquisitis & magnopere elaboratis & ad ostentationem nitidis, uel etiam pro delicato & molli dicendi genere, poni uidemus. Quint. lib. 8. c. 3. Sed ita demum, si non appareat affectatio, in qua mirifice Virginius. Corinthiorum amator iste uerborum. Corinthia opera olim laudatissima fuerunt & primæ nobilitatis, de quibus ita Pli. libro 34. c. 2. Sunt ergo uasa Corinthia quę isti elegantiores modo in esculenta transferunt, modo in lucernas, modo in trullas, nullo mundiciarum respectu. Cice. in oratione pro Sexto Roscio, Domus refertа uasis Corinthiis & Deliacis. Strabo libr. 8. ἔτι μίθη ὁ μοίως τοῖς χαλκώμασι τοῖς κορινθιουργέσιν. i. æquali in prætio æstimata fuerunt cũ uasis Corinthiis. Addit Lu. Florus, Æris notam pretiosiorem fecit opulentissimæ urbis Corinthi iniuria, quia incendio perustis plurimis statuis atque simulacris, æris auri argentique uenę in commune fluxerunt. Quod si ad molliriem mauis referri, succurrat uerbum κορινθιάζειν pro scortari, quodque Corinthia scorta toties apud ueteres scriptis nobilitata sunt, ut apud Aristoph. est uidere. Simili modo, ἰωνικῶν ῥῆσιν. id est, Ionicum uerbum, pro dissoluto & molli extulit Æschylus, vnde Athenæus libro 13. Dipno. καταλέζω σοὶ σώνλκε ἰωνικῶν τινὰ ῥῆσιν ἐκτείνας χῆ Αἰχύλε. i. Commemorabo tibi Cynulce & profera Ionicum dictum, ut Æschyli more loquar. Hesychius ἰωνικὸν exponit ἁβρὸν Ionicum delicatum, aut effeminatum fractumque, quo nomine traducebantur Iones, ita enim emendandus est Græcus codex, ἐπὶ τούτου γὰρ ἐκωμῳδοῦντο οἱ ἰωνῆς. Vnde & Horatius illud, Motus doceri gaudet Ionicos ex Aristoph. Cócionatricibus mutuatus est, ubi anus ita loquitur.

Ἡδὴ τὸν ἀπὸ ἰωνίας τρόπον τάλαινα κνησιᾶς. id est,
Miscella pruris nunc Ionico modo.

Vtitur ita & Philostratus in Iconibus Ἁβρὸν μὲν αὐτῇ τὸ εἶδος καὶ μάλα ἰωνικόν. i. Forma illi delicata naldeq; Ionica. Dion Chrysostom°, καλὸς καὶ μέγας, πολὺ ἔχων ἰωνικὸν τῷ εἴδει. id est, Formosus & procerus multum Ionicæ uenustatis ore præferens. Varro apud Nonium ἀχίλλειος, ἐρωτικὸς, ἰωνικὸς κίναιδος, idest. Achille°, hoc est, uenustus, lasciuus, Ionicus, cinędus, sic enim interpolanda sunt ex manuscripto Nonio uerba, quæ portentose hoc modo leguntur: ἀξιαὸς ἥρωικὸς ἰωνικὸς in dictione Cinædi.

In eandem lancem imponere.

Εἰς τὼ αὐτὼ τιθέναι πλάσιγγα, i. Eidem bibanci imponere, prouerbialiter accipit Athenæus pro eodem in loco habere, aut æqualiter æstimare. Sic enim ait libr. 1. Dipnos. εἰς τὼ αὐτὼ τεθεὶς πλάσιγγα τῷ μέθῃ τῇ μανίᾳ, i. In eandem lãcem cum insania temulentiam componens. Sumptum a nummulariis aut ab institoribus æqualia lancibus iisdem pondерum momenta appendentibus. Huic finitimum est illud Simocati, οὐκ ἰσόῤῥοπον ἔχουσιν οἱ ἐρῶντες πλάσιγγα. i. Amor non habet bilances æquilibrio æquales, & iterũ: τὸ ἰσόῤῥοπον πλάσιγγα τοὶ θεῖον σφταλαν τ δίεται. i. Æqualem bilancem deus tibi appendet.

Suilla absumpta, bouem non exspectes.

QVANDO cunctationem damnosam foræ & uitæ periculo permistam indicare uolumus, iuxta Lucani illud: Semper nocuit differre paratis, usurpare licebit uerficul hunc prouerbialem:

Φεύγετε δειπνήσαντες οὐς κρέα, μηδὲ μένειν βοῦν. idest,
Exspectare bouem expleti nolite suilla.

Refertur ab Athenæo ex Anticlidis historijs, quod cum Erythræi insidijs adoriri Chios inter cęnandum eosq. interficere cogitarent, quidé recognita Chios uersu isto admonuit, ut paratas ipsis insidias fuga præuenirent, priusquam in tragicum choragium exirent epulæ.

Flamma persequeris quem genueras.

IN eum, qui damno afficit, quem paullo ante & opera & re adiuuerat, quadrabit apposite Senarius prouerbialis Æschyli:

Σὺ τοί μ' ἔφυσας, σύ με καταίθειν μοι δοκεῖς. id est,
Videris urere igne me quem genueras.

Verba

Verba uidentur esse Meleagri, quem Althæa mater, imposito igni fatali titione, flammis consumpsit, uel potius Penthei, nam hoc nomine fabulam docuit Æschylus in quẽ furiata Agaue mater desęuijt, incensis ędibus, ut refert Oppianus & Euripides: apud quem in Bacchis consimilia loquitur Pentheus. Demet. a uictoria Poliorcetes uocitatus uariis casibus ultro citroque iactatus, ad fortunam exclamasse hoc Æschili tamen legitur:

Σὺ τοί μ' ἔφυσας, σύ με καταίθειν μοι δοκεῖς.
Tu me extulisti in lucem, at eadem nunc parens
Abolere flammis me nefarijs paras.

Cubitale.

Πηχυαῖον dicunt Græci prouerbialiter quod humile est aut exiguum quasi cubitale dicas: Mimnermus Colophonius poeta apud Stobæum:

Τοῖς ἡνελοι πυχυὸν ἐπὶ χρόνον ἄνθεσιν ὕβης
Τερπόμεθα. i.
Tempore perfruimur cubitali, flore iuuẽtæ
Frondibus adsimiles,

Breue namq; est cubiti spatium, quod πῆχυν & πυγμὴν dicũt illi, unde & Pygmæorum pumilę genti agnomen est. Contra τετραπήχυν ἄνδρα procerum & magnum uocauit Callixenus apud Athenæũ, μέσος δ' τῶτων ἐβάδιζεν ἀνὴρ μείζων τετραπηχυς. Medius horum incedebat larduus homo quadricubitus. Vsurpauit & Aristoph. hanc uocem pro magno, ibi, τετραπήχεις καὶ γηραιούς. i. quadricubitos & generosos.

Coturnicis naturam induere.

Ορτύγων ἀναπεδὸς φύσιν, i. Coturnicum induere ingenium, prouerbium dicitur in pugnaces & feroci ingenio homines, quique uelut re præclare gesta cristas attollunt. Natura coturnicum ea est quod in ludicro certamine productæ (quod olim usitatissimum fuisse ex Pollace & Aristophanis commentariis discimus) uel etiam inter se ipsæ concertantes depugnent collidantque se mutuis ictibus, & caput ceruicemq. arduã altius erigantur in gallinaceis uidere licet, Aristides sophista de quodam deprecante ne Sparta muris cingeretur, ita extulit apud Philostratũ, μὴ δὴ ἐν τείχεσι δεσπόζωμεν, ὀρτύγων ἀναγάμβυσι φύσιν. i. ne capita illidamus męnibus coturnicum assumpto ingenio.

Theagenis munificentia.

Θεαγένης μεγαλοφροσύνη καὶ δ' εργεσίαι. i. Theagenis magnanimitas & liberalitas in prouerbium uersa est, de insigni & effusa benignitate. Eunapius ut opinamur, apud Suidã de Hegia amplissime spei iuuene, ἰώ ὦ γάρ τι τῷ ἡγίᾳ καὶ τῆς θεαγένης μεγαλόφρονος φύσεως ἐν τῇ δ' εργεσίαις. hoc est, Erat in Hegia magnaminitas quædam Theagenis in munificentia posita. Fuit autem hic Theagenes, non is cuius apud Aristophanem pecuniæ prouerbio locum dedere ad ostentationem magnæ, at reipsa exiguæ, sed sub Imperatoribus Romanis, præter Athenarum excelso animo & honoris cupido, opibus præpotens, vtpote qui calamitatibus nonnullorum oppidorum, nedum egenis hominibus aliquot mederi potuerit, οὐ μᾶχειρι δωρούμενος, ἀλλ' ἀμφοῖν χῆ τῶν παροιμίαν, id est, non una manu, sed ambabus, iuxta prouerbium, elargitus: ὦ γὰρ φιλόδωρος τὸ καὶ μεγαλόδωρος εἰς ὑπερβολὴν, erat enim supra modũ donandi auidus, & quidem magna: Huius pater Archiadas, sublata rapto ingenti pecuniæ ui, conspicatus subtristem filium, iam tum puerum, bono illum esse animo iussit, nihilq. faciendam illam iacturam, quando si in Palladis ludos consumenda ea fuerat, longe maiores sumptus facturi fuerint, illud uero cũ iactura certamen multo esse cum honestius tum splendidius. Ex quo apparet qualem habuerit magistrum & magnanimitatis doctorem a puero Theagenes.

Tudiculam expoliuit.

Τορυάν ἔξεσεν, i. Tudiculam dedolauit. Creatur a Demetrio Phaleræo ex Sophone Mimographo, quẽ totidem ferme adagius abundare, quot uersibus, ait. Videt quadrare in hominẽ plus iusto curiosum: uel qui operã minime necessariam & inutilem uerborum fuco commendat: aut q. hominem agrestibus moribus & rusticano ingenio ac Demeam prorsus, ad elegantio

res mores cultumq; ciuiliorem traducere conetur, talis. n. τορωλωξεῖν apposite dicetur, Quidam male legerunt ἐζεσεν, qd̃ est, ebullit. Est autem τορωνὴ coquinariũ instrumentum commouendis pulmentariis ollæq. uertendæ idoneum. Tudiculã Latini uocant, quam qui uelit expolite elegantius, næ ille in re omnium inutilissima operam consumit.

Iolaum implorat.

Qvi sibi diffisus, alienã implorat opẽ, Ἰόλεω δεῖσθαι, idest, Iolao habere dicit aut Ἰολεων παρακαλεῖν, Iolai opẽ aduocare. Synesius ad Pylemenẽ: σέλλεται δὲ ἐπὶ πετέρυς ἄνδρας, τὸν ἡρακλειον τρόπον ἐκκαθαίρων αὐτῆς τὸν παρίδα, θεὸν δὲ δεῖται δήπου καὶ ἡρακλέους, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἰόλεω συμμάχου καὶ παρασάτου. i. Ablegãt ad malitiosos homines, Herculis more patriã ab illis expurgaturus, nõ ad rẽ Deo nimirũ & Hercule, imõmo & Iolao opitulatore ac subsidiario opus habet, Idẽ in Caluitiis encomio: Πρὸς δύο ὄντα, φησὶν ὁ λόγος, οὐ δ' ἡρακλῆς, οὐ τοὺς Μολιονίδας ἐκ λόγου προσπεσόντας οὐκ ἐμὼ ἐλεγξω, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν ὕδραν ἀγωνιζόμενος, τέως μὲν οὐ σὺν ἑνὶ σωρεύκεσαν, ἐπεὶ δὲ ὁ καρκίνος αὐτῇ παρεγένετο, κἂν ἀπεῖπεν εἰ μὴ τὸν Ἰόλεω συμμαχίαν ἀντεπηγάγετο, κἀγώ μοι δοκῶ παραπλήσιόν τι παθεῖν ὑπὸ Διάνου, οὐκ ἔχων ἀδελφιδῆν τὸν Ἰόλεων. .i. Aduersum duos, iuxta prouerbiũ, ne Hercules quidem Molionidas ex insidiis ipsum adorros haud sustinuit, & cũ hydra pugnam ingressus, quandiu unus uni aduersus stetit, æquo Marte decertauit, sed postquam hydræ cancer accessit, succubuisset illẽ, ni Iolai opem contra imploraſſet. Similiter cum Dione res mihi succedit, patruele Iolao destituto. Apud Platonem in Phędone cum urgenti Socrati, ut conuelleret argumentis aduersarios Phędon, depręcatus iste tenuitatem suam, respondisset duobus ne Herculem quidem sufficere, subiecit Socrates: ἀλλὰ καὶ ἐμὲ τὸν Ἰόλεων παρακάλει, id est, Quin tu me Iolaum tibi adsciscito. Rursus in Euthydemo, ὁ δ' ἐμὸς Ἰόλεως πατροκλῆς εἰ ἐλθοί, πλέον ἂν θάτερον ποιήσειον. .i. At qui si meus Iolaus Patrocles accesserit, alterutram certaminis partem integer sustinuerit. Quibus ex locis. Iolaum pro auxiliario & qui operam alteri accõmodat, quemadmodum & Thesei nomen, accipi clarum est. Euripid. in Ione: Ἀστὺς ἰολάος ὃς κοινὰς ἀιραμένος πόνους, Διὶ παιδὶ συναντλεῖ. i. Armiger Iolaus qui cõmunes subiens labores Iouis filio opitulatur. Nota est fabula uel ex superioribus Synesii uerbis, nam collato pede cum Hydra depugnanti Herculi cum Cancer mordicus calcem prehendisset, ut in Heraclea refert Panyasis, Iolaus laboranti opem tulit. Quod in fabulosis Palæphatus exponit ita, Hydram oppidum copiis oppugnãte Hercule, Lernus regulus imperata facere nolens, auxiliarem militum manum, duce Carcino impigro & strenuo homine, stipendio conduxit, quo bellum propulsaret: itaque uiribus inferior Hercules, Iolaum Iphicli fratris filium, cum delecta Thebanorum manu, in auxilium uocat, eoque subsidio adiutus, hostile oppidũ solo æquauit, copiasque omnes deleuit.

In meridie uitæ philosophantes.

Ἐν μεσημβρίᾳ τοῦ βίου φιλοσοφεῖν. id est, In meridie uitę philosophari dicuntur prouerbialiter qui prouecta ętate animũ ad studia applicant, Synesius ad philosophiã: ὅ δὲ τινας ἐν λογισμοῖς ὑποδωσίτας, ἢ πάντος ὑπὸ μιᾶς γέτε συμφορᾶς ἀναπεσόντας ἐν μεσημβρίᾳ τοῦ βίου φιλοσοφεῖν. i. nosti quosdã depositis ad rationariã mensam uestibus, aut accepto dãno uel unico edoctos, in meridie uitæ philosophiæ incũbere. Nõ abludit hinc multũ & M. Crassi & Deiotari tetrarchæ Galatiæ conuitiũ: nam Crassus uidens illũ extremo in senio nouam urbẽ condentẽ, Quid, inquit, o rex hora diei duodecima ædificare inceptas? ὦ βασιλεῦ δωδεκάτης ὥρας οἰκοδομεῖν ἀρχῇ. ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς τρωΐλιαν ἐπὶ πάρθους ἐλαύνεις. i. atqui neq. tu ipse, ò Imperator matutinus admodum in Parthos expeditionẽ suscipis. Vteiq. intẽpestiua molimina alteri facete obiecit, quod perseriptum est ab Appiano in Parthico, & a Plutarcho in Crasso, uerbis plane iisdem, vt & paginæ aliquot, in utraque historia nihil immutatis uerbis leguntur, uter uero plagii insimulandus sit, difficile fuerit iudicium, quod eadem ætate (ut opinamur) uixerint. Potest ad quæuis alieni temporis studia aut negotia transferri, uelut in senem intẽpestiuæ libid. ἐν μεσημβρίᾳ τοῦ βίου μαλακιζόμενον.

Ab

Ab hoc adagio non alienum est illud Alexidis comici:

Ἡδὺ γὰρ ὁ βίος ὁ ἐμὸς ἑσπέραν ἄγει. i. Nam uita seram uesperam trahit mea.

Aetatum curricula diei cursui comparãtur, & Nazianzenus ad Nemesium: βίοτοιο πρὸς ἕσπερον ἀλγινέντος, idest, Miseræ sub uespere uitæ.

Altera caduceum, hastam altera.

Θατέρᾳ μὲν δόρυ, θατέρᾳ δὲ κυρήκειον τῷ ἡνιόχῳ, idest, Altera manu hastam, altera caduceum præferens. Prouerbium esse adnotat Eustathius ex Pausania de ijs, qui armatas pręces adferunt, amicæ admonitioni minas coniungentes. Ex historia natum quæ talis est. Gephyræi ad decimas Apollini Delphico uotiuas persoluendas ab Athenienſibus missi acceperant oraculum istud:

Ἀνδρὶ γεφυραίῳ οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. i. Non domus est melior Gephyræo prędomo amica.

Admoniti insuper ut præuia boum uestigia insecuti, ibi locorum considerent, ubi delassatos boues conspexissent: itaque oppugnante Athenienses Eumolpo, ipsi ad Tanagram contenderunt, tradito in manum fęciali ductori exercitus caduceo, sub pacis legationibusque obtentu, subsequente à tergo armata iuuenum manu. Ibidem ex alterius lexici fide annotat Eustatius eandẽ historiæ occasionem paullo aliter, nimirum Gephyræos à Tanagræis bello infestatos, fœcialem præmisisse, armatis pone insecutis omnib⁹. Polybius libro quarto de Rhodis astu tali usis loquens: πρεσβευτὴν μὲν Ἀριδίκλω προσεχειρίσαντο πρὸς τὸν βυζαντίους, πολεμοκλῆν τε τριεῖς ἔχοντα τριήρεσι ὁμοῦ συναπέστειλαν, βελόμενοι τὸν δὴ λεγόμενον καὶ τὸ δόρυ δὲ τὸ κηρύκειον ἅμα πέμπειν πρὸς τοὺς βυζαντίους, idest, Ad Byzantios legatum Aridicen delegerunt, simulque cum eo Polemoclen tribus instructum triremibus emiserunt, uolentes simul & hastam & caduceum, iuxta prouerbium ad Byzantios mittere. Adfine huic est & plane cognatum id quod decimo Aeneidos dixit Virgilius:

Pacem orare manu, præfigere puppibus arma.

Porro ex superiore oraculo constare potest ratio etiam adagij, quod apud nonnullos legitur: Domus amica, domus optima.

Dorice incedere.

Dorice incedere, hoc est, δωριάζειν dicuntur quæ nudant bonam corporis partem depositis uestibus, ut Aelius Dionysius exponit. Nam in Peloponneso puellæ discinctæ & sine tunica interdiu incedebant, quod & Pausanias confirmat interpretans τὸ δωριάζειν, παραγυμνοῦσθαι, quod Doricum esset artus nudos spectantium oculis exhibere, nullo cinctus usu. Anacreon Lyricus. Ἐκδύσα χιτῶνα δωριάζει, idest, Exuta tunicam Dorice ingreditur. Chorus apud Euripidem in Hecuba:

Λέχη δὲ φίλα μονόπεπλος
Λιπόσα δωρὶς ὡς κόρα. idest,
Dulceis linquo thoros ego simplicem,
Induta pallam Dorides.

Qualem solent uirgunculæ. Sic & Spartanæ puellæ incedebant olim incinctę καὶ ἀχίτωνες, supparum habentes utroque in humero quinis fibulis adstrictum, quod inferius laxum incessu femora nudabat, unde Callimachus ἔσκεν ὅτ' ἄζωστος, χατερόπορπος, idest, Erat quando incinctus & alterutro ex latere fibulis adstrictus. Eodẽ spectat quod Lacęnas φαινομηρίδας dixit Ibicius poeta, quod in incessu fęmora re tecta ostenderent, & Euripides ait incedere illas γυμνοῖσι μηροῖς καὶ πέπλοις ἀνειμένοις, i. nudis fęminibus, & retracta palla: quin & Sophocles θυραῖον μηρὸν quasi clathratum aut fęnestratum fęmur ipsis dat D. Clemens pędagogi libro secũdo, Lacænæ uirginis more ὑπέργονυ ἐσολεῖσαι, i. reductis supra genu uestibus incedere, indecorum esse ait. Quadrabit hodie in leues, parumque castas.

Musicus apparatus.

Μούσικον, i. Musicũ pro mediocri usurpari plurifariam apud auctores inuenimus, Damascius Syrus in historia quã de Philosophis scripsit: τῷ τροφῷ ἐκλορώσατο μερίαν τίνα καὶ ἀθρύπτον οὔτε διὰ πλοῦτον βλακεύουσαν, ἀλλὰ μέσῳ τῷ μουσικῷ καὶ τῷ δωρίῳ τρόπον τῆς τύχης ἀληθῶς ἡρμοσμένῳ. i. Victũ sortitus est moderatũ & frugalem,

lé, neque ob egestatē præparcum, neq; propter opes diffluentem, sed medium atque musicum, pro fortunis uere temperatum ad instar Doriorum modorū. Plutarchus in præceptis salubribus Timotheum Atheniēsium ducem cenasse dicit in Academia apud Plat. μουσικὸν δὲ λιτὸν, δεῖπνον, idest, Musicam & frugalem cœnam: quod repetit idem in Symp. 6. his uerbis ἐδείπνισιν μουσικῶς καὶ ἀφελῶς, i. tractauit illum musice & absq; graui apparatu, nimirum mediocriter. Similiter Atheneus lib. 10. ἑστιαθεὶς ἀφελῶς δὲ μουσικῶς, i. conuiuio acceptus mediocri & Musico. Euphron Comicus, ἁλὰς δοῦς μουσικῶς, idest. Mediocri salis copia iniecta. Huc referri putamus illud Plauti in Mostellaria, ubi ait, Musice hercle agitis ętatem, ita ut uos decet. Vino & uictu, piscatu probo, electili, cum uelles in nuere mediam uiuendi rationem illos sequi, neque uiles & minimi pretij, neque rursus maximi dapibus victitando, sed habito delectu media eligēdo. Apud priscos tria harmoniæ genera numerantur, inter quæ Lydios modulos ut luctui & funeralibus aptiores respuit Plato, quemadmodū & Ionicos, ut solutiores & mollitie infames: Doricos laudat, ceu temperatis & modestis ingenijs cōgruos, quibus per similes sunt quos Aeolios nominabant: Huc spectant Pratinæ Phliasij poetę uersus ab adagijs sensu haud alieni:

Μὴ σωφρόνων δίωκε μήτ' ἀνειμένων,
Ἰαστὶ δ' ὄσαν, ἁπλᾶ τὰν μέσαν νέμων
Ἀρεραν αἰόλιζε πᾶ μέλει. idest,

Nec asperum modum aut remissum Ionicum
Sectare, sed mediam tenens uiam, melos
Modulator Aeolium.

Charixenæ non sunt ista.

APVD Aristophanē in Concionatricibus anus loquitur, ὃ γὰρ τ' ἀπὶ χαριξένης τάδ' ἐστὶν, idest, Neq; enim ad Charixenā ista pertinent. Eustathius in Nauium catalogum scribens, ait esse prouerbium à Charixena poetria fidicina tractum, sed non explicat. Scholiastes Aristophanis annotat Charixenam fuisse stolidam, & fatuam mulierculam, uidetur dici posse cum indicare uolumus, alia de re quam alter existimet, sermonem nobis esse.

Mantissa obsonia uincit.

VETVS est adagium, Plus est mantissa, quam obsonium, quando significabimus dictum aliquod obiter aspersum orationi, pluris nobis esse, quam reliquam orationis molem, ueluti si epistolæ bene prolixæ breuis aliqua parenesis adiecta sit, dicere licebit, Pluris nobis esse eam mantissam, quam obsonium. Elegantissime eo usus est Lucilius in Satyris hoc hemistichio:

Mantissa obsonia uincit.

Ampullas loqui.

AMPVLLARI dixit Horatius epistola tertia lib. 1. pro uerbis tumidis uti, qualibus cothurnus Tragicus solet, ibi:

An tragica desæuit, & ampullatur in arte?

Idem in arte poetica Ampullas uocat verba grandiloqua & turgida, quorum egeno homini ineptus usus est, ibi:

Proijcit ampullas & sesquipedalia uerba.

Simili ratione φυσύματα efferunt Græci prouerbiali figura, ita Hyperides orator de Demea Demadæ oratoris è tibicina filio, dixit, os illi magna in suggestu crepanti obstruens, ὃ σιωπήσει μεῖζον τῆς μήτρος ἔφων τὸ φύσημα, idest, Num tacebis qui amplius matre physema habes, φύσα proprie follem Græcis sonat à flatus argumēto: at φύσημα bullam spiritu inflatam & tumentem: unde ad inanem futilium hominum garrulitatem transfertur, ita quod Theodoritas poeta de Vulcano dixit, φυσητῆρσι μολγίνοις χρῆται, idest, Vtricularibus follibus uti, poterit conterqueri in blateronem, cuius pleni spirent mendacia folles. Hinc non abludit oraculum de Atheniensibus editum: Μὴ μοι ἀθωάνς αὐνήτετε, μολγοί, ἔσονται, idest, Ne mihi Cecropidas laudetis, erunt etenim utres. hoc est elati & tumidis. Est autem Ampulla lecythi, aut olearij uasis genus, grandi uentre tumens.

Asciam cruribus illidere.

ASCIAM crurib' suis illidere puerbiali schemate dicitur, qui sibi ipsi malū arcessit dedita opera, aut temeritate quapiā. Apuleius

leius lib. 3. de Asino: Meque spōte asciam cruribus meis illidere compellis. Translatum uidetur a fabula quę memorat Lycurgum Thracem succidendis uinetis intētū crura sibi amputasse impacta securi. Conueniet in dicaces qui uirulenta lingua & conuitiis exitii auctores sibi sunt uel saltē ingentis damni, qualem constat fuisse. Scaeadam qui amarulento dicterio perstricto Ptolemæi incestu, regis in se iram, mox necem cōcitauit: similiter Theocritus Chius sophista appellitans Antigonū regem Cyclopem, funestam cruribus suis asciam illi sit. Est autem ascia fabrile instrumētum, ad cædendam materiam comparatum, cuius inuentio Dædalo attribuitur a Plinio. Simili metaphora Cicero dixit ī oratione pro Plancio: Infligere securim, pro damnum adferre.

Syri aduersum Phœnices.

Σύροι πρὸς φοίνικας, Aduersum Phęnices Syri, Citatur adagiū in Suidæ collectaneis, Dici conuenit in pariter fraudulētos & uersipelles, utraq. enim natio uafritiæ insignis nomine male audiuit olim. Pōt & ad diffidentiæ significationē trahi ut inter se male concordes & alterum alterius fidei diffidentem σύρον πρὸς φοίνικα, Syrū cū Phęnice cōmissum dicamus, eo quod hæ gentes conterminæ propter mutuam simultatem raro amicitiam colant, aut sibi inuicem credāt. Alioqui Syros & Iudęos, qui Phęniciæ attribuuntur, nationes seruituti natas, appellat Cicero in oratione De prouinciis consularibus.

Multis brachijs æqualis.

Πολλῶν βραχιόνων ἀντάξιος, i. Multis brachijs æqualis, de industrio homine effertur adagium, qui ingenii solertia plus possit vnus prestare, quam indefessa opera plures simul: qualis Archimedes qui incredibilia reipsa præstitit, ueluti cum cuncti Syracusij nauim immēsæ magnitudinis τράμμον ab Hierone Ptolemæo Regi Ægypti extructam deducere de naualibus nequirent, Archimedis industria solus Hieroneā deduxit, ut obstupefactus ille exclamaret, Posthac Archimedi de quauis re loquēti credendum est, ut prolixe narrat Proclus libro quarto commentariorum in Euclid en. Extat adagii usus apud Philostratum ī Heroicis de Palamede: ἀλλ' ἐν πορθμείῳ ξωὺ οἱ ἀκιτῷ ἀδελφῷ ἔπλεύσε, πολλῶν φασὶ βραχιόνων ἀντάξιον ἑαυτῷ ἡγούμενος, i. Traiecit Pontone una cum fratre Oeace, multorū (qd dici solet) brachiorum instar seipsum ducēs, ita Xenophō dixit πολλῶν οἰκετῶν οἰμαὶ ἀτάξιον ἦν, i. illum pluriū seruorū uice habeo. Nec aliena est hinc ἑκατέγχειρος, hoc est, centimani appellatio, de ingenioso & πολυμηχανῷ quomodo prædictum Archimedem Centimanū dictum adnotat Eustathius, quod uno machinæ balistariæ tortu multa simul iacula in hostes distringeret.

Archimedeum problema.

QVIA in mentionem Archimedis incidimus, lubet subijcere quod haud dubie prouerbii intellectu a Cicerone dictū est libro tertiodecimo epistolarum ad Attic. ita enim habet. Abiit illud quod tum me stimulabat, qd tibi dabā ἀρχιμήδειον πρόβλημα. Archimedum problema appellat quæstionem abstrusam, solutu difficilem, solicitaq; indagine examinandam. Archimedis inuenta admiranda, & infinitam solertiam prædicat Vitruuius lib. 9. Singula remq; illius industriam ibidem narrat in expendendo sacomate, quod & Rhemnius Fannius explicat uersibus. Archimedem ait Synesius lib. De insomniis, poposcisse locum sibi extra telluris orbem, ubi cum uniuersa terra se uelut in lāce appenderet, in terra namq; positū, nullas aduersus illam habere uires. Memoratur & dictū ipsius Dorica dialecto:

Πᾶ βῶ δὲ χαρισίωνι πᾶσαν τὰν γᾶν κινήσω, id est,

Quo ibo, & uniuersam tellurem Charisioni commouebo. Leguntur de eius industria incomparabili, senarii Pisidę isti sic a me repositi:

Τὰς πέντε δωάμεις Ἀρχιμήδης εἰς μίαν
Σωάψας ὅλκῳ εἰς τοκινῆσαι μόλοις
Τῶν δυςραχήλων ἐξοχῶν τὰ φορτία,

quorū versuū hic sensus est, Archimedem Geometricas omnes facultates (quę numero quinq. censentur) in unum tractoriæ machinæ corpus coniunxisse, qua immensū ponderis moles libraret uerlaretq;: legendum enim est ὅλκῳ non aūt ὅλῳ apud Suidam uersus ritos adducentem.

Gratias Musis commiscere.

EXTAT apud Agatium historicum lib. tertio: τὴν μουσαῖς φασὶ τὰς χάριτας συγκαταμιγνύειν, i. Musis Gratias, quod aiũt, commiscere, hoc est, operi historico & eruditio, gratiæ & ingenii lenocinium aspergere. Euripides in Hercule furente: οὐ παύσομαι τὰς χάριτας τῶν μούσαις συγκαταμιγνὺς ἡδίστην συζυγίαν, i. Non desinam Charites Musis coniungere, copulam suauissimam. Vtitur & Dion Chrysostomus in oratione ad Alexandrinos. Non absimile huic est apud Heliodorum libro quinto, Æthiopicę historię Cnemon dicit ad Nauiclē: καί μοι δοκεῖς καὶ τῶν δαιμονίων μάλιστα σωιέναι, τὴν ἑρμῆν τῶν δινούσῃ σύγκατε δρύων, καὶ λόγων ἡδίσμα τῶν πότῳ σωαναχέων, i. Videris mihi rei sacræ rationem optime callere, qui Baccho Mercurium associas, & orationis condimentũ poculis permisces, ita Plutarchus libro primo Sympos. de philosophis qui non minus satagunt literatis sermonibus condire sympossii apparatum, quam uinum affusa aqua dilucere, dixit: οὐχὶ πῶν τῶν μούσαις Διόνυσον ἢ τῶν νύμφαις κεράννυωτες, i. non segnius Bacchum Musis quã Nymphis permiscentes: nam ut uino affusa lymphadiluto temperies roburq; corporis cõseruatur, ita colloquiis eruditionis sale conditis animus pascitur, propterea addit ibi Plutarchus, seq; ipse exponit, Nymphæ namq; placidum mittemq; eum corpori conciliant, at Musæ melleum reuera & benignum animis præstant: utrumque asse quuntur docti & Philosophi, qui pocula diluere pariq̃ue studio doctis fabulis coronare laborant. Plato etiam admonet alicubi ut temulentum Bacchum sobriis deabus nymphis contemperemus. Huc aspectat quod incertum Nympharum numerum Baccho attribuerit antiquitas, quod plusculis aliquando lymphæ mensuris cicuranda sit uini proteruia. Attingit adagii huius gratiã Martialis libro undecimo, de Philostrato quodam loquens, qui potus per gradus præceps corruit, periclitatus ceruicem frangere, non passurus idem, si nympharum a quis proluere se maluisset, sic enim inquit.

Non esset Nymphæ, tam magna pericula passus
Si potius uestras ille bibisset aquas.

Niobes archetypum.

Νιόβης ἀρχέτυπον, i. Niobes archetypum, De homine stupido & immobili, quẽ Saxeum etiam dicimus, Lucillius de saltatore nihil agilitatis habente:

Ὀρχηστὴς νιόβιω ἔμπνοον ἀρχέτυπον, i. Orchestes uiuens archetypum Niobes.

Potest & dici de taciturno homine, & attonito, unde uerbũ exculpere nequeas, quomodo apud Antiphanem Comicum loquitur quispiam saxeum euadere se dictitans, cum audito immani piscium uenalium pretio uelut attonitus hiscere nequiret. sic enim ait: ἐμβλέμων γὰρ αὐτοῖς ἰχθυοπώλαις, λίθινος δ' ὀδὺς γίνομαι, i. Quãdo intueor cetarios, cõfestim euado saxeus. Quod alludit ad fabulam de Gorgoneo capite, cuius aspectus homines in saxa conuertebat, unde illud Philostrati de Perseo: καὶ τὸ δεῖμα τῆς γοργοῦς ἔχων ὑπὸ θέτον, μὴ ἐν τυχόντες αὐτῷ λαοὶ, λίθοι γίνωνται, i. Sepolito Gorgonis terriculamento, ne lapidescerent homines ipsi occurrẽtes. Neq. absurde præfracti ingenii hominem, quẽ expugnare nequeas, & ab opinione concepta depellere, uiuũ Niobes exemplar, seu archetypum uixeris. De Niobe in scopulũ uersa, multa apud poetas mentio.

Pergæa Diana.

Περγαία ἄρτεμις, i. Diana Pergæa, Adagium effertur, testante Suida, de circulatoribus & uagis erroribus, qui nullo in loco firmam sedem collocare amant, ἐπὶ πᾶσ' ἀγυρτῶν δὲ πλανητῶν. Diana enim, quæ eadem est & Luna, inter septem planetas uagatur tamquam uenatibus indulgens operam, unde Anniuagæ epitheton apud Ciceronem. Quadrabit opposite in circumforaneos mendicos & paullulo meliores illis. Pergæo autem Diana è Pergæ Pamphiliæ oppido nomen habet, Stephano teste. Huic simile legas apud alium Panagæam Dianam, non sine temeritatis nota immutata uoce neque reddita epitheti ratione, ut non immerito mirentur quidã dictionem ab illo haud fuisse explicatam, cum nullibi apud auctores eam legas. Pergææ uero Dianæ meminit etiam Cicero i actione in Vertem tertia, ubi inquit, ita Pergææ fanum antiquissimum & sanctissimum Dianæ scimus esse: meminit & Philostratus

lostratus libro primo de uita Apollonii, hymnorum qui in Dianæ Pergææ honorẽ canerentur.

Aere & rore pastus.

Εν ἀέρι καὶ δρόσῳ σιτούμενος, i. Aere & rore saginatus, Prouerbii specie dicetur de eo qui frugali admodum & tenui uictu vtitur. Plutarchus in Symposiacõn quarta decade ἐν ἀέρι καὶ δρόσῳ λέγουσι λαθάπερ οἱ τέττιγες σιτούμενον, hoc est, Aere ac rore cicadæ in morem enutritum aiunt. Cicadas rore uiuere auctor est Plinius, & Virgilius eo uersiculo:

Et pastæ rore cicadæ: Et eo:
Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadæ,

Cuius rei argumentum est humor, quẽ reddunt, dum excitatæ subuolant. Cui consonat Theocriti illud in Ecloga cui titulus νομεῖς. id est, opiliones:

Μὴ πρῶκας σι τίζεται ὥσπερ τὸ τέττιξ,

Ærione fouet uitam ceu rore cicada?

Philo Iudæus de Iudæis philosophis uitam famelicã ducentibus: ἐθιζόντες ὥσπερ φασὶ τὸ τῶν τεττίγων γένος ἀέρι τρέφεσθαι, τῆς ᾠδῆς ὡς γε οἶμαι τὴν ἐνδειαν ἐξ ὑμαρὶ ζώσης. i. Assueti aere uesci, quemadmodũ cicadæ solent, cantu (ut equidem existimo) esuriem mitigante. Huc respexit Nazianzenus ad Amphilochium, καὶ εἰσόμεθα εἰ ὄντως δρόσῳ μόνῃ τρέφονται τέττιγες, i. Sciemus an reuera solo rore pascantur cicadæ.

Gutta fortunæ præ dolio sapientiæ.

IN diuitum inexplebilem auri cupiditatem conuenientissime quadrat Græcus senarius Gregor. Nazianzeni:

Θέλω τύχης σαλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον, i.

Pro dolio doctrinæ malo guttam opum.

Id mali affert pecuniæ studium eoq. ceu ueneno animum imbuit, ac ueluti Circeo poculo immutat, ut præ auro nihil admirentur homines, nihil nocturna diurnaq; cura in mẽte sæpius uoluãt, quam qua ratione ditescant, non sapiẽtiæ adiiciant, pecuniæ mancipia, Aloidis persimiles qui Marti quem captiuum in uinculis habebant, nihilominus sacra offerebant: usque adeo infinita illa & insatiabilis habẽdi cupiditas cultores suos & admiratores demẽtat, & ut loquitur Ennius sapientiam omnem exspectarat a quibus diuersissima & ex diametro pugnans est studiosorum uoluntas, qui sapientiæ & eruditionis germanæ guttulam maximis etiã Cręsorum diuitiis anteponunt, ut rursus eiusdem auctoris iambicum sibi sumere atque arrogare possint:

Ρανὶς φρενῶν μοι μᾶλλον ἢ βυθὸς τύχης, i.

Est gutta doctrinæ potior, quam magnæ opes.

Cœterũ libet hic adiicere illud, tametsi ab adagio diuersum, quod Eustathius obseruauit: σαλαγμὸν quasi guttam, cõuicio uocari homuncionem pusillæ staturæ.

Archilochum calcas.

Αρχίλοχον πατεῖς, i. Archilochum calcas, est enim hæc uera & genuina lectio, ad cuius præscriptum conformari debet quæ ex Diogeniano referũt alii: Αρχίλογε παῖζεις, ῥ, Αρχίλοχον πατεῖς, facillimo lapsu, litera ρ pro ε transcripta. De cui⁹ usu ab ijs dissentire non dissimulamus: nam Archilochum proterere aut calcare, eo sensu accipimus, qua Crabrones irritare, in maledicum conuitia facientem ei qui possit longe maiore uehementia mordere, iuxta illud, Genus irritabile uatum: qua ratione Leonides Epigrammatarius monet hospitem, ne Hipponactis maledicentissimi poetæ tumulum calcet,

Μήπως ἐγείρῃ σκῆπτα καὶ κοιμώμενον, i.

Nec forte uelpam consopitam concitet.

Conuenit & in pauperem cui cum locupletete aut magnatium aliquo res est, qui rebus illius plurimum officere possit. Eustathius Odyssæe 11. idem esse annotat, Αρχίλοχον πεπάτηκας, id est, Archilochum calcasti, ac si quis dicat, scorpiũ calcasti, aut anguem, aut asperos tribulos. Archilochus namq. Lycambidas poematibus suis uirulentis atque dentatis ad laqueos compulisse legitur. Archilochum igitur calcare dicemus eum, qui quomodocunque potentiorem lacessit.

Inter Orci cancros adhæsit.

INTRA Orci cãcros hærere dicitur ῥ uerbio, qui arcte irretitus tenetur, ut nulli libi effugium pateat amplius. Apuleius libro 6. de Asino aureo de Psyche loquens. Sed bene quod in meas potissimum manus incidisti, & inter Orci cancros iam adhæsisti. dature scilicet acturum cõtumaciæ tãtæ pœnas. Pulchre Orpheus in hymnis:

κωκυ-

κωκυτὸν ἀνυπόστροφον οἶμον vocat Cocyti irremeabilē semitā, quod ab inferis nulla sit reditus spes, facilis descensus auerni, Sed reuocare gradum superasq; euadere ad auras, id demum laboriosissimum est. Dixit autem cancros, pro claustro & quos diminutiue cancellos usitatius dicimus.

Phœnicium mendacium.

Proverbii specie dicit Plato in tertio De rep. sub finē: μηδὲν κομψὸν, λῷδ' ἐγὼ ἀλλὰ φοινικικόντι, hoc est, Nihil inauditum, inq̄ ego, sed Phœnicium quidpiam. Nota est fabula de Draconis dentibus à Cadmo Phœnice satis, unde armata uirorum seges extiterit, crato inde illis nomine à satione, σπαρτοὺς enim dictos constat, quamq; Stesichorus eos dentes a Minerua humi mandatos uoluit. Androtion uero uocatos ait inde quod secuti è Phœnicia Cadmum, sparsim habitare defixis sedib. cęperint: Amphilocus quod insitione quadam Thebanis ciuibus adiuncti fuerint, alii aliter, ut quisque in re fabulosa noui quidpiam comminisci instituit. Dicetur igitur de fabuloso commento insigniq. mēdacio, & fidei portentosæ narratione, illa spirare φοινικικόντι, i. Phœnicium quiddam, aut φοινικικὰ ψεύδη, hoc est mendacia Phœnicia veriora esse, quam sint istorū dicta, usus est adagio & Strabo li. 3. τὸν δὲ ἀρησμὸν καὶ τοὺς πολλοὺς ὑποτόλους ψεῦσμα φοινικικόν, i. Oraculum & frequentes eo missas legationes, existimat esse Phœniciū commentum. Olimpiodorus in commentario in Gorgiam Platonis a Cadmi fabula ductum prouerbiū ait. Potest etiam uideri profectum adagium a Phœnicum negotiatorum consuetudine, quod genus hominum mendaciis ferme transigit mercaturas, euanidas atque obsoletas merces interposito etiam iuramento, pro frugi & probis uenundantes. Phænices uero primi mercatus gratia alienas terras exoticasq; regiones adiisse leguntur, & peregrinas merces exportasse. Vnde & literarum inuentio illis tribuitur, per quas inter se mutuo sensa consiliaq. communicarent, hinc illud Critiæ apud Athenæum. Φοίνικες δ' εὗρον γράμματα λεξιλόγα, aut ut Eustathius citat, ἀλεξιλόγα qd solatia q̄dam sint animorum, Porro quod mercaturam exercuerint, fidem facit & illud Pindari φοίνισσα ἐμπόλα, i. Phœnicia mercimonia, & Sophoclis illud:

Ὠνοῦ ἔθου δὲ πρᾶσιν ὡς φοῖνιξ ἀνήρ, i.
Assuesce mercari & uenundare ut Phœnix negotiator:

Angularis bombyx.

Γωνιοβόμβυκες, hoc est, angulares bōbyces prouerbii facie dicuntur uani eruditionis ostentatores, qui morbus indoctioribus plerumq. familiaris est qualem describit Agathius Vranium Syrum, qui ante regiam porticum obambulans & in librariis officinis, magnifice crepabat, & in corona hominum altercabatur, nihil exacte sciēs, & tamen plurima se scire iactitans. Herodicus Babylonius in quodam Epigrammate, grammaticorum rationem proscindit dicterii istius aspergine: Φεύγετ' ἀριστάρχειοι γωνιοβόμβυκες. i. Fugite procul Aristarchei angulares bombyces, aut obstreperi culices. βόμβυξ insecti genus, ab obstrepero murmure, quod βομβεῖν sonat, nomen habens, quod & βομβύλιον.

Cadaueris instar uenustus.

Χαρίεις ὥσπερ νεκρὸς. i. Cadaueris modo uenustus. Cōuenit in macilentum hominem aut præ morbo lurdum. Citant Aristophanis commentaria ex Theopompi popinonibus.

Λεωτροφίδης ὁ τριμετρος.
Εὐχρὼς τε φάναι ὦ χαρίεις ὥσπερ νεκρὸς, i.
Leotrophides ille trimeter
Colore viuido, & uenustus scilicet Instar cadaueris.

Fuit autem Leotrophides poeta dithyrambographus genere Athenienſis, macilentus admodum & leuis, de quo iocatus in Cercopibus fabula Hermippus Apud Athenæum:

Ἀνάπηρα σοι θυσὶν ἤδη βοῖδια
Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ θυμάντιδος, i.
At immolant tibi mutilas nūc bucculas,
Exiliores Leotrophide & Thumantide.

Cōsimili dicterio Phrynichus Comicus Lamprum quendā σκελετὸν μυσῶν, idest, Sceleton siue exarefactum Musarum cadauer nuncupauit, hoc uersu, μυσῶν σκελετὸς, ἀνδάνον' ἱππίαλος, ὕμνος ἄδε, i. Musarū sceletos luscinarū febris, inferorū hymnus. Quæ etiam in illiterarum, & inuenustum poetastrum quadrabunt.

Vulpis

Vulpis reliquiæ.

Ἀποπάτημα ἀλώπεκος, hoc est, Vulpis reliquiæ, Conuenit in uersipellem & fraudulentū ueteratorem, ita exponit ex Dorotheo Athenæus, extat aūt apud Eupolin Comicum in fabula cui nomen Aureum genus, quamquam Etymologici auctor citat ἀποπάτημα hunc in modum: τὶ γὰρ ἐς' ἐκεῖνο ἀποπάτημα ἀλώπεκος, i. Quid illud est, uulpis quisquiliæ, adlusū interim uidetur etiam ad pusillā mulierculæ staturam mediocri minorem & uelut dentibus præmorsam, id enim sonat ἀποπάτημα quasi mensum dicas aut bucceam demorsam.

Nox gubernatorem prudentem terret.

Ὠδίνα τίκτει νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ. id est, Docto gubernatori nox metum parit.

In rebus dubiis parumq; explicitis, vir prudens caute timideq. gerere se debet. Periti quātūuis naucleri noctis tenebras suspectas habent, quod illæ prospectū adimant, propter iniqua litora & latētes scopulos, ita & rerū publicarum administratores quantumuis prudentes, oborto tumultu, præpediti metu omnia etiam tuta timent: Exercitus ductores territat sæpe leuis occasio, quando hostium consilia minus liquida sunt. Vsus tunc & prouerbialis Senarii quo Danaus apud Æschylum utitur in fabula cui nomen Danaides siue Supplices, φιλεῖ,

Ὠδίνα τίκτειν νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ.
Amat nox atra nauclero scio parere metum.

Meminit & Plutarchus in libello aduersus Colotē. Idem tamē auctor in Agamēnone scite dixit μάθαιον ἐν νυκτῶν φόβων, hoc est, nocturnum pauorem uanum esse. Adlusit ad adagium Gregorius Nazianzenus ad Eudoxium rhetorem scribēs: ἔῤῥυ τὰ καλὰ, γυμνὰ τὰ κακὰ, ὁ πλοῦς ἐν τῇ νυκτὶ, πυρσὸς ὀδαμοῦ, i. Bona diffluxere, mala nude se ostendunt, nauigatio in nocte, facula nusquam. Innuit plena esse periculorum omnia.

Saperdæ uidemur, cum simus σάπροι.

Proverbialis est sentētia Varronis ex Modio, & fabulæ nomē est, in eos qui sua, qualiacunq. tandē sint, mirifice approbant, suis operibus, suis inuentis impensæ fauent cæco quodam sui amore ducti.

Omnes uidemur nobis esse belluli
Et festiui sapardæ, cum simus σάπροι.
id est, marcidi, uel uetusti.

Gauia in stagnis.

Ἀάρος ἐν ἕλεσι, i. In stagnis gauia, Suidas annotat dici ἐπὶ τῶν τάχυ ἀποδιδόντων, de cito reddētibus, ut accipiamus eos qui celeri alui proluuio cibum in gestum reddunt: ut competat adagium in uoracem, & inexplebilis gulæ hominem ac prodigum. Potest & corrupta uideri lectio, & quidem procliui lapsu, ut p ἀποδιδόντων, scribamus ἐπιδιδόντων, efferamusq. adagium de iis qui celeriter incrementū capiunt, quomodo uerisimile sit gauiam auem piscosis in amnibus locisq; vliginosis cito augescere in magna alimoniæ copia: alioqui quomodo in munificū & adandum procliuem quadret, id qd aliis sē serunt, non uidemus. Siquidem in rapacium auium genere Larus censetur, neuti quam rapinæ suæ liberalis. Quo pertinet illud Matronis Parodi poetæ:

Χαιρεφόων πεινῶντι λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς, i.
Chærephon parasitus famelicę gauiæ assimilis.

Quod si ἀποβιῶσις pro uictum quęrere accipi possit, non inuitus ἀπογιώτων, legerem, prono similiter librariorū oscitantiæ errore, ut torqueatur in eos qui citra molestiam & facile nulloque negotio uictum comparent, quemadmodum lare affatim alimonia suppetit pisculentis locis.

Dium uides.

Ὁρᾶς τὸ δῖον, ὃ βέλος διέπατο, id est, Dium uides, cuius tranimisit iaculum.

Cuius sensus est iste: Vides ob oculos velut exēplum quoddam Dium, de se uindictam sumens. Senarius prouerbialis uulgo celebratus, cuius usus est longe elegantissimus. ὅταν τοῖς ὁμοίοις τὸ πρότερον ὕβριν ἀμωώμεθα, cum talionē referimus, aut refricata malorū perpetratorū memoria, mentionem iustæ uindictæ ingerimus: uerbi gratia, si iniuriam bello illatā occupato perfidiose oppido, hostes uicissim reponant capta aduersæ partis urbe aut ditione. Natum ab historia quam perstringit Polybius historicus lib. 5. Ætoli nefario

rio bello depopulati fuerant Iouis Dodonæi templum & Dium, quod est, Stephano teste, Macedoniæ Oppidũ Olympiaco certamine celebre: hanc illorum impietatem pari talione ulti fuerunt Macedones, Philippum regem eo instigante Arato, capta hostili terq; direpta copiosissima ditissimaque & Ætolorum nundinis ac mercatu celeberrima urbe Thermo, in scripto oppidi muris elogio prioris iniuriæ exprobratorio.

Ὁρᾶς τὸ Δίον, βέλος διέπτατο,
Dion vides, telo uolantem uindice.

Quo dicterio maleficij, immo sacrilegij, memoriam partim illis regesserunt atque oboculos posuerunt, partim posteritati consignarunt. Perottus interpres re non perpensa male conuertit uersiculum ita: Vides numen, cuius iaculum volauerit? uisus legisse uel θεῖον, uel diuum adiectiue pro numine accipiens, cum tamen Dij oppidi mentio præcessisset, quod ille intactũ tacito pede transmisit.

Chilonius modus.

Χιλώνειον τρόπον, i. Chilonium modũ, uel Chiloniam loquendi rationem, pro Laconismo & breuiloquio, quo paucis verbis sententiq; multum complectimur, dixit Aristagoras Milesius, ut in Chilone scribit Laertius & transcripsit istius uerbis Suidas. Fuit autem Chilon Demageti filius Lacon genere, cui genti summa in loquendo breuitas tribuitur: docent autem hoc & Chilonis breues sententiæ, quas Laertius enumerat.

Mercurij typus.

In uirũ insigniter eloquentem & omnibus doctrinæ numeris absolutum quadrabit illud Synesij Cyrenei ex epistola ad Pylamenem ἑρμοῦ λογίου τύπος, idest, Mercurij eloquentiæ præsidis typus siue exemplar, sic aũt sonant eius uerba: φράσειπε παρ' ἐμοῦ πανυπολλὰ τὸ σιβασμιώτατον Μαρκιανόν, ὃν εἰ προλαβὼν Ἀριστείδου ἑρμοῦ λογίου τύπον εἰς ἀνθρώπους ἔφω ἐλληνυθέναι μόλις ἂν ἐτυχον τῆς ἀξίας, ὅτι πλέον ἐστὶν τύπος, i. Salutabis ex me pluribus verbis eximiũ Marcianũ, quem si ego prior Aristide, Mercurij eloquentis typum inter mortales uenisse dicerẽ, non satis pro merito illũ discripsissem, quoniam plus aliquãto est quam typus. Quin &, ἑρμῆς λόγιος absque adiuncto prouerbialiter de magnæ eruditionis homine dicitur. Iulianus parabates ad Maximum philosophum: ἡμεῖς δὲ σοι καθάπερ ἑρμῇ λογίῳ ὑπ' ἡμετέρας λόγους ἐγχειρίζομεν, i. Nos tibi tamquam eloquentię præsidi Mercurio nostra scripta in manus tradimus. Idem ad Iamblichum scribens illum nominat: ἑρμῆ λογίε μαθητά, εἰ δὲ βούλει τρόφιμον. hoc est, Mercurij eloquentię præsidis discipulum aut si mauis alumnum. Huc respexit Nazianzenus in Steliteutice priore Iulianum dicta, τίς ἑρμῆς σοιλόγιος, ὡς ἂν αὐτὸς εἴποις, τοῦ ἐπὶ νῶν ἤγαγε, idest, Quis Mercurius eloquentiæ antistes quemadmodum tu dicturus esses, istud tibi iumentum redegit? Quod propterea dicit, quod Mercurium λόγιον frequenter in scriptis suis inculcaret, est autem ita legendum in Nazianzeni codice, pro λόγος.

Nõ abludit à typi metaphora qd Synesius τῆς κακίας χαρακτῆρας nefarios homines appellat uelut improbitatis & scelerum typos & characteres: & Nazianzenus episcopum sanctæ uitæ exemplar: χαρακτῆρα τῆς ἐκκλησίας, idest, ecclesiæ typum nominat.

Archigenis indiget.

Archigenis indigere dicitur qui sanę mentis compos non est. Iuuenalis Satyra 13. Si non eget Anticyra, nec Archigene. Idem Satyra 14. Ocyus Archigenẽ quere, atque eme quod Mithridates Composuit. Fuit Archigenes ex Apamea Syriæ magni nominis medicus Romæ sub Traiano: cuius scripta passim in testimonium uocant Galenus Aetius, alij. Consimili figura ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι, i. Aesculapio indigere, dixit apud Plutarchum Callisthenes philosophus & rhetor, qui in cõuiuio Alexãdri Macedonis, cum ingens poculum meraco uino plenum, ordine ad ipsum uenisset, recusauit ebibere, dictitãs: οὐ βούλομαι πιεῖν Ἀλέξανδρε ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι, idest, Nolo Alexander bibẽdo Aesculapij indigere, vt in libro De frenãda ira scribit Plutarchus, & iterum in prima Sympos. decade, ubi lepidius paullo dictum illius argutiusque reperitur. Nolle se Alexandri poculum inaniendo, Aesculapio opus habere, nam scyphus, qui in orbem ibat, Alexandro cognominis dicebatur: indicare autẽ uoluit uir prudens, se nolle in medicorum manus, contra-

contracta per temulentiam aduersa ualetudine, ac proinde etiam in pręsens periculum conijcere. Æsculapius è Ioue & Coronide nympha natus, medicinæ scientiam ab Api Ægyptio inuentam excoluit diligentius & præceptis adauxit, ut testatur Clemens Alexandrinus. Æsculapio indigere uisus fuit Polemon Laodiceus magni nominis orator, qui articulari morbo grauiter uexatus, Pergami in fano Æsculapij obdormit, cui cum noctu apparuisset Æsculapius admonens ut ne frigido potu uteretur, experrectus respõdit, Quid tãdẽ præcepturus eras optime si bouem laborãtem curares, ut a Philostrato scriptum est, Hermocrates quoq; Phocensis Æsculapio opus habuit, cum propositis illi a Seuero Impera. votis, thus poposcit, dictans sibi a Pergameno Æsculapio Imperatum esse, ut perdice uteretur thure suffito, ut idẽ refert. Porro duas fuisse Anticyras, alteram in Phocide, alteram apud Malienses, scribit Demetrius Calletianus, ubi præstantissimum ueratrum nasci fert fama. Celebratur & Anticireus quidam nomine purgasse Herculẽ hellebori poculo post insaniũ, ut commemorat Stephanus: ὑφ' μανίαν αὐτὴ κατ' αὐτὴ ἡ ἀντίκυρα θεραπεύει, hoc est, insanię ipsa p se anticyra medetur; ut ait Plutarchus lib. De compescẽda iracũdia. Diphilus Comicus apud Clementẽ Ἀλλὰ μάκαρ ἀὴρ διὰ τῶν νεφέων διάπεμψον Ἀντικύραν. i. At nobis diuinẽ aer per nubila mittas Anticyram: expiatoriũ uidelicet pharmacum. Alioqui & ἐλλέβορον, idest, elleborum, pro mera insania usurpare uidetur Nicostratus Comicus apud Atheneũ ibi: ἀλύσεις, δακτυλιοὺς βεβάλια, ὄφεις, περισκελίδας, ἐλλέβορον. quo loco nominat torques, anulos, monilia, angues, periscelidas, elleborũ uelut insaniæ instrumẽta & ἐξελλεβορίζειν pro ueratri purgatione usurparũt ueteres, inter quos Euclides Iãbicus poeta ea uoce usus legit apud Aristot. lib. de Poetica, οὐκ ἄνγ' εἰρά μενος τὸ κείνου ἐξελλέβορον, i. haud assumpturus illius elleborum. Porro nõ abludit a puerbio Aristophanis illud ĩ Pluto, vbi ait Caryon seruus de Pluto, qd uisũ receperit: Ἀσκληπιοῦ παιώνος ἐμφοῦς τυχών, i. nactus Æsculapium medicum proprium.

Nescit aranea sobolem ut educat.

Ἀγνοεῖ δ' ἀράχνη παῖδας ὡς παιδεύεται.
Θρέψασα γὰρ τέτυκε πρὸς τοὺς φιλτάτους, i.
Aranea prolem nescit ut suam educet.
Quas namque eduxit, mortis illi caussa sunt.

Senarii prouerbiales in eos qui malum sibiipsis cudunt, molientes quod in suum postea uertatur incommodum aut exitiũ. Aranea fœtus suos in suam ipsius perniciem parit & educat. Citantur à Suida.

Dormienti loquor.

Irriti & frustranei laboris significationem habet illud Orestis apud Æschylum in Agamemnone.

Κωφοῖς αὐτῷ δὲ καθεύδουσιν μάτην
Ἀκαίρα βάξω, i.

Inclamo surdis, irrita Sopitis loquor. Quoties igitur incassum laboramus uel orando uel suadendo, vsus erit adagionis.

Phryx non minus, quam Spintharus.

Φρὺξ μηδὲν ἧττον σπινθάρου. idest, Non minus Phryx, quam Spintharus, De homine barbaro & inelegante, ac seruilis conditionis. Spintharus traducitur in Comędiis homo ineptus, Heraclotes genere, Tragœdiographus, quem propterea fortasse prosciderunt ut barbarum quod Heraclea esset oriundus, quemadmodum Tito Liuio Patauinitas fuit obiecta. Meminit tamen eius inter testimonia Laertius Diogenes. Exstat in Auibus Aristophanis.

Telephus è perula.

Τήλεφος ἐκ πηριδίου, Telephus è perula, Dici apparet in hominem tenui fortuna, sed propter nomen ascititium præclarum, magnos sibi sumentem spiritus, ueluti siquis Caroli nomine sibi placeat quod illud Imperatoris maximi decantatissimum sit nomen. Aristophanes. καὶ τοῖ πρότερον γ' ἐπῴχευ ὡς τήλεφος εἶναι φάσκων ἐκ πηριδίου. i. Atqui antea mendicabas, Telephum te esse prædicans è perula scilicet. Fuit enim is Telephus mendicus stipem quæritans, manticam circumferens. Sunt qui referant hoc ad Telephum Mysorum Regem ab Achille hasta uulneratum, de quo etiam Horatii illud ex arte poetica exponunt quidã. Thelephus & Peleus cum pauper & exul uterq. cum in Acharnensibus meminit Aristophanes Mysi nominatim, eiusque

ῥακώματα, hoc est, obsoletas plagulas dari alteri postulat Euripides.

Fumus è ficubus.

Καπνὸς ἀπὸ συκῶν, i. Fumus de ficubus, comico lusu uocatur calumnia aut criminatio sycophantica. Quis nescit Sycophantas (quo uocabulo delatores censentur) nomen habere ab esu ficuum, quasi dicas, ficcũ edones. Refertur ab Eustathio Odyssęæ duodecimo.

E tragico Comicum drama.

Δρᾶμα ἐκ τραγικῆ κωμικόν, i. Actus è Tragico Comicus, prouerbialiter a Synesio uocatur, cum pro tristibus initiis lætus succedit euentus, præsens exitium incolumi salute commutatur, sic enim inquit in longa illa ad Euoptium epistola, τῆτο σοὶ δρᾶμα ἐκ τραγικῆ κωμικόν, ὁ τε δαίμων ἡμῖν ἀνήρμοσε, κἀγὼ τοῖς πρὸς σὲ γράμμασι, i. Hanc fabulam è Tragica Comicã & fortuna nobis cõcinnauit, & ego meis ad te literis inseruí. Heliodorus li. 7. εἰς κωμικὸν ἐκ τραγικῆ τὸ τέλος κατέστρεφε, idest, Exitus catastrophem, habuit è Tragica Comicam. E' diuerso dixit Agathius Scholasticus Epigramma lib. 7.

Καὶ τραγικοῖς ἀχέοντι τὸ κωμικὸν ἔργον ἀμείψας. id est,

Comicum at is lusum Tragica feritate reponens.

Nemo non nouit tragędiam in neces, suspendia, exilia, aliasq; calamitates desinere, contra Comędiam nuptias plerumque & optatos habere exitus. Alioqui τραγικὸς pro tristi & vitæ periculo coniuncto poni solet, vt apud Philostratũ in Aristide. πῶς ἄντιον ἀσφαλῶς κεκινδυνευμένας τὲ δὲ τραγικὰς ἔνοιας μεταχειρίσαιτο, i. qua ratione quis secure tractare queat periculosas & Tragicas sententias. Item pro supercilioso & superbo Plutarchus in Lucullo, τὸ φρόνημα τραγικὸν καὶ ὑπέρογκον, i. fastus tragicus & intolerabilis. Nazianzenus in epistola ad Anysium: ἀλλ' ἀκλὼ οἶμαι πραπόντα τραγικὰς, παινηγιρίζειν κωμικῶς i. Non licuit arbitror, Tragice habentem, Comice ludere, quod ipsum uice prouerbii poterit esse, quãdo aliquis grauibus molestiis implicitus excusat se, cur minus lætus sit aut iocus ludat. Cui germanum est illud Synesij libro De prouidẽtia ἔτω πολλάκις τραγικὴ παννυχὶς εἰς κωμῳδίαν ἀπετελεύτησε, i. Ita sępenumero Tragica pernoctatio in Comędiam desinit: quo uoluit innuere pernoctes de bacchationes dirum & infęlicem exitum minantes, sæpe in risum desinere. Ælianus πάσχειν τραγῳδίας ἄξια. i. q. Tragædia digna pati, dixit, pro diras calamitates incurrere, at Plutarchus Luculli uitam ἀρχαῖαν κωμῳδίαν nominat; id est, Antiquam Comędiam, quod post militares & actos in repub. labores, deliciis luxuiq; se totum dediderit, quemadmodum Comædia post initia dura, in lætum finem desinit, & nuptias plerunque.

Thymo nemo uescitur, ubi adest caro.

Οὐδεὶς κρέως παρόντος ἐδίει θύμον, i. Carnes ubi adsunt, nemo uescit thymo.

Prouerbialis senarius ex Antiphanis facetissimi poetæ comędia, cui nomen est Parœmia, quod prouerbii scateat, Athenæo testante. Nemo libenter egestatem subit, modo liberius uiuendi ratio se ostẽdat: optima quam tenuia munera libentius quisque sequitur: mensæ opiparæ famelicus affidere mauult, quam tenue salinum illingere.

Canina uictitant cynocephalum oppugnas.

Cleon apud Aristophanem in Equitibus, ad fartorem inquit:

Κυνὸς βορὰν σιτούμενος, μάχει σὺ κυνοκεφάλῳ. idest,

Esca canina uescens, pugna prouocas canicipitem.

Prouerbiali figura dictum torqueri potest in eos qui gregales suos eiusdem factionis & instituti, scriptis impetunt. Contrarium huic est uulgare diuerbium. Aues concolores plerumque una uolitant, quo innuitur consensus hominum, idem uitæ genus, eadem studia, eosdem mores sequentium. Concordat cum hoc adagio uetus dictum cuius pane uescor, eius uerba molior: æqua namq; ratio est nos illi non aduersari amico, qui nos fouet, omniq; ope & opera res nostras promouet: æqua præclara nos mutuo demerendi ratione qui dissedunt, ne illi ferinam immanitatem æmulantur. Quisquis ergo adversus sui ordinis hominem uerbis aut scriptis insurgit, is Canina esca vescẽs, Cynocepha-

nocephalum adoritur. Sunt autem Cynocephali quasi Canicipites dicas, genus hominum, si non potius animalium, capitibus caninis, pro uoce latratum edentiũ, ut lib. 7. c. 2. Plin. & ex eo transcripsit Augustinus de ciuitate Dei 6.

Ex eodem præsepi.

Ἐκ τῆς αὐτῆς οἰονεὶ φάτνυς ἐδηδοκότες. i. Ex eodem quasi præsepi edisse dicuntur prouerbiali schema qui eandem opinionẽ hauserunt, eodem in ludo docti, iisdemq; imbuti præceptis. Eunapius, ni fallimur, apud Suidam de Epicureis loquens: Μεσσήνιοι ὄν ἐν Ἀρκαδίᾳ τῆς ἐκ τῆς αὐτῆς οἰονεὶ φάτνης ἐδηδοκότας ἐξήλασαν, λημεώνας μὲν τῶν νέων λεγόντες, i. Messenij qui i Arcadia sunt, ciuitate pepulerunt quotquot ex eodem ueluti præsepi pasti fuerant, iuuentutis, corruptores eos esse dicitantes. Sentit de iis qui Epicuri pestiferã sectam mordicus sequebantur. Tracta similitudo a iumentis quæ communi pabulo ex eodem præsepi pascuntur. Non absimile est illud Petronij Arbitri de eloquentiæ ratione, Sed omnia quasi eodem cibo pasta, non potuere vsque ad senectutem canescere.

Laconice cęnat.

Λακωνικῶς δειπνεῖν, id est, Lacone epilari pro frugaliter & cibis parũ exquisitis uti prouerbio dicũt Græci. Diphilus apud Athenæum lib. 2.

Δειπνεῖ δὲ καταδύς, πῶς δοκεῖς, λακωνικῶς,
Ὀξὺς δὲ κοτύλλῳ, idest, Cęnat latẽ intra, qui putas Laconices, Heminam aceti.

Laconum in uictu frugalitas a Plutarcho in uita Lycurgi celebratur, quippe apud quos exoticis mercimoniis locus nõ erat, laudat & a Critia κώθων λακωνικὸς, ficti le poculum Laconicum, quo utebantur.

Fabilibus uictitat.

Κυρσία ἐδίειν, i. Fabilibus uictitare dicitur prouerbialiter homo sordidus, qui prenimia parsimonia quosuis cibos esitat, ut impensis parcat. Cratinus Comicus citante Etymologici auctore: Δασὺν ἔχων τὴν πρωκτὸν, ἅτε κυρσὶ ἐδίων, proscindit hominem agrestẽ & auarũ, uel inde, quod fabarum recrementis uesceretur. Sunt autem κυρσία proprie τὰ ἀποβράσματα τῶν κυάμων. id est, fabarum furfures & repurgamenta, quæ Pliniano uocabulo fabilia uocari possunt.

Murus Semiramidis.

Σεμιραμίδος τεῖχος, i. Semiramidis murus prouerbiali figura effertur a Synesio ĩ epistolis pro re inuicta & inexspugnabili: παραπέτασμα γὰρ ἡμᾶς ἀπετοίχιζε καὶ τῆτο ἐρρωμένεσατον ἐπάλαι διεῤῥωγότες ἰσίᾳ τεμμάχιονι, σοφρονῆσιν ἀνθρώποις τὸ τεῖχος τὸ σεμιραμίδος. i. Cortinæ intergerrimæ, qua uiri a fęminis seclusi eramus, uicẽ obtinebat, uel paullo ante discissi validũ segmentum, temperantibus hominibus murus plane Semiramidis. Semiramis uerna regii pellex fuerat, postea Nino potentissimo Assyriorũ Regi amorib. illius illaqueato innupsit, tantumq; potuit apud maritũ ill ex fęminæ philtrum, ut postulanti concederet unius diei Imperiũ, id namq. poposcerat ut liceret sibi diẽ unũ regali in solio præsidere, diadema capite præferre, iuraq. dare, annuente rege iubenteq; cunctos illi esse obsequentes, primis imperiis modeste usa satellitum periculum facit, quos dictis morigeros experta nihilq. tergiuersantes, Ninum maritũ comprehendi primo mandat, mox vinculis astringi, tandẽ etiam obtruncari: quo peracto facinore Asiæ rerũ potira fuit, & Babylonem decantatissimam urbem a Nino conditam, uel, ut Iosephus uult, instauratam muris ualidissimis cinxit, quorum altitudo pedes ducenos, latitudo quinquagenos ęquaret, in singulos pedes, ternis digitis mensura ampliore, quã nostra, ut auctores sunt Plinius & Strabo. Murus ergo Semiramidis pro ualidissimo præsidio & indubitato munimento parœmiace accipitur. Haud scimus an ad istud adagium alluserit Horat. ubi ait: Hic murus aheneus esto, eo quod fabricati a Semiramide muri portas habuerint ahenęas, certe utriusque idem sensus est. Conuenit cum hoc illud Nazianzeni de Basilio dictũ γίνεται τοῖς μένοι τεῖχος ὀχυρὸν καὶ χαράκωμα, i. Fit illis murus ualidus & uallum quoddã. Potest huc referri & ἀδαμαντοπέδιλος κίων, quasi adamante reuinctã columnam dicas, pro firmissimo munimine, quo Pindarus usus est.

Grania bina gerit, & inpumeros oculos.

Versus est hexameter Cratini ab Hephęstione

phęstione citatus ex Fabula cui titulus: πανόπται, ueluti cuncta intuentes:

Κράνια δίσσα φορεῖ, ὀφθαλμοὶ δ' ἐν ἀριθμαθοί, i.

Crania bina, oculosque gerit numerum fugientes.

Qui competit in cordatum hominem & prouidum, magno ingenio præditum & mira sagacitate futura prospicientem. Ductum opinamur ab Argo, quem oculeum totũ nominat in Aulularia Plautus.

Os duodecim salientum.

Δωδεκάκρηνον σόμα, quasi duodecim saliẽtiũ os prouerbiali figura extulit Ioannes Zetzes, de homine lacteo eloquentiæ fonte manante, quod de Tito Liuio dixit Hieronymus, sic enim ait:

Οὐδὲ δωδεκάκρηνον ἔχομεν σόμα, καθάφησιν ὁ Κρατῖνος, i.

Neque uero nobis est duodecim salientũ os, uti Cratinus inquit.

Vsus ita est & Philostratus de Dionysio Milesio loquens, quem nonnulli laudantes, δωδεκάκρηνον σόμα, duodecim scatebrarum os nominabant. Versus Cratini Comici hi sunt:

Ἄναξ Ἀπολλον τῆς ἐπῶν τῆς ῥαψῳδίας
Κἂν χῶσι πηγαὶ δωδεκάκρηνον σόμα,
Ἰλισσὸς ἐν φάρυγγι, τί ἂν εἴποιμι, i.

Apollo, fontes uerborum puri licet.
Salientibus bis sex os occupent
Ilissus impleat fauces, quid eloquar?

Metaphora sumpta a fonte Callirhoe Athenienſi, quem a duodecim salientum scabris δωδεκάκρηνον indito nomine uocarunt Triginta tyranni, antea a nouena scaturigine per nouem tubulos manante ἐννεάκρηνος etiam dictus: unde nouis nuptis lauandis aqua petebatur: puero gentili lauacrum gestante, quem ab officio λουτροφόρον uocabant, quemadmodum scribunt Iulius Pollux libro tertio, & auctoritate Philostephani Harpocration: de quo fonte loqui etiam Vitruuium libro 8. c. 3. puto, ubi sic ait, Ibi (de Athenis sermo est) cum ex eiusmodi locis & fontibus & in ἀστυ & ad portum Piræum ducti sunt salientis, è quibus bibit nemo, sed lauationibus & reliquis rebus utuntur. Porro illud ipsum etiam quod sequitur: εἰλισσὸς ἐν φέρυγγι, id est, Ilissus in faucibus, prouerbii uicẽ obtinet, de eo, qui locuplete rerum ac uerborũ scatebra affluit, quandoquidem Εἰλισσὸς, (sic enim potior lectio habet) id est, Ilissus Athenarũ fluuius limpidus admodum celebratur, in cuius ripis Orithyam a Borea raptam fabulantur, & quem Mosis, quas ab amnis nomine εἰλισσιάδας nominat, sacrum esse scribunt Pausanias, & Stephanus.

Quasi Nauplius Caphareo rediens.

Ὥσπερ ναύπλιος ἀπὸ τῆς καφαρέως ἥκων, i.

Quasi Nauplius Caphareo rediens.

De homine immani & hortificam speciem præferente, ita usurpauit Dion Chrysostomus i Euboico: μικρῷ δὲ δοίκα, ὥσπερ οἶμαι τὸν ναύπλιον ὁρῶν ἀπὸ τοῦ καφαρέως ἥκοντα, id est, Metu propemodum corripior, quasi, ut arbitramur, Nauplium suspectans a Caphareo redeuntem, loquitur de rustico uili penula & auino uellere amicto, qui extra urbis commercia ruri abditus in seccessu delitu erat. Nauplius Palamedis pater indignam filii necem grauissime ferens, cum ultionis repulsam in castris ad Troiam tulisset, mala uaria excogitauit aduersum Græcos, stupris excidisque regnorum filii morte ultus, classem Troia capta reducem in Caphareo, asperrimo Euboiæ monte excitata pyra, in littus scopulosum & naufragium pellexit: ex quo facto diritas hominis facile elucet, qui tot hominum millibus innoxiis auctor mortis exstitit. Ammianus libro 22. Caphareus Euboicus scopulus, ubi Nauplius Palamidis classem concidit Argiuam. Citat Sophoclis uersiculum Aristides:

Πείας ναυπλίου πάγας ἀστοπήρους, i.

Quot Nauplii ignitas tendiculas.

Tela araneæ.

Ἰστὸς ἀράχνης, i. Araneæ tela, pro re friuola & parui momẽti, prouerbialiter accipitur apud Theodoretum Cyri episcopũ lib. de prouidẽtia sexto: ἢ ὑπ' αὐτῆς πλεκωμεθῶν κατηγορίαν, ἰστὸν ἀράχνης ἀποδείξωμεν. i. Accusationẽ ab illis cõtextã, araneæ telã esse ostendamus, hoc est, nihilo fortiorẽ quã sit cassis araneæ, inualidã nimirum & inanibus argumentis consutam. Futiles ergo rationes & ifirmas, ἰστοὺς ἀράχνης, id est, araneæ casses uocabimus apposite, quod eos quidquid illabitur facile discindat. Proclus Constantinopolitanus Episcopus: πλέκοντες συλλογισμοὺς ἀράχνης ἀσθενέστερος. i. Texentes Syllogismos aranearum telis fragiliores. & iterum ὄντως ἴσον ἀράχνης ὑφαίνουσιν οἱ ταῦτα λέγοντες. i. Qui ista dictitant, reuera telã araneæ contexunt. Nazianzenus in carminibus:

Ἴσον ἀραχναίοις νήμασιν αἰὲν ἔχεν. i.

Ducere arachnæis stamineis similem.

Thales quoq. Soloni legũ latori dixisse memoratur, uanam operã ab illo insumi, ὅτι τοῖς ἀραχνίοις νήμασιν εἰσὶν ὅμοιοι οἱ νόμοι, &c. qm̃ araneæ cassibus similes essent leges, quod à potentioribus soluantur.

Amisit urbem, & pugionem recepit.

Πόλιν ἀπολωλεκὼς, τυρόκνησιν ἔλαβεν. i.

Amissa urbe recepit pugiunculum. Prouerbium est in eum qui pro luculenta quam fecit iactura, exiguum quid reportat: ueluti si negociator pro mercibus opulentis ad Indos spe diuitis lucri missis, vilem tegeticulam referat. Callippus, qui occiso per insidias Dione Syracusarum tyrannidem inuasit, non multo post quam imperium susceperat, ad occupandam Catanam uicinum oppidum profectus, urbis Syracusanę imperio excidit, qua accepta calamitate, prouerbialem versiculum hunc exclamauit:

Πόλιν ἀπολωλεκὼς, τυρόκνησιν εἴληφεν. i.

Pugiunculum recepit, urbem perdidit.

Refertur à Plutarcho in vita Dionis. Est ãt τυρόκνησις pugiũculi siue cultelli genus scalpendis caseis compararum, si uocis etymõ spectemus παρὰ τὸ κνᾶν δεῖν ἐκ τυρεῦς.

Nausiclidis solitudo nec uer nec amicos.

Ναυσικλείδης ἐρημία μήτε ἔαρ, μήτε φίλους ἔχει. idest,

Nausiclidis solitudo neque uer, neque amicos habet, Dici prouerbiali specie autumo de homine cunctis uitæ præsidijs atque adiumentis destituto. Apparet natum à Nausiclide quopiam qui secesserit solitarium in locum ob omni humano cultu alienum.

Labra, non palatum rigat.

Χείλεα μὲν τ' ἐδίλω, ὑπερῶον δ' οὐκ ἐδίλωε. i. Labra quidem rigat, ac nequit humectare palatum,

Extat apud Homerũ Iliados 22. de Andromache, cui necem mariti Hectoris lugenti, ad pellendũ ex animo męrorem poculũ oblatum erat, q̃ dolor non passus est altius descendere. Trahi potest eleganter ad usum prouerbialem, quod indicat ibi & Eustathius, in eum qui exiguum munusculum largitur, quod humectandis quodam mõ labris cedat asperginis uice, nequeat tamen oris palatum imbuere, hoc est, uel animum explere, uel præsenti necessitati mederi. Competet etiam non absurde in pollicitatorem strenuũ, qui uerbis aureos tantum non montes polliceatur, diues ni mirum promissis, quibus cor homini salire faciat, nihil tamen aut perparuum præstet, est autem ὑπερῶον, aut, ut in manuscripto Eustathio scribitur, ὑπερῶον oris cælum conuexum, quod palatum uocamus.

Embarus es.

Ad agium istud non inficior annotatum esse ab alijs, attamen diuerso plane sensu & origene expositum, neq. enim de uecordi & deliro, sed è diuerso de callido atque ingenioso dici obseruatum est. Refert uamq. Pausanias uel ex eo Eustathio in Bœotia, Embarum quendam ingenij dexteritate uel potius felici astutia sortẽ oraculi hoc pacto elusisse. Athenienses ursam, quæ in fanum Dianę Munychiæ à Munycho Pyręi regulo sic nũcupatę, irruperat, occiderãt (i Fauorini codice ἀνωφελείας sepone, pro ἀνατεδείσης) animal illius numini sacrum, quod factum consecuto mox fuit pestis, quantum demum cessaturam oraculo cecinit Apollo, si quis Dianę filiam immolasset, itaq. Barus quidam siue Embarus, id se facturum cum Atheniensibus pepigit ea conditione, ut generi suo gentilium quodammodo & hæreditarium sacerdotium deferrẽt, communi omnium consensu, quod & factũ est, at ille vafro consilio gnatã de more comptã uelut victimã mactarus, in adyto (quo præter sacerdotẽ accessus nulli patebat) abscondit, & capram filiæ ornamentis indutam, illi loco, immolauit: Atque inde prouerbij occasio manauit, ut carũ hoiem & callido cõsilio alijs imponentem Embarũ uocitarẽt. Conuenit prorsus cum adagio, Thessalicũ sophisma, quod simili de causa natũ est, nã Diotimo Thessalo (quem alij Aratũ nominãt) expeditionem suscepturo oraculũ præceperat, ut caueret necubi hostes illũ antecuerterẽt opimioribus uotis usi: sic ille superare hostes prælio festinans, Apollini καταυξίῳ, ceu maniũ p̃sidi uel expeditio-

nis auctori, persoluturum se uoluit centumuirale sacrum, sed uictoria potitus, & uotiua saera persoluturus, comperendinando ita diem de die exemit, ut in plures annos uotis suis illuserit, dictitans humanas uictimas Deo non conuenire, religioniq. omni repugnare, In hunc ferme modum scribunt Euripidis commentaria, in Phœnissas, in nomine solo discrepat Eustathius ex Pausania & Suida.

Etiam e uite rubus nascitur.

Καὶ ἐξ ἀμπέλου βάτος φύεται. i. Etiã e uite rubus nascitur, Prouerbium est quoties indicare uolumus à nequam parentibus, bonæ frugis liberos, ex indocto magistro, discipulũ eruditum: è stolidis, interdum cordatos nasci Gregorius Nazianzenus ex orõne Athanasio Alexãdrino dicta: φύεται δὲ ἀμπέλου βάτος ἡ κάσατε, καὶ ἰδὰς τὸ μαθητὴν εἰς ἀποδότης, i. Auditis uero etiã e uite rubũ oriri, & inter discipulos unus extitit proditor ille Iudas. Huic contrariũ est quod de Eutherio dixit Marcellinus libro 16. qui Armenus natus gente truculẽta & improba, iusti consilij plenus fuit, & cum spado esset, nihil efferatis eunuchorũ moribus consonum habuit sic autem ait. Sed & inter uepres rosæ nascũtur, & inter feras non nullę mitescunt. Innuens nullã tam barbaram esse gentẽ & ab humanitate omni alienam, qui bonos aliquos producat, sic Scythia Anacharsin protulit insignem philosophum, Cappadocia improbitate morum infamis Basilium illum uere magnum, Gregoriũ Nazianzenũ, & Aretum Capadocem, cuius in Apocalipsin extat commentarius, aliosq. præclaros scriptores dedit.

Fronti ocream, tibiæ galeam applicat.

Vbi præpostere omnia fiunt, & q̃ in postremum locum reseruari deberẽt, primo re in parte uelut acie collocantur, & è diuerso, prorsus qd̃ dici solet ὕστερον πρότερον, uti licebit adagio illo Lucianico ĩ libello de errore ĩ salutatione cõmisso: ὥσπερ ἂν εἴ τις κνήμην τὸ κράνος, ἢ περὶ τῇ κεφαλῇ πᾶς κνημῖδας ἐπήσαιτο, i. Non aliter q̃ si quis tibiæ cassidẽ, aut capiti ocreã adapter. & alibi: τὸ πρῶτον ἔμπεσον, πρῶτον λεγέσθω, καὶ λῷ ὅτῳ τύχῃ, περὶ τοῦ μὲ τόπῳ μὲ κνημῖς, περὶ τῇ μνήμῃ δὲ οἱ κόρυς. i. Quod primum occurrit, prius dicatur, & si usus ita ferat, fronti ocreã, tibiæ galea applicetur innuens, ut quidq. in dicẽdo obuium est, ita nulla habita, ordinis ratione inserendum esse.

Musarum fauus.

Μουσῶν δὲ κόλων ἀνθρωπίον, i. Fauus Musarum propitiarũ, Dicẽt non inuenuste de omnib. numeris absoluto & carminis elegantia nulli secũdo poeta. Dictum est poetę cuiuspiam de Sophocle, ut refert Philostratus Iunior in Iconibus, q̃quam ibi corrupta uoce ἀνθῶνον legitur. Cõstat ãt Sophoclem ob carminis suauitatẽ μέλιτταν uelut apem fuisse dictũ, & νέαν σειρῆνα. i. Sirenem nouam. Fauus mellis dulcissimus est. Huc trahi potest illud Aristophanis: μέλιττα μούσης, χαρίτων θρύμα. i. Apis Musarum & Charitũ delicię, de erudito uiro.

Annum in mensem contrahit.

De imperioso homine quiq. in republ. omnem paginam, omnesq. partes sibi sumit, pro arbitrio statuens atque immutãs quidqd lubitum est, aptissime effertur senarius ille Philippidæ Comici quẽ in Demetrio citat Plutarchus:

O τὸν ἐνιαυτὸν συντεμὼν ἐς μῆν ἕνα. i.
Annum integrum qui contraxit in mensem unicum.

Natũ à Stratocle Athenienſi q̃ Demetrio uictori adulãs decreto sanxit, ut Martium mensem, Nouembrẽ dici scisserent, ut mysteria Iacchi, quę hoc mẽse cum statis nundinis celebrari solebãt, Martio mẽse fierẽt iam Nouembris agnomẽ adepto in gratiam Demetrij. Qui ergo ordinem consuetum in rebus pro lubito commutat scite dicetur, Annum in mensem cõtrahere. Vt quod non male quadrare posset in abbreuiatorem, qui prolixe & ad fastidiũ usque multis libris conscripta, in compendium contrahit, quomodo operosam & p̃ longam Trogi Pompeij historiam in epitomen concinnam redegit Iustinus.

Neronianus thermas refrigerat.

De insulso homine in quo nihil est uenustatis, nihil Mercurialis salis dicetur eleganter illud Epigrammatarij, Neronionas refrigerat thermas, extat autem lib. 5. de Sabineo oratore inepto & frigido:

Si temperari balneum cupis feruens,
Faustine, quod uix Iulianus intraret.
Rogo, lauetur hic rhetor Sabineus,
Neronianas

Neronianas is refrigerat thermas.

Tertium uersum ex uetusto manuscripto codice paullo aliter lego quam in impressis codicibus legitur. Apparet autem thermas Neronis feruẽtissimas fuisse, quarum fornicum uestigia adhuc hodie uisuntur Romę, propę ędem Sancti Eustachij quarum mentio fit apud eundem lib. 7.

Quid thermis melius Neronianis.

Est modus matulę.

Proverbialis est epigraphè è Satyrĩs Menippęis Varronis apud Noniũ Marc. quæ admonet seruandũ esse in poculis modũ, neq. ad satietatẽ usq. ingurgitandũ. Vitãdum enim omni in re est, quidqd nimiũ est. Hinc facere dictũ fuit à Pretello quodã, qui interrogatus quidnam de Bœotijs sentiret, respondit, quid aliud q̃ quod idẽ sonarent dolia, si uoce essent prædita. Inscriptio autem ita habet. Varro: Est modus matulæ, περὶ μέθης, i. de temulentia, solet n. primo loco adagium, aut diuerbium ponere, tum subijcere libri argumentum.

Musęi pathichissimi libelli,
Qui certans Sybariticis libellis.

Delphinum patina non capit.

Οὐδὲ λεκάνη δελφῖνα χωρεῖ, i. Non capit Delphinum lanx escaria. Dictum fuit arrogans, Græci supercilij plenũ, Amphicratis Athenienſis rhetoris, qui Seleuciã Tigranis regiam ueniens profugus, rogatus ab oppidanis ut oratoriæ artis pfessionẽ illic susciperet, ĩdignãter eos reiecit dicterio haud dubij fastus idice, ὡς οὐδὲ λεκάνη τὸν δελφῖνα χωροίη, hoc est, quod neque patina delphinum caperet, respuens, eos uelut indignos, qui tanti oratoris uocem audirent. Delphin piscis cetaceus, ac proinde magna mole corporis, ut omne Cetaceorũ genus, maior est, q̃ ut lance, aut catino contineatur. Trãsferri põt ad ingeniũ quo tenue, & exile altissimorum mysteriorum & reconditarum disciplinarum capax non est. Extat autem dictum superius apud Plutarchum in Lucullo.

Sol non inuidet uespera.

Ἥλιος ἑσπέρας μὴ φθονεῖ. i. Non inuidet sol uespere: Qui aliquo in artificio p̃ cæteris excellit, nihil derogatũ suę existimationi putat, si tenuibus aliqd ex arte sua accedat lucelli: εἶτα οἱ εἰ ἥλιον ἑσπέρας φθονεῖν, ἢ μέλλειν αὐτὸν εἴτις εἰς ἀστὴρ ἄλλος ἐν οὐρανῷ, hoc est, Deinde existimas solẽ uesperæ inuidere, aut illũ curare si qua sit alia stella in cœlo? Verba sunt Philagri sophistæ apud Phil. Home. solem exoriri dicit, at non itidem stellas:

ἥλιος δ' ἀνόρουσε λιπὼν ἁλὸς ἁλμυρὸν ὕδωρ. i. dest,
Exoritur Titan linquens maris humida stagna.

Semel in laqueum uulpes.

Ἅπαξ ἀλώπηξ εἰς πάγιον.
Vulpes semel laqueum subit.

Iambicus dimeter prouerbialis de astutis hominibus quos haud procliue est post primum errorem irretitos tenere, semel expertus quantum opum hauriant lites, quantumq. molestiarum pariant litium laqueos declinat, & cum piscatore ictus sapit postliminio. Prudentis non est denuo eundem in lapidem pedem offendere. Coniugij turbas repetentem naufrago comparat Græcum epigramma, iam secundo pelago tentanti. Annotat Suidas etiam aliter efferri: ἀλλ' οὐκ αὖθις ἀλώπηξ. Nõ iterũ uulpes, ut subauditur εἰς πάγιον, in laqueũ.

Pugna consilia scindit.

Μάχη σχίζει βουλὰς χείρας, i. Consilia abrũpit pugna. Hemistichiũ prouerbiale, quo significatur non solum in prælij conflictu, ubi ad manus utrinque uentum est, sæpenumero recte prouisa consilia turbari & ĩutilia reddi, uerũetiã, in quauis contentione animi impetum & acrimoniam retũdẽ atque habescere. Acrior in disputando altercatio sępius cõfundit ĩgeniũ, memoriã obliterat, & præcogitata argumentorũ arma prorsus extorquet e manibus industriamq. expectorat. Extat apud Hesychiũ.

Megabyci sermones.

Μεγαβύσιοι λόγοι. i. Megabysia dicta, prouerbiali schemate dicuntur superba & insolentius ac uelut elato magnumq. spirãte animo dicta quasi μεγαφύσιοι, cuiusmodi Thrasonica apud Romanas aures uocitantur. A Megabyzis satrapis regis Persarũ, in quo genere hominum ferocia plerũq; & impotens supercilium spectatur, nata parœmia. Megabyci meminit non semel Herodotus. Sic Megabocchum appellat Cicero Pompeium haud uano insolentię singularis conuitio, quod Bocchum Africę potentem regem fastu tyrannico imitaretur.

Quo curris potius quam ad ephebum.

Ποῖ τρέχεις, ἢ ἐπὶ τὸν ἔφηβον, i. Quo curris potius, quam ad ephebum? De Apollonio Tyaneo dictum fuisse, prouerbiique honorē sortitū testatur Philostratus lib. 1. commentari de eius Philosophi uita, idq. ex oraculari responso, quo Æsculapius p̄ flaminem suum professus fuerat se gaudere sub Apollonii ephebi testimonio uale tudinem pristinam hominibus restituere, quę fama illico ita passim apud Cilices finitimosq; populos inualuit, ut eos q̄ ad Æsculapiū ueri cautia, aut ualetudinis ergo proficiscerentur, perconctari soliti fuerint. ποῖ τρέχεις, ἢ ἐπὶ τὸν ἔφηβον, i. Quo abis potius quam ad ephebum? Volētes innuere, non opus esse peregrinationē suscipere, cum votis abunde sufficere posset p̄sens Apollonius tum pubertatis annos ingressus. Libuit istud docere, quoniam alii dicant parū liquere, quid sibi uelit Ciliciū istud adagium. eoq. magis quod existimet ab oraculo Apollinis, quo festinabatur vndiq. sumptum esse. Cur autem non similiter ut ille uertim, Quo properas, nū ad ephebū, nequis temeritatis me insimulet, ratio reddenda est, quod apud Græcos eā uim habeat coniunctio ἢ ut vel comparati ui virtutem includat, vel subaudiri dictionem μᾶλλον postulet, quomodo & positiuo gradui idem apud illos familiare esse solet, id quod exemplo uno atque altero conuinci possit. Homerus Iliados primo, βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ὀπόλεσθαι. idest, populum esse sospitem uolo potius quam extingui.

Mansum male reijciat.

Citat Suidas ex Aristophanis Equitibus trochaicum hunc acatalecticum ut prouerbialem.

Εἴδε φαύλως ὥσπερ εὗρες, ἀποβάλλοις τὴν ἐνθέσιν. idest,

Mansum reiicias male, quod reperisti nō bene.

Ostendit idē, quadrare in eos quibus p̄ter expectationē faciliter & ex animi sententia aliquid succedit, eius.n. hæc sūt verba, ἐπὶ τὰ παρὰ προσδοκίαν δίδοκιμήσαν τῶν. nam laboribus aliquid acquirere, studium & propensam hominis uoluntatem atque industriam testatur, ac temere inuenire fortuitum est, nec industrię laudē meretur. Quo loco Suidæ codex mendosus est, atq; ita emaculādus, ἀτῆς αὐτῆς τὰ δ̄ρόντος γνώμης ἔργον ῥ̄ καὶ τῆς τ̄. Dictū est aūt ab equitum cœtu in Cleonem, qui rerum ad Pylum fæliciter gestarū gloriam ad se trahens, in Prytaneo reip. impendiis ut aleretur, obtinuerat. Competit ergo in eum qui facinus aliquod nulla ingenii sagacitate aut prudētia peregit, sed temere, magnamq; laudis partem inde velut singularis industriæ testimonium quærit.

Εἴθε φαύλως ὥσπερ δ̄ρὲς, ἀποβάλλοις τὴν ἐνθέσιν. idest,

Reijcere ut mansum sic possis, ut es adeptus improbe.

Lepus leonem trahit aureo laqueo.

Ἕλκει λαγὼς λέων ταχρυσίνῳ βρόχῳ. i. Lepus leonem rethe ductat aurea.

Senarius est prouerbialis cuius in largitiones & munerū corruptelas vsus est. Nactum dicterium à quodā logophthalmo (ita medici nominant eum qui palpebris hiantibus leporū more indormit) qui principem datis muneribus corruperat.

Proteruia ignominiam præcedit.

Σωφριβῆ προηγεῖται ὕβρις. i. Proteruia ruinam p̄cedit, q̄ integer est sceleris calamitosam ignominiā nō incurrit, neq; capite aut fortunis oppugnatur iuxta vulgare dictum, qui non peccat, non fuit in ęre, culpa.n. dānosa est. Meminit huius p̄uerbii Nazianzenus in eadem inuectiua, καὶ πρὸ μὲ σωφριβῆς ἡγεῖται ὕβρις, αἰπαροιμίαν καλῶς φασὶ, πρὸ δὲ δόξης ταπείνωσις, ἢ ἵνα σαφέστερον εἴπω, ὕβρει μὲ ἕπεται σωφριβῆ, ταπεινώσει δὲ δόξα. i. Præcedit ruinam proteruia, vt pręclare loquitur paræmia, & gloriā humiliatio, aut clarius dicam, Proteruiam comitatur ruina, humiliationē gloria. Σωφριβῆ capitis diminutio uocari potest iurisconsultorū uocabulo, cum alicuius fortunæ & status affliguntur atterunturq;.

Ventura per dioptram prospicit.

De cordato homine qui sagaciter odoratur & pręuidet imminēs periculum, apposite dicetur illud Pisidæ.

Ταῦτα πρὸ πολλῶν τῆς διόπτρας σὺ βπέπεις. i. Hæc ante multo p̄ dioptram prospicis.

Senarius est iambicus, Trāslatio petita ab instrumento geometrico quo explorāt turrium & propugnaculorum altitudinē librato per foramen cisu, quod Græci à p̄spiciendo διόπτρα & διόπτραν uocant. Quisquis igitur propria industria rei euētum præsagit, Ingenij dioptra rerum exitum prospectare dicetur.

Caprarum nomina.

Αἰγῶν ὀνόματα, idest, Caprarum nomina: prouerbiū effertur de re friuola & inutili, nam cum similes inter se capręsint, stulte operam collocat, qui illis nomina q̄ bus dignoscātur imponit, quippe cum ista creari soleant in differētibus specie, discriminis gratia, quod in caprarū genere nullum est aut exiguum admodum. Qui ergo consimilium rerum colluuiem congerit, Caprarum nomina recensere illum dictitabimus. Refertur in Suidę collectaneis.

Rusticanus Oenomaus.

Ἀγραῖος Οἰνόμαος, idest, Ruralis Oenomaus prouerbio dicitur qui magnos sibi spiritus sumit, & de præclara nobilitate aut ūsigni eruditione se iactat rusticis alioqui moribus & e plebe natus, aut proletaria doctrina imbutus. Demosthenes oōne de Corona utrumq. ferme in Aeschine notat, quem patre seruo natum & subito oratorem factum incessit, cū ille pro Tromate Atrometū uelut impauidum, parentem suum præferret, & pro Empusa aspectri cuiusdam similitudine sit dicta, matre Glaucotheam, Nymphę marinę nomine uocitaret, deinde & Oenomaum Sophoclis tragœdiam malum histrionem male egisse Aeschinem insimulat. Proinde his verbis inuehit in eū, τοῦτο δὲ καὶ φύσει κίναδος ἀνδρώπός ἐστι, ὁ δὲν ἐξαρχῆς ὑγιὲς πεποιηκός, ὁ δὲ ἐλδίδερον, αὐτοτραγικὸς πίδηρος, ἀγραῖος οἰνόμαος. i. Hic homuncio natura est vulpecula, qui nihil umquam sani fecit aut liberale quod fuerit, ipsissima Tragica simia, rure natus Oenomaus, quā quam Philostratus paullulū immutata lectione, non αὐτοτραγικὸς cōposita dictione, sed fortassis ita, ὁ δὲ ἐλδίδερον αὐτὸ, τραγικὸν &c. diuulsum legisse vī, cum in Aristide Sophista ita meminit: ὑπὲρ τὰ τραγικὰ πιθήκου, καὶ ἀγραίου οἰνομάου. idest, De tragica simia & rurali Oenomao. Fuit āt Oenomaus Pisęę ditionis rex, Alxionis, Pausania teste, filius, vel ut alij fabulantur, Martis ex Storope Atlantide, aut secundū alios ex Herpinna Asopi, pr̄ Hippodamiæ qui insigni crudelitate filiæ procos non paucos interemit. Hesychius annotat Rusticanum Oenomaum à Demosthene dictū Aeschinem, eo quod uicatim pagos circumiret Sophoclis Oenomaum histrionico habitu actitans.

Non propter pedis cum lyra dissidium.

Refertvr in Suidæ collectaneis prouerbiū in eos, qui aliam ob caussam puniūtur, aut mulcta afficiūtur, quam ipsi existiment: Ἀλλ' οὐ διὰ τὴν ἐν τῷ ποδὶ πρὸς τὴν λύραν ἁμαρτίαν, idest, At non propterea qd̄ pes lyræ haud respōderit, aut si ita mauis, non propter pedes à lyra dissensū, usus est Plut. in li. De inutili verecundia: καὶ τοι οὐ διὰ τὴν τοῦ ποδὸς πρὸς τὴν λύραν ἀμετρίαν, ὡς πλάτων ἔλεγε, ἀλλὰ διὰ τὴν περὶ τὰ νόμιμα καὶ δίκαια παλιμμέλειαν, i. tametsi non propter pedis à lyra discordiā, vt Plataiebat, sed propter quod in legum obseruatione & æquitate peccetur. Illud uero obseruandum est discrimen esse in lectione, sed exiguum inter ἁμαρτίαν errorem, & ἀμετρίαν immoderationem, quando videlicet rhythmi & modulati pulsus modum non obseruant & legem suam.

Ventis & scripturæ in aqua credere.

Αὔραις πιστεύειν καὶ γράμμασι τοῖς κατὰ τοῦ ὕδατος, i. vētis credere & literis in aqua descriptis: Prouerbij uice dī ubi fluxam in aliquo fidem & lumbricam notamus, & p̄fidiam p̄stringimus. Nazianzenus ad Sophronium præfectū: ὡς αὔραις ἢ μᾶλλον πιστεύειν καὶ γράμμασι τοῖς κατὰ τοῦ ὕδατος, ἢ ἀνθρώπου δημερία. i. ut auræ potius fidendum sit & literis aquæ inscriptis, quā mortalium rebus prosperis. Competet inconstantiam & malam fidem, hoc modo, Quod fœminarum auribus committitur, auræ te fidere & scripturæ in aqua cogita.

Amnis cursum cogere.

Διάζεσις ῥοῦν ποταμοῦ, i. Amnis cursum inhibere, Prouerbiū dī de eo q̄ durā & difficilē rē aggredit & quasi impossibilē: aut q̄ uitijs innutritū ad uiā uirtutis reuocare conat, aut q̄ naturā inuitā atq. repugnātē alio cōpellit: Naziāzen. ad Eudoxiū Rhetorem: τὸ δὲ μὴ διάζεσις ῥοῦν ποταμοῦ καὶ ἡ παροιμία παιδεύει, καὶ ἱπποσύνην δεδιδαγμένα μὴ ἀδοῖν ἐθέλει ὁ ποιητής. i. Proverbium

uerbium docet amnis alueum non esse sistendum, & poeta vult equitandi peritum tum non cauere. Quo cuiusque ducit ingenium, eo applicare se debet, male namque coactum ingenium respōdit. Pulchre se habuit olim Atheniensium lex, qua iuuenes prius quam pubertatis annos attingerent, ad opificij delectum ducebantur, propositis publice artium omnium instrumentis, in eam namq; artem erudiendi tradebantur, ad quam naturæ impulsu ferebantur propensius. Laudat & Fabius certum studiorum delectum facere, quod eo quo natura vocat duci ingenia consultum sit: neque enim feliciter succedit, quidquid extortum & inuita Minerua tentatur.

Anima sicca sapientissima.

Ψυχὴ ξυρὴ σοφωτάτη, i. Aia sicca sapiētissima, Adagium elegās ex obscuris Heracliti fontibus haustum, quo sobrietatis virtus commendatur, velut ingeniorum & industrię parentis. Verba eiꝰ recitat Galenus in libello. Quod corporis temperiei respōdeant animi mores, atque exponit obiter: Αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη, i. Aridꝰ fulgor, mens sapientissima, uel aliter, Anima sicca iubar est sapientissimum, Dictum est inquit. Heracliti, quo innuere voluit siccitatem prudentiæ auctorem esse, siquidem astra cum fulgido iubare micēt, pariterq; sint & arida, eximia prædita esse sapientia uerisimile est. Hæc ille. Clemens Alexandrinus Pædagogi lib. 2. loquens qua ratione euitando temulentiam animus reddatur purus ab omni labe atq; adeo luminis capax, & perspicax etiam subiungit: αὐγὴ δὲ ψυχὴ ξηρὰ σοφωτάτη, καὶ ἀρίστη, ταύτη δὲ καὶ ἐποπτικὴ, οὐδὲ ἐστὶ κάθυγρος ἢ ἐκ τοῦ ἰκὰ ἀναθυμάσεσι, νεφέλης δίκλω σωματοπιεμένη. i. Iubar uero est aia sicca sapientissimū & pstantissimū idēq; & pspicax, neq. mad escit uini halitu, in modū nebulę crassescēs. Synesiꝰ lib. De insomnijs, ubi dicit calorem & siccitatē esse quędam aīæ uehiculā, addit: τὸ, τὲ αὐ ξηρὴ ψυχὴ σοφὴ, πρὸς οὐδὲν ἄλλο τῷ κρακλείτῳ ἰδεῖν ἀφίσκομθν, ἢ παχὴ καὶ ὑγρὸν γενόμθνον τοῖς χηραμοῖς τῆς γῆς ἐνδύεται ῥοπὴ φυσικὴ, πολεῦον καὶ ὠθθόμθνον εἰς τὰ κατάγαιον χῶραν. i. Illud uero aia sicca sapiēs, q̄ Heracliti dictū est, nō alio tendere inuenio, q̄ q̄ aia opima & uuida si fiat, naturali pondere in terræ cauernas demergatur, in subterranea loca detrusa. Quo in loco, (ut in transcursu id admoneamus) pro αὖ legēdū cēsemus αὐγὴ, superiorum auctorum testimonio. Heracliti uerba annotat Stobæus capite de temperantia: Ἀνηρόγόταν μεθηθῆ, ἄγεται ὑπὸ παιδὸς ἀνηβε ὀφαλλόμθνος, οὐκ ἐπαΐων ὅκη βαιόν, ὀργλῶ ἢ ψυχλῶ ἔχων, αὐη ψυχὴ σοφωτάτη, καὶ ἀρίστη, hoc est, Temulentus malefirmo gressu nutans ab impubere puero ducitur ignarus quorsum eat, uuidam habens animam. Est uero sicca anima sapientissima & præstantissima. Vñ asseri potest duplex lectio: αὐη ψυχὴ σοφωτάτη. i. Anima sicca sapientissima, & αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη, i. Anima sicca iubar sapientissimum, eundem utraq; sensum obtinens Més, cujus cęlestis est origo, & quā non male diuinæ aure particulā Flaccus noīat, multo cibo potioneq. madida, alū sapere non potest, neq; ad cęlestium rerum contemplationem assurgere ualet. Androcydis oratoris dictū memorabile refertur apud Clementem Alex. Strom. lib. 7. uinū & carnium sagina, robur quidem adiicīt corpori, ac animum reddūt lāguidum. Tribuit Ioannes Philoponus Plotino diuinā, ut ipse ait sentētiam, qua dicit eos omnes qui saginando corpori indulgent, parum abesse quin arborescant, hoc est in plātarū naturam degenerent: cuius hæc sunt verba ὅσοι ἐμμανῶς κτὶ τὰς θρεπτικὰς δυνάμεις ἐνεργοῦσιν, ὅτοι κινδυνεύουσιν ἀποδενδρωθῶσι. In eandem sententiam Eusebius apud Stobęum, Crapula corpus quidem opimum reddit, at uecordiam & stuporem conciliant, & rationem, quę princeps animi pars est, obliterat. Nemo est adeo à sensu communi alienus, qui non libenter assentiatur illi diuerbio uulgato, Pinguis uenter non gignit sensum tenuem, aut illi senario Nazianzeni.

Νοῦς λεπτὸς ὄγκον ἐκδιώκει γαστέρος.

Threicia hirundo labijs instrepit.

χείλεσιν ὀπιβρέμεται θρηικία χελιδών. i. Labris immurmurat hirundo Thracia, De indocto & barbaro dicitur. Hirūdo obstrepera auis est inepto garritu auribus mole sta. Exstat apud Aristophanem dicteriū de Cleophōte Ἐφ' ὃ δὴ χείλεσιν ὀπιβρέμεται θρηικία χελιδών. hoc est, Cuius labris hirūdo Thracia instrepit. Aliter de Pericle dictū est, eius labris insidere Suadam deā.

Ignis in uepribus.

Πῦρ ἐν ἀκάνθαις, i. Ignis in uepribus, De acri disputatore usurpauit prouerbialiter Nazianzenus, q. aduersariorū argumenta ignis instar absumit: ita enim de Basilio Magno loquitur in Monodia: τοῖς δὲ γίνεται τέλεκυς κόπων ἢ πέτραν, ἢ πῦρ ἐν ἀκάνθαις, ὃ φησὶν ἡ θεῖα γραφὴ, ῥαδίως ἀναλίσκων ὐκ φρυγανώδεις καὶ ὑβριστὰς ἰῶς θεότητος. hoc est, Fit illis bipennis cotem discindens, aut ignis in senticeto, iuxta scripturæ sacræ dictum absumens haud difficulter sarmentitias quisquilias, deitatis uiolatores.

Argi tumulus.

Αργιλόφος, idest, Argi tumulus, prouerbialiter dicitur locus periculosæ aleæ plenus, aut negotium difficile capitis discrimine obnoxiū. Origo sumpta ab accliui quodā colliculo, apud Argos copiosam olim & nobilem Peloponnesi ciuitatem, quem φρῶνα nominabant ubi Danaus delectis iudicibus ex Argiuorum Aegyptiorumq; primoribus, iudicio stetit, caussamq. dixit necis à filiabus perpetratę in fratris filios. Proditum n. est memoriæ Aegyptum necē filiorum ulturum uenisse Argos cū exercitu, & Danaum re cognita expediuisse arma Argiuosq. in prælium eduxisse, sed Lyncei interuentu rem fuisse compositam negotiumq. delectis ex utraq. gente arbitris delegatum, constituto ei rei in edito tumulo tribunali. Hecatęus historicus negat Aegyptum Argos appulisse, iudicij tamen locū in eo colle extitisse nō inficiat. Meminit Euripides in Oreste.

Θάσσοντ' ἄκραν,
Οὗ φασὶ πρῶτον Δαναὸν Αἰγύπτῳ δίκας
Διδόντ' ἀνθρῶσαι λαὸν ἐς κοινὰς ἕδρας.
i. Conspicor collum editum
Vbi perhibent primum Danaum Aegypto necis
Caussam ferentem, publica ad subsellia
Egisse plebem.

Dinias historicus in rebus Argolicis meminit loci in hanc sententiam. Confestim Melacharim loci dominum & Cleometrā saxis obrutos interemerūt, cuiꝰ sepulchrū etiam num hodie demōstrant in supremo colliculi uertice, quem φρῶνα nominant, ubi Argiui solent ius dicere. Videtur meminisse eiusdem loci & Euripides in Bellerophonte fabula, his uerbis.

Καὶ ξεστὸν ὄχλον δαναΐδων ἐδρασμάτων. i. Circumq. saxeum, notum sedilibus Danaidum.

Vespertinum amant, matutinum oderunt.

ADDVCIT ex Callimacho Cyreneo prouerbialem uersiculum Zezes.

Ἑσπέριον φιλέουσιν, ἀτὰρ συγέουσιν, ἐῶν. i. Verspertinum adamant, sed matutinū odere.

Quem annotat dici in hoīes lubricam in amicitia fidem seruantes, uacillantesq;, & ad quamuis fortunæ aurulam sese vertētes. Nos in hęredi petas conuenire putamus qui senibus & aniculis palpātur, morti, hoc est, occasui uicinis, quo sibi hęreditatis aliquid attrahāt. Ab hoc dicto diuersum fuit Cn. Pompeij apophthegma dicētis: Plures adorare solem orientem, quam occidentem, quo innuere uoluit plus esse spei in iuuene, quam in defectæ ætatis sene.

Byssina uerba.

Βύσσινα ῥήματα, i. Byssina uerba specie prouerbiali dicuntur uerba splendida & cum auctoritate ac maiestate quadam prolata. Plutarchus in apophthegmate, παρῴσατις ἠκύρα καὶ ἀρταξέρξου μήτηρ ἐκέλευσε τὴ βασιλεῖ μέλλοντα μετὰ παῤῥησίας διαλέγεσθαι, βυσσίνοις χρῆσθαι ῥήμασι. i. Parysat. Cyri & Art. mater iussit eum qui libere cum rege uerba facturus esset, bissinis uti sermonibus, nam Christophorus Lōgolius hō doctissimus ex collatione veterum codicum in suo Plutarcho hanc lectionem manu sua annotauerat, alioq. sermo est de rege cum popularibus libere trā sacturo, si βασιλέα legas. Exstat idem apud Herodotum. Byssina uestis principatus auctoritatisq. primariæ symbolum erat. Sophocles in Laocoonte fabula loquens de Ænea patrem Anchisen succulante.

Πάρες, ἐπ' ὠμῶν πάτερ ἔχων κεραυνιὸν
Νῶτα κατασάζοντα βύσσινον φάρος. i. Adest, in humeris efferens dorso patrem
Sublime, pallium trahentem byssinum.

Et apud Aeschylū Antigone fratri puluerē mortuo inspergit, quē byssinę uestis sinu exceperat, Græce est, κόλπῳ φέρουσα βυσσίνε πεπλώματος. Apud Ioseph. lib. 6. belli Iudaici sacerdotes quorū magna erat auctoritas, byssinis vestibus amicti fuisse legūtur Apuleius li. 11. Byssina quidē, sed florida depicta uestę conspicuus. Aretas Cęsa

rienſis in Apocalypſin ait Byſſum eſſe cor
ticem Indicæ plantæ, ad linum redactum.
Plinius lino byſſino ſecundã bonitatis pal
mam dat mulierum maxime delicijs. Pollux byſſum lini ſpeciem indici exponit, q̃
e ligni fructu Ponticæ nucis aſſimili, i mo
dum lanæ, carpitur.

Charadrij uitam uicit.

Χαραδρίᾳ βίος, ideſt, Charadrij vita pro
uerbialiter dicitur de inexplebili gurgite,
qui ut multam cibi potusq́. ſaginam inge
rit, ita mox eam deplere ſatagit, cuiuſmo
di hoiem μεσημυδοραχέστη noiat Hip
ponax, heluonem inſatiabilem, qui uen
trem ſaburrat identidem atque exinanit,
ut nouo onere eũ inferciat. Plato in Gor
gia, χαραδριῶ τινὰ αὖ σὺ βίων λέγεις. i.
Charadrij uitam iterum ducis. Id ait So
crates Callicli perſuadens, ſelicẽ uitam in
aſſiduo influxu eſſe poſitam. Charadrius
auis, quam rupicem Gaza nominat ſimul
& edere & deijcere putatur, ſic enim an
notationes Græcę, quas uidi in Georgiam
habent: χαραδριὸς, ὄρνις ἰς ὃς ἅμα τῷ
ἐδίειν ἐκκρίνει. Opinioni iſti ſuffragat
& Olympiodorus Alexãdrinus i eũ Platonis
locũ: ἢ ζῶον λέγει ὃ θίειν καὶ δι' θέως ἐκκρί
νει, ἢ αὐτὰ τὰ κοῖλα τῶν πετρῶν ἃ δέχε
ται τὸ ὕδωρ καὶ ἀποβάλλει. i. aut de auiu
quitur, quæ & uorat & eueſtigio excernit
alui proluuiem: aut de rupium cauernis.
quæ affluentem aquarum uim recipiunt
pariter & deponunt. Quod autẽ illorſum
tendat Plat. oratio, verba Soc. proxime præ
cedentia liquide oſtẽdũt: εἰ κῆν ἀνάγκην
ἂν πολὺ ὑπερβῇ, πολὺ τὸ ἀπιὸν εἰν ῶν,
καὶ μεγάλ' ἄπατα τρήματα ἔχῃ τῶν ἐκρα
ῶς, hoc ẽ, Neceſſe igit̃ eſt, ſi multũ affluat,
multũ etiam defluere, ipſaq́. exitus ora
parentibus quibuſdam rimis dehiſcere. Ni
hil uero commune habet iſtud prouerbiũ
cum ea Charadrij natura quam ꝓter Ari
ſtotelem & Euphronium refert Heliodo
rus Trecenſis epiſcopus Aethiopicarũ re
rum li. 3. quod uidelicet ab auriginoſis ui
rus omne in ſe rapiat atque corriuet faſci
ni cuiuſdam in modum, vnde in uelatis ca
ueis abſcondere eam propolæ ſolebant, ne
emptor ante contactum ſentiret remediũ.
Quo alluſum eſt ab Hipponacte eo uerſu,
qui ſic emendandus uenit in Suida:
Καὶ μὴν καλύπτει μῶν χαραδριὸν πέρνας
i. illũ recondit: Num Charadriũ uẽdẽs,

Facilius quam Oreum deuicerint Bœoti.

Ῥᾷον τὸ ὄρεον ὑπερέβυσαν οἱ Βοιωτοί, i.
Citius quam Oreum deuicerint Bœoti.
Prouerbiũ dici admonet Suidas de ijs qui
limites ſuos tranſcendunt. Nos arbitra
mur efferri poſſe de expeditione celeriter
confecta: uel etiam de re facta procliui.
Oreõ Eubioæ urbem conſtat eſſe in Bœo
tiæ confinijs, quam Bœoti noctu adorti in
poteſtatem ſine magna difficultate redege
runt, de ijs namq. Appollodori uerba in
terpretanda exiſtimo apud Steph.

Cuminum ſerere.

Κύμινον σπείρειν, hoc eſt, Cuminũ ſere
re dicitur prouerbio homo uirulentæ lin
guæ, quiq. effreni oris petulantia maledi
cus conuitia dirasq́. ſeminat. Demetrius
Phaleræus ſcribit Sophronem Mimogra
phum eo uſum, κύμινον ἔσπειρε, ideſt. Cu
minum ſeuit, Natum à natura herbę, quã
eiuſmodi eſſe tradunt naturalium rerum
indagatores, ut lętius prouenire putetur,
ſi maledicta adhibeantur, diraęq́. impręca
tiones, dum ſeritur, quod ne quis ceu ri
diculum exſibilet, apponam Theophraſti
doctiſſimi philoſophi ex octauo de Plãtarũ
hiſtoria libro verba: ἰδίον δὲ καὶ ὃ λέ
γουσι κτ' τ' τοῦτο, φασὶ γὰρ δεῖν καταράσασί
τε καὶ βλασφημεῖν σπείροντας, εἰ μέλλει
καλὸν ἔσεσθαι καὶ πολύ. i. Peculiare eſt qd
de eo memorant, ferunt namq. impręca
tionibus & maledictis opus eſſe, ſi qui ſe
runt, illud copioſum pulchrumq; proueni
re uelint. Eadem naturæ lex eſt in ocymo
quod iniurijs maledictisq. terræ mandatum,
fœcundius exiſtimauit antiquitas, nõ
abnuente & Plinio.

Pallenicum tueri.

Παλληνικὸν βλέπειν Pallenicũ tueri di
cebantur q magnos ſpiritus pręferebant
& maſculũ aſum. Varinus exponit παλλη
νικὸν βλέπειν, ἀντὶ τοῦ γενναῖον, gñoſum
ob tueri. Sumptũ uidetur a pugna qua oc
cubuerunt in Pallanæis agris Atheniẽſes
Piſiſtrato ad tyrannidem aſpirante, uel po
tius à conflictũ quo Gigãtes in Phlegręis
campis (Pallene autẽ Thracię urbs uetus
Phlegrę nomen mutauit) decertaſſe cum
dijs fabulæ prodũt: hiſtoriã ex Theagene
ita memorat Stephanus, Phlegrę incolæ
gigantes

gigantes dicebãtur, ad quos profectũ Her
cules, gentis proteruiam & immanitatem
accuſando, animos illorum efferauit in ſe,
ĩtaque correptis armis ad manus cum il
lis veniens, pro hoſpitali teſſera bellum in
ferentes occidit. Contigit autem durãte
conflictu tonitrua & fulmina edi, inde na
ta fuit opinamur uulgi fabulę locum dãs,
quod dij cum gigantibus debellaſſent ibi
locorũ. Euſtath. Odyſſ. 9. παλληνικὸν βλέ
πειν dici annotat & βαλληνικὸν a Pallene
quæ & Ballene Thraciæ oppido, & eſſe
ænigma quod innuat inimicum etiam ſa
xit licere ferire: χρεὼν εἶναι καὶ λίθοις βάλ
λειν τὸν ἐχθρόν.

Coſæ conſilium.

Τῶν κόσα λόγων ὄκ. Coſæ dicta dici in
uenio, pro ſano & ſalubri cõſilio. Fuit Co
ſas uir conſultus & iuſtus, e genere Pelle
neus, eſt autem Atticæ oppidum Pellene,
cuius oppidani bellum cum Salaminijs ge
rentes, cum uicinas gentes in belli ſocie
tatem aduocaſſent, initio cum illis pacto
de partitione agrorum, profligatis hoſti
bus uictores, vicinos ſuos eluſerunt, neque
conuentis ſteterunt, illo initia rite cum ip
ſis pacta minime uiolanda, immo mordi
cus ſeruanda urgente: qua ex re orta paul
lo poſt peſte, criminis eos pœnitere cœ
pit, Coſaq́. conſilium magnifice lauda
runt. Dici conueniet in fædifragos aut
alioqui imprudentes, qui ſanis conſilijs
non obtemperant, tales namque ὄκ κόσα
λόγων βδελύττεσθαι ἢ ἀποπτύειν, Coſæ dicta
nihil penſi facere aut deſpuere dicemus,
refertur apud Suidam.

Iube factu procliuia.

Τῶν δωατῶν τικὲλ ὄκ γὰρ παρὰ κεν
ταύροισι.

Pręcipito factu procliue, nec eſſe furẽtes
Centauros inter te certum eſt.

Verſus eſt ſpondaicus, quo imperioſi ho
minis & duriora nobis imponentis libidi
nem caſtigabimus, ſumptus ex Teleclide
Athenienſi, uerſus autem finem puerbij
ſpecie, torquere apte licebit in clamoſos,
qui intempeſtiuis clamoribus pertinaciter
cauſſam obtinere uolunt, immo pugnis in
terdum potius, q̃ æquitate, ὄ γὰρ παρὰ
κενταύροις εἶ, neque uero inter Cẽtauros
verſaris aut res tibi eſt.

Extra callem.

Ἐκ πάτου, Extra callem, Euſtathi⁹ oſten
dit eſſe parœmiam Odyſſ. 9. pro ἐκ ποδῶν,
procul è pedibus, ubi denunciabimus peri
culi uiciniam eſſe cauendam. Tranſlatum
a fugitiuorum periculo, quos intrita pedi
bus ſemita errantes facile herus deprehẽ
dere atque aſſequi poſſit, maiore opera &
difficilius in deuijs locis eos ſecuturus.

Inferorum triacadas.

In hoiem plus ęquo curioſum & recon
dita perueſtigantem atque a communi ho
minum notitia abſtruſa cognoſcere labo
rantẽ, illud cõpetit: τὰς ἐν ἅδου τριακάδας
ἐπιζητεῖ, Inferorum triacadas inqrit aut
ſcrutatur, τριακάδα uocant triceſimũ cu
iuſq. menſis diem uocabulo a Thalete mi
leſio primum excogitato, ſi Laertio credi
mus, alijs ἕνλω καὶ νέαν uocitantibus, quẽ
nos pridianam Calendarum facimus.

Simulacrum pictum.

De ſocorde homine & nihil proficien
te non inuenuſte dixeris illud ex Ariſto
phanis Ranis:

Γεγραμμένῳ εἰκὸν ἐσάναι. Pictum ſi
mulachrum uelut immobilem, qũo uerru
ceam ſtatuam Plautus dixit: nec abludit
hic uernacula lingua ſtupidum nec quid
quam promouentem hominem, ligneam
ſtatuam nuncupans. Laudat autem Ariſto
phanes uiriq. cordati eſſe dicit, ad fælicem
inclinare parietẽ potius quam picti ſimu
lacri in modum ſtare unico indutum ſche
mate, græce ita hẽt: μεκάκυλιν δεῖν αὖ τ'
αὖ εἰ πρὸς τ' δ' πράττοντα τοίχον μᾶλ
λον, ἢ γε γραμμένῳ εἰκὸν ἐσάναν λαβόνθ'
ἓν σχῆμα. Huc pertinet illud Syneſij ex li
bello de Dione ἀφωνότερον ἀνδριάντος
γενέσθαι, hoc eſt, Euadere magis mutus, quã
ſtatua.

Tantali philoteſia.

Ταντάλου φιλοτησία, Tãtali philoteſia
dicebat peculium amicitię bñuolentięq.
auſpex, ſed paullo grandius, quo plerumq.
à cęna & ſub ſomnum ſe inuitabant. Fe
runt apud Indos morem fuiſſe ut maiori
bus poculis præbiberent cubitum ituri,
pronis in phialas capitibus ad conciliã
dam amicitiam, eiusque peculi initiato
rem Tantalum faciebant, is namq. Philo
ſtrato teſte, φιλικώτατος ἐν ἀνθρώποις, in
credibili-

credibiliter inter homines beneuolentia, liberalitatecq. præcelluisse creditur. Itaque, cum amicitiam cum quopiam confla re, aut iniuriæ suspicionem obliterare uolentes, poculo eius auspicium sancimus, dicem⁹, Ταυτάλυ φιλοτησία πινέσθω, Qui mos etiam num in tota ferme Germania durat, ut hospitij finita iam cęna, ingens phiala meracioris generosiorisq. uini plena, apponatur. Carpit tamen D. Clemens libro 2. pædag. istos qui ceu in dolium ingerunt affatim vinum Philotesię nomine, ὥσπερ ὀκ ἀμφορεῖς διαπυτίζοντας ἀλλήλοις τὸν ἄκρατον φιλοτησίας ὀνόματι.

In astragalis nobilitas.

Ἐν τοῖς ἀστραγάλοις ἡ εὐγένειαν ἔχει, In astragalis nobilitatem gerit, dicet hominem stemmata & fumosas maiorum imagines iactantem, nulla re alia quæ uirtutem aut doctrinam commendet, spectabilem: Herodes Atticus sophista ad Bradeam leuirum suum dixisse legitur apud Philostratum libro secundo sophistarum, cum ille magnifice creparet de generis sui antiquitate & nobilitate σὺ γὰρ εὐγένειαν, τοῖς ἀστραγάλοις ἔχεις, tua nobilitas in astragalis sita est. Solebant Romani generosiores in calceis lunulas, antiquitatis insignia, præferre, ut Plutarcho teste, Arcadum more qui se Luna priores iactitabāt: & Philostratus in loco iam dicto, nobilitatis illud symbolum uocat: ὀπισθούριον ἐλεφάντινον μηνοειδὲς (male nāq. μονοειδὲς illic legas) eburneum supertalare luniforme. Vnde Iuuenalis:

Appositam nigræ lunam subtexit alutæ.

Quo spectat & Martialis locus libro secundo, parum scite hactenus scriptus: Nō hesterna sedet lunata lingula plauta.

Vbi nō hesternam uocat ueterem & antiquę nobilitatis testem uoce non temere mutata ex manuscripto.

Marsyæ mors.

De immani & supra modū crudeli necis genere, μαρσύου θάνατος, hoc est, Marsyæ mors effertur. Eunapius de Hormisda Saporis Persarum regis filio natu maiore, qui ex uenatu ad regiam regressus, cū conuiuarum accumbētiū nullus forte, uti decuerat, aduenienti assurrexisset, ἠπείλησε δ' Μαρσύου θάνατον αὐτοῖς ἐπιθήσειν. i. interminatus illis fuit Marsyæ necem, quare intellecta satrapę communi cōsilio, post obitum patris, natu minorem fratrem regno præfecerunt, illo in caueam incluso ferreisq; compedibus obuincto, qui postea ope uxoris lima præfectis uinculis ad Constantinum Magnum profugus euasit. Marsyas Hyagnidis filius, genere Phryx tibicen cum Apolline de artis prestantia contendisse dicitur, uictusq. proteruiæ pęnas uictori dedisse, detracto membratim corio & arbori appensa. Vnde Nonius Panopolites i dionysiacis de tibicine hoc loquens sic canit:

Cleneæ ex quo pœnas das impie victus,
Ludibriū ventis pellis direpta mouetur.

Hoc cruciatus inhumani genere objisse Valerianum Romanorum Imperatorem à Persis captum memorat Agathius historiæ libro quarto, addit idem Saporem necis id genus uisu miserabile primum excogitasse ex Orphei de Marsyæ supplicio historia adductum. Refert & Chostoen regem Nachoragam profugū ita excruciasse, vt à ceruice ad imos usque pedes cutis detraheretur inuersa, cum ipsis quoque genitalibus, & in utris speciem uento inspirato distenta, scopulo adfigeretur. Commemorat & Procopius rhetor belli Persici libro primo, Bassicij corium deductum, instar utris palea oppletum, ex altissima arbore fuisse suspensum. Et Ammia. Marcellinus libro 23. scribit eos cutes uiuis hominibus detrahere particulatim vel solidis.

Quem Cos non nutrit, illum nec Ægyptus.

Proverbium esse non admodum uetustū ostendit Iliad. 14. Eustathius tale ὃν δ' θρέψειεν, ἐκείνον, ἡ δὲ αἰγύπτος. Quē Cos nutrire non queat eundem neq. Ægyptus. Conueniet in eos, quibus plusquam mediocres fortunę fastidio sunt, inuenias nonnullos qui in rebus etiam lautis, atq. per amplis stomacho sunt nauseabundo, quo uix mare bonorum saturet. Est autem Cos insula ualde ferax, pecoris abundans, unde illi & nomen est, Thracibus Connominantibus ouem seu pecus.

Hinnulus ne cum leone partiatur.

Quoties cum ditiore pauper, cum potentiore inferior opibus, cum doctiore indoctus cōgreditur aut rem habet, quadrabit illud Critiæ, qui ex triginta Athenarū tyrannis unus fuit: μὴ κατέναντι λέοντος νεβρὸς ἐὼν μοίραν αἴρεο κρεῶν, Ne cum leone hinnulus existens carnium portionem sortire, Admonet principum potentiorumq. libidini concedendum esse, Referuntur eius uerba à Platone in Charmide. Huic nō dissimile est: μὴ πρὸς λέοντα δορκὰς ἄφομαι μάχης. Conserere pugnā cum leone Caprea nolim.

Quid delphino & boui commune.

De dissimilibus minimeq. inter se consonis effertur, ut si quis imperitos & doctos consociet: τί γὰρ δὴ δελφῖνι καὶ βοὶ φασὶ κοινωνόν, Quid enim commune habēt bos & delphinus: Apparet contortum fuisse in Syllam Romanorum Imperatorem cum occupatis Athenis, philosophos audiret homo a philosophia prorsus alien⁹. Referī à Suida. Concordat cum illo: Quid graculo cum fidibus.

Alba præcordia.

Λευκὰς φρένας hoc est, Alba pręcordia habere dī homo stolidi ingenij & insulsus metaphora a coloris uitio, tracta siqdem Aristoteli Albus color maxime emouet oculorum sensum ut inde emotæ mētis hominem ac bliteum, λευκονοῦν & λευκὰς ἔχειν φρένας dicāt, Ita Pindar⁹ in Pythijs uisus ē: πύθομαι γάρ μου πελίαν ἄθεμιν λευκᾶς πιδύσαντα φρένας. audio etenim iniquum Pelian albis usum pręcordijs. Interpres annotat metaphorā ab aqs translatā, q̄ quo minus profundæ sint, limpidiores & lucido quodā candore pellucidę uidentur, contra profundiores nigrescūt, vt ita λευκὰς φρενὰς τὰς ἐπιπολαίας superficiaria quadam prudentia, haud profunda, pręditas Homero μελαίνας φρενὰς prudentię argumento nominante. Huc spectat quod Horatius Leuconoen uocat quandam Genethliacorum vanitati fidem adhibentem non sine stoliditatis morsu, ut in eum locum olim annotauimus.

De limine offendere.

De limine offendere dixit Tertullian⁹ specie prouerbij, pro in ipso operis negotijve suscepti primordio peccare, ut fit idem quod illud Fabij Quintiliani, in porta impingere, Vsus est in libro aduersus Valentinianos, A manifesto ad occultum retorquere, de limine offendere est.

Lapitha.

Λαπίθης, Lapitha false uocatur prouerbio homo factuosus quique vulgi animos cōmouere psumit & in sui admirationem trahere, magnos sibi spiritus sumendo: ὁ αὐχηματίας, παρὰ τὸ ὀκλαὺς εἰς ὄπιν ἄγειν καὶ ὀπισθοφλῶ, οἷς πείθει τίνας περιαυτολογούμενος, sonat. n. λαπίθης uocabuli etymon spectantibus, plebis persuasorem, quod de se iactabandus magnopere glorietur, sic enim annotatum est ab Eustathio Iliados quinto. Eo ferme sensu extulisse uidetur Plutarchus in libello quo Stoicos alieniori à communi hominum existimatione inuexisse disputat, cum ait: ὁ δὲ ςωϊκὸς λαπίθης, ὥσπερ ἐξ ἀδαμαντίνης ὕλης ὑπ' αὐτῶν τῆς ἀπαθείας κεχαλκευμένος, i. Stoicus iste Lapitha fabricatus uelut ex adamantina materia, impassibilitate quam ipsi inuexerunt. Porro Lapithę heroicum genus fuere in Thessalia, Centauris parduelle, a Lapith Apollinis & Stilbes nymphæ filio ortum ducentes.

Licynij & Licynium fulmen.

Λικίνιος, Licynios prouerbiali specie dici annotat Eustathius Odysseæ decimo octauo eos qui duris modis desęuiūt, asperiusq. animaduertūt in quēpiā, οἱ ἀγρίως κολάζοντες, eo modo quo Iri mēdici, helluones Sardanapali, Crœsi diuites dicuntur à Licynio quopiam: suspicamur autem λικυμνίους legendum uel certe λικωνίους q̄ lectionem etiam Callimach⁹ olim approbant, à Licymnio incendiario qui multorum domos igne crudeliter corrupisse legitur. Quo spectat illud Aristophanis in auibus.

Καταθαλώσεισθ' λικυμνίαις βολαῖς, Telo Licymnio ille te corruperit. Docuit Euripides Licymnium fabulam ubi fulmine conflagrauit.

Formicarum nidos inspirauit.

Formicarum nidos inspirare, quod eleganter unica uoce, μυρμηκιᾶν efferunt Græci, quasi Formicari dicas, prouerbiū dīr qui malum sibi imprudēter accersunt. Natum inde quod qui inspirant aut aperto ore loquūtur in formicarum antra seu cauernulas,

cauernulas, his lingua ulcere intumescit atq. inflatur, cuius rei caussam assignant venenatum aerem quo illarũ antra imbuuntur è pastu serpentium: formicas namque mortuis anguibus vesci libenter, inter cõfessa habetur. Quid quod Draco ex esu formicarum & cantharidum, veneno distendi atque in rabiem agi putatur, ut Iliados vi cesimo secundo annotat Eustathius.

Da panem & pugnum.

Δὸς ἄρτον τυχὸν καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῷ. idest,

Porrige, si possis panem, hinc obsonia pugnos.

Prouerbium expressis verbis docet esse Eustathius Iliad. ψ. quo significet pugnos plagasq. illi deberi qui moderatis contẽtus esse nolit: Poterit etiam eius esse usus quoties expectatione bone fortunæ, diuersa obtingit sors.

Chius Coum loqui non sinit.

Χῖος παρασὰς κῶον οὐκ ἐᾷ λέγειν.

Hic Chius altans, non sinit Coum loqui.

Senarius prouerbialis è Strattidis Comici fabulis, Competet in rabulam uerbosum, qui multiloquio os prudentioris doctiorisq. obstruit, nec patitur uerba pro se facere. Chiorum scurrilitas & illaudata leuitas ex auctoribus notissima est: at Coos insula magni nominis, & decantatissimos viros permultos protulit. Nisi mauis referre ad iactuum tessariorum utilitatem dignitatemque, in quibus χῖος unionem caniculamve designabat, infælix iactus, at κῶος seniorem, felicissimus omnium iactus.

Citius quam gradatim.

Θᾶττον ἢ βάδλω. Citius quam gradatim prouerbio dicunt Græci cum insignem celeritatem, & properandi studium significare uolunt, Menander:

Τὸ δὴ λεγόμενον τοῦτο θᾶττον ἢ βάδλω.

Ocyssime id curabo, quod dici solet.

Porro qd addit, τὸ δὴ λεγόμενον, clarissime ostendit prouerbium fuisse, ne qs huc temere irrepsisse existimet. Vsus eo est & Plutarchus in Fabio maximo, αὐτὸς δ' ἐκεῖνος ὑποπηδήσας χῖ τάχος, θᾶττον ἢ βάδλω πρὸς τὸν υἱὸν ἐπειχθεὶς. i. Pater ipse ocyus descendẽs ab equo, concitato quam potuit maxime gressu ad filium approperans, siue ad uerbum si mauis, citius quam gressim. Suidas ex incerto auctore: ὁ δὲ θᾶττον ἢ βάδλω τῷ τε κεφαλῷ ὀπισείων καὶ βαρβαρικῶς τινὰ ἐπιφθεγγόμενος ὅσα τῆς τε φωνῆς ἐν τῷ ἐν τόνῳ, καὶ τῷ βάδίσματος ἐν τῷ σεσοβημένῳ εἰκάσαι ἐπαστειλῶν, i. Ocyssime ille caput quassans, & barbara voce nonnulla locutus, quantum licuit coniectare, tum ex uocis contentione, tum ex incessus insolentia, grauia minitabatur.

In asini aures canere.

Εἰς ὄνου ὦτα ᾄδειν. In aures asino canere, dicetur prouerbialiter qui indocto recitat poema omnibus numeris absolutum, aut orationem in qua nihil reliquum fecerit rhetorica ars: aut si quis apud crassas & Musices ignaras aures artem omnẽ ostẽtet Musicus. Meminit adagij Dion oratione trigesima secunda, eiusq. occasionem talem indicat. Ægyptio Musico insigni astans insomnis genus prædixisse uisus erat, quod in Asini aures cantaturus esset, quo neglecto somnio vt vano ac friuolo, accidit ut Syrorum rex Memphin, qui uenerat, ipsum accerseret, quod audisset a cunctis laudari summopere: accessit itaq; & omni industria adhibita artis suæ præstantiam ostentare adnixus est, qui tacere ignominiose iussus à rege Musices ignaro recordatus somnij, hoc ipsum, inquit, est in aures asini canere: quibus verbis per interpretem intellectis, rex uinctum hominem affici uerberibus iussit, unde natum postea bellũ. Græce est: τυτὶ ἄρα ἔφη, τὸ εἰς ὄνου ὦτα ᾄδειν.

Alaudæ in nido latet gramen.

CITATVR à Cassiano Basso Scholastico, librorum, qui de agricultura apud Græcos inscribuntur, collectore, adagium hoc:

Εν κορυδοῦ κοίτῃ σκολιὴ κέκρυπται ἄγρωστις. idest,

Ramosum gramẽ nido occultat alaude.

Quo licebit uti cum effugij aut subsidij spem ostẽtabimus, ueluti si potentior qui spiam nos conetur opprimere, in legum & equi præsidio fiduciam nobis repositã aut in uetusti iuris codicillis, indicare uolentes, puerbiali hoc uersu vtemur: uel si scriptorũ auctoritate multiplici ac rationibus oppugnati significemus, neq. nos hac parte inermes esse, sed ad manum habere in expedito tela quibus nos defendamus: nimirum:

mirũ. Εν κορυδοῦ κοίτῃ σκολιὴ κέκρυπται ἄγρωστις, Solet autẽ alauda peculiari quodam amuleto nidum suum lustrare impositis graminis ramulis, quemadmodum aqla callitricho, cornix uel benaca supina, turdus myrtho, lauro palumbes, ut Zoroastræ magi auctoritate li. 15. γεωπονικῶν legitur.

Alaude non est sine crista.

Οὐδὲ κορυδαλὶς ἄνευ λόφου, Nec alauda absq. crista. Prouerbio utemur quoties significabimus aliquem non carere suis uitijs, aut eximiam uirtutem raramq. eruditionem fere expositas esse inuidię: ita accepit Eunapius Sardianus de Oribasio medico loquens; qui ob insignem artis peritiam magna inuidia apud multos inflagrauit, eiq hęc sũt verba. Οὐδὲ κορυδαλὶς ἡ παροιμία φυσὶν ἄνευ λόφου, οὐδὲ ὀρειβάσεως ἄνευ φθόνου. i. Neq. sine crista (ut loquitur prouerbium) est alauda, neq. Oribasius absque inuidia fuit.

Manu ignauus, mente præsens.

DE homine cordato, qui consilium in numerato habet, non perinde manu strenuus, prouerbiale est illud Timocreontis Rhodij in suis epigrammatis:

ὦ ξυμβουλεύειν χέρσ' ἀπὸ: νοῦς δὲ παρά.

Mens præsens, sed abest consilium manibus.

Refertur ab Hephestione grammatico.

Prudentia & ingenium, nisi manus famulatrices sortiantur, inutiliter satagũt, contra robur, ingenii & moderatricis prudentię expers, amens fertur, omnia confundens. At utraq. si iungantur & in unũ coeant, inuictum reddunt, Eã ob caussam Ægyptii in Hieroglyphicis nautis Mercuriũ iuuenili specie seni astantem pingebãt innuere uolentes doctum & sapientem, nisi uires adsint, quæ grauis ætatis noïe designantur, nihil agere, quasi alterum sine altero inutile sit. Eadem de caussa Sphinx in templorũ vestibulis collocata apud eos fuisse legitur, sacrum symbolum combinationis coniugiiq; harum uirtutum, quando per ferę effigiẽ robur, per hominis prudentiam intelligi uellent, quæ coniũctæ, murus sunt inexpugnabilis, & (quod dici solet) Semiramidis mœnia, at disiunctæ prudentia sine uiribus, & uires sine prudẽtia, mole sua cadunt. Præclarum est elogium Mitridatis Pontici apud Velleium Paterculum, Consiliis dux miles manu, & Dictis Cretensis de Hectore testatur nunquam uires consilio potiores fuisse, & Pacatus Drepanus Theodosio id tribuit, qd dux sit consilio, miles exemplo, sic de Fauno Aboriginũ rege dixit Halicarnas. li. 1. ἀνὴρ μετὰ τῆς δρασηρίου καὶ σωφρονοῦς, uir pariter & impiger & cordatus.

Cerylus euadam.

Βάλλε δὲ βάλλε, κήρυλος εἶλω, facias licet, Cerylus euadam. Dictum istud uulgo iactari solere apud Dores annotat Euphronius & transcripsit Suidas, usum tamẽ adagii neuter explicat. Videtur autem falaciũ & libidinosorum dictum fuisse, qui nullũ mortis genus deprecentur, modo in uenere cupita & in mediis amplexibus animã efflare liceat, in voluptate summum bonũ statuentes, nam Cerylus (ita inter Alcedines mas uocatur) in coitu intermori scribitur, & senio defectus a famellis subuehitur. Non abludit ab adagio dictum Vespasiani in quendam Cerylum libertũ, ἐπὰν ὑποθανῆς αὖθις ἔσει κήρυλος. Postquam interieris, rursum fies Cerylus.

Melanurum Perca sequitur.

CITATVR parœnia ab Athenæo libro 7. incerto auctore, ἕπεται πέρκη μελανούρῳ, idest, Perca assequitur melanurum, Prouerbii usum non indicat, uidetur quadrare in prudentes homines & callidos, qui alieno periculo suis rebus cauent, aut ex uniusprotectione & sententia tori pendent, unum obseruant. Natum ex ingenio utriusque piscis, Melanurus ex ingenio utriusq. piscis. Melanurus ex re nomen habens quod cauda illi maculosa sit, imbecillus est (Oppiano teste) piscis, sed qui nauti nã debilitatẽ calliditate cõpẽsat, adeo ut uassas & retiũ finus facile eludat, unde ait.

Εξοχα γὰρ μελάνουρος ἐν ἰχθύσιν ἡ μὲν ἄναλκις

Η δὲ σαοφρονέων. hoc est,

Inualidus mire, at prudenter callidus idem

Squamosos inter pisces Melanurus.

Adagio viam aperit & Numenius in halieutico opere, Pereę ductorem Melanurum uocans.

Πέρκαισι καθηγεῖλω μελάνουρον.

Meminit huius piscis & Ouidius in halieutici

lieutici fragmẽto, Quin laude ſignis caudæ Melanurus. Itaq. fallitur ille dũ Melanurũ ſepiam Vertit, cum hi piſces nihil habeãt cõmune, toto genere diuerſi: nec minus, quod de improborũ ſocietate dici cõiectat, cũ ex Numenij verbis liqueat Melanurũ præuiũ Percarum agmini ducẽ ſe præbere, eaq. ut tutiores ſint, illum comitari.

Omnem lapidem nitidum adorantes.

De ijs, qui temere & ſine iudicio erga quouſque afficiuntur elegãs extat adagiũ apud D. Clemẽtem libro 7. ſtromatum: οἷ αὐτοὶ δ' ἔτι πᾶν ξύλον καὶ πάντα λίθον, τὸ δὴ λεγόμενον, λιπαρὸν προσκυνοῦντες. i. illi ipſi quoduis lignũ & quemlibet lapidem (quemadmodum dici ſolet) politum adorantes, loquitur de ſuperſtitioſis hominibus, quorum mentes prauitatis erroribus imbutas, numinis metus ita penitus perculit, ut ad quemuis uel facis uel ſulphuris aſpectũ illico inhorreſcãt. Trãs feretur uenuſte ad iudiciorũ moroſitatẽ, inuenias. n. quoſdam ita ſiniſtros eruditionis iudices, ut uerboſũ & uolubili lingua verborum aliquantum hinc inde conſarcinantem, non minore admiratione quã uirum ad miraculũ vſq. doctum ſuſpicant, & tantum non adorẽt: πάντα λίθον λιπαρὸν προσκυνοῦντες.

Sanguis & anima.

Αἷμα καὶ ψυχή, Sanguis & anima, pro uerbij ſpecie de re impenſe nobis grata & adamata effertur, tranſlatum ab animãtiũ rhoris quibus id in ore frequens eſt. Antiphanes comicus:

Τ' ἀργύριον ἐστὶν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτῶν.

i. Argentum & anima & ſanguis eſt mortalibus.

Citatur à Stobæo. Sanguis quia uehiculum & ſedes eſt animę, pro uita accipitur, qua nihil poteſt eſſe nobis dulcius.

Poſtes tranſcendere.

Υπερβάθμιον πόδα ῥίπτειν, hoc eſt, Poſtes tranſcendere, uel pedem iniicere tranſultoriũ, ſpecie prouerbij uſurpatũ inuenimus, pro incompoſite & extra modum in aliquam rẽ inuehi, immodiceq. ſe gerere. Suidas ex auctore incerto. μὴ δὲ ὑπερβάθμιον πόδα ῥίπτων καὶ τὸ λόγιον εἰς τὴν θεοσέβειαν ἀλλὰ μέχρι ὁρίζων ἑαυτὸν τῆς ἡλικίας ἄξια, γνησίῳ καθαρῷ συνειδότι μεταχειρίζων τὰ περὶ τὴν θεός. hoc eſt haud nimis alte uelut tranſcenſis poſtibus, iuxta prouerbiũ in religionẽ inſultans, ſed præſcriptis ſibi certis limitibus ętati ſuę congruis, cultum diuorum pura & ſincera cõſcientia adminiſtrãs. Vſus eo fuit & Ariſoteles alicubi & Aretas Cæſarienſis eps in Apocalypſeo explanatione, interptes uertit gradũ limẽq; excedere. Diuerſum à ſuperiori eſt βαθμηδὸν ὑπεράλλεσθαι, p ordine & quaſi p gradᵒ ulteriᵒ pgere. Athenęᵒ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ λέγειν θερμότητος πρὸς τὰ ἐπόμενα τῆς βίβλου βαθμηδὸν ὑπεράλλεται. i. Gradatim ad ea quæ proxime ſequũtur quodam dicendi feruore tranſilit.

Humeros licet perdas aquam incernendo.

Αν ὑπολῇς τὴν ὤμους ὕδωρ πίσσων, ὤμους ὕδωρ μένει. i. Quamuis humeros perdas aquam incernendo, aqua tamen manet. Citat adagium Suidas in collectaneis ſuis, & annotat quadrare in eos qui uanũ ſumũt laborem. Çrediderimus rectius competere in eum qui ingrato homini diligentem nauat operam, aut in præceptorem ſtupidi & indocilis diſcipuli, cui quicquid inculcãt, diffluit uelut in doliũ futile congeſta aqua. Quamquam uero uulgati codices habeant πίσσων, conſtanter tñ πίσσειν legendum autumamus, eſt enim πίσσειν contuſum hordeum pinſere cribroq; incernere, unde & πισσάνης, hoc eſt, ptiſanę uocabulum.

Scommata Dionyſiaca.

Διονυσιακὰ σκώμματα, i. Dionyſiaca ſcõmata, prouerbialiter dñr ſcurrilia conuitia quibus mores hominum flagellãtur & perſtringunt. Syneſius in Dione Praſiæo: νῦν μὲν βάλλοντι σωκράτει καὶ Ζήνωνα τῆς ἐκ Διονυσίων σκώμμασι, καὶ ἐπ' αὐτὴν ἀξιοῦντι πάσης ἐλαμνεῦσι γῆς καὶ θαλάσσης, i. Nunc inceſſenti Socratem & Zenonem dicterijs Dionyſiacis, eorumq; ſectatores terra mariq. proſcribendos mandãti. Suidas ex incerto auctore: ποτὲ μὲν βάλλων καὶ σκώπτων τοῖς ἐκ Διονυσίων σκώμμασι. i. Interdum conuitians & Dionyſiacis ſcommatibus debacchãs. Natum a pnim a licentia Bacchanalium feriarũ qui flagitijs & ſcurrarũ dicacitate perſtrepebant.

Biſrons Mercurius.

De ſimulati ingenij homine dicitur, q aliud

aliud coram in os, aliud auerſus loquitur. Nazianzenus ad Nemeſium: Αμφιπρόσωπος Ερμᾶς δίγλυφος οἷα. πρόσω τὸ μὲν, ἄλλο δ' ἔπισθεν. Qualis Mercurius biſrõs, aliud poſtrinſecus. Herme lapidei ligneiue cippi erant in biuijs triuijsq. erigi ſoliti, ad indicanda uiarum ferentium diſcrimina. Vlpianus in Demoſthenicam orationem quæ eſt aduerſus Leptinem, Hermas iſtos quadrangulos fuiſſe annotat, ſuprema parte Mercurij faciem pręſeferentes, inferius inſcriptiones uiarum oſtendẽtes. Thucydidis ſcholiaſtes i ſexto ſcribit quadratos & cubi formes poni conſueuiſſe, uelut ſymbola quædam rõnis & ueritatis inconcuſſæ. Alioqui & τριπρόσωπος ἑρμῆς apud Etymologici auctorem Triceps Mercurius, uiarum index legitur.

Cum Muſis certare.

Αμιλλᾶσθαι μούσαις. i. Cum Muſis certamen inire, dicetur prouerbialiter qui doctrinę quam callet indubitata certitudine, cauſæq. bonitate confiſus, cum doctiſſimo quoque congredi & in diſputationis palęſtram deſcendere non dubitarit. Galenus in fine libro primo, Therapeutices methodi: Αλλὰ καὶ παλαιὸν αὐλητὴν ὁ ἱερὸν, ἀμιλλάμενον ἐν τῇ μούσαις. Equidem antiquiſſimi tibicinis exemplo o Hieron, etiam cum Muſis concertarim. De Thamyra Thrace ſentit, ni fallimur, cui tamen peritię ſuæ confidentia parum proſpere ceſſit, orbitatis pœna uicto inflicta, unde hoc loco recte φιλόκαλον eum ut ambitioſum uocat Galenus: Non alieno hinc ſenſu σωκερχορδοκότας μούσαις, dixit Philon Iudęus literatos uiros, quaſi qui cum Muſis choros ductitarint.

Ilio indigna uerba.

Ιλιο indigna uerba dixit Euripides nõ ſine prouerbij ſpecie, uerba parum fortia & imbellem animum prudentia, ſic enim apud illum loquitur Menelaus, ſuadens Helenæ ut uitæ ſuæ conſuleret, habita utriuſque ſalutis ratione:

Ἀνανδρεῖ εἶπας, ἰλιόθ' ὐκ ἄξια. ideſt, Imbelle uerbum dixit, & haud dignum Ilio.

Fortia facinora in decennali potentiſſimæ urbis Troianæ obſidione à Græcis edita, ueterum ſcriptis paſſim celebrantur.

Ignem ſtipulæ admouere non tutum.

Proverbii faciem habet illud Nazianzeni.

Πῦρ ἐγγὺς καλάμης, ὐκ ἀσφαλές. ideſt, Ignem ſi admoueas ſtipulę, res plena pericli.

Iuuentus male creditur libidinum magiſtris, tenellę ætati nõ tutus eſt uinius, quod rudis illa ętas flammis exęſtuet indeardentioribus, quam Aetnæi crateres.

Durei equi ſpeciem præfert.

Δυρείᾳ τινὸς ἵππῳ εἰκόνα σώζει. Durei cuiuſdam equi imaginem ſeruat, Dici põt de homine multifarijs & diuerſis inter ſe uitijs obnoxio. Clemens li. 2. Stromatum de Baſilide loquẽs ſtatuente paſſiones animi ſpiritus quoſdam rationali animi annexos: γυῶ δὲ, inquit, τοῦτο μόνον παρασημειωτέον ὡς δυρειᾷ τινὸς ἵππῳ καὶ ποιητικὸν μῦθον εἰκόνα σώζει ὁ κατὰ βασιλεῖδην ἄνθρωπος, ἐν ἑνὶ σώματι τοσούτων πνευμάτων διαφόρων στρατὸν ἐγκεκολπισμένος. hoc eſt, Id ſolum nunc obſeruandum, quod Durei equi ſpeciem quandam obtineat, iuxta poetarum fabulam, Baſilidæ, homo, uno in corpore tot diuerſorum ſpirituum exercitum in aluo incluſum habens. Dureo equo ligneo ab Epeo fabricato, multos Græcorum proceres fuiſſe incluſos, ex hiſtoria notum eſt.

Agaſonem uincit.

Νικᾷ τὴν ὀγκλάτιν, ideſt, Agaſonem uincit, Adagium oſtendit eſſe Suidas in refractarium hominẽ qui monẽtis uerbis obaudit, ſeq. in præſens diſcrimen aut exitium conijcit. Originem adagij non commonſtrat: ac proinde ſine teſte non auſim quid quam comminiſci.

Coturniculæ animus.

Ορτυγίου ψυχὴν ἔχειν, hoc eſt, Coturniculę animum habere; prouerbio dr̃ homo puſillanimᵒ & formidoloſus. Antiphanes Comicus in Ruſtico apud Athenęum:

Σὺ τί ποιεῖν δυνάσαι ὀρτυγίου ψυχὴν ἔχων, ideſt,

Tu quid facere uales coturniculę animo præditus?

Acceſſorium operis loco.

Παρέργον ἔργον ποιεῖσθαι, i. Acceſſorium in opus commutare dicuntur, qui plᵒ collocãt operæ in negotio leui, qđq. obiter ĩ transcurſu

transcursu delibandum erat, quam in primario ꝓcipuoq; instituto. Galenus initio libro primo de naturalibus facultatibus εἰ δὴ τούτους ἐκτραπόμενος ἐλέγχοιμι, μεῖζον ἂν μοι τὸ πάρεργον τοῦ ἔργου γένοιτο, ꝙ Thomas Linacer cõmode ita uertit: Ergo si ad hos refellẽdos digrediar, plus operæ in accessorio, q̃ in ꝓposito summã. Plato. in epistol. ἵνα μὴ πάρεργα ὡς ἔργα μοι ξυμβαίη λέγομενα. i. Ne accessoria, uice operum nominari mihi cõtingat. Polybius histor. οἱ δὲ πολλοὶ τὰ μὲ ἔργα τῶν δὶ τυχόντων ὑπειρώνται μιμεῖσθαι, τὰ δὲ πάρεργα ζηλοῦντες, ἐκδεαστείζουσι ἑαυτῶν ἀκρασίαν. i. Pleriq. homines facta magnatium imitari negligunt, at ꝑmulando accessoria nihil ad rem facientia, suam ipsi produnt stultitiam. D. Clemens libro 5. ex Agathone Tragico, duos senarios adducit: ὅπως μὴ τὸ τῆς τραγῳδοποιοῦ.

Ἀγάθωνος παθωμὴν καὶ αὐτεῖ,
Τὸ μὲν πάρεργον, ἔργον ὡς ἡγουμένοι,
Τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονημένοι,

hoc est, Ne impingamus & nos in illud Tragici Agathonis

Operis loco ducentes accessorium:
Inq; opere satagentes ut accessorio.

Quos versus recitat & Athenæus libro quinto, Greg. Nazian. elegãtissime eo vsus est in funebri oratione in Basilium dicta, de Saule loquẽs: βασίλειαν δ' ἔρατο μεῖζον τοῦ ἔργου τὸ πάρεργον ἐμπορευσάμενος, i. Saul paternos asinos inuestigãs, regno potitur accessoriũ ipso instituto negotio maius nactus: Idem in carmine:

Ἔργον πάρεργον ἀδαμῶς ἔργον λέγω. i.
Extrarium negotium, haud opus uocem.

Nõ otiosum fuerit huc ascribere Prioris Græci monachi dictum, qui interrogatus cur obambulando cibũ sumeret respõdit: ὅτι βούλομαι τῷ βρώματι ὡς ἔργῳ χρήσασθαι, ἀλλ' ὡς παρέργῳ, i. Quia nolo cibo uti tamquam opere, sed tamquam operis accessorio.

Achaicum telum.

Ἀχαϊκὸν βέλος, i. Telum Achaicum dicitur telũ habile & quod apte collineat. Coniecturam alicuius artificiosam & pulchre scopum attingentẽ, aut scomma adposite mores cuiuspiam perstringens, licebit præmiace uocare βέλος ἀχαϊκόν, Citatur à Suida. Apparet autem fuisse telum funditoribus gentis Achaicę peculiare, aptum cum primis in obsidione.

Herculis cornu.

Ἡρακλέους κέρας, i. Herculis cornu, de affluentia bonorum omnium prouerbialiter dicitur apud Dionem Chrysostomum oratione secundo de Fortuna ibi: τοῦτο ἰῶ ἄρα καὶ χρυσοῦ γένος, καὶ νῦν σοι μα κάρων τινὲς αὐτοματὰς ἔχουσι τροφὰς, καὶ ἡρακλέους κέρας καὶ κυκλώπων βίος. i. Illud ipsum fuit & aurem sæculum, & fortunatæ dictæ insulæ sponte sua proferẽtes alimentorum genus omne, & Herculis cornu, & Cyclopum uictus. Adagium mere idem cum Amaltheæ cornu de cuius origine quia uaria & auctoribus & prorsus diuersa prodi videmus, non lusurum me operam putaui si in studiosorum gratiam philologia hac accessione per me adiuuaretur: vnde elucesceret ratio cur Herculis cornu dicatur. Helenius Acrõ & Porphyrion grammatici in illud Horatij Odarũ libro primo. Hinc tibi copia Manabit, ad plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu. referunt adagij natalem ad cornu Fortunę quod Acheloo detractum victor Hercules Fortunæ donasse perhibẽt, de quo ita Dion Prusiæus: οἱ δὲ τὰ κρείττω γράφοντες τὸ τῆς ἀμαλθείας κέρας ἔδοσαν σέρας πλήρες καὶ βρύον τῶν ὥρας, ὃ ἐν μάχῃ ἡρακλῆς Ἀχελῴου ἀφέῤῥηξε. idest, Qui ueritati magis consona pingunt, dant Fortunę cornu Amalthææ refertũ oigenis fructibus ꝙ in conflictu Acheloo defregit Hercules, subijcit post, τὸ δὲ τῆς ἀμαλθείας (ita. n. legi dẽt) loco ἀμελείας, q̃ vox icuriã denotat κέρας μηνύει τῶν τῶν ἀγαθῶν δόσιν τε καὶ εὐδαιμονίαν, hoc est, Amaltheę cornu indicat bonorum largitionem & felicitatem. Eustathius in cõmentarijs Dionysij Afri paullo aliter fabulãt, Acheloũ uidelicet ꝓ lęuo cornu ꝓ Herculẽ cõminuto Amaltheæ cornu muneris loco illi rependisse, cuius beneficio bonorũ omnium affluentia utenti suppetebat, quam fabulã ita sanant quidam dictitantes, Herculem cunctos ubiuis gẽtiũ mortales sibi beneficio deuincire uolentem, cum intellexisset Acheloum fluuium errabundis flexibus magnam Aetoliæ partem lãcinare, atq. ita uarijs fossis, aggeribus, alueorũq; clicibus regioni iniurium, uim quodammodo adhibuisse, & ad moderationem reuocasse superuacuos annis cursus eaq; cultura feraciorem agrum reddidisse: qua ratione sinistrum fluminis cornu incompositis sinuosisq; anfractibus inutile atq; incolis infructuosum, tractabile ac commodum præstiterit: Atque ista esse Acheloi cornua exponunt, superatam & compressam amnis iniuriam, & repositam fœcunditatem. Palephatus narrat Herculem aliquando Thespijs Bœotiæ oppido commoratum fuisse apud fęminam liberalis formæ, cui Amaltheæ nomen fuerit, proposito Iolai nepotis hospitio, quod cum iste iniquius ferret, cogitaretq; peculium omne quod in cornu bubulo illa asseruabat in vsum Herculis, si quid emptitaret, furto auferre. factum est ut socij peregrinationis dicerent, Herculem habere cornu Amaltheæ, unde promeret affluenter ea omnia quæ ipsi forent usui. Alii hanc ipsam Amaltheam anum faciunt ex mercimoniis opulentam, & quæ pleramq; pecunii sortem è diuenditis mercibus contractã includere in cornu ab eius nomine nuncupatum consueuerit, quod quia pecuniis refertum Hercules abstulerit splendidè inde victitans, prouerbialis sermo increbuit, ex Amaltheæ cornu cũcta bona Herculi suppetere. Fuerũt & qui aliam commẽti sunt fabulam fuisse in Lybia ditiunculã supra modum feracem, forma loci bubulo cornu non absimili à fęmina nomine Amaltheam possessam, a cuius singulari fęcũditate fructuum genus omne copiosissimo prouẽtu affundentis, natam paroemiæ originem autumant. Callimachi scholiastes Græcus, Amaltheã caprã, q̃ Iouí lac ꝑbuerit, scribit ex altero cornu ambrosiam fundere, ex altero nectar, creditam fuisse. Theon Alexandrinus in Aratæis commentarijs annotat Capram istam mulierem fuisse Arcadicam, Iouis nutricem, Iouemq; alumnũ bẽneficij memorem, nutricis mortuę pellem complicatam sibi circumposuisse, ac inter astra retulisse, eamq; esse Amaltheam, Parmeniscus ait Melisseo Cretæ regi Alumnũ fuisse datum Iouem infantem, cuius filiæ Dodonides cum lacte carerẽt, illum caprã geminos hœdos enixam puero adhibuisse, nomine Amaltheam, quę eum educauit, eiusq; fęcunditatem prouerbio locum dedisse. Musæus (hunc enim fabulæ auctorẽ citant Hyginus & Bassus Aratæi commentarii auctor creditus) tradit Iouis nutrices Themidem & Amaltheã nymphas ab Ope matre delectas fuisse, ac postremam Amaltheam in deliciis habuisse capram incredibili lactis copia scatentem, cuius ille vbera suxerit. Diodorus Siculus Bibliothecæ libro quarto refert Hammonem Libyæ partis regẽ virgini præstãti forma Amaltheæ dictæ stuprum obtulisse, procreata ex ea sobole, ipsamq; propinquæ oræ præfecisse, quæ quod bouis cornu speciẽ imitaretur, occiduũ cornu nuncupata sit & Amaltheę cornu, quod vineis & fructiferis omnis generis arboribus abundaret, posteris eam appellationem transferentibus ad optimam & primæ feracitatis terrã. Hactenus de origine Socrates (ut Ioannes Stobæus cõmorat) Amaltheæ cornu dicebat esse Symbolũ industriæ & sedulitatis, illinc enim omnia manare bona illi, qui μάλθων, hoc est, ignauus & socors non pergat esse: Cornu namque bouis animalis laboriosissimi, operarium significare: uuas & alios fructus quibus cornu scateat, indicare affluentiam bonorum ex agricultura prouenientium: Cornu autem illud à bono Genio & Fortuna bonorũ largitrice, utrimque sustineri uolunt. Philemon Comicus per iocum Amaltheæ cornu pecuniam esse ait, cuius hi leguntur senarij:

Τὸ τῆς ἀμαλθείας δοκεῖς εἶναι κέρας,
Οἷον γράφουσιν οἱ γραφεῖς, κέρας βοός.
Ἀργύριον ἐστί, τοῦτ' ἔαν ἔχῃς, λέγε,
Πρὸς τοῦ τ' ὀβόλει, πάντα σοι χρήσεται, i.
Tunc illud esse cornu Amaltheæ putas,
Cuiusmodi pingit pictor, cornu bouis?
Argentea est moneta, quam qui possidet,
Huic copiosè pro uotis cuncta affluunt.

Phocylides agrũ cornu Amaltheæ accipit ꝙ ad uictum necessaria & sustinendę uitæ alimoniã suppeditet, eo uersu: Ἀγρὸν γάρ τε λέγουσιν ἀμαλθείης κέρας εἶ). Phociõ Peripateticus lib. scripsit multa uariaq; historia refertũ, iscripsit κέρας ἀμαλθείας teste Gellio. Philostratus de Dione: Δίωνα τῶν φυσιείων, ἐκ οἷ δ' ὅτι χρὴ προσειπεῖν, διὰ τῶν πάντα ἀρετῶν, ἀπαλθείας γὰρ κέρας ἰῶ τὸ τοῦ λόγου. i. Dionem Prusiæum haud scio quo nomine compellabo, ꝓ mirificam in omni genere præstantiam, erat enim iuxta prouerbium Amaltheę cornu.

Lemnius obtutus.

Λήμνειον βλέπειν, i. Lemnium obtueri, de tru-

de truculento & quasi igneo aspectu prouerbialiter dici ostendit Eustathius Iliad. primo & exponit: δεινὸν καὶ πυρῶδες βλέπειν. Lemnii homines efferri & immanes ferebantur, qui natos sibi ex Atticis feminis liberos nefarie trucidarunt, teste Herodoto: unde & Lenia manus pro, sanguinaria & Lemnium malum, de insigni & ineuitabili malo natũ est. Citatur ab Hesychio, addita caussa, quoniam Lemno inuentus sit ignis. Quid? quod primi ferrarias officinas, fabricatis exitio mortalium & ad cædes repertis telis, instituerunt, qua de caussa & Sinties a nocendi argumento nuncupati fuere.

Cum Protogene mortuo bellum gerit.

Bellvm cum Protogene mortuo gerere, prouerbiali figura dicitur qui in mortuorum scripta inuehitur, mortuorum manes conuitiis impetit, aut quomodocũque, illis iniurius est. Extat apud Aul. Gellium libro 15. ca. ultimo. Demetrius Poliorcetes cognomento dictus a solertia machinarum oppugnandis urbibus repertarum, Rhodum obsidens, incendio statuerat abolere ædes extra urbem, in quibus asseruabatur pulcherrimi operis imago, a Protogene illustri pictore facta, quod eam hostili urbi insideret, re intellecta Rhodii legatos ad eum mittunt cum his uerbis: Petimus, consideres, ne turbe tibi sit, quia non potueris bello Rhodios uincere, bellum cum Protogene mortuo gessisse. Huc spectat Philostrati Lemnii dictum quo Aelianum repercussit, qui accusationem cuiusdam retro tyranni scripserat. Laudarem, inquit, institutum tuum si uiuum accusasses, uiuentem namque tyrannum incessere, uiri esse duco, at mortuo insultare cuiusuis. Græce ita sonat: εἰ γὰρ δὴ τὸ μὲ ζῶντα τ τύραννον ἐπικόπτειν, ἀνδρὸς τὸ δὲ ἐπαμβαίνειν κειμένῳ παντὸς. Eodem sensu Plancus fregit calumnias Asinii Pollionis, qui orationes meditabatur à morte Planci edendas, ne respondere posset, dictitans, Cum mortuis non nisi laruas luctari, quod a Plinio in præfatione Naturalis Historiæ inscripta relatum est. In hanc sententiam trahi potest illud Epigramma Græcum.

Βάλλετεν ὦ μετὰ πότμον ἔμοι δέμας, ὅτι καὶ αὐτοὶ
Μικρῦ σῶμα λέοντος ἐφυβρίζουσι λαγῳοί.
i. Nũc post fata meum telis configite corpus,
Audet exanimum lepus infestare leonem.

Mercurij catena.

Ερμαικὴ σειρά, i. Mercurii catena, adagiali specie usurpatur ab Eunapio Sardiano de inuictæ eloquẽtiæ homine, qui quo uelit linguæ lenocinio auditores rapere & trãsducere possit. Sic. n. ait: ὁδὲ πορφύριος ὥσπερ ἑρμαικήτις σειρὰ καὶ πρὸς ἀνθρώπους ὅπῃ ἐθέλοι διὰ ποικίλης παιδείας πάντας ἐς τὸ ἄγνωστον καὶ καθαρὸν ἐξηγγελκέν. i. at Porphyrius uelut Mercurialis quædam catena in lucem protulit, uariæ doctrinæ beneficio. Notum est de Herculis Ogmii catena auribus hominum inserta, qua eos circumducebat, ex Luciani opusculo: Herculem uero eundem cum Mercurio existimauit religio Druidarum, & Aegyptiorum schola.

Vt egeni eruum.

Οπερ τοῖς σίτου ἀπόροις, οἱ ὄροβοι. id est, Id quod in frumenti inopia, eruum: adagii usus erit cum significare uolumus, boni consulenda esse qualiacumque sint deteriora, ubi non adsit meliorum copia. Glandium esus mortalibus fuit gratissimus, ante repertas & a Triptolemo commostratas Cereales fruges. Solet autem usuuenire famis tempore, aut ubi frumentum deest, ut legumina quæuis, uiciam, lentem, eruum, aliaque χέδροπα in uictum commutet uulgus, ad placãdã esuriei iniuriam & sustinendam uitam, ubi cętera deficiunt necessaria. Philostratus in Nicete: ἀλλ' ἀπορία γυναίων σοφιστῶν ἐπωνυμάσθησαν τοῖς ἐφ' ἑαυτῷ ἕλλησιν, οὐ πω πρόπον τοῖς σίτου ἐπορῶσιν οἱ ὄροβοι. i. Inopia præcellentium doctorum, in pretio fuerunt habiti a Græcis ea tempestate, quemadmodum eruum magni fit apud illos qui frumenro earent.

Priusquam pinsueris, farinam subigis.

Πρὶν ἢ πίσαι, τὰ ἄλφρα, subaudi πάσεις, i. priusq̃ pinsueris, farinã subigis aut maceras.

maceras. Dicitur in homines præposteros, qui peruerso ordine, quod postremo factum oportuit, primum omnium faciũt. Præpostere agit qui subigere tentat, priusquam triticum a glumis separetur & pinsatur. Eustathius in decimum sextum Odysseæ perperam legens, πρὶν ὀπῆσαι, quod sonat, Priusquam assaueris occasionem labendi dedit lectionem eius secutus minus uenustam minusq; explicitam. Simile isti adducit Suidas, & ex eo procul dubio Eustatio mutuato tale Prouerbiũ: πρὶν ἢ τοῖς ἰχθῦς ἁλοῖν, σὺ λῶ ἅλμῳ κυκᾶς, i. Ante captos pisces mare agitas, aut salem aquæ misces, Quod conuenit in præproperos homines, qui locuplete spe præcipiũt futuram adhuc uictoriam.

Nondum incurnam ceruicem. Iuppiter habet.

Extat inter Tyrtæi poemata quæ admonitoria ad bellicam uirtutem Spartanæ iuuentuti scripsit, prouerbialis uersus. Θαρσεῖτ, ξείνω ὡς αὐχένα λοξὸν ἔχει. i. Animo cõstanter habete, Iuppiter haud dum etenim colla retorta gerit. Quo uti licebit apud deiectos animos & facile cõstenratos, quos in rebus duris durare se & confirmare admonebimus. Metaphora translata a supplicibus & depressa mente prædiris, quos incurui ceruicos Pacuuius uocat, quo spectant & uersus de seruitute apud Philonem:

Οὐποτὲ δ' ἐλείη κεφαλὴν ἀθέα πέφυκεν,
Αλλ' αἰεὶ σκολιὴν αὐχένα λοξὸν ἔχει. h. e.
Haud solitum est seruile caput se attollere rectum:
Semper at obliquum colla retorta gerit.

Thmuitarum hircus.

Θμυϊτῶν τράγος, Thmuitarũ hircus, de mulieroso homine, in quem adhinniunt quodammodo scorta, ad unius nutum parata, D. Clemens in Protrepticolo quens de Apolline nobili insessore, qui amicas multas habuerit, inter quas commemoran tur, Æthusa, Arsinoe, Zeuxippe, Prothoe, Marpissa, & Hypsipyle, ἐνεπίμπλατο γᾶν, inq., γυναικῶν ἀκήπλον ἢ αἰγῶν ὁ Θμυϊτῶν τράγος, idest, Mulierculis ad satietatem se expleuit nõ paucioribus q̃ capris Thmuitarum hircus. Est autem Thmuis oppidũ Ægypti Stephano teste, Eusebius & Nicephorus Philæ meminerunt Thmuitarũ episcopi uiri sanctissimi. Nemini uero dubium est, singula Ægypti oppida peculiaria habuisse olim numina animalia, quib. diuinos faciebant honores, Tentyritę accipitrem, Combitæ crocodilum, lupum Lycopolitani, canem Bubastii, ouem Saitæ, capram & hircum Mendesii, hircũ Thmuitæ colebant, cui uerisimile est, capras votiuas uictimas & donaria sacra offerebant affatim: Itaque gaeconem insignum aut notæ famæ męchum pluribus abundare feminis dicemus, quã olim capris Thmuitarum hircus.

Ventos pascere.

Ανέμους ποιμαίνειν. i. Ventos pascere, hoc est instar ouium agere dicitur qui inanem sumit operam, nihil operæ pretii faciens, D. Clemens lib. 1. Stromatum. οἱ δὲ ἐρεῖ δεται ἐπὶ ψεύδεσιν, τοῦτος ποιμαίνει ἀνέμους, καὶ διώκει ὀρνέα πεπτωτά, i. Quĩ mẽdaciis innititur, is uento pascit & uolucres aues persequitur.

Tenedia regula.

Τένεδιος κέραμος, i. Tenedium fictile, Prouerbiali schemate dicitur de re fragili, & in qua cõtrectanda magna opus sit religione. Dion Chrysostomus oratione 42. χεδὸν ἓν παρὰ πλήσιον πεπόνθασιν οἱ ἐμοὶ λόγοι τῷ κεράμῳ τῷ τενεδίῳ, καὶ γὰρ ἐκεῖθεν πᾶς μὲ ὁ παραπλέων ἐμβάλλεται κέραμον, τ δεῖς ὑγιῆ διακομίζει ῥαδίως ἀλλὰ πολλοὶ σαπρὸν ποιήσαντες, ἢ σωπρὲ ψαύσες, ὀστρακα ἔχουσες χανθάνουσι αὐτὲς. i. Idem propemodũ meis orationibus accidit, quod fictilibus Tenediis: illuc. n. qui præternauigant aduenæ oẽs, manũ fictilibus immittunt, nemo aũt fere integrũ perfert, sed pleriq. omnes ea uel atterẽdo, perfringunt, uel collidunt, ignorãtes testacea sese tractare. Loquitur de suis scriptis, quæ cũ omnibus in ore essent, multi libere de industria uerba immutabant, uel ne memoriæ lapsum proderent, uel etiam in uiti quibus nihil esset peculii, unde librũ compararent, atque uerbatim ediscerent. Transferri potest pro uerbium ad orationẽ aut carmen, in quibus qui immutare & liberius transponere verba conatur, is facile impingit, vt aut orationis, vim eneruet, aut sanguinem deducat, aut cursum frangat,

Anxietate summa & sollicita cura hic opus est, quod interdum unica syllaba immo litera momentum omne trahat.

Agrestibus holeribus uiciniat.

De homine sordido, qui suum defraudat genium, dictum est illud Pherecratis Comici in fabula cui ἀγρίοις nomẽ, ἐν θρύσκοισι καὶ βραχάνοις καὶ σροβίλοις ζῶν, ὁπόταν δ' ἤδη πεινῶσι σφόδρα, ὡς περὶ τοῦς πολυπόδας νύκτωρ ἐκτρώγειν ἐντοὺς τοῦς δακτύλους, i. Agrestibus holusculis ac carduis uiuere, cumq; uehementer esurienti, polyporũ instar noctu digitos intus, arrodere. Apud Athenæũ male legitur pro ἐν τοὺς, ἐν τῷ & θρύσκεσι, pro θρύσκοις. Sũt aũt θρύσκα & βράκανα teste Hesychio, ἄγρια λάχανα, agrestia quædã holera, σρόβιλοι uero cardui species. Põt etiã dici de homine egeno qui omnis subsidii expers ad inhumana edulia adigitur. Porro quoniam istiusmodi holera difficulter eluũtur, hinc Cratinus Comicus δυσβράκανον proueribialiter dixit, quod intellectu arduũ est, & ingenio ægre consequi quis possis.

Leporem frondium crepitus terret.

Gregorius Nazianzenus in Distichis sententiosis:

Φύλλων λαγῳοὺς ἐκφοβοῦσιν οἱ κτύποι,
Ἀνδρὰς δ' ἀνάνδρους αἱ σκιαὶ τῶν πραγμάτων, i.

Lepus fragore territatur frondium,
Vmbræq. rerum timidulos terrent viros.

Arduus & infractus animus nõ commouetur rebus aduersis & reflãte fortuna, neque periculi tempestas illum aut honoris aura umquam de suo cursu uel spe uel metu depellit.

Æqualia reddere capita in pugna.

Nazianzenus sũ funebri oratione Basilio Magno dicta, καὶ τὸν παρ' ἐμαυτῷ ῥοπὴν χαριζόμενος, ἴσας ὑσμίνῃ τὰς κεφαλὰς, τῷ τῶν λόγων κατέσησα. i. Addito a me subsidii momento, æqualia in cõflictu capita, iuxta prouerbiũ, ut essent, effeci. Quadrabit cum quis disceptantibus arbiter datus, nunc hũc, nũc illũ auxiliaribus argumentis suppeditatis sustinet in æquilibrio quodam contentionis, nam parua accessio in tali pugna, ἑτεραλκέα γίκλων. idest, uictoriam alterutro declinantem tribuere potest. Locus uidetur desumptus Homero Iliad. undecimo, ubi Græci pariter & Troiani pari Marte depugnantes neutro alter nãte victoria ἴσας δ' ὑσμίνῃ κεφαλὰς ἔχον. hoc est, æqualia in duello capita habebant.

Bubulcus antea, nunc caprarius.

Βύτας μὲν ἐλέγου, νῦν δ' αἰπόλῳ ἀδρὶ ἔοικας, i.

Caprigeni gregis es ductor, paullo ante bubulcus.

Theocritus Idyllio primo. De iis qui in peius degenerant, ab equis, quo dicitur, ab asinos: uel qui personam sustinere nequeunt aut tueri, quã præseferunt, vel qui placidos mores in asperos commutant, humani prius & mites, nunc crudeles & efferati, denique ex Mitionibus Demeq. Natũ uidetur a boum & caprarũ ingenio, quod processu tẽporis bubulci caprarijq; in cõsuetudinem rapiunt, animantiumq; istorũ mores imitantur. Boues ut sunt placidi & mansueto ingenio, ita & eorum magistri: contra caprarij salacitate & intractabili feritate capras æmulari creduntur contagione in naturam abeunte.

Aeolisare.

Αἰολίζειν, pro circumscribere & decipere inter prouerbiales uoces a gentiũ moribus ductas, refertur eo quod Æoles ut impostores & fraudulenti traducebãtur, quã quam & a uariegatione efficta dictio uideri potest, id. n. αἴολον significat, & mendacia uerborum fuco uariari solent, quemadmodum ueritatis simplex est gratia. Hierocles Alexandrinus cuius in aurea Pythagoræ carmina scriptũ extat, μὴ δ' αἰολίζε τοῦτα, id est, Neq. in his rebus imponas aut fraudem facias. Hinc apud Theocritum Αἰολικόν τι δῶρημα, miraculum Æolicum legũt quidam pro ἀταυτηλόν, ἐκπληκτικὸν καὶ ποικίλον, fraudulentum & uarium.

Cum Euandri matre loqui.

Proverbiali specie dictũ est illud ab A. Gellio noctiũ Atticarum lib. 1. Tu autẽ perinde quasi cum Euandri matre nunc loquare, sermone abhinc multis annis iã desito veteris Hominem antiquariũ, qui priscæ ætatis uocabulis obsoletis uti gaudet, & Apuleianæ dictionis delicias iã desitas, in usum

in usum reuocare frequens insistit, cum Euandri matre loqui non inuenuste dicemus, quo spectat Phauorini philosophi admonitio ad adolescentem priscarum uocũ cupidissimum. Inauditum atque insolens uerbum tamquam scopulum esse fugiendum. Euandri vero Arcadis, qui ob fortuitam fratris cędem extorris patria in Latiũ descendit, ibiq. sedem firmauit, mater fuit Nicostrata proprio nomine, ab alijs Themis quoque dicta, Plutarchi testimonio, quoniam fatiloqua habebatur, unde & à carminum oraculis Carmenta fuit appellata. Non abludit hinc illud apud eundem auctorem libro decimo sexto cap. 10. Ego uero dicere atq. interpretari hoc deberem si ius Faunorum & Aboriginum didicissem: quasi diceret, si uocabula uetera & primis Latij incolis usitata didicissem. Aborigines autem ab Euandro Arcade literas accepisse primum refert Cor. Tacitus, Annalium libro 11. Aborigines ante repertum papyri usum extitisse & scripturæ loco incisis lignorum taleolis usos fuisse cõstat, unde Symachi illud, Mallem Aboriginum more dictionem salutis alternæ ligno corticibus scribere.

Alba linea.

Alba linea fieri dicitur quod simpliciter fit, & absque varietate quãdam picturata. Au. Gellius libro 20. cap. ult. Multa & uaria lectitantes in quas res cumq; inciderent alba (ut dicitur) linea, sine cura discriminis, solam copiam, sectati conuertebant: quo loco copiam pro multitudine sola intelligimus, non autẽ pro variatione dictionis: Translatio à tabulis monochromatis, ubi nulla pigmentorum uarietas oculos satiare potest.

Puteus, si hauriatur, melior euadit.

Apparet prouerbium esse uetus quo in Epistola ad Eustathiũ medicũ vtiẽ Basilius: καὶ γὰρ τὰ φρέατα φασὶν ἀντλούμενα βελτίω γίνεται, Etenim putei (quod aiũt) si hauriantur, meliores euadunt. Ferrum si exteratur nitescit: aqua pigra si moueatur nihilo fit deterior, & ingenium adolescẽtis quo magis excolas exerceasq. hoc fit pẽstãtius, usus est & D. Clemẽs li. 1. Strom. τὰ φρέατα τὰ ἐξαντλούμενα, δισσότερον ὕδωρ ἀναδίδωσι, καὶ τὸ σίδηρον ἡ χρῆσις καθαρώτερον φυλάσσει, i. Puteus exhaustus limpidiorẽ reddit aquam, & ferrũ vsus puriorẽ seruat. Philon Iudeus lib. De gigantibus: πολλάκις δὲ καὶ πρὸς τὸ ἀμεινον ἐπιδίδωσιν, ὥσπερ φασὶ τὰς ἀπαντλουμένας πηγὰς, καὶ γὰρ ἐκείνας λόγος ἔχει τόδε μᾶλλον γλυκαίνεσθαι. i. Sæpe etiam melior euadit, quemadmodum perhibent fontes, si hauriantur: hos etenim tunc dulcescere magis uulgaris opinio est.

Otius & Othus.

Ὠτοῦ, idest, Oti dicuntur prouerbij specie uecordes homines stulteq. gloriosi: χαυνοὶ καὶ κενόδοξοι, ut ex Aelio Dionysio annotat Eustathius ab auicula Oto, q̃ Asionem Latini nominant, quo gesticulabunda & ad laudes suas substiltabunda, eo modo capitur. Idem Odysseæ. λ. ὠτῶν uocari dicit qui facile quauis in re circumueniunt, ac præcipue qui se patiuntur dictis facile protelari, argumentis quibusuis improuide assentientes, nihilq. curiosius expendentes, eius hæc sunt uerba: οἱ ἐκ μόνης ἀκοῆς ἀπερέργων καὶ ἀνεξετάσως ἀπάτῳ παχυνθέντες. Auiculam hanc stolidã esse facileq. decipi annotat Etymolog. auctor, de qua ita Aristoteles, Otus noctuæ similis, circa aures alarum quandam similitudinem præfert. Verum Othus pro fastuoso homine & qui gradus (uti Plautus loquitur) grandit, prouerbialiter dici potest, aperiente huic rei uiam Marcellino libro 22. ubi inquit. Grandiaq. incedens tamquam Othus & Ephialtes, quorum proceritatem Homerus in immensum tollit. Fabula de Otho & Ephialte Aloei filijs ex Homeri Iliad. 5. nota abunde est, qui maiora uiribus aggressi, cœlumque aggestis temere montibus inuadere adorti, de iecti occubuerunt: fabulantur autem illos quolibet mense nouem digitis excreuisse, Heginio teste:

Cælaturam olet.

Γλυφάνου ὄζειν. Scalprũ aut cęlũ olere dicitur quod recenter fabricatum est. Theocritus idylio primo de poculo tornato recẽter: Νεοτμήτου ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον. Quod natum nuper redolet cęlamina scalpri. Transferri poterit ad librum recẽs ab aliquo conscriptum & è prælo profectum aut ad carmen nuperum quod sub incudẽ nõdum reuocarit auctor. Sic induciæ quę non diu durauerant in bello nauali apud Aristoph. Acarn. ὄζουσι πίσσης, Picẽ olent,

propter triremium aliarumq. nauium bellicum apparatum, quę pice illitę nuper ad belli procinctum paratæ fuerant.

In Pisa animum confirma.

QVOTIES animum alicui addere uolumus ad disceptationem, aut eum in contentionis studio, quod ἀγῶνα Græci dnt, confirmare ne labascat aut animo concidat, prouerbij huius usus erit, quod apud Synesium in Caluitij encomio exstat: πήρησον ἐν πίσῃ φασὶ, καρδίαν. i. in Pisa animũ (quod aiunt) confirma. Vbi auctor ille ob caluitij deformitatem offensus, seipsum durat animatq; ne ea re commoueatur. Solebant apud Pisam Elidos urbem, quolibet lustro certamina, Olympia dicta, maximo Græci conuentu celebrari, in quibus decertaturus ad gloriæ immortalitatem parandam, præsentem animum ac fortem sumere debebat.

Cubitis adolescere.

Πήχεσιν αὐξάνεσθαι. i. Cubitis adolescere aut incrementum capere prouerbiali tropo dicitur, qui in re quapiam aut arte magnos & repentinos profectus facit. Eunapius Sardianus de maxima loquens: πήχεσι δὲ ἐπὶ πάσαν σοφίαν αὐξόμενος. idest, Per cubitos ad omnigenam eruditionem prouectus, aut excrescens. Ita diuitem repente ingentibus opibus ditatum: πήχεσιν ἐπὶ πλοῦτον ἀμήχανος αὐξηθέντα. idest, per cubitos in immensas opes adultum dicemus. Natum à Gigante quopiam, quem singulis mensibus cubito increuisse fabulæ loquuntur: quin & Antęum Libycum in sexaginta cubitorum altitudinem excreuisse, ut ueterum memoria prodidit scripsit Plutarchus in Sertorio. Ad hanc adagij formulam, efficta est etiam illa Philostrati in Iconibus: δωματὸς ὑπόφαυσις, καὶ τετραπήχεις ἐκ μικρῶν. i. Prętualidos efficit & ex pusillis quadricubitos: & illa Cratetis Comici in Lamia: ἐπὶ πεπήχη θεσσαλικῶς τετμημένα, i. Tricubitalia frustra carnis Thessalico more dissecta: Prodigiosę magnitudinis significationę hęc & Philoxeni Cytherij gulosissimi uotum apud Machonem Comicum, qui optauit πεῖν ἔχειν τὰ λάρυγγα πηχέων, i. guttur tres longum cubitos. Aristophanes quoque proceros designãs, πεντεπήχεις inquit, γιγαντιαίους. idest, quadricubitos & strenuos. Citatur & hoc mõ adagium, κατὰ πῆχυν ἐπιδιδόναι. i. Cubiti spatio increscere. Suidas ex incerto, ut solet, auctore: ὁ δὲ φιλόσοφος ἀνεμπόδιστος εἰς ἐπίδοσιν διετέλει, καὶ ἐπεδίδου κατὰ πῆχυν, ὡς φάσκειν, ἀπὸ τεχνῶν ἀρχὴ τοῦ παντὸς δυσυχήματος. i. Philosophus liberaliter egogare pecunias non delitit; crescebatq; uelut per cubitos (ut ita dicam) firmum illud propositum, donec repęte in incredibilem calamitatem incidit.

Non est cuiuis recte tondere.

Οὐ πρὸς παντὸς ἐστὶν ἀρτύσαι καλῶς. i. Condire scire est hercle non cuiuislibet. Venustum adagium est Cratini Comici lepidissimi in Glauco fabula, de rebus non uulgaribus, sed arduis atq; operosis. Huic adagio obnoxij sunt quot quot scribunt carmen. nam si eruditus fuerit paullo, & ad popularium aures minus attemperatum, ita ut vulgi captum excedat, obscuritatis nomine damnatum illico contrasibe sit & triuiale ac suberis instar superfluitãs quodammodo, a doctioribus reijcitur, ὡς ἐκ βρασμάτι καταβλητόν, usque adeo Condire recte non cuiusuis est.

Etiam mater & sorores.

QVANDOCIVS discrimen aut exemptionem omnes promiscue indicare uolumus, prouerbij huius usus erit, Ἀλλὰ καὶ μήτηρ καὶ ἀδελφαί, Etiam mater, & sorores. Vtitur loco modo citato Synesius ostẽdens nominatim adagium esse, sic enim inquit, Ἀλλὰ καὶ μήτηρ, ἀλλὰ καὶ ἀδελφαί, φασὶ, τῷ καλλιστεύειν ἐμοὶ τοῦ ἀρρένων, idest, Imo etiam mater ac sorores (quod aiunt) uirorum pulchritudini multum deferunt: volens innuere nullam tam sanctam, tam castam esse, quæ non formæ uenustę & egregię lenocinio trahatur, citra exceptionem, etiam si mater illa sit aut germana.

Priusquam ignitus lapis enatarit.

Πρὶν ἢ τὸν μύδρον ἀναφῶσαι, Priusquã globus ignitus existat. Qñ aliquid nunq; futurum significabimus, adagium conueniet, ueluti si sempiternam accepti beneficij memoriam pollicentes, nũquam illius obliuionem nobis obrepturam dicamus:

πρὶν ἢ τὸν μύδρον ἀναφῶσαι, aut iuxta Callimachũ μέχρις φωκαίων ἐν ἁλὶ μένῃ μύδρος, Donec Phocęũ ignitus lapis in mari manserit, beneficij perpetuo memores fore. Natum à Phocensibus qui diris execrationibus desertores suæ classis prosecuti, lapidem ignitum in altum mare proiecerunt, adhibitoque iuramento nouerunt nũquam in Phocida reuerti antequam e mari exiret ille lapis. Refertur his uerbis ab Herodoto in Clio: καὶ μύδρον σιδήρεον καταπόντωσαν, καὶ ὤμοσαν μὴ πρὶν ἐς φωκαίας ἥξειν, πρὶν ἢ τὸν μύδρον τοῦτον ἀναφῶσαι perstrinxit hoc uerniculo Callimachus:

φωκαῖον μέχρις κεμένη μέγας εἰν ἁλὶ μύδρος. idest,

In pelago dum saxum ingens Phocense manebit.

Vsus est apposite Aristides in orone in Romã panegyrica, vbi ĩ fine ita precat deos διδόντων τὴν ἀρχὴν τὴν δὲ καὶ πόλιν τὴν δὲ θάλλειν δι' αἰῶνος, καὶ μὴ πρότερον πρὶν ἂν μύδρον ὑπὸ θαλάσσης πέσοιεν, Dent Imperiũ hoc & hãc urbẽ florere sempiternũ in ęuũ, neq. prius desinere, q̃ igniti lapides in maris ęquore supernatẽt. Sophoclis interpres annotat moré fuisse ut iuraturi ignitos lapides (quos μύδρους uocãt) tollerent, & fędera tantisper durare uotis exposcerẽt, dũ illi rursus apparerent, simulq; cũ dictis solere eas in altum pelagus porrigere, innuentes perpetuitatem pactorum. Hoc spectauit Sophocles in Antigone:

Ἡ μὲν δ' ἕτοιμοι γὰρ μύδρους αἴρειν χεροῖν καὶ πῦρ διέρπειν καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν.

hoc ẽ, Globos parati tollere igneos manu Reptare per pyram: eiurare cęlites.

Hũc ritũ attigit & Plutarchus i Aristide, ὁ δ' ἀριστείδης ὤρκισε μὲν τοὺς ἕλληνας καὶ ὄμοσεν αὐτὸς τὴν Ἀθηναίων μύδρους ἐμβαλὼν ἐπὶ τὰς ἀραὰς εἰς τὴν θάλασσαν. idest, Sacramẽto adegit Græcos in Atheniensiũ uerba iurare, uotisve nuncupatis ignitos lapides in mare porrexit. Allusisse videtur huc Macedonius in Epigrammate:

Ὀμόσα τὴν δυστέρωτα κόρῃ, πρὶν ὤμοσα πέτρης
Μήποτε μειλιχίοις ὄμμασιν εἰσιδέειν. i.
Virginis ore feræ iurani triplice saxo
Me placidis nũquam uelle tueri oculis:

Suidas in dictione λίθος, ritum iurandi ad lapidem apud Athenienses receptum, auctoritate Philochori & Aristotelis, cõprobat, citatq. locum Demosthenis ex oratione aduersus Cononem, πρὸς τὴν λίθον ἄγοντες καὶ ἐξορκοῦντες, qui aliter legitur in uulgatis libris, qui habent ζωμὸν, idest, aram, non λίθον, idest, lapidem.

Idem furnus, idem duxit rotam.

Αὐτὸς κάμινος, αὐτὸς εἵλκυσε τρόχος. i. Caminus idem duxit, atque eadem rota.

Senarius prouerbialis de ijs qui similia efficiunt, testantibus Suida & Hesychio, quorum ille citat duplicem lectionem: καπνὸς ἢ τρόχος, idest, fumus aut rota, hic uero mutilatum afferens adagium, prioribus tantum duabus uocibus constans, subijcit clarius petitam esse trãslationem a figuli rota. Meo quidem iudicio & dictum fuisse & non sine gratia usurpari posse uidetur de consimilibus operibus, aut dicendi ratione conformi & congenere: uel etiam de duobus hominibus ingenio similibus aut improbitate paribus, &, quod dici solet, eodem in Ludo edoctis, tales namque

Αὐτὸ κάμινος, αὐτὸς εἵλκυσε τρόχος,

quasi qui eodem in furno cocti sint, aut eadem rota currente efficti.

Clauis in lingua.

Ἀλλ' ἐστὶ κλεῖς ἐπὶ γλῶσσῃ φύλαξ. In prouerbij usum cessit illud Aeschyli:

Et nostra præfert lingua custodem clauem.

Quoties fidam silentij spem pollicemur. Citatur à D. Clemente Stromatũ. li. 5. Cõforme huic adagio est illud Sophoclis in Oedipo Colonæo: ὦ τῆς χρυσέας κλεὶς ἐπὶ γλῶσσα βέβακεν τροπαῖος, i. quorum aurea clauis linguam coercet initiatorum, quod dixit propterea quod lingua ueluti claue obserata sit ne reuelet mysteria. Nõ abludit hinc Aeschili illud, πιστὸν ταμεῖον ἐπὶ γλῶσσας, i. Fidam pena uel ærarium linguæ. Huc spectat Lucianicus versiculus:

Ἀῤῥήτων ἐπέων γλώσσης σφρηγὶς ἔπικεῖσθω. idest,

Arcanum ut celet, claudenda est lingua sigillo:

Præceptum est Iamblichi Pythagorei, γλῶσσης πρὸς τὴν ἄλλων κράτει. θεῖς ἐπόμβρος, idest, Linguam ante omnia continę, Dei exemplo. Diuersum huic est illud apud Aeschylũ in Persis: οὐδ' ἔτι γλῶσσα βροτοῖσι. Ἐν φυλακαῖς, idest, Neq amplius hominibus, lingua in custodia est, q̃ ali

dicat, rem illam libere ab omnibus & palam dici citra dissimulationem.

Grossus maturus esui ineptus.

Πέπων ἐρινὸς εἰς βρῶσιν ἀχρεῖος ὢν ἄλλους ἐξερινάζεις λόγῳ. i. Maturus cum sis grossus esui inepto, alios loquela tua grossis expolias. Exstat apud Sophoclem in Helenes Nuptijs, & citatur ab Eustathio Iliados uicesimo, ut prouerbiale in hominem indoctum & inscitum, qui se doctiores erudire præsumat, uersus suis numeris integri leguntur in tertio apud Athenæum, hoc mõ: Πέπων δ' ἐρινὸς ἀχρεῖος ὤν: Εἰς βρῶσιν ἄλλους ἐξερινάζειν λόγῳ. i. Maturus grossus esui ineptus, alijs uero grossos excutis. Talem γέροντα διδάσκαλον composita uoce dixit in Satyris Varro, qua notatur arrogantis ingenij adolescens, qui supra ætatem plusquam senes sapere uelit: quæ dictio in duas perperam diffisa apud Nonium Marcellum legitur non uno i loco, Aldinis exemplaribus legentibus γέροντος διδασκάλου, pro uno γέροντι διδάσκαλῳ. Est autẽ ἐρινὸς agrestis ficus arboris fructus, grossum uocant, qui frugiferæ ficui appensus, pediculis ex ea in grossos emicantibus (ut annotat Suidas) efficit ut perficiantur eius fructus.

Verba sine penu & pecunia.

In ostentatione oppum immodicos, cũ nec araneus illis in arca sit, aut in crumena teruntium, & quorum uerba res non sequitur, iuxta uulgi dicterium, conuenit illud Plauti ex Captiuis.

Quibus sunt uerba sine penu & pecunia.

Est autem elegans allusio in uocibus cognatis penus & pecunia, illud in rebus ad usum comparatis, hoc in præsentibus opibus quæritur.

Terram ne legas nauigando.

Inter Pythagoræ symbola, dignitate adagij simillima, huc ascribendum uidetur ab omnibus hactenus præteritum, Επὶ γῆς μὴ πλεῖν. Nauigans terram ne radas. Quo innuere voluit uectigalia similesq; redempturas incertas, & curarum tumultuumq; plenas, contemnere, & abnuere nos debere. Sic enim exponit D. Clemens Stromatum li. 5. his verbis: δηλοῖ δὲ τὰ τε γυναικὶ τὰ ὅμοια τῶν μιδωμάτων παραχώδη, καὶ ἄστατα ὄντα παραιτεῖσθαι δεῖν: Monet etiam Horatius, ut cauti horrescamus nimium premere littus iniquum.

Antica exclusum, postica recipere.

Τὴν αὐλείαν ἀποκλείειν, τῇ δὲ παραθύρῳ εἰσάγειν, Per atrij seu uestibuli ostium excludere, per posticum intromittere cõpetit adagium ubi domum apertis uerbis repudiatum, conniuenter admittimus: aut cum sententiæ aut opinioni, cui ex professo sumus refragati, dissimulanter assentimur, atque subscribimus. Plutarchus Symposiacõn libro primo, cap. 2. δέδια μὴ δοκῶμεν τῇ αὐλείᾳ τὴν τύφον ἀποκλείοντες εἰσάγειν τῇ παραθύρῳ μετὰ πολλῆς ἀδιαφορίας. i. Vereor ne fastũ primore ostio exclusum, postico intromittere citra discrimen uideamur. Similiter dixit Galenus libro secundo De natur. facul. τῇ κηπαίᾳ καὶ τὴν παροιμίαν ἀπεχωρήσαμεν, Postico iuxta prouerbium digressi sumus. Est autem anterior ædium ianua, Græcis αὐλειος, at postica quę à uia regia abscedit aut in hortum excurrit, παράθυρος à fallendi argumento, & Κηπαία uelut hortensis, denique etiam ψευδόθυρον dicta, qua uoce præter Ammianum & Suetonium, usus etiam est Cicero in Verrinis, Ea quêadmodum ad istum postea per pseudothyrum reuertatur, tabulis planum faciam. Posticum in ea significatione Horatio etiã notum est, ibi: Atria seruantem postico falle clientem.

Tragici cothurni strepitus.

Tragici cothurni strepitus ab Ammiano Marcellino usurpatũ prouerbialiter pro ostentatione, & magnicrepa uerborum iactantia: sic enim ait libro 20. de Lupicino armorum magistro Bellicosum sane & castrensis rei peritum, sed supercilia erigentem ut cornua, de Tragici, quod aiunt cothurni strepitu. Vt autem Comicorum proprius est soccus, ita Tragicorum cothurnus: ille uulgaria & plebeia tractat humili stylo: hic altisonus heroum regumq; res & fortunas persequitur: unde & pro sublimi & grandiore genere accipitur, Virgilius in Buccolico carmine:

Sola sophocloeo tua carmina digna cothurno.

Propertius poeta alicubi:

Desine & Æschyleo componere uerba cothurno.

Horatius

Horatius odarum secundo ad Asinium Pollionem:

Grande munus Cecropio repetes cothurno.

Simile huic adagio est illud Theodoriti ἐπὶ Marco Arethusio: τὸ δὲ γεμάρκου δραμάτων αἰχύλου καὶ σοφοκλέους μεγαληγορίας δεῖται, ἵν' ἀξίως τὰ ἐκείνου τραγῳδήσωσι πάθη. i. Marci factũ Aeschili & Sophoclis cothurno opus habet, ut dignis uersibus Tragice describant ea q̃ sit perpessus.

Sacrum ignem inflare illi inefas.

De improbo & sceleribus operto dicit illud: ὦ τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔξεστι φυσῆσαι, id est, Cui sacrum ignem inspirare nefas est. Timeus historicus scriptum reliquit, Demochari cuidam soli inter Atheniẽses nõ licuisse sacrum ignem (qui in ęde Vestæ asseruabatur) inflare, quippe superiore corporis parte flagitiose impuro Duris Samius scribit Pytheam istud ipsum obiecisse Demostheni.

Neque Phasis mala eluat.

Malorum multitudinem ostendere volentes, quibus obuiam iri rectaq; ratione medicari non possit, apposite usurpabimus illos Sophoclis uersus ex Oedipo tyranno.

Οἶμαι γὰρ οὔτ' ἄνισρον ὅστε φᾶσιν ἂν
Νίψαι καθαρμῷ τῷ δὲ τῷ σέγω, ὅσα κεῦθει. id est,
Nec Ister ipse (quod reor) nec eluat
Phasis, malorum quidquid hęc celat domus.

Sunt autem nominatissimi fluuij & maximi, Ister Germaniæ & Phasis Colchidos, uterque maximarum etiam nauiũ capax: ille prægrandibus septem ostijs in Euxinum se exonerat, hic Asiam ab Europa disterminat, unde ἀσίας τέρμων Aeschylo dicitur.

Nihil hydropico siccius.

Dionysius Longinus in libello περὶ ὕψους adagium hoc uulgo usitatum ostẽdit, οὐδὲν γὰρ φασὶ ξηρότερον ὑδροπικοῦ. hoc est, Nihil (quod aiunt) hydropico siccius. Auarus quo plura habet, eo plura desiderat, tam.n. illi deest quod habet, quam quod non habet, ut inquit Seneca. Crescit indulgens, sibi dirus hydrops, Nec sitim pellit, nisi caussa morbi cesserit uenis. Notũ est de Heraclito philosopho, qui aqua intercute misere affectus bubulo sterquilinio se obleuit, addẽs ἐπομβρίας δεῖσθαι, se opus habere pluuio madore, aut ut Philostratus refert lib. 1. de uita Apollonij δεῖσθαι τὸν ποιήσοντος ἐξεπομβρίας αὐχμόν, indigere se eo qui pro madore squalorem inducerent.

Θαλλοφόρος.

Θαλλοφόρος, quasi ramigerũ dicas, prouerbialiter dicet teste Eustathio in Odyss. 17. homo ad omnia inutilis, nisi qui forte pascendo pecori iũ suggerendis surculis operam præstare foret idoneus. Natum a pompa Athenienſium, quam Panatheneæa vocabant, in qua senes emeriti oleaginos termites gestabant, restibus Philochoro & Xenophonte. Meminit & Iuncus in libro de senectute, ὅτε νόμος αὐτοὺς ἐκείνους χειροτονεῖ τῇ ἀθλιῷ, ὡς φησὶ ξένοφων ὁ φιλόσοφος, θαλλοφόρους. i. Lexillos ipsos decernit Minerue oleaginas virgulas deferre, uti testatur Xenophon. hinc est quod θαλλοφόρους ipsos senes nominat Aristophanes ceu ad obeunda alia munera ineptos. Licebit itaque ciuilibus negotijs parum idoneum aut alijs quibuscumque, θαλλοφόρον appellare Comico sale.

Fructibus non stadijs certare.

Καρποῖς οὐ σταδίοις ἐρίζειν, Fructib⁹ haud stadijs contendere, adagio dicitur. De loco exili quidem, sed frugifero exiguis quidem spatijs circumscripto, fructuum tamen prouentu longe lætissimo. Antiphilus epigrammatarius de Chio insula loquens.

Καρποῖς οὐ σταδίοισιν ἐρίζομεν,
Fructibus, haud stadijs certamen inimus.

Licebit non male transferre ad librum non magna quidem mole, sed eruditionis omnifariæ plenum, Cuiusmodi iudicium de Persij satyris tribuit Martialis eo distichо.

Sæpius in libro numeratur Persius uno,
Quam leuis in tota Marsus Amazonide.

In Ialemos adscribendus.

Εἰς δὴ ἰαλέμους ἐγγραφτέος, iter Ialemos ascribendum

asscribendum dicimus qui inepte insulse que segerit, Menander Comicus.

Ὅταν δ' ἐρωντὸς τόλμαν ἀφέλῃ τις χρόνῳ,
Εἰς ἐκ Ἰαλέμους τε τοῦτον ἐγγράφει.

Audaciam cui dempseris amans, perit,
Potestq; is inter Ialemos asscribier.

Ialemus homo inamænus, matriq; Calliopæ dissimillimus fuisse perhibet; nomen fortassis adeptus παρὰ τὸ ἥβαν ἀλάωτος, ὁ ἐν τῇ ἡβᾷ ἀλώμενος, quomodo & κοάλεμος, ὡς ὁ ἐν τῷ νοεῖν ἀλάμενος stolidus fatuusque homo dr. Galenus lib. De premotione Ἰαλέμους ἰατροὺς isalsos medicos uocat. Hermones rhetor. παρέχει μυρία τοιαῦτα πράγματα ζητοῦσι περὶ αὐτῶν τοῖς Ἰαλέμοις τούτοις, Mirum quantum negotij exhibeat Ialemis istis hac de re scisciitantibus.

Sunt qui Ialemium eundem esse cum Lino putant.

Censorium supercilium.

Censorium superciliũ prouerbialiter dixit Luc. Seneca in declamationibus, pro eximia grauitate, & tetrica seueritate: ubi ait, Affectabat enim censorium superciliũ, cum alius animo esset, quamquam in non nullis codicibus legatur ibi, faciebat, pro affectabat, & alias, pro alius, sed utrumq; male. Censores Romę erat magistratus quinquennalis, penes quos auctoritas maxima erat summumq. arbitrium animaduertendi in mores ciuium, nam & senatores loco mouere, trossulis, hoc est, equitibus equos adimere, plebeios infamia notare, illis licebat.

Siphnia arra.

Σίφνιος ἀῤῥαβών, i. Siphnius arrabo, Prouerbiũ exitat apud Hesychium & Suidam, quo digitus infamis olim notabatur, à fœdis Siphniorum moribus, vnde natum adagiũ σιφνιάζειν quod alij notarunt, ita ut Siphniam arram ostendere, idem ferme fit quod Martiali Medium & impudicum digitum ostendere. Potest ita uocari & nũmus aut arra quam stupri arbiter largitur. Meminit Eustathius in commentarijs in Dionysium Afrũ ὀστραγάλε σίφνιε, idest, astragali Siphnij, sed cum eius nullibi fiat mentio, arbitramur illum uitio codicum deceptũ, loco ἀῤῥαβὼν legisse ἀστράγαλος. Hesychij codex emaculandus est, p αἰδέμονον legẽdo διδόμονον. Posset fortassis & p ingẽti magniq; pretij arrabone, σίφνιος ἀῤῥαβὼν efferri, quod insulani isti olim opibus affluentissimi fuerint quamdiu stato anni tempore decumas Delphico Apollini persoluerent, ex argenti fodinis Herodoto teste: Siphnus insula una Cycladũ fuit à Siphno Sunij filio nomen habens, ut Stephanus scribit, laudatissimis poculis celebris, unde σίφνια ποτήρια, Siphnia pocula, eodem auctore dicta.

Mugilis uitam degere.

Κεφαλὸς βίον τρίβειν, Mugilis uitam agere dicitur, qui non habet quod edat, hoc est, esuriem & inediam patitur. Eubulus i fabula Nausicaa:

Ὃς νῦν τε τάρτιον ἡμέραν βαπτίζεται,
Νῆστιν πονηρὸν κεφαλὸς τρίβων βίον.

Qui nunc diem, si dijs placet, quartũ lauas Ieiunus improbi uitam mugilis agẽs.

Euphro Comic. μίδας δὲ κεφαλὸς ἐστί, νῆστις περιπατεῖ. Midas mugil est, ieiun. obambulat. Amipsias Comic. ἢ ποῦ ἂν ἓν νῆστις καθάπερ κεφαλὸς ἀκολουθήσεις ἐμοί. Paullo minus ieiunus tu mugilis in morem mihi famulabere. Alexis in Phryge fabula:

Ἐγὼ δὲ κεφαλὸς νῆστις οἰκαδ' ἀποτρέχω,

Ego famelicus mugil accurro domum Dimphilus in Lemnis:

Οὗτοι δεδειπνήκασιν, ὁ δὲ ταλαὶς ἐγὼ
Κεφαλὸς ἂν εἶλωῆνεκα νηστείας ἄκρας.

Supsere cœnã isti, ast ego interim miser.
Inediam ob ingentem fieri cogor mugil.

Citatur & Theopompo auctoritas κεφαλῶν νῆστις χορός. Famelicus mugilum cętus & apud Athenæum Hesperus cynicus exclamat δικλῶ κεφαλῶν νηστὶ δόμῳ. Esurimus mugilum instar. Mugil uero solus in genere piscium ieiunus siue famelicus audit, eo quod nulla capiatur esca animata, non carne, non alia re quapiam uitali, ut ab Aristotele proditum est, aut piscium aliorum esca.

Briareus, alias lepus.

Βριάρεως φαίνεται, ὢν λαγώς, Briareus apparet esse cum sit lepus. Competit in Thrasonica iactantia feroces, qui de se magnifice crepant deq. sua uirtute, lepore timidiores cum res postulat uiros. Posidippus Comicus in Tripudiantibus:

Ξεναγὸς τοῦτος ὅς τις ἂν θώρακ' ἔχῃ
Φολιδωτὸν ἢ δράκοντα σεσιδηρομένον,
Εφάνη

Εφάνη βριάρεως, ἂν τύχῃ δ' ἐστὶ λαγώς.

Stipem merentũ ductor iste squammeo
Thorace tectus, aut dracone ferreo
Briareus uiderur, si ferat res, est lepus.

Briareum centum manibus armauit fabula, Ioui auxiliarem à cæteris dijs per infidias appetito, unde ἑκατόγχειρα. Homerus centimanum Latini, & centumgeminum Virgilius uocant, nominis etymo robustum, & prævalidum significante, id enim est βριαρὸς, unde & βριαρόχειρ, manu ualid. Meminit ei. Homerus: Οὐ βριάρεων ἐκάλεσσι θεοὶ, ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίωνα. Lepore uero nihil esse meticulosius fugacius q; ostendit & hyperbole p uerbialis, λάγω ἢ λαγῶ δειλαιότερος, Lepore timidior. Nazianzenus i funebri orõne pris, publicanos ait Briarei manus pecunijs publicis immittere, innuens uũcunq. hamatis manibus diripere reipubl. uectigalia, sic. n. ait, Τοὺς βριάρεω χεῖρας ἐπιβάλλοντας τοῖς δημοσίοις.

Lari uita.

Λάρυ βίον ξῶ Lari uitam uiuere, p lucri gratia maria omnia obire nauigando puerbij specie dixit Aelian. sophista i tu ilicis epistolis: ἐπικυματίζει καὶ λάρυ βίον ζῇ καὶ ἀνέμοις μάχεται διαφόροις. In undis fluctuat, Lariq. uitam degit cum uentis diuersis dimicans. Dici conuenier de mercatore qui augendi peculij gratia quouis terrarum nauigat, & ad extremos etiã Indos decurrit. Larus enim uorax auis è mari uictum quæritat; aut lacubus quam Gauiam Latini nuncupant, & Matron Parodus Chærephontem parasitum laro assimilat famelico, ob inexplicabilem voracitatem, sic enim ait: Πεινῶντι λάρῳ ὄρνιθι θεοπνοῦς.

Carpathius testem.

Καρπάθιος τὴν μάρτυρα, Carpathius testem, scilicet ἐπηγάγετο, accersiuit, aut adduxit. Dicetur cum qui testem citat in suum ipsius malum & perniciem, ueluti cum auctoris testimonium aut scripturæ locus quem pro se adducit quispiam, diuersum sonat atque repugnat ipsius opinioni. Vsurpauit adagium Archilochus deflexũ ab altero uulgatiore, Carpathius leporem. Est autem Carpathus insula à Coo, in quam importati aliunde lepores, in tantam copiam excreuere, ut non frugibus tantum; sed & uitibus erosis exitiũ attulerint.

Scaperdam trahere.

Σκαπέρδαν, puerbialiter dici annotat Eustathius Iliad. ρ, quidquid durum sit & difficile, ita enim sonant eius verba: Τὰ δυσχερῆ πάντα σκαπέρδαν ἐλέγον παροιμιακῶς, διὰ τὸ ἐπίπονον τῆς ὁλκῆς καὶ ἀντολκῆς. Natum à ludicro contentionis genere, q ita describit idem auctor, & Hesychius, nec non pollux Onomasti li. 9. Collocatur in citro trabs humanam staturam altitudine exæquans, perforata, per foramen traiecto fune, è cuius extremitate religantur utrinq. adolescentes duo auersi, qui ualido nisu, adurgentes alter alterum in sublime attrahere satagunt, quo certaminis genere uictoriã reportat qui supremo stipiti alterum admouerit. Itaque a laborioso molimine attractionis & aduersarij retractionis σκαπέρδα de difficili & molestię pleno labore effertur, ut σκαπέρδαν ἕλκειν. idest, Scaperdam trahere dicatur, qui duram susceperit prouinciam.

Insanus appensis pellibus non curatur.

Tatianvs Assyrius in oratione ad uersus Græcos, οὐδὲ ὁ μεμηνὼς σκυτίδων ἐξαρτήμασι θεραπεύεται. Neq. furiosus pellium appendicibus curatur. Quemadmodum ab insaniæ morbo non liberãt coriaceorum segmentorum pendigines, ita stoliditatem non auferunt doctori alia insignia, nec ingenij uanitatem, habitus sacerdotalis. Eandem plene sententiam habet cum illo Plutarchi, Calceus podagra non liberat.

Pica Sirenem imitans.

De inepto imitatore dictum est illud à Galeno libro 2. de pulsuum differentijs, ἀκίπαταν σειρῆνα μιμούμενα. Pica Sirenis æmula. Doricum uũ esse prouerbium, quid enim consoni habet obstrepera pica, cum arguta Sirenum fabulosarum uoce?

Αμφαξονεῖν.

Αμφαξονεῖν prouerbialiter dicitur, ut annotat Iliad. V. Eustathius, q nõ recta via incedit, quod similitropo exorbitare latine dicimus, nam ἄξονες etiã orbitas significant, quas ἁμαξοχίας Callimachus dixit. Sic Epicureos uoluptatibus sũmum bonum

num mentientes ἀμφαξίωεῖ dicemus, q Augustinus in libris de Ciuitate Dei, exorbitare ab itinere sapientiæ & lege iustitię. Quamquã & labare genibus ac succidere incessu parum firmo ἀμφαξοιεῖν significare Hesychius & Pausanias in Rhetorico Lexico annotant, id quod accidit infirmis & inualido corpore nutantibus, aut quibus epigonatis, seu cõchula genu muniẽs luxata est. Dicetur ergo non modo de ijs qui à uulgata veraq. opinione recedunt, & longo usu receptam à doctis sententiam fastidiunt quomodo Cleanthes Samius olim, & nuper Copernicus, cęlum stare, se demq; tellurisq; circumrotari asseuerarunt, præter astronomorum omnium consensum, uerum etiam de ijs qui instabili doctrina ad quemuis argumentis crepitum vacillant, atque in alienam sententiam manus dant.

Fundo carens calix.

CITATVR ab Eustathio Iliados λ. senarius prouerbialis.

Ἀπωδάκωτος ἐ τραπεζῶται κύλιξ. i. Fundo carens mensis non infertur calix.

Non tamen exponitur eius usus, Apparet dicterium esse in profuse liberales, prodigosque, aut linguaces blaterones, qui uerborum modum nesciant, quos a mensæ communione, uitęque consortio excludendos moneat. Quadrabit & in prægrande poculum, quod à mensa exulare postulet homo sobrius. Est autem πώδαξ idẽ quod πυθμὴν, uasis alicuius fundus, quamquã Sophocles in Iphigenia πώδακα ξίφους pro capulo gladij extulerit, ut ex Pausaniæ lexico Eustath. & Hesychius annotant. Porro senarius iste versus è Sophoclis Triptolemo desumptus uidetur, corrupteq; apud Etymologici auctorem legitur, ἐ τραπέζης κύλιξ. Citatur adagium & à Demetrio Phalereo in hunc modum ἀπωδάκωτος ἐ τραπεζῶται κύλιξ, ἀντὶ τοῦ, ἀπυθμένος ἐπὶ τραπέζης κύλιξ ἐ τίθεται. i. ut uerbum uerbo exprimam, Fundindigus mensari non solet calix: pro eo quod est, fundo carens calix, in mensa non apponitur.

Alcinoi horti.

Ἀλκινόου κῆπος Alcinoi Hortus, Paræmia specie celebratur & Alcinoi pometũ, apud Septimiũ Tertullianũ lib. de pallio, Consitũ & amœnũ super Alcinoi pometũ & Midæ rosetum, quod alibi in libro de corona militis sic exrulit, Cętenariis quoque rosis ex horto Midæ lectis. Vt autem de loco deliciarũ pleno dicitur, ita & tropice transferri poterit. ad librum eruditũ ac uarię lectionis diuitijs excultum, ut dicamus non Alcinoi hortos cultiores esse, quam sint huius aut illius commentarij. Notum est ex Homero Alcinoi Phęacum regis affluentissimos culturęq; diligentissimæ fuisse hortos. Iulianus ad Libanium. κῆπον δὲ τοῦ μὲ Ἀλκινόου καταδεέστερον, παραπλήσιον δὲ πῶ λαέρτου. Hortum imparem quidem Alcinoi pomario, sed tñ Laertæ consimilem. Consimili ratione Alcinoi mensam dixit Gregorius Nazianzenus de oppipara & omni luxus genere referta:

Καὶ δόμον αἰγλήεντα, καὶ Ἀλκινόοιο τράπεζαν.

Non si marmoreum dederis tectum, Alcinoiq; Mensam.

Et alibi in epistola ad Basilium, ἀλλ' οὐς Ἀλκινόου τράπεζαν. sic Ciceronianam mẽsam dixit Tertullianus lib. De anima, profumptuosa magniq; pretij mensa. Quod, inquit, mensis Ciceronianis infertur, nam M. Tullius Cicero citream mensam quingẽtis millibus emit, ut idem ait lib. de pallio, aut ut Plinius, H S. decem millibus.

Iynges.

IYNGIS uoce pro illecebris & blandimento lenociniove quodam prouerbialiter vtuntur passim auctores, Sophocles in Hippodamia, loquens de prestantia formæ Pelopis.

Τοιὰν δ' ἐν ὄψει ἴυγγα θηρατηρίαν,
Ἔρωτος ἀστραπῶ τιν' ὀμμάτων ἔχειν. i.
Iynga talem lumina efflant, illicem,
Amoris igneum iubar in oculis cubans.

Quamquam apud Athenæũ in decimo tertio λύγγα, legitur, Aeschylus in Persis, Ἰυγγά μοι δῆτ' ἀγαθῶν ἑτέρων ὑπομνήσκεις. idest,

Regeris mihi aliorum bonorum lenocinantium memoriam.

Heliodorus Emesenus li. 4. Aethiopicę historię ἀπαραίτητον ἔχει πρὸς γυναῖκας ἴυγγα χρυσὸς καὶ λίθος. i. Aurũ & gemmeum pellaciæ haud dubiam obtinent apud fęmineũ genus. Synesius ad Herculianum πολλῷ πρότερον ὑπὸ τοῦ καταλυσμοῦ τῶν ἐν ταῖς ὀπισολαῖς ἴυγγων αὐτὸς ἐθηλώθω, i. multo ante ipse quoddam tuarum in epistolis iyngum & deliciarum diluuio effemi-

effeminatus sum. Idem ad Athanasium. αὐτῶ ἐκείνῳ ὑποφανῶσι δεῦρο πολλαῖς ἴυγξι χθομένῳ ἀγώγιμον, i. Ipsã illã Galatheam tibi hic sistam illecebris uariis cõciliatam: Suidas ex incerto auctore, ἡ δὲ κλεοπάτρα φέρεται τὰς, αὐτῶς ἴυγξιν καὶ τοῦ σιβαστοῦ κρατήσειν πρίτου. i. Cleopatra rebatur se ijsdem illecebris, quibus Cęs. & Antonium tertiũ quoq. Aug. expugnaturam. Idẽ τοιαῦτη τις προσῶ ἴυγξ τοῖς Διογένους λόγοις τοῦ κυνὸς. i. Tantum inerat illiciũ Diogenis Cynici uerbis. Sic de Helena dictũ est illud, οὕτω ἐφελκυστικὰς τίνας εἶχε πότε ἴυγγας, hoc est, tam validas & illices amoris, iyngas habuit, ut cum Priamus illam agnoscere esse belli caussam, irasci tamen illi nequiuerit, immo filiæ nomine eam compellarit amanter. Philostratus Iunior. ὑπὸ τῇ τοῦ κέστου ἴυγγι, id est, Sub cesti pellacia. Lycophron etiã πυρφόρον ἴυγγα, igniuomam iyngem uocat amoris illicias, & Zetzes λογικὰς ἴυγγας, uerborũ iyngas appellat, quod animos uerba attrahãt quantumuis duros & inflexiles, quodam lenocinio. Vtitur etiam Pindarus ea uoce pro cupidine & desiderio, in Nemeis ἴυγγι τήρομαι ἦτορ. i. liquescit iynge seu amore pectus. Est autem inx auicula plumis discolorib us, collo prælongo, lingua exerta. crebro motu se circum agens, & ceruicem in orbem flectens, uropygiumque succussans, unde & σεισοπτυγὶς, à nonnullis uocatur, ab aliis κιναίδον, ex eadem caussa, Zexi etiã ἰγκλὶς, Latinis motacilla: cui⁹ usus ad ueneficia infamis fuit atque incantamenta, nam de trocho eam relegabant Veneficæ, & carmina quædam admurmurantes circumgyrabant, aut exenteratam trocho adnectebant. Hanc fingit Pindarus in Pythiis a uenere primum è cęlo ad homines deportatam, & Iasoni traditam, additis ueneficii documentis, quibus Medeam irretirer. Fabulæ narrant Iyngem mulierculã fuisse Iunonis iussu in auem commutatam, quod pharmacis quibusdam Iouem in Ius amorem concitasset, ut Nicephorus pariter & Pindari Scholiastes cum Zeze annotant, nam apud Suidam pro ἀπελιθώθη legendum est ἀποργεώθη. Theocriti interpres scribit eã id ueneficii molitam fuisse, ut in sui amorem Iouem pertraheret. Callimachus Iyngem Echus filiam facit, alii Pithus siue Suadelæ. Nicephorus Gregoras ex aliorum auctoritate scribit ἴυγγα fuisse citharam mire concinnam, κἰθαραν ἐμμελεστάτῳ, atque inde prouerbiali figura ἴυγξ dici quiduis suaue & desiderabile, πᾶν γλυκὺ καὶ ποθεινόν. at Theocriti glossematarius annotat Iyngi auiculę uim inesse natiuã amatorii philtri, ac propterea omnia ad amorem impellentia, gratiosa, pellacia, & ad persuadendum apposita, ἴυγγας metaphorice dici, τὰ ἐπαγωγὰ καὶ χαρίεντα. Quid, quod inuocationes & archanæ præuam uires quas mutare nefas erat certis uerborũ legibus conceptas ἴυγγες dicebantur, quo spectat illud Synesii libro de insomniis, καὶ μήποτε αἱμάγων ἴυγγες αὐταὶ, quod Marsilius Ficinus nescimus quam recte uertit. Consideratione vero dignũ est, Vtrum huc tendant illices uel motacillæ magorum. Illo quo dixim⁹ modo accipitur in Hecates oraculo apud Porphyrium:

Τοὺς μὲ ἀπειρήτοις ἐρύων ἴυγξιν ἀπ' αἰθρῆς
Ῥηϊδίως ἀέκοντας ἐπὶ χθόνα δι' ἀκατήγες, i.
Dæmonas innumeris in terram ex æthere uotis
Traxisti diua inuitos magno absque labore.

Xenophon etiam pro ueneficio iyngam dixit ibi, ὅτι ταῦτα ἐκ ἀνδὶ πόλλων φίλτρων καὶ ἐπωδῶν καὶ ἴυγγων, i. quod ista nõ citra philtra, incantamenta, & iyngas accidant.

Manum peteris & pedem porrigis.

MANVM peteris & pedẽ porrigis. Adagio utitur Hieronymus in Ruffinum, Eo uti possumus in hominem auersi ingenii & præposterum, qui aliud rogatus, aliud & quidem diuersum ostendat aut respondet. Conuenit cum illo celebri, ἄμας ἀπῆτεν, οἱ δὲ ἀπήρνεντο σκάφας. i. Falcem petenti, denegabant sarculum.

Ab alno spectat.

Ἀπ' αἰγείρου θέα. i. Ab alno spectaculũ, Dicitur de eo, qui cum nõ possit è propinquo spectare, extrema adiumenta quęrit. Erat Athenis extra theatrum in foro alnus arbor, ita tamen ut inde in theatrum peteret prospectus eminus, quo fiebat ut cui in theatro confessus locus non erat, in alnum ascenderet. Vti licebit, quando innuere uolumus quępiã in peregrina arte & astudiis suis aliena eius artis mysteria procul & quasi per transennam inspicere, uelutí

Iure-

Iureconsultus extra Medicæ artis theatrũ positus, uelut ab alno, iuxta prouerbium, artis secreta despectat.

Binis tonderi forficibus.

Διπλῇ μαχαίρᾳ κείρεσθαι, idest, Gemina tonderi forfice Prouerbiale conuitium de molliculis hominibus & effeminatis quiq; ornandæ & componendæ corporis formę studii plusculum impẽdunt. Citatur absq. auctore a Iullio Polluce onomastici secundo. Est autem hoc loco μάχαιρα quę & ψαλλὶς forficula tonsoria: E diuerso. Qui κηποκυρὰν tonsuræ genus ita dictum tondebantur, hi teste Hesychio, μίᾳ μαχαίρᾳ κείρεσθαι, una forfice tonderi dicebantur, tametsi locus ille nonnihil apud eum sit corruptus.

Agrestis apis.

Ἀγρία μέλιττα, i. fera, aut agrestis apis prouerbialiter dicitur de improbis præter modum & crudelibus, testante Suida, ab api quæ aculeum in uulnere relinquere solet. Fuit & Hegesias Cyrenaicus philosophus, Cuius non semel meminit Cicero cognomento ἀγρία μέλιττα dictus eo qd de morte disserens, in magna orationis contentione multos necem sibi consciscere cõpulerit, attestante Valerio Maximo. E diuerso Xenophon ob styli suauitatem ἀττικὴ μέλιττα, id est, Attica apis nuncupatus fuisse legitur. Alioqui ἄγριον præderasten circa puerorum amores efferatum dixit Aeschines in oratione aduersus Timarchum, & Menander ἄγριον κύβδυλον aleatorem aleæ insignitur deditum nominat.

In agrum seruus.

Εἰς ἄγρον μάνης, id est, in Agrum famulus. Conueniet dici ubi quid utiliter, & apposite suo loco fit, nam famuli operã in agris necessaria est. Varinus ex Hesychio transcripsit. est autem μάνης seruile nomen, unde & ad significationẽ laruæ æneæ transfertur, παικτικὸν τι χαλκῶν πρόσωπον, ut annotat Eustathius. Quadrabit itẽ ubi significare uolumus, suam cuiq; artem esse tractandam, non aliena inuolandum: ueluti theologus ea, quæ sacras literas respiciunt, medicus morborum curationes, fabri tractent fabrilia, sic rusticum opus uerna exerceat.

Istic uellus non carpitur.

Ἐν ταυτοῖ πόκος οὐ κναπέται, i. Istic uellus non carpitur, aut tondetur, Conuenit adagium, ubi uir doctus fordidam prouinciam, qualis est, erudiendæ iuuentutis detrectat, aut quando innuere uolumus aliquem esse doctiorem, quam ut ab eo prima rudimenta, & artis tyrocinia petenda sint: aut quando alienam & alterius loci operam à quopiam exposcimus. Natum a Xenocrate Chalcedonio philosopho, qui illiteratum hominem geometriæ, & astronomiæ prorsus rudem, ipsius scholam frequentantem hoc dicto abegit: παρ' ἐμοὶ πόκος οὐ κναπέται, i. Apud me uellus non deglubitur. Lanificium multos habet operarum gradus, tondetur enim primum, mox maceratur, deinde hamatis, aut dentatis instrumentis carpitur, postea in netticum, & textorum officinam deditur, postremum in fulloniam ablegatur.

Quid Lecytho cum Strophio?

Τί λήκυθος καὶ στρόφιον. Quid Lecytho cũ Strophio? De rebus dissimilibus & absonis effertur. Citatur à Suida. Cui adfinis est & & illa parœmia, τὶς δὲ κατόπτρου καὶ ξίφους κοινωνία, quid speculo commercii cum gladio? Est autem Lecythus uas olearium qd Capsacem uocat D. Cyprianus.

Flumina in terram commutat.

Χερσοῖ τὰ ῥεῖθρα, τελματοῖ δὲ τοὺς λίθους, i. Amnes humũ facit, mutat saxa in lacus.

Citatur ex Piside. Quadrabit in præpostere omnia faciẽtes: aut in magni crepos qui ex cloaca aream faciunt. Adlusum putamus ad historiam de Xerxe, qui rerum naturæ frenum quoddam iniicere tentauit, Athon montem nauigabilem faciens, & fluuios siccis pedibus permeabiles reddens: quamquam & ad magicæ vires referri posse origo videri queat, quomodo apud Petronium Arbitrum Genotra, inquit de se gloriabunda, His ego callens.

Artibus Idæos frutices ingurgite sistam
Et rursus fluuios in summo uertice ponam.

Tydeus corpore, animo Hercules.

De staturæ quidem pusillę homine, sed animo infracto dicitur, Menãder historic de Sapiro milite plusquam Herculeo animi

mi robore: τὸ μὲν σῶμα ὡς ὀπαρὸ μικρῷ τυδεύς, ἀνυμνήμονος, τὸν δὲ γνώμην καὶ περαιτέρω τυδέος ἡρακλῆς γὰρ ὢν τὸν ψυχὴν, καὶ ἔν τις τοῦτον ἐγεγόνει ποτὲ ἀλκιμότερος, οὐ γὰρ ἐπικτέω τοῦ μεγέθειτης ἀρετὴς ἡρακλέα ἐν δευτέρους τιθεὶς, i. Corpore exiguo Tydeus, tãtopere ab Homero celebratus, animi uero constantia Tydeo superiore, quippe qui Hercules animo fuerit, & si quis illo umquã extitit fortior, neq; enim uereor Herculem secundo loco ponere, quod ad magnitudinem constantiæ attinet. Homerus Iliad. 5.

Τυδεὺς τοὶ μικρὸς μὲν ἔην, δὲ μάς, ἀλλὰ μαχητὴς, i.

Tydeus paruus eram, at bellator strenuus armis.

Hinc Fabius Quint. lib. 2. Interim confert admirationi multum etiã infirmitas, ut cum idem Tydea paruum, sed bellatorẽ dicit fuisse, & Grammatici nominis etymon deducunt à τύπον quod pusillum significat ob corporis breuitatem. Statius Papinius de Tydeo,

Maior in exiguo regnabat corpore uirtus,

Fuit autem Tydeus Oenei Ætolorum Regis ex Peribœo filius qui Alcathoum & Lycopea parrueles patri suo insidiãtes in agro occidit, cum patruo Melane quẽ imprudenter uulnerauerat.

Rurestris locusta.

Ἀγραῦλα μάντις, i. Rurestris uates aut locusta prouerbialiter dicitur, Suida teste de otioso & reside segni. Est autẽ μάντις locustæ genus tardum ægreq; uadens, uiri di corpore, è cuius incessu nonnulli curiosa uanitate, furorum euentus captare soliti fuerant.

Hippocratis liberis cedit.

Τοῖς ἱπποκράτους υἱέσιν ἔκειν, i. Hippocratis liberis cedere prouerbialiter dicitur de inepto & stolidi ingenii homine. Aristophanes in Nubibus.

Τοῖς ἱπποκράτους υἱεσιν εἴξεις. i.

Hippocratis prolibus locum dabis.

Traducuntur in Comedijs Hippocratis liberi vt rudes & indocti stipites, ac hebeti ingenio, υἱώδεις deniq;, unde Eupolis Comicus in fabula quam Δήμους inscripsit:

Ἱπποκράτους δὲ παῖδες ἐμβόλιμοι τινὲς,
Βλιμιτὰ τέκνα, κ' ὀδαμῶς τίνος πρόσω. i.

Sunt liberi Hippocratis nothi, insititij, Pecudes balantes, moribus nullis bonis.

Meminit & Galenus i libello, quod animi mores corporis temperamento respondeãt, Ἱπποκράτους, inquit, υἱεῖς ἐπὶ μωρίᾳ σκώπτουσιν οἱ κωμικοὶ διὰ τὸ ἄμετρον θερμὸν. i. Hippocratis filios stultitiæ nomine ridẽt Comici ob immoderatum calorem. Indoctum itaque & stupidũ, Hippocratis liberis uecordia cedere dicemus.

Vter factus plenus.

In hominem fastu turgidum & superciliosum, elegans est dicterium prouerbiale Timonis Phliasii, qui philosophorum arrogantiã mordaci opere, quod a re σίλλος inscripsit, conuellit atque exagitat. Κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεος ἀσκὸς. i. Vter, quem impleuit opinamur uana. Quadrabit & in sui ingenii hominem, qui suo sensu abundat, nec a concepta opinione facile resilit. Versus eius hi sunt.

Πεῖον ἐκ τ' ἐρίδων λεχαὶ ὁμάχων πεπλάνηνδε;
Ἀνθρώποι κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί, i.

Quæ uos seducunt rixæ, uel qui blateronẽs?
Ah uento si utres, quos implet opinor inanis.

Hũc pertinet illud Synesii in epistola ad Herculianũ: καὶ φύσης ἐμπληθέντες ἐμόλυναν θεοπέσια δόγματα. i. Qui uentoso folle inflati, diuina decreta conspurcarunt, idem in libro De prouidentia: φύσης τε ἦσαν ἔμπλεω τὴν βασιλείαν καταδοκήσαντες. id est, Follis in modũ uento pleni, imperiũ expectabant. Eunapius Sardianus: ἠθανόμην δὲ καὶ αὐτὸς ἑκάστοτε τὴν ἀμφ' αὐτῷ, κενῆς φυσήματος ἀνδυνῆς ἀμπιπλαμένων. hoc est, Feci, & ego aliquoties illius periculum, qui inani flatu absque ingenio tumebat. Epicharmus Comicus, φύσις ἀνθρώπων, ἀσκοὶ πεφυσημένοι. i. Homines natura sunt utres uento distenti.

Darij opes.

Δαρείου πλοῦτος, id est, Darii opes, de immensis diuitiis prouerbialiter effertur, Synesius lib. De regno: Πλούτου θημῶνας ὑπὲρ τὴν πάλαι Δαρείου, id est, Opum cumuli, maiores quã Darius ille uetus possederit. Huc spectat & illa Crateris hyperbole in epistolis: πλουσιώτερος τῶν τακαρχηδονίων φρονούντων, id est, Ditior iis qui Chartaginensium rebus student.

Ex eodem lare.

Ἐκ μᾶς ἑστίας, i. ex uno & eodẽ lare, pro uerbiali figura dictũ est a Synesio, pro eodem ex principio, in lib. De prouidentia: ὡς ἐκ μιᾶς ἑστίας προιέναι τὰ τοσοῦτον ἀπωκισμένα, καὶ μίαν ἔχειν τῶν δυοῖν βλάστην ῥίζαν, i. ut ex eodẽ lare ortum habeant res tantopere diuersæ, sitq; una duorũ germinũ radix. Aristides, κοίνη τὴν γένεσιν ἑστίᾳ, id est, communi generis lare, hoc est, origine. Ita accipiendum est illud, quod in Aratæo commentario malè redditũ suspicamur, Sophron in Mimo, qui Nuncius inscribitur, à uesta incipiens, omnes inuocãt Iouem omnium principem: Græce arbitramur esse. ἀφ' ἑστίας, quod interpres communi uertendi ratione, à Vesta vertit, cum debuisset hoc pacto, Sophron in ipso exordio à Iouis inuocatione auspicatur, caussam namq; reddit cur Aratus operis sui initium à Ioue ordiatur, neque enim Vestæ illic fit mentio, quamuis ea vox vestam quoque Græcis significet.

Polypus scopulo affixus.

Περιφυὴς πολύπους, id est, Affixus scopulo Polypus, prouerbio dici potest, qui adfixus & deditus alicui studio, aut rei adhæret, ut nullis inde machinis diuelli queat: Menander Byzantius, qui Agathij historiæ suã subtexuit, de Sapiro fortissimo milite: τὴν ἐπάλξει τὰς χεῖρας ὀπιβαλὼν, οἷα πολύπους ἀφύκτους πλεκτάνας τινᾶς, i. Propugnaculo manus inijciẽs, ut Polypus cirros suos inexplicabiles. Nazianzenus in Monodia Basilii, τὸ τῆς πολυποδῶν πείσωμαι, ὧν τῆς θαλάσσης ἐξέλκομεν, προσέξονται τῆς κοτύλας αἱ πέτραι, i. Accidit mihi id q̃ Polypis vsuuenit, quorũ flagellis saxa adhærent, si nido eos auellere tentauerit. Et in libro Carminum,

Πόλυπον ἐκ θαλάσσης πέτρῳ κοτυλῆσιν ἔχοντα. id est:

Hærentem polypum crinali corpore saxis.

Transferri potest ad studiosum ita libris addictum, vt uix somni uoluptas, aut cibi necessitas studiũ interpellare queat, quod de Ioanne Pico Mirandulano Comite memoratur, cui rarum aliquem codicem in bibliothecis nacto ministri cibum & necessaria ad eum ipsum locũ afferre cogebant, ut ne interim dum cibum capit oriarẽtur oculi: potest & in amatorẽ quadrare amoris cassibus irretitum, cuius animus (iuxta Plautum) adhæret affixus clauo cupidinis.

Atlanticum mare cotyla exsorbere.

De re impossibili aut ẽt supra modum difficili hyperbolice dictum est à Simocato in episto. λίαν ἔργῳ δεῖ καὶ τὴν καθαίρειν τὴν Αὐγειὰ κόπρον ἐστὶ δυσχερέστερον, ἢ κοτύλῃ τὸ ἀτλαντικὸν ἅπαν ἐκροφῆσαι πέλαγος. i. Valde operosum & difficilius quã sit repurgare Augiæ sterquilinium, aut q̃ sit Atlanticum mare totum cotyla exorbere. Est autẽ cotyla mẽsuræ genus sex cyathos capiẽs, de qua Rhemnius Fãnius ita.

At Cotylas (quas, si placeat, dixisse licebit.

Heminas) recipit geminas sextari⁹ vnus.

Thyestæa cœna.

Θυέστου τράπεζα ἢ δεῖπνον, i. Thyestæa mensa, aut cœna, pro immitti, & cruento epulo ponitur. Athenagoras lib. De mortuorũ resurrectione. καὶ τὰ τραγικὰ δεῖπνα θυέστου. i. & Tragicas Thyestæ epulas. Eusebius lib. 5. eccle. hist. in epist. Gallicanorum Christianorum, quæ est de martyribus ĩ Gallia necatis, καὶ ἐψεύσαντο ἡμῶν θυέστεια δεῖπνα καὶ οἰδιποδείους μίξεις, i. Mentiti sunt de nobis Thyesteas cœnas, & Oedipodios incestus nobis obijcientes. Oppianus Cilix in Cynegetico tertio, de onagro loquens testes sui catuli absumẽte, cõquæritur de natura, quæ non homines tantum in pignora sua diro exemplo armauerit, uerumetiam bestias eadem immanitate imbuerit, sic inquiens.

Θηρσὶ δυεσείλιον ὁ λόλιον παρέθηκε τράπεζαν. id est.

Apposuitq; feris epulum ferale Thyestæ,

Philon in oratione de dirarum imprecationib⁹: ἐπάρατοι τροφαὶ τὰ θυέστου παιδία καὶ συγκεκριμένα τῆς ὑπερβολαῖς τῶν συμφορῶν. i. Execrandæ dapes Thyestæi liberi inter grauissimas calamitates adnumeratæ. Martialis lib. 1.

Qui scribit prandia sæui

Tereos aut cœnam crude Thyesta tuam.

& lib. 5.

Fugerit an Phœbus mensas cœnamque Thyestæ.

Ignoro, fugimus nos Ligurine tuam.

Nota est fabula de Thyestæ Pelopis filio, cui Atreus frater epulãdos suos ipsi⁹ liberos

appoſuit, quorum nomina prodit Euripidis ſcholiaſtes eſſe, Aglaum, Orchomenum, & Caleum.

Pardalis exuuium induere.

Παρδαλέλω ἐνεῖδος, Pardi exuuio amictus dicitur homo uerſipellis, & ingenio uarius, uaferque, ὁ πολύστικτος τὸ ἦθος, teſte Euſtathio Iliad. tertio, quod & breui⁹ repetit ĩ decimo: εἰς παροιμίαν ἐπὶ πανοῦργων κεῖται τὸ στικτὸν τῆς παρδάλεως. i. Paremiace de vafris effertur maculoſa pardi pellis. Eſt enim uariis maculis diſtincta pardi pellis, præcipueq. eius quam Heliodorus Camelopardalin nominat. de qua ſic ſcribit hiſtoriæ Æthiopicæ lib. decimo: χροιὰν δὲ ἦν ὀπιδομίδα φολίσιν ἀνθηραῖς ὀστιγμένον, color pelliſque florentib⁹ macularum punctis, uariegata, unde & epitheto αἰολόνωτος, id eſt, maculoſo tergore dicitur ab Oppiano. Aſtutum ergo & ſubdolum παρδαλῷ ἐνημμένον elegantẽ dicemus, quomodo fraudulẽtum ἀλωπεκῷ ἐνημμένον vulpino exuuio cõueſtitum, & λυκέῳ lupina pelle indutum hominem rapacẽ, & νεβρίδα ἐνημμένον hinnulina pelle tectum, timidum hinnuli inſtar, aut etiam uerſipellem, quod huius animalis pellis maculoſa quoque ſit. Non abludit hinc quod legimus Antenorẽ ingenio uarium (id quod patriæ ſuę nõ dubia proditio, quamquam hoſpitii nomine a Liuio excuſata, facile oſtendit) non exitium modo effugiſſe capta iam Troia, ſed res etiam ſuas integras ſeruaſſe, beneficio pellis pantheræ ſeu pardi, pro ædibus ipſius appenſę, haud ambiguo argumento varii dubiiq̃ue ingenii, cuius rei fidem facit Sophocles in Aiace Locro, quod uideliſcet pro foribus ædium ipſius perpenderit κατὰ στικτικωδ's.

Ἀπολὰς λιβύσσα, παρδαληφόρον δέρος. i. Maculoſæ canis Pellis Libyſſa, pardalinum ſcilicet tergus.

In quo uerſu perperã pro λιβύσσα ſcribitur καὶ βύσσα apud Ariſtophanis ſcholiaſten in auibus.

Vmbræ me prohibent.

Τῆλεμε εἴργουσι ψυχαὶ εἴδωλα καμόντων. i. Meq; abigunt umbræ, larualia ſpectra virorum.

Verba ſunt Patrocli in ſomnis Achilli conquerentes ſe excludi ab inferis propter denegatum ſibi humationis officiũ apud Homerum Iliad. penultimo. Euſtathius annotat quadrare ubi quis impedimentum accipit in negotio quopiam a uilibus & nullius penſi hominibus. Torquebitur & in ſtrigoſos & exangues, umbris pallore ſimiles, cuiuſmodi apud Ariſtophanem Samyrion tragędus. Melitus, & Cineſias traducuntur, quos a poetis ad cætum poetarum apud inferos degentium legatos fuiſſe fingit. ἀϊδοφοίτας eos nominans.

Habenas ignarus non tractet.

Μὴ θιγῆς ἡνίον παῖσιον ἄπειρος ὤν, id eſt, Ne frena tractes inſcius cum ſis puer.

Quadrabit cum a negotio quopiam arduo deterrebimus ei prouinciæ imparem. Extat apud Clementem pędagogi tertio: μὴ θιγῆς ἡνίων παιδίον ἄπειρος ὤν, μηδὲ ἀναβῆς τὴν δίφρον ἐλάσειν μὴ μαθών, i. Ne tractes habenas fili regendi imperitus, nec currum conſcendas aurigandi neſcius, Apparet alicunde ſumptum è tragedia quapiam, ubi Phaethontem filium deprecatur pater, ne exitiale uotum urgeat, ſibiq̃ue perniciem accerſat regendo ſolis equos. Vnde apud Ouidium Metamorphoſeon 2. Sol filium alloquitur paternos currus depoſcentem:

Magna peſtis Phaethon, & quæ non uiribus iſtis

Munera conueniunt, nec tam puerilibus annis.

Plus etiam quam quod ſuperis contingere fas eſt,

Neſcius affectas.

Non omnia per bouem obtinebis.

Μὴ πάντα κατὰ βοῦς ἕξεις, i.

Ne ſperes te opera bouis omnia poſſe tenere.

Hemiſtichiũ eſt prouerbiale quod admonet non ſacrificis aut litationibus, uotisq̃ue pro arbitrio omnia ceſſura, ſed laborãdum nobis eſſe, quemadmodum apud Salluſtium in Catilin. Cato ait, Non uotis neque ſuppliciis mulieribus auxilia parantur deorum, ſed uigilando, agendo, bene conſulendo, proſpere omnia cedunt, ubi ſocordiæ atque ignauiæ te tradideris, nequidquam deos implores, quo ſpectat illud Æſchyli.

Τῷ δ' αὖ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει, i.

Quisquis laborat, huic manum præbet Deusi & iterum

Τῷ πονοῦντι δ', ἐκ θεῶν ὀφείλεται τέκνω-
μα τ' πένον κλέος. id est,

Laboranti, debetur diuinitus gloria laboris proles.

Torqueri solitũ in resides exercitus duces, qui mactato boue propitiasse se Deum abunde putãt, non posse infeliciter cadere sua cępta arbitrantes, cum consilio & animi prǫsẽtia & fortibus factis in bello opus sit. Crediderim idem esse cũ eo quod ex Diogeniano citant alij, μὴ χῦ βοὸς δ' χε, atque exponit: Ne contra bouem opta.

Bupali odium.

Βυπάλειον σόγος, id est, Bupaliũ odium de inexpiabili acerbo prouerbialiter dicitur a Bupalo Chio sculptore, uel secundum alios, pictore, qui acerrimam cũ Hipponacte Ephesio clarissimo poeta simultatem exercuit, sed infelici conatu quippe qui maledicorum uersuum morsus cõcoquere non potis, laqueo sibi gulam fregerit. Leonides Epigramm.

Ὠξεῖνε φεύγετον χαλαζεπῆ τάφον,
Τὸν φρικτὸν ἱππωνακτος, ὅτε χ' ἁτέφρα
Ἰαμβιάζει βυπάλειον ἐς σύγος, i.

Hospes sepulchrũ grandinans diris fugę,
Horribile Hipponactis, cuius & cinis
Exercet odium Bupali iambis seris.

Bupalia pugna.

Βυπάλειος μάχη, i. Bupalium duellum prouerbiali figura effertur a Iuliano apostata, pro uirulento & dentato scripto, quo maledicentiæ, & irarum habenas omnes in quempiam effundimus, sic enim scribit in epistola ad Alypium Cæsaris fratrem, qua gratias illi agit de Geographica pinace elegãtioribus formis ac lineamẽtis expressa: χ' κατεμόσωσας αὐτὸ προθεὶς τοῖς ἰάμβοις ἐμάχλω ἀεῖδοντας τ' βυπάλειον χῦ τ' κυρναῖον ποιητλω, ἀλλ' οἷς ἡ καλὴ σαπφὼ βέλεται τοῖς ὕμνοις ἁρμόττειν, i. Singulariq; industria illud elaborasti, adiectis & senariis iambicis, qui non Bupaliam pugnam canunt, ut Callimachi Cyrenęi poetæ uerbis utar, sed quales uenusta Sappho uult in deorum hymnos concinnari.

Matreæ beluam alit.

In hominem inuidum liuore percitum competit, quod ex Athenæo detortum est apud Eustathium Odysseæ primo de Matrea quodam Alexandrino, qui ęnigmatę ludere solebat, dictitans se belluam alere seipsam comedẽtem, θηρίον τι τρέφειν, ὅπερ αὐτὸ ἑαυτὸ ἐσθίει. Polypus piscis carnem suam rodere dicitur, sed ingenri inserie eo adactus: at inuidus alienæ fęlicitatis spectator, quamuis ipse abundet, se conficit, & iuxta poetæ dictum macrescit alterius rebus opimis, ut non mirum sit curliuior epitheto, & quidem dignissimo edax à poetis dicatur.

Andromachen ex anguibus concinnare.

Ἐξ ὀφέων τ' ἀνδρομάχλω διασκιάζειν, id est, Anguiũ plexu Andromachen exornare. prouerbio dicitur, qui ad miracula omnia undecumque congerit ad confirmandam suam caussam, & exornandas fulciendasq; rationes suas, uel qui operis molem multiplicis lectionis opibus, & omnis generis scriptorum auctoritatibus instruit, atque exædificat. Nicephorus Callistus libro 14. Id consilii nobis est, ut ex omnibus quæ ad rem faciunt colligamus, & interdum etiam spiris anguium implexis Andromachen adornemus. Græce est: ἐνιότε δὲ χῦ ἐξ ὀφέων τ' ἀνδρομάχλω διασκιάζωμεν, Est autem hoc loco ὄφις ornamentum capitis, quod crinium uolutis lubrico spirarum implexu, in modum anguium inerrantibus fastigiatur, quod Statius Papinius suggestum comæ nominat, quod genus in ueteribus Italiæ monumẽtis frequens occurrit. Respexit huc Iuuenalis Satyra sexta fęminarum aftum notãs, quæ anguino isto plexu & structura plocamorum, proceritatem mentiebantur, vbi ait:

Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum

Ædificat caput, Andromachen a fronte uidebis, Post, minor est. Constat autem Andromachen Hectoris uxorem statura lõgissimam fuisse, ex Ouidiano uersu.

Mariandynus tibicen.

Μαριανδυνὸς θρηνήτηρ. i. Mariãdynus tibicen, aut præcentor, dicitur luctuosi carminis cantor, qui flebiles modos insonat. Neque absurde poetastrum inamęni, atq. indocti carminis scriptorem, μαριανδυνὸν θρηνητῆρα dixeris, consimili ratione, qua

ineptam

ineptam orationem, Caricam Musam, & καρικὸν αὔλημα. Citat nominatim puerbii uice ab Eustathio in Dionysianis cõmẽtarijs. ἰσέον ὅτι ἐπεχωριάζον τοῖς μαριανδυνοῖς θρήνων αὐλητοί, ὡς χ' ἡ παροιμία δηλοῖ, μαριανδυνῶν μεμνημένη θρηνητῆρος, i. Sciẽdum apud Maryandinos frequẽtes fuisse tibicines lugubria concinentes, qd & prouerbio indicatur, in quo fit mentio Mariãdyni eiulatoris. Chor° apud Æschylum in Persis, Xerxi reduci, post deletos ingenti strage a Græcis Persarum copias, loco gratulatorij carminis accentorũ se dicit lugubre Mariandyni tibicinis carmen, his uersibus;

Προσφθογγοῦν σοὶ νόστυ, τὰν κακοφάτιδα βοὰν,
Κακομέτετον ἰὰν μαριανδυνῶν θρηνητῆρος Πέμψω. id est.

Excipiam reditum tuum clamore incondito & male concinno Mariãdyni tibicinis ululatu te prosequar. Quo Aeschyli uersu uti licebit apud eum, qui pro exspectato læto nuncio, aduersa omnia & tristia apportat Mariandyni gens est Pontica Paphlagoniæ contermina nomen habens a Mariandyno Æolensi, ut Stephanus indicat, Æschyli interpres ex Callistrato annotat Tyrium binos habuisse liberos, Priolaum & Mariandynum, qui in uenatu perierit, insignem artificem lugubris concẽtus, qui flebiles tibiis modos adaptarit, suamq; artem docuerit Hiagnin Marsiæ tibicinis patrem (quem Marsum nominat Eustathius) & addit, eam gentem ad sua usque tempora, in æstiuis caloribus, flebilibus numeris auctorem suum Mariandynum prosequi. Apollonii Rhodii scholiastes annotat, Mariandynum Phinei filium fuisse ex Idæa Dardani, ab aliis Ciminerii creditum fuisse filium. Quin & Maryandinas tibias aptissimas esse luctui, idem scribit, & consentit in gentis peritia Hesychius: huc referri & uulgatum illud: Αὐλεῖ μαριανδυνεῖς καλαμοῖς, κρούον ἰαστί. id est, Spirat Mariandynis calamis Ionicos modos sonans. potest autem prouerbialis iste uersus anapæsticos torqueri in hominem secum discordem, uelut qui inter læta tristes fabulas cõmemorat, aut lugubre carmen condit. Nam ut Mariandynæ tibiæ neniis funebribus dicatæ sunt, ita Ionici modi amoribus, deliciis, lasciuiaęq; seruiunt. Citatur in Æschyli Græcis commentariis, quos quam nitidissimos ex corruptissimis dedit nobis Henricus Stephanus, ὁ τ' τυπογράφον σέφανος. Solebant autem tibiæ in luctu adhiberi, & testatur Statius Papinius funera præsertim minoris ætatis ad tibiam efferri solere, eo uersu:

Tibia enim teneros solitũ deducere manes.

Mysorum more inclama.

Μύσιον ὄπβοᾶν, idest, Mysorũ instar uociferari, prouerbiali specie dixit Æschylus in Persis, pro eiulare & fletu omnia permiscere, ubi Xerxes accepta clade mæstus ita chorum alloquitur:

Καὶ σέρν' ἄραστε καὶ πιβόα τὸ μύσιον, i.

Conscinde plãctu pectus, atque Mysium inclama.

Apparet autem barbaros ob natiuam uocis asperitatem olim ad funebris pompas ad ciendum luctum expetitos fuisse, sic Phrygas & Mysios ad id muneris adhibet Eustathius, ita & Carica Musa ut insuauis pro epicedio & funebri carmine Platoni accipitur. Æschyli interpres ita succincte tradit: ὄπβόα τὸ μύσιον, οἱ γὰρ μύσοι χῦ οἱ φρύγες μάλιστα εἰσὶ θρηνητικοί. i. Mysium inclama, nam Mysi Phrygesque ciẽdo luctui appositissimi sũt. Simonides: Μύσια ἠπύοντα παρὰ ῥόον ἀργανθώνης. i. Mysium & flebile exclamantem ad Arganthones amnem.

Ter sex iacit.

Τρὶς ἐξ βάλλειν, hoc est, Ter sex iacere puerbio dicitur, cui ex animi sententia ac pro uocis omnia succedunt prosperrime, inde nata prouerbii origine, quod antiquitus in trium cubitorum iactu, seniones iecisse, fortunatissimum erat & primę palmę uictoriam apportabat, alitet quam putauit quidam tertium iactum fęlicissimum fuisse, diserte namque testatur Suidas quod dixi, ita annotãs: Τρὶς ἐξ. νικητήριος βόλος, i. Ter sex, uictor iactus est, & attestatur prouerbium quod ancipiti uoto uel supremã uel infimam sortẽ deposcit: τρὶς ἐξ, ἢ τρεῖς οἴνας, id est, Ter sex aut tres uiniones. Clarissime uero extra controuersiam hoc ponit apud Æschylum in Agamemnone nuncius in specula relictus, qui conspicatus in tenebris facem capri Iliij indicem, uti conuenerat, ait ignem illum ter sex iecisse, ni mirum fausta ac læta omni portendere signans. uersus hi sunt.

Τὰ δ' ἀπωτέρω γὰρ δ' ἐπεσόντα θήσομαι,
Τρὶς ἐξ βαλόσης τῆς ἐμοὶ φρυκτωρίας, i.
Feliciter cecidisse heriles res dabo,
Fax ista quando iecerit ter sex mihi.

Qui uersus quoniam deprauati leguntur apud Suidam admonendus est lector equus uitii duplicis, nã & male πεσὸν πα θήσομαι in priore scribitur, & in secundo βαλῶσα τῆς ἐμῆς. Neque uacuus erroris est codex Eustathij Romæ excusus, apud quem in Odysseæ primo pro τῆς δὲ μοὶ legitur τῆς δίος.

Lacrymæ Simonidis.

Mœstius lacrymis Simonideis, prouerbiali figura dictum est ab elegãtissimo Catullo, de re flebili & miseratione digna. Simonides poeta ex poetis, quos θρηνῴδους uocant, præcipui nominis fuit hoc est, qui nænias & carmina quæ cum lamentatione mortuo extrema accinebantur (sic enim Nænias exponit Diomedes grammaticus) scripserunt, Vnde Horat. lib. Odyss. 1. talia nominat Cæ næniæ munera. Sunt & qui elegiæ inuentæ gloriam illi tribuerũt, ueteres autem in funere mortuorum elegis ad sepulturam utebantur, ut Lucillius Tharrhęus ait. Calliouim pẽtametrici siue elegiaci carminis auctorem facit. Verba autem Catulli sunt, in epigrammate ad Cornificium, Paullulum quidlibet allocutionis Mœstius lacrumis Simonideis. Fuisse autem Simonidem appositissimum concitando luctui, etiam Aristides ostendit in Epicedio his verbis exclamãs: πῶς τὰ σιμωνίδης θρηνήσει, qualis Simonides hunc męrorem digne lugebit?

Theatrum simul & aperit & claudit.

Proverbiale est ĩ eũ, qui pollicetur dicturum se aut explicaturum aliquid opportunum & magni momenti, simulque alio orationem dirigit. Heliodorus lib. tertio: ὥσπερ κατόπιν ἑορτῆς ἥκοντα, τὸ τ λόγῳ παραχρέχεις, ὁμῶ τε ἀνοίξας καὶ κλείσας τὸ θέατρον, i. Me ueluti peracto iam festo adueniente, iuxta prouerbium, præteritis, & reserãs simul & claudens theatrum. Potest, & in sordidum torqueri, qui spem ostentat domi, sed mox reuocat.

Veluti Mineruæ calculus.

Ὥσπερ τὶς ἀθηνᾶς ψῆφος. i. Velut qdã Mineruæ calculus, Prouerbialiter dictum est a Philostrato ubi dicit Herodem Atticum, principem in oratoria uirum honestasse sua præsentia Aristoclẽ pergami docentem missis eo & suis discipulis, sic enim inq̃t: καὶ τ Ἀριστοκλέα εἶδεν ὥσπερ τὶς ἀθηνᾶς ψῆφος. id est, uidit & Aristoclem, uelut quidam Mineruæ calculus, nimirum ad faciendam fidem illius eruditionis dignatus eum honorifica salutatione, eoq; facto veluti comprobans præclaram de illo existimationem. Vti ergo prouerbio licebit, cũ quis primarii iudicis calculo absoluitur, aut quoties docti uiri iudicium accedit ad laudem alterius, testimonioque luculento huius eruditione extollit: aut ubi bellicosus aliquis Heros strenuam ducis militisve virtutem liberali elogio exornat: utrique enim & militiæ & doctrinæ. Mineruã præfecit gentilitas: ὥσπερ τὶς Ἀθηνᾶς ψῆφος. Natalem prouerbii referendum puto ad iudicium Orestæ, qui cum pares essent calculi & damnatorii & liberantes, Mineruæ calculo alteri parti accedẽte absolutus a crimine fuit, quod ita refert Aristides: ὁρέστῃ φυγόντα, ἴσον τ ψήφων ἠμφιεσμένων ἢ ἀθηνᾶ προσθεμένη τ παρ' αὐτῆς σώζει.

Ieiunium olet.

Νυστείας ὄζειν. i. Ieiunium olere. Græco prouerbio dicuntur, quibus grauius est anima & pudidum olens, Aristoteles Problematũ sectione 13. διὰ τὶ τὰ στόματα μὴ ἐδηδοκότων, ἀλλὰ νηστείας ὄζει μᾶλλον ὃ καλεῖται νηστείας ὄζειν φαγόντων ὑ τυκέτι, ὅτε εἶδει μᾶλλον. i. Quid caussę cur ora eorũ qui nihil ederint, sed ieiuni sint, magis puteat (id quo Ieiunium olere dicitur) postquam cibum sumpserint, nequaquam, cum oportuerit tũc magis obolere. Caussam assignat aeri, propter requiem feruefacto, qui spiritum & excrementa pituitosa in putredinem agat. Cæcilius Comicus: Quæ mihi.

Vbi domum adueni, assedi, exemplo suauium
Dat ieiuna anima.

Plautus in Mercatore:

Ieiunitatis plenus, anima fœtidat:

Sic enim citat Nonius Marcellus, & legit uetus codex, pro quo uulgata editio habet: Iam plenus ætatis, animaq; fœtida: Huc pertinet quod in Bassam olidã anum scribit Martialis libro quarto Epigramm.

Quod

Quod bis murice vellus inquinatum,
Quod ieiunia sabbatariorum,
Mœstorum quod anhelitus reorum,
Quod spurcæ moriens lucerna tedæ,

Quæ postrema dictio in impressis libris perperam in Leda commutata legitur.

Sphingis ænigmata dissoluit.

Epigrammaton lib. 3. Alcæi poetæ prouerbialis uersus legitur,

Νῦν σφιγγὸς γρίφους οἰδίπους ἐφρασάμην.

Nunc Sphyngis nodos Odipus explicui.

Quadrabit in eum qui insigni dexterita te recondita auctorum sensa & tenebrosos locos possit explanare. Alexis Comicus in Orchestride:

Δαιμονίως ἀσπάζομαι
Γράῳ σφίγγα πρὸς ἐμέ· ὃς αἰνίγματα λέγῃ, i.

Complector valde humaniter
Anum Sphingem, quæ soluat ænigmata mihi.

Huc spectat vrbanus Ciceronis iocus, ad Hortensium, cum iste diceret se Ciceronis ænigmata intelligere. Atqui, debes, inquit ille, cum Sphingem domi habeas: acceperat enim à Verre auream Sphingem Hortensius, patrocinij premiũ, uti refert Quintilianus. Comicus Straton in Phœnicide:

Σφίγγ' ἀρρὲν, ἠμάγειρον εἰς τ οἰκίαν
Εἰληφ' ἁπλῶς γὰρ τ δὲν μὰ τοὺς θεοὺς
Ὅσ' ἂν λέγῃ, σωίημι. i.

Domum introduxi masculã Sphingem,
Haud cocũ, adeo nihil, testor Deos, intelligo. Quæ loquitur. Vbi Sphingem mascu lam uocat cocum poeticis uerbulis utentẽ identidem data opera, ut ea ratione obscurior impito hero illuderet. Finitimũ huic est Epicharmi illud: Οἰδίπους τοίνυν ποτ' ὢν αἰνίγματ' ἠνοεῖς, i. Iam olim Oedipus cũ sis, ęnigmata haud capis Sphingẽ fabulãtur fuisse belluam canino corpore, vultu puellari, auis in modum pennatam, humana uoce loquentẽ, consueuisseq; Thebanis ciuib. ænigma proponere ęq indissolutum cum multis necis caussa fuisset, tãdẽ, Oedipus Corinthius dissoluit, exitialemq; bestiam sustulit, quã fabulam pluribus persequitur Palæphatus, aliter eã exponit apud Nicephorũ Philostorgius, Sphinx, inquit, de simiarum genere est, pectore ad collum usque glabro, reliquo corpore hirsuto ubera muliebri habet, facies plusculum rotunda est, & acuminata, à muliebri specie, non abhorrens, uox humana, sed stridula nec articulata: bestia indomita, maligna, astuta, hanc crediderim olim Thebas allatam, & cum in ciuium ad spectaculum commeantium uultus insiluisset, eosq; vnguibus lancinasset, Oedipum ciuium iuorum iniuria offensum feram interemisse, nomenq; inde illustre retulisse. Cęterum fabula Oedipo fortitudinis gloriã tribuẽs, alatam eam fingit, eo quod celeriter in obuios insultum faceret: eadem illi pectus muliebre, corpus leoninum addit, illud propter glabritiem & fęmineę formę similitudinẽ, hoc propter ferocitatem, quodq; ut plurimum quadrupes ingrediens leoni num incessum mentiatur: Sermonem quoque illi assignat, quod vox eius humanæ sit adfinis, ænigmata vero, quod obscurum quidam neque intellectum vociferetur. Neque otiosum fuerit, ut huc adscribatur quod D. Clemens commemorat Stromatum lib. quinto, apud Ægyptios pro templis stare dedicata Sphingũ simulacra, quo significent obscurum minimeq; explicitũ, & ænigmatis cuiusdam simile, quicquid de Deo loqui, aut opinari mortales instituerimus, non ignoro tamen aliter istud symbolum à Synesio exponi in libro de Regno ad Theodosium iuniorem, & iterum in Ægyptio.

Cyrenæus uideris.

De homine quauis ratione inexpleto dicitur Alexidis Comici illud è Tyndareo id fabulæ nomen est:

Ἀνθρωπος εἶναι μοὶ κυρηναῖος δοκεῖς, i.

Videris esse uir Cyrenæus mihi.

Prouerbij vice vsurpauit Athenęus lib. duodecimi initio: Ἀνθρωπος εἶναι μοὶ κυρηναῖος δοκεῖς, κ τ ἀλέξιδος Ταυδάρεο ἑταῖρε Τιμόκρατες, κἀκεῖ γὰρ ἂν τὶς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἕνα καλῇ, Πάρεισιν ὀκτωκαίδεκ' ἄλλοι, κ δέχ' ἅρματα, i. Videris esse hõ Cyrenæus mihi iuxta Alexidis Tyndareũ, sodalis Timocratis, illic enim si quem piam ad cęnam uoces, mox octodecim alii adsunt & currus decem. Modeste Timocratis studiosi hominis inexplebilem in legendo & ad editionem de poscendis libris auiditatem, perstringit, qui perlectis iam undecim Dipnosophistarum commentariis, nondum satur, efflagitarat prædictis adiici librum de iis, quos luxu diffluentes ac deliciis addictos fuisse observarat.

uarat. Appofite igitur quadrabit in homi nē inexhauftæ lectionis aut uoluptatibus numquam faturum.

Ne corticem quidem dederit.

VERSICVLVS eft prouerbialis Pathenij Etymologici auctore citatus.

Οὐδὲ πόροι ῥίζης δρύφελα ποντιάδος, i. Herbæ litoreq; fragmina non dederit. vel ita:

Radicis nulli dederit fragmenta marinę.

Quo licebit uti in hominem fordidum & auarum, qui nulli aliquid largiatur, vt è pumice aquam citius elicias quam a tali numulum. eft autē δρύφελον cortex arboris delibratus, feu ab arbore reuulfus, aut etiam quifquiliæ quælibet & fragmenta, ἀπὸ τοῦ δρύπτειν, quod lācinare fonat. Conuenit cum eo, quod alibi citauimus. Ne falem quidem dederit.

Ne bæon pifcis moleftus fit.

Μὴ μὲ βαιὼν κακώσῃ ἰχθύς, i. Ne Bęō pifciculus mihi noxam pariat. Citatur ab Etymologiaci auctore, qui illud exponit de homine uoluptario & delicato ganeone, qui uilia & communia edulia aspernatus, cupedias fectatur: cuiufmodi Philoxenus Cyterius fuit, qui appofitum exiguū mullum perconftanti fimilis auri admouit, ut ingenioſo commento prægrandem Dionyſio tyranno in eadem menſa oppofitum impetraret, uti refert Athenæus. Eft autem βαιὼν pifciculus gobio perfimilis, alio nomine βέλεννος à muccofitate, ut uidetur, nomen fortitus, quamquam apud Athenęum lib. 7. βέλεννος fciibatur, ubi & alter exftat in uulgatis codicibus error talis, ἐστὶ δὲ κωθιῶ τοῦ ἰδέαν παραπλήσιος, pro quo reponas ex Euftathio & Etymologici auctore κοβιῶ, vt dicat βλέννον, pifcem à βλέννα, i. mucco nomen habentem. gobio effe perfimilem. Vilem autem fuiffe & ingrati faporis pifciculum, oftendit Epicharmus. ἀχαρίστους βαίονας, i. infipidos Bęonas uocitans. Lectio huius parœmiæ diuerfa eft apud Athenæum. Ded quæ eodē fenfu cōftare poteft μὴ μοὶ βαίον κακὸς ἰχθῦς, id eft, Procul a me faceffat Bœon malus pifcis. Competet in hominem afpernabundum & delicati morofiq; ingenii, qui communia & uulgaria faftidiat.

Cum uulpe habens commercium, dolos caue.

SENARIVS prouerbialis citatur a Suida talis:

Κερδοῦσιωων, τῷ κερδοσιώλῳ προσδόκα. i.

Cum uulpe habens commercium, dolū caue,

Adfine eft illi Paulino: Cum prauo deprauaberis. A malorū confortio cauēdum eft, ne aut impoftura exitio tibi fit, aut ne in mores trāfeat cōtagium: τὸ γὰρ ἐμφυὲς ὅτ' ἄθον ἀλώπυξ ὅτ' ἐρίδρομοι λέοντες διαλλάξαιν τὸ ἦθος, ut inquit Pindarus hoc eft, natiuū ingeniū neq. dolofa uulpes, neq. rugibundus leo commutare ualeāt. κερδῶ aūt vulpes dicitur quafi κερκῶ à caudæ q̄ fpiffam habet tractu, vel ab aftutia qua lucrum quæritur & emolumentū, quā κέρδος etiam nominant, unde & κερδαλέος fraudulentus homo dicitur.

Pro pede Xenium.

Τοῦτό σοι ἀντὶ ποδὸς ξεινήιον, i.

Iftud habe Xenium pede pro bouis.

Verba sūt Philętij bubulci Vlyffis apud Homerum Odyff. 22. ad Crefippum quem fagitta traiecerat, illi infultantis, vt munus illud accipiat pro bubulo pede, quem ille mendicanti Vlyffi impegerat paullo ante. admonet ibi Euftathius vſurpatum adagiū a primi nominis theologo, in eos quibus malum pro malo rependitur.

Vti nutrices Lamiam.

CVM inanes minas ad territandum folum compertas innuere uolumus, vtemur illo Dionis Chryfoftomi, ὥσπερ αἱ τίτθαι δηγύμψαι τὴν λαμίαν, i. inftar nutricū Lamiam pueris obicientium. Eius verba hęc funt oratione 55. μόνας δὲ θαυμάζεις τοὺς λέοντας (ita corrigendus eft codex græcus, qui habet:) λέγοντας καὶ τοὺς ἀετοὺς καὶ τοὺς σκύλλας καὶ τοὺς κύκλωπας, οἷς ἐκοῖνος ἐκήλει τοὺς ἀναιδήτους ὥσπερ αἱ τίτθαι τὰ παιδία, δηγύμψαι τὴν λαμίαν. i. Soles miraris leones, aquilas, fcyllas, & cyclopes quibus ille ftupidos homines demulfit, nō aliter, q̄ folēt nutrices pueros, Lamiæ aduentum narrātes. Lamiā quafi λαμίαν à pręgrādi ingluuie nomē habere vult Etymologi auctor, diximus de ea in adagio Lamię turris, antea: nunc & hoc addēdū eft ex Nicephoro Callifto li. 18. c. 9. Lamniam etiam λέγω uocari,

uocari, fic enim ait de Mauritio Impera. Illud infuper auile parfiq; fimile ueri addens Empufam (ita enim nominant, quam λέγω quis dixerit) fæpenumero infantem Maurit ium è cubili, uelut mox deuoraturam, extulifſe, nullo accepto incommodo.

Immortales Gratiarum horti.

Ἀκύρατοι χαρίτων κῆποι, i. Interitum nefciunt Gratiarum horti. Ariftides, καὶ μάλ' ἐν ἀκηράτοις χαρίτων κήποις, i. In immortalibus Gratiarū hortis natum. Pro uerbii facies ad gratitudinis fignificationē trahi poteft, nam beneficii collati memoria immortalis effe debet, femperque in animo grato uiuere, unde & Gratiarum uni a uirore perpetuo Thaliæ nomē fuit. Poteft & ad perfonam transferri, fi dicamus uirum fempiterna memoria digniffimum, in Charitum hortis immortalibus uiuere, A quo non abludit Sapphus poetriæ inuectiua in indoctā & a Mufis Gratiisq; alienam fęminam: κατασανοῖσα δὲ κείσεαι, τοῦ ὃ ποτὲ μναμοσυνά σέθεν ἔσται· τοῦ δὲ ποκ' ὕστερον, ἁ γὰρ μετέχεις ῥόδων τοῦ ἐκ πιερίας, ἀλλ' ἀφανὴς κεῖν ἀΐδα δόμοις φοιτάσεις. hoc eft, Mortua iacebis, nec tui umq̄ a morte exftabit memoria, quippe ex pers rofarum in Pieria nafcentiū fed obfcura umbra apud inferos maneis oberrabis. Quę uerba corrupte legūtur apud Plutarchum i tertio Symposiacōn in Codice Aldino, paramque integre.

Phœnicis inftar reuiuifcere.

Κατὰ φοίνικα ἀναβιώσκειν, id eft, Phęnicis in morem reuiuifcere, prouerbio dicetur, qui lōga ualetudine, affiduis curis, amore follicitudine, carceris tædio emaciatus, nūc uiuidior factus ad fe redit. Ariftides refert ad ftatum ciuitatis, cuius ruinę in nouā urbis faciem reftitutæ fint, reparatis etiam iis quæ obfoleta forent, ita in loquitur de Smyrna beneficio M. Aur. Imp. reędificata: ἡ πόλις ἀναφύεται μεταβαλοῦσα τὴν ἡλικίαν, ἣ αὐτὴ παλαιάτη καὶ νέα γιγνομένη, ὥσπερ τὸν φοίνικα ἀναβιώσκεσθαι λόγος αὐτὸν ἐξ αὐτοῦ, i. Repullulat ciuitas depofito fenio, vetus eadem & noua, quo Phœnicem ex fe reuiuifcere fama loquitur, & alibi de eadem, γέγονε δὴ παλαιοτάτη καὶ νεωτάτη ἡ αὐτὴ ἑαυτῷ ἀναγεωσαμένη, καθάπερ τὸν ὄρνιν φασὶ τὸν ἱερόν. i. Facta eft eadem urbs & antiquiffima & nouiffima, refumpta iuuēta, quod de facro alite dicitur. De Phœnice aue ita Ambrofius lib. de fide refurrectionis. Auis i regione Arabiæ, cui nomen eft Phœnix, rediuiuo fuæ carnis humore reparabilis, cū mortua fuerit, reuiuifcit. Euſebius Pāphili in uita Cōftātini: Αἰγύπτιον ὄρνιν φασὶ μονογενῆ ὄντα τῇ φύσιν, θνήσκειν μὲν ἐπ' ἀρωμάτων αὐτὸν αὐτῷ τελευτῶν θυηπολήσαντα ἀναβιώσκειν δὲ ἐξ αὐτῆς σποδιᾶς καὶ ἀναπλάσαντα τοιοῦτον οἷον καὶ πρότερον λοῦ φῦναι. i. Phœnicē uolucrē Ægyptiam ferunt natura unigenam effe, & fuper aromatū acer uo emori fuum fibi rogum adolentē, poftea de fuo cinere reuiuifcere, refumptisq. pennis talem exiftere qualis antea fuerit. Nazianzenus in Carminum lib.

Ος δ' ὄρνιν φοίνικα φάτις θνήσκοντα νεάζειν,

Εν πυρὶ τικτόμενον πολλῶν ἐτέων μετὰ κύκλα

Πυραλέης κονίης ξεῖνον γόνον αὐτογένεθλον, id eft,

Phęnicē perhibēt poſt fata refumere uires,

Nafcentem exigni, & decurfis pluribus annis,

De cinere annofo fęturā fponte renafci.

De hac aue ita ferme Artemidorus lib. de infomniis 4. cap. 49. Phęnix ubi fatale ingruit tēpus, euolat in Ægyptum, loco unde profectus adfit ignorato, fibiq. conftructō è cafia myrrhaq; rogo, immoritur: ex eo cinere poſt ſtatum temporis turricum uermis enafci putatur, qui grādefcēs in uolucrem abit, fitque iterum phęnix, moxq; emigrat ex Ægypto, locumq; unde genitor aduenerat uolatu repetit. Eiusdem uerba legūtur apud Suidā in dictione φοίνιξ, fed a librariis corrupta, nam illa ἀφίπτασθαι εἰς αἴγυπτον ἐκεῖθεν, ex Artemidoro ita legi debēt, ἀφίπτασθαι αἰγύπτου ἐκεῖσε. Plura de hac aue qui fcire defiderat, legat opufculum Lactantii, & alterum Claudiani, de Phęnice, Corneliū Tacitū annalium lib. 5. Plinium lib. 10 cap. 2. Solinum c. 36. Ouidium in transformationum libris, denique Achillem Statium Alexandrinum in calce lib. tertii de amoribus Blitophontis & Leucippes.

Qualis hera, talis & canis.

REFERTVR à Clemēte Alexandrino lib. pædagogi 3. οἷα γὰρ ἡ κυνίνα (φασὶν οἱ παροιμιαζόμενοι) τοιάδε καὶ κύων. i. Qualis nāq. hera, iuxta prouerbium, talis eft

& canis. Quadrabit ne impudicę aut ebriosæ matris, libidinosam aut temulentam filiam. Vsus eo est Gregorius Palama, in declamatione, qua corpus aduersus animum se defendit, testaturq; se mereri ueniam, raptū illius affectionibus οἷα γὰρ, φυσὶν, ἡ δέσποινα, τοῖα χ' ἡ κύων.

Gyaro dignum.

FACINVS audax cum periculo cõiunctum, quale ῥιψοκίνδυνον Græci vocãt, velut proiectæ audaciæ plenum uersu a multis vsitato. Iuuenalis dixit: Gyaro dignum, ita autem habet, Aude aliquid breuibus, Gyaris, & carcere dignum, in quo præter aliorum grammaticorum expositionem, breuibus, epitheton esse nolo, ut exilitas insulæ includi eo uerbo uideatur, sed cõmate distermino, ut tria loca periculo uitæ coniuncta illi adeunda esse significet, qui facinus aliquod memorabile suscipere uelit. Sunt enim Breuia loca maris uadosa, naufragiis infamia, quorum etiam apud Virgiliũ mentio est in primo Æneid. ibi, In breuia & Syrtes. Polybus similiter ut Latini βραχέα nominat. vt libro primo de parua Syrti loquẽs ἐν ᾗ προσπεσόντες εἰς τίνα βραχέα (ita locũ corrige pro ἀβραχέα) διὰ τὴν ἀπειρίαν, εἰς πᾶσαν ἦλθον ἀπορίαν, i. Ad quam in breuia incurrẽtes, propter locorum imperitiam, in summum adducti fuerunt discrimen. Gyaros uero insula est inter Cycladas, quam immitem & sine cultu hominum causatur Tiberius apud Cornelium Tacitum.

Mel summis digitis delibandum.

Χρὴ τὸ μέλιτος ἀκροδαπτύλῳ ἀλλὰ μὴ κείλῃ χειρὶ γεύεσθαι. hoc est, Mel summo digito, haud caua manu delibãdũ est, Dionysius Mylesius apud familiares suos identidem dicere solebat, Philostratus lib. 1. de Sophistarum uitis commemorat. Translationibus aliisq. deliciis, quibus oratio ornatur, parce utendum est, non affluenter & ad fastidium usque. Voluptatibus modice frui pro re nata, illaudatum nõ est, modo ne totum te iis immergas. Vti adagio conueniet, quoties moderatum rei alicuius usum laudabimus.

Polycleti norma.

Πολυκλείτεος κανὼν, id est, Polycletęa norma prouerbii specie effertur de hoie omnibus numeris absoluto, de opere ad unguem facto, deque re extra controuersiam perfecta. Natum a Polycleti statuariorum antesignani commentario, quo absoluti operis specimen artificibus præscripsit, itemq; eiusdem statua absolutissima, quibus ambobus κανόνος nomen inditũ fuit ab auctore: Sed operæpretium est Galeni uerba quibus hanc rem persequitur apponere ex quinto libro De Hippocratis & Platonis decretis: καθάπερ, ἐν τῷ Πολυκλείτου κανόνι γέγραπται, πάσας γὰρ ἐνδείξας ἐν ἐκείνῳ τῷ συγγράμματι τὰς συμμετρίας τοῦ σώματος ὁ Πολύκλειτος, ἔργῳ τὸν λόγον ἐβεβαίωσε δημιουργήσας ἀνδρίαντα κατὰ τοὺς λόγους προστάγματα, καὶ καλέσας δὴ καὶ αὐτὸν τὸν ἀνδριάντα καθάπερ καὶ τὸ σύγγραμμα, κανόνα. idest, Quemadmodum in Polycleti regula perscriptũ est: nã cũ eo in commẽtario Polycletus nos edocuisset symmetrias corporis, scriptũ deniq. opere cõfirmabit, fabricata statua iuxta libri p̃scripta, inditoq. illi similiter, ut & cõmẽtario, Normæ peculiari nomine. Idẽ de corpore quadrato loquẽs in primo De tẽperamẽtis, qđ non modo medium obtinere humiditatis siccitatisq., uerumetiam optima formatione prædituũ vult esse supra Polycleti normã, sic inquit: καὶ τοῦτο τὴν ἀνδρίας ἐπαινεῖται Πολυκλείτου κανὼν ὀνομαζόμενος, ἐκ τῶν πάντων τῶν μορίων ἀκριβῆ τὸν πρὸς ἄλληλα συμμετρίαν ἔχειν, ὀνόματος τοιούτου τυχών. i. Laudatur alicubi statua Polycleti, Norma vocitata creato inde noie q. exactã adamussim omnium inter se membrorũ commensurationem habeat. Transferetur apposite ad animi dotes, si hominẽ omni uirtutum genere prædituũ Πολυκλείτειον κανόνα uocemus: Eo modo accipiũ & per se κανὸν Græcis, vt Norma Latinis, Apud Suidam incerti auctoris verba citãtur ista, ἡ δὲ ἐφηβεία, κανὼν τοῦ ὀρθοῦ βίου καὶ ὑλικοῦ. i. Pubertatis anni norma erant recte institutæ, sanæque uitæ. Eunapius de Marciano: ἀνὴρ ἐς ἀρετὴν ἅπασαν ὥσπερ τὶς κανὼν ἀπικριβωμένος. i. Vir ad omnes uirtutes ueluti norma quępiã affabre factus. Simili tropo Hieronymus ad Ruffinum dixit. Norma Catonianæ seueritatis. & Martialis lib. 11. Regula morũ. Affine etiam est illud Trebellii Pollionis, Valeriani uita cẽsura est. Ad eũ dẽ modũ capitur & γνώμων. Damascius de Isidoro

Isidoro philosopho Hypatię doctissimę feminę marito: ἁπᾶν τὸ θέατρον ὡς εἰπεῖν, τῇ ἐκείνου κρίσει γνώμονι διεχρῆτο τοῦ ἄμεινον ἢ χεῖρον λεγόντων. i. Vniuersũ theatrũ illius iudicio utebatur ceu regula eorũ q. bene maleve dicerẽt. Thucydides de Themistocle: τοῦ τε παραχρῆμα δὶ ἐλαχίστης βουλῆς κράσιστος γνώμων. i. Rerum præsentium exactissima norma, adhibito uel leui consilio.

Pro uirgine cerua.

Αντὶ παρθένου ἔλαφος, i. Loco uirginis cerua. Proue: bio hoc uti licebit, cum pręter opinionem insperatũ quid accidit, veluti si quis opima spe excidat, & pro aureis tantum non montibus exiguum quid referat: aut vbi quis criminis purus, reus tamen accusatus, liberatur, auctore sceleris deprehenso: aut cum aliud pro alio fraudulenter substituitur. Exstat apud Achillem Statium Alexãdrinum libro sexto de amoribus Clitophontis & Leucippes. Cu stos, inquit, ut uerisimile est, obstupuerat, inopinatæ rei nouitate cõmotus, iuxta paręmiam, pro uirgine cerua conspecta. Natum uidetur a fabula Iphigeniæ, quæ cũ in Aulidæ Bœotiæ ad aram Dianæ adducta staret, futura deæ uictima, ipsa quidem repente euanuit & in Tauricam deuecta est, immolata eius loco supposititia cerua. Hanc rem narrat apud Euripidem Iphignuntius:

Λέπτον εἰσίδοντες ἐκ θεῶν τινὸς
Φάσμ', ὅ γε μηδ' ὁρωμένῳ πίστις παρῶν,
Ελαφὸς γὰρ ἀσπαίρουσ' ἔκειτ' ἐπὶ χθονὶ
Ης αἵματι βώμος ἐρράινετ' ἄρδιν τῆς θεοῦ, i.

Spectrum intuentes a deorum quopiam
Inopinum, & ægre creditum spectãtibus,
Nam cerua humi iacebat artubus micãs,
Aram deæ cruore stagnantem imbuens.

Nõ alienum hinc est quod Martialis iocatur in Misitium quendam a Cybales sacerdotibus noctu præfectis uirilibus orbatum, cum illi Achillam puerum concubinum ea parte mulctasse se credent decepti, proinde subiicit auctor. Suppositam fama est quondam pro uirgine ceruam.

Fulmenta lectum scandunt.

CITATVR à Nonio prouerbium Varroni frequens: Fulmenta lectum scãdunt, quãquam in impressis codicibus, ut ubiq; scatent portentsis mendis, singulari numero Fulmẽtũ uitiose scriptum legitur. Videtur autem quadrare quoties præpostere aliquid fit, aut ubi hero imperare seruus, & supra patronum cliens habere pręsumit arroganter. Nihil autem in rerum natura magis est præposterum, quam ubi fulcra sustentando lecto destinata, on⁹ ipsa lecti esse uolunt, & ab eo portari quodammodo. Est autem fulmentum idem, quod fulcrum aut pleniore uoce fulcimentum, quod uel ex Plautino exẽplo in Trinummo liquere potest, ubi uulgati codices fulcimenta præferunt, cum fęminino Fulmentas ueriore lectione emendatiores libri habeant hoc modo Fulmentas iubcã suppingi soccis.

Tantali mensa.

Ταντάλου τράπεζα. idest, Mẽsa Tantali, effertur de re, qua frui non liceat. Melite Ephesia apud Achillem Statiũ libro quinto, amore Clitophontis incẽsa, cum veneris fructum solicitaret apud illum identidem tergiuersantem: Ne ego, inquit, totũ Tantali mensæ non absimilem nacta sum. Præcesserunt autem hæc uerba. Tantone tempore, ut propter fluuium sedeam, neq. sitim explere queam? nam cum sedulo instare Melite, ut litando ueneri nuptias cõfirmaret amans ille amasiæ suæ Leucippes desiderio hoc dans, congressum connubiũque cum Melite uitabat, diem semper eximendo. Nota est de Tantalo fabula in mediis undis sitiente, & imminentibus ori ipsius pomis frui non potente: quam rem eleganter idem & breuiter expressit Petronius Arbiter:

Nec bibit inter aquas, nec poma patẽtia carpit.
Tantalus, infęlix quem sua uota premũt.

Vnum alueare.

Ενὶ κηρίον. i. Vnum idemq. alueare. Proueruium est de collegis sociis & coniuratis, qui eiusdem sodalitii sunt, iisdem studiis addicti, aut similibus sceleribus operti. Citatur in Suidæ collectaneis.

Camelus pyrrhicham didicerit.

Η κάμηλος πυῤῥίχαν ἐμαθεκινισίου, idest, Pyrrhicham Cinesiæ camelus didicerit.

Locus erit adagio ubi quis repugnante natura & genio aggreditur quippiã, uelut si stipes quispiã literis operam dare uelit,

lit, aprior tractandæ stiuæ, huic.n. dicetur.

Discit camelus pyrrhicham Cinesiæ.

Fuit Cinesias poeta prælongus tardo immobilique corpore, quippe tilię arboris asserculis circummunito ad gressus firmitatem, ac proinde ad saltādū pyrrhichā tripudii genus uelocis, inepto. Pyrrhicha namq. Laconum inuentum ab armatis adolescentibus obiri solebat ad comparandum uelocitatis habitum quippe qua in bellis maxime opus sit, cum ad persequendum hostem tum ad fugā euadendum, si contingat inferiores obtinere. Aristophanis interpretes scribunt Cinesiam poetam pyrrhicham composuisse ad quam decursus modulatus fieret, lege carminis conflata è breuibus ferme pedibus, qui uel inde, ab ignea mobilitate pyrrhichij dicuntur, ijdem & κινησίαι, uel ab auctore, uel a mobilitate, ut a Diomede grammatico scriptum est. Adlusum uiderur ad uersum Aristophan. i Nebulis ἢ πυῤῥίχιον τὶς ἐμαθετίω κινησίας. i. An Pyrrhicham Cinesiæ quis edidicit? Gratiæ multum accedet adagio, si paullulum deflectatur hoc modo: Camelus citius pyrrhicham. Cinesiæ didicerit, quam talis caudex literas. Est enim Camelus animal saltationi ineptum, tametsi nomen illi quasi καμμήρω à femorum incuruatione esse uelit Euenus apud Artemidorum. Neque absurdus eius usus erit, quando significabimus sub institutione uiri literati, stupidū discipulum plurimum profecisse, sub tali enim præceptore Camelus Pyrrhicham Cinesiæ didicit.

Eleusina seruat quod ostendat.

ELEVSINA seruat quod ostendat reuisentibus. In adagium cedere dignissimum Senecæ dictum, quando significabimus non semel & unica uice effundendas esse omnes eruditionis opes. Habent hoc uitii nonnulli, ut omne suum myrothecion, uniuersa pigmenta simul in unicam epistolam, aut orationem impendant, cum parcior ornatus laudabilior sit. Seneca Naturalium Quæstionum lib. septimo. Eleusina seruat quod ostendat reuisentibus. Rerum natura sacra sua non simul tradit. Habent illud ciuitates quæ spectaculorū & reliquiarum ostentus gratia, statis annorum intervallis adeuntur, ut seruent in proximam panegyrin semper aliquid antea non spectatum. Eleusin siue Eleusina Atticæ locus Eleusinæ Cæteris religioso fano nobilis, quo prima frumenti satio inuecta fuerit. παρὰ τὸ ἐλεύθειν, ut Diodorus Siculus ait, uel ab Eleusino Mercurii filio nomen habens, ut Etymologici auctor uoluit. Atticæ sacrarium eam uocat Apuleius.

Nemo comatus qui non præciditur.

Οὐδεὶς κομήτης, ὃς οὐ ψηνήζεται. idest, Nullus comatus qui non præcidi solet,

Prouerbiū esse uetustum, immo oraculare, manifestis verbis testatur Synesi⁹ quo significetur, omnes qui impense mollitiei cutis operam nauāt, aut calamistraturę nimium studium impendent, aut quomodocumq; tandem corporis cultum & nitorē deamant, molles censeri, & pathicum qddam si non corpore, animo saltem præferre, fractosq; esse. Verba eius sunt in epistola ad fratrē de Ioanne quodam improbo hoīe & ignauo: χθὲς τοῖς πάνυ λαμπρῶς σωηγοράκει τῇ παρειμίᾳ, μᾶλλον δὲ τῷ χρῆσμῳ, χρησμὸς γὰρ ἀντικρυς, τοῦτό γε πάντως οἶδα, τὸ οὐδεὶς κομήτης ὃς οὐ ψηνήζεται. i. Heri apertissime puerbii fidē cō probauit, uel oraculi poti⁹, reuera nāq. oraculū est qd tibi nō ignotū est. Null⁹ comat⁹ q nō pcidi solet. Idē i libello de Coma: Τὶς ἦν πότ' ἐστὶν ἢ δὲ παρειμία καί τι βόλεται, οὐδεὶς κομήτης ὃς οὐ. τὸ ἢ ἀκροτλάδιον, αὐτὸς σὺ φρὸς τ ἢ ἠχὼ τ τριμέτρε συνάρμοσον, ὁ γὰρ ἔγωγε φθέγξομαι τὸ δεινὸν ἐκεῖνο κ φῶγμα καὶ ὄνομα. i. Quod est igit prouerbiū illud & quid sibi uult: Nullus comatus qui non nam postremam uocē, trimetri numerosæ legi tu ipse adaptato, neque. n proferetur a me fœdū illud & re nomine uerbum. Quæ uerba citātur a Suida in dictione κομῆται, non nominato tamē auctore. Idem alibi senarii postremum uerbum immutatum citat hoc modo: οὐδεὶς κομήτης ὃς οὐ παραίνεται. Vtrobique tamen idem est sensus.

Smyrnæi mores.

Σμυρναῖος τρόπος, i. Smyrnęi more, pro uerbium uidetur competere in eos qui deliciis luxuiique indulgent, rursus cum res postulat uiros, fortiter se gerūt, ita. n. exponit ipse Aristides in Smyrnæ enconio, tribuit nāq. illis ἀβρότητας μὲ εἰς τὸ καθ' ἡμέραν, τολμήματα δὲ εἰς τὸς πολέμους

χρεῖττον ἢ πολλοῖς ἐρίσαι λυσιτελεῖν, addit deinde ὡς τε καὶ τ φοιτᾶν ἢ δὴ τισὶ σμυρναῖον τρόπον τὸ τοιοῦτον ἀεῖ θαι, id est, In dies opipare uiuunt, sed in bello ferociores sunt, quam ut multis expediat eiusce rei periculum facere usqueadeo ut nō nulli poetæ Smyrnæos mores tale ingeniū uocent, subiicit deinde exemplū unū de Chiis qui uacuam ab oppidanis illorū urbem occupaturos se rati, uiris in monte operi rustico intentis, mox cum de monte decurrētes subito ciues conspexissent, tanta trepidatione iniecta fugerunt, ut triremes plerasq; iniquitate locorum amiserint, impetum in se ciuium metuentes. Dicetur ergo de gente, aut homine bellicoso, paci s tempore dissoluto.

Capra cinnamomum.

Η αἴξ τὸ κιννάμωμον, i. Capra cinnamomum uidelicet sequitur aut amat. Eustathius dici testatur in eos qui rem quampiam impense amant, & feruide depereūt. Cinnamomū surculus est Arabicus miræ fragrātiæ uiti non dissimilis, qui narib. ad motus odoris grati a, uoluptatis plena, lacrymas etiam inuitis elicit, ut ex Porphyrio annotat ille in Dionysii Afri cōmentariis, adamaturq. uehementer ab indigenis capris. Philostratus libro 3. de vita Apollonij originem adagii docet, cum namque ostendat, Caprā documentum præbere bonitatis cinnamomi, ita subiungit, si quis capræ porrigat cinnamomi surculū, ea catuli instar admurmurat, abeuntemque sequitur, naribus quantum potest ad motis, atque adeo repulsa non aliter, quam si pabulum denegatum foret, quiritatur.

Veteris monetæ.

Παλαιὰν κόμματος, i. veteris monetę esse dicitur quisquis integrū adfert iudicū, haud corruptū, fuci corruptelæq. nescius. deniq. quidquid probū est & rectū, veteris monetæ esse dicetur, uetera namq. eo nomine bene audiunt, uelut minime adulterina καὶ κίβδηλα. Symmachus epistol. lib. 2. Itaque ut ipse nonnumquam prædicas, spectatorum tibi ueteris monetę sol⁹ supersum, cæteros delinimenta aurium capiunt. Vsus huius prouerbii durat etiam nū in lingua nostra uernacula incorruptū dicētibus nobis esse de ueteri moneta. Ita ferme usurpatur ἀρχαίως, hoc est, ueruste apud Demosthenem in Philippicis, pro simpliciter & sine fucco doloq;, quod prisci seculi homines integri fuerint, sic. n. habēt eius uerba: οὕτω δὲ ἀρχαίως εἶχον, hoc est, de uerbo ad uerbum, usqueadeo uetuste habebant.

Olim Pelasgi, Danaidæ postea.

Πάλαι πελασγοι, δαναΐδαι δ' ὕστερον, i. Olim Pelasgi, Danaidæ postea.

Euripidis senarius in Oreste fabula, prouerbii speciem redolens, qui torqueri potest in locuplete genere ortos iam ad egestatem redactos, aut propemodum stirpitus extinctos. Pelasgi, si Straboni credim⁹, numerosa & ualida olim gens fuit, quæ errabunda passim sedes posuit leuique de caussas eas mutauit, alio atque alio commigrans, & in infinitam adaucta multitudinem celeriter defecit: siquidem maritimam Ioniæ oram insedisse, & Chium insulam inhabitasse leguntur, Herodotus refert etiam Imbrum & Lemnum insulas Persici belli temporibus a Pelasga gente habitatas, memorat Strabo & cāpū Pelasgicum in Thessalia ad Larissam. Possederunt & Cretæ partem ut ex Vlyssis ad Penelopen uerbis apud Homerum manifestum fit. Fuerunt & Pelasgi in Achaia, cū & Æoliam in Asia incoluerunt, transierūt & in Italiam eorum coloniæ, Lesbus quoque Pelasgia antiquit⁹ ab incolis eius nominis dicta fuit. Conueniet itaque in eos quorum opes olim firmæ & potentes fuerunt aut præpotens familia, nunc uero ea defecerint. Potest & haberi adfine illi uulgato de Milesiis: Fuere quondam strenui Milesij.

Helenæ crater.

Ελένης κρατὴρ, idest, Helenę crater, de lęto nuncio aut re quauis animo nostro impense grata quæ sollicitudinem leuare possit curasq; diluere. Philostratus in Sophistis: καὶ τὰ ἄχθη σοὶ κεφιεῖ τῆς γνώμης ὥσπερ ὁ κρατὴρ τῆς ἑλένης τοῖς αἰγυπτίοις φαρμάκοις, idest. Leuabit tibi animi molestias non aliter quam Helenæ poculum Ægyptiis pharmacis imbutum. Intelligit de pharmaco Nepēte, Locus est apud Homerum Odysseæ quarto:

Αὐτὰρ ἐπεὶ οἶνον βάλε φάρμακον ἐνθεν ὄπωπον

Νηπενθὲς τ' ἀχολόντε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων, i.
Irarum caussas abolens, fugansque malorum.
Sensum, & tristitiæ patiens obliuia, uino
Pharmacon immisit. De quo ita Plin. lib. 25. c. 2. Nobile illud Nepenthes obliuionem tristitiæ ueniamq; afferens, & ab Helena utique omnibus mortalibus propinandum.

Spina colligens.

Τὰς ἀκάνθας σωάγων, i. Spinas attrahēs, Frequēs est apud Athenæū de moroso homine & importune curioso, qui in disputationibus nunc hoc nūc illud incessit & in controuersiam trahit, talem autem ubique perstringit Vlpianum Tyrium altercando molestum, ut lib. 3. Dipnosophi. ἐξονυχίζεις πάντα τὰ προσπίπτοντα τοῖς συσδιαλεγομένοις, τὰς ἀκάνθας σωώγων ὡς ἂν ἐχινόποδας, καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν ἀεὶ διατρίβων ἀνθέων τῆς ἡδίστου μηδὲν σωαδροίζων. i. Ad unguē expēdis qd quid disceptantibus occurrit, spinas attrahēs, quippe inter tribulos semp, spinosam & Ononin conuersans, nihil oīno amenorū florū colligens, quem locū respiciēs Eustathius ita legit li. 2. Iliad. ἐξ ἃ παροιμίαι. τὰς ἀκάνθας σωάγων ὡς ἂν ἐχινόποδας, i. Vnde prouerbiū illud. Spinas adducens uelut tribulos aculeatos, cū allusum sibi fit ad distichon qd apud Plutarchū exstat Sympos. lib. 1. c. 4.

Ὡς ἂν ἐχινόποδας καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν
Φύονται μαλακῶν ἄνθεα λευκοΐων, i.
Ceu scabros inter tribulos, & Ononin acutam
Tellure erumpunt mollia Leucoia.

Idē Athenæus li. 6. ἐκ τούτων πάλιν φησὶ λεχθὲν τὰς ἀκάνθας ἀναλεξάμενος ἀλπιανός. i. Hic iterum è prædictis spinas colligens Vlpianus. Rursus lib. 8. ὁ τὰς ἀκάνθας ἀγείρων ἀλπιανός. i. Vulpianus spinas congregans. Porro superiore disticho concinne utemur cum a Seuero homine & austero lepide dictum aliquod prodierit & iocosus lepos: aut ibi scriptum tetricum quasiq; aculeatum unis atque alteris facetiis conditum temperetur.

Suilla harmonia.

Ψοῖος ἁρμονία, id est, Suilla harmonia, prouerbij species de incondito & indocto clamore effertur alicubi ab Aristide: τῷ ὑείον ἁρμονίαν ἡρμοσμένοι. i. Harmoniam porcinam modulantes, de ineptis & obstreperis sentiens, ac molesto barbaroq; sermone obgrunnientibus.

Monitor capras age.

Εμὲ νουθετῶν, αὐτὸς αἰπόλει. i. Qui me admones, ipse capras age. Quadrabit in cōsultorem ineptum, qui alteri dictare cōsilium parat, ipse supra stinam non sapiens. Attigit istud Aristides i oratione περὶ παραφθέγματος, hoc est, de inepto respōso: ὅπως καὶ γνῶς οἷος ὢν ἐμενυθετεῖς, τῆς παροιμίας σοὶ λεγούσης αἰπολεῖν. i. ut intelligas cuiusmodi uir sis qui me admones, cū prouerbium iubeat te capras pascere.

Agamemnonium epulum.

Αγαμεμνόνειος δαὶς, ἡ πράπεζα. id est: Agamemnonium epulum, uel Agamemnonia, mensa prouerbialiter dicitur de iis, qui in exitiali mensa epulātur, ultimāq; cēnam sumunt. Torquebitur in eos, qui amice accepti medicarum hauriunt poculum, aut uenenatam offulam & Claudii Cæs. boletum edunt, quod multis ex purpuratorum collegio contigit, qui ab Alexandro pontifice eius nominis sexto opipare excepti Agamemnonia mensa, paullo post interierunt. Refert Homerus Odys. δ. quomodo Ægyptus adulter lautum apparat conuiuium uelut excipiendo Agamemnoni instructum, quo illum nihil mali suspicantem interemit, sic enim ait: κατέπεφνε δειπνίσας, ὡς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ. i. Cēna acceptū mactat, ceu sub fēnile cadit bos. Aliter ἀγαμεμνόνειον δεῖπνα accipit Sophocles pro anniuersario interfecti Agamēnonis epulo. Refertur ab Eustath. Odyss. 4.

Ioui paria intonat.

In ferocem & superbe grandiloquum nihilq; mediocre spirantem quadrabit illud Rhiani Cretensis, apud Stobæum:

Ισα δὴ βρομέει κεφαλῶ δ' ὑπὲρ αὐχένας αἴρει. i.
Par Ioui imperio fremit, & capite arduus exit.

Cui cognatum est illud Sosiphanis apud eundem:

Αν δ' ἀτυχεῖτε μηδὲν ὄντες, ἀθέοι Ισ'

ὐρανῷ φρονεῖτε. idest,
Affulserit si sors egenis, illico
Attollitis cęlo arduum caput.

Ita ut idē sit ἴσα δὴ βρομόειν, & ἴσα ὐρανῷ φρονεῖν, illud potestatis ęqualitatē, hoc inimitabilem altitudinem insimulat.

Tanquam Pauo circumspectans se.

De philauto homine & qui sibi quacūque tandem in re placet impensius, suoq; ingenio indulget, aut qui forma sua delectatur. Synesius de Dione Prusiæo sophisticis politicisq; argumētis admodū delectato: ἐν ἐκείνοις ὑπαίζει καὶ ὠράται καθάπερ ὁ ταὼς θεαθρῶν ἑαυτὸν καὶ οἷον θαυμαζόμενος ἐπὶ τῇ ἀγλαΐᾳ τῆς λόγου. i. in illis refulgens gloriatur, in illis decorē ostentat, pauonis in morem seipsum circumlustrans & quasi superbiēs orationis splendore. Pauo superba auis gemmantes suas pennas mira risolet, & ad laudes suas explicare opes. Philostratus in Hippodromo: ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τοῦ ὀρνίθος, ὡς ἀναπτερούντος αὐτὸν τὸ ἐπαίνου. id est, Exorsus a pauone ut qui laudatus pēnas surrigat. Simocratus in epistoli: τὸ μηδικὸν ὄρνεον ὁ ταὼς καὶ τῆς μήδων τῶν ὑπεροψίαν καὶ κληρωταὶ μέγα τι καὶ ὑπέρογκον ἐπὶ τῷ κάλλει φρονῶν, i. Pauo medica auis Medorum etiam superbiam velut hæreditario iure, adepta, immēsam ob pulchritudinem supbit. Ab hac aue ét aliud prouerbium deducitur propter multicolorē pennarū uarietatē, ut qd quid mirifice uariū sit, ποικιλώτερον ταώνος, id est, pauone magis uarium dicatur. Synesius libro de imperio ad Theodosium Iuniorem: ποικιλώτατον καὶ πάγκαν ὥσπερ ὁ ταώ. i. maxime uarium & omnicolor, pauonum instar: Alexis Comicus in Crateua fabulæ nomen est a Crateua herbario ῥίζοτομῷ, male enim apud Athenæū κρατεῖα legitur, seu Pharmapocola.

Ποίησατ' αὐτὸ ποικιλότερον ταώ, i.
Sartaginem instruxit uariam quam pauo magis.

Clitophonti apud Achillem Statiū uulgus Leucippes amicæ, superare uidetur inimitabilem illam pauonis pulchritudinē.

Collaria cadauera.

Νεκύες μεσαυχένιοι, uelut cadauera collotenus medio, prouerbialiter dicuntur ab Aristophane popinones perditi perpetuis comessationibus luxuq. tempus terentes, qui uitam gulę deliciis metiuntur, atque æstimant, quibus offarto præ ingluuie corpore pigris, & iuxta poetam uino sepultis, neque pes neque mens officium facit. Talis Philoxenus ille quem gruinum collum uoto expetiisse refert Athenæus tricubitale guttur Machon Comicus. Eiusdem generis fuit M. Apicius non inuenuste ab Eunapio ἀσωτείας πέρας vocitatus, uelut helluationis extremus finis.

Veriora Bacidis dictis.

Αληθέστερα τῆς σιβύλλης ἢ βάκιδος. veriora Sibyllinis aut Bacidis oraculis. De rebus indubitatis minimeq; controuersis. Dion Chrysostomus: ἢ δ' ἂν ἀληθέστερα λέγω τῆς σιβύλλης ἢ βάκιδος. Ne si ueriora quidē dixero quam Sibyllæ dicta sint aut Bacidis. Fuit Bacis ex ijs quos χρησμοδοὺς uelut fatidicos Græci nominant, ut in Theage ostēdit Plato. χρησμολόγον oraculorū concentorem appellat Suidas: carminibus lustralibus expiasse illū fanaticas Lacēnas relatum est à Theopompo in nono Philippicarum. Pausanias in Phocicis commemorat lecta sibi esse Bacidis oracula, arreptitiumque nympharum uocat: meminit eiusdem & in Bęoticis. Philetas Ephesius tres enumerat Sibyllas, unam Apollinis sororem, alteram Erythræam, tertiam Sardianam: totidemque Bacides, quorum primus oriundus fuerit Eleone Bęotia oppido, alter Athenienſis, tertius Arcas. Fuit autem is, quem diximus Lacedęmoniorum fęminas ab insania liberasse. Apollinis iussu immissum, genere Bęotius:

Cappari uictitas, qui potes Anthia.

Πρὸς κάπαριν ζῆς, δωάμυθος πρὸς ἀνθίαν, i.
Poteras uel Anthia, qui uiuis Cappari.

Senarius puerbialis i parcos q uilib. cōtēti frugaliter viuūt, cum possint splēdidius. Quadrabit & i eos q triuialib⁹ negotiis immiscēt se, cū arduis sufficiāt, aut q literarū otiū sectantes, tenui conditione malunt cōtēti uiuere, q̄ i aulis principū opima spe diuites. Plutar. sympos. cap. 4. ὁ δὲ τὸ ψιχάδιον τοῦτο ποιήσας, πρὸς κάπαριν ζῆς, δυνάμυθος πρὸς ἀνθίαν τὶ βέλεται, i. Versiculi illius vulgati auctor. Poteras uel Anthia, qui uiuis Cappari, qd tandē sibi vult?

In

In libris excusis καππάριον diminutiui forma legitur,ego, ut senarius constarer, κάππαριν restituo,nisi καπάριον per unicum π mauis.Est autem Anthias non ignobilis piscis quem & sacrum & à felici nominis augurio Collionymum vocāt. Adfine huic est illud Aristidis Φόρσης ὄζειν, μιρῶν ἐξὸν.i. Corium redolet, qui possit unguenta.

Geminas chordas ferit.

Διπλακρούειν,i.Binis fidibus canere dicuntur,prouerbii specie, qui duobus dominis seruiunt,aut qui ancipitem fouēt sēntiam neutro inclinantes. Aristides in oratione quę,κατὰ τῶ ἐξορχουμένων inscribitur: Ἀλλ' οἶμαι κομψοί τινες εἰσιν καὶ διπλακρούσιν,ἵνα ἐαν μὲν ἕλωσι,ταυτῆ κεκρατηκότες ὦσιν,ἐὰν δὲ φωράσωσι,ἔχωσιν ἀναχώρησιν.i.At lepidi belliq; homunculi, ut arbitror,sunt, binasq. chordas pulsant, obtineant, potiores hac parte sint,sin,deprehendantur,retrocedere queant.

Equum Scytha.

Τὸν ἵππον ὁ σκύθης,i. Scytha equum, subaudi βδελύττει ἢ μυσάττεται, auersatur aut fastidit.Citatur a Suida prouerbiū, De eo, qui in propatulo rem quampiam reijcit & auersatur,clam appetit.Id genus hominum neutiquā rarum est, qui munerum publicorum administrationem uerdis despuunt, & ceu onus quauis Ætna grauius execrantur, cum re ipsa nihil affectent magis,ambitionis plenissimi. Videtur etiam dici posse de eo qui duplex una & eadem ex re commodum captant.nam Scytha equo & ad itineris expeditionē & ad pastum utitur, ut indicat D. Clemens in Pędagogo,nam conscenso equo auehitur quo uelit cumq. & urgente fame epoto è lecta uena sanguine famem sitimque placat.

Mandibulis alienis ridere.

Γναθμοῖς λεγᾶν ἀλλοτρίοις,i.Mandibulis alienis ridere,Huius paroemiæ formam sua ætate etiā usurpatā annotat in Odyss. uicesimum Eustathius, aliis quidem uerbis,sed tamen eodem plane sensu, nempe ξενᾶς λεγᾶν παρειᾶς.hoc est,Peregrinis buccis ridere, dici autem utrumq; aut de risu nō uero & ex animo profecto,eos nā que qui prę ira nasum crispant, aut præ cō filii inopiam animi hærentes in re nō ridicula risum cient. Alienis maxillis ridere, sic qui inuiti & ui adacti cibum sumunt, ἀλλοτρίοις γναθμοῖς ἐσθίειν.id est, alienis mādibulis esitare dicentur, tamquā quorū proprie maxillæ torqueāt, officiumq; sui detrectent. Homerus Odisseæ υ. de procis loquens,quibus iniuriarum ac proteruiæ summæ pœnas capite luituris,Minerua cachinum ementitum iniecerit & mēte emotos reddiderit,ita ait:

Οἰδ' ἤδη γναθμοῖσι γελοίων ἀλλοτρίοισι,i.
Illorum at risus buccis alienus inerrat.

Poterūt hinc prouerbiales in usum trahi figuræ, ut eum qui citra appetentiam edit,στόματι ἀλλοτρίῳ ἐσθίειν,hoc est,ore alieno manducare dicamus:qui inuitus manū operi admoueat, ἀλλοτρίᾳ χειρὶ πένεσθαι,aliena manu quid agere.qui quod nolit aspiciat: ἀλλοτρίοις ὄμμασι θεωρεῖν alienis oculis intueri,qui difficilis sit in præstanda alterius dictis opera, ἀλλοτρίοις ὠσὶν ἀκούειν,alienis auscultare auribus.

Vuæ passæ similis.

Ἀσαφίδι ἐοικώς.idest,Vuę passę similis, scommate prouerbii in similem ętatē rugis contractam & passa cute strigosam detorquetur, apud Gregorium Palamam Thessalonicensem archiepiscopum, qui animam sic loquentem inducit, ὅτε δὲ τὸ πρεσβυτικὸν ὑπανέχειν κρανίον,μηδὲν ἀσαφίδος,τὸ τῆς παροιμίας,ἀπεοικὸς, ὡς νήπιον αὐτὸς λογίζομαι.i. cum rursus senilē submiserit caluam,nihil a passa vua(iuxta prouerbium)dissidentam, iterum infantis loco habeor.

Imbrij & Lemnij.

Τergiversatores & qui sibi cōscii iudiciū declinabant atq. subterfugiebant, causantes se peregre abfuisse,prouerbialiter Ἰμβρίους hoc est,Imbrios dici solere annotat ex Ælio Dionysio Halicarnassæo. Eustathius,cui hęc verba citat: ἰμβρίοι,οἱ τὰς δίκας ὑποφεύγοντες,ἐπί τινες εἰς δίκλιν καλύμενοι,ἐσκήπτοντο ἐν ἰμβρῷ εἶναι,i. Imbri dicuntur qui iudiciū subterfugiūt, eo quod aliqui in ius uocati in Imbro absentiā prætendebant. Idem repetit & Hesychius, sed addit eosdem quoq. λημνίους dici uelut absentiam in Lemno prætexentes. Est autem Imbrus Ælolica insula non procul a Lemno dissita, è regione Tenedi.

Patroclum sub specie.

Πάτροκλον πρόφασιν,i.Patroclū sub obtentu aut prætextu, prouerbium dicitur de his qui rei cuiuspiam gratia simulant se facere aliquid, quod reuera aliorsum faciunt:aut qualiter alium qui laudant, ut suas in eo laudes recitent,atq. inculcent, ij Patroclum obtendunt. Est autem elipticā oratio vt plena sit,πάτροκλον πρόφασιν τιθέναι,aut simile quid,hoc est: Patroclū obtentum facere, aut prætexere. Plutarchus in libello,quomodo se q̄spiā extra in uidiā laudare possit,ὅθεν δὲ μᾶλλα δεῖ προσέχειν ἑαυτοῖς περὶ τῶ ἑτέρων ἐπαίνου,ὅπως μηδὲν κῶμψ πάτροκλον, πρόφασιν, σφᾶς δ' αὐτοὺς δι' ἐκείνων ἐπαινεῖν.Quapp diligenter attēdendum est nobis circa alienas laudes,ne uideamur Patroclū obtēdēdo,nos ipsos per alios laudare.Occasio ādagii ex Homero petita est Iliados decimonono,ubi Briseida necem Patrocli legentem, reliqua fęminarum turba sequitur, non tam Patroclum,quam proprias ærumnas destens,sic enim inquit:

Ὡς ἔφατο κλαίουσ', ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες
Πάτροκλον πρόφασιν,σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη.i.

Sic ait illacrymans, gemitum grex insuper addit.
Fęmineus, Patrocli obtentu, sua funera lugens

Qualibet. Ita paullo post Achille lacrymante, seniorum cętus etiam illacrymat,memor pignorum domi relictorum, quod Eustathius reddit: οἱ γέροντες κλαίουσι πρόφασιν αἰκεσθεὶς οἴκοι ἐλοιπον. neque enim propter Achillem lacrymis indulgebant,sed memoriam recolentes quos parentes,quantum liberorum domi reliquissent.Hinc liquet errare eum, qui natum adagium putat è Patrocli cuiusdam moribus,cuius sordes in comędia traducuntur.

Pyrrhonia hæsitatio.

Πυῤῥώνειος ἀπορία.idest,Pyrrhonia dubitatio,prouerbiali schemate. Vsurpatur de ijs qui nihil certi statuunt, atque decernunt,semper ambigui. Galenus libro secundo,de temperamentis: εἴ τε ταῦτ' ἐν πυῤῥώνειος ἀπορία καὶ λῆρος ἀπέραντος.id est,Nonne hæc sunt Pyrrhonis hæsitatio, & infinitæ nugæ? Idem libro secundo de naturalibus facultatibus: ἀλλ' ἀπορηματικοί τινες ἐξαίφνης καὶ πυῤῥώνειοι γεγήσεσθε.id est,Sed hæsitatores quidam subito, ac Pyrrhoni euadetis. Fuit Pyrrhon Elæus philosophus qui desperata ueritatis inquisitione, temere omnia diu multumq; rimatus,in singulis hæsitabat, ut idem Galenus i libello περὶ ὑποτυπώσεως ἐμπειρικῆς scribit,nihilq; reuera esse aiebat, sed lege quadam, & consuetudine omnia fieri, Laertio teste. Huius sectæ assecłæ ab auctore Pyrrhonij appellati fuerunt:idem & ἐφεκτικοί, quasi supersedentes, quod cunctarentur,ac supersederent quidquam asserere, de quibus Philostratus, πυῤῥωνείους ἐφεκτιθεὺς,ὄντας,&c.hoc est aiebat Phauorinus Pyrrhoniorum de rebus diffinire supersedentium quæstiones iudicari posse: ab his Ἐποχὴ nomen habuit quā assensionis retentionem uocat Cicero in Academicis. Idem & ἀπορημαλικοί, siue ἀπορητικοί a perpetua hæsitantia,ut Σκεπτικοί,quod considerationibus semper uacent, numquam inuentionem perficiant. Dicti fuerunt & Ζητητικοί,quod inquirāt semper ueritatem. In horum familiam adoptarunt se Academici, qui nihil adfirmabant,& quasi desperata certi cognitione,quodcumque uerisimile uidererur, sequi uolebant, ut in libro de finibus bonorum & malorum inquit Cicero.Idem libro De natura deorum primo, Prudenter dicit Academicos in rebus incertis assensionem cohibuisse.

Caricum schema.

Καρικὸν σχῆμα,id est,Caricum schema de libidinoso effertur. Hesychius,annotat uenerei congressus spurcum turpemq; modum ita nominari,atque inde ἐπὶ τῶν ἀκολάστων,lasciuos & salaces effrenata libidine prurientes,καρικὰ σχήματα εἰδότας,i. Caricas figuras edoctos dicemus.

Libera in Cynadra aqua.

Ἐν κυνάδρᾳ ἐλεύθερον ὕδωρ.i. Libera in Cynadra aqua. Prouerbium est ad uitæ libertatem adhortatoriū, nam cum libertas res sit inæstimabilis,securius dulciusq; aqua uiuitur in libertate, quam in magna rerum abundantia seruitur. Vere inquit Persius liberum esse cui uitam ducere licet,ut uoluit, Est autem Cynadra fons Argis

gis, à perfugio canis, nomen habens. Meminit prouerbii Eustathius Odysseæ ν. Annotat, & auctor Etymologici Argis fuisse ἐλεύθέριον ὕδωρ. id est, liberalem aquam, è qua serui, qui in libertatem asserebantur, poculum hauriebant: unde etiam Cerberum canem inferni tricipitem bibisse, liberatumq; fuisse fabulātur, a cuius forte perfugio fonti Cynadræ nomen creatū fuit.

Lippus oculus solis radios non fert.

PROCVL. Constantinopolit. episcopus: λημῶν ὀφθαλμὸς ἡλίου ἀκτίνας καθαρῶς οὐ δέχεται καὶ ἀσθενοῦσα διάνοια πίστεως οὐ προσίεται ὕψος. i. Lippus oculus solare iubar in offense non admittit, nec imbecilla mens fidei fastigium capit. Non illico perspicua sunt lectori medicos libros euoluēti, eius artis misteria, nisi ea doctrina imbuto: Diuinarum literarū arcana non obuia sunt prophano uulgo. Porro in Cręco exemplari perperam scriptum est λιμῶν pro λημῶν.

Fulicam cygno comparas.

DE rebus aut personis maxime inter se dimissilibus cōueniet dici hos Paulini Nolani ad Ausonium uersus:

Si cōfers fulicas cygnis, & aedona parrę.
Castaneis corylos ęques, uiburna cupssis.

Dissimillimę sunt inter se fulicę colore fusco, & cygni niueo: rursus aedon seu luscinia uocis amœnitate auium regina, & parra auicula inter oscines a Festo habita, sed stridulo & ingrato sono. Eadē impa ritas spectatur in castaneis arboribus proceris, & humilibus corylis quæ ab Auella Campaniæ oppidulo Auellanæ fuerūt dictæ. itidem inter cupressos editas, ac proceras admodum arbores, & breuia depressaq: uiburna, qua comparatione etiā Virgilius Romam urbem reliquis Italię oppidis confert, ut eam tantum dicat caput prę cæteris efferre:

Quantum lenta solent inter uiburna cupressi.

Lumbos fractus, ut Mysius asinus.

Ὀσφιῶν κτηνῶς ὡς ὁ μύσιος ὄνος.

Delumbatus asini instar Mysij, Citatur prouerbii nomine ab Eustathio Nauium catalogo, sed non explicatur, contentus enim est addere, i Mysia rarissimos esse asinos, quibus rectum sit dorsum citra lumbos, aut ilia. ita enim, ὀσφῦς vocatur tertia & inferior dorsalis spinę pars ad clunes descendens. Videtur quadrare in molles & effęminatos, quos elumbes uocamus, Græci κατεαγότας, hoc est, fractos, de quo antea diximus. Porro in Eustathio Romæ excuso pro κατεγῶς legendum est ex manuscripto exemplari quod Bononiæ uidere contigit, κατηγῶς.

Araneis abundat propter inopiam.

HOMERICVS uerficulus est prouerbialis Odysseæ Η. quem Telemachus loquitur interrogans, an thorus paternus etiānum propter collecti inopiam scateat aranearum telis obsitus, sic enim ait:

Χήτει ἐνεκυαίων κακὴ ἀράχνια κεῖται ἑῳσα. id est,

Horret Arachnæis uacuus ne coniuge telis.

Volens significare desertum iacere, atq. neglectum, nam locis incultis stabulātur araneæ. Varius Imp. opera seruorum decē millium pondo aranearum cum collegisset, squalloris urbis Romæ manifestū testimonium ad posteros trāsmisit. Poeta quispiam pacem optans, uoto à Deo exquirit ἀράχνας νήματ' ὑφάνα τοῖς ὅπλοις, ut araneæ telas suas armis intexāt. Hesiodus in p̄ceptis rusticis ita mādat, Ἐκ δ' ἀγγέων ἐλάσειας ἀράχνια, admonēs doliorū esse satagendū ne intus nidulent araneæ. Prouerbiali itaq; specie dicemus κακὴ ἀράχνια ἔχειν. i. araneis abundare quidquid incultum desertumq. iacet. Transferretur apposite ad ingeniorum culturam, aut ad interpretum oscitantiam supinam, qui difficilioribus auctorum locis altum agunt silentium, & squalorem quendam cōciliāt: & Nonius Marcellus, & Varro corruptis tot locis descriptorū incuria, passim. κακὴ ἀράχνια ἔχει. Ad superiorem uersum alludisse uidetur Propertius in tertio:

Putris & in uacuo texetur aranea lecto.

Manus in Ætolis habet.

Τῶ μὲ χεῖρε ἐν αἰτωλοῖς. i. Manus ambas habet in Ætolis, prouerbiū est Aristophanis de imprudēter petace, aut munerū corruptelæ obnoxio, nam Ætoli populi nomē habere uidentur. deductū ab αἰτεῖν ὅλον, quod totū flagitent. ita Homer. Odysseæ ξ. egenum hominem, & mendicum ex Ætolia oriundum non temere fingit, ad uocis

uocis etymon alludens quod est, αἰτέω. i. postulo. Versus: Aristophanis est:

Τὼ μὲν χεῖρε ἐν αἰτωλοῖς, ὁ δὲ νοῦς ἐν κλωπιδαῖς. idest,

Manus utraque in Ætolis, ad mens in Clopidis.

Quod prouerbiale esse scomma annotat Eustathius inueteratorem improbum & munerum receptatorem, qui & flagitio se manibus donaria effligitet & furaci animo opes inuolet. Est autem paragramatismus in Clopidis & Cropidis, nam Cropidæ tribus Atheniensis nomen est, at Clopidæ ἀπὸ τῆς κλοπῆς a furto nomen habere uidentur.

Turtur caniat.

DE inepto cantore extat prouerbium apud Suidam. τρυγὼν ψαλλεῖ, i. Turtur psallit aut canit, quamquam apud illum peram scriptum legitur: ἐπὶ τ φάτνῃ τρυπόντων pro ψαλλόντων. nam turturū uocis sonus asperior est, & in amenum strideret, gemitui quam cantui propior, quod τρύζειν Græci dicunt, unde & ad odiosam loquacitatem transfertur, Hinc Idylio septimo Theocritus:

Λειδὸς κόρυδοι, καὶ ἀκανθίδες ἔστενε τρυγών. idest,

Cantabant corydi, & spini, turturq. gemebat.

Potest & ad inepti carminis scriptorem transferri.

A lineis excidere.

PROVERBIALITER utitur Tellianus A lineis excidere, pro eo quod est, ab instituto & proposito aberrare, libro ad uersus Hermogenem, Et hic a lineis tuis excidisti, quibus circa personam Dei usus es. Translatione sumpta à geometria quæ lineis omnia perficit ita concionatorem à proposita materia latius euagantem, à lineis excidisse dicem⁹. Sic è diuerso, Lineę insistere dixit lib. 4. aduersus Marcionem, pro, in instituto permanere. sic enim inq.t. Puto me nō temere hucusq; adhuc lineæ insistere, qua definio nusquam omno alium Deum à Christo reuelatum. Frequens autem usus linearum specie prouerbij apud hunc auctorem est, nam & ijsdem demica re lineis dixit, pro intra certa argumentorum septa permanere, & lineas aliquas prę ducere, pro certam materiæ legem prefinire, & ad lineas & in gradum. i. aduersus Marcionem pro, ad propositum atq. institutū, & lineis claudere materiam hoc est, stata quædam argumenta præfinire, intra quę ceu cancellos quosdam coerceatur liberior orationis euagatio. Ducta metaphora à certantium luctantiumve lineis, quas intra decertent. Hinc manauit urbanus iocus Cassij Seueri, qui aduersus eos qui in diuersa subsellia transeunt, lineam poposcit, vt est apud Fabium: uelut obicem certum & prefinitum limitem, quem trāsgredi nō liceat: ridiculum enim est, quod Cælius istud de lōgurijs interpretatur. Eodē spectat & Hieronymi illud in Luciferani dialogo, In gradum rursus ac lineas regredere. Ab eadem metaphora fluxerunt & hæ loquendi formulę apud Ciceronem p̄ Pub. Quintio, Si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipsi circundedi, lib. De oratore 1. Et quasi certarum artium forensibus cancellis circumscriptam scientiam. Neque silentio prætereundum est quod annotat Donatus in Eunuchum Terentianam: Longis lineis fieri, pro eo quod est, de longinquo.

Lapis molaris.

DE hoie stupido vecorde & cerebri experte, puerbialiter dicetur λίθος μυλίας. i. lapis molaris, Plato in Hippia maiore: ἢ εἴ μοι παρεκάθησο λίθος ὢν τῶ μυλίας, μήτε ὦτα μήτ' ἐγκέφαλον ἔχων. i. Nō aliter q̄ si lapis assideas mihi, isq; molaris, & auribus & cerebro carēs. Apud Aristophanem quidam λᾶς, idest, lapis audit, propter vecordiam insignem & animi stupiditatē: διὰ σκληρότητα καὶ ἀναισθησίαν, vt exponit Eustathius. Aristides ex Platone: τί δὲ εἰ τὼ περικλέους τρεῖς λίθω ἐγενέσθην. i. Quid, si Periclis filij lapides fuerint, ita ferre & Plaut⁹ in mercatore: Egomet credidi. Homini docto rem mandare, is lapidi mando maximo.

Decumani malorum fluctus.

Κακῶν δρικυμία, i. Malorum decuman⁹ fluctus. De ingentibus calamitatibus effertur. Mercurius apud Æschylum Prometh:

Οἷος σὲ χειμῶν καὶ κακῶν δρικυμία
Ἔπεισ' ἀφύκτος.

Tibi quanta tempestas, & ineuitabiles
Fluctus malorū decumani mos ingruēt.

Theodoret⁹ li. De ꝓuidētia 6. ὁ πλοῦτος πολλοὺς ἔχων δορύβους καὶ φροντίδας τὰν-

τοδαπὰς καὶ τριχυμίων εἴδη μυρία ἐπίβαλος ἔστιν ἀρετῆς. i. Opes uariis tumultibus & omnigenis curis refertæ, ac sexcẽtis decumantum luctuum generibus, uirtuti insidiatur, Ibidem, ταῖς τῶν παθῶν τριχυμίαις ἐνδιδόναι. idest, affectuum, de cumanis undis cedere. Nazianzenus in distichis.

Κύβερνος ἴδμων φεύγεται τριχυμίας, i.

Doctus Gubernator decimas undas cauet.

Plato lib. De repub. 5. νῶτο μέγιστον καὶ χαλεπώτατον τῆς τριχυμίας ἐπάγεις, i. postea quam uix euasi binas disceptationum undas nunc maximum difficillimumq; ueluti decumani fluctus vorticem superingeris. Idẽ in Euthydemo σῶσαι ἡμᾶς ἐμέ τε καὶ τὸ μειράκιον ἐκ τῆς τριχυμίας τῶν λόγων. i. seruatos nos uelis me pariter & adolescentulum è disputationis decumano tantum non impetu. Clemens Alexand. in pedagogo. δέδυκεν εἰς βυθὸν ἀκοσμίας τὸ τῆς τριχυμίας ὑπεκχωσμένον. i. Corpus immergitur in profundum turpitudinis, ad obrutũ quibusdã decumanis temulẽtiæ fluctibus. Τριχυμίαν tempestatem uolũt esse grauem, qua tres undarum cumuli in unũ coeunt, quam graphice describit in epistola ad Euoptium Synesius, Latini decumanum fluctum nominant. Lucianus in libello De mercede seruiẽtibus, τὰς τριχυμίας καὶ ζάλας καὶ ἐκβολάς, i. Decumanos fluctus, procellas, naufragia. Plato i Euthydemo: δεόμενος τῶν ξένοιν, ὥσπερ διοσκόρω ὑπικαλούμενος, σῶσαι ἡμᾶς, ἐμέ τε καὶ τὸ μειράκιον, ἐκ τῆς τριχυμίας τῶν λόγων, i. Obtestatus hospites uelut ipsos Dioscuros inuocans, qui nos (me uidelicet & adolescentem) è decumano sermone fluctu seruatos uelint.

Statuæ uiatores omnes intuens.

Gregor. Nazianz. eodem in loco in funerali orõne Athanasii, prouerbialiter, statuã uiatores omnes intuẽtem, appellat symbolum aut dictum aliquod diuersimo de interpretari quod possis, & quod specio sis argumentis in hanc & in illam sententiam deflecti & ad diuersa accommodari queat. Verba eius sũt: ἡ πρὸς πάντας ὁρῶσα τοὺς παρίοντας εἰκών, id est, effigies aut simulacrum cunctos uiatores aspectans.

Anguilla in strigmento.

Εγχελυς κατ' γλοιοῦ. id est, Anguilla in strigmento, de lubricæ fidei homine dicitur. Anguilla per se lubrica est nec facile manibus stringitur, multo magis si strigmẽto olei uiuido, quod γλοιὸν uocant Græci, imbuta sit. Exstat apud Simonidem in Iãbis: ὥσπερ ἔγχελυς κατ' γλοιοῦ. uelut anguilla in olei strigmento: Simile illi est quod ex Aristophanis δαιταλεῦσιν, fabulę nomẽ est, citat ab Athenæo, λεῖος ὥσπερ ἔγχελυς. id est, Instar anguillæ lubricus.

Faber cadit cum ferias fullonem.

Arnobius libro 6. aduersus gentes lepidum usurpat adagium, quo utilicebit quoties significabimus immerentem plecti, aut perstringi, ueluti si quis in re ridicula, exposita muri esca lætifera, catellum imprudentem è medio tollat eius uerba sunt. Nonne illud est quæso, quod in uulgaribus prouerbiis dicitur, fabrum cadere cum ferias fullonem? Finitimum huic est quod apud Athenæum Philyllius Comicus in fabula, quæ πύλεις, inscribitur, extulit.

Οτι ἂν τύχῃ
Μάγειρος ἀδικήσας, αὐλητὴν λαβεῖν
Πληγάς, i.
Quidquid coquus
Deliquerit, cædi flagris tibicinem.

Eubulus Leda.

Ηκουσάμην καὶ τοῦτον ἐν τῇ ἑστίᾳ
Οἴκοι πόθ' ὁ μάγειρος ἐξαμαρτάνων,
Τύπτεσθαι αὐλητὴν, i.
Ecastor audisse memini olim me domi,
Tibicinem cædi, ubi coquus peccauerat.

Leo prius, nunc leporem agit.

Λέων βίον ζῆς ὁ πρὶν ἄτρομος λέων, i.
Ferox leo olim, leporis æuum nunc agis.

Senarius est prouerbialis, incerti auctoris, in hominem delicatum, qui pristinam ferociã exuerit. Huc spectat illud Galeni lib. De pnotione: τὰ δ' ὑποπλήσσοντα λέων βίον ζῶ ἀεὶ τρέμοντα καὶ τὶ πείσεσθ' προσδοκῶντα. i. Metuentem leporis uitã uiuere, semper trepidum ac pati quippiã spectantẽ. Dion in oratione de gloria καὶ τοῦτο δὴ τὸ τῶν λόγων, λέων βίον ζῶν, i. Ac iuxta prouerbium, leporis uitam uiuens. Antiqui, λέοντα, id est, leones uiros strenuos appellarunt, ita Lycophron Herculem τριέσπερ λέοντα, idest, triuesperũ leonem dixit: Q. Calaber Achillem κρύερον λέοντα, id est, rigidum leonẽ: & Euripides Orestẽ ac Pyladẽ λέοντας δεδύμους, i. geminos leones. Eodem referendum est Chabriæ dictum: φοβερώτερον εἶ ἐλάφων πρᾶτ' δμα λέοντος ἠγμένος, ἢ λεόντων ἐλάφου. hoc est, Formidabilius esse ceruorũ agmen ductore leone, quam leonum, ceruo, quod Aristides refert. Euripides à Deo cuilibet animanti unam in genere attributam esse naturam dicit:

Τί ποθ' ὁ προμηθεὺς ὃν λέγουσ' ἡμᾶς πλάσαι,
Καὶ τ' ἄλλα πάντα ζῶα, τοῖς μὲν θηρίοις
Εδωκ' ἑκάστῳ κατὰ γένος μίαν χύσιν,
Απάντες οἱ λέοντες εἰσὶν ἄλκιμοι,
Δειλοὶ πάλιν ἐξῆς εἰσὶ πάντες οἱ λαγοί. i.

Quid, quod Prometheus condidisse quẽ ferunt
Nos atque cuncta anima, ille bestijs
In genere singulis naturam unam dedit,
Cuncti leones prediti sunt robore.
Formidinis pleni omnes sunt lepusculi.

Argiuos exarmat oraculum.

Citatvr à Plutarcho in eo quem ἐρωτικὸν inscripsit senarius prouerbij vice ab ipso vsurpatus:

Τόδ' ἐξοπλίζει τῶν πρὸς ἀργεῖον λέων. i.

Exarmat Argiuam gentem hoc oraculũ.

Accommodari poterit quando significabimus argumento quopiam ualido aut syllogismi ariete destrui atq; euerti quæ per se firma antea & certa uidebantur. Videtur è Tragico quopiam desumptum. Exarmare proprie belluas dicimur quando vngulas aliave armamenta contra hostilẽ iniuriam a natura illis concessa demimus, ne nocere queant. sic Plinius exarmare accusationem tropice dixit pro infirmare eam & conuellere.

Turbinem felix prospecta.

Εὐσήνη δ' τύχης ἄθρει, idest, Turbinẽ prospecta felix existens. Citatur ex Varronis Menippeis à Nonio Marcello. Cũ res sunt maxime secundę, tum de aduersa fortuna præcipue timendum est: quemadmodum nautę licet prospero fere vẽto oram soluant, ad manum tamen aut saltem præparata aduersus tempestatem si forte ingruat, instrumenta adminicularia habere debent, ne malo cedere cogantur. Sapientis est in fortunijs se ante parare, quam opprimant. Non abludit hinc Vectij Valentis respõsum apud Cor. Tacitum, cum metueret à Claudio Ostiæ agente, Aspicere se tempestatem ab ostia atrocem, cum de Messalinę adulterijs quęstionem acrem futuram innuere vellet cunctis in aurẽ dormientibus. Εὐσήνη autem uentus est procellosus quasi dicas quassatorem, παρὰ τὸ σῆσαι. i. ab impellendo. Affine est illud,

Χρὴ δ' ἐκτὸς ὄντα πημάτων τὰ δεῖν ὁρᾶν. idest,

Extira malum existens, pericla prospice.

Amaris pharmacis amara bilis proluitur.

Ιατροὶ πικρὰν πικροῖς κλύζουσι φαρμάκοις χολὴν idest,

Medici Amarã amaris pharmacis bilẽ eluũt. Senarius est integer cũ fine alteri, ex Sophocle sũptus, ut indicat Plutarch. in libro de facie in limæ circulo apparẽte. meminit & in libro De aĩ tranquillitate. ὥσπερ οἱ σοφοκλέους ἰατροὶ πικρὰν χολὴν κλύζουσι φαρμάκῳ πικρῷ. idest, ad exemplum medicorum Sophoclęorum, qui bilem amaram amaro pharmaco eluunt. Cõpetit ubi res nobis erit cum moroso & difficili homine, cuius improbitatem simili asperitate frangendam esse uideamus. Finitimum est illi, Cum Crete Cretizandum. Allusisse huc uidetur Symmachus in Epistola quadam. Plerumque amara haustu ad salutem ualent, & succis tristibus affecta refouentur. Quadrabit etiam ubi asperioribus uerbis iuuenilem audaciam aut calidum facinus castigandum est se iudicabimus.

Mulgens hircos, sanguinem ducit.

Ποιμὴν ἀμέλγει, εἰ θέλει, καὶ τὰς τράγους.
Αλλ' ἀντὶ γάλακτος, αἱμάτων πηγὰς ἥσει. idest,

Mulgere & hircos, si uelit, pastor potest,
Sed sanguinis pro lacte salientes fluent.

Leguntur apud Nazianzenum hi senarij prouerbiales, qui salubriter monent, non esse exugendos subditos, ut ad uitalis usque sanguinis fontes descendatur. Conuenit cum Tiberij dicto, tondendum esse pecus, non deglubendum, quod Amylio Recto Aegypti prætori grauiora consuetis uectigalia imperanti rescripsit, q̃ his uerbis expressit Dion. libro quinquagesimo septimo, κείρεσθαι μυτὰ πρόβατα ἀλλ' οὐκ ἀποδέρεσθαι βούλομαι, idest, Tonderi meas, oues non radi uolo.

Canis clanculum mordens.

Κύων λαθάργυρος, i. Canis clanculũ mordens, Prouerbium de simulacoribus q̃ beneuo-

neuolentiam & ſtudium ſuum ore prædicant, clam inſidiantur & detrahunt, & dolum blando riſu prætexunt. Citatur alicubi à Suida iambicus talis.

Δαίνεις δάκνουσα, κὴ κύων λαίθαργος εἶ. i. Palpando mordes, clam canis dẽtem imprimens.

Alluſit huc Euſtathius Odiſſeæ 14. obtrectatores nominãs, λαιθάργως δάκνοντα. i. in modum clancularij canis mordentes. Leguntur apud Laertium poetæ cuiuſpiam verba, hypocritæ inſidias cauendas eſſe admonentes,

Πεφυλαγμένος ἄνδρα ἕκαστον, ὅρα μὴ κρύπτον ἔγχος ἔχον κραδίλιν φαιδρῷ προσεννέπῃ προσώπῳ, γλῶσσα δὲ οἱ διχόμηδος ἐκ μελαίνας φρενὸς γεγωνῇ. i. Caute obſeruans quemlibet uirũ, uide ne occultum corde gerens mucronẽ, nitida te fronte compellet, atque os belingue ex atris præcordijs ſonet.

Menſura aquam bibens.

Μέτρῳ ὑδωρ πίνοντες, ἀμέτρως μάζαν ἐδοντες. id eſt,

Immodice vorat, & lympham modulo obibit æquo.

Verſus oracularis qui in prouerbium abijt, de lucronibus & comeſtatoribus qui ſe cibis uinoq; ingurgitant, aque parum uel adeo nihil inſumentes. Natum ex oraculo Sybaritis edito, quos immoderatus luxus Crotoniatis debellatos ſubiecit.

Crocum in Ciliciam.

Ες κιλικίαν κρόκον, i. In Ciliciam Crocum, prouerbiale eſt in eos qui cumulate merces eo comportant, ubi magna ſit earũ affluentia, aut qui diuitibus optima munera largiuntur. Citatur Suidas: ἐς αἴγυπτον ἄγειν σῖτον, καὶ ἐς κιλικίαν κρόκον. i. Ægyptum deferre fruges, in Ciliciam Crocum. Cilicia croci fętura abũdat apud Corycum Ciliciæ urbem & in Tmolo monte, vnde Virgilius in Battatis.

Cicilio croc⁹ editus aruo, & i Georgicis,

Nonne vides, croceos vt Tmolus odores
Mittit.

Rũdet adagio noſtrati. In Noruegiam aſferes comportat, quod ea regio admodũ nemoroſa lignis abundantiſima ſit.

Morſimi uerſus quis deſcripſerit.

Η μορσίμε τὶς ῥῆσιν ἐξεγράψατο, i. Quis verba Morſimi uelit deſcribere?

Adagiũ quo utẽmur cũ quid putidius ineptiusq; eſſe indicabimus, quam utediſci aut etiam prælo excudi mereatur, Suidas adnotat dici ἐπὶ τῶν ὑπεβλήτων καὶ διαβεβλημένων, hoc eſt, de contemptis & rancidis infamibusq. Morſimus Atheniẽſis poeta fuit Tragicus, admodum frigidus, cuius tragœdiam canere in deuotionis cũ iuſdam loco ponit Ariſtophanes, ut idem illi ſit explodi, quod Morſimi uerſus ediſcere.

Piſandri galea & ſupercilium.

Πισάνδρε λόφοι καὶ ὄφρυες. i. Piſandri apices galeæ & ſupercilia. Quadrat i Thraſones de ſupercilijs & galea tenus formidabiles ſunt, & cõflictus neſcio quos & duella crepant, ut Plautinus ille Pyrgopolinices facit, cum ferme tales poſt principia ſtent, Terentiani illius militis more, timidi atq. imbelles. Piſandri timiditas etiam prouerbio locum dedit, is procero corpore fuiſſe ſcribitur, ſed ſupra modum meticuloſus, unde & Aſinus Cnidius cognomento fuit dictus, utebatur autem galea tribus conis & apicibus inſigni, ſpecioſisq; armis, ut uel ea parte fortitudinis nomen aucuparet, ſic Miles glorioſus apud Plautum clypeum ſplendidiorem uult eſſe quã ſolis radij ſunt, ut oculorum aciem hoſtibus præſtringat. Exſtat adagium apud Ariſtophanem.

Duro flagello mens docetur rectius.

Σκληρὰ δὲ μάστιξ παιδαγωγεῖ καρδίαν. i. Durũ flagellum eſt pædagogus ingenij. Sententia monoſtichos puerbialis apud Grego. Naziãzenum, ſolet ita uſu uenire in rebus humanis, ut periculorum magnitudine cautiores plerumq; reddamur. Eſt & uulgo noſtrati nihil in ore frequentius iſto adagio. Graues caſus, docẽt rectiſſime.

Bibliotheca animata.

PROVERBIALI tropo dictũ eſt illud ab Eunapio Sardiano. βιβλιοθήκη ἔμψυχος καὶ ὠειπατῶν μουσεῖον, i. Animata bibliotheca & uiuũ Muſæum. Dici conueniet de homine ualde erudito, & qui uelut ex profeſſo de oibus rũdere, & inexplicabiles auctorum nodos diſſoluere poſſit, tamq; ex ſecretiore Muſarum adyto cuncta deprometes. Loquitur ãt de Longino Caſſio Porphyrij præceptore. Λογγῖνος δὲ βιβλιοθήκη τὶς ὢν ἔμψυχος καὶ ὠειπατῶν μουσεῖον.

id eſt, Erat Longinus bibliotheca quædam ſpirans & uiuum Muſæum: Sic enim malo reddere, quam ut Græce ſonat, obambulans Muſæum. Simili loquendi genere Iſidorum, ἔμψυχον κίονα ἀσκήσεως dixit Neceph⁰ Calliſtus hoc eſt in ſtituti monaſtici animatũ columen, & Nazianzenus martyres nominat ἐμπνόους στύλας, quaſi ſpirantes columnas propter uiuidæ fidei ſingularem conſtantiam. Porro Μουσεῖον, id eſt, Muſæum mẽſa fuit Ægyptia ad quam cunctis, quos tota paſſim Ægypto celebres eruditio faciebat, aditus patebat, ita enim ſcribit Philoſtratus de Mileſio Dionyſio loquens, quem ab Hadriano Imperat. adſcriptum fuiſſe equitum ordinibus & iis qui in Muſæo alebantur dicit, ſubiungit: τὸ δὲ μουσεῖον ὦ τράπεζα αἰγυπτία ξυγκαλοῦσα τοῦς ἐν πάσῃ τῇ γῇ λογίμους. idem de Polemone ſcribit qd illum Hadrianus κατέλεξε τῷ τῶν μουσῶν κύκλῳ εἰς τὴν αἰγυπτίαν σίτησιν, hoc eſt, Adlegit circulo Muſæi ut Ægyptiaco more illic aleretur: ex quo colligo Muſæum apud Ægyptios fuiſſe, quod ferme apud Athenienſes πρυτανεῖον Prytanæum, in quo uiris bonis & de repub. præclare meritis uictus quotidianus publico ſumptu præbebatur, ut ex Cicerone diſcas, qui honos erat uel maximus, unde Plutarchus uix alio nomine Luculli magnificentiam laudat magis, quam quod doctis uiris ædes ipſius Prytanæum quoddam fuerint, ſic enim inquit: καὶ ὅλως ἑστία καὶ πρυτανεῖον ἐλλωικὸν ὁ οἶκος ὦ αὐτοῦ τοῖς ἀφικνουμένοις. Vtit & Syneſius in epiſtola ad Orũ, εἰ δὲ ἀλωθ ὄντες ἀπιστοῦνται, καὶ ἐν καιρὸς μόρα τιμῶνται, i. Vere philoſophantibus fides derogatur, Cariſq. in loco habẽtur.

Gubernatori ſomnolento ne benefacito.

In Suidę collectaneis adagiũ iſtud legit, μήποτ' εὖ ἔρδειν γείτονος κυῶα. μή τε κυβερνήτῃ φίλυπνον, i. Nunquam uicini cani, aut ſomnolento gubernatori benefacito. Admonet prouerbium inutiliter non eſſe conſumendum beneficium, unde uel ad te nihil rediturum ſit fructus, uel præſens detrimentum expectandum. Vicini canis bene pactus redit ad priorem dominum, Gubernator, ſomno deditus maximo periculo & fortunas negotiatoris omnes & uitam ipſam exponit.

Cedrus cecidit.

Θαλλυξέτω πίθυς ὅτι πέπτωκε κέδρος, i. Ploret picea, quod cedrus cecidit.

Potentiorẽ ruina documentum eſt minoribus modeſtiæ, admonentur enim contrahere uela, quibus res ſunt minus ualidę quando fortunis exuuntur & de ſtatu ſuo deiiciuntur magnates. Cedrus arbor eſt lõge reliquarum omnium proceriſſima, unde prouerbialis illa locutio apud Nazianzenũ in Steliteuticis: ὑπὲρ τὰς κέδρους ἔπαρσιν καὶ εἰς τὸ μηκέτι εἶναι καθαίρεσιν. id eſt. Faſtigium ſuper cedros & deiectionem in nihilum. Idẽ in Monodia Baſ. καὶ ὁρῶν καὶ κέδρων ὑπερεκτείνεται. id eſt, Increſcere ſuper montis & cedros.

Præ Nili cataractis.

Υπὲρ τοῦ νειλῴου καταῤῥάκτας. i. Præ Niliacis cataractis, de uehemente eloquentia. Suidas de Chriſoſtomo: τοῦ γλώσσαν αὐτοῦ καταῤῥεῖν ὑπὲρ τοῦ νειλῴου καταῤῥάκτας. id eſt, Dum lingua eius uehementius præcipitat quam Niliaci cataractæ. Ita Zerxes νειλῴου ῥύακας, id eſt, Niloa fluenta, uocat orationem fluidam & uberem, a natura amnis Nili agros omneis fęcundos reddentis paſtinantisque Ariſto. in Rhodiaco. refert ad ingentem & inauditum fragorẽ ac ſtrepitum; οἶμαι γὰρ ὅτε τοῦς ὑπὲρ αἰγύπτου καταῤῥάκτας, ὅτε τοῦ τῆς ἔξω θαλάττης ῥαχίαν. ὅτε σκηπτοὺς πυρφόρους, οὐ ὅτι πλεῖστον ἠχεκατ' ἀνθρώπους, τῷ τότε εἶναι κακῷ καὶ κτύπῳ παραβαλεῖν. i. arbitramur neque Cataractas ſupra Ægyptum, neq; Oceani ſalebroſum littꝰ, neque ignita quæ nubibus erumpunt fulmina, neque etiam quidquid maxime inter homines inſtrepit, huic malo & fragori comparari poſſe. Cataractes locus dicitur in Nilo, uti per arduas & exciſas pluribus locis rupes Nilus inſurgit & uires ſuas concitat, ac occurẽtibus ſaxis fractus perque anguſtias eluctatus cadit cum ingenti circumiacentium regionum ſtrepitu, ut lib. 4. natural. quæſt. ſcribit Seneca, eiusque loci accolæ gentes propter magnitudinem ſonitus, ſenſu audiendi carent, vt inquit Cicero in Somnio Scipionis. De eo ita Pli. lib. 5. Nouiſſimo cataractæ inter occurſantes ſcopulos non fluere immenſo fragore creditur, ſed ruere. Eſt autem cataractes limitaneus terminus Ægyptum ab

Aethiopia ſeparans, ut apud Heliodorum Emeſenum declarat Hydaſpes Rex.

Equus ſeſſorem rapit.

Ἵππος ἐπιβάτλω, id eſt, Equus ſeſſorẽ ſubaudi ἀφαρπάζει. id eſt, abripit, Prouerbiali figura dicitur, cum orationis impetu abducimur & in aliam diuertimus materiam. Gregorius presbyter: ἡνίκα ὁ λόγος συναρπάσας τὰ λέγοντα καθάπερ ἵππος τὰ ἐπιβάτλω εἰς τὰς ἐπαίνους κατέστησε βασιλέως τοῦ μακαρίου. ideſt, Orationis curſus dicentem, ueluti ſeſſorem equus, in laudes B. Baſilii abduxit. Horatius ẽt orationem equo aſſimilat, & Græci ἔπος ἵππον uelut equeſtrem uocant orationem numeris adſtrictam, quod quaſi equo inuecta ſublime ſpiret.

Abaridis ſagitta.

Ἀβάριδος οἰστός, i. Abaridis ſagitta, de ve locibus dicitur, ut & Pegaſus. Naziãzenus in funebri Oratione Baſilii: τὰ γὰρ ἀβάριδος οἶστον τὶ εὖ λέγοιμι τοῦ ὑπερβορέου, ἢ τὸν ἀγρεῖον πήγασον, εἰς ὑψος τοσοῦτον ἰὼν τὸ δι' ἀέρος φέρεσθαι, ὅσον ἡμῖν τὸ πρὸς θεὸν αἴρεσθαι, i. Quid Abaridis Hyperborei iaculũ recenſeam, aut Argiuũ Pegaſum, quibus non tam ſtudio fuit per aerem uolare, quam nobis ad deum mentes attollere. Abaris Scytha fuit Seuthæ filius, qui oracula Scythica compoſuit, & è Scythia in Græciam Athenas legatus uenit, memoraturque inquit Suidas eius fabuloſam iaculum è Græcia ad Hyperboreos uſque Scythas deuolantis. Licebit in uſum hoc modo uocari, ſi dicamus non Abaridis ſagittam celerius deuolaſſe, quam alicuius literæ ad nos commearint. Elegantiſſime Nazianzenus in epiſtola ad Baſilium: ὑπόπτερεσυ καὶ μετάρσιε, καὶ πρὸς ἀβάριδος οἴστῶ συμφερόμενε. id eſt, Alate tu & ſublimipeta, & qui una cum Abaridis iaculo per ardua raptaris: iſtud dici conueniet feſtiuiter in aſtrologum, aut in peregrinantem: maxime ſi pernicibus ventis celeriter anectus fuerit.

Circa montis radices uerſari.

Περὶ τὰς ὀρεσι πρόποδας στρέφεσθαι. i. Circa montis radices hærere dicitur prouerbiali figura qui ad præcipua artis alicuius capita & myſteria non adſpirat, ſed i triuiaribus & uulgaribus inhæret. Nazianzenus in Monodia Baſilii: ἔτι περὶ τὰς πρόποδας τῶν ὄρεσι στρεφόμεθα τῆς ἄκρας ἀπολειπόμενοι, ἔτι πορθμὸν διαπεραιούμενοι, ἐφ' ὃν τὸ μέγα καὶ βαθὺ πέλαγος. i. Adhuc uerſamur ad montis radices, a cacumine abſtinente, adhuc fretum trãſmittimus, relicto profundo & ingenti pelago. Idẽ in carminibus metaphorice dixit, ὑπὸ πρόποδεσι γάμοιο, Sub connubii radicibus, pro, initiis. Dicuntur autem πρόποδες mõtis imẽ radices, unde in acclue aſſurgere incipit.

Arma Achillea.

Ὅπλα ἀχίλλεια. i. arma Achillea puerbialiter pro certiſſimo præſidio, & haud dubia ope ſeu potius pro inuicto eloquẽtiæ robore accipit Philoſt. i Sophiſta Polemone: χειροτονηθεὶς πρεσβεύειν ὑπὲρ τῶν σμυρναίων, ὡς ὅπλα δὲ ἀχίλλεια τὴν ἐκείνου πειθὼ αἰτήσας. i. Delectus ut pro Smyrnæis legationem ſuſciperet, uim perſuadẽdi, quę in Scopeliano erat, quaſi armaturã quãdam Achillis poſtulauit. Eius uſus eſt cum alienam uiri docti eloquẽtiam optamus, aut patrociniũ principis quod ab iniuria maleuolorum nos tueatur: quemadmodum Patroclus Achillis armaturam flagitat apud Homerum Iliad. π. ut Troianos falſa armorum imagine deceptos bello abſterreret. Porrò ſuiam ſuperiorem aliquantulum obſcuram idem Philoſt. dilucidiorẽ reddit in Scopeliano his uerbis, ἐχειροτονεῖτο δὲ ὁ πολέμων, ὅπῃ πρεσβεύσοι κῶς πρότερον, ἀξάμενος ἣν ὑπὲρ τῆς ἀγαθῆς τύχης, ἐδεῖτο γενέσθαι οἱ τὴν σκοπελιανὴν πειθὼ, καὶ ἐπιβαλὼν αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, δὸς δὲ μοι ὥμοιϊν τὰ σὰ ἀλκέα θωρηχθῆναι, ἂν κ' ἔμπως εἰσίκοσοι. i. Habito delectu decreta fuit Polemoni legatio eius muneris tyroni, itaq; ille qd bene uerteret precatus, poposcit ſibi adeſſe Scopeliani perſuadendi vim, illumq; in corona circunſtantium hominum amplexus, hoc verſu compellauit:

Indulgeto meis humeris aptarier arma
Nunc tua, ſi mereor.

His enim uerbis deprecatur Achillẽ Patroclos, ut armaturã ipſius impetraret. Euſtathius eo in loco annotat iſtum uerſum uſurpari poſſe cũ quis conſenſum alicũde & adminiculũ q̃rit tum uerbis, tum factis.

Vomentum in numero.

VOMENTVM in numero eſſe dicuntur prouer-

prouerbiali ſpecie quoquot non modo ex temperaneam dicendi leuitatem ſequuntur, quę cruda pleraque & indigeſta effutit, in primoribus ſolum faucibus, non in pectore nata: uerum etiam qui chartis illinũt, quidquid muſteus ingenii, male feriati feruor ebullierit cum ſcripta infigi oporteat urſino more, & lima addita expoliri. Ariſtides Smyrneus, cum Mar. Antoninus fama uiri cõmotus ipſũ audire diſſerẽtẽ geſtiret, dixiſſe legitur: τήμερον πρόβαλε καὶ αὔριον ἀκροῶ, ὃ γὰρ ἐσμὲν τὰ ἐμέντων, ἀλλ' τῷ ἀκριβέντων, i. Hodie proponito, & cras audito: neque enim è uomẽtiũ numero ſumus, ſed exacta cura elaborantium, quod a Philoſt. in Sophiſtis traditũ eſt, & a Zexe reperitur. Idem Phil. in Fauorino iudicii ſui cenſuram interponens de orõne quadam falſo illi attributa, ſic inq̃t: Ἀλλ' εἶναι αὐτὰ μειρακίου φροντίσματα μεθύοντος, μᾶλλον δὲ ἐμεῦντος ἡγήμεθα, i. Quin exiſtimamus eos eſſe luſus adoleſcentis cuiuſpiam temulenti, ſeu potius uomentis. Ita Cicero probri loco recenſet. Marc. Antonium orationem ab ipſo ſcriptam de ebrietate euomuiſſe. Syneſius in Dione, ubi ait iſtos qui ſibi indulgẽt in ſtylo, cæca & ſubuentanea parere, ſubiicit: ὃ γὰρ ἐκ θαλποῖ τὰ εἰσω λόγον, ὁ τῷ καθ' ἡμέραν ἐμεῖν ἀνάγκη, i. Nec enim incubãdo fouet intus orationem, cui quotidie uomere neceſſum eſt, ſit namq. euanidus ſtylus & ἐξίτηλος, qui non cõgrua temporis mora dictionem elimat, immo, quod in fœtu immaturo ſolet accidere, abortit, eoq. fieri aſſolet ut abortus eiuſmodi in habitum abiens nihil pariat uitale & integrũ ac diuturnum. Hnc ſpectat Lyſiæ oratoris dictũ: οἱ βούλομαι ἔγωσε σωτάπειν ἐπιδυμένα, i. Nolo ego conſcribere quæ feſtinatio precipitauit.

Fures ipſi accuſant.

Οἱ φῶρες προσεγκαλοῦσι, i. Fures ipſi inſimulant, aut accuſationem intentant. Ariſtides aduerſus eos qui taciturnitatem ferinam in ipſo criminabantur: Πρότερον μὲν οὐ ἐγὼ ἐκ ἡδεῖν πρὸς τί ποτ' εἶη τὸ λεγόμενον, τὸ προσεγκαλεῖν τοῦς φῶρας, νυνὶ δὲ μοι δοκῶ γιγνώσκειν, ὅταν γὰρ οἷς ἀπατᾶν ἐπὶ τὰς μελέτας καὶ τὰς ἀκροάσεις προσηκόν τοῦτο παρέντες, ὡς οὐδεὶς ἐδ' ὁλέγων αἰτιῶντα, πῶς ὑπὰ σφετέρα αὐτῷ ἑτέρων λογίζονται, ὥσπερ ἂν εἴτινες ἡλίου καταρὸς φλέγοντος μόσαντες λέγωσι τὸ φαινόμενον αὐκ εἶν. i. Ante hac ignorauerã qd ſibi uellet q̃ dici ſolet, Fures ipſos accuſare: nũc vero itelligere id mihi uideor, nã cũ illi quos ęquum foret ad ſtudiorum exercitamenta & audiendas declamationes cõuenire, ea poſtpoſita cura, cauſantur neminẽ eſſe qui declamet, quomodo non animaduertunt propriam vęcordiã in alieno uitio? quemadmodum ſi quis radiante ſolis iubare occludat oculos, negetq; lucẽ exiſtere. Conueniet dici in iſtos, qui ſuam ipſorum culpam, friuolo prætextu excuſant, & cum ipſi iuſtæ reprehenſioni ſubiaceant, in alios crimen deuoluunt: poteſt & aliter in uſum uocari hoc modo. Inſimulas me neglecti officii & proteruiæ, q̃ tuos penates non inuiſerim illac iter facẽs, cũ tu ipſe accuſandus eo nomine uenias, qui prior hac parte impegeris, nimirum iuxta prouerbium: Fur ipſe accuſat. Non raro uſuuenire ſolet, ut qui manifeſto crimine tenetur, priores accuſandi partes ſuſcipiat, ut ſuſpicionem offenſæ eximat, integritatemque mentiatur.

Herculis ædem mulier non intrat.

Γυνὴ εἰς ἡρακλέους ὃ φοιτᾶ. i. Mulier Herculis ædẽ non ingeditur, Quadrat prouerbium in eos, qui rei alicui indignę manus iniiciunt & attrectant, uelut ſi prophanus cerdo ad altiſſima ſacræ philoſophiæ myſteria, iliota mente irrumpat: quadrabit & in indignos & adminiſtrandis reipub. muniis neutiquam aptos. Natum opinamur a ueterum religione, quæ fęminas Herculis indigetis fano excludebat, uelut Dei illius opprobria, ob ſeruitium Omphale Lydorum reginæ præſtitum, quemadmodum uiris non dabatur acceſſus in Bonę deę tẽplum. Citatur a Suida.

Rete inflas.

Δίκτυον φυσᾶς, i. Rete inflas, prouerbiũ eſt in incaſſum laborantes, qui temere rẽ impoſſibilem aggrediuntur. Quid enim ſtultius, qui uanior labor, quam rete foraminoſum uento conari diſtendere? Exſtat & iſtud in Suidæ dictionario.

Hydrargyro furacior.

Ὑδραργύρου κλεπτότερος, i. Hydargyro furacior, ſeu argento uiuo, ẽ enim hydrargyros,

gyros, quod argẽtum uiuum nominamus, Chrymestæ Mercuriũ, quod & ille furtorum magister & epitheto etiã φῶρος idest, furis apud Græcos notus fuerit: Paręmiæ origo eo refertur, quod uiuum argentum cuncta quæ sufilia sunt recipiat & in se rapiat: vel quia vt fures potissimũ insidiãtur auro, ita & argentum uiuum cætera fere metalla ut ignobiliora, ipsi innatantia reijcit, at aurum ueluti mero quodam domino sibi usurpat ac possidet, sordes tantũ illius expuens. Adagio usus est eleganter Io. Zezes præsulum sui temporis sordidã auaritiam notans:

Τὑδραργύρου γὰρ εἰσὶ κλεπτότεροι τοῦ πλέπτου. idest,

Furaciores fure sunt hydrargyro.

Summis auribus insidet.

QVOD perfunctorie audiuimus quod que difficulter credimus & cum auriũ fastidio ἄκροις ὠσὶν ἐφιζάνειν, idest, Summis auribus insidere specie prouerbiali dixit Philo Iudæus libro De uita theoretica: ἥτις οὐκ ἄκροις ὠσὶν ἐφιζάνει, ἀλλ' δι' ἀκοῆς ἐπὶ ψυχὴν ἔρχεται καὶ βεβαίως ἐπιμένει. i. Quæ nõ primoribus auribus insidet, sed per aures in animum penetrat & firmiter immoratur. Consimili modo dixit Seneca: Summo animo inhærere, pro ὀπιπολαίως & leuiter.

Ne ad Adonia quidem.

CVM doctrinam alicuius ita eleuamus, ut ne i triuialibus quidem & rebus communibus, talem doctorem deposcere nobis dignaturi simus, vt licebit Cratini lepidissimi poetæ uersu è comędia, quæ inscribitur Bubulci:

Οὐδὲ οὐ νῦξιν ἐγώ.
Εμοὶ διδάσκειν, οὐδ' ἂν εἰς ἀδώνια. i.
Quem ne digner quidem
Doctorem habere uel sacris Adoniis.

Adoniis autem sacris, quorum meminit Macrobius & Lucianus, nihil stultius excogitari põt, quę pręter fęmineos plãctus uix aliud religionis cultusve diuini vestigium habuerunt, at lacrymæ & lamenta, quibus omnia stulte permisceant, fęmineo generi paratissime sunt opes. Extat apud Athenęum. De Adonidis horto meminit eleganter Nazianzenus formam muliebrẽ illi comparans:

Κῆπος ἀδώνιδος ἡ δὲ τέη χάρις ὠλεσίκαρπος. idest,

Gratia fęminea est effętus Adonidis hortus

Neque defraudat neque marginem excedit.

Ὡς μὴ τεκρῶσαι, μηθ' ὑπὲρ χεῖλος βαλεῖν. i. Vt nec defraudet, neve excedat marginem.

Senarius versus quem paręmię nõmine adducit Hesychius, & habere moderationis temperamentiq. significationem annotat. Sumptum a uenditoribus æquitatem & modum in mensuris obseruantibus, ita ut neque concutiant metreten, ut excidat quod mensum est, neq. tantum effundãt, quod superfluas & margines excedat. Græci uocant κρυσιμεταξεῖν in mẽsura defraudarẽ aliquẽ qd̃ improbi institores faciũt, vnde & κρυδιδήμοι dicuntur metaphorice uulgi impostores, apud Aristophanem. At χεῖλος proprie labrum denotat & per trãslationem supremam oram, atq. marginẽ cuiuscunque rei. Hesiodus de Pandoræ dolio, ἔνδον ἔμιμνε πίθου ὑπὸ χείλεσι, i. Cũ tenuit se intra dolii labra, & ἐπέρχειλες vocant quod eo usque plenum est ut super fluat, ut ὄπχειλες quod infra margines nõ usquequaquẽ mensuram implet.

Hirundo æstatem loquitur.

Η χελιδὼν τὸ θέρος λαλεῖ, i. Hirũdo æstatẽ loquitur, Aristophanis interpres in Equites fabulam, eo loco, ὁ χορᾶτ', ἄρα, νέα χελιδὼν. i. Nonne uidetis? noua hirundo: admonet prouerbium esse mutilum, sed integrũ tale esse: Νέα χελιδὼν ἔς ἐν ἔαρος ἀρχή, hoc est, Noua hirundo ueris est initium. Sunt qui, interpretis uerba ita accipiunt, ut paræmiam perinde ualere scripserint, quasi dicas, initium ueris, hanc paræmiam imitatus est Philemon Comicus:

Η μῶ χελιδὼν τὸ θέρος ὦ γυναῖκ' λαλεῖ. i.
Æstatis o mulier hirundo est nuncia:

Quadrat prouerbium in artificiosa coniectura, cum indicio non uano indubitatũ de futuris euentum ominamur, uerbigratia, si usa fuerint in freti angustiis catasciopia prædatoria quę mari insidiari incipiãt, belli futuri ea sunt præludia, nẽpe ἡ χελιδὼν τὸ θέρος λαλεῖ, aut si dicamus sorori antes puellæ mammas, nobilem ętatẽ loqui, nimirum hirũdo illa ueris est primordium. Alioqui νέαν χελιδόνα, id est, nouam hirundinem non inconcinne puto uocari posse eũ, qui noui quidpiã licet uetus, opinione tamen hominem, adferat quemadmodum hodie multi noua inuenta iactitant, quæ uel plane uetera sint, uel è ueteribus pendeant saltem: ueluti hirundo naturæ lege aut obseruatione hominum semper uer prenunciant a primordio mundi semper nouum, cum anni nouãtis initio.

Quid cothurnus cum claua.

Τί κόθορνος καὶ ῥόπαλον ξυνηλθέτην, i. Quid conueniunt cothurnus & claua.

Verba sunt Herculis ad Bacchum apud Aristophanem in Ranis, crocoto muliebri indumento & cothurno mollium & delicatorum gestamine indutum, quibus superiniectum erat leoninum tergus cũ claua. De rebus incongruis & indecoris: ueluti si sacrificus militarem abollam gestet & dissectis thorace & caligis incedat, pileoque pennis farto.

Adulter ad adulterum trahit.

CITATVR in Suidæ commentariis adagium sed perfunctorie, ἕλκει μοίχος εἰς μοίχον, idest, Trahit adulter ad adulterum, Dictum arbitror in contagionem morum, nam flagitiosi alios suis flagitiis socios quęrunt, uel potius in similitudinem ingeniorum, ęqualis enim æqualem delectat maxime.

Senis ira.

Γέροντος ὀργή, idest, Senis ira dicitur de ira languida & facile quę sopitur, quod in senecta omnes affectus remissiores sint & celeriter cadant. Soph. in commentariis Euripides.

Ὀργὴ γέροντος ὥστε μαλθάκη νοτὶς
Εν χειρὶ θήγει, ἐν γάγει δ' ἀμβλύνεται, i.
Semilis ira, mollis instar guttulæ.
Pungit quidem, at retusa hebescit illico.

Nazianzenus de sene Euseb. qui olim rigidior fuerat, nunc modestior mitesceret, ὥσπερ σίδηρος, inquit, πυρὶ τῷ χρόνῳ μαλάσσεται. id est, Vt igne ferrum, ita hic senio mollescit. Diuersum sentit Aristophanes in Vespis.

Τὸ γένος ὦ τὶς ὀργίσῃ
Τὸ τῶν γερόντων, ἐν' ὅμοιον σφηκιᾷ, i.
Qui senum genus
Proritat, ille in se crabrones concitat.

Ne sol quidem sciet.

CVM tutam silentio fidem obstringimus, ac nemini consilium nostrum detecturos, aut factum declaraturos innuimus, prouerbio locus erit. Heliodorus Emesenus libro septimo, Æthiopicæ historicæ. ἀλλ' τοῦτο γε ἔνεκα θάρσει, ὡς οὐδ' ὁ ἥλιος τοῦτο δὴ τὸ τῶν λόγων γνῴσεται, i. Quin de ea re animo sis securo, nam ne sol quidem, quod dicitur, sciet. Sol mundi oculus a philosophis appellatur, quod omnia lustret, unde Homerus.

Ηλίος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει. id est,
Sol loculus rerum cuncta audit & omnia cernit.

Vnde Plinius libro secundo natur. hist. Omnia intuens, omnia exaudiens, ut principi literarum Homero placuisse in uno uideo. Huc pertinet Polemonis sophistæ dictum qui arthriticos cruciatus non ferens, cum se uiuum in sepulcro cõdi iussisse ad familiares operã illi manãtes dixit: ἔπαγε ἔπαγε, μὴ γὰρ ἴδοι με σιωπῶντα ἥλιος. id est, Obstrue obstrue, ne me tacẽtẽ sol aspiciat. Diuersus dixit Antiochus philosophus de uictoria Luculli aduersus Tigranẽ, οὐκ ἔφη τοιαύτῃ ἄλλῃ ἑωρακέναι τὸν ἥλιον. id est, Dicebat solem non uidisse aliam maiorem uictoriam.

Qui sitiunt, silentio bibunt.

Οἱ διψῶντες σιωπῇ πίνουσιν, i. siticulosi silentio bibunt, Qui aspirant ad assequẽdos honores, nemine qui ambitus sit particeps conscio id affectant. qui amicam ambiunt re non communicata cum riuali, cũ parentibus & necessariis transigunt. Aristides eo utitur in declamatione in puteum Æsculapii: ἀλλ' ὅ μὲ δὴ χρὴ τὸ διψῶντων φασὶ πίνειν σιωπῇ, ἀλλ' ὑπικοσμῆσαι τε γὰρ λόγῳ καὶ προσκυνεῖν τὸν σωτῆρα θεόν, i. Haud decet iuxta sitibundos, quod aiunt, silentio bibere, sed exornare oratione & salutare salutis auctorem Deum. Licebit diuerso sensu usurpare, quando significabimus non esse supprimendas & obliterandas insignis viri laudes, uel simile quid, sed claris uerbis in lucem id omne efferẽdũ: Idẽ in epicedio Eteonei pueri ἀλλ' ὥσπερ οἱ διψῶντες σιωπῇ πίνουσιν, οὕτω κἀκεῖνος ἤρκει δέχεσθαι τὰ λεγόμενα. i. Quemadmodum silentio bibunt siticulosi, ita illi satis erat dicta excipere.

Bubulum obtueri.

Βόειον ὑπιφλέπειν. i. Bubulũ obtueri, pro defixis

defixis & intentis oculis obseruare. Synesius lib. de caluitio. ὥστε βόειν ἐπὶ βλέπειν αὐτῇ.i.ut bubulo obtutu aspectet. Natum fortassis inde quod grandes oculos bos habeat,unde βοῶπιδος, hoc est,Bouoculę Iunonis epitheton apud poetam: cum exiles ocelli conniuere magis uideantur.

Cicadæ humi canunt.

Τέττιγες χαμόθεν ἄδουσιν,i.Cicadæ humi canunt. Prouerbio significatur ingens uastitas. Aristoteles lib.rhethoricę secũdo enigmatodes esse ostẽdit: οἷον εἴτις λέγοι ὅπερ Στησίχορος ἐν Λοκροῖς εἶπεν, ὅτι οὐ δεῖ ὑβρισὰς ἔῃ ὅπως μὴ οἱ τέττιγες καμόθεν ἄδωσιν.i.ut si quispiã dicat id quod in Locris extulit Sthesichorus,non oportere conuiciari,ne cicadæ humi cõcinant:quo innuit temperãdã esse a dicacitate linguã, eo quod uitia sępe concitent bellorũ causas,unde fit ut regiones deuastẽtur penitus excidioq; non arborum modo sed vrbium quoq;, Marti litetur.Meminit Eustathius Iliados tertio: μεμνῆσθαι δὲ καὶ συμβολικῶς λόγου ἐν ᾧ ἠπειλησατότις ποιήσειν τοὺς τέττιγας τοῖς ἐχθροῖς χαμόθεν ἄδειν, ἂν τι τὸ δενδροτομήσειν αὐτοῖς τὴν χώραν, ἵνα ἐξ ἀνάγκης οἱ τέττιγες ἀπὸ γῆς ᾄδωσι,i. Meminisse operæpretium est & symbolici dicti,quo minatus fuit quispiã hostibus se effecturum ut cicadę humi canerent nimirũ excisurum se arbores oẽs regionis,vt necessario cicadæ humi canerent. Natum in de quod arbustis maxime gaudeãt cicadæ, unde in Bucolicis Virgilius:

Sole sub ardenti resonãt arbusta cicadis.

& Plin.lib.11.dicit cicadas non nasci in raritate arborum.

Colossi fragmenta.

Κολοσσοῦ παράγματα.i. Colossi frusta, prouerbiali specie dici possunt commentaria uiri docti specimen magnæ & incredibilis eruditionis præbentia: aut uersus alicuiusquot & sententiæ exceptæ singularis ingenii testimonia :aut etiam discipuli literati qui è schola insignis pręceptoris uelut ex equo Troiano prodierint omnes, ceu assiilæ quæpiam & frustulamenta eximii cuiusdam colossi.Herodes Atticus cũ audisset Hadrianũ Tyrium adhuc adolescentem declamantem,honorifico testimonio dixit,κολοσσοῦ ταῦτα μεγάλα παράγματα εἶη, Ingẽtia hæc fuerint Colossi frusta; magnæ spei illũ fore auguratus apud Philostratũ legitur.Colossi moles sunt statuarũ,turribus pares,ut inquit Plinius,sic dicti uel ab auctore, ut Sex. Pompeius uult, uel ἀπὸ τοῦ κολόειν τὰ ὄματα,quod altitudine nimia officiant inspectãtium luminib⁹:vel a uasta inanitate specus cuiusdam interanei quasi κόλαοσα, hinc Colossica dicuntur q̃ magnæ molis sunt onera.Strabo lib. 1. καθάπερ ἐν τοῖς κολοσσικοῖς ἔργοις οὐ τὸ καθ᾽ ἕκαστον ἀκριβὲς ζητοῦμεν, ἀλλ᾽ ἧς καθόλου προσέχομεν μᾶλλον εἰ καλῶς εἴη τὸ ὅλον, οὕτως κἂν τούτοις δεῖ ποιεῖν τὴν κρίσιν,κολοσσουργία γὰρ τὶς καὶ αὕτη καὶ μεγάλα φράζουσα πῶς ἔχει,i. quemadmodũ in Colossicis mollibus vngularũ partiũ exactam structurã non exploram⁹,sed uniuerso operi an recte fabricatum sit attendim⁹ potius,& idem in istis iudicium est, siquidem & hæc Colossæa quædam fabrica est, rerum magnitudinẽ quomodo se habeant declarans.Ita Vitruuius lib.10. Colossicotera comparatiui modo dixit quæ immania sunt,Sin autem, inquit, colossicotera amplitudinibus & oneribus onera in operibus fuerint,non erit succulæ committẽdum.Procopius de statua grãdi, κολοσσῷ ἐμφερής.idest,Colosso assimilis:Philõ Iudęus De mũdi fabricatione lib. ὡς γὰρ τὴν κολοσσεαίων μεγεθῶν τὰς ἐμφάσεις καὶ τὴν βραχυτάτην σφραγὶς ὑποθεῖσαι δέχεται.i.quemadmodum.n.perexiguum sigillum accipere potest expressam Colossicę molis effigiem Colosseam magnitudinẽ ad horrorẽ transtulit Eunapius: ὥσπερ ὁ ῥοδίων κολοσσὸς διὰ μέγεθος καταπληκτικὸς ὢν οὐκ ἐστὶν ἐράσμιος, κἀκεῖνος διὰ τὸ ἄφιλο χρήματον θαυμασὸς ὤν, οὐκ ἔχει χάριν.i. Sicut Rhodiorũ Colossus propter inusitatã magnitudinẽ amabilis non est,sed formidinẽ potius & herrorẽ incutit, ita & ille,quamuis contẽptus opũ admirabilem eũ fecerit,gratiosus tamen non fuit. Huic adagio affine est illud Alexandri Seleuciẽsis sophistæ apud Philostratum eundem, τεμάχια σοῦ ἐσμὲν οἱ σοφισταὶ πάντες,i. Frustula aut particulæ tuæ sumus omnes quotquot sophistæ dicimur: quod ad Herodem Atticum dixisse fertur,cum literatorum omnium columen facileque principem illum uellet innuere: paullo diuersiore sensu Æschylus dictitare solebat,suas tragędias esse frustula de magnis Homeri cęnis: τὰς αὐτοῦ τραγῳδίας τεμάχη ἔῃ τῶν μεγα-

μεγάλων ὁμήρου δείπνων,vti refert Dipnosophistis Athenæus cum significaret se instruxisse ex ingeniorum affluentissimo fonte Homero suas fabulas. Isocrates apud Plutarchum in uita ipsius ad Demosthenem integram pro disciplina stipem persoluere nequeuntem οὐ τεμαχίζομεν, inquit, τὴν πραγματείαν id est, artis oratoriæ institutionem in frustula non partimur.

Atticus miles.

Ἀττικὸς πεζομάχος.i. Atticus miles, Prouerbio dicitur in fortem ac strenuum uirum.Heliodorus lib.2.Æthiop. Historię γυναῖκα νεκρὰν καὶ ταυτὶ ὑποφεύγων ὁ γυναῖκας καὶ ἀττικὸς πεζομάχος.h.e. Terga dedisti mortuã fęminam fugiens, tam strenuus & Atticus miles. Potest ironice torqueri in meticulosum & quouis lepore timidiorem,talẽ hominem nominando militem Atticum. Porro in pedestri & statario pręlio,laudati olim fuerunt milites, quos Attica mittebat.

Quid barbiton crocoto loquitur.

Τὶ βάρβιτος κροκωτῷ λαλεῖ, τὶ δὲ λύρα κεκρυφάλῳ.i.

Quid barbiton crocoto loquitur,quid ve lyra calanticæ.

De re absurda nihilque consoni habẽte.

Citatur a Suida ex Aristophane, ueluti si Manardus medicas rationes cerdoni alicui aut crasso rustico enucleet:uel si colores rhetoricos rudi eius artis fabro exponat rhetor.Est autem barbiton siue barbitus instrumentum Lyricum fidibus intentum plectro pulsatile,quod a grauioris fortasse soni modulis βαρύμιτον,quasi grauichordũ dicas,Pollux lib.4.nominat,quam lectionem saniorem iudico, quam quæ in Athenęo libro quarto, βάρωμον,legitur, & in 14.βαρμὸς. De quo Halicarnassæus lib.7.βάρβιτα κέρκοντες.i.barbita plectris radiisve percurrentes. Theocritus βάρβιτον ἐς πολύχορδον, barbitõ multichordũ.

Ex Ilio me ducis.

Cvm significamus pręteritorum malorũ memoriam refricari, aut ad tristium rerũ mentionẽ nos compelli. Heliodorus li.2. ἐξ Ἰλίου με φέρεις καὶ σμικρὸς κακῶν καὶ τὴν ἐκ τούτου βόμβον ἄπειρον ἐπίσεται τὸν κινεῖς. .i.Ex Ilio me rapis, ac malorum examẽ & infinitum ex illis bombum in te commoues.Ita Virgiliano Aeneas: Infandum regina iubes renouare dolorem. Troianas vt opes,& lamentabile regnum, Erruerint Danai.

Nectar spirat.

De re impense suaui,aut quouis honore digna dicitur. Symmachus,Literæ tuæ olentes Platonicum nectar Eubulus Comicus uinum Lesbium uetus, nectar stillare ait eo uersus, λέσβιον γέροντα νεκταροσταγῆ.quod non incommode transferri poterit ad orationem suauiloquam. Theocritus.ἀδύ τι νέκταρος ὄσδει, id est, Fragrat nectaris instar. Martialis lib. 9. Nomen nectare dulcius beato. Suidas ex incerto auctore,αὐταὶ μὲ ὄζουσ᾽ ἀμβροσίης καὶ νέκταρος.idest,Redolent ambrosiam & nectar: quod annotat ille competere in eos qui merentur & digni sunt admitti. Aristides.ἐδὴ τοῖς σὲ μυωπέται ὡς ὀδὲν ἄτι μοτέροις τὸ νέκταρος,id est his gloriatur atque superbit tamquam nectare non inferioribus,Hermippus apud Athen.

Ὀζει ἴον, ὄζει δὲ ῥόδων, ὄζει δ᾽ ὑακίνθου
Ὀσμὴ θεσπεσία κατὰ πᾶν δ᾽ ἔχει ὑψοροφὲς δῶ
Ἀμβροσία καὶ νέκταρ. idest,

Spirat odor mirus, uiolasq; rosasq. rubentes.
Ambrosias augustas nectarq; impleuerat ædeis.

Non alienum hinc est, quod Petronius Arbiter dicit. Mellitos uerborum globulos,& omnia dicta factaq. quasi papauere & sanfucco sparsa.Porro nectar uoluunt esse deorum potum, alii cibum inter quos Anaxandrides.Comicus, τὸ νέκταρ πανυμάπων ἐδίω διαπίνωτ᾽ ἀμβροσίαν.idest, nectar præmansum edo, ambrosiamq. interbibo, & Alcmam Lyricus ait deos: Ἰὸ νέκταρ ἔδμεναι.id est, nectar esitare: ita Sappho Lyrica, Ἀμβροσίας κρατὴθ ἐκέκρατο.i. Ambrosiæ poculum infusum erat,at Homerus nectar deorum poculum agnoscit & Ibycus qui ambrosiam cibum nouies dulcedine mel superare ait.

In triclinio choa.

Proverbiale ęnigma exstat apud Fabium Institorat.lib 1.cap.ultimo ex Cęcilio Comico.Et in triclinio Choa,& in cubilo uola· quod detorsit ille in multibibã fęminam, quæ citra pudorem in conuiuio calices

Animatu

Terebo
lib. 9
19

calices detergeret, eandemque importune garrulam ubi minime oporteat: siquidem ubique iuxta Sophoclē: γυναῖκι κόσμον ἡ σιγὴ φέρει, hoc est, filētium addit fęminis decus, sed potissime cubiculo filētium debetur. Quadrabit igitur in bibosam anum & odiose loquacem. Choa uocant Græci congium sextariorum sex capacem, ut ex Rhemnio Fannio constat. Epinicus apud Atheneū: ῥυτὸν χορῶντα δυοχόαν, οὐ δ' ἂν ἔλεφας ἐκπίοι, id est, Rhytium duorum congiorum capax, quod ne elephas quidē ebibat.

Alabandicum opus.

Αλαβανδικὸν σύγγραμμα, idest, Alabandicum scriptū uel opus, pro inepto ac barbaro dici, puerbialiter inuenio, & Philoxenus ἀλαβανδιακὸν σολοικισμὸν solęcismū Alabandicū nominat turpē & uitiosum: utrumq. est apud Stephanum: Hermolaus Barbarus impolitos ac rudes carbunculos. Alabandicos dici annotat, ut Alabādicos libellos, ineptos & barbaros, nam in vniuersum Cares omnes, inter quos sūt Alabandæi, βαρβαροφῶνοι ab Homero nūcupantur, a barbarie & ruditate, quorum uæcordia uel in eo eluxit, quod in gymnasio loco certaminibus & exercitationi corporis dedicato statuæ apud eos uiserentur habitu causidicorum, contra in foro iudicatio, discos aut simile quid manibus tenerent, ordine plane præpostero. Alabando Cariæ urbs, ab Alabando, quem indigetum deorū in numero colebant cōdita, inter duos colles utrinq. in accliue surgētes sedet, ita ut speciem referat clitellarū inuersarum, ita enim uertēda sunt Strabonis uerba ex li. 14. ὡς ὄψιν κατέχειν καν θηλὶς κατεσραμμένη, quæ perperā interpres reddidit, ut cistæ inuersæ aspectū exhibeant, quamquā & græcus codex nō careat menda, pro κατεσραμμένη legēs κατεσρωμμένη, unde emersit locus Apollonii dicentis eā esse σκωρπίων κανθήλιον κατεσραμμένον. hoc est, scorpionū clitellas inuersas, Scorpionū addens propter istorū animalculorum abundantiā, sugillat postea illos ut molliciei ac delitiis deditos, & καπυρισάς, hoc est, libidine feruētes, sic in malo reddere, q̄ cū interprete, suffitos.

In aceruum metere.

Πρὸς τὸ σωρὸν ἀμᾶσθαι, idest, In aceruū metere, prouerbium esse admonet Suidas in eos qui ad magna aspirāt, aut res arduas suscipiunt: uel qui edicta edictis, mandata mandatis accumulant, Sumpta a messoribus metaphora.

Pardus maculas non deponit.

Πάρδαλις οὐκ ἀποτίθεται τὸ καταστικτον οὐδ' αἰθιόψ τὸ μέλαν. i. Pardus pellis maculas nō ponit, nec Æthiops fuscedinem. Extat apud Naziāzenum in Steliteuticis. Vt panthera, uer si color maculas non amittit, nec Æthiops colorem mutat.

Sex congios capit.

Εξ χόας χωρεῖται, i. Sex congios capis, prouerbium est in stolidos & emotæ mentis homines. Aristoph. in Nebulis, ἐξ χόας χωρήσεται, subaudi, ὁ ἐγκέφαλος αὐτ. id est, Senos capit congios, nempe cerebrum hominis. Metaphora ab utre aut testa, citatur in Suidæ commentariis.

Aquam plorat cum lauat, fundere.

PLAVTINVM illud ex comędia Aulularia: Aquam hercle plorat, cum lauat, profundere, conuenit in hominem præparcū & illiberalem nimis atque sordidum, qui usqueadeo sit non attentus ad rem modo, sed miser, ut illuuiem & sordes aquæ, qua fuerit ablutus, uereatur effundere, uelut sui aliquando futuras.

Supra clepsydram ducere.

Υπὲρ τὸ ὕδωρ ἐκχυδόμενον εἰπεῖν. i. Supra aquam infusam dicere. Prouerbium annotatur a Budæo, non explicatur tamen, sonat autem idem quod, supra clepsydram loqui, & quod Quintilianus dixit, Aquā perdere: uidetur dictum de garrulis, qui loquentiæ multum habēt, sapientiæ parū, quiq; uerbositate nimia tēpus extrahūt, Synesius in Dione: ὕδωρ ἤδη τοῦτο τὸ τῆς λόγου πεῖσμα διέῤῥηκται, πᾶσα ἐλπίδος ἄγκυρα παντείως ἀνέσπασται. i. Omnis quod dici solet rudeus perfractus est, omnisq; spei ancora prorsus sublata est. Metaphora a naui quę amissis funibus in muri iactatur undarum ludibrium.

Vincat tuus tripes.

HELIODORVS li. 2. νικήσειεν ὁ παρὰ σοι τρίπους ἐγὼ δὲ δόδομαὶ ἧς ἀποφανθείλω. idest, Tuus tripes uincat, egoq. mēdax uates inueniat, Conueniet ubi alicui proterue pertinaci ueritatem dicti concedimus, uelut herbam illi porrigētes uictoriamq; permittentes. Sumptum a tripode oracula ri cui insistens uates, hausto numine ventura canebat.

Tamquam Gorgone conspecta.

DE repente attonito metuq. perculso dī. Heliodorus lib. 4. ἡ δὲ ὥσπερ τῆς γοργοῦς θεασαμένη κεφαλῶ ἤ τι τῆς ἀτοπωτέρου, ὀξύ τι καὶ μέγα ἀνέκραγεν. i. Illa non

πεπνιγμένῳ, uocat, talesq; uulgari dicterio, διψῶντας quasi siticulosos appellatos fuisse scribit. Solebāt ueteres ad aquæ stil licidium, orādi modum metiri productio re breuioreq; tempore circumscriptum.

Mare amnium non indiget.

NAZIANZENVS in Monodia in Basiliū, ὅτε γὰρ θάλαττα δεῖται τῶν εἰσρεόντων ποταμῶν. idest, Non indiget mare influentibus amnibus. Vtemur eo cum ostendere uolumus quempiam ita suis animi dotibus instructum & exornatum, ut per se abunde sit laudatus, nec accessione alieni præconij aut externo adiumento opus habeat. Philosophiæ doctrina imbutus, non indiget uno aut altero Isocratis, aut Agapeti præcepto ad mores faciente, uir cordatus alienis non usus habet consilijs, suis abundans. Eo modo utitur idem in epistola quadam ad Basilium, εἴπερ ὕδατος δεῖται θάλασσα, καὶ σὺ τῶν συμβουλίων τῶν. idest, Si aqua indiget mare, & tu consultore opus habebis.

Rudens omnis disruptus est.

Πᾶν πεῖσμα διέῤῥηκται, i. Omnis rudēs disruptus est, Prouerbium effertur de summo rerum discrimine, cum conclamatam esse spem significamus, Heliod. lib. 7. Aethio. historiæ. πᾶν δὴ τοῦτο τὸ τῆς λόγου πεῖσμα διέῤῥηκται, πᾶσα ἐλπίδος ἄγκυρα παντείως ἀνέσπασται. i. Omnis quod dici solet rudeus perfractus est, omnisq; spei ancora prorsus sublata est. Metaphora a naui quę amissis funibus in muri iactatur undarum ludibrium.

Vincat tuus tripes.

HELIODORVS li. 2. νικήσειεν ὁ παρὰ σοι τρίπους ἐγὼ δὲ δόδομαὶ ἧς ἀποφανθείλω. idest, Tuus tripes uincat, egoq. mēdax uates inueniat, Conueniet ubi alicui proterue pertinaci ueritatem dicti concedimus, uelut herbam illi porrigētes uictoriamq; permittentes. Sumptum a tripode oracula ri cui insistens uates, hausto numine ventura canebat.

Tamquam Gorgone conspecta.

DE repente attonito metuq. perculso dī. Heliodorus lib. 4. ἡ δὲ ὥσπερ τῆς γοργοῦς θεασαμένη κεφαλῶ ἤ τι τῆς ἀτοπωτέρου, ὀξύ τι καὶ μέγα ἀνέκραγεν. i. Illa non aliter ac cōspecto Gorgonis capite aut alio quopiam monstro, altum uociferata est. Gorgone, Phorcynis Ponti terraq̄. filij natæ fuerunt, ut fabulantur Hesiodus in Theogonia, Hyginus & Bassus in Aratęo commentario, oculo uno exemptili prędita tres, alatæ, Anguibus loco crinium implexæ, aprugnis dentibus, manus habētes æneas & alas quibus uolarent, ut annotatū est à doctissimo scoliaste Aeschyli, quarum nomina fuerunt, Stheno à robore, Medusa à regni cura. Euryale ab imperio maris appellatæ, quarum meminit in Agamemnone Aeschylus:

Αἱ δὲ γοργόνων δίκλω
Φαιοχίτωνες καὶ πεπλεκτανημέναι
Πυκνοὶς δράκεσιν. idest,
Illę instar Gorgonum.
Atratę, & angues inuolutæ crinibus.

Gorgo autem & Gorgon ad incutiendum terrorem formidabilis fuisse fingitur horribili aspectu, unde Homerus Iliados vndecimo:

Τῇ δ' ἐπὶ μὲν γοργὼ βλοσυρῶπις ἔστεφάνωτο
Δεινὸν δερκομένη. idest,
Torua tuens Gorgon clypei lucebat in ære.

Tam vero teter & horrendus earum obtutus fuisse perhibetur, vt in saxa obriguisse homines solo aspectu, crediti fuerint, quo spectat illud Homeri γοργῶς, aut ut Zenodot° maluit, γοργόνος ὄμματ' ἔχων, idest, Gorgoneos torquens oculos, & Martialis libro nono:

Auertam vultus, tamquam mihi pocula Gorgon
Porrigat, atq; oculos oraq; nostra petat.

Aeschylus in Prometheo de Typhone loquens:

Ἐξ ὀμμάτων δ' ἤστραπτε γοργωπὼν σέλας. i. Vibrabat ex oculis Medusæum iubar.

Vlysses apud Homerum Odysseę undecimo pauidum fugisse se ait.

Μὴ μοῖ γοργείω κεφαλῶ δεινοῖο πελώρου
Ἐξ ἄιδος πέμψειεν ἀγαυὴ Περσεφόνεια. i.
Ne mihi Persephone coniux Plutonia tetrum,
Gorgonei capitis monstrum submitteret Orco.

Iambicus Gorgonem cupiditatē nominat, quę illectos uecordibus affectionibus homines, materiæ immergit, saxoq; efficit. Alexander Myndius historicus apud Athenęum

Athenæum in 5. refert Gorgona animal esse Lybicum non dissimile uitulo, quod diro minacium oculorum aspectu intuens enecet.

De Gorgone lege Palephatum.

A uipera morsum culpas.

De eo qui alienę calamitati insultat, nondum expertus fortunę ſęuitiam, extulit illud Aristidis in orone: καίμοι δοκεῖς κατὰ τὴν παροιμίαν, ἢ ὑπὸ τῆς ἐχίδνης δηχθέντα αἰτιᾶσθαι μηδεπώποτε αὐτὸς δηχθεὶς. i. Videris mihi uiperæ dentibus faucium culpare, ipse faucius antea numquã iuxta prouerbium. Adagij origo uidetur ex Apologis sumpta.

Philoxeni codicillus.

Φιλοξένου γραμμάτιον, i. Philoxeni codicillus. Citatur prouerbium à Suida, & exponitur de ijs, qui repudiant oblatã cõditionem, aut postulata peruicaciter reijciunt, Natum à Philoxeno Cytherio, dythyramborum scriptore Dionysiij tyranni delicijs, qui cum inepta huius poemata & fastidiret audire & transuerso calamo iugulasset in Latomias (ita appellatur carcer Syracusis ab eo ipso tyranno factus è saxo in mirandam altitudinem depresso, & multorum operis penitus exciso, ut testatur in Verrinis Cicero) missus fuit, unde liberatus iussus tyranni, ac Tarentum elapsus, ac per literas à Dionysio ut rediret reuocatus, responso illum dignatus non fuit, sed arrepto codicillo primum alphabeti elementum quod est α identidem inscripsit, quo notum illius prorsus rescissa amicitię tessera repudiaret: habet autem α. negandi uim apud Grecos, inficiatoria particula Philoxeni ergo codicillũ aut Pugillares rescripsisse dicetur apposite, qui rogatus non obtemperat, uel oblatis nuptijs nuncium remittit, uel denique ratione quauis abnuit ac respuit rogationem. Venustius est quam quod ab alijs affertur: τὸ φιλοξένου δ', idest, Philoxeni non.

In Ceo quis dies.

Εν νεῷ τὶς ἡμέρα, i. In Ceo quis dies. Hesychius annotat efferri prouerbium de rebus dubijs haud certo compertis ἐπὶ τῶν οὐκ ἀγνοουμένων, quod in Ceo insula non haberent statas ferias, sed pro arbitrio quisq. suo eas celebrarent ubi commodum esset: unde etiam prouerbiale dictum manauit: Tibi ipse calendas edicito, de quo alibi egimus.

Quod sal carni.

Cvm significare uolumus proprium aliquid esse & peculiare alicui rei, prouerbij vsus erit, veluti si dicamus ueritatem proprium esse condimentum historiæ, non aliter, quam sal carni sit aut poetices delectationem: vsus est Philon Iudæus libro de mundi opificio, de piscibus loquens, quibus ad conseruationem corporis aspersa sit vitalis facultas: καθάπερ φασὶ τοῦς ἅλας τοῖς κρέασιν, ἵνα μὴ ῥᾳδίως διαφθείροιτο. i. quemadmodum sal, uti dr, carni, ne facile computrescat. Ita Varro libro rei rusticę secundo, Suibus animam datam pro sale ait, qui seruaret carnem. At sal fatuus, de insipido homine dicitur, quomodo Hecebolius sophista legitur se humi strauisse ante templi uestibulum, exclamasseq; πατήσατέ με τὸ ἅλας τὸ ἄν αἰσθήτον, idest, procultate me salem insensibilem quod refert. Nicephorus Callistus.

Intus Hecuba, foris Helena.

De fęmina formosa quidem, sed maledica & improbis moribus prędita dicitur prouerbio. Gregor. Nazianzenus in carmine aduersus fucatas mulieres purpurisso oblitas:

Ενδοθι τὴν ἑκάβην, ἔκτοθι τὴν ἑλένην,
hoc est, Turpem intus Hecubam, pulchram Helenemq; foris.

Hecuba Priami uxor prę senio turpissima in canem conuersa fingitur, Plautinus Menæchmus propter maledicentiam, sic enim ait:

Non tu scis mulier, Hecubam quapropter canem.
Graij esse prædicabant? Mu. Non equidem scio.
Me. Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis.
Omnia mala ingerebat, quemque aspexerat.

Itaq; adeo iure cępta appellari est canis. Huc spectat illud Iuuenalis satyra decima sed torua canino Latrauit rictu, quæ post hunc (Priamũ) uixerat vxor, Poterit & de fucata dici, quomodo usus est Naziãzenus, quę larua potius & spectrum hominis

nis videri queat, nisi stibii & purpurissimã gonium penicillo inscriptum fęditatem obliteret. Trãsferri etiam poterit ad librũ spurcitiæ plenum, speciosum titulum præferentem, aut membranis sumptuosis magnifice exornatum.

Citius terra ætherem conscendet.

Impossibilis conatus significationẽ habet illud, quod apud Euripidem Hercules loquitur: πρόσθε γὰρ κάτω.
Γῆς ἥσσιν ἄστρα, γῆτ' ἀνείσ' εἰς ἀιθέρα,
Πλὴν ἐξ ἐμοῦ σοι θῶπ' ἀπαντήσει λόγον, i.
Citius humo infigẽtur astra, & ętherem
Terra occupabit, quã uerbis palper tibi.

Refertur a Philone semel atq. iterum. Cui adfine est Zenonis dictum: ὅτι θάττον ἄσκον σαπίσει πλήρη πνεύματος. hoc est, Procliuius mergi posse utrem uento distẽtum, cuius idem scriptor meminit.

Flamma sine Vulcano.

Πυρκαϊὰν ἀνήφαιστον καὶ ἄξυλον, quod sonat: Incendium absq. Vulcano & lignorum expers, prouerbio dici scribit Io. Zezes in omnigena historia, animi angores & curas animum coquentes exulcerantesque nullum autem grauius est incendium quam affectus, qui ita animum lancinant: Sic de amoris igne dixit Virgilius docte: Est mollis flamma medullas. Et dẽ eadem Didone iterum: Et cæco carpitur igni, secretum amoris incendium, qui torrebatur indicans.

Edentulæ maxillæ.

Αμύλοι γνάθοι, i. Bucca edentula puerbiale dicterium in eum qui lędere aut fortunis officere alterius nequeat. Licebit & γέροντος ἀμύλους γναθοῦς, i. edentulas aut exarmatas senis maxillas in contemptum senilium uirium detorquere, ut si quis calamo conuitioq. senem lacessens, iniurięq. uicissitudinem contemnens, dicat se nihili facere impotẽtis hostis ὥσπερ γέροντος ἀμύλους γνάθους, ueluti senis edentulas maxillas. Integrũ uidetur adagium legisse Gregorius Thessalonicensis hoc modo.

Γέροντος ἀμύλοι γνάθοι βακτηρίαι, i.
Sunt scipio seni maxillæ edentulæ.

Verba eius hęc sũt: ὅμως ἀληθεῖ γνάθοις ἀμύλοις, ὡς οἰόντε, ὡς καὶ τὶς παροιμία ὅσα καὶ βακτηρίαν ἀπωχαρίζεται ἀνδρὶ γέροντι. hoc est, At tamẽ edẽtulis malis, ut põt, cibum molit, quas prouerbium scipionis uice seni tribuit.

A cauda ad os transferre.

Απ' οὐρᾶς ἐπὶ τὸ στόμα μετάγειν. i. A cauda ad os transferre, apud Plutarchum in nono Symposiac. prouerbii uice positũ est, pro, a calce ad initium transferre ut quod postremum locum obtinere debuerat, ad primum mutato ordine transponatur, sic autem inquit: αἱ γὰρ καλούμεναι ψυχραὶ τράπεζαι ἀπ' οὐρᾶς ἐπὶ στόμα μεταχθεῖσαι τῷ πρώτῳ ἀντὶ τῆς ἐσχάτης τάξιν ἔχουσι. i. Quas frigidas nominamus mensas, a cauda ad os translatæ, primum pro postremo ordinem obtinent.

Agnum demetere.

Αμνὸν θερίζειν, i. Agnũ demetere, Prouerbium citat Eustathius Odyss. nono, efferrique annotat: ἐπὶ τῶν ἐκδιαλείμματος τιμωρουμένων de his qui ad pęnam conuiuent, multumque incommodum tẽpus differũt: Occasione adagii petita ab agnis, qui primo uere inutiles lanitio reliquuntur, asseruanturq; in æstatem ad idoneum tondendis lanarum uillis tempus. Quadrabit quando silentio prætermittimus quid piã, data occasione opportuniore loco ac tẽpore disertius de eo plixiusque acturi.

Nil boni cogitat uir arrigens.

Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἐσυκὼς ἀνήρ, i.
Nil cogitat plane boni uir arrigens.

Prouerbialẽ senarium citat Eustathius ex Ælii Dionysii rhetorico lexico, nõ explicat tamen, atque ita legit & Suidas fere hunc in modũ: οὐδὲν μέγα φρονεῖ ἐσυκὼς ἀνήρ. idest, Nil magnum sapit uir arrigẽs, sed manca parumq. integra. uersus lege. Significat autem quod libidinis furor prudentiam omnem expectaret honestiq. rationem ex animo deleat, quod siquis legat ἐσυκὼς, indicabit, flãtes, hoc est, in irã aliosue animi affectus arrectos iuste iudicare non posse, siquidem legimus iudices olim sedisse, argumento sedatioris animi & ab omni motu compositi. Porro uerbũ σύειν in pudendã significationem transtulit Comicus, vnde & de Diana uirgine dictũ est, ὅτι σύματα μισεῖ, ἡ τοιαῦτα αἰδεῖσθαι τάσεις, quod arrectione inuisam habeat, qn & lactuca sessilis latifolia, ab Atheniẽsibus ἀσύτις dicebatur, quod nimius eius usus

vsus impotentes in uenerem reddat, qua de caussa & Pythagorei ἀνῶχον eam uocarunt, quasi castrantem, & eunucham.

Herculis ira.

HERCVLIS iram appellat Aristophanes in Vespis, generosi pectoris iram, magnoq; animo dignam, quod quēadmodum Hercules laboriosissima queque & difficillima certamina subijt, è quibus eo plus honoris assequabatur, quo essent molestiora: ita & generosus est & Herculis ira dignus, potentiores incessere, quam plebeios homunculos, propterea inquit, Comicus:

Αλλ' ἡρακλέους ὀργὴν τίν' ἔχον τοῖσι μεγίστοις ἐπιχειρεῖν, idest,

At Herculaneam quandam irā habēs, magnates, adoriri se velle dicit, Theocritus de robusto illud extulit idylio quarto.

Φαντίνλω ἡρακλῆι εἴλω ᾧ κάρτος ἐρίσδεν. idest,

Viribus Alcidæ hunc contendere posse loquuntur.

Philon Iudeus: ἡράκλειον ἀζολμίαν, i. Herculeā confidentiam dixit prouerbialiter ibi: τὴν ἡράκλειον ἀζολμίαν ἐπιμιμούμενοι, i. Herculeam ferociam imitantes, ad Aristophanicum uersum respexit Aristides, de Comico illo sentiens. ἕτερος δ' αὖ τὴν ἡρακλέους ὀργὴν τίν' ἔχων. idest, Alius quispiam Herculis quadam ira percitus. Huic dissimile est quod Ouidius ait libro De ponto tertio: (Nobile namque) Pectus & Herculeæ simplicitatis habes.

Deo præeunte, nullus officit obex.

FREQVENS est & paræmiæ uice usurpatū ab Aristide θεοῦ. δείξαντος ἀρχῶ, i. Deo peunte, aut initiū faciēte, ut in Panegyrica oratione: Αλλ' ὥσπερ ἐφηπίν δαρος θεοῦ δείξαντος ἀρχῶ, οὐδὲν δὴ ζοκωλύον. i. At ubi Deus initium ostenderit, quod ait Pindarus, nullus officit obex. Idē aduersū otij obtrectatores, θεοῦ δὲ φυσὶ πίνδαρος δείξαντος ἀρχῶ, ἀθεία δὴ κελάθος ἀρεῖν τὸ προκείμενον. hoc est, Monstrante initiū Deo, ut Pindarus inqt, prona est semita ad inueniendum q̃ propositum est. Huc pertinet sententia prouerbialis, q̃ citat Suidas, θεοῦ παρόντος ἅπαν ἄπορον πόριμον, i. Deo præsente fit expeditum, quid quid fuerat implicitum, & illud Aristidē: ἀνῶν ὕτα παρέχειν ὁ θεὸς εἰώθε πορδίσιμα, idest, Eit peruiū auctore Deo, qd̃ iperiū erat antea, Hinc Philon Iudæus libro: Quod omnis uir bonus idem sit & liber: ἀναφθέγξεται γὰρ ἐκεῖνο τὸ σοφόκλειον, οὐδὲν τῶν πυθοχρήσων διαφέρον, Θεὸς ἐμοὶ ἀρχων, θνητῶν δὲ οὐδὲ εἷς. i. Exclamabit .n. Sophocleū illud, oracularibus respōsis nihilo inferius. Mortalium nemo, at Deus dux est mihi. Ad hāc classem spectat & Synesij illud ī epistolis: θεὸς ἡγείσθω πάντος ἔργου καὶ λόγου, i. Deus cuiusuis & dicti & facti auspex esto. Certe religio omnis Deum opificem omnium agnouit semp, & ab illo captandum auspicium unanimi conspiratione consensit, unde Pausaniæ auctoritate annotat Eustathius in cuiuslibet rei auspicatu dici solere, celeusmatis instar, θεὸς θεός, i. Deus Deus: quod obseruasse non temere vt Plato in principio librorum de Legibus, ubi cum Athenienſis hospes dubie dixisset uideti à Deo aut ab homine quopiam inuectas esse leges rūdet Clinias: θεὸς ὦ ξένε θεός, hoc est, Deus o hospes Deus eiusce rei auctor est. Quod Platonis dictum repetit Theon Alexādrinus in Arateis commentarijs, caussam reddens, cur ab Ioue exordium operis sumpserit Arat°, ita canēs Ἐκ Διὸς ἀρχώμεθα. quod Maro ad se recepit ibi, Ab Ioue principium, Nimirum & Pindarus alicubi dixit breuiter. Διὸς ἐκ προοιμίου. hoc est, Ab Iouis procemio, innuens ab Ioue, hoc est, Deo rerum principio, conatus nostri auspicium esse sumendum.

Daphnis inter pastores primus.

Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρῶτος ἐγένετο, i. Daphnis inter pastores primus euasit. Extat apud Synesium in Epistola ad fratrem prouerbiali specie dictū: καὶ τοῦτο Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρῶτος ἐγενέτο, τοῦτο τόο Εὐθάλιον ἐπὶ μέγα τύχης ἐξῆρεν. i. Ex ea occasione Daphnis inter pastores primo extitit, hoc factum Euthalium ad amplas fortunas euexit. Vsum prouerbij ipse auctor exponit propemodum. Quoties namque opinionem alicuius augescere, ipsum q̃ que admirationi esse uolumus innuere, atque magnæ auctoritatis haberi, dicemo Daph. inter pastores principatum obtinet. Prouerbij origo ex Theocriti Bucolicis, ubi de victore Daphni ita canit.

Καὶ τοῦτο Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρῶτος ἔγειτο. idest,

Daphnis

Daphnis se ex illo primus pastoribus infert.

Quo allusit Virgilius ibi:

Daphnin ad astra feremus. Historiam de Daphnide pertexit Diodorus Siculus li. 5. Is è Mercurio & Nympha Siciliē indigena prognatus, & ab nymphis enutritus, multa boum armenta possedit, a quorum cura βοόκολος, idest, bubulcus dici cœpit, cumq. esset ingenio acri, carmen ab auctore Bucolicum dictum, primus excogitauit dicitur autem Syracusius fuisse. De hoc paullo fusius Aelianus lib. 10. omnigenæ historiæ. Daphnis, inquit, Bucolus amasius fuit Mercurij, secundum alios filius, nomē abeuentu sortitus, quod à partu exposito fuerit in laureto, quem boues in Sicilia pascentem nympharū una deperijsse dicitur, cumq; illo primum iuuentæ floré delibasse inito pacto, ne cum alia congrederetur, quod si falleret, interposita oraculorū orbitatis pœna: sed cū non multo post adamatus à Regia puella, per ebrietatem pactū dissoluisset, habita consuetudine cum Regis filia, captō luminibus, Bucolicū carmen, calamitatis solatium, primus cecinit.

Addere gangrænam.

ADDERE gangrænam vsurpat Arnobius lib. 5. aduersus gentes, pro geminare malum, aut ueterem culpam nouæ noxæ accessione grauare, uerba eiō sunt. In quo cum unam contrahere possetis culpā conscriptione de superis tali addidistis (ut dicitur) gangrænam, cum deorum omnibus appellauistis, res turpes. Simili metaphora dictū est illud a Varrone li. 3. de uita populi Romani. Quo facilius animaduertatur per omnes articulos populi hanc mali gāgrænā sanguinolentam permeasse. Ad eū dem modum Lucilius in satyris. Serpere uti gangræna malo atq. herpestica posset.

Hectorem imitaris, ab Ilio numquam recedis.

Iocus est in parasitum gulæ plus ęquo deditum. Marulli Mimographi, quem M. Antonini philosophi & Cęs. temporibus uixisse testatur Iulius Capitolinus, cuius pręter Ael. Spartianum meminit & D. Hieronymus aduersus Ruffinum. Tu Hectorē imitaris, ab Ilio nūquam recedis. Allusum est autem ad Ilij, quo Troia censetur, nomen ambiguum, cum illi intestino, per q̃ cibus receptus delabitur. Cōpetet in strenuum gurgitem, qui numquam helluonari desinat. Quadrabit & in ganeonem inexhaustæ libidinis, quippe cum Ilium pro impudio seu interfœmineo muliebri accipi soleat attestante Hesychio, quo sensu detortum fuit illud Homericū ἴλιον οἴσω. idest, Intra Ilium.

In cauea non canit luscinia.

Η ἀηδὼν ἐν οἰκίσκῳ μὴ ᾄδει, i. In cauea non canit luscinia, prouerbio significatur ingenij libertate nihil esse pręstantius ad res agendas, propterea quod seruilis conditio animi sinum coarctet quodāmodo ac pręcludat, pręclare enim dictum est ab Homero Odyss. p.

Η μισυγάρ τ' ἀρετῆς ἐπιαίνηται ἀρυόπα ζεύς

Ανερος, ἅτ' ἂν μὲν καταδήλιον ἦμαρ ἕλησιν. idest,

Dimidio ingenij non æquus Iuppiter orbat

Seruilis quem forte pręmit cōditio uitę.

Recte quoq Philō Iudæus, δουλεία τοῖς ἐλευθέροις ἀφορητότατόν ἐστιν. i. Homini libero nihil seruitute intolerabilius est. Scopelianum sophistam obsecrarant Clazomenij, ut domi suæ profiteretur, sperantes eius doctrina celebres fore Clazomenas, horū petitionē reijciēs ille, os obstruxit p commode, dictitans inclusam caueæ luscinia non canere, Græca Philost. verba sunt, οὐκ ἀμύσσως παρῃτήσατο, τὴν ἀηδόνα φήσας ἐν οἰκίσκῳ μὴ ᾄδειν. hoc est, non inuenuste depręcatus fuit, luscinia, inquiens non cantillat in cauea. Lusciniæ tale ingeniū est, ut non nisi libero aere moduletur, capta, caueæq; cancellis immissa obmutescat, quamquam audio inuentū esse apud nos, qui arte quadam erudiat luscinias, ut in caueis cantent.

Ne salem quidem dederit.

Οὐδ' ἅλα δοίη, i. Nec uel salem dederit. Adagiū est in hominem præparcum & sordidum, qui neque minimum quid, & ne salis quidem micam largiri sustineat, q̃ hospitibus dabatur omnibus. Exstat apud Homerum Odysseæ decimoseptimo. Vbi Vlysses Antinoum conuitio lacerat, uelut sordidum supra modum & illiberalem.

Οὐ σύγ' ἄν ἐοικὼς σῷ ἐπισάτη οὐδ' ἅλα δοίης. idest,

De penore haud dederis micā salis Vpilioni.

Vbi notādū quod Aristarchus, ita legit quemad-

quemadmodum citauimus, at Calistratus ἄδαλα. dictione proparoxytona scribit & exponit κόφρια ἢ λύματα, idest, sterquilinia & ædium purgamenta, quæ scopis a pauimento euerruntur, ab ἔδος, quod sonat solum sine pauimentum: quod ab Eustathio in illum locum annotatum est. Vsurpatur & a Dione Chrysostomo in oratione, quam inscripsit Euboicum, quãquã in Græco codice uitiose legit, ἐδ' ἀλλ' δοίης.

Nec uola, nec uestigium.

Exstat apud Varronem in ταφῇ μενίππου, Hæc Numa Pompilius fieri si uiderit, sciet suorum institutorum nec uolam nec uestigium apparere. Et iterum in Cynicis περὶ ὀπταφίων. Quorũ in sepulchris nec uola, nec uestigium extat. Vtrumque citatur, a Nonio Marcello. Idem est cum illo Plautino. Nec pes nec caput sermonis apparet. Huc pertinet illud Aeschyli in Agamemnone fabula:

Καὶ ποῖ τελεῖται κἀπανεύθαι λόγος. i. Qui finis, aut quod nascitur uerbis caput;

Verba sunt Electræ ad Agamemnonẽ, quo uti licebit, cũ indicamus incertos nos esse quo euadat oratio, aut unde orta sit.

Spongia medebitur.

Σπόγγος ἰάσεται, i. Spongia medebitur. Quadrabit quoties mutaturos nos sententiam & antiquaturos pollicebimur. Vsus spongię notissimus erat in extergendis mensis pręcipueq; abacis in quibus scribebant & inducta spongia corrigebant, quomodo Augustus Aiacem fabulam in spongiam incubuisse dicit ad exemplum Aiacis, qui in ferrum, uti refert Suetonius Tranquillus Aristides in oratione quadã: εἴτε γὰρ τι ἡμῖν λελήρηται, οὐδὲν δεῖ τῆς συσικόρου παλινδίας, ἀλλὰ σπόγγος ἰάσεται, i. Quod si quid nugati sumus, nihil opus fuerit Stesichori palinodia, nimirum abũde medebitur spongia. Allusit huc auctor epigrammatis incertus lib. 6. in quo Callimenes quidam Mercurio artis suę instrumenta his uersibus dedicat:

Καὶ βυθίλῳ τρίτωνος ἀλιπλάγκτοιο χαμαδύνῳ
Σπόγγον, ἀκεσορίῳ πλάζομένης γραφίδος. idest,
Vndiuagiq; thorum Tritonis spongiam, in alto
Decerptam, errantis quæ medicina styli est.

Clemens Alexãdrinus ἀνασφογγίζειν ξηροφαγία dixit, madorem uentriculi nimium aridis cibis ebibere atque rapere, quod metaphorice licebit transferre ad orationem, quæ si nimis affluens sit, exiccanda uenit, ac molli illo madore eximenda, Græce non male dixeris: τὸ τῶν λόγων ὑγρὸν ἀναστογγίσεον.

Figura, & triobolus.

Eustatius Iliados decimotertio annotat, puerbialiter dici: χῆμα καὶ τριώβολον. idest, Figura & triobolus cuius usus sit in ingeniosos quidem, sed nisi institeris remissos, & non nisi præmiolis quibusdam expugnabiles, cui uitio dexterrimus quisque obnoxius ferme esse deprehenditur. Nata paræmia à Phrynico tragico, qui tãtum operę studijq; collocasse in Tragicã saltationem perhibetur, ut nouum genus saltandi (χῆμα uocant) excogitantibus triobolum præmij uice numeraret. Refertur ab alijs origo prouerbij ad Pythagoram, quẽ Iamblicus philosophus scribit ingenioso dextroq; discipulo, sed ad disciplinas excolendas tardiori, pro quolibet mathematico schemate triobolum pependisse, ut præmij inuitamento supinitatem discipuli castigaret, studioque discendi (quod libera & incoercita uoluntate constat) faces quasdam subderet.

In paguro sapientia.

Εν παγύρῳ σοφία, i. In paguro sapientia, prouerbium est quo significatur, ut arbitror etiam paruis rebus suam esse gratiam, & pusillæ staturæ hominibus non deesse prudentiam, ut ad eum modum dicatur, quo illud, Inest & formicæ sua bilis. Alioqui elegantissime lepidissimeque Paguri sapientiam habere dicetur, qui uiribus suis diffisus, cum fortiori congredi timet, ut si dicamus doctum quempiam, cui cum sophista res sit, imbecillitatis suæ conscium, in idoneũ tempus pugnam differentem, παγύρῳ σοφίᾳ, idest, Paguri sapientia armare se debere. Pagurus cancri genus est, qui quotannis spoliatum se testea crusta & aculeis omnique armatura sentiens, latebris suis uerno tempore tantisper se continet, dum noua eaq. durior testa succreuerit, nec ante hoc tẽpus, imbecillarum uirium conscientia, piscem ullum aggredi audet. Hinc est quod consilii

filij prudentiæq. argumento Pagurũ de collo Dianæ Ephesię suspendisse antiquitas putatur. Huius prudẽtiæ meminit multis uersib⁹ in primo Alieuticon Cilix poeta: & apud Epicharmum comicum in Purpura fabula, piscator inquit: σοφίαν ἐν παγύροις τοῦ θεῶς ἐχθρίοις καὶ ἰχθυδίοις δ' ἐρῶ πανοδαπὰς τέχνας. i. In Paguris dijs inuisis sapientiam, inque pisciculis omnigenas artes deprehendi. Lycophron in Cassandra appellat Phænicẽ Achillis formatorem πάγυρον, non tam propter curis asperitatem senio contractam, quod Zezes & Eustathius annotant, quam propter innatam prudentiam, cuius ergo Peleus illum formandę Achillis filij pueritię pręfecit.

Hecales cœna.

De frugali admodum tenuiq. apparatu effertur Hecales cœna, ab Hecale pauperculą, cuius apud Ouidium fit mentio, & cuius egenam cœnam non aspernatus fuisse Theseus legitur. Iulianus Cæsar ad Iãblicũ philosophũ: πάντως οὐδὲ τῆς ἑκάλης ὁ θησεὺς ἀπεστρέφετο τὸ λίτον ἀπιξίωσεν, ἀλλ' ἤδει καὶ μικροῖς ἐς τὸ ἀναγκαῖον ἀρκεῖσθαι. i. Nimirũ Theseus non detrectauit tenuẽ Hecales cœnulam, sed norat ẽt paruis esse contentus, cum ita ferret necessitas. Dĩ ãt Hecaleanus Theseũ iã tũ iuuenili in ætate hospitio solere excipere, proq. illius ad pugnam profecturi sospite reditu uota dijs nũcupasse: in cuius beneficij memoriã Theseus instituit postea Hecalesion festum: quo Ioui ab illius nomine Hecalo dicto sacrificabatur. Callimachus scribit in operę quod ab eo inscripsit Hecalem habuisse illã φιλοξενίης δόμος ἀκλητίσον, idest, hospitij lares cunctis parentes.

Alexandrinæ deliciæ.

Consimili sensu Alexãdrinas delicias dixit Fabius Quintilianus institutionum oratoriarum lib. ubi parentum erga liberos suos indulgentiam seuere proscindẽs: Verba inquit, ne Alexandrinis quidem permittenda delicijs risu & osculo excipim⁹ extremam intẽperantiam turpemq. luxũ designans, luxus autem & intemperantiæ genetrix est opulẽtia. Nemini uero dubiũ est, Alexandriam copiosissimum & opibus mercibusque omnigenis affluentissimum fuisse emporium, in hunc usque diem.

Medica mensa.

Μηδικὴ τράπεζα, i. Mensa Medica, pro exquisite sumptuosa & ingentis apparatus mensa prouerbialiter accipitur à Synesio lib. De insomnijs: à Medorum delicijs, qui Persidi contermini in eorum mores defluxere, siquidem apparatus Persicos, pro opiparis dixit Horatius, & scribit Herodotus Persus natali suo quemq. die opiparam apponere cœnam & prolixam diuersis ferculorum missibus, idque tam pauperibus quam diuitibus factitari: alioqui Persarum Regi mille uictimas quotidie iugulari, pręter immensam uolucrum uim, ex Heraclide Cumano refert Athene⁹. Synesij uerba sunt: παρατίθεται τράπεζαν, εἰ μὴ βούλοιτο σικελικῶς· εἰ δὲ βούλοιτο, μηδικῶς, i. Mensam apponit, si uelit, Siculã, aut si malit Medicã. Vsurpat & Dion Chrysostom⁹ in oratione tricesimatertia: ἅμα σκῆπτρα καὶ ἀλυρχίδες καὶ μηδικὴ τράπεζα καὶ τὸ γένος αὐτῶν ἐξέλιπεν, idest. Defecerunt pariter sceptra, Paludamẽta, mensa Medica, ipsorumq. prosapia Thucydides libro 1. de Pausania elatius se gerente, τράπεζαν τε μηδικῶς παρετίθετο, idest, Mensam apponebat Medicam, quamq; scholiastes Græcus περσικῶς legisse uidetur, sed exponit recte τρυφηλῶς, i. opiparam delicijsq. affluentem. Diuerso plane sensu, Μηδικῶς τράπεζαν, idest, Medicã mensam extulit Athenagoras libro de mortuorum resurrectione, pro immittib⁹ cruentisq. epulis, respiciens, ut opinamur ad crudele Astyagis Medorum Regis factum, qui Harpago amico cõsiliorum omnium participi epulãdum filium apposuisse legitur apud Iustinum Trogi Pompeij epitomiasten.

Vbi Atridarum scbapha.

Πῦ σκάφος τῶν ἀτρειδῶν, i. Vbi scapha Atridarum, Adagio utemur cum significabimus non esse curiosos nos de re à nobis peregrina, quę nihil ad nos pertineat, de qua non admodum sit nobis laborandum: v.g. si dicat quis se melioribus studijs addictum non curare aut sollicite uelle indagare, quid rerum agat Pontifex, ubi æstiuet Turca, qd apparet Cęsar, quidve moliatur Gallus: pro sensu cecinit illud in odis Horatius.

Musis amicus tristitiam & metus

Tradam proteruis in mare Creticum.
Portare uentis, quis sub arcto
Rex gelidæ metuatur oræ.
Quid Tyridaten terreat, unice Securus.

Vtitur Cicero lib. ad Atticum septimo. Sed quoniam res eo deducta est, non quæram, vt scribis, πᾶ σκάφος ἢ Ἀρειδῶν. Videtur alicunde è Tragœdia sumptum.

Isthmum sinapi bibit.

PROVERBII speciem redolet, quod apud Artemidorum libro quinto Onirocriticon legitur: ἰσθμὸν τὸ νάπυ ἔπινεν. i. Isthmum sinapi bibit aut momordit, ubi ille exponens uisum & euentum somnij cuiusdam, quo is qui uisus sibi erat ebibisse liquidi sinapi trituram, in ius uocatus, capite luerat, subiungit id quod illi acciderat, iam antea designatum fuisse prouerbiali dicterio modo dicto: sic. n. sonãt eius uerba: καὶ μέντοι διὰ κρίθεν πρότερον ὑπὸ τῶ λεγομένου ἰσθμὸν τὸ νάπυ ἔπινεν. quo miror quid Cornario uiro alioqui doctissimo in mentem uenerit, ut omisso uerborũ ductu, postremũ istud uerterit hoc pacto. Quis umquam sinapi bibit? Vsus adagij esse poterit, quando aliquem crispare nasum præ ira animoque ringi stomachabũdum significabimus: uel quando scommatis dicacitatisve pœnas dat quispiam, & numquam redituras per iugulum uoces effutiens in capitis periculum se conijcit, nam tunc mordax conuitiorum sinapi appetit iugulij isthmon. Est autem Isthmus præter notam significationem, inter septum narium, & oris gulęq. inter sepimentum, quod absumptum iri sinapis poculo denotabat somnium.

Icci cœna.

DE præparca & frugali cęna dicitur parcęmiace ἴκρε δεῖπνον. i. Icci cœna, ut commemorat Eustathius. Iccus Tarentinus fuit medicus. ὃς ἐπὶ βίου ἀτελείᾳ εἰς παροιμίαν κεῖται, hoc est, cuius uitę parsimoniã parœmia notat: dicituq; inquit: ἐπὶ τῶ ἀπρίτου δειπνούντων, Meminit Aelianus omnigenæ historiæ undecimo lib. Icci Tarentini non medici, sed luctatoris, quem toto certationis tempore, tẽperantissimo & coercito uictus genere usum fuisse, uenerisque omnis expertem scribit. Græce est: κεκολασμένη τροφῇ διαβιώσας. Simile est illi quod supra adscripsimus, Hecales cœna.

In cinere scribere.

Εἰς τέφραν γράφειν, i. Inscribere cineri, Suidas & ex eo Varinus exponũt de eo qui inanem sumit operam: Cinis namque impressos caracteres, quantumuis leuis aurulæ flatu facile confundit. Adnotant iidem auctores de rebus quoque impossibilibus. dici. Citatur ex incerto auctore, apud quem usurpari uſ, pro, nihil pensi facere: Ἐγὼ δὲ τῆς ὄρκου αὐτῆς, τὸ τῆς παροιμίας οἶμαι δεῖν εἰς τέφραν γράφειν, idest, Equidem illorum iusiurandum cineri, iuxta prouerbium, inscribendum esse reor.

Frumentum in populum.

Πυρὸς εἰς δῆμον, i. Frumentum in populum, Prouerbiale dicterium in ambitus suspectos & officiis muneribusve gratiam uulgi demereri studentes, cuiusmodi fuere, qui frumentum populo uiritim diuidendo tyrannidis gratia id facere putabãtur, ut ciuium libertatem in periculum uocarent, occupatis tali libertate illorum animis. Cicero libro ad Atticum sexto iocatur in eum, quod elargitus fuisset in Athenienses frumentum, tamquam qui ad tyrannidem uiam quandam affectaret, itaque ait, Sed heus tu πυρὸς εἰς δῆμον Athenis, placet hoc tibi? Memorat Velleius Paterculus Tiberium, eiusq; fratrem Caium, Gracchos, præmuniendę regalis potentiæ gratia, frumentum populo dari instituisse. Quadrabit in omnes qui quauis ratione gratiam captant popularem.

Iciens ictus est.

Βέβληται βάλων, idest, Iciens ictus est. Competit in eum, qui sibi ipsi malum accersit. Ortũ hẽt ab Hercule, qui in Olimpia statuã cõspicatus, eamq. latronẽ ratus esse, saxum eo contorsit, quod cũ resiliisset, Herculem ipsum feriit. Effertur & ad hũc modum, πλήξας καὶ πληγεὶς, i. Percutiẽs idẽ & percussus. Eustathius Iliad. λ. originẽ paullo aliter refert, q̃ nimirũ inter Eliden & Pisam statua steterit, arte dedalea seuertens, q̃ cum Hercules lapide percussisset, uirum suspicatus, illa impulsa Herculem feriit. Elegãter usus est adagio Philostratus in Iconibus de Capaneo loquens: καπανεὺς δὲ λέγεται κεραυνῶ βεβλῆσθαι, πρότερος μὲ οἶμαι κόμπῳ βαλὼν τῶν Διὰ.

Διὰ. idest, Fulmine percussus fuisse dicitur Capaneus, qui prior (nisi me fallit opinio) iactantia Iouem percusserat.

Mulctores reipub. pestis.

Αμοργοὶ siue ἀμολγοὶ, ac si mulctores dicas, prouerbiali dicterio nominabantur oratores, quod populi pecunias, emulgerẽt atque exugerent quodammodo, ut ex Pausaniæ lexico adnotat Eustath. Iliad. λ. & iterum Odyss. θ. qui etiam μοργοὶ dicebãtur, ab ἀμέργειν, quod significat καρπολογεῖν, hoc est uindemiari, atq. inde natũ prouerbiũ, ἀμοργοὶ πόλεως ὄλεθροι, i. mulctores ciuitatis pernicies, Oratores olim fecũdiore aliquanto prouentu & lucro, quã nunc aduocatorũ turba, factiones seditionesque uenali lingua fouendo, & reipublicæ ærãrium expilabant, & plebem exugebãt tempora riis patrociniis. Hinc fit quod tantas pecunias coegisse rhetores illi legũtur cũ Demades Athenienſis talenta decem accepisse memoretur, non alia de caussa, quã ut tacendo caussę ne officeret, vt apud Gellium inquit C. Gracchus diserte professus, se ipsum quoque non gratis ad concionãdum prodiisse, aliosq. omnes qui uerba ad populum faciunt, rei familiaris suæ pretiũ & præmium referre. Huc spectat oraculũ in quod ludit Comicus Aristoph.

Μὴ μοὶ ἀθλωᾶιας αἰνεῖτε, ἀμολγοὶ ἔσονται, i.
Ne mihi Cecropidas studio laudetis inani,
Mulctores etenim fient,

Argentea fame conuiuari.

Αργυρέῃ λιμῷ δειπνᾶν, ἢ εἰλαπινάζειν, i. Argentea fame cõuiuari epularive dicitur prouerbialiter, qui uere splendidam, hoc est, argenteis lancibus onustam, sed obsoniorum inanem mensam apponit, exstat apud Epigrammatariũ lib. 2. ti. in Parcos.

Αργυρέῃ λιμῷ τὶς εἰς εἰλαπίνιω μὲ καλέσας
Εκτανε πεινάλεος τῶς πίνακας προφέρων. i.
Ad cęnã accitum esuries argentea nuper
Me necuit, uacuis lancibus assiduum.

Vbi ludit eleganter in uoce πινάκων. i. lancium quarum scrutatus etymon cum speraret eas fore sibi πείνης ἄκος, hoc est, famis medelam, prorsus, πεινάλεος, i. famelicas & inanes reipsa fuit expertus. Huc spectat Epigramma Martialis, cuius ego mentionem alio loco feci:

Auro, non dapibus, oneratur mensa, ministri
Apponunt oculis plurima, pauca gulæ.

Cum argentea fame eandem esse putãt quam idem Epigrammatarius pretiosam uocat lib. 10.

Hic pretiosa fames, conturbatrixq. macelli.

Sic enim in duobus uetustissimis exemplaribus lego, reponendumq. censeo pro quo uulgati libri habent, conturbatorque macellus. Pretiosam autem famen illic & conturbatricem macelli intelligo, qua exoticæ deliciæ & ganeata obsonia, inexhaustis pretiis alio ex orbe petebantur, quod Satyrice carpit Petronius Arbiter, ibi:

Luxuriæ rictu Martis marcent mœnia,
Tuo palato clausus paruo nascitur,
Plumato amictus auro Babylonico,
Gallina tibi Numidica, tibi gallus spado, &c.

Diuersa ab hac est, ἀργυρέα λιμὸς, idest, argentea fames pro argenti pecuniæve inopia, apud Hesychium.

Qui celocem regere nequit, onerariam petit.

COMPETIT in eum qui maiora aggreditur quam ferre ualeant humeri. Citatur ex Apuleio in lib. de rep. his uerbis. Qui celocem regere nequit, onerariam petit, Celox nauigiũ est breue, a celeritate qua pollet, nomen habens: at oneraria, grauis est & tarda de onere, cui ferendo accommoda est. Celocem facili momento quis regat & impellat, maiori arte ac labore in agendis onerariis opus est. Non abludit hinc Syllæ dictum insultãtis Marii Iunioris consulis capiti, quod memorat libro 1. Appianus: ἐρέτου δεῖ πρῶτον ἡνιόχου πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν, i. Remigem prius esse oportet, quam tractando gubernaculo manum admoueas.

Aran earum plenus aluus.

Αραχνίων μεστὸν ἔχεις τὸν γαστέρα, i.

Senarius prouerbialis apud Cratinum Comicum in fabula quæ Dolium, siue Seria inscribitur. Prouerbio egestas & extrema inopia significatur, ex quo detortum uidetur Catullianum illud de se: Plenus sacculus est aranearum. Staphyla anus apud Plautum in Aulularia, metuens ne ædes, inanes a furibus asportarẽtur: Ita, inquit, inaniis sunt oppletæ, atque araneis.

De paxillo suspendere.

Παξαμάλῳ ἀνακρεμάσαι, i. De Paxillo, aut clauo suspendere prouerbiale specie dicitur, qui rerũ non satagit, sed negligentius quidpiam curat: sic exponitur ab Eustathio. Metaphora sumpta ab iis qui non reponunt aliquid accurate, sed uelut aliud agentes, primo instrumento obuio appendunt illud. Simili modo dictum est, sed tamen diuerso sensu, κρεμάσαι τὴν ἀσπίδα. .i. suspendere, pro, quietem agere & in pace uersari, quoniam pacis tempore scuta de parietibus suspenduntur.

Inter Sosias & Tybios referre.

Εἰς σωσίας καὶ Τυβίους ἀποδιδόναι. i. In Sosiarum, & Tybiorum numerum referre, prouerbii specie dicemus quoties meritos prostituimus, & in inferiorem quam merentur classem atque ordinem redigimus. Synensius ad Euoptium: τόνδε τὸν πλέον ἢ κέκροπος τὴν θυγατριδῶν, ὁ θεῖος ἡρώδης καὶ θυρωρὸς, εἰς σωσίας καὶ τυβίους ἀπέδοτο, i. Huius uel Cecrope longe generosioris cõsobrinam auunculus Herodes ab ostiis, in Sosias & Tybios elocauit, hoc est in ignobiles & plebeios terræ filios. Galenus Therapeutices libro 1. indicat Tybios emptitios fuisse seruos, quamquam ibi male per, i. scribantur, eius verba sunt: καθάπερ γέται καὶ λιβύοι καὶ θρᾶκες ἀργυρώνητοι. i. Getarum more & Tybiorum, Tracumque uenalitiorum hominum Tybii a Phylarcho in Põto ponuntur, ita quoque in Plinianis libris est, ut naturalis historiæ c. 2. libri 7. Plutarchus symposiacõ 5. c. 7. καὶ τοὺς τοὺς γε περὶ τὴν πόντον οἰκοῦντας πάλαι λυβῆς προσαγορευόμενοι ἰσοφυλάρχος, ἐν παιδίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τελείοις ὀλεθρίους εἶναι. .i. quanquam Tybios dictos Ponti accolas, refert Phylarchus non pueris modo, sed & adultæ ætati fascino officere. Sosias uero in comediis seruiles esse personas nemo est qui ignoret.

Orestis somnium.

Ορέστειος ὄνειρος, i. Orestæum somnium de re fabulosa & commentitia, futiliq; dicitur: ita usurpat Galen. Therapeutices methodi li. 1. ὄνειρον ὀρέστειον διηγεῖθε ἄρα λε, i. Orestis somnium nobis narras Thessale. Huic simile est illud Dionis Chrysostomi. ἐνύπνια ὥμιλῶ ὁρᾶν ἀγρεὺς καὶ κωμᾶς. Videbar mihi uidere in somnia quæpiam agros & uicos, quos prædicabat.

Reperit patella operculum.

Adagii istius Græci, salientes latuerunt hactenus, donec diligentiorem aliquanto operam repastinandis Nonij Marcelli senticetis impendens ego, primus illos aperui: cum illic non uno in loco legatur nullo prorsus sensu. Varro heurenulo pastopoma περὶ ἡμῶν μυκήτων, pro quibus verbis ita legendum è manuscripto ve tusto codice adnotatum a nobis in Animaduersorum libris fuit antea. εὗρεν ἡ λόπας τὸ πῶμα, περὶ γεγαμηκότων, Cõstat autem Varronem plerisque suis libris prouerbiales inscriptiones dedisse. Est igitur adagium istud εὗρεν ἡ λόπας τὸ πῶμα. i. Reperit patella operculum, pure puteque idem cum eo quod D. Hieronymus detorsit ad suum usum. Dignum patella operculum: quo utemur si quãdo uecordi marito fatuam obtigisse uxorem significare uolumus, aut difficili homini rem esse cũ morosis.

Vitex floret, & botrus maturuit.

Η ἄγνος ἀνθεῖ καὶ ὁ βότρυς πεπαίνεται, i. Flos uitice exit, & botrus maturuit.

Plutarchus lib. 2. Sympos. ubi de remora pisce agit, ostendit uerficulum hũc uulgi sermone tritum fuisse, quando addit, τὸ δὴ λεγόμενον, id est, quod dici solet: sed usum non addit, neque originem adagii. Vti eo non intempestiue licebit, quando indicabimus tempus esse vt iuuenis maturi ingenii specimen edat, Αγνὸς est quã salicem Amerinam & uiticem Latini nominant, cuius frondes thori loco substratæ, ueneris impetum cohibere creduntur, unde illi & nomen a sterilitatis argumento, quasi ἁγνόω, hoc est, genituræ inimico.

Nouus iste Palæphatus.

Καινὸς οὗτοσὶ παλαίφατος. i. Nouus iste Palæphatus. Venuste quadrabit in eos, qui fabulosa, qualia fidem nõ inueniant, seria oratione uerisimilia facere, aliisq; approbare satagunt. Exstat apud Atheneum de coto artem suam ostentante gloriosius, ἰδὺ καινὸς οὗτοσὶ παλαίφατος, i. En nouus iste Palephat⁹. de quo ita Eustathius i Odyssee decimumnonum sentit: παροιμιάζεται τοὺς πιθανολογοῦντας τὰ μὴ οἰκεῖα τοῖς προσοχθίζειν. i. Prouerbialiter torquetur i assertores rerum, quæ fidem non merentur. Palæphatus scriptor fuit fabulosarum narrationum, quas ad historias trãsfert, eiusq; hodie exstat: περὶ ἀπίστων liber de rebus incredibilibus, in quod opusculum multa commentati fuisse dicuntur Heraclitus & Charax. Meminit eius & Virgilius in Ciri eo uersu: Docta Palæphatia testatur uoce papyrus.

Aliud quidpiam exorna.

Exstat apud Synesium in epistola ad Athanaum, prouerbiali schemate prolatum haud dubie: ἄλλο μὲν τοι ποίκιλλε. .i. Aliud coloribus exorna: nam cum Vlysses euadendi è specu Cyclopis modos omnes rimatus, spem Galatheæ amorum illi fecisset, antrumq; prius euertendum ab illuuie pecoris, ac thymiamate quopiã fragranti adolendum, & sertis corollis ornandum instaret, quo sic fugam captare liceret, ille non omnino stupide verba sibi dari subdorat⁹: δριμύτατον μὲν ἄνθρωπιον inquit, ἔοικας εἶ καὶ ἐγκατεκριμμένον ἐν πράγμασιν ἄλλο μέν τοι ποίκιλλε, ἐδέν δὲ γὰρ οὐκ ἀποδράσεις. id est. Callidissimus mihi videris homuncio, & in rebus versatissimus, nempe aliud pigmentis exorna, neque enim isthinc effugies. Sumptum a pictoribus qui colorum delinimentis uariis rem exornant. Locus uidetur alicunde ex poetæ tragici alicuius fabula, cui Cyclops nomen sit, desumptus. Non absimile est illi quod apud Plutarchũ in Symposia. octauo, Autobulus dicit: παῦε ποικίλλων πρὸς ἡμᾶς. i. Desine ista apud nos uariegare: Sophocles in Trachinijs: οὐδὲν ξυνίημ' ὧν σὺ μὲν ποικίλλεις πάλαι, i. Nihil horum capio quæ tu dudum exornas & lenocinio uerborum illecebrisq; uenustas. & iterum, Lichas ad Deianiram: τί ποτὲ ποικίλλας ἔχεις. id est, Quid artificiose moliris, & exornas.

Lutea progenies.

Πηλογόνοι uocabulo Callimachi dicuntur uasti homines & ignobiles, quasi è luto prognati. παρὰ τὸ ἐκ πηλοῦ γεγονέναι, quales terræ filij habebãtur, vñ Minuti⁹ Fęlix in octauo, qui lib. falso octauus Arnobio asscribitur, de Saturno loquẽs, Terrę enim inquit, & cæli filius, quod apud Italos esset ignotis parentibus proditus, ut in hodiernum opinato uisos, Cęlo missos, ignobiles, & ignotos terræ filios nominamus, & Tertullianus in Apologetico, Terræ filios vulgus vocat, quorum genus incertum est. Eodem sensu γηγενεῖς, hoc est, terrigenę dicuntur, apud Alexin Comicum:

Οὗτος ἕτερος τὶ δὴ τύχοιμι ὀνομάσας,
Βῶλος ἄροτρον, γηγενὴς ἄνθρωπος, i.
At alterum quo nomine obsecro feram?
Is ipse gleba est, stiua, terræ & filius.

Quibus uerbis, stupidum, insulsum, & ignobilem proscindit. Quid, quod γίγαντες, hoc est gigãtes, non alii quã ἐκ γῆς γεγενημένοι, id est, humo enati, sonant græca uoce. Haud dissimili schemate γεώλοφον ueteres dixerunt, crassum, indocilem, tellu ris inutile pondus, teste Ælio Dionysio, qualis ille fuit è somno euigilare non potuit, nisi compunctus impressi altius aciculis, ut Eustathius insimulat. Translatio a terrei collis mole. Theodotius libro de prouidentia quinto, ὡς γηλόφους τινὰς τοῦ μεγέθει μιμεῖται, i. Immani corporis mole colles repræsentat.

Intestina adolens ipse carnes deuorat.

Plutarchus in Problemate, ubi de umbris in conuiuia adducendis sententiã exquirit, senarium ut apparet, tritum adducit:

Αλλως γὰρ ἡμῖν προσπαίζουσιν οἱ λέγοντες,
Δελφοῖσι θύσας αὐτὸς ὀψωνεῖ κρέας, i.
Alioqui ioculare illud in nos contorquent,
Omenta ponens ipse carnes deuorat.

Quadrabit in eũ qui deteriora aliis ponit, potiora sibi reseruat, exemplo Promethei, qui sola ossa adipe contecta Ioui apponebat, sibi totius hostię carnes seruabat: aut qui facit quidem quod decet, sed non sine commodi sui respectu. Est autem δελφὸς seu δελφύς, quod in porcino genere uulua a Latinis dicitur.

Præsente arbore, ligna omnes colligunt.

Δρυὸς παρούσης πᾶς ἀνὴρ ξηλεύεται, i.
Præsente quercu ligna quiuis colligit.

Paræmia citatur a scholiaste Theocriti.

Facile cuiuis est scribere, parata dicendi scribẽdi ue materia, cũ res se ubertim suggerunt. recte namq; dictum est ab Horatio:

Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ.

pro, παρόσης, idest, ad manum præsente & parata legendum censuimus, τεταμένοις, i. tenente uel lapsa.

Ventis & mare ignis seruiunt.

Ἀνέμοις θάλασσα καὶ πῦρ δουλεύει, i. ventis mare ignisq; seruiunt. E Menecratis Democritiq; fontibus haustum adagium, quo indicare illi voluerunt, ita comparatũ esse diuinitus naturæ lege, ut mare, quamuis Imperium in naues nautasq; obtineat, ignis, in subiectam materiam, uentis tamẽ obsecundare cogantur: quam sententiam pluribus uersibus expressis in Alexipharmacis Nicander:

Θάλασσαν
Ἠν τε καὶ ἀτμεύειν ἀνέμοις πόρεν ἐννοσίγαιος
Σὺν πυρὶ, καὶ γὰρ δὴ τὸ πνοιῆς σωδάμναται ἐχθρῆς.
Πῦρ μὲν ἀείξωον καὶ ἀχωέτον ἔτρεσεν ὕδωρ
Ἀργέστας, &c. id est.

Inseruire dedit, uentis, maris arbiter, æquor.
Atque ignem: hic etenim flatu stridente domatur.

Nam viuax Euros ignis timet, & mare vastum.

Gratia non ducitur pœnitentia.

Brevivs, concinniusque Græcis dicitur, χάρις ἀμεταμέλητος, idest, Gratia pœnitentiæ expers. Elogiũ breue & Theoph. auctore dignum, & cuius gloriam discipulo non inuidit Aristoteles, quo significatur gratiam pœnitentia non duci, neq. reuocare collatum beneficium, ita Terentianus Simo ad Sosiam libertũ beneficii memorem. dicit se haud mutare factum. Conueniet eo uti, neque sine uenere, quando uolumus significare non pœniteret nos beneficii in hominem non male merentem collocati. Antiph. Comicus apud Athenæum libro primo, eleganter:

Τὴ γὰρ τὶς ἄλλη πρὸς θεῶν περ ὕνεκα
Εὔξαιτο πλουτεῖν δ' πορεῖν τε χρημάτων
Ἢ τὴ δύνασθαι φείβουθεῖν τοῖς φίλοις
Σπείρειν γε καρπὸν χάριτος ἡδίστης θεῶν

.i. Qua gratia, testor deos, ditescere.

Quis optet, atque effluere gaza diuite? Nisi ut suo ferat opem amico, & Gratię Inter deas primariæ fructum ferat.

Orestis insaniam insanire.

Simocatvs in epistolis de paupertate loquens, malum calamitosissimum illã uocãt, qui cum nullus habere commerciũ desideret, etiam si Orestæa insania laboret: οὐ γὰρ, inquit, τὶς ἐθέλει τηλικοῦτῳ κακῷ συναυξῆσαι, οὐδ' εἰ τὴ ὀρέστου μανίαν νοσεῖν κατακριθείη. Orestis insaniæ pleni sunt auctorũ libri, qua dire scelerum ultrices furiæ illum agitarunt, parricidii reum.

Tria Theramenis cauenda.

Cum periculum ingens denunciamus, aut cauendum esse negotium periculosæ aleæ plenũ admonemus, adagii usus erit. Polyzelus Comicus in Demotyandareo fabula: τριῶν ἐν ἕν κακῶν ὦ ἐλέσθαι, αὐτῷ τε πᾶσ' ἀνάγκη,

Ξύλον τ' ἐφέλκειν, ἢ πιεῖν κόνειον, ἢ
Προδόντα τὴ ναῦν, ὡς τάχιστα τὴ κακῶν
Ἀπαλλαγῆναι, τάδ' ἐστὶ τρία θηραμένους.
Ἀσὶ φυλακτὲ ἐστὶν, i.

Tribus è malis vnum necesse legere erat,
Induere palum, uel cicutam obducere,
Vel naue prodita malis cito eximi,
Theramenis tria hæc cauenda censeo.

Apparet uersus esse trimetros, quorum priores parum suis numeris constant, corrupti nimirum. Aristophanes in Triphalete fabula:

Εγὼ γὰρ δὴ θυραμένους δέδοικα τὰ τρία τοῦτ', i.

Ego metuo mihi tria hæc Theramenis.

Theramenes, cuius dubia in reip. administratione fides literis consignata est, triaꝑnarum genera Athenis inuexisse uidetur, aut stipiti alligatum corpus lectori excarnificandum dare, aut cicutæ poculum ebibere, aut exilio solum uertere. Huc allusit Menander Comicus eo uersu:

Εν γάρ τι τούτων τὴ τριῶν ἔχει κακῶν, i.

Id namq. de tribus malis unum obtigit.

Theramenes quomodo a triginta tyrãnis è medio sublatus sit, quidq. dixerit, ne Isocrates suscepto illius patrocinio periculum sibi ipse crearet, legas apud Plutarchũ in uita Isocratis. Non dissimile est quod refert Suidas, capitis reis tria apponi solere, gladium, restim, & cicutæ potiunculam, quæ nominabant τὰ τρία τὰ εἰς θάνατον, hoc est, Tria lætalia, uel τὰ τρία τὴ εἰς θάνατον, hoc est, tria morti addictorum: cuius rei meminit in Æpolis fabula Alexis

Alexis Comicus, quamquam etiam aliter illud efferat: τὰ τρία τὰ παρὰ τὴ αὐλῆ, id est, Tria apud Prætorium siue iudiciarium forum, quod inde natum quod capitalem sententiam subituris fas esset, effari, libere cibo prius uinoq; expletis, Zenobius auctoritate Aristidis commemorat, oraculum Delphicum consulentibus sortes exhiberi consueuisse annulo obfirmatas, cum admonitione ista, ne statum ante diem, eas resignarent, præuaricatoribus enim impendere è tribus unum, aut oculorum orbitatem, aut linguę iacturam, aut manus truncationem.

Vita suilla.

Spvrcvm & contaminatum uiuendi genus, ὑωδὴς βίος, idest, Suilla uita a Clemente libro pędagogi tertio vocatur, ubi ait: τὴ μετὰ τὴ φαύλων συωδιαίτησιν ἀνθρώπων ὑωδὴ γνωρίζων ὁ πάνσοφος διὰ μυσέως πεδαγωγὸς, χοιρείων ἀπηνορδίσιν μεταλαμβάνειν. i. pædadogus ille omni scius sciens conuersationẽ cum improbis hominibus suinã esse, per Moysen uetuit porcina uesci, ὑωδεῖς ẽt stolidi crassiq; ingenio dicũtur, ut apud Aristophanis scholiasten Hippocratis libris leguntur traducti fuisse per ora hominum de stupiditate, hoc est. διαβεβλημένοι εἰς ὑωδίαν, & Eudemus de ijsdẽ ait: ὑωδεῖς καὶ ἀπαίδευτοι ἐκωμῳδοῦντο, i. suilli & illitterati Comicorum salibus incessebantur. Aristoph. interpres de Phęnippo quodam, ὑωδὴς ἦν καὶ ταυρικῶς. id est, Suinus & scortorum amoribus deditus erat. Bęoti ὑαυτες dicti fuerunt propter ingenii crassitiem. Pherecratis etiã ὑηνίαν pro imperitia extulit, & Plato συηγεῖν pro indocte & insulsæ, suum more aliquid conari. Nazianzenus:

Αὐτοὶ δ' ἐν σφετέροις αὐχεσιν εἰσὶ σύες, i.

Ipsi in suis ipsorum probris sunt sues.

Supra fumum clauus.

Υπὲρ καπνὸ τὸ πηδάλιον. i. Supra fumũ clauus. Refertur ab Eustathio Odyss. μ. Idem Odyss. π. indicat prouerbialiter dici securitatis aut incuriæ cuiusdam argumẽto ἐπὶ τὴ ἀμελουμένων, de rebus iã secure sepositis, quasi supra fumum, ac proinde neglectis: Cui oppositum est illud Vlyssis consilium ad Telemachũ filiũ, Εκ καπνὸ κατεθήκα, id est, Extra famam deposui diligentiæ nauatæ indicio, siquidem arma, aut utensilia cum cura seponimus ne fumo denigrentur, sed splendorem seruent. Incuriam ostendit qui illud scripsit:

Ηδ' ἀσπὶς ἐν τῷ φεψάλῳ κρεμήσεται, i.

Hic clypeus appendetur in fuligine, nimirum neglectus propter diuturnam pacem atque obliteratus. Hesiodicum est: ὑπὲρ καπνὸ θεῖναι πηδάλιον, i. supra fumũ seponere gubernaculum, pro, nauigationi supersedere: sic enim ait:

Πηδάλιον δ' ἔργοις ὑπὲρ καπνὸ κρεμάσασθαι. hoc est,

Clauum affabre factum supra fumum suspendere. & iterum:

Αἰψάκε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνὸ καταθεῖο, i.

Absque mora supra fumum sepone temonem.

Greg. Nazian. in epist. iocatur in Greg. Nyss. qui reiectis sacris li. & sepositis, profanos in manus assumpsisset: ἢ, inquit, ὑπὲρ καπνὸ τέθεικας, ὡς τὰ παιδάλια χειμῶνος ὥρα, i. an supra fumũ libros seposuisti, quemadmodum clauum solent brumæ tempore.

Fluctibus obloqui.

Πρὸς κύματα λαλεῖν, i. Fluctibus ablo qui prouerbialiter dicitur, cui cum homine refractario ac moroso res est, Refertur ab Eustathio Odyss. nono. A quo non abludit illud Æschyli apud Prometheum.

Οχλεῖς μάτην με κῦμ' ὄπως παρηγορῶν. i.

Hortãdo me obturbas ut unda inaniter.

Aesopi cum onus.

A ἰσώπειος φόρτος, id est, Aesopicũ onus prouerbiali specie dicitur quod nõ usque quaque grauat, sed paullatim leuius redditur imminuiturq;. Natum ab Aesopo fabulatore, qui mazas frixas & commeatus in longum ita parati uim magnam humeris exportandam in se recepit, iniquius nimirum & portatu difficilius onus, qua de caussa ludibrio sannisq. omaium patuit primo. sed cum indies decederet aliquid oneri, demenso dietim inde in cibum absumpto, postea ob industriæ specimen cunctis admirationi fuit, uidentibus illis detescere onus, cõseruis, propter uiæ molestiam & diuturnitatem ingrauescere. Qui scholæ ergastulum suscipit, docendi insolens, subit quidem ille Aesopicum onus, sed quod usu fit lenius.

Lapis

Lapis ad funiculum.

Λίθος ποτὶ σπάρταν τίθεται, i. Lapis ad funiculum aptatur, prouerbium accommodatur eum quid rite fit & ex usu, nec.n. rubrica ad lapidis positum adaptatur, sed pro rubricæ seu funiculi ductu, coria, in ædificijs seu lapidum ordines apposite locãtur. Vtitur eo Gregorius Palama: καὶ λίθος ποτὶ σπάρταν τίθεται, καὶ σπάρτα ποτὶ λίθον συνδιατίθεται, id est, Et lapis ad funiculum apte locatur, non autem funiculus ad lapidem componitur, Confine est illis, Bos currum trahit, non bouem currus. Est autem σπάρτη is funiculus fabrorum cæmentariorum, quem ad perpendiculi normam extendunt, ut lapidum coria concinnius aptent, atque componant. Potest & inuerti adagium, cum quid præpostere administrari significabimus. Euripidis scholiastes citat hoc modo adagium πρὸς λίθον ποτὶ τὰν σπάρταν ἄγε. id est, Funiculo lapidem applica. Refertur & ab Apollonii interpretib. Doricæ paremiæ nomine, ita ἡ δωρικὴ παροιμία, πρὸς λίθον ποτὶ τὸ σπάρτον ἄγοντας, id est, Dorico prouerbio dicitur, Lapidem ad sparton agentes.

Caprę anniculæ pera.

CITATVR ab Eustathio Odyss. 9. paræmia heroici uersus lege astricta eiusmodi

Αἰγὸς ἐπιφηνιαίης ἐρυθρὴ πήρη ἀρίστη, i.
Anniculæ caprę ruffę pera optima fertur.

Videtur autem conficta ad commendationẽ puellaris ætatis, sunt.n. φηνιαῖοι anniculi agni, ut exponit Hesychius. Vsus eius accommodabitur, si quando eundem iuuenem præclaræ spei, & modestum laudabimus, qui postea senii uitio morosior redditus intolerabilis euasit.

Tibi ipse calendas edicito.

Σεαυτῷ νουμηνίαν κηρύττειν. i. Tibi ipsi nouilunii diem, aut Calendas edicito. Licebit uti cum alicuius arbitrio permittimus quippiã, ut pro suo iure statuat quod uelit. Apparet olim cum penes sacerdotes ius omne esset intercalandi, ab ijsque petenda esse feriarum omnis ratio, consuetudinem fuisse receptam, ut præconis publici uoce in uulgus ederetur initialis cuiusque mensis dies, quem feriatum habebant: Est autem νουμηνία, nouilunio dicatus dies mensis auspex. Fit huius adagii mentio apud Hesychium: & indicat natum à Cæi insulæ incolarum consuetudine, ubi pro libito ferias sibi quisque deligebat, incerta, & confusa dierum festorum ratione.

Dissidij pomum.

DE eo qui seminarium litium, & rixarum spargit, dissidii auctor, prouerbialiter dixit Nicephorus Callistus li. 14. τὸ μῆλον εἰρίδος ἐς μέσον βάλλειν, i. Contentionis pomum in medium proiicere. ubi crasso errore lapsus est interpres ita uertens. Cõtentionis ouem, uehementer eam perstringens, in medium protulit. Allusit ad fabulam de pomo, quod Eris discordiæ dea in conuiuio deorum proiecit inter accumbẽtes deas, in scriptum ut pulcherrimę cederet, qua de re Lucianus legatur.

Xenocratis testimonium.

DE minime uano & indubitato testimonio efferri potest, siquidem hoc de illo proditum legimus apud Laertium, quod cum nemini iniuriato testari liceret apud Athenienses, soli huic iusiurandum remissum fuerit: ὦ δὲ, inqt: καὶ ἀξιοπίστος σφόδρα, ὥστε μὴ ἔξον ἀνώμοτον μαρτυρεῖν, τούτῳ μόνῳ συνεχώρουν ἀδεῶς. Quo spectat illud Ciceronis ad Atticũ. Quæ mihi res multo honorificior uisa est, quã aut illa, cũ iurare tui ciues Xenocratem testimoniũ dicentẽ prohibuerũt, aut cum tabulas Metelli Numidici, cum hæ, ut mos est, circumferrentur, nostri iudices aspicere noluerunt. Ex quo similiter Metelli tabulæ, pro incorruptæ integræque fidei tabulis, quibus etiam non inspectis fides habeatur, in adagii usum uocari possunt.

Vlyssis uinculum.

Ὀδυσσέως δεσμός, id est, Vlyssis uinculũ aut ligaculum, dicitur (ut adnotat Eustathius Odyss. θ) de rebus tuto sepositis, ac diligenter opera obseratis: ἐπὶ τῶν σφραγιζομένων ἀσφαλῶς. Occasio adagii sumpta ex Homero, loco iã antea citato, ubi Vlysses:

Θοῶς δ' ἐπὶ δεσμὸν ἴηλε.
Ποικίλον, ὃν ποτὲ μὲν δέδας φρεσὶ πότνια κίρκη. id est:

Continuo firmum inijcit ille.
Vinculum, quod quondam monstrarat nectere Cicer.

Vetusti

Vetusti moris fuit uinculis munire, quod ab aliorum iniuria tutum esse uolebant: recencior enim est clauium usus, quas Laconum esse inuentum, sunt qui adnotant.

Vulgari pisci non insunt spinæ.

Ἐν ξυῷῳ ἰχθύι ἄκανθαι οὐκ ἔνεισιν, i. Vulgari pisci non insunt spinæ. Democriti adagium est. Vulgus hominum, non ita lędere potest aut fortunas aliorum euertere, uti magnates: neque argumentis obuiam ire potest: idem etiam dissoluẽdis syllogismis ineptum est, Plutarchus Sympos. libro 2. ἐν γὰρ ξυῷῳ ἰχθύι ἄκανθαι οὐκ ἔνεισιν ὡς φησὶν ὁ Δημόκριτος, id est, Etenim quod dixit Democritus, uulgaris piscis spinas non habet. Refert Ælianus omnigenæ historiæ libro decimo, Archytæ Tarẽtini apophthegma tale, ut difficulter inuenias piscem spina carentem, ita & uirũ qui nihil habeat dolosi aut spinosi, græce illud sonat: ἔργον ἐστὶν εὑρεῖν ἰχθῦν ἄκανθαν μὴ ἔχοντα.

Arundinea crura, & tabis propheta.

DE prætenui homuncione & macilento, atque etiam morboso dicetur illud Comici Platonis:

Καλάμινα σκέλη φορῶν, φθόης προφήτης, i.
Arundinea habens cruscula, tabis prophetа.

Torsit ille ĩ Cinesiam Euagoræ filium, poetam dithyrambicum, qui usqueadeo imbecillo & macro corpusculo fuisse memoratur, ut tiliaceis asseribus circum quaque se cingeret, ne prælongum & exile corpusculum ultro citroque flecteretur, unde φιλυρίνος, id est, Tiliacei cognomentum illi apud Aristophanem. inciderat autem iste ex laterali morbo in empyema, collecto in thoracem pute, quapropter uetusto more, caussa remedii contra pthisin, inustus fuerat. ut ex Platone Comico refert Galenus aphorism. lib. 7.

Expiatis bona obtingunt.

APHEAEVS in primi Dipnosophistarũ initio, versu hoc prouerbiali vtitur ex Callimacho Cyrenæo desumpto.

Τοῖς δ' ἐπιμαξαμένοισι θεὸς διδόασιν ἄμεινον, i.
Dant bona cuncta Dei, ter uiuo flumine tinctis.

Postularat autem Timocrates cõmunicari sibi sermones eruditos in mensa uariis de rebus habitos, neque patiebatur se excludi ab ea auditione tamquam profanũ, & mysteriorum cognitione indignũ. Solebant uero antea quam sacra attingerent, lustraliter se lauando aut circumferendo, quod ipsum antiquum est sacrorum uerbum, pro purgare, Plauto quoque usurpatum, ibi:

Pro lauatore circumferam: quem moré expressit Virgilius in 6. ait:

Idem ter socios pura circuntulit unda.
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ,
Lustrauitque uiros.

Licebit uti quando postulabimus participes fieri scientia reconditæ, aut cognitionis rei cuiuspiam arduæ, tamquam symmistæ: ueluti si anatomicæ dissectionis studiosus, rerum quarundam difficilium explanationem ab Andrea Vulsalio, ea in arte extra omnem aleam peritissimo, efflagitet. Transferri etiam potest ad animum uiriorum sentina liberum.

Nodorum uincula texentes.

QVOS non ineleganti uoce Vitiligatores uocauit Cato, testante Plinio, eos non minore gratia ἐριδαντέας & ἱμαντελικτέας dixit Democritus Abderita, illud quidem iurgia ferant contentiosi, hoc uero, quod ueluti nexus quosdam uinculorum implicent, quibus alios inuoluant irretiantq; Clemens Stromat. li. 1. ἐριδαντέες μὲν καὶ ἱμαντελικτέες, ὡς ὁ Ἀβδηρίτης ἐκεῖνος φησὶν. i. quę lectio apud Plutarchũ prima Symposia. decade non nihil corrupta legit hoc modo. ἐριδανταίων δὲ κατὰ δημόκριτον καὶ ἱμαντελικταίων λόγους ἀφετέον. i. Missas facere oportet eorum fabulas, qui de lana caprina rixantur, & nodos texunt, ut est apud Democritum.

Tripuer senex.

Τρίκκρον γερόντιον, quasi dicas, iã tertio puerũ senẽ, uetulum decrepitum prouerbiali schemate uocat Alcyphron, in epistolis, ubi Phœbiana delicata iuuencula senẽ ab intempestiuo amore deterret, acerbius illũ his uerbis increpãs. ὦ πάυση τρίκκρον καὶ τάλαντον γερόντιον πειρῶν τὰς ἀφ' ἥλικίας ἀνθοῦσας ἡμᾶς. i. nunq̃ ne desines. Tri puer & cariose senex nos in ipso ætatis flore constitutas puellas fodere? simili figura ferme,

ferme, Trisecliſenem uocauit Neſtorem Nęui⁹, Quin & πρίγερων μῦθος ab Æſchylo in Agamemn. fabula dicitur.

Coruus abſente graculo pulcher.

ADAGIVM ſpirat quod in Theophylacti epiſtolis legitur: κολοιοῦ μὴ φανέντος καὶ κόρακος ἀῤῥεπέστι καταλογιζήσεται, ὄρνις ἐν. i. Non apparente graculo inter ſpecioſas aues numerabitur & coruus. Non inuenuſte eo utimur, cum duorum fiet comparatio ſimilis prope deformitatis. Elegãtius ſonabit ſi ad ingenium trãsferatur, ut ſi dicamus: Salluſtii immanem illam in Ciceronem dicacitatem, merũ eſſe luſum præ effreni illa Caleni Fuſii apud Dionẽ in eundem uirulentia: κολοιοῦ ἀπόντος καὶ κόρακα ἀῤῥεπὲς εἶναι ὄρνεον.

Medium ſequere.

PROVERBIALES ſunt Senarii Pratinæ Tragici poetæ Phliaſii apud Athenæum in 14.

Μὴ σῶν τόνον διώκε, μήτ' ἀνειμένῳ,
Ἰασὶ ἐσᾶν, ἀλλὰ τὰν μέσαν νέων, i.
Ne ſequere mollem, quem vocãt Ionicũ,
Neue aſperum tonum, uiam at mediam tene.

Quibus appoſite utemur ubi modũ quo ſine nihil recte fit, ſuadebimus, quemadmodum inter Harmoniæ genera, cum Lydii modi Lugubre quid ſonent ac flebile: Ionici mollibus ſeruiant: at Dorii uelut inter utroſq. medii laudantur: ita indicendi ratione inter grande illud, atque robuſtum genus, & alterum gracile, mediũ eũ duobus floridorũ, & picturatam ſequendũ monet Fabius. Huic adſine eſt illud Damaſcij Syri in Philoſophica hiſtoria: τῷ δὲ προφῷ ἐκλήρωσατο μερίδιον τινὰ καὶ ἄθρυπτον, ὅτε κακοῦργον διὰ πενίαν, ὅτε διὰ πλῆτον βλακεύοντα, ἀλλὰ μέσῳ καὶ μουσικῷ, καὶ τὸν δῶριον τρόπον ὡς ἀληθῶς ἡρμοσμένῳ. i. Menſæ apparatus erat moderatus, & frugalis, neq. ſordidior pp egeſtatem, neq. diſſolutior propter opulẽtiã, ſed medius ac Muſicus, in modum Doricorum modolorum reuera concinnus.

Cras cerdo, hodie nihil.

VARRONIS eſt inter parœmiacos librorum titulos prouerbium non ſemel a Nonio Marcello citatum, quo mutationẽ & uariabilem rem humanarum ſortem, ſignificari autumo. Cõforme illi eſt, immo idem plane, Anaxandridæ Comicis illud ex Anchiſe fabula:

Πολλοὶ δὲ νῦν μὲν εἰσιν ἐν κέλευθεροι,
Ἐς τ' αὔριον δὲ σουνιεῖς, εἴ τ' εἰς τρίτῳ
Ἀγορᾷ κέκρικται, τὰ γὰρ αἰκαὰ τρέφει
Δαίμων ἑκάστῳ, i.
Multi quidem ſunt hodie liberi parum,
Quos Sunienſes luce craſtina, dies.
Sequens uidebit perfrui claros foro.
Sors namq. clauum uerſat hominum cuilibet.

Vbi per Sunienſes, negotiatores intelligi puto, a Sunio Athenarum emporio notiſſimo, ubi rerum uenalium forum erat, Donato teſte: ut innuat repente quoſdam e ſeruis negociatores bona fortuna uſos euadere, mox etiam ciuilium rerum gubernaculis admoueri, hoc eſt, ex Iris Cręſos, fieri. Exſtat apud Ariſtophanẽ ſimile prouerbiũ: Νῦν μὲν ἐδεὶς, αὔριον δὲ χἠμέγας, i. Qui nunc nullus, cras præmagnus. Conſimili figura ferme dixit Nazinazen⁹ in Athanaſiũ: χθὲς ἱερόσυλοι καὶ σήμερον ἱερεῖς, ideſt, Heri ſacrilegi, hodie ſacrifici: de iis qui ſacra intempeſtiue tractant, adhuc tyrones artis, aut qui doctores eſſe præſumunt, uix diſcipuli. Poſtremum autem illud: οἷ' αἰκαὰ τρέφει δαίμων ἑκάστῳ, ideſt, Fortuna uertit clauum cuilibet, prouerbiũ ſapit, quo fortaſſis uſus ſit Varro ſimiliter, vt haud abſurdum ſit illud apud Nonium reponere in dictione Examuſſim, ubi ſic legitur, Idem οἷ' ἀκων, hoc modo legendo, Idẽ οἷ' αἰκαὰ δαίμων. ut ex initiali uoce notũ tũc adagium agnoſci potuerit.

Puluere extrito decertat.

Κόνιν ἀποψησάμενος ἀγωνίζεται. i. Extrito puluere decertat, aut in certamen deſcendit. Citatur prouerbium ab Euſtathio Iliados penultimo. Quadrat in eum, qui victus animum reſumit, & cum hoſte digladiatur. Transferretur ad animum, ſiquis in congreſſu literario herbam alicui dare coactus, nihilo animo derectior ad conflictum redeat, quaſi deterſis pulueris ſordibus.

Hercules in Lydia.

HERCVLES in Lydia prouerbialiter dicitur qui cultu corporis effęminatior incedit indecoro ſibi habitu utens, ut miles in toga talari conſpicuus. Multorum ſcriptis celebratur Hercules muliebrib. indutus apud Omphalem Lidiæ reginam. Ariſtides in oſtone aduers⁹ eliminatores: ἡρακλῆς ἐν λυδοῖς ὠρχήσατο. i. Hercules inter Lydos ſaltauit. Tertullianus libro de pallio, Quales ille Herc. in ſerico Omphales fuerit. iam Omph. in Herculis ſcorto deſignata deſcripſit, ubi pro ſerico Beatus Rhenanus Theriſtro legit: innuit autem non minus pudendum fuiſſe Herculi muliebrem cultum aſſumere, quam Omphale Leonina pelle cingi.

Aſino gramen & baculus.

SAPIENS præceptum eſt, ὄνῳ χόρτος καὶ ῥάβδος, γύλῳ ἄρτος καὶ μαστίγες. ideſt, Aſino fęnum & baculus, ſeruo panis & ſcutica. Refertur à Gregorio Palama Theſſalonicenſi, ignauiæ ſedentarięq. deſidiæ iuſtiſſimum præmium: indicat namque duriter habendos, qui nil recte faciunt, niſi urgeas flagris. Seruilia ingenia non niſi plagis emendantur, Phrygum in morem: & quę in prauum induruerunt, minis, verberibus, & Manlianis imperijs frangenda ſunt: contra generoſi ſpiritus dura omnia reſpuunt, laude excitantur, honoriſq. ambitu quocumque uelis ducuntur.

Paruis parua dant dij.

Ἀεὶ τοῖς μικροῖς μικρὰ διδόσι θεοί. ideſt, Largitur paruis uſque puſilla Deus.

Verſus eſt Pentameter ad Callimachũ auctorem relatus. Ita ferme natura comparatum eſt, ut tenuis conditionis homines, tenui oblata ſorte non ſecus exultent, quam magna ſolent magnates. Artemidorus in libro De ſomniorum interpretationibus quarti calce: ἐπειδὴ ὅτοι καὶ τὸ τυχὸν λαβόντες ἀγαπῶσι, καὶ ὑπερχαίρουσιν, ὀρθῶς ἓν καὶ τὸ καλλιμάχειον ἔχειτο, Ἀεὶ τοῖς μικροῖς μικρὰ διδόσι θεοί. i. Hi nãq; vulgare qppiã nacti amplectũtur illud ac ſupra modũ gaudẽt, ppea recte habet Callimachi dictum, Dat ſemper paruis munera parua Deus. Proinde monet uulgi prouerbium uernacula lingua. Auream quadrigam eſſe ambiendam, a qua ſi contingat uoto excidere, rota ſaltem aut aureus radius obtingere poſſit, de ſiderioque ſatisfacere.

Agri podex.

Πυγῆ ἀργῆ, i. Agri nates, puerbiale eſt, à reſtibili agri feracitate, metaphora à carnulẽtis natibus ſumpta: ſic & ἄθαρ ἀῤῥήνης accipitur, q̃ Virgilius uertit, Vber glebæ. τὸ τῆς γῆς πιωτάτον καὶ προφῆς ἀναδοτικόν. Hom. ẽt γουνὸν ἀλωῆς dixit, Varro ſumen terræ. Non nulli efferunt adagiũ de hominibus immodice ruſticanis: Alij dici uolunt de otioſis delicatisq. qui non agro tantum aſſident magno in otio, ſed ſimpliciter quauis in re delicatius uerſantur: ut Euſt. adnotat. Heſychius etiam locupletes homines & latifundis opulentos, ἀγρῶν πυγᾶς, dici adnotat, uel ut agris ſuffarcinatos.

Vna clamore Neadas ſuperat.

Μεῖζον μία γυνὰς ἄων, ideſt, Vna clamore uincit Neadas. Aelianus lib. 17. De animalibus indicat adagiũ fuiſſe in clamoſas mulieres: eſſe autẽ γυνάδας, ideſt, Neadas animantium genus quorum clamore terra in hiatum diſcedat, auctoritate Aphorionis, qui etiam Samum deſertam ab incolis propter harum Neadum multitudinem, ſcripto prodiderit. Neida in auem mutatam ex Pherecyde fabulatur Didymus. Aedonis & Zethi filiam. Perſtringit ſimili ratione fæminarũ verboſitatẽ Iuuenalis ſatyra ſexta, ibi:

Vna laboranti poterit ſuccurrere lunę.
Tot pariter pelues & tintinnabula dicas
Pulſari.

Retibus confert, nihil tamen capit.

MEMORAT adagium huiuſcemodi Heſych.

Δῆναι μὲ εἰς ἐπακτρέων, λαβεῖν δὲ μὴ. i.
Conferre retibus, nihil capere tamen.

Verſiculus eſt iambicus trimeter. Competere uidetur in hominem alienis inſerentem commodis, unde plus iacturę, q̃ emolumẽti ad ipſum redeat. Adagio huic obnoxij ſunt, qui typographis aſſiduam operam præſtant, nullo uel exiguo certe cum ſuo lucro.

Schema & gradus.

DORICVM prouerbiũ eſt, χῆμα καὶ βῆμα, q̃ cõmunis lingua profert, χῆμα καὶ βῆμα, ideſt, Habitus & inceſſus. Quo ſignificabatur, non protinus ad altiora ſapientiæ penetralia eſſe prouolandũ, & quaſi ſupra ſepta excedendum, ac pręoccupãda ueluti ſedilia certis ordinibus cõſtituta, ſed pedetentim & ordine quodam pergendũ eſſe, ne

ne prætereantur quę præcedere debēt rudimenta atque initia, sine quibus cognitis cassa fiat & concidat reliqua omnis traditio. Exstat apud Etymologici auctorem.

Quam facile canis exsta edit.

QVAM facile canis exsta edit, prouerbiale dicterium est apud Anneum Senecam in Apocolocyntosi, seu, Ludo de morte Claudij Cæsubi D. Augustus introducitur hunc in modum sententiam suam edisserens. Qui uobis non posse uidet muscam excitare, tam facile homines occidebat, quam canis exta edit. Ista namque lectio magis placet, quam vulgata, quæ legit, quam caneis excidit, ut adnotatum est a me nuper in adnotationibus in eum librum, fauentque illi scripturæ doctorum plerique. Dicetur de re expedita & oppido quam facillima factu, quo pertinet illud Horatij.

Vt canis à corio numquam absterrebitur vncto.

Io Saturnalia.

DION li. quinquagesimo octauo refert uulgatū fuisse dicterium, ἰὼ σατερνάλια, hoc est, Io Saturnalia, quo uti licebit, ubi quis suæ conditionis immemor, auctoritatis sibi plusculum arrogat. Refert autem Dion, cum expeditionem in Britannos, velut extra orbem positos detrectarēt legiones, nec A. Plautio egregię militaris famę senatori, eius militię duci, obtemperarēt, Narcissum, Claudij libertum, ad imperatorē immissum suggestū conscendisse, sed uerba facere pro concione ad milites tentātem, coercitum fuisse, acclamante unde quaque exercitu notum illud diuerbium, Io Saturnalia, eo q; i Saturnalib⁹ serui herili apparatu induti epulabant. Græce est: συμβοήσαντες ἐξαίφνης τοῦτο δὴ τὸ θρυλλούμενον, ἰὼ σατερνάλια, ἐπειδήπερ ἐν τοῖς κρονίοις οἱ δοῦλοι τὸ τῶν δεσποτῶν σχῆμα μεταλαμβάνοντες ἑορτάζουσι. Paullo diuersius extulit Martialis li. 11. clamant eccemei Io Saturnalia, uersus,

Et licet, & sub te præside Nerua libet.

Nihil ad Persium.

PROVERBIALITER usurpatū est à Cicerone libro De oratore secūdo, quo utemur, cum discrimen ingens eruditionis inter duos notare uolumus, sic enim ait: Lęlium Decimum uolo, quem cognouimus uirum bonum & non illiteratum, sed nihil ad Persium. Deflexum est autem è C. Lucilij Satyrographi uerbis hisce: Persium non curo legere, Lælium Decimum uolo, quibus significare uoluit se optare suis scriptis lectorem neq. indoctissimum, neque rursus doctissimum, quod ille nihil intelligat, hic morosius aliquanto iudicet ac plus intelligat, fortassi quā ipse auctor de se, hunc locum attigit & Plinius in p̄fatione naturalis historiæ, ita scribēs. Prēterea est quędam publica etiam eruditorū reiectio. Vtitur illa & Mar. Tullius extra omnem ingenij aleam positus, & (quod miremur) per aduocatum defenditur: Hęc doctissimum Persium legere nolo, Lælium Decimum uolo.

Rarum, carum.

PLATO i Euthydemo: Τὸ γὰρ σπάνιον ὦ Εὐθύδημε τίμιον τὸ δὲ ὕδωρ ὠνότον, ἄριστον ὂν οἷς ἔφη Πίνδαρος, i. Quod rarum est Euthydeme, idem etiā magni fit, at aqua, tametsi res sit longe optima, q; Pindarus ait, nihil uilius. Prouerbium est & uetustissimum, & hodie usitatissimum, quod χυδαίῳ versu omnibus in ore est: Quod rarū carum, uilescit quotidianum. D. Hieronymus alicubi: Omne quod rarum est, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere ē pretiosius. Martialis libro primo Epigrammatum: Rara iuuant, primis sic maior gratia pomis.

Hybernæ pretium sic meruere rosæ.

Facit namq. fastidium copia ut inquit Liuius, & frigidius amamus semper ea, quibus ubi libeat, potiri fas sit: Huc spectat quod libro ad Herennium tertio Cornificius ait: Vsitatæ res facile è memoria elabuntur, insignes & nouę manent diutius. Solis exortus, cursus, occasus, nemo miratur, propterea quod cotidie fiunt, at ecclipses solis mirantur, quia raro accidūt, & solis ecclipses magis quam lunæ, quoniam hæ crebriores fiunt, docet igitur natura se uulgari, & usitata re non exuscitari, nouitate uero & insigni quodam negotio commoueri.

Ne uicini quidem sentiunt.

CVM indicare uolum⁹ ita geri tacite ac dissimu-

dissimulanter quippiā, ut ne proximi quidē subodorētur factū, aut rem adeo tritialem esse & exiguī momēti, ut ea nemo cō moueatur, prouerbij usus erit. Plato in Alcibiade priore, differens quantum ponderis trahant res magnatum. Persarum, inquit, regi cum primogenitus nascitur, cui hereditario iure destinatur imperium, cū ēti subditi festū diem celebrant, ἡμῶν δὲ γενομένων, τὸ τῶν κωμῳδοποιῶν, οὐδ' οἱ γείτονες σφόδρα τοι αἰσθάνονται. i. at nobis in lucem editis, ne uicini quidem (iuxta Comici dictum) magnopere id persentiscūt. Non liquet nunc mihi è quo Comico petitum sit.

Tamquam ouis meridians.

SOCRATES apud Platonē in Phædro, de supino otio animiq. ueterno extulit p̄ uerbialiter illud: ὥσπερ προβάτιον μεσημβριάζον, hoc est, tāq; ouis meridiās, verba eius ita habent: κηλεμένους ὑφ' αὐτῶν δι' ἀργίαν τῆς διανοίας, δικαίως ἂν καταγελῶεν, εἰ γε μύωποι ἀνδράποδα οἰήσαιντο ἐλθόντα εἰς τὸ καταγώγιον, ὥσπερ προβάτια μεσημβριάζοντα περὶ τῶν κρηνῶν δεῖν, i. Si uiderint nos animi uterno torpētes, merito derideant, arbitrati mancipia quępiam in suum delata gurgustium, tamquam oues meridiantes ad fonticulum in dormire. Solent oues medium diem accedente sole ad fontium aquas desides iacere aut in umbra.

Ad Scirrhonem tendere.

THEAETETVS apud Platonē in cognomine sibi dialogo: σὺ δὲ μοὶ δοκεῖς πρὸς σκίῤῥωνα μᾶλλον τείνειν. i. Videris mihi ad Scirrhonem potius spectare. Prouerbiali figura dictum de eo, qui efficacibus argumentis & scientificis demonstrationibus, cuiusmodi lineales necessitates appellat Aristoteles, compellit quempiā ad assensum. Sciron latro fuit insignis, qui cognominatas à se Scironidas cautes insidens, compellebat uiatores ex abrupta caute præcipites se dare, ut in Bibliotheces quinto scribit Diodorus Siculus. Euripidis scholiastes annotat solitū fuisse uiatores ad abluendos ipsi pedes cogere, atq. ita inter lauandum improuidos de precipitio impactis calcibus deturbare: huius meminit & Ouidius Metamorph. 7. & Propertio tertius.

Nec tamen est quisquam sacros qui lædat amantes,

Scirronis media si licet ire uia.

Vbi Scirronis uiā appellat periculi plenam. Pausanias in Atticis Scirronem memorat Pilę regis Megaridis filium, qui de huius urbis imperio cum Niso Pandionis filio contendens, belli ius & imperiū omne obtinuit, iudicante Aeaco arbitro, an autem hic idem sic cum latrone, ignoro: Cū hoc cōsonat & q; mox Plato subijcit: σὺ δὲ κατ' ἀνταῖον τί μοι μᾶλλον δοκεῖς τὸ δρᾶμα δρᾶν. i. Tu fabulam agere mihi uideris potius, qualem Antæus.

Diitrephes doliares habens alas.

Διτρεφὴς πυτινᾶα ἔχων πτερά, i. Diitrephes doliares habens pennas. Dici uī posse de locuplete homine, quam tamen non pudeat uilibus mercimonijs aut opificio uulgari quod tractarit olim insistere. Aristophanes in Auibus.

Ὡς διτρεφής γε πυτινᾶα μόνον ἔχων πτερά. id est,

Ceu Diitrephes uietorias tantum pennas habens.

Fuit ātē iste Diitrephes πυτινοπλόκος, hoc est, uietor qui uitilibus dolio compingebat, qui ex ea re ditatus, tribunus euasit Athenis. Vnde eius mensam alicubi i Heroibus fabulas traducit Aristopha. nouū hoiem & neoplutum notans, ἀπὸ τῆς διτρεφοῦς τραπέζης Diitrephis mensam nominans tenui lautiorem. Πτέρα aūt hic dicuntur uitilium extremitates. Meminit Suidas ex Euph.

Circulator Cybelius.

Μητραγύρτης, hoc est, Cybeleius circulator prouerbiali specie dī homo contaminatos flagitiis & libidinib. temulentiæque addictus. Plutarchus de Ptolemæo iuniore loquēs, q; in palatio temulēt⁹ tympano cōplosū obambulabat, δεινὸν γὰρ εἰκλεομένης κάδηται μητραγύρτου βασιλέως χολῶ ἀναμένων, ὅταν πρῶτον ἀποτήσῃ τὸ τύμπανον, καὶ καταπαύσῃ τὴν βίασον. id est, Graue & calamitosum esse, si Cleomenes operirēt feriatū otiū Regis Cybeleii p̄stigiatoris, ubi primū ille tympanū posuerit, & cœtus tripudiantium dimiserit. Metragyrte dicebantur Phrygiæ Cybeles sacris operati fanatici homines, qui tympani cō plosu stipem corrogabant, qui & diuisim μητρὸς ἀγύρται. dīr, uelut matris deorum præstigiatores. Dionysius Halicarnass.

naſſ.libro ſecundo Peſſinuntię,inquit,deę ſacerdotes ſunt, Phryx vir & Phrygia fœmina q̃ deã circumferũt μητραγύρτης per urbem,moræ patrię ſuæ,ſimulacra picta circumpoſita pectori geſtantes, turba reliqua deam quæ ſequitur,tibijs circunſtrepente, ac tympana complodente : at Romanorum ciuiũ nemo μητραγύρτων, aut tibijs perſonãs incedit, uariegato amictu conſpicuus, aut orgijs Phrygio ritu deam colens.Reliqui uocem Græcam quę in impreſſis codicibus legitur,quod Euſebius lib.2. Præparationis Euangelicæ locũ Dionyſij citãs : μιμαγυρτῆντες μιμαγυρτῶν ſcribat,quę uox idem cũ priore denotat,niſi quod ex etymi rõne menſtruum circulatorem intelligamus:nam quolibet menſe cœtus faciebant ſtipemq; corrogabant,ut ex Suida quoq. diſcimus,cum hac uoce nihil habet commune Mithras,quæ ſolis appellatio eſt apud Perſas,uti Lutatius Placidus in Statianis commẽtarijs adnotat his verbis,Sol apud Achęmenios Titan,apud Aſſyrios Oſiris, apud Perſas,ubi in antro colitur Mithra uocatur. Vnde in fine primi Thebaidos ſic Papinius:

Seu te roſeum Titana uocari:
Gentis Achæmenię ritu,ſeu præſtat Oſirin
Frugiferum,ſeu Perſæi ſub rupib⁹ antri

Indignata ſequi torquentẽ cornua Mithram,Porphyrius libro quarto.De abſtinentia ab animatis,refert Symbolum quẽ piam contexuiſſe hiſtoriam Mithriacham pluribus libris,in quibus Mithrę myſteria & orgia explicarit: Meminit & Plinius libro 36.Mithrę Aegyptij regis,qui in Solis urbe regnans primus obeliſcos Solis numini conſecratos poſuerit. Perſis quoq. ſolemne erat iuramentum per Mithram.

Choros Tragicos moleſte fert.

Χοροῖς τ̃ τραγῳδιῶν ἄχθεται.i.Tragicos Choros ægrefert. Suidas adnotat dici de famelicis,quod moræ ſit impatiens ventter,qui uero eſuriunt, hi choros,qui ferm prolixi ſunt,in longum extrahi moleſte ferant.Ariſtophanes :

Εἶτα πεινῶν τοῖς χοροῖς τ̃ τραγῳδιῶν ἄχθοιτο. idelt,

Deinceps eſuriens tragicos choros indigne ferat.Fames implacabile malum eſt, moræq. diuturnitate inualeſcit magis eiꝰ impatientia. Pulchre Socrates illud prouerbiale extulit in Phędone,ἡδὺ ὄρνεον ἄδει ὅταν πεινῇ, i. Nulla cantillat auis, quando eſurit,iacet uoluptas omnis & animi gaudium,ubi eſuritur.

Dies digitus.

Δάκτυλος ἡμέρα, i. Digitus dies.Adagio indicat vitæ humanę ſpatiũ eẽ exiguũ, quaſiq. digitale:Hyperbole infra illã,Spithama vitæ.Alcæus poeta apud Atheneũ: Πίνομεν, τὶ τ̃ χύγνον ἀμμένομεν, δάκτυλος ἀμέρα καδδέξαι λυχναις μεγάλαις. ἀς τυ ποικίλλης οἶνον γὰρ σεμέλας καὶ διὸς λαδικιδέα ἀνδρώποισιν ἔδωκεν, ἐγχέαι, κίρνα ἔνα καὶ πλείους,i.Bibamus,quid lucernam moramur? Digitus eſt dies:accipe maioribus copulis,quæ tu obducas:uinũ nãque Semeles Iouisq. natus obliuioſũ mortalib⁹ dedit:infunde, miſce unum atq.plura : Huc alluſit proculdubio auctor Epigramm.quod in fine 7.lib.legitur:

Πίνομεν βάκχειζωρον πόμα, δάκτυλος ἀὼς,
Η παλὶ κομιεῖ λύχνον ἰδεῖν μένομεν,i.
Ducamus Bacchi lactices, digitus breuis lux,
Somniger aut quid te lychne manere iuuat?

Quamquã in Alcæi uerbis pro ἀμμένομεν alij σβέννυμεν, hoc eſt,extinguimus, ſupponunt,cum prioris lectionis fides uel ex Epigramm.aſtrui poſſit.

Canibus oſſa prodo.

Μαύω κύσιν ὀστέα,idelt, Canibus oſſa commonſtro. Prouerbium eſt de eo, qui inimico ſuum patefacit conſilium,uelut ſi quis riuali amores ſuos detegat,aut litigator aduerſario actionem ſuam indicet.Exſtat Epigramm.lib.7.

Αλλὰ τί μαύω κύσιν ὀστέα, μάρτυρές εἰσι
Τῆς ἀθυροσομίης οἱ μίδεοι κάλαμοι.idelt,

Quid canibus prodo oſſa,loquacis præmia linguę.
Quæ ſint,teſtatur læuis arundo Midæ.

De arundine Midę fabula eſt apud Ouidium Metamor.undecimo,quam perſtrinxit & Petronius Arbiter his uerſibus:

Sic commiſſa ferens auidus reſerare miniſter.
Fodit humum, regisq. latentes prodidit aures,
Concepit nam terra ſonum, calamiq. loquentes.
Inuenere Midã,qualẽ conceperat index.

Inter

Inter lugentes iocari.

De eo qui alieniore tempore intempeſtiue aliquid deſignat aut loquitur,competit quod parœmiæ nomine recitat Demetrius Phaleræus,ἐν πενθῶσι παῖζειν, i. Inter lugentes ludere,uerba eius ſunt in capite de homœoteleutis,ubi affectatam uocũ ſtructuram criminatur:ὃ μὰ τ̃ δία πάθος κινήσει ἀδὲ ἐλέον,ἀλλὰ τ̃ καλούμενον κλαυσιγέλωτα,τὸ γὰρ ἐν πενθῶσι παῖζειν,κ̃τ̃ τ̃ παροιμίαν,τὸ τὰ τοιαῦτα ἐν τοῖς πάθεσιν κακοτεχνεῖν ἔστι.i.Non hercule affectũ mouebit aut miſerationẽ,ſed eum quẽ nominãt mixtum fletui riſum, nam in affectibus talia uitioſe affectare,eſt idẽ quod inter lugentes,ludere,iuxta prouerbiũ,quo in loco turpes mendę in codicibus impreſſis inſederunt, ſiquidem male πόθος pro πάθος ſcriptum legitur,& ἔλαιον,pro ἐλέον,& ἐν πενθῶσι loco ἐν πενθῶσι. Quid,quod vox ipſe κλαυσίγελως prouerbialis eſt, de ſimulato flecu , qualis hæredũ eſſe ſolet, iuxta Mimũ Publianũ, Hæredis fletus, ſub perſona riſus eſt,qua uſum oſtẽdit Xenophontem Hermogenes rhetor cap.De Tenuitate:eſt autem locus Græcarum rerum lib.7. πάντας τ̃ τῶν παρόντας τότε γε τῷ ὄντι κλαυσίγελως εἶχεν.i.Cunctos qui aderant tenui reuera pmiſtus lacrymis riſus.Apollodorus apud Atheneũ lib.13. refert duas fuiſſe Phrynas meretriculas,quarum alteri à fictis lachrymis cognomen dicit fuiſſe κλαυσίγελος,alteri à puditate σαπέρδιον.

Piſtillum exornatum.

Demetrius Phalereus de frigiditate ſcriptorum differens,adagio hoc vtitur, ubi ait,idem eſſe frigiditatem, quod arrogantiam:nam ut homo adrogans quę in ſe non agnoſcit,ſibi tamen uendicat,tamquã adſint:ita qui humilibus rebus pondus orationis:adijcit, ſimiliter agit ille, qui in re tenui ſuperbit: καὶ ὁποῖόν τι τὸ ἐν παροιμίᾳ τῇ κοσμούμενον ὕπερον,τοιοῦτόν τι ἔστι καὶ τὸ ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ ἐξηρμένον ἐν μικροῖς πράγμασι.i.cuiuſmodi eſt piſtillũ exornatum , quod in prouerbio eſt,talis fuerit & tumor orationis in re exili. Dicetur de re præpoſtere aut inepte compta, aut oratione inepta floſculis quibuſdam parum appoſite picturata . Quadrabit & in hominem glorioſum aut operoſe ueſtitum,in quo nihil ſit ſalis aut prudentiæ.

Formicæ ſemitam canit.

De eo,qui ſubtilitates omnes perſequitur,& minutiſſima quæque dictioni immiſcet ut elabatur:aut qui ultro cirroq; narrationẽ rei implicat,prima medijs, ultima primis inuoluens temere,prouerbio dicetur,μύμηκος ἀτράκτους ᾄδει hoc eſt,formicæ ſemitas canit. Exſtat apud Ariſtophanẽ in Theſmophoriaz.de Agath.Comico dictum,quem ſugillat ut ſubtilia ac flexiloqua carmina ſcribentem : Formicæ uiam ſuam obliquant diſcurſu implicito .

Sirenas præternauigare.

Οἷπερ σειρῶας παραπλέειν .i. Sirenas præternauigare prouerbiali tropo dicitur, qui Philoſophiæ præceptis communitus uoluptatum illecebras deſpuit, aut quomodocunque uitiorum occaſionem declinat.Socrates apud Platonem: ἐὰν δὲ ὁρῶσι, διαλεγομένους καὶ παραπλέοντας σφᾶς ὥσπερ σειρῶας ἀκηλήτους. i. Sin uideant nos ſermones conferentes & illecebris immobiles præternauigare ipſos tamquã Sirenas quaſpiã.Similiter dixit in Sympoſio: βίᾳ ἔν ὥσπερ ὑπὸ τ̃ σειρῶν ὑπεχόμενος τὰ ὦτα,οἴχομαι φεύγων.i.Fuga abeo, vim mihi adhibens,& tamquam à Sirenibus aures obſtruens. Notiſſima eſt ex Homeri Odyſſæa fabula de Vlyſſe ſociorum aures cera claudente , ut periculum ſibi ſuisque imminens effugeret.

Οἴκοθεν οἴκαδε.

Οἴκοθεν οἴκαδε,i. de domo in domum tranſire dicũt Græci,quoties ab amico amicus munus accipit, aut cãdide operam ſuã amico defert, ita uſus eſt Iulianus apoſtata in epiſto. qua fundum donat amico : γνῶ ὃ σοι δῶρον αὐ φίλη κεφαλὴ δίδωμι μικρὸν μὲ ὅπερ ἐστι.χαρίεν ὃ φίλῳ,παρὰ φίλου οἴκοθεν οἴκαδε κ̃τ̃ τ̃ σοφὸν ποιητὴν πίνδαρον,i. Nunc o amicum caput , dono tibi,do fundum , exiguum quidem illum, ſed amico non ingratum,de domo in domum,ut cum ſapiente Pindaro dicam. Exſtat apud Pindarum Olympiorũ oda ſexta: δέξαιτο κῶμον οἴκοθεν οἴκαδε,idelt, pręconiũ accipiat de domo in domum , hoc eſt , proprium haud peregrinum . Certe quidquid non aliunde accedit,ſed quaſi domi noſtræ natum & uernaculum nobis eſt, οἴκοθεν habere dicimus. Ariſtides in oratione de tem-

plo Zeziceno: καὶ φυλακὴν τῆς ἀρχῆς οὐκ ἀλλοτρίαν, ἀλλ' οἰκοθεν ὡς ἀληθῶς ἐποιήσαντο κοινωνήσαντες ἅπαντα, i. Imperij tu telã non alienã, sed reuera domesticam cõstituerunt, rerum omnium communione. Idem in genethliaco Appellæ: ἄλλοι δ' αὐτῷ τὄνομα τῆς παιδὸς ὡς οἰκοθεν οἰκεῖα γένεσι τε ὁμοίως καὶ λόγῳ τῆς ἀρχῆν δίδωσι. i. Imponit illi filij nomen, adeoq̃ dat quasi de domo in domum & generis & existimationis ex æquo principium. Non male ad usum ita accõmodabitur: Si tibi tuisve studijs gratificari aut prodesse quid possum, siue libris siue pecunia, fac à me repetas ὡς οἰκοθεν οἰκεῖα.

Mithæcus cum sit, Agamemnonem simulat.

Μίθαικος ὢν Ἀγαμέμνονα ὑποκρίνεται, Mithæcus cũ sit, Agamemnonis personam agit. Cõpetet in eũ qui magnas opes iactat, inops cum sit & re tenui: aut in indoctum, qui tamen eruditionis opinione se populo uenditat Themisthius in prima oratione quæ βασανιστὴς, quasi Explorator inscribitur, de plagiario sophista & doctrinæ, quę nulla erat, inani ostentato re: Εὖ ἴσε ὦ ἄνδρ' ὅτι ἐξαπατᾶ ὑμᾶς καὶ προσωπον Ἀγαμέμνονος ὑποκρίνεται Μίθαικός τις ὢν ἔνδοθεν τῆς θεατρῶν, i. Non ignoratis uiri optimi, hunc vobis imponere, & Agamemnonis personã histrionice repræsentare, cũ sit intus Mithęcus quispiã aut Theariõ Mithæcus ex fece poetarum fuit, qui obsonandi more Siculo rationem conscripsit, at Thearion pistor seu panifex, quorum meminit ĩ Gorgia Plato: θεαρίων ὁ ἀρτοποιὸς καὶ Μίθαικος ὁ ποιήσας συγγραφὸς Σικελικόν. Meminit Mithęci & Athenęiusq; ὀψαρτυτικὸν citat, lib. 7. qd est de obsoniorum conditura. Non abludit ab hoc adagio dictum Polemonis ad sophistã quẽdã uiles pisciculos & boletulos emẽtẽ: ἐκ ἔστι τὸ Δαρείου καὶ Ξέρξου φρόνημα καλῶς ὑποκρίνασθαι ταῦτα σιτουμένῳ. idest, Qui talibus uictitat, magnos Darij & Xerxis spiritus aptus exhibere nõ potest, ut refert Philostratus.

Iuppiter pluemel.

Galenus medicus lib. 3. περὶ τροφῶν δυνάμεως, idest, de potestate nutrimentorum, scribit ęstatis tempore, si quando insignis copia mellis passim in virgultis ac arborum folijs inueniretur, Rusticos exclamare cõsueuisse, ὦ Ζεὺς βρέχεμελι. O Iuppiter pluemel, quo uerbo commode uti conueniet, quando omnia fausta & felicia prœeamur, Angelus Politianus lib. 1. epistolarum ad Picium. diuersum citat ex Tragœdia quipiam, ὦ Ζεὺς βρέξον τὰς κακοπραγίας. O Iuppiter pluę calamitates. Sic exclamamus dum ob rei indignitatem, etiam pniciosis uotis utimur, ita qd Plato in dialogo, qui inscribitur Alcibiades secũdus, putat esse probi Poetæ uersiculos illos: Ζεῦ βασιλεῦ τὰ μὲ ἔσθλα καὶ αἰχομένοις καὶ ἀεικτοις Ἀμμιδίδε, τὰ δὲ λύγρα καὶ αἰχομένων ἀπερύκοις.

Hoc est, Rex Iuppiter, optima quidem nobis & nouentibus tribue:

Cętera perniciosa petentibus etiam quam longissime iubeas abesse.

Manus in Aetolis, mens autem in Clopidis.

Aristophanes in Comœdia, cui titulus ἱππεῖς τῶν χεῖρ' ἐν αἰτωλοῖς ὁ νοῦς δ' ἐν κλωπιδῶν, qd de Cleone dicitur, in omnes illos torqueri põt, qui numquã cessant uel à petendo, uel si hoc parum successerit ab alienis rebus sublegendis. Poeta germana sua festiuitate Aetolos ab αἰτεῖν, i. ab assidue & importune petendo deriuauit, quamquam etiam Athenęus τὸ κλωπᾶν καὶ ἁρπάσαι libro sexto, Deipnosoph. dicat esse Aetolicum. Cętęrum cum Cropitę populus sit ex Leontide tribu: Poeta ualde q̃ eleganter ρ in λ commutauit, ut κλοπλῶ, idest, furtum exprimeret, cuius perpetuo reum agit Cleonem: meminit adagij & Plutarchus, in libello de Curiositate.

Αἰξωνέυεσθαι.

Stephanus in dictione αἰξωνία quæ ciuilitas est Magnesię, scribit αἰξωνέυεσθαι prouerbio dici uanos accusatores & sycophantas, Aexones enim ut idem inquit, βλάσφημοι καὶ συκοφάνται κωμῳδοῦνται. Harpocration in dictionario 10. Oratore dictione αἰξωνὶς scribit hoc adag. Menãd. & Platonem Comicos esse usos.

Βεργαΐζειν.

Stephanus in dictione βέργη, scribit βεργαΐζειν prouerbio dici. μηδὲν ἀληθὲς λέγειν, i. nihil dicere, qd uerum sit, adagio ab Antiphane. Comico Bercæo nato, qui prorsus incredibilia & uana quædam scripserit.

Thessalus mißus.

Pausanias in Græci Attica, Thessaliũ missum egregie lautum cibum ita dictum fuisse scribit, & Athenęus probat. libro Δ. Deipnosoph. δεῖπνα δὲ θεῖοι δ' εἰσὶν ὅτος οἴθεν θεσσαλοί, καὶ ἔριφος φησὶν ἐν πελτασῇ ὅλον, id est, in mensis instruẽdis ualde quã operosi fuerunt Thessali, unde & Etiphus Comicus in beliasse sic inquit:

Τὰ δ' ἐ κόρινθος ὅτε λαῖς ὦ σύρε
Οὐδ' ἀπαπέζων θεσσαλῶν ξένων τροφαί,

Illa uero non Corinthus, nõ Lais o Syre
Neque item lautorum Thessalorum hospitum alimenta.

Idẽ Athenæus lib. 18. Deipnosoph. Thessalos παρ' ἑλλησὶν πολυτελεστάτους uocat.

In olis uenari.

Apud Athenęũ ex Menandri Trophonio Parasit°: ἀθάλασσον ἐν τοῖς λοπαδίοις ἁλίσκεται tametsi mare nullo unquã tẽpore attingat; ĩn ollis tamen egregiam capturam adsequitur. Prouerbium in eos cõpetit, quibus nullum uinum gratius est, quam alienum, qui uere dicũtur κόλακες: sunt enim iuxta Anaxillam Comicum: πρὸς ἐχόντων οὐσίας σκώλακες.

Quattuor habens capita.

Athenaeus lib. decimo, Dipno. scribit Menandrum de Byzãtii uinosis, atque temulentis mercatorib. dixisse, τέτταρας κεφαλὰς ἔχων, id est, quattuor habens capita. Siquidẽ ebriis oia geminata uidẽtur. Cuius rei rationẽ reddit Alexãder Aphrodisiensis libro primo Problem. 121. Et Lactan. de Opificio Dei capite nono. Adagiũ ad eos pertinet qui cum se largius inuitarint, sese putant non numquam pro uno multa capita gestare.

Barbam ab ulnis puerorum uellere.

Lucianus ĩ tragędia cui titulus: ὠκύπους, πώγονα τίλλαι κρέων ὑπ' ὠλέναις, Barbã uelle a puerorũ ulnis, hoc est, inanẽ laborẽ suscipe, & perinde nihil profuturũ. Nã quod barbę genus a puerorũ ulnis possit, ego non uideo. Barbã igitur a puerorum ulnis uellunt, qui sumunt inutilẽ operam, rebus egregie commodis passim præteritis & neglectis.

Ocream capiti, tibiæ galeam adaptare.

Lucianus in Rhetore, Ironicos Rhetorem sic instituit: ἀλλὰ τὸ πρῶτον ἔμπεσον. πρῶτον λεγέσθω καὶ ὦ ὅτω λόχη, περὶ τοῦ μετώπου μὲ ἡ κνημὶς, περὶ τῆς κνημῆς δὲ ἡ κόρυς. Verum quodq. primũ inciderit, primo loco dicatur: ad hęc si fors ita contigerit, fronti quidem ocrea, tibiæ uero galea adponatur. Prouerbium indicat nihil suo loco, sed omnia prępostere fieri. Adagio rursus utitur Lucianus in Commentariolo: ὑπὲρ τῆς ἐν τῇ προσαγορεύσεως παρασματος. i. de errore compellationis, ὥσπερ ἂν εἴ τις κνήμῃ τὸ κράνος, ἢ περὶ τῇ κεφαλῇ τὰς κνημῖδας ὑπεδήσατο. Sallustius ĩ bello Iugurthino pręposteros homines uocat, qui maiorum acta, & Græcorum Militaria præcepta tum primum legunt, quando iam consules facti sunt. Nã gerere, quam fieri tempore posterius est. Plinius scribit, Oryges esse contrario pilo, & ad caput uersos uestitos, ita reperias quosdam homines, qui nihil ament, nisi quod sit præpostęrum.

Archilochi Vulpes.

Basilius Magnus in Commentariolo ad Nepotes: καὶ τῆς ἀρχιλόχου ἀλώπεκος τὸ κερδαλέον τὲ καὶ ποικίλον ζῆλωσωμεν. Archilocheæ uulpis uersutã atq. uariam calliditatem immitemur. Adagium in eos dicitur qui pro re nata consilium expeditissime capiunt, quemadmodum Archilochus in Apologis à se scriptis uulpẽ ubique callidissimam introduxit Auctore Philostrato in Iconibus cap. de fabulis meminit eius rei, & Ammonius in libello de differentiis uocum, dictione αἶνος.

Senator absque prouocatione. Legatus sine mandatis.

Cicero libr. 3 de legibus, sed quæro quid hac re sit turpius, quã sine prouocatione Senator, Legatus sine mãdatis. Adagia sunt egregie uenusta, de iis, qui cũ nihil auctoritatis habeant nullis denique ciuilibus muneribus fungantur, uolunt tamẽ, ut consuetudinis in primis hoc hominũ genus, primum esse in omni loco & tẽpore: ad hæc ingenerata quadã insolentia nihil nõ sibi tribuunt. Nemo autem ignorare potest, ex iure consultorum & historicorum sententia prouocationes ad senatum fieri, solitas,

solitas, quamquam lege à Publicola lata ut Liuius libro secundo. Ab urbe condita docet, priscis Romanorũ temporibus prouocatio a magistratibus ad populum erat. Cæterum quod ad Adagium pertinet, nemo Legatus esse potest, qui non reipublicæ suæ legitimus mandatis instructus atq; alio missus sit. Idem in 13. Philippica inquit, Senator uoluntarius lectus ipse a se, de ijs, qui se negotiis alienis administrandis etiam non accersiti ingerunt.

Cantilena ex scholis.

CANTILENA scholis, prouerbio dicitur res nugatoria ac plane nullius utilitatis, cuiusmodi A. Gellius scholica nugalia uocat. Cicer. libr. primo, de Oratore. Neq. ex scholis cantilenam requirunt. Ita diu Hieronymus in Procemio 8. libri Commẽtariorum in Esaiam. Testamentum autẽ, inquit, Grunij Corocottæ Porcelli decantant in scholis puerorum agmina cachinnantium. Idem aduersus Rufinum, Quasi non Cyrrhatorum turba Milesiorum in scholis figmenta decantent, & testamentũ suis cachino membra concutiat.

Conchas legere.

CONCHAS legere prouerbio dicuntur, qui ad animũ remittendũ nonnunquã ad ludicra quædam sese demittunt. Ita Cicero in 2. de Oratore, sed tamen ita narrare solet Sceuola, Conchas eos ad Caietam & Lucrinum legere consuesse, & ad omnẽ animi remissionem ludumq; descendere. Hic scimus non defuturos qui nos dicant etiam gignere prouerbia, qui si uelint, hoc Angelo Politiano rescribãt, qui prouerbio nominatim & adposite usus est in Miscell. ca. 77. Atque eius uiri auctoritas apud nos lõge sanctior est quã ut metuamus ab eius incõparabili eruditione uel latũ digitum discedere. Valerius Maximus lib. 8. c. 8. de Scipione & Lælio, Ita animi quoque remissione communiter acquiescebãt. Constat nãq. eos Caietæ & Lauréti uagos, littoribus conchulas & calculos lectitasse.

Sabulæ leonem excipere.

PROVERBIO utitur Seneca lib. undecimo epistolarum in fine, cuius usus est, si quando rem periculo plenam leuibus ad modum & infirmis præsidiis depellere uolumus. Subula leonem excipit, qui frigidis rationibus fortissima argumenta conuellere nititur.

In eodem ualetudinario iacere.

DE ijs dicitur, qui eodem periculi genere & communi malo implicantur. Prouerbio utitur Seneca libro tertio epistolarum. Non sum tam improbus ut curationes æger obeam, sed tamquam in eodem ualetudinario taceam, de communi malo tecum colloquor, remedia communico. Cor. Tacitus in dialogo de Oratoribus: Qui in eodem ualetudinario hęc ossa hanc maciem probant.

Deos absentes testes facit.

PLAVTVS in Mercatore, Deos absentes testes memoras, qui ego isthuc credam tibi? prouerbiales de eo, qui cum summa cõfidentia strenue mentiatur.

Sic Ajax de Vlysse apud Ouidium.

Sua narrat Vlysses Quæ sine teste facit. Et Iuuenalis:

Solus enim hoc Ithacus nullo sub teste canebat.

Gallinaceus Euclionis.

AVSONIVS i prefatione Gryphi de ternario numero. Gallinaceum Euclionis prouerbio dixit, qui soleat omnia diligentissime perquirere & inuestigare, ne puluisculo quidem relicto, donec id inuenerit quod exquisita cura conquisierat.

Sapientes sunt qui ueteri uino utuntur.

QVOD Plautus in Casina de ueteri uino dixit, hoc ad omnis antiquitatis cõmẽdationẽ pertinet. Homerus certe uetus uinum, diuinam potionem appellat Odiss. β.

Εν δὲ πίθος οἴνοιο παλαιοῦ ἡδυπότοιο
Εσαν, ἄκρη τὸν, θεῖον πότον, ἔντος ἔχοντες.

Ouidius 2. de arte.

Qui properãt, noua musta bibant, mihi fundat auitum.

Consulibus priscis condita testa merum.

Sapientissimi certe sunt existimãdi, qui scriptoribus antiquis utuntur non ijs quos præposterе ueteres uocant, quos uappę ęrius & fæci q̃ uino cõparaueris. Gnathæna, siue vt alij Phryne, vt est apud Atheneũ lib. ιγ'. ἐπιδόντος ᾧ τίνος οἶνον ἐν ψυκτυριδίῳ μικρὸν, καὶ εἰπόντος ὅτι ἐκκαιδεκαέτης, μικρός γε εφη, ὅς τοσούτων ἐστί. Pindarus i Olympijs Oda. θ. εἶναι δὲ παλαιὸν.

Etiam

Etiam uetus arbustum transferri potest.

SENECA lib. 13. Epistolarum, Ægialius paterfamilias dicebat etiã uetus arbustum transferri posse. Adagium est, omnẽ tandem ętatem posse ad optimam quamq; uiuendi rationem transferri & accommodari, quando & senex Cato græcas literas didicit. Ita quod uerissimum sit hoc Publianũ, Nulla est sera ad bonos mores uia.

Lacinia obtinere.

CICERO in tertio de Oratore: Nam illud alterum genus, quod est temporibus locis, reis definitum obtinẽt atq; idipsum Lacinia. Lacinia tantum obtinere dicuntur, qui rem non integram intelligũt, aut assequuntur. Plautus in Asinaria de amica amantem ægre dimittente: Lachrymantem lacinia tenet.

Clausis thesauris incubare.

CLAVSIS thesauris incubare dicuntur qui rem quidem possidẽt, ęterum nec vti norunt, neque frui possunt. Quintil. in x. Qui autem scierit, quò sint quæq; modo dicenda, nisi tanquam in procinctu paratã quidem ad omnes casus habuerit eloquentiam, uelut clausis thesauris incubabit. Est autem sapientis uerbum, Thesauri abstrusi & absconditæ sapientiæ nullam esse utilitatem.

Teucrum Pacuuij edisсere.

CICERO in 1. de Oratore: Mallem edisсere Teucrum Pacuuij: de re magni negotij, & in qua conficienda oporteat ingentem laborem insumere. Pacuuij Teucrum sæpe citat Nonius Marcellus: est autem uerisimile, poema hoc fuisse arduum & ex pari difficile, quod memoriæ non facile mandari potuerit.

Musas hortari ut canant.

AVSONIVS in epist. ad Symmacum, eiusmodi prouerbialia scitamenta, quibus significamus nos eũ inhortari qui sua spõte atq; adeo non rogatus in negotium incumbat, eleganter expressit, Musas hortari vt canant, maria ut effluant, auras ut uigeant, ignes ut caleant.

Equus Troianus.

EQVVM Troianum prouerbio dicimus tacitas insidias & paucis intellectam impostura. Sic enim Cicero non semel vsus est, pro M. Cœlio. An Equus Troianus fuerit, qui tot inuictos uiros muliebre bellũ gerentes tulerit? Pro Murena, Intus, intus inquam, est Equus Troianus, à quo nũquam nisi Consule dormientes opprimemini. Et in 2. Antoniana, in huius nisi consilii societatem tanquam in Equum Troianum includi cum principibus non recuso. Cęterũ Equi Troiani descripto ex Homero & Virgilio notior est, quam ut hic recenseri debeat. Macrobius scribit Cincium in suasione legis Fanniæ sęculo suo obiecisse, quod porcum Troianum, hoc est, inclusis etiam alijs animalibus grauidum mensis inferrent.

Calcei Sicyonij.

Υποδήματα σικυώνια, Calcei Sicyonij quemadmodum & Stephanus meminit, prouerbio dicũtur de re pulchra quidem, sed quæ uirum parum deceat. Cicero in 1. de Oratore, ubi de Socrate loquitur: Quin etiam cum ei scriptam orationem disertus orator Lysias attulisset, quã si ei videretur edisceret, & ea pro se in iudicio uteretur, non inuitus legit, & commode scriptam esse dixit, sed, inquit, ut si mihi calceos Sicyonios attulisses non uterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent uiriles, sic illam orationem disertam sibi & oratoriam uideri, fortem & virilem non uideri. Athenæus libro quarto meminit saltatores in conuiuiis Sicyonijs esse vsos. Nam σικυώνια, tantum pleriq; Græci uocant eiusmodi effęminatũ calceorum genus. Lucianus i Rhetore: ἡ ἐμβὰς σικυώνια πίλοις τοῖς λάκοις ἐπὶ φρέατος, 1. Solea Sicyonia albis uinculis ornata. Lucret. i quarto de delicatissima mollicie scribẽs:

Languent officia, atque ægrotat fama vacillans,
Vnguenta, & pulchra in pedibus Sicyonia rident.

Festus Pompeius citat hunc uersiculum Lucilij,

Et pedibus Içua Sicyonia demit honesta,

Prouerbio usus est & Picus ad Hermolaum Barbarum libro nono Epistolarum Ang. Politiani.

Pygmæum imponere Colosso.

PHILOSTRATVS Sophista Nicete, pro

uerbio dixit. Pigmeum imponere Colosso hoc est, rem minutam & abiectam amplissimam efficere. Cicero dixit arcem facere ex cloaca.

In cauea minus bene canit luscinia.

IDEM in Scopeliano dixit, in cauea minus bene canere luscinia, quo prouerbio commode utemur, si quando significamus, libertatem esse rem inæstimabilem, & ingenia libera rebus omnibus agendis esse accommodatiora, Homerus, Odyss. libr. ρ. scribit, Iouem omnibus seruis dimidiã animi portionem abstulisse, cuius & Plato in sexto lib. de legibus meminit. ἥμισυ γὰρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται ἀρούρας ζεὺς ἀνέρος. εὖτ' ἂν μιν κατὰ δῆλιον ἦμαρ ἕλησιν.

Problema Archimedeum.

CICERO libro duodecimo epistolarum ad Atticum πρόβλημα ἀρχιμήδειον vocat quæstionem reconditam & implicatam, quæ a nemine uel a paucis intelligi possit. Idem libro septimo ad Atticum rem abditissimo numero Platonis obscuriorem uocat. Vitruuius libro nono capite tertio scribit Archimedem si quid abstrusum & multo labore quæsitum, uix tandem inuenisset, solitum exilire gaudio & currentem identidem exclamasse εὕρηκα εὕρηκα, id est, reperi tandem reperi. Exemplum incredibilis & numquam intermissi studii Archimedis recenset Plutarchus in cõmentariolo, utrũ sensit administrãda respub. ἀρχιμήδει δὲ τῇ σανίδι προσκείμενον ὑποπαίοντες εἶα καὶ ὑποδύοντες εἴλιφον οἱ θεράποντες, ὁ δ' ἐπὶ τοῦ σώματος ἀλειμμένος διέγραφε τὰ χήματα.

Byssina uerba.

PLVTARCHVS i Apophtheg. παρύσατις ἡ κύρα καὶ ἀρταξέρξου μήτηρ ἐκέλευσε τὸν βασιλέα μέλλοντα μετὰ παῤῥησίας διαλέγεσθαι βυσσινοῖς χρῆσθαι ῥήμασι, hoc est, Parysatis Cyri & Artaxerxis mater, iubebat eũ qui regem liberius esset adloculturus Byssinis uti uerbis. Byssina uerba uocat quæ nitorem habeãt cum grauitate mixtum, immo quæ commouendi asperitatem, iucundo quodam candore, atque adeo niuea quadam facilitate condiant. Aristoteles etiam præcipit cum principibus, aut rarissime, aut iucundissime colloquendum esse.

Computatorum digiti.

COMPVTATORVM digitos eleganti prouerbio dicimus, qui variis & incertis fortunæ casibus obnoxii sunt. Plutarchus in Apophtheg. ὁ τοῖς ὁ βασιλέως ἀρταξέρξου ἐκ λαμβρὸς ἀτιμίᾳ τοῦ πεσόντος δὶ ὀρχιῶν καταγνωσθεὶς ἔφη, καθάπερ οἱ τὰ ἀριθμητικῶν δάκτυλοι, νῦν μὲν μυριάδας, νῦν δὲ μονάδα τιθέναι δυνάνται, τὸ αὐτὸ καὶ τὰ βασιλέου φίλους νῦν μὲν τὸ πᾶν δυνάσθαι, νῦν δὲ τὰ λάχιστον, hoc est, Oriantes Artaxerxis regis gener, cũ ob iracũdiã, honorato loco excidisset, quemadmodũ, inquit, Arithmeticorum digiti, nunc myriades, nunc aũt vnum tantum significant, ita regũ quoque amici siue purpurati, nũc oia, nũc autem nihil omnino possunt. Laertio hoc Solonì tribuit.

Vita Charadrij.

PLATO in Gorgia Charadrij uitam intelligit hominis intemperãtis, qui numquam expleri possit, & in quem omnia influunt ut rursus effluant, ut Seneca dixit. Ita Socrates loquit: χαράδριόν τινα αὐτοῦ βίον λέγεις, Charadrij quandam uitam referas, Charadrium autẽ Theodorus apud Aristotelem uertit rupicem siue hiathicolam: nam ut interpres Aristophanis in Auibus docet: ὠνομάτοποίηται τὸ ἰρνεὸν παρὰ τὸ τοῦ χαράδραις διαστρίβειν, auis hæc ita dicta est, quod hiatus & terræ uoraginẽs incolat. Itidem & intẽperantes & incõtinentes homines qui numquam expleti possunt, perpetuo ganearum nidorem sequuntur, & neptorũ proseuchas incolunt. Suidas citat aliud prouerbium ex Didymo: χαράδριον μιμοῦμενος, i. Charadrium imitans, de iis qui sese occultare soleant. Siquidem autem hanc uendentes, occultare consueuerunt, ne prius emptori profis, quam sit uendita. Nam regio morbo laborantes quamprimum Charadrium adspexerint conualescunt. Plinius hoc icterò aui tribuit lib. 30. capite undecimo.

Mittere lineam.

PLAVTVS in Mostellaria: Non ego ita extemplo meũ ostendam sensum, mittam lineam. Metaphora a pictoribus desumpta lineam mittere dicuntur, qui rem tantum adum-

adumbrant & coniecturis quibusdã inquirendam proponunt. Siquidem ex linearum ductu, iustum etiam picturæ artificiũ discimus. Vnde uerficulus ille passim celebratur: Linea, quæ uetere longe fatearur Apellem.

Volsellis pugnare non gladijs.

VARRO libro quinto de lingua latina prouerbiali verbo utitur: Volsellis pugnãt non gladiis, quo commode possumus uti uel aduersus eos qui parum uiri sunt, nempe qui uolsellis ita sint uulsi iuxta sententiam Ciceronis, ut nec unicum pirum boni uiri habeant, uel in eos qui prorsus infirmis argumentis utantur. Cæterũ de uulsis corporibus in Demonacte Luciani abũ de diximus.

Fortes in tabula.

PLVTARCHVS i Apophtheg. Laconicis: ἐπεὶ δὲ ἴδοῦν τις ἐν πίνακι γραπτῷ λάκωνας ὑπὸ ἀθηναίων σφαττομένους, ἐλέγετο, ἀνδρεῖοι γ' ἀθηναῖοι, λάκων ὑποτυχὼν, ἐν τῷ πίνακι, εἶ πεν, Quidã cum in tabula picta Lacones videret ab Atheniẽsibus interfici, atque ob id diceret, fortes, equidem Athenienses sunt, Lacon forte fortuna incidẽs subiecit: Et in tabula quidem, fortes autẽ in tabula sunt qui fictitia fortitudine passim sese uenditant, cæterum cum ad seriũ certamen peruentum est, tum non milites sed plane mulieres esse uideas. Docti quidem in tabula sophistæ, sunt, uerum ubi eos excusseris, quam nihil nisi Antronios asinos, aut si quis is rudius, aut impolitius ei possit inuenias.

Nondum omnium dierum Sol occidit.

ELEGANS adagium est quo Philippus apud Liuium utitur decadis quartæ, libro nono, Nõdum omnium dierum solem occidisse, quando significamus finem rei nõdum apparere, ad quem adhuc multis & incertis periculis perueniendum sit.

Etiam inter uepres rosæ nascuntur.

AMMIANVS Marcellinus lib. 16. cum de Entherio Eunucho loqueretur, sic inquit, sed inter uepres rosæ nascuntur, & inter feras nonnullæ mitescunt. Hoc geminum prouerbium ostendit in omni hominum genere, quantumuis peruersõ ac deplorato, reperiri tamen aliquot bonos uiros & qui moribus minime sint aspernandis. Gregorius theolog. in uita Athanasij dixit: φύεται καὶ ἐξ ἀμπέλου βότρυς, i. nascũ etiam è uite rubum, hoc est, ex optimo parente nonnunquam pessimum filium.

Ne Sannione domi relicto.

IDEM lib. decimoquarto, agitãt familiarium agmina, tamquam prædatorios globos post terga trahentes, ne Sannione quidem, ut ait Comicus, domi relicto. Adagium ex Eunucho Terentiano dicitur in eos, qui cum in publicum prodeũt, magnifico & frequẽti comitatu delectantur, quo potentiores esse uideantur. Eiusmodi multos in principum aulis inuenias, qui passim seruorum & comitum multitudinem contrahant, cũ apud ueteres, ut Atheneus docet, & Apuleius in prima apologetica meminit, præstantiss. quique Romani, paucitate famulitii, sic enim ille inquit, gloriati sint. M. Antonius octo seruos habuit. Manilis Curius cũ duobus tantum caloni bus uteretur, pauciores seruos habuit, quã triumphos. Marcus Cato tres tantum seruos in Hispaniã ex urbe secum duxit. Idẽ auctore Plutarcho quinq. tãtum seruos in militia habuit, quod & de Scipioni Aemiliano Plinius scribit, eum duobus tantum seruis, si quando etiam ad regem mitteretur, esse usum.

Tunc canunt cycni, quando tacuerint graculi.

BASILIVS magnus in epist. ad Celeusiũ: ἐγὼ τὴν παροιμίαν ἐρῶ, μάλιστα μὲν ἀληθῆ, μάλιστα δὲ σωφρονοῦσαν, ὅτι τότε ᾄσονται κύκνοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσιν. Prouerbio locus est tũ doctis oppo tunũ esse, vt de bonis rebus q̃ possunt eruditissime disserant, qũ imperitis, prius tanq̃ aqua & igni interdictũ sit ne loquãtur. Eiusmodi dissimilitudinũ plures prouerbiales formulas Ausonius ad Paulinũ eleganter expressit.

Si vitulum taurio, uel equum committis onagro,
Si confers fulicas cycnis, & aedona parrę,
Castaneis corylos æques, uiburna cupressis.

Lamiæ turris.

QVINTVS Septimus Forrẽs Tertulianus in libro aduersus Valentinianos: Nonne tale aliquid dabitur te in infantia inter somni

somni difficultates à nutricula audisse, Lamiæ turres, &c. Prouerbium est, de re quæ fingitur esse mire formidabilis, cum tamẽ omni periculo careat: quemadmodum infantibus horribilia de Lamijs nutriculæ narrare consueuerunt. Nonius Marcellus & Lactantius li. 1. c. 22. diuinarum institutionũ, hos uersus, ex Lucilio poeta citant:

Terricolas Lamias, Fauni quas Pompilijque.
Instituere Numæ, tremit has, hic omnia ponit
Vt pueri infantes credunt signa omnia ahena
Viuere, & esse homines, sic isti hæc omnia ficta
Vera putant, credunt signi cor inesse & ahenis.

De Lamiis & multa & abstrusa quædam diximus in Lamiam Politiani.

Qualem demens ille Clamydem disperdit?

TERTVLIANVS in libro de paullo citat ex Menandro Comico, mirum nisi prouerbiale, Qualẽ demens ille chlamydẽ disperdit? quod in eos cõmode dicetur, qui rem suam uiui uidentesq; decoquunt, immo qui sua sponte sese in maxima magna mala conijciũt, cuiusmodi plures reperias, qui cum neque per se, nec ex aliis sapiant, non iam chlamydem tantum, sed & sese ipsos miserandum in modum perdunt.

Deorum liberi sunt inuulnerabiles.

PINDARVS in Isthmiis Oda. 3. in Melissum Thebanum: ἀ γοτοί γε μὲν θέων παῖδες, Deorum liberi sunt inuulnerabiles: de potẽtioribus hoc cõmode dicetur, qui nusquam nõ euadunt, ut Cicero de nobilibus dixit in oratione p Quinto: Homines nobiles seu recte, seu perperam facere ceperunt, ita in utroque excellunt, ut nemo nostro loco natus adsequi posset.

In Paro frigida quidem est aqua, sed pulchræ mulieres.

INTERPRES Aristophanis in Vespis, Prouerbialem Versiculum citat, nec eius vsũ ostẽdit: ἐν δὲ πάρῳ ψυχρὸν μὲν ὕδωρ, καλαὶ δὲ γυναῖκες, Paros habet qdẽ frigidam aquam, sed formosas mulieres. Ego quãtum iudicare possum existimo prouerbii usum esse siquando significabimus dispendiũ esse perpetuo compendio aliquo sarciendum. In Paro tametsi frigida sit aqua, uenustas tamen mulierum hoc quid quid est dispendii, abunde reponit, Quod si quis è numero doctorũ melius nouerit quis adagio locus sit, is cãdide admoneat reperturus hominem gratum, tantum abest, ut ingenuis admonitionibus obtemperare nolim.

Bellum cum Protogene mortuo gerere.

AVLVS Gellius libro decimoquinto, cap. vlt. scribit Rhodios Demetrio Poliorceti, qui tum eos obsidione cingebat, atq. extra urbis muros memoratissimæ illam Ialysi imaginem. Protogenis manufactam absumere igni parabat, per Legatos itare spondisse: Quæ, malum, inquiunt, ratio est ut tu imaginem istam uelis incendio ẽdiũ facto disperdere? Nam si nos omnes superaueris, & oppidũ hoc totum ceperis, imagine quoque illa integra & incolumi per victoriã potieris, sin uero nos uincere obsidendo nequiueris, petimus consideres, ne turpe tibi sit, quia non potueris bello Rhodios uincere, bellum cum Protogene mortuo gessisse: ad eos autem pertinet, qui cũ laruis luctantur, & contempta memorabili lege Solonis, mortuos iam cõuitiis insectantur, quod Homerus etiam intellexit dum inquit, Iliad. lib. ω.

Κωφὼ γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει μυρεάνων.

Et Agamemnon Iliados. κ.

Οὐ γὰρ τὶς φοιδῶ γ' ἀκύμορον κατατεθνηώτων

Γίνετ', ἐπεὶ κε θάνοσι, &c.

Et ex eius sententia Virg. libro undecimo Æneidos:

Nullum cum uictis certamen & æthere cassis.

Quantum ubique possunt duo oboli?

BACCHVS apud Aristophanem in Ranis, postquam accepisset ab Hercule duos obolos Charonti pro trãsmissione paludis persoluendos esse, subiicit: ὦ μέγα δυνάσθον πανταχῇ δυ ὀβολώ, quãtũ ubiq. possunt duo oboli? prouerbiali nimirũ dicto significãs, pecuniam in omni re plurimum posse: quæ nisi esset, non committerentur etiam tot diuersi generis flagitia, ita quod rectissime dixerit Antiphanes:

Ο πλοῦτος ἡμᾶς καθάπερ ἰατρὸς κακὸς
Τυφλοὺς βλέποντας παραλαβὼν πάντας ποιεῖ.

Id est, diuitiæ tãquã malus medicus quos acceperint uidentes, excęcare cõsuerunt.

Echinus

Echinus parturiens cunctatur.

Ἐχῖνος τὴν τόκον ἀναβάλλει, Echinus partum procrastinat. Echini terrestres, quos Erinaceos dicimus, existimantur propter aculeos catulorum suorum parrum mori solere, ac deinde aculeatioribus factis catulis ægerrime eniti, Vnde prouerbium, Budæo etiam teste, in eos usurpatur, qui subinde uersuram faciunt, hoc est, credito rem mutant, fænus fœnore soluunt, nomen nomine expungunt, atque illi dum fidem suam ad aliquod tempus labefactari nolunt, ad extremum fortunis omnibus euertuntur.

Cauum pedis ostendere.

Κοῖλον τὴν ποδὸς δεῖξαι, Hesychius admonet ἐπὶ τῶν εἰς φυγὴν τρεπομένων, i. de ijs dici, qui sint in fugam uersi, qui pedibus sibi consulant. Vt Turnus de Drance apud Virg. An tibi mauors,

Ventosa in lingua pedibusq. fugacibus istis
Semper erit?

Alexandrinæ delitiæ.

QVINTIL. in 1. Verba ne Alexandrinis quidẽ delitiis permittẽda, risu, & osculo excipimus. Alexandrinas delitias, luxũ effęminatissimum, & mollissimum appellauit. Alexandrini siquidẽ apud omnes scriptores hoc nomine male audiũt, quod propter amęnitatem urbis cęliq. clemẽtiam immodice delicati fuerint. Ammianus Marcellinus libro 22. Alexandria uertex omnium ciuitatum, inibi sunt auræ salubriter spirantes, aer tranquillus & clemẽs, atque ut periculum docuit per uarias collectum ætates, nullo pene die incolentes hanc ciuitatem solem serenum non uident &c. Quam ex admirabile euentu condita fit Alexandria, docet Stephanus, quę per excellẽtiam etiam πόλις dicta fuit, vt Athenæ ἄστυ Roma Vrbs.

Manubrium eripere.

PLAVTVS in Epidico: Erie manubrium è manu. Idẽ in Aul. Exemi e manu manubrium. Manubrium eripere scitissimè metaphora dicuntur qui nocendi causam adimunt, qui uiam omnem obsepiũt, qua periculum ipsis imminere uideatur.

Geometriam exercere in cilio.

Γεωμετρεῖν περὶ τὸ ὀφρυώνιον, Geometriã exercere in cilio. Iulius Pollux li. 5. c. 15. de mulieribus dixit, q̃ formã ascititiis lenociniis commendant, quod tandẽ ad omnes illos pertinet, qui fucis quibusdã adulterinis, & quod Plautus ait, Exoticis cõdimentis sese suaq; uenditant. Prouerbii meminit & Hermolaus Barbarus lib. 5. Corollarii in Dioscoridẽ, Dictione γεωμετρεῖν antiqui, ut ex Platone atque Plutarcho colligimus, non tantum in dimetienda terra usi sunt, sed in omni negocio quod exactius & diligẽtis tractamus. ὀφρυώνιον autem extraneus ambitus est genæ superioris, quam antiqui cilium appellarũt, & ex eo etiam supercilia in quibus superbia sedem haber, Auctore Plin. lib. 11. c. 37. Demetrius Phalereus χαριτοβλέφαρος a uenustate superciliorum dictus fuit, Athenęo teste libro γ. Dipnosoph.

Simiæ sanguinem profudisse.

DIODORVS Siculus libr. 10. scribit in Pithecusis eũ honorem habere Simiis quẽ Ægyptij canibus, tamquam dijs suis exhibeãt, uiuere simul cum hominibus, cibum ab ijs absque omni metu capere, parentes isthic liberis suis a Simijs, ut aliæ gentes à diis imponere nomina, qui simiam occiderint, tamquam impium flagitiũ designassent, iis pęnam extremum supplicium esse constitutum, unde etiam prouerbio apud eos dicatur de iis qui iam occisi, & è medio sublati sint, ὅτι πιθήκου αἷμα ποτίσειαν, i. Simiæ sanguinem eos profudisse.

De scammate egredi.

DE scammate egredi apud D. Hieronymũ legitur, pro eo quod est proposito digredi. σκάμμα locus certaminis est, in quo congrediuntur Athletæ, fossa plerumque, aut saltem lineis cinctus.

Hercules in Lydia.

DICITVR in eũ, qui cultu indecoro & sibi neutiquã accõmodato utitur. Vlpianus.

Testudo uolat.

DE re absurda aut impossibili dicitur. Claudianus libro primo, aduersus Eutropium (qui cum eunuchus esset, tamen Romæ factos fuit consul) multas huiusmodi ἀδυνάτων species affert:

Iam

Iam testudo uolat, profert iam cornua uultur,
Prona petunt retro fluuij uada, Gadibus ortum.
Armenij dixere diem, iam frugibus aptũ
Æquor, & assuetum syluis Delphina uidebo.

Ornamentum in luto, dignitas indigno.

VT minime conuenit ornamentum alicuod in luto iacere: ita parũ dignitas homini insulso & indocto, qui honorẽ & titulũ suum defendere non potest. Saluianus

Pica Syrenem imitans.

SIMILE est illi: Sus Mineruam docet, de iniqua dicitur comparatione & absurda imitatione. Stulte enim pica Syrenas imitatur, garrula potius & obstrepera quam canora. Galenus.

Myricæ citius poma ferent.

Si quis idẽ sperat: laturas poma Miricas.
Speret, & è medio flumine mella petat.
Prouerbialia hæc ἀδώματα apud Ouidium leguntur.

Eburneis rastris solum uertere.
Ligonibus aureis terram fodere.

RRO re insigni & p̃clara abuti, ut si quis eruditione pollens, ea in rebus vanis, inutilibus & famosis abutatur. Prudẽt in Symn.

Ars amat fortunam, fortuna artem.

Τέχνη τύχῃ ἔστερξε, καὶ τύχα τέχνῃ. Aristoteles eo uius est indicare uolẽs, summã esse affinitatem inter artem & fortunã, & alteram ab altera adiuuari.

Quorsum opus amicis, si modo foueat Deus.

Ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων, Hũc senariũ tamquã uulgo celebrẽ citat Aristoteles, ubi agit de homine beato, ane ille etiam egeat amicis, Qui putant eũ omnia in se sufficienter habere, nec ideo ullis opus habere amicis, hunc senariũ affe runt. Contrarium tamen Aristoteles concludit. Veri enim amici est dare potius beneficiũ quam accipere; uirtutisq; propriũ est benefacere, & pulchrius amicis benefacere, quam alienis: opus ergo amicis.

Amicus cum uitiis ferendus.

CONVENIS cũ eo: Mores amici noueris, nõ oderis: nõ enim, inquit Chrysostomus, fratres tantũ sumus, sed & mẽbra & corpus unum. Vide Saty. 3. Horatij 1. Sermon.

Amere frustra, odio ne sis frustra.

INNVIT apud omnes homines quærendam esse gratiam & amicitiam, quosq. sine nostro fieri possit damno: sed nullum temere suscipiendũ esse odium, si non aliqua inde ad nos profectura sit utilitas. Chrysostomus hoc dictum minime in Christianis probat, qui libere alter alterum admonere debent, neque odii caussa tacere. Vult autem tum memores eius dicti nos esse, quando lingua nostra uidetur prouolatura in conuicia, & maledicta.

Amicus Plato, magis amica ueritas.

Φίλος πλάτων, ἀλλὰ μᾶλλον ἡ ἀλήθεια. Istud seu prouerbiũ, seu apophthegma, innuit nullũ hominẽ tam carũ nobis esse debere, ut in illius gratiam ueritas ullo supprimatur modo. Galenus.

Caritate septum esse oportet.

A nequitia, rapina, & sceleribus uirum bonum abesse oportet: caritate autem (ut inquit Saluianus) & beneuolentia, non armis septum esse.

Vter.

PROVERBIALITER homo fastuosus & superbus à Græcis μολγὸς vel ἀσκὸς uocatur, quod scilicet in modum utris in flatus tumeat. Aristophanes.

Μή μοι ἀθηναίους αἰνεῖτε, μολγοὶ ἔσονται.
Ne mihi Athenienses laudate, utres sũt.

Nescit seipsum.

CONTRARIVM est Delphico oraculo: Nosce teipsum. Competit in superbos, arrogantes & homines inflatos. Notatur etiam Philautia, quod uitiũ, homines vel talpa cæciores in propriis erroribus reddit. Chrysostomus.

Asinus de Aesopi puteo.

ASINVS de Aesopi puteo modo uenis, & iam exclamas. In eum usurpari potest, qui recens in aliquem locum uenit, & ibi mira integer ignotos iactat. Tertullianus.

Plus uerrere, quàm serere.

IN auaros dicitur, qui nulla re exsatiari possunt. Plinius.

Vici-

Vicinum semper inueniens.

VTCVMQVE exturbet quis possessionibus suis uicinos & proximos, numquam tamen solus supra terram habitare poterit: quamlibet enim cuncta peruadat, vicinum tamen semper inueniet. Dici potest in auaros, qui omnia sibi subijcere conantur, vicinorum domos & agros. Saluianus.

Mappam mittere.

MITTERE mappam, est certaminis inciendi signum dare, in qua sententia Suetonius in Nerone usus est.

Proletarius scriptor.

QVI in plebe Romana tenuissimi pauperrimiq; erant, neque amplius quam M. D. æris in censum deferebant, proletarii ciues appellabantur. Trahitur & hoc uocabulum latius ut dicatur proletarius scriptor: proletarius homo, pro homine infimi subsellii, & auctore paruæ eruditionis, & infirmæ classis. Aul. Gell.

Minuunt præsentia famam.

QVOD absens terrori est, prẽsens sæpe cõtẽnitur. Claudianos: Plus nois horror,
Quam tuus ensis aget, minuunt præsentia famam.
Quod prẽsens est fere contemnimus: absentia uero & peregrina admiramur, & magno studio æmulamur.

Balneum ingressus depone odium.

Εἰς βαλανεῖον εἰσελθὼν, μὴ ζηλοτυπήσῃς τῷ συμβαίνοντά σοι εἰς τὴν μάκραν, i. ingressus balneum, ne certes odio cũ eo, qui pedem habet tecum in eadem pelui. Sententia ad multa applicari potest: nempe in communibus locis, templis, theatris, balneis, conuiuiis manibus nullum exercendum esse odium. Iul. Pollux.

Acum & filum sumens, rupturam consue.

Ραφίδα καὶ λίνον λαβὼν, τὸ δὲ ῥῆγμα συῤῥάψον, acum & filũ sumẽs, rupturã consue. Dici poterit, ubi quẽ uolumus adhortari, ut studeat paci, & argumẽta colligat, modosq; excogitet, quibus inter offensos animos concordiam resarciat. Idem.

Talis quisque est, quales quibus eũ familiaris.

Τοιοῦτος ἐστὶ, ὥσπερ ἡ δεται ξυνῶν. Senarius est Euripis, quo indicatur familiariũ uitam & mores, in eũ quoque transire, q. eorum consuetudine fruitur. Botrus oppositus botro maturescit.

Aliud homini, aliud humanitati satis.

DIGNA hęc sententia Varronis est, quæ prouerbiis adnumeretur, qua pulsat eos qui consuetudinem potius sequuntur in loquẽdo, quam certas orationes. Humanitatẽ aũt hic ponit pro curiositate, ac si diceret: Natura quidẽ paucis contenta, sed qd̃ huic sufficit, non satis est curiositati.

Insuere in saccum uel culeum.

INSVERE in saccũ uel culeum, uulgo dicimus pro circũuenire aliquẽ uel ludere.

Pulchra apud pueros simia.

PVLCHRA (inqt Galenus) semper apud pueros est simia, nos admonens illusionem esse ridiculam puerorum hoc animal illudentium. Poterit autem istud prouerbium quoque ad locum, secus iudicandi, commode transferri.

Quasi locum in balneis occupare.

IN publicis locis primũ occupans, solet plus iuris habere. Vnde & iureconsultus: Qui prior tẽpore, potior iure. Ad hũc morẽ adlusit. Tertullianus ubi dicit: Sed quia prior eis uenit, & prior uirtutũ documẽta signauit, idcirco quasi locũ in balneis, ita fidẽ occupauit, posteris quibusq; præripuit.

Primus secundus tertius.
Primus medius nouissimus.

PROVERBIA Græcorũ sunt ĩ eos, quos laudibus efferunt. Sic Isocrates laudat Alcibiadẽ: Τοιαῦτα δὲ τῇ ἀρετῇ, ὡς καὶ πρῶτος, καὶ δεύτερος, καὶ τρίτος γενέσθαι. Theocritus quoque Idyll. o. 17. Ptolemæum laudãs dicit eum uirorum primum, medium & nouissimũ: Ἀνδρῶν ὃ ἐν πτολεμαίος ἐνὶ πρώτοις λεγέσθω, καὶ πύματος, καὶ μέσος, ὁ γὰρ προφερέστατος ἀνδρῶν. Virgilius:

Nulli pietate secũdus, i. primus ĩ pietate.

Spicilegium relinquere.

IN uarias trahi pôt sententias. Qui op̃ aliquod insigne edidere, tale tamẽ, cui aliquid adiici possit, spicilegium reliquerũt. Vlpio & posteris spicilegium tantum reliquit. Huc facit Antigoni Apophthegma qui cum suis pecuniam imperasset, & quidam diceret, nõ talis erat Alexander: ἐκεῖ-

νος (inquit) ἐθέρισε τὴν ἀσίαν, ἐγὼ δὲ καλαμῶμαι, hoc est, Ille demessuit Asiam, ego spicas lego.

Terram & aquam poscere.

Γῆν καὶ ὕδωρ αἰτεῖν, i. Terrã & aquã poscere, & γῆν καὶ ὕδωρ διδοναῖ, i. Terram & aquam dare. Græci dicunt pro bellum alicui inferre, & bellum cum aliquo suscipere. Æschines.

Non hodie, aut heri institutum.

De more aliquo ueteri, qui omnib. notus esse debet, uel de lege ex antiquo instituto Sophocles.

Ad Sirenum scopulos consenescere.

Pro, in re aliqua ad senium usq; demorari, aut miram quandam in ea percipere uoluptatem, non secus ac si Sirenes, ipsas canentes audiamus. A. Gellius & apud Sirenas, aut Lotophagos hærere dicitur.

Adamante notare.

De his, quæ in perpetuam memoriam seruantur. Claud.

Iret adhuc in uerba dolor, nisi Iuppiter alto.

Cœpisset solio: uoces adamãte notabat Lene Iouis. Verba finguntur adamante notari, tanquam Deus nihil loquatur nisi serium dignumq; quod in perpetuam memoriam conseruetur.

Sparsis redemerunt crimina nummis.

Multos pecuniæ perdiderunt, ansamque ad oẽ scelerũ genus dederunt: deinde omnium malorum seminarium & radix, auri est & argenti fames: quod qui sagatiori animo perpendunt reiectis & contemptis pecunijs in huiusmodi uitia non incidunt, & sparsis nũmis crimina redemisse dicuntur. Saluianus, Simile quidam apud Plutarchum de uitanda usura de Philoxeno legitur, qui cum opulentissimam domum hęreditate nactus esset, & delicias ac uoluptates indigenarum cõsideraſſet. Μὰ τοὺς θεούς, εἶπεν, ἐμὲ ταῦτα τὰ ἀγαθὰ οὐκ ἀπολεῖ, ἀλλ' ἐγὼ ταῦτα, hoc est, per deos, inq̃t bona hæc me nõ perdẽt, sed ego illa.

Nummum quærit pestilentia, duos illi da & ducat sese.

Admonemur hoc prouerbio, ut lites & fora iudicialia q̃ possumus maximè fugiamus, & potius pestilentiæ, idest, pestilenti & pernicioso homini poscenti nummium duos demus, quam propter unum litẽ cum eo contestemur, petituri aliter in primis tẽpus, dein animi tranquillitatem, innocentiam & amicitiam. D. Augustinus.

Sapientia in exitu canitur.

Indicat finem vitæ spectandum esse: laudare enim penitus ante actæ uitæ prudentia non põt, nisi bono fine claudatur. cui adfine est illud Solonis: Finem uitę spectа: figuratius tamen dicitur sapientiam in exitu cani. Saluianus.

Multum nauigauit aquæ.

Πολλὰ περὶ πλάκωσ. De eo, qui multas regiones peragrauit: & μεταφορικῶς de eo, qui multarum rerum experientiam habet. Aristophanes.

Familiaris dominus fatum nutrit seruum.

Qui timeri, obseruari, coli uult à seruis suis, rarius cum ijs loquatur, rarius congrediatur: nulla ludicra cum ijs exerceat: nimia etenim familiaritas contemptũ parit. &, ut Plinius secundus inquit, Mitium dominorum apud seruos ipsa consuetudine, metus exolescit, Bernard.

Vbi uber, ibi tuber.

Indicat opulentiæ comitem esse fastum & superbiam. Apuleius. Terentius in Hecyra. Quia paullulum uobis accessit pecuniæ sublati animi adsunt.

Conclamare uasa.

Est signũ mouendi dare. Militare olim institutũ erat, ut cornicis signũ darẽt, quoties essent mouenda castra: id Cæsar uocat conclamare uasa: nam tũ quisq; cogebatur colligere uasa sua, itineriq̃ se apparare.

Pro aris & focis.

Crebro apud Romanos scriptores reperitur, pro aris & focis, quod idẽ ac sacra & prophana defendere. Originem habent ex sacramento militari: inter cętera enim milites etiam iurabant se pro aris & focis pugnaturos. Aul. Gellius.

Gradum figere.

Svmvntvr ab Athletis crebrę metaphoræ, vt: Gradũ figere: conferre gradũ: de gradu cedere: in gradum redire: de gradu pellere: de gradu primo prĕludere: eodem gradu occurrere. Gradum figere, est conceptam semel sententiam acriter defendere, & in ea persistere, vel, ut Cicero ait, argumẽtũ suũ prĕmere: quater eo ita Tertull. usus

usus est. Gradum cõferre, quod Cicero & Quintilianus dicunt pedem conferre, est initium disputationis facere & cominus aggredi. De gradu recedere, a sentẽtia recedere. In gradum redire, a sententiã & propositum reuerti. Eodem gradu occurrere, pro eodem telo & argumento obuiam ire.

Vinculis Hippocratis adligere.

Quę argumentis fortissimis roborata sunt, uel scripturarũ testimoniis, Hippocraticis uinculis adligata dicuntur. Hieron.

Vt sportulam furunculus captare.

Cum quis per fraudẽ quod sibi non debetur amplectitur, & alienũ ad se trahit, vt sportulam furunculus captare dicitur. Tertull. Natũ ab amiculis & clientibus Romanorũ potentiorũ, a quibus mane salutabantur, & per urbem incedebãt stipati, quibus uicissim sub uesperã dabãt honorariũ aliquod munusculum, sportulã uidelicet. Inter hos autem clientes & amiculos, cũ iam dandum esset munus, alii clam se immiscebant, uel ab absẽtibus sese submissos mẽtiebantur, quos furunculos uocabant.

Totam spirare Arabiam.

Τὼ ὅλω ἀραβίαν ὑποπνέεται, i. Totam Arabiã spirare, est, vnguẽta pretiosa, ut olim in vsu veterũ fuit, aut nũc, moschũ olere. Arabia ponitur pro odoribus & vnguẽtis. continens pro contento. Lucretius.

Calatum Sycaminorum in malis habere.

Aristoteles ὦ πόθης αὐτὸν ἐν συμμείνων τάλαρον, i. Videris esse ipsum Sycaminorũ calathũ, in eũ dicitur, qui faciẽ & mala hypopio aut cerussa fucarit, quem ὑποπιασμένον Græci uocant.

Personam non faciem gerit.

Οὐ πρόσωπον ἀλλ' προσωπεῖον φέρει. dici potest in homines perfrictæ frõtis, qd̃ nihil pudet, & maxime in mulieres meretrices, quæ faciem stibio, & cerussa fucant. Iul. Pollux.

Tabernariam exercet fronte.

Καπηλείαν ἀσκεῖ προσώπῳ. Superiori simile est, & in eosdem dicitur. Pollux.

Formosus sine pulchritudine.

Ὡραῖος ἄνδρ καλλος. Nõ dissimile superioribus, in eos dicitur, qui pigmentis exoticam formam adsciuerunt. Aristoteles.

Omni fune remisso.

Πάντα κάλων ἀνεὶς, i. Omni rudẽte remisso. Contrarium est eius quod habet: Πάντα κάλων σείειν. hoc est, Omnẽ mouere rudentem: hoc autem significatur summa diligentia: illo uero summa omnisq; negligentia & ignauia. Pollux.

Sine persona lasciuire.

Demosthenes: Εν τῇ πομπαῖς ἀνευ τοῦ προσωπείου κομάζειν, In pompis sine persona aut larua lasciuire. Dicitur in eos qui nihil non palam & aperte facere audẽt, quibus imprudentia ipsa loco προσωπείου, i. personæ, aut laruæ est.

Per eandem lineam serram reciprocare.

Competere uidetur, in eũ, qui semper idem argumentũ tractat & eandem cãtilenã canit. Sumptum a sectoribus lignorum, qui partes trabium secandas prius solẽt lineis distinguere: qui se semper hæreant in eadem linea, raro quidquam absoluent.

Ad scamma producere.

Hoc est, In certamẽ uocare. Ab Athletis sumptũ est, cuiusmodi multa in libro ad martyres apud Tertullianũ sunt, σκάμμα qd̃ sit uide in adagio: De scãmate egredi.

Ferrum uirum attrahit.

Ελκει τε ἄνδρα σίδηρος. In oĩre & ad omnem rem multum ualent oculi. Sic uisa solum fęmina ad amorem accendit, uisi inimici mouent dolorem, ferrũ uisum trahit ad bellũ. Tertull. Græco dixit hemistichio, quod alicubi apud Homerum legitur:

Ελκει δέ τε ἄνδρα σίδηρος. i. ferrũ uero uirum trahit.

Eloquentia male sine moribus discitur.

Antiqui morum probitatẽ semper anteposuerunt facundiæ. Orator inquit Cato, vir bonus dicendi peritus. Lege Ciceronis præfationẽ libri de Inuentione primi.

Vinalia sine uino expediri non possunt.

Varro in libri de Lingua Latina prĕfatione. Multa, inquit, societas uerborũ, nec uinalia sine uino expediri, nec curia calabra sine calatione põt aperiri, quib. dictis prouerbialibus sese excusat, si in libris suis quædam

quædam afferat, quæ absuediora videãtur. Nõ enim potest fieri, ut ille, qui nominum origines conatur explicare, non interdum dicat, quod ab omnibus non probetur.

Volsellis pugnare cum gladio.

QVI fragilia argumenta ad rem quampiam probandam afferunt, dicuntur uolsellis cum gladio pugnare.

Bene consulit, sed malefacit.

SENARIVM prouerbialem ex Anaxandrida Arist. citat, ἡ πόλις ἐβούλεθ', ἢ νόμον οὐδὲν μέλει, hoc est, Vrbs consulit, cui nulla legũ cura est. Dicitur in omnes qui recta quidem consulere norunt recta autem facere nolunt. Non absimile huic quod habet Cicero in Catone: Athenienses sciunt quæ recta sunt, sed facere nolunt.

Soracus malorum.

Κακῶν σώρακος, idest, Malorum corbis dr eadem prouerbiali forma, qua ἀγαθῶν ἢ κακῶν ἄμαξα, i. Bonorum uel malorũ plaustra pro ingentibus & malis copiosis. Aristophanes: κακῶν τοσοῦτον σωρὸν ἐμοὶ σώρακον, i. breuibus malorum ipsum mihi corbem refer.

Tanquam super spinas incedere.

Ὥσπερ οἱ ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν βαδίζοντες, idest, Tanquam super spinas incedentes, dicuntur à Luciano equites, qui obtortis cruribus, & contractis equitant:

Ex cubitis canere.

Ἐπὶ ἀγκῶνος δειπνεῖν. Dicitur in delicatos, & aulicos, qui quiduis sibi permissum putant & decens.

Πτωχομύσος.

SIGNIFICAT Grammaticulum, uel Rhetorculum, uel potius rabulam forensem, qui literas ob nihil aliud, quam uentris caussa & ad quæstum scire uidentur.

Orestis somnium narrare.

IS dicitur, qui absurda loquitur. Sic Galenus Thessalo insultat: Quiescendum miserrime in stratis tuis: namque haud uides quæ tu putas nosse probe. Orestis mihi somnium narras Thessale.

Κριόμυζοι.

LICEBIT in imprudentes interpretari, quod scilicet more arietis tanq̃ cornibus quẽlibet impetãt, qui mos fere indoctorũ est, κρίος enim idem quod aries. Galenus.

Pituitam à naribus allio & cæpe detergere.

VSVRPATVR à Galeno aduersus stupidos, demonstratiuæ methodi & dialecticæ imperitos, necnon deprehensos & argumentis conuictos.

Ne Mercurius ipse quidem cũ Musis sanarit.

ET hoc à Galeno in stupidos dictum legitur, & omnium rerum ignaros.

Sua fronte.

SVA fronte proponi dicitur, quo libere & aperte, non autem coacte aut occulte. Tertullianus.

Romana libertas, Latina libertas.

SVMMAE libertatis olim erat populus Romanus, ut qui nulli subessent regi, principi, aut Imperatori: ipsi uero infinitis nationibus, reginis & regibus imperarent. Nonnihil tamẽ inter Romanã & Latinam libertatem interest: plus enim Romana, iuris minus Latina habet. Saluianus.

Quidquid licet, minus desideratur.

QVIDQVID inquit D. Hiero. licet, minus desideratur, ergo è contrario, qd̃ non licet, fomẽtum accipit desiderij. Ouidius.

Quod licet ingratum est: quod non licet, acrius vrget,

Et alibi:

Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.

Omnium rerum, inquit Plinius, cupido languescit, cum facilis occasio est.

Literarum radices amare, fructus dulces.

INDICAT aditum ad literas esse difficilem multisque laboribus & uigilijs constare, ipsarum uero possessionem iucũdam & dulcem. Hieronymus. Idem expressit Horat. in arte poetica:

Qui cupit optatã cursu cõtingere metã:
Multa tulit, fecitq; puer, sudauit & alsit.

Introite, nam & hic dij sunt.

LAVDABILE Heracliti dictum: Introite, nam & hoc dij sunt: admonet ut libros quã familiarissimos nobis reddamus, studiaq; colamus, ex quibus omnia arcana mysteria licebit haurire, & non deos tantum videre, sed etiam cum ijs familiarissime colloqui dabitur. Aullus Gellius.

In communi pisce non insunt spinæ.

Ἐν ξυνῷ ἰχθύϊ ἀκανθι ἐκ ἔνεισιν. Vt cõpetere in heluones & gulę nepotes, qui fraudatis alijs apposita, quique priusquam sortiti

sorti sunt, communia deuorant, absumunt. Plutarchus.

Εὖ κακῶς.

GRAECI sine connexione pro eo, qd̃ est mediocriter perinde, atque si Latine dicas, bene male, quo licebit quoque uti, indicare uolentibus nobis uitam humanam, partim ex prosperis & lætis, partim ex tristibus & aduersis constare. Euripides.

Beta sapientum.

Τῶν σοφῶν βῆτα. In eum competit, qui in aliqua re, nec primus nec infimus est. In Erathosthenem dictum fuisse auctor est Strabo, ut qui non primas, sed secundas inter doctos teneret. Theocritus.

Omnis virtus est mediocritas.

VETVS Academia dixit uirtutes oẽs, q̃dam mediocritatẽ esse moderatã. Cicero.

Vt Aedituus responsa numinis prædicat.

PROVERBIVM in eũ cõpetit, qui aliqd absẽs & memoriter dicit. Ædituus. vt à numine oracula accipiebãt, sic ore cõsulentibus, referebant, non ex scripto. Macrobius.

Qua in re clarus quisque est, ad eam properat.

Ἐν ᾧ βέλτιστος δοκεῖ εἶναι, αὐτὸς ἑαυτῷ ταῦτα διαῤῥίβει.

In quo quisque sibi excellentissimus videtur, in eo uersatur Aristo. Sic Ouid.

Scilicet est cupidꝰ studiorũ quisq; suorũ:
Tempus & adsueta ponere in arte iuuat.

Quot ilicis folia. Quot fluctus insulæ.

HYPERBOLAE prouerbiales, quæ de immenso numero, uel magna multitudine dicuntur. Plutarchus.

Ὅσον ὕδωρ κατ' ἀλιζόνος, ἢ ἄμφι πέτηλα.

Quot quercus folijs, quot fluctibus insula abundat.

Leguntur etiã & tales hyperbolæ apud Homerum:

Οὐδ' εἴμεν τόσα δοίη, ὅσα ψάμαθός τε κόνισε, i.

Nõ si tãta daret quot arenis litus abũdat:

Ouidianæ hyperbolæ de immenso numero hæ sunt:

Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos,
Æquore quot pisces, frõde tegũtur aues.
Quot cœlum stellas, tot habet tua Roma puellas.

Et alio loco.

Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hybla:
Cerula quot baccas Pallados arbor hẽt,
Littore quot conchæ: tot sunt in amore dolores.

Aristoteles huiusmodi hyperbolas puériles uocat, quod scilicet pueros & homines iracundos deceant, non graues uiros.

Deorum dona sæpe non dona.

CITANTVR ab Aristotele hi senarij:

Πολλοῖς ὁ δαίμων ἄκατ' ἔννοιαν φέρων
Μεγάλα δίδωσιν ἀτυχήματα, ἵνα
Τὰς συμφορὰς λάβωσιν ὀπφανεστέρας, i.

Multos deus non beneuolenti pectore
Ad summa rerum protrahit fastigia,
Vt inde grauius postea miseri cadant.

Indicant summæ felicitatis plerunque comitem esse insignem calamitatem, nec temere esse, si quando homines nimia rerum omnium prosperitate utantur.

Bene Claudianus:

Tolluntur in altum
Vt casu grauiora ruant.

Αμπιλουργεῖν, φορμοῤῥαφεῖν.

EST putare, uel in modum storeæ aut sporte consuere. Inde, qui in angustias aliquas pelluntur, & in nassam quandam inducuntur, prouerbialiter dicuntur φορμοῤῥαφεῖσθαι. Æschynes.

Determinare fossam.

HOC est, Concludere aliquem intra circulum, uel certum aliquod spatium, extra quod egredi non debeat: Sic usus Tertullianus: Hanc tibi fossam determinauit ipse, qui te non uult aliud credere, quam quod instituit, ideoq. nec quærere.

Oculis clausis agere, uel perstringere.

DICVNTVR qui indistinctè & nullo iudicio agũt, & minime cernẽtes quid facere oporteat. D. Aug. Quæ tandẽ vis, nisi cæcitas & uanitas animi cogit hominẽ clausis (vt dicitur) oculis tanq̃ in alterum iacere, quod cum in eum iecerit, cõtinuo redeat.

Cera & ære nobilis.

CERA & ære nobilis dicit̃ cuius nomẽ & scriptis & statuis celebratum est. Romani maiorum egregia facta & literis mandabant, & in foro statuis honorabant. In cereis

cereis autem tabellis olim scribere solebant, & ex ære statuas formare.

Hippodromica bona.

ITA uocat Chrysostomus, bona huius mundi, quæ more celeris equi cito discurrunt, & transuolant.

Sub tunica & sinu.

QVOD occulte, non palam fit, id hodie prouerbialiter dicitur fieri sub pallio. Tertullianus paullo elegantius exprimit: Sub tunica & sinu.

Sub pallio condere.

PRAECEDENTI adsimile, de eo quod clam & occulte adseruatur, non autem palam ostenditur. Galenus:

Ἔξω κακῶν.

ID est: malum foras, eadē forma dicitur qua, ἔξω βάλιμον, i. Foras famem. Tertull. Vti licebit quoties deprecari malū aliqd, aut infortunium uolumus, ut etiam exclamare solemus: dij meliora. Sic enim Græcorum ἀφήμει circumloqui: Cicero solet.

Felix & faustum sit lumen.

VARRO auctor est, Græcos cum lumen infertur, dicere solitos, φῶς ἀγαθόν, idest, faustum sit lumen.

Elige vitam optimam.

Ἕλε βίον τὸν ἄριστον, ἡδὺ γὰρ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει. i. Elige vitam optimam, hanc enim iucundam reddet consuetudo. Pythagoræ sententia ad virtutem commonentis. Plutarchus.

Cum aquila esse queas, inter graculos primas ne opta.

CONVENIT cum superiori Pythagore dicto. Optima autem semper sectanda sunt, circa quæ deficere laudabilius est, q̄ in vilioribus superare. Nazianzenus.

Lydia arena.

Λύδιον ψῆγμα, i. Lydium psegma, de re pretiosa, & auri plena dicitur. Basilius in homelia ad nepotes, est ψῆγμα arena, ex qua aurum expurgatur, quæ apud Lydos copiosa est. Statius: Viue Midæ gazis, & Lydo ditior auro.

Pythia Mysi talenta.

DE thesauro maximo & diuitijs amplissimis.

Hortus altera succidia.

SVCCIDIVM dicitur Lardum suillum, ponitur hic pro carnario, cuius vicem hortus implet: nam vt Plinius inquit, expedita res & parata semper, neque egent, igni, qui hortos habent. Crudis enim cibis facile vescuntur & cōctu facilibus. Seneca.

Ad solarium versari.

DICITVR in adsentatores, & parasitos, & amicos illos ollares, qui curiosè solent umbram solarij obseruare & tempus cenæ inde discere. Cicero.

Suaue me suffocet.

PARASITORVM & gnatorum prouerbium est, de his qui gulæ, luxui, & delicijs dediti sunt, commode dici poterit, suaue eos suffocare. Chrysostomus.

Da mihi hodiernum, tu sume crastinum.

HOC est, fruar ego hac uita, tu futura. Dictū, quod in ore habere solebant homines voluptatibus addicti. Chrysostomus.

Sal patriæ pluris faciundus est, quam hospitis mensa.

DICTVM Æschinis, quo significatur, plus deberi patriæ & ciuitati, quam amicus, aut ulli necessitati.

Centum viri unum pauperem spogliare non possunt.

PAVPERTAS omni caret metu, intrepi de vbique uersatur, nullos metuens fures, nullos latrones. vnde Horatius:

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Maxima paūpertas propugnatione defenditur, quam nullus rex, nullus Imperator vincere potest. Chrysostomus.

Qui honorat, seipsum honorat.

VVLGO dicitur honorē nō esse apud honoratum, sed apud honorantē. Aristoteles.

Expumicare.

PRO, expurgare & expolire in usu fuit. Vsus enim pumicis est in chartis læuigādis & sordibus detrahēdis. Tertull. Similia ferè sunt: exasciare, edolare, interpolare, colophonē imponere, ad vmbilicum ducere.

Studium generat studium, ignauia ignauiam.

VBI semel bonum opus cœptum est, resumēdum est, donec habitum consequamur: quem ubi semel consecuti fuerimus, non erit quod ipsum deserere poterimus, cuiusque enim rei dulcedo cui adsueti sumus trahit. Chrysostomus.

Ne

Ne hoc quidem male.

Οὐδ' ὅλως κακῶς, i. Ne sic quidē male. Quo licet uti ubi res licet præter spē aut institutum, non infeliciter tamen cecidit. Plutarchus cōmentario περὶ θυμίας. Originē habet a priuigno, qui cum aberrans a cane quē lapide petebat, percussisset nouercam, οὐδ' ὅλως κακῶς dixit.

Ratio sapienti pro necessitate.

PROVERBIALIS sententia qua docetur, sapientem nihil metu adactum aut necessitate, sed consilio omnia facere. Plinius Iunior.

Quod dubites, ne feceris.

BENE (inquit Cicero) præcipiunt qui uetant quidquam agere, quod dubites æquum ne sit an iniquum, æquitas enim luet per se, dubitatio autem cogitationem significat iniuriæ.

Nihil desperandum & nulli rei fidendum.

NEMO desperet quod non habet, nemo confidat ijs, quæ habet.

Seneca in Thyeste:

Nemo confidat nimium secundis:
Nemo desperet meliora lapsis.

Indigentia mater sanitatis.

A medicis sumptum, qui parsimoniam & ciborum parcitatem cōmendant. Chrysostomus ad animam trahit, qui non corpora ieiunio solum roborari, sed & animā a uitijs expurgari docet.

Domi militiæque.

PRO quo Græci dicunt ἐν εἰρήνῃ καὶ πολέμῳ, i. In pace & bello, de eo dicitur q̄ & semper & nusquam non utilem seipsum præbet. Æschines.

Eodem iugo urgeri.

PRO eadem necessitate dicitur, sumpta metaphora a iumentis iugalibus. Tertull. potest etiam dici tanquam in eodem periculo uersari, ut in eodem luto hærere, ita eadem naui esse.

Mulum de asino pingere.

DICI potest quando exemplar & res effecta non multum inter se distant: uel quando ineptiæ ineptijs repræsentantur, uel mendacia mendacijs astruuntur. Magna similitudo inter asinum & mulum est. Tertullianus.

Repente tanquam procella.

HOC utimur, cum significare uolumus, aliquid subito euenisse: εἰτ' ἐπὶ τούτοις τῷ καιρῷ ῥύτωρ ἐξαίφνης ἐκ τῆς ἡσυχίας ὥσπερ γνόφος ἐφάνη, i. Deinde subito rhetor illo tempore ex tranquillitate, ceu procella uenti apparuit. Demosthenes.

Vltra pedem.

Ὑπὲρ τὸν πόδα. Vltra pedem, idest, Vltra vulgarem modum & uiuendi consuetudinem. De sumptuosis dicitur.

Sufflaminare.

VSVS est Hierony. pro cohibere, compescere & retardare: nam sufflamen retinaculum est quo una rotarum religatur, ne currus in præceps ruat, si quando uia est pronior. Vnde Iuuenalis:

Ipse rotā stringit multo sufflamine cōsul.

Tempore pacis cogitandum de bello.

Ἐν εἰρήνῃ μελετέον τὰ πολεμικά. Admonet prouerbium in tempore de necessarijs prospiciendum esse, Lucianus.

Panis prior prora.

Πρότερόν ἐστι τῆς πρῴρας τὸ φυράσαι. i. confectio panis prior est ipsa prora. Vti licebit tum cum persuadere uolumus, ut id quod maxime necessarium est, anteponatur ei quod minus: tum ut ordine res quēpiam agatur. In hunc sensum tanquā adagio usus est eo Demades rhetor, cū Athenienses iuberent triremes è naualibus producere, easq; milite complere, deficientibus interim pecunijs bellorum neruis. Lepos dicti in hoc situs est, quod licet prora anterior & prior pars nauis sit, tamē aliud prius est expediendum in bello nauali, ut scilicet de victu & commeatu prospiciatur. Plutarchus.

Mithrij pœnas sustinere.

MITHRII pœnas sustinere, pro grauissimas pœnas sufferre dicitur. Nazianzenus.

Pharus.

ELEGANTER vsurpatur hęc dictio Pharus à Tertulliano, eo modo, quo a poetis Ara, arx, portus, anchora, & similia. Fuit Pharus altissima Ægypti turris, q̄ nocturnis ignibus naues ad portum dirigebat.

Intra quatuor esse.

Ἐν τοῖς τῆς τετράρων εἶναι. Pro eo quod est, intra ianuā esse, in ædibus, uel in tuto, familiaris loquendi modus apud Græcos. Iul. Pollux. Simili schemate etiam dicitur, Intra quadrangulum esse, pro eo, quod intra propriam domum, uel in tuto.

In portu dormire.

Ἐν λιμένι καθ' ἡδεῖαν. Hoc est in tuto & extra omne periculum esse, & tranquillam agere uitam: Chrysostomus.

Ager quàm multos habuisti, & quam multos habiturus es dominos.

CITATVR a Chrysostomo ex his, quæ vulgo dicuntur: quod & ad domos, pecunias, vestes, ornamenta, & terrena omnia rectissime dici potest: indicat quæ huius seculi sunt relinquenda esse, solam uero uirtutē & recte factorū conscientiam nobiscum ad supercelestem illam uitam commigrare.

Manuarium æs.

MANVARIVM ęs, videtur uocare Gellio illud, quod in commune confert is, qui in certaminibus lusibusq. factus est inferior.

Briarei manus inijcere.

HOC est, Furaces & uiolentas. Hinc q iniustam opulentiam colligunt, & facultatibus præda & rapinis partis ditantur, dici possunt Briarei manus inijcere. Briareus gigas fuit, cui centum brachia & manus fuisse dicuntur, sæuissimus & immanis pyrata. Nazianzenus.

Fluuij cursus non detorquendus.

SENTIT prouerbium, naturę non debere fieri uim, sed ad quod vnumquodq; natum est, eo adhibendum.

Κωμωδοτραγωδία.

COMODOTRAGODIA, res dicitur ex lætis simul & tristibus constans. Haud illepide sic appellatur uita humana, quæ nunc prosperis, nunc aduersis rebus utitur. Item & matrimonium. Porphyrius.

Pauca male parta, multa bene comparata perdunt.

MVLTVM ad finis hęc Chrysostomi sententia Plautinæ est:

Male partum male disperit.

Ad oculos magis, quàm ad vesicam pertinet.

DE re dicitur, quæ uoluptatem magis & oblectationem, quàm lucrum creat. Vesica ponitur pro pecuniarum receptaculo: nam porcinæ & bubulæ uesicæ in eū usum a ueteribus haberi solebant. Varro.

Bos in lingua.

POLLVCIS sentētiam apud Homerum: χρύσεα χαλκείων, &c. docentis fuisse commutationem rerum citra nummos, & sic permutationem, non uenditionē comprobat Paulus iureconsultus libro Pandect. 18. tit de contrahenda emptione. Plutarchus scribit Theseum nota bouis nummū signasse, ex quo hoc prouerbium, de ijs q corrupti pecunia tacerent, ut Demosthenes, cum dictus est argentaginam pati: addam illud Philost. in Sicopel. βοῶν ἀφωνίας ἐπὶ γλώττην βεβλημένος.

Conscientia crimen prodit.

CONSCIENTIA nihil aliud est, quam secretum, & quod falli non pōt facti nostri iudicium, & mille testes, ut dici solet. Nā sua quemque fraus, & suus terror maxime vexat, suum quemq; scelus agitat, amentiaq; afficit, suæ malæ cogitationes, conscientiaęq; animi terrent. Cice. pro Sexto Ros. Ame. Paulus Pandect. lib. 40. tit. 9. qui & a quibus manumissi liberi: & imperator Antoninus Calpurnio Critoni rescripsit, eo tempore quo quis propter facinorum suorum cogitationem iam de pena sua certus esse poterat, multo plus cōscientia delictorum, quam damnatione ius dandę libertatis eum amisisse. Post sub finem; conscientia animam uerberat.

Patere legem, quam ipse tulisti.

PAVLVS lib. Pandect. 32. tit. de legatis & fideco. cap. 32. ad hoc vulgo iactatū pro uerbium adlusisse uidetur. Decet enim imperatoriæ maiestati, eas seruare leges, q̄bus ipse solutus esse uidetur. Vnde Claudianus: In commune iubes, si quid cēsesve tenendum primus iussa subi: tunc obseruantior æqui fit populus. nec ferre uetat, cum uiderit ipsum auctorem parere sibi.

Tonderi pecus, non radi debet.

IN principes grauiora consuetis vectigalia imperantes. Tiberius Æmilio racto Ægypti prætori rescripsit: Tonderi pecus se uelle non radi. Cuius dictū istud recenset ita Dion. κείρεσθαιμὲ τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐκ ἀποδύρεσθαι βούλομαι, nimirū humaniter, haud mancipiorum modo tractandos prouinciales innuēs. Sunt enim qui rem exactius, quam sat est, ac morosius excutiunt, & ad uiuum cutem resecant, quod alio prouerbio ad viuum usq. radere dicitur, ut & Boni past. est tondere pecus nō deglubere.

Tem-

Temporibus seruire decet.

LVCANVS ad Calphurnium Pisonem:

Temporibus seruire decet, qui tempora certis.
Ponderibus pensauit, eum si bella uocabunt,
Miles erit. si pax, positis toga gestiet armis,
Nunc fore pacatum, bellantem castra decebunt.

Cicero lib. de finibus tertio commemorat inter præcepta ueterum sapiētum, quę constat prouerbiorum uice celebrata: Quę que sunt, inquit, uetera pręcepta sapientū qui iubēt tempori parere, & sequi Deum, & se noscere, & nihil nimis. Pro parere, sunt qui parcere legunt, Adfinia sunt, Seruire scenæ. & Vti foro.

Pygmæi uel Thiodamas cum Hercule.

AMMIANVS lib. 22. ubi Iuliani imperatoris animi inuictam constantiam & susurronum contemptricem laudat, prouerbialiſchemate illud extulit: Frustra virum circumlatrabant immobilem occultis iniuriis, vt Pygmæi vel Thiodamas agrestis homo Lindius cum Hercule. Innuit enim Iulianum nihilo magis commotum fuisse blateronum aulicorū iniuriis dicterijsque quam Hercules Pygmęorū adsultibus ex territus fuerit, immo ea ipsa contempsisse risisseq. uelut Thiodamantis Lindij probra conuiciaque inultus neglexit Hercules. Ad illud de Pygmæis adlusit Alciatus iurisconsultus in Emblemate quodam, in eos, qui maiora uiribus aggrediuntur, suæ imbecillitatis non conscii, quod hunc in modum habet:

Dum dormit, dulci recreat dum corpora somno.
Sub picea, & clauam ceteraq. arma tenet
Alcidē Pygmæa manus, pisternere letho
Posse putat, uireis non bene docta suas:
Excitus ipse, uelut pulices sic poterit hostem,
Et sæui implicitum pelle leonis agit.

De Theiodamantem hæc est fabula. Cū in Theiodamantem Lindium terram aratro proscindentem ex improuiso incidisset famelicus Hercules, alterū ex iugo boum iugulat illo præsente, & deuorat, quā ille in iuriam maledictis fuit aggressus. At iste illum sibi amarissime conuiciantem cum risu, & cachinis audiit. Sunt qui Herculem bis integrum deuorasse bouem scribunt, semel apud Lindum urbem, & iterū apud Driopas Thiodamantis bouem.

Amor fit ira iucundior.

ISTVD præterquam quod usu uerum esse intelligitur, testimonio etiam atque auctoritate Plutarchi confirmatur, in commentario, quem ἐρωτικῶν uocauit: Quemadmodum enim, inquit, cum è nubibus exijt sol, at post caliginem denique feruentior est: ita amor cum intercessit ira aut suspicio, pace facta, recōciliatisq. animis incūdior est atq. acrior. Plautus præterea simulatū Amphitrioni Iouē idē induxit loquentē: verū iræ, si quæ forte eueniūt huiusmodi, inter eos, rursum si reuētum in gratiam est, Bis tanto amici sunt inter se, quam prius. Hinc Terentius in Andria: Amantium iræ, amoris integratio est.

Voluptas malorum esca.

VOX Platonis grauis in Timęo, πρῶτον μὲν ὁ διονὺ μέγιστον κακῶν δελεάρ. A Cicerone in libello de Senectute, ita expressa: Diuinus (inquit) Plato esca malorum uoluptatem appellauit, quod ea uidelicet homines capiantur ut hamo pisces. Sed a Plauto in mercatore, in Latinum prius uersa: Demipho, Sapientum illud dictum te audisse reor sæpius, uoluptas est, malorum esca, quod ea non minus homines, quam hamo capiantur pisces.

Cœna sine sanguine.

DIPHILVS comicus, cęnā sine sanguine uocauit, quam Plutus terrestrem appellauit. Ambo autem tenūem pauperemque hoc est, uilibus dapibus instructā mensam intellexerunt, ille obquam ornandam nullæ cęsę forent animantes, hic ob olera. Carmen autem ipsum Diphili ex Atheneiſexto libro Dipnosophistarum hic apponam:

Ὅταν μὲ καλέσῃ πλούσιος, δεῖπνθν ποιῶν,
Οὐ κατανοῶ τοὶ γλυφ' ὐδὲ τὰς σέγας,
Οὐδὲ δοκιμάζω τοὺς κορινθίους κιάδας.
Ἀτενὴς ὑ τηρῶ τοῦ μαγείρου τὴν κάπνον.
Κἂν μὲ σφενδρὸς φερόμυρος, εἰς ὀρθὸν τρέχῃ
Γέγηθα, κὴ χαίρω κὴ πέρυσομαι.
Ἐὰν ὑ πλάγιος, κὴ λεπτὸς ἀθὺς νοῶ
Ὅτι τοῦτό μοι τὸ δεῖπνον ἀλλ' ὐδ' ἀμ' ἔχει.

Inducitur autem parasitus ab eleganti facetoq. poeta ita loquens:

Pisces magni paruulos comedunt.

Id apud Græcos & maiores nostros in usu fuit, & adhuc hodie uulgo nos usurpamus cũ de iniuriis opulentorũ querimur, significamusque nouum non esse, quod tenuiores exuantur patrimonio a potentioribus. sumptum ab animante immani, atque experte omnis humanitatis. M. Varro in Menippeis libro quem Margopolim siue περὶ ἀρχῆς inscripsit, apud Nonium: Natura humanis omnia sunt paria, qui pote plus vrget, pisces vt sepe minutos magnus comest, ut aues enecar accipiter Polybius 15. li. historiarum: ἐν δ' ἓν καθάπερ οἱ τύραννοι βραχεῖαν δέ τινα προβαλλόμενοι τῆς αἰχμῆς πρόφασιν, ἀλλ' ἐξ ὅτ' ἀναίδεια καὶ θηριωδῶς ἔχοντες, ὥστε προσόφλειν τὴν λεγόμενον ἐπὶ χθόνα βίον, ἐν οἷς φασὶν ὁμοφύλοις εἶναι τὴν μείονος ἀπώλειαν παμμέγεθεν προφῶ. γίνεσθαι καὶ βίον, i. Nec faciunt (inq.) hoc more tyrannico, sed modicũ aliquẽ dedecoris prætextum præmittunt, & cõfestim impudenter ac ferociter fic agũt, ut atrocitas ipsorum, uitæ piscium conformari possit, de quibus fertur, qd cũ eiusdẽ generis sint, nihilo tamẽ minus minorum perditio, maiorum sit cibus & vita.

Gutta cauat lapidem.

Hoc Ouidiano hemistichio ex quarto lib. de Ponto utimur, quoties temporum diuturnitate omnia absumi significamus:

Gutta cauat lapidem, consumitur annulus usu,
Et teritur præssa uomer aduncus humo.

Chærilus: Πέτραν κιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ,

Hunc uersum citat Simplicius in commentario suo in octauum librum Naturalis auscultationis, quem his uerbis Lucretius protulit:

Nonne uides etiam guttas in saxa cadentes
Humoris, longo in spatio pertundere saxa?

Pro incerta spe, certa præmia.

Sallvstivs in Cõiuratione Catilinę de Allobrogibus loquens, diuersa consilia animo uolutẽtibus, inquit enim Pro incerta spe, certa præmia. Animaduertendũ prę terea an cum idẽ de bello Iugurtæ narrat ita: Metellum regi Boccho suauisse, quanquã opibus suis consideret, tamẽ nõ debere certa pro incertis mutare, respexerit (vt puto) ad sententiam uersus Hesiodi, ualde celebratam, inquit enim sapiẽs ille poeta:

Νήπιος, ὃς τὰ ἕτοιμα λιπὼν, ἀνέτοιμα διώκει. hoc est,

Stultus, qui parata relinquit, & imparata persequitur.

Theocritus in Cyclope: ἢ τρέεσαν ἀμάλγε, τὶ φεύγοντα διώκεις. Mulge p̃ sentem, quid enim fugientem secaris? Vbi scholiastes Hesiodi uersum citauit. Hoc age igitur, quod præsens, quodq. præ manu est, & in id tibi mens intenta sit: de eo cogita non interea inanes cupiditates & uana somnia sequaris. Plautus autem apertius illam uertit, cum Pseudolum, callidum seruum secum philosophantem induxit, in aliisq. multis dicentem; Stulti haud simus, frustra ut simus, quam quod cupienter dari, petimus nobis, quasi quid in rem sit, possimus noscere. Certa amittimus, dum in certa petimus, atq. hoc euenit, in labore atq. in dolore, ut mors obrepat interim. Hoc autem prouerbio monemur, ut præsentibus commodis fruamur, & absentium cupiditate nos non excrucie mus. Iuxta hoc Philemonis comici, ἐὰν δ' οἷς ἔχομεν, τοῖς γε μὴ δὲ χρώμεθα. Eundẽ habet sensum quod alibi nobis dictum est. Præstat possidere, quam persequi.

Cœna terrestris.

Αἰ δ' οὐκ ἔχομεν ζητοῦμεν, ὧν μὲ δία τυχὼν, Ὧν ἢ αὐτοὺς ἐσύμεθ' ἐστερημένοι.

Si præsentibus non utimur.
Absentia quærimus, his quidem nostra culpa,
Illis uero per fortunam priuabimur.

Narrat enim se dissẽtire ab ingenio multorum, qui cũ uocati sunt ad cenã à diuite aliquo, fortunatoq. homine statim domũ introeuntes laudãt triglypha, tecta laquearia, corynthiaq. uasa, coniectis in huiuscemodi ornamenta ædium oculis, se namq. his rebus spretis, intentis oculis respicere fumum culinæ, quod si ille impetu quodã directo latus sit, se gaudere, ac præ gaudio exultare. Cõtra autẽ si obliquus ac tenuis ilico cognoscere cenã, quod ei uehemẽter dolebat, sanguinem non habituram. A signo igitur ille iudicat se male acceptũ iri: neque enim huiuscemodi cena ipsum delectabat. Plautinus cõtra senex in Captiuis, parasitum ludit ostendens se huiuscemodi cenam ei daturum: Asper meus uictus sanẽ est, cui ille: Sentisne esitas? Sequit; Agio. Terrestris cœna est. Par. Sus terrestris bestia est. Aeg. multis oleribus. Par. curato ægrotos domi. Nihil autem inimicitius esse oleribus parasito, & hic declarauit, & apud eundem Græcum comicum in Mercatore, quidam qui accusat alium & pisces & aues, & omnes demũ delicatiores escas coementẽ, Inquit enim sumptibus & uoracitate illius fieri, ut ipse, & uniuersa ciuitas necessario ad olera redigatur, ac pugnent sæpe, contendantq; inter se de apijs, ut in Isthmijs fieri solebat: quorum certaminũ corona uictoriæ præmium erat ex apio. Nam iocatus in hoc lepide est. Inquit: οὐκ ἐστὶν ὑχθηρὸν τοῦτο μεταλαβεῖν. Συῆκας ἡμῶν εἰς ταλαχανατῶν πόλιν. Περὶ τὸ σελίνου μαχόμεθ' ὥσπερ ἰσθμίοις.

Massilenses more.

Plavtvs in Casina Massilenses mores quos miris laudibus Strabo & Cic. in oratione pro L. Flacco efferunt, tamquam optimos & probatissimos dixit: Vbi, inquit tu es qui colere mores Massilienses postulas? Massilianam enim peregrinationẽ pro Attica disciplinę gratia suscipiebãt Romani.

Ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται.

Graeco hoc prouerbio usus est Suetonius in uita Claudij, quo subobscure significare voluit se remediũ illi malo, quod ei fecisset, inuenturum, sublaturumq. Neronem quo stulto consilio, imperium ut res postea docuit, Britãnico eripuisset, Suetonij uerba hæc sunt. Et subinde obuium sibi Britannicum arctius complexus, hortatus est, ut crescere, rationemq. à se omnium factorum acciperet. Græca insuper uoce prosequunt, τρώσας καὶ ἰάσεται, hoc est, etiam læsus sanatur, uel à nullo sanari potest vulnus, nisi ab eo qui inflixit. Prouerbium autem hoc ab Achille ortum est, qui eadem hasta, qua Telephum vulnerauit, ipsum postea sanauit, Crebrum uero id est apud veteres auctores. Plutarchus in cõmentario, quem inscripsit περὶ τῆς ἀκύνου, de morsu quodam, qui in animi ingeniosorum adolescẽtium à Philosophia excitatur loquens dicensq; posse illum à ratione ipsa, quæ ipsum inflixit sanari, non minus ac plagam illam Teleph. manifeste ad hoc prouerbium respexit, cum etiam uerbis ipsis usus sit, quãuis uersum etiã Euripidis addat, quo Poeta ille eãdẽ rẽ tragice commemorarit. Verba Plutarchi hęc sunt: ἐ γὰρ μόνον ὡς Εὐριπίδης φησὶ, τὸ τηλέφου τραῦμα φρίσσοῦσι λόγχης θέλγεθαι ῥυήματα σιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν φιλοσοφίας ἐμφυόμενον ἀφυέσι νέοις δηγμὸν αὐτὸς ὁ τράσας λόγος ἴαται. hoc est: Neq. uero, ut auctor est Euripidis, solum Telephi vulnus ab eadẽ hasta, quæ illud inflixerat, senatum exstitit: sed etiam ingeniosi adolescentis, qui in philosophia probẽ est institutus, acceptus morsus eadem oratione vnde illatus est, emendari potest.

Tonitrus imbrem antecedit.

Hoc est post minas uerbera, ductum uerbum à lepida noce sapientissimi uiri, q. absurdos asperosq; mores uxoris patienter admodum tulit, quæ cum ipsi antea maledixisset: postea autem aquam in eum effudisset, Nonne inquit ille amicis, hoc futurum dixeram: ὅτι ξαντίππη βροντῶσα καὶ ὕδωρ ποιήσει. Vix enim Latine hoc pronunciari posse puto, ut maneat, in ea lepos elegantiaque, quæ in his uerbis pronunciata percipitur.

Nã tonitrus imbrẽ antecedere certũ est.

Campas dictis abigi.

Campas dictis abigi, Plautus in Trinũmo prouerbialiter dixisse uidetur de ijs, q. uerba non curarent, sed rem ipsam. Solent enim Campæ quibusdam carminibus extingui. M. Catoni sunt uermiculi æstatis tẽpore olera & arbores infestantes, nos brucas appellamus.

Dignus qui ranis ministres.

Nos vulgo uerbum hoc sæpe usurpamus, atque quoties uini ministratores reprehendimus, quod nimium aquæ ingerunt, uini ipsius uim penitus perdunt: Pherecrates apud Athenæum libro decimo, δειπνοσοφιστῶν; ἔρρ' ἐς κοράκας, βατράχοις οἰνοχεῖν σε δεῖ.

Fumus pulchriorem persequitur.

Hoc prouerbiũ non recens est, sed multis sæculis & apud diuersas gentes celebratum est, ac uiguit, quo fertur, fumum natura sua formosiorem totius domus sectari,

Aristophanes apud Athenæum libro sexto δειπνοσοφιστῶν: vbi parasitus in formosis tẽtandis, cum se reliquos superare dicere vellet, inquit in illis se sumumesse: ἐσταμένην πληγὰς, ἄκμων, καὶ κουδύλας. πλάττειν δὲ τελαμῶν, τοὺς καλοὺς τοιρᾶν, καπνοὺς.

Crispiores apio.

APVD epigrammatarios extat prouerbiali schemate dictum illud: ὀλοώτερον σελίνων, apio magis crispum. Quo spectat illud Aristoteleũ in Rhetorices tertio, σέλινον ὅλα τὰ σκέλη φορεῖ, apiũ crispa habet crura. Et Lucianus in Amoribus: πολὺ δὲ ἐν λειμῶνι ὀλοώτεροι σελίνων, multo crispiores pratensi apio.

Hylam vocare.

IVXTA Cium Missum fluuium, cui ciuitas adiacet: Item Cius dicta, à nymphis raptus fuit Hylas ab Hercule adamatus, quã ingenti uociferatione uocans Hercules nihil profecit. Vnde ꝓuerbium manauit, de uocantibus non audientes, Hylam uocare uide Theocritũ Eidyllio 13. quod Hylas inscribitur. Erudite descripsit eandẽ fabulam Apollonius Rhodius in fine primi libri Argonauticorum, qui sic ait: Herculẽ, cum regionem Driopum accolarum Parnassi transiret, uoluisse eripere bouem ad sacrificium Theiodamanti Driopi, quod cum ille prohiberet, ab Hercule interfectum & regionem direptam. Atq; Hylã infantem adhuc Theiodamantis filium è cunis abreptum, in familia Herculis educatũ, & ab Hercule adamatum, edoctũ, ac tandẽ, cum aquam peteret, raptum à nymphis.

Ἀργοῖς ἀεὶ ἑορτή. Pigris semper esse festum.

OLIM valde potentes fuere Tarentini, sed delicię eos perdiderunt, quia plures apud eos fasti dies per annum quam alij celebrantur, institutis propter ocium ac delicias continuis ferijs, unde & vulgari ꝓuerbio fertur: Pigris semper esse festũ. Hoc usus est Theocritus in Bucolicis. notatum est supra: ignaui semper feriæ.

Caracallæ nummi.

CONVENIT in eos, qui aliud prę se ferũt aliud tegunt, quiq; fuco corrupti sunt & pallẽt, in blandos vultu, sed animo uiruento, Dion autem narrat Antonium Caracallam in usu habuisse nummos adulterinos, plumbumq; argentatum, & æs inauratum, pro argento uel auro suis senatoribus dedisse. Hinc natum est prouerbium.

Fabula Milesia.

FABVLAE Milesię prouerbio dicuntur sermones nec ueri, nec uerisimiles nec in aliquem uirę usum parati & congruentes, sed tantum ad uoluptatem & extrahendũ tempus, uel in conuiuijs, uel in cœtibus uirorum ac fęminarum, qualia sunt etiam amatoria omnia. Ideoque Lucianus sermones amatoris uocat Milesios, & Capella quasdam poetarum fabulas, Scripsit nominatim de Milesijs Aristides libros aliquot μιλησιακῶν, & Apuleius asinũ, ex Lutiãi asino desumptum & concinnatum. Eiusmodi narrant uetulæ pueris ad focum ne plorent, aut molesti sint. Milesię à Milето Ioniæ, quæ de luxu, & delicijs malè audiuit, dicuntur.

Iyngem habet.

VSVS apud Græcos obtinuit, ut hi iyngem habere dicantur, qui uelut præstigijs quibusdam homines ad se amandum, prouocant. Iynx enim auicula est oblongo collo & lingua, crebrò collum circumagitans, ea ueneficæ ad excantationes utuntur, ut inquit Pindari interpres in Nemeis. Latinè tortucã nominare possumus è torquendo collo. Quidam putant eam esse, quæ alio nomine uocatur σειποπυγὶς, Latini motacillam uocarunt. Iynge uerò trahi ẽt prouerbiali figura dicitur à Theocrito edyllio 2. uersu qui repetitur.

Ἐκ πίνακος καὶ πιλαίας.

PROVERBIVM de re cõmentitia, quoniam in porticibus & tabulis depingi fabulæ solebant. Plutarchus in libello de particula ei inscripta foribus Delphici templi. Cæterum ista, inquit, prorsus ex porticu & tabula.

Mel satietatem gignit.

DIONYSIVS Halicarnasseus in comparatione Herodoti, & Thucydidis: Satietatem enim gignit, ait Pindarus, & mel, & dulces res uenereæ. Iam uerò illud in animo reputaui quã suauis & iucunda res sit in historia, scriptionis uarietas & immutatio. Laurentius

rentius Hunfredus de Nobilitate libro tertio. Sed quicquid nimium est, ingratum & inuicundum est, eiusq; omnis in fruẽdo suauitas amittitur. Theocritus in Megara: καὶ ἀφροσύνης κόρος ἐστί, i. & lætitiæ satietas est.

Ἐν τετράδι γυνὴ δίνα.

QVARTA luna natos prouerbiali schemate dicimus, quibus sinistra parumq; auspicata rerum omnium sunt initia. Quod ipsum non tam ad diem quartum, quam ad postremum lunæ quadrantem refero. Inter alia i uita Aristophanis legitur: διὸ καὶ ἔσκωπτον ἀριστόνυμος, τε καὶ ἀμειψίας τὲ τετράδι λέγοντες, αὐτὸν γεγονέναι, καὶ τὰ πάροιμίαν ὡς ἄλλοις ποιοῦντα, τὰ μετὰ τρῶγα γὰρ διὰ καλλιστράτε καὶ φιλονίδε καθίει δράματα, i. quare ipsum exagitarũt, seu cõtẽperũt Aristonimus & Amipsias dicẽtes, quarta luna (quod aiunt) natũ, quod aliis laboraret. nam primas fabulas per Callistratum & Philonidẽ exhibuit.

Aurum ex stercore colligendum.

HOC vtimur quotiescunque significare uolumus id, quod Plinius iam olim dictitabat, nullum librum tam malum esse, quin parte aliqua prodesse queat. Rectè etiam olim dictum esse puto, non quis, sed quid dicatur, considerandum. Modestiæ enim est, quod alicuius seculi commune linguæ fuit uitium, dissimulare. Nec enim uideo aurum minori esse in pretio quod in uase fictili hoc, illud in splendida area custodiatur. Nonne gallus Aesopeus dum uertit stercorarium, nitidam gemmã reperit?

Lydia arena.

ΛΥΔΙΟΝ ψῆφμα, specie habet prouerbii, quemadmodũ illa: Lydius currus, Lydius lapis. Apparet autem id de re non uili aut contemnenda dici, cum & multum auri in Lydia prouenire receptum sit, ut est apud Lucianum in dialogo, qui inscribitur Cõtemplantes. Hoc usus est Basilius ad nepotes: Et ex Lydia harena fit aurum.

Aquæ furtiuæ dulciores sunt.

EXSTAT inter Hebræorum prouerbia nõ dissimile senario Græco: λυκεῖα ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος, id est, dulce pomũ, cum abest custos. His uremur, cum significabimus impunitate malos ad peccandũ prouocari.

Mensæ Siculæ, Asianæ, Persicæ, & Italicæ.

PRAELAVTAE & oppiparæ dicebãtur. Plato Politicorũ libr. tertio: συρακουσίαν ὦ φίλε τράπεζαν, καὶ σικελικῶν ποιοῦν χίλιαν. i. Syracusanam amicè mensam, & Siculam in obsonii uarietatem, non uideris approbare. Idẽ in quadã epistola ad Dionis propinquos: ἰταλιωτικῶν τε καὶ συρακουσίων τραπεζῶν πλήρης. Lucianus i dialogo Simili ac Polystrati, καὶ τράπεζαν, inquit, ὑπὲρ τὰς ἐν σικελίᾳ. ac mensæ Siculis lautiores. Docet hoc libro duodecimo copiosè Athenæus. Persicis & Asianis deliciis nihil olim inquinatius nec mollius, de quorum delitiis in animos hominum impressa opinione, perpetuò inualuit Macrobius libro Saturna. septimo: modum eum seruat, qui sui potens est, & in mensa Sicula uel Asiana.

Dardaniæ artes.

DARDANIAE artes, ꝓ magicis usurpauit Columella lib. 10. Veniant (inquit) Dardaniæ artes. Dicta autem sunt a Dardano in signi (ut tradunt) mago, cuius commentariis diligenter perlectis, longè doctissimus euasisse Democritus memoratur. Consule Plinii lib. 30. c. 1. Apuleius, uel ipse Dardanus, uel quiq; alij post Zoroastrẽ. Euseb. li. d'αγγελ. προπαρασκ. 3. ὅτε ὁ δάρδανος, ὁ μύθος θεῶν καταδιδάξας, τὰ μυστήρια.

Neptuni, siue Maris filij.

SCRIBIT Gellius i 15. c. 21. ferocismos & immanes, & alienos ab omni humanitate tãquam in mari genitos, Neptuni filios dicere poetas cõsueuisse. Apud Plutarchũ autem in Dialogo: Sit ne rationis uis in bestiis. In marinis (inquit Aristotimus) nullum esse gratiæ sensum, amorem nullum, nec ingenii suauitatem: rectèq; Homerus ait, Glaucum te genuit de immansueto, & omnis societatis experte dixit quòd beneuolum miteque nil mare gignit.

Omnia omnibus annuit.

DICITVR in uaide senes, in quibus caloris naturalis inopia imbecillitate, imbecillitas tremore efficit, ita ut caput perpetuò motitates, oia omnibus annuere videãtur. Catullus in nuptias Iuliæ & Manlij.

Vsque dum tremulum mouens cana tempus anilitas
Omnia omnibus annuit.

Nec mulieri, nec gremio credendum.

Nec mulieri, nec gremio credi oportere, prouerbium est, quod & illa incerti & leuis animi est, & plerunq; in gremio positũ in obliuionem uenerint exurgentium, decidunt. Festus.

Plaustrum perculit.

Prouerbium rusticum, quo plaustrũ perculisse dicũtur, qui negotium aliquod euerterunt ac perturbarunt. Meminit Donatus in Eunuchum, ubi ait seruus: Perculeris tu iam me, id est, impellendo perturbauerit. Hoc usus est Plautus in Epidico: periit, plaustrum perculit: idest, euerti ac perturbaui rem falsa emptione. Percellere.n. est euertere, & ad terram.

Telum ira facit.

Idem ibidem. Telum ira facit. Huic consine est eiusdem: Furor arma ministrat. Qui non dissimile est apud Basilũ ad nepotes suos: τῇ παραφορᾷ γὰρ ὁ πιστὸς ἀνὴρ ἀπλῶς λεγόμενος, ἐὰν ἐχθρὸς θυμὸς ὁ πλίζει γένται. Tragedia.n. nequaquam est credẽdũ dicenti, inimicitias armabit ira manus. Plaut. in Mere. Perii, seditionem facit lie, occupat præcordia Virgil. 10. Æneid.

Spes addita suscitatiras:
Tela manumiaciunt.

Aufidus Hadriam retrò fugit.

Virgilius 11. Æneidos.

Amnis & Hadriacas retrofugit Aufidus undas.

Vbi Seruius admonet subesse prouerbiũ de re neque uerisimili, neq. cõsistente. Ad Iusum est ad paremiam Sursum uersus, sacrorum fluminum feruntur fontes. Cum prepostere hoc fieri uelit significare. Aufidus amnis oritur ex montibus Hirpinis, & Canusium præterfluit.

Lapides ad filum.

Vsvrpavit Basilius ad nepotes c. 6. cũ iubet ad honestarum artium præscriptum mores & studia nostra applicari & corrigi perinde quasi lapides iuxta Doricum prouerbium, ad filum, uel lesbiam regulam dirigentes, κατὰ inquit, τὸν δωρικὸν παροιμίαν, ἢ λίθον ποτὶ τὸ σφάρτον ἀγοντας. Exstat trochaicus apud Plutarchum in libro de Profectu ejus sententię πρὸς τὸν θυμὸν πέτρον τίθεσθαι, μὴ τὸν πρὸς τὸν σάθμιον, i. lapis amussi est, applicandus, non amussis ad petram.

Pythiæ Mysij talenta.

Prouerbii speciem habere uidetur, & illi confine esse Tantali talenta: Crœsi opes: dicitur enim utrunque de immensis opibus. Diuus Basilius ad nepotes cap. 15. τὰ τῶν Πυθίου τοῦ μυσοῦ, &c. At nobis nisi Pythiæ Mysij talenta, &c.

Rore pascitur.

Si hoc referamus ad prouerbium, transferetur ad ingenium, siue stylum ieiunum & aridum, aut per ironiam in hominem uehemẽter obeso corpore, Theocrit. 1. Nomeo Batto: μὴ τῶν κὰς σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ. Nunquid rorem depascitur ut cicada? Cicadas autem rore ali, testis est Plin. lib. 12. c. 26. Ore carent, sed habent in pectore fistuloso quiddam aculeatũ, linguis simile, eo rorem lambunt. Cum excitatæ subuolãt, reddunt humorem: quod solum argumentum est illas rore pasci. Neque enim ad excrementa corporis ullum foramen est Virg. in Daphnide:

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit,
Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadæ,
Semper honos, nomenq; tuum, laudes manebunt.

Hæc sunt τὰ ἀναγκαῖα, i. necessaria, & prouerbii speciem habent, quibus indicare licebit, quod in uita perpetuum nobis futurum intelligi uolemus. Itidem Virg. hoc quod habetur quarto Æneidos: dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.

Conando Græci Troia potiti sunt.

In Syracusiis anus dixit: Conando Græcos Troianis potitos fuisse, & omnia perfici conando, qua prouerbiali figura significatur, conando, & experiendo, quantumuis etiam ardua, perfici posse.

Fac

Facinidum una in arbore.

Habetur in Eidylio 35. & frequẽs hodie in populi ore uersatur, quum fit sermo de non temere mutandis ueteribus amicis. Amicos enim subinde nouos amplecti ueteribus neglectis turpe est. Inconstantia in amore nihil crebrius, neque uulgarius est in communi uita, πολυφιλία, id est, subinde mutare amicos, uetères fastidire, & nouos amplecti. Id olim perinde probrosum atq. infame habebatur, ut si qua mulier subinde alios atque alios uiros admitteret. Is igitur qui bene audire apud homines honestos uult non leuis neq. inconstans in colendis amicitiis esse oportet.

Sternutauerunt amores.

Ex Thalisia Theocriti apparet prouerbiale, dictũ fuisse, φ aliq de signo bono, alii de diuerso & malo intelligunt. Amores sternutauerũt, hoc est, sternutando signũ p̃ bueruẽt, quòd esset amatur°, ipsum euenit.

Bilis in naribus.

Idem in Thyrside de Pada: est amarulẽtus inquit, Æpolos, & illi semper acerba bilis in naribus sedet. Prouerbiale de homine bilioso & iracundo. Qui bilosi sunt hoc est abundant flaua bile, irãcundi sunt. Hic enim humor mobilis est, & acutus, quare facile irritatur & efferuescit.

Orimalides cum Acylis ne conuleris.

Est autẽ hoc prouerbiale apud eundẽ in uiatoribus quod magnam similitudinẽ, & iniquam comparationem significat. Lacon: οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἀκύλα ὀριμαλίδες, i. Neque agrestia poma cum Acylis, scilicet æquaueris. Acyla autem fructus, siue nux φρίνα arboris, similis, naucifagi. Dioscorid. lib. 1. cap. 26. Orimalides poma montana, ab ὄρος mons, & μῆλον pomum.

Annulus aureus in nare suilla.

Significantes quippiam nõ in loco factum dictum ut dicunt quidam: Annulus aureus in nare suilla: pro quo alii, in lenticula unguentum, Habetur Prouerb. c. 11. Circulus aureus in naribus suis. Id trãsferri commodè potest in ãmprobũ & facinorosum hominem de uirtute & honesta te uerba facientem, aut præcepta, de moribus præscribẽtẽ, cũ id nõ deceat, nisi eum qui sit moratus & uitę inculpatę. Malũ nĩ hominẽ etiã bene loquẽtẽ non esse audiẽdũ cẽset Plato. Vide Gellium li. 18. cap. 3.

Sua cuique rei tempestiuitas.

Cum omnia suo tẽpore fiant, & hic quęratur quid sit bonum, uidendum est, ne id alieno tempore quæratur: ut enim inquit Ecclesiastes c. 3. aliud ferendi aliud metendi, &c. sic aliud fęlicitatis, aliud infęlicitatis tempus est. In hac uita, tempus est miserię, quod si quis in ea bonum quærit, perinde facit ac si uelit sementis tempore metere. Expectanda messis est, hoc est, futura uita: in qua non, ut in hac, pro iure regnauit in iuria, sed sola dominabitur iustitia & ueritas, sublatis erroribus. Sed uitam illam non curantes uoluntati indulgent. Vulgò ita fertur: Omnia tempus habent. Hoc cũ aliis superioribus cõfer. Nosce tempus. & aliam ætatem alia decent.

Planus semel crura fregit.

Porphyrio in epist. Horat. ortum esse monet ab insigni quodam impostore qui sæpe fingens crus sibi fractum aliquando multos irrisit, quorum in uehicula tollebatur tandem uere fracto crure, quasi ẽt tum luderet, neglectus est. Hæc est pęna hominis mendacis, ut si quando ceperit uerũ dicere, careat apud omnes fide, de quo exstat apologus apud Æsopum elegantissimus.

Absens hæres non erit.

De iis, qui ob absentiam suã quapiã utilitate frustrantur. Tractum ab illis, qui cũ propinquitate quadã legitimam alterius successionem sperare possint, eadem, dum absunt, oportunis obsequiis, & delinimentis aliorum priuantur. Demosth. Xenoph.

De fumo ad flammam.

Gallvs Cæsar, inquit Ammian. Marcell. in lib. 14. de flamma ad fumũ, hoc est, de letaliũ insidiarũ periculo & timore ad ipsam planè necem tetẽdit, Et Plato de iusto. 8. Populus, inquit, liberorum hominũ fugiens fumum, in flammam seruilis dominationis incidit. Notatur isto stulta temeritas, & calamitas eorum, qui a simulta te, vel dubio, vel minimo malo in certum & ingens odium & malum proruunt.

Nunquam lagenam crateri impone.

Μηδέποτ' οἰνοχόῳ τιθέμεν κρητῆρος ὑπερθεν.
Πινόντων. ὅλον γὰρ ἐπ' αὐτῷ μοῖρα τέτυκται.

Ne

Ne cratera super potantum pone lagenã:
Qui facit, euenient mors illi cruda repente. Hesiod. ἔργων.

NON simul omnia effundenda, & aliorum libidini prodigenda, quæ habeas, ne ipse egẽs deinde & famelicus pereas: quod ita etiam uulgò efferunt: Nunquam exuas te, antequam cubitum eas. Thezes ita interpretatur: Nunquam priuatum publico, partem toti, deterius meliori præfer. Vilior enim οἰνοχόη cratere est. Nam κρατὴρ uas quoddam erat, ut lebes, in symposijs adhibitum, uino diluto repletum: οἰνοχόη, uerò, δοῦν κίλιξ, aut quid simile quo ex cratere bibituri haurirebãt. Proclus eo admoneri putat, ne iratos uerbis prouocemus magis & irritemus: & nugaces homines, atque importunè garrulos recto ne recipiamus. Aliis uidetur Hesiodus deterrere omnes ab assiduis perpotationibus: ibi enim nihil aliud quam crateri œnochoe imponitur certè Moscopulus genitiuum pluralẽ absolutè sumere uidet, his uerbis: μηδ' ἔστω τε πιν ωώτων τινῶν καὶ συμποσιαζόντων.

Vbi uber, ibi tuber.

NIHIL homini tam diuinitus datum, nihil tam prosperè succedit, quin admixtũ sit aliquid difficultatis. Apud. Florid. 4.

Oleo fraudare lucernas.

DICTVM est ab Horat. sat. 5. in Nattam hominem etsi nobili & honesta familia natum, ualdè tamen sordidum qui se inungebat vili, rãcido, & ad lumina relegato olei genere, (Ætius λυχνιαῖον, lucernarium appelat) atq. ita lucernas suo alimento & fomento defraudabat. Turn. Aduer. 4. cap. 9. Simili nigratione facetè. dicemus sordidè & cibis sine sanguine uictitantem, fraudare iumenta suo alimento, &c.

Est modus matulæ.

SATYRA quædam Varronis inscribebatur: Est modus matulæ, uel ut alii libri scribunt, modus matulę, qua inscriptione monebat adhibendum esse modum compotationi & ebrietati. Nam è matula potũ significauit, cum cibum sicciorem in uentrem, liquidiorem in uesicam descendere censerent. Varro alio loco: Diuitum apotheca Chias ad communem reuocat matellam. Plautus:

Nolo in uesicã quod eat; in uentrẽ uolo.

Paludem & salinas emere oportet.

Τὸ ἕλος πρίασθαι καὶ τὰς ἅλας. Quærẽda bona aliquando sunt, quamuis non omnino careant incommodo. Natum fortasse, ab eo, qui cum salinas uenales haberet, in quibus erat palus, salinas alienare sine palude ut uellet, induci nullo pacto potuit. Ita Franc. Luisinus Parergon. 1. è uet. codice & exemplari Venero castigat & explicat id: Oleum & salem emere oportet.

Salaminia nauis.

DE ijs, quę uilia non sunt, nec omni tẽpore exposita, quæque difficillimis temporibus necessaria reseruantur: qualem se Pericles prestabat: ὁ δ' ἀεὶ παρεὼν εἰς τὸ πλῆθος, ἀλλ' ἑαυτὸν ὥσπερ σαλαμινίαν τριήρη, φησὶ κριτέλαος, πρὸς τὰς μεγάλας χρείας ἀπεδίδου. Plutarc. in Pericle.

Noxa caput sequitur.

PROVERBIALITER hoc Gordianus Imper. pronunciauit in c. Licet, C. an ser. pro suo facto post ma. tenea. Nam, ut M. Cato ait, nequiter factum semper durat, & reum comitatur. Sic & Poeta, Pęna potest demi, culpa perennis erit.

Herculis clypeus

PROVERBII loco utitur Iustinianus in Hexasticho Digestis præposito, οἷ ἅτις ἡρακλῆς παναίολον ἀποδὰ τὸ ξάς. Sumptũ apparet ex opere Hesiodi, cui Titulus est, ἀσπίς. Dicitur autem de re pulcherrima & uariis ornamentis insigni.

Lex Africani.

DICITVR de re perplexa & obscura, Sũptum à Responsis Africani iurisconf. difficilibus, Delium natatorem esse flagitantibus. Lex Africani est, ergo difficilis, in ore omnibus est ea ratiocinatio.

Ab aula recessit.

VTITVR Iustinia. in c. Ne in arbitris C. de Arb. Si enim, inquit, uera consuetudo stipulationum, & subtilis, imò magis superuacua obseruatio ab aula concessit, cur non, &c. Dictum de re, quæ amplius in vsu non est. Metaphora sumpta ab emeritis Palatinis iudicibus.

Leuato uelo de caussa cognoscere.

SCHEMATE hoc utuntur Impp. 1 c. 5. C. de naufra. lib. 11. De submersis, inquiunt, nauibus decernimus, ut leuato uelo istæ caussæ cognoscantur, hoc est, summatim. Eadem figura, quæ, de Plano cognoscere.

Mus

Mus in pera, &c.

HOC prouerbiũ cum nonnullis alijs ab Innocẽtio Põtifice citatur in cap. Etsi, de Iud. Iudæi, inquit, nobis illam retributionem impendunt, quam (iuxta vulgare proueribium) mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu suis consueuerũt hospitib. exhibere. Enarrantur & alia in iure Pontificio, Vno collyrio, instar empirici omnib. morbis mederi, ca. Necessere, Dist. 29. facibus solem adiuuare, c. Si omnia. 6. q. 1. quod de superuacaneis & absurdis dici cõsueuit. Frustratim lupus comedit agnum. 13. q. 1. c. Ecclesias. Simile est illud ab Iurisc. nostri sæculi crebrò usurpatum: Heret tanquam mus in pice, cùm quis pendet ambiguus, incertusq; quo se explicet.

Canis in eadem dormitat tegula.

INTERROGATVS Empedocles, teste Aristo. lib. Moral. 2. c. 11. cur nam semper in eadem canis dormiret tegula, respondit canem simile quid habere tegulæ, & proinde ob similitudinem eò tendere. Vsurpatũ hoc ab Aristot. prouerbij loco, de ijs, quæ instinctu naturę similiter erga similia affecta sunt. Adiungit & illud significantius: Graculus graculo assidet, semperq; Deus simile agit ad simile. Luisin. parerg. 3. 10. caussam facit, quod κεραμίδες seu cretacea vasa ferè habeãt canum & aliorum animalium effigies ad quas tanquam viuas accurrisse canes aliquando testatur Athen. 13.

Pauperi Vitulus est castrum.

PRO eo, quod quisq; suis quantumuis exundantibus fortunis, grauetur, hisce difficilibus temporibus: Suus enim morbus cuique difficillimus est, inquit alicubi Plinius. Nec hoc hac tempestate usurpandum apud afflictos, quod dici solet: De minimis non curat prætor.

Spinosum aliquid in prato.

PROVERBIALITER hoc dixit Iustinia. de Concep. Digest. §. 6. Quasi diceret: in re pulcherrima & uenustissima turpe quidã esse immixtũ, q illam dignitatẽ ac speciem imminuat, ut si i prato viridissimo & amœnissimo spinæ & uepreculę inessent, quæ ĩ ambulãtiũ pedes offenderent. Et hoc ĩñ parò, inquit, ne ex occasione huiusmodi lapsus oriat aliquid in tali prato spinosum.

Non soli Atridæ uxores amant.

REFERT Vlpia. in c. 13. de adult. ex Homero: apud quẽ idipsum respondit Achilles Vlyssi, cum ab eodem rogaretur, ut in castra, unde caussa Bryseidis sibi ab Agamẽnone adẽptæ abierat, redire uellet. Sextus Cęcilius hoc dictum uenustè transtulit ad eos, qui uxores quamuis iniustas habẽt, vt adulterij accusatio non minus ipsis, quam ijs, qui iustas uxores habent, permittatur.

Cratetis Poetica.

Κράτητος ποιητικὴ prouerbiali cõuitio egestas & mendicabulum dicitur teste Demetrio Phalereo. Occasionem adagio dedit poematium Crateris philosoph. quo manticam suam descripsit.

Troia non producit Thracem.

Ἀνέρα δὲ τρεῖν θρηίκιον ὅτι φορήσει, Treijcium nõ Troia uirum produxerit vnquam. Significatur è degeneri prosapia haud nasci generosum pectus. Diuersa ratione dixit Flaccus: Nec imbellem feroces progenerant aquilæ columbam: extat apud Stephanum. Troiani ob luxum effęminati audierunt. at Thraces bellicosi semper: vnde Tracia mortis domicilium Manlio Antiocho fingitur.

Domi suæ quilibet rex.

QVOTIES vulgo significamus nos, quæ uolumus, liberè, & inculpatè in ędibus nostris, agere dicimus nos stomi regnum possidere: eo respicit illud Homeri:

Αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο ἄναξ ἔσομ' ἠμετέροιο.

Nec ab eo abludit hoc Iuuenalis:

Tu tibi liber homo, & regis conuiua videris.

Transferri potest ad animũ. Artẽ enim, quã quis perfectè nouit, sine imperitorũ reprehensione quiuis exercere potest. In suo opere auctor, nisi uelit alterius limam, spongiã, stylum deniq; tolerare nõ debet.

Pro amphora vrceus.

HORATIVS initio de arte poetica ex eadem planè fornace ignem illud affert: Amphora cępit Institui: currente rota cur vrceus exit? qua prouerbiali locutione ingeniosè & aptè optimus sentẽtiosæ breuitatis magister secũdum artis præceptum: aut, si malis primi præcepti appendicem, & simul

simul maioris lucis gratia adductã similitudinẽ conclusit, Præceperat, ut scripta pſertim magnifica partib. ſibi ſuis, ijsq; belle & aptè compositis constarent, &, vt longa ἐπιεικόδια aliaque ambitiosa ornamenta ipsam rem principem obscurantia & deformantia fugerentur. Laudabat pictores, qui hoc vitiũ sua in arte studiosè cauerẽt: Subijcit deinde, vtrũque, poetam & pictorem, si aliter fecerint, nihil aliud quã pditurus esse, superbam suam inopiã, & imperitiam, non secus atque illi, qui amphorã magnũ & amplũ vas meditati & aggressi, vrceum tandem, minimũ & alia longè forma uasculum effingunt, & opus auspicãti, in opusculum mõstruosè desinunt. Licebit cõmodè torquere in omnes eos, qui oneri suscepto impares succumbunt: item qui temerè ad aliena à re proposita aberrant. Vtitur eodem Hieronymus sæpius ĩ epist.

Dum vitat humum, nubes & inania captat.

Ex eadem officina prodit illud, quo licebit ineptũ scriptorẽ irridere, qui sermonẽ rei, aut personæ nõ accõmodat, sed aut nimiũ abiecto & famulari oratione utitur, ubi grandi & elata opus erat: aut contra.

Verum ita risores, ita cõmendare dicaces
Cõueniet Satyros, ita vertere seria ludo.
Ne, quicunq; Deus, quicunque adhibetur heros
Regali cõspectus in auro nuper, & ostro,
Migret in obscuras humili sermone tabernas:
Aut, dum uitat humum, nubes, & inania captet.

Castigat Horat. poetas, qui præter decorum dijs & heroibus tabernariorum & opificum orationem tribuunt, & contra opificibus magnificentiam verborum plane heroicam & cęlestem. Metaphoræ rationem nos natura docet: ut ab Icaro aut aliunde non opus sit eam arcessere. Non inuenustè idem quadrabit in eos, qui nulla in re medium tenent, sed ut plurimum in alterutram partem peccant. Similiter, migrare in obscuras tabernas, non malè usurpabimus pro, abijcere se & infimo hominũ genere digna in se admittere.

Cinerem quærere.

Vsvrpatvr pro, esse abiectum, uile & sordidum, ab actione ut opinor, qua est inter cęteras abiectissimas mediastini functiones. Pyrgopol. laqueo Melphidippę & Palæstrionis iã propè adstrictus: satim hęc quoq; me deperit? Meam laudat speciem: ædepol huius sermones haudquaquam cinerem quæritant. P A. Quo argumento? P Y. Quia enim loquitur laurè & minimè sordidè. Tum ipsa nimium lepida nimisq; nitida fęmina. Alij putant militent ijs verbis dicere, debere eorum sermonum perpètuam esse memoriam, sed sequentia nõ uidentur satis hanc interpretationem admittere. Aliorum iudicium facio.

Benefacta benefactis alijs pertegito, ne perpluant.

Monet Philto Lysiteleni suum, ut cum se semel ad bonam frugem recepisset, porrò pergeret. alioqui futurum ut totam rectè anteactam uitam una atq; altera macula statim deturpet. à lignorum strue quę sub diuo posita si rara est aut exigua, lapsu pluuiæ ad imum vsque facem situ & putredine extabescit. Cicero Philip. 14. Nec dispersis bustis humili sepultura crematos, sed contectos publicis operibus, atque muneribus, eaq; extructione, quę sit ad memoriam æternitatis ara virtutis.

Vtramque inflare tibiam.

Εἰς ἑκάτερον αὖλον αὐεῖν. In eos qui omnẽ monent lapidem. Aristid. de Paraph. Simile, ὀρχεῖσθαι διπλῆ χῇ, saltare bifariam. Ibid. Et διπλᾶκρουειν bifariam pulsare. vide. sup. 71. Item, μέσον δυοῖν καθίζεσθαι, inter duas sedere. Idem Sicula 2.

Aggeram plura etiam diuersissima, sed modo quo ante, μέτεστιν ἐμοὶ τοῦ πολέμου, pro, eius negotij non sum planè rudis. Idẽ caprearũ rupes. Claudian. extulit de regia crudelis & libidinosi principis. Vide Suet. in Tiberio. Satyrion bibisse, pro ad libidinẽ incitatum esse. Nota vis Satyrij herbę, & ætymon. Petron. Hieme Gallica frigidior. intelligit eã, quę ad Septẽtriones vergit. Idem. In aquam hiãte ore desilire, pro, appetentẽ esse mortis. Senec. in Nat. quęst.

Ὀμβριακαὶ δαῖτες, prandium ferarũ, cuius nemo fit particeps. Scaliger in Varr. ex Plutarch.

Clypeum post vulnera sumere.

Nec hoc quidẽ relatum ad adagiorum scriptoribus absq; controuersia παροιμιῶδες offendi. Dicitur ãt de intempestiuo auxilio, & præsidio. Ouid. de Tristibus 1. 3.

Et

Et quanquam serò clypeum post uulnera sumo,
Attamen hanc odiis exonerare fugam.

Conuenit huic Diogenianũ illud, Post bellum machinas. Quo longius trahetur, eò erit venustior eius vsus. Ad externa: Hic homo incipit esse parcior frugaliorq; iam consumptis opibus: clypeum post uulnera ut aiũt. Ad corpus: assidua κλινοπάλη esse tum & eneruatum corpus iam continentiam meditatur, clypeum nempe post uulnera. Ad animum: Hic filium suum peruersa animi natura & improborum societate perditum ad probam frugem uidetur recepturus uereor ne post uulnera, quod aiunt, clypeum sumat.

Vulpes pilum mutat, non mores.

Resipere adagiũ uidetur illa senis bubulci. sententia qua apud Suet. Vespesianus Cæsar perstrictus est, qui oegata sibi gratuita libertate, quam imperium adeptũ suppliciter orauerat, proclamauerit: Vulpem pilum mutare, non mores. Sensus est titulis dignitatum & amplissimis fortunã muneribus corporis, non animi sordes tolli in ueteratore & auaro homine: fortunã improbis & subdolis splẽdorem & nitotẽ corporis conferre, non abstergere animi illuuiem, ingenijq. sordes: exuere, hominẽ callidum pannis, non item uitiis; Vel senectutem addere annos, non etiam uirtutes: Huic illud simile est, Lupus pilum mutat, nõ mentem. Hodie Flandris trita sunt Lupus non emendatur senio. Et: Vulpes ætate fit astutior, non etiam melior.

Ocyma cantare.

Satyrographvs ille disertissimus (sic enim a D. Hieronymo laudatur) qui teste Fabio, multum ueræq. gloriæ assequutus est unico libello: lepidissima ἀλληγορία prouerbiali: Ocyma cantare, p probris, conuitiisq. adspergere, & maledictis insectari dixit saty. 4. ubi, cum genus & formam tanquam eximias naturæ dotes iactanter Alcibiades efferret, alioqui teneræ ætatis imbecillitate ad Rempublicam gerendam parum idoneus, præsertim rerum usu destitutus & ueri, rectiqe sordidus auctor: Socrates eodem loco nihilo meliorem facit Baucide Pannucia. discinctum, socordemque uernam maledictis grauiter impetente.

Dinomaches ego sum. suffla, sum candidus: esto,
Dum ne deterius sapiat Pãnuccia Baucis,
Cũ bene discincto cãtauerit ocyma vernę.

Sensus est. Lacta quantũ uis, natales claros, egregiamq. corporis pulchritudinem si ingenium sordidum sit: & prudentia rerumque solertia absit: nihilo meliores uinosa & suffarcinata aliqua anu, ætate & vino delirante (talis enim inducitur Baucis? quæ probè detricat conuitiis socordem & dissolutum seruum dominatum. Ducta est allegoria a ueterum more inter serendum ocymũ usurpato: quod teste Plutarcho & Plinio. lib. 19. cap. 7. creditum est prouenire copiosius & felicius, si maledictis addatis sereretur. Eodem plane sensu, eademque figura prouerbiali possumus dicere: Cuminum serere, quod etiam auctor est Plinius cum imprecatione ne exeat, postquam satum fuerit, terra adacta pauitur.

Gratijs lita.

Non potuit festiuius, aut magis prouerbialiter dici, quam est a Platone Athenie si philosopho dictum, ad Xenocratem discipulum suum, qui semper teste Laertio li. 4. tetrico uultu & seuero habitu incedebat, nulla animi hilaritate ostensa, nulla oris facetia, frontisque nitore tristem seueritatem mitigante ac temperante. Volens igitur Plato seueri grauisque ac uultuosi, ac proinde molesti hominis mores comi quodam blandique festiuo habitus genere componi, ornariq. illũ θύειν τοῖς χάρις iussit, quòd Gratiæ inducantur semper a Poetis, liberali oris effigie, & renidẽti facie, solutisque Zonis. Et de inhumano ac barbaro: Nunquam ille Gratiis litauit.

Sicula aula.

Ivvenalis traducens sæuitiam matronarum Romę in seruos ancillasq. mira libidine animi ad quamuis occasionem iniquè & crudeliter uerbis & uerberibus debacchantium, earum domum translatione prouerbiali Siculam aulam uocat. Aluit enim Sicilia priscis sæculis plurimos tyrannos miserabiliter in humana corpora pro libidine grassantes, vt Phalariden, Dionysium, & id genus monstra exitialia, Carmen Iuuenalis ex Sat. 6. hoc est:

Et cædit, dõnec lassis cædentibus, exi,
Intonat horrendũ, iã cognitione peracta,

Pro-

Profectura domo Sicula nõ mitior aula.

Aptissimè vtemur de ciuitate, vel domo iniqui crudelisq. principis satis superbè & insolenter omnia pro imperio gerentis, bonosq. capite, & fortunis oppugnantis, ubi, ut canit Ouidius:

Victa pugnaci iura sub ense iacent.

Commodè etiam dicetur, de schola plagiosi: alicuius magistelli sæuitia & inscitia furentis, qualem puer ego cognoui cuiusdam re & nomine Κριοφαγξε, planeq; Scythæ: cuius schola non leuius personabat uerberum stridore Sicula aula Phalaridis, aut Dionysiorum. Vsque adeo suaue erat homini eiulantium puerorum uoces audire, & longissimo temporis spatio cæsorum lachrymis ac gemitu miserabili pasci. Nomen tacebitur, terra a quisq. obruendum, Vulcanoq. sacrandum. Faceta est Diogenis χρεῖα & proxima prouerbio, de gymnasio Euclidis. ἐ σχολὴ ἀλλὰ χολή. Et Platonis ludũ, non διατριβὴ, ἀλλὰ κατατριβὴ appellantis.

Alcinoo poma.

MERE prouerbiale est illud Martialis poetæ facetissimi pariter & lepidissimi, quod συγχρόνος eius iniquè studiis sodalis αἰνίσσεται, Satyr. 5. Alcinoo poma dare. Quando tenuis rei uel facultatum homo magis opibus abundanti, eiusq. quod datur largissimè diuiti munus aliquod χειμήλιον, offert dedicatque: Vel cum tenuioris eruditionis uir somno excellentiq; ingenio uiro, summaq. doctrina nobili ingenii aliquod leuidensæ, ut ait Cicero, munusculum nuncupat: quod nec sic fastidiri conuenit. Martialis libro septimo ad Castricium modo, quo exposuimus utitur, cuius hæc sunt uerba:

Muneribus cupiat si quis contendere tecum.
Audeat hic etiam, Castrice, carminibus.
Nos tenues in utroque sumus, uinciqúe parati.
Inde sopor nobis, & placet alta quies.
Tam mala cur igitur dederim tibi carmina, quæris?
Alcinoo nullum poma dedisse putas?

Iuuenalis Satyr. 5. taxans Trebum amicum, qui se parasitũ Virroni cuipiam opulento exhibebat, omni contumeliarum genere quotidianisq. probris a diuite illo vexatus, ad prouerbium superius alludit carminibus, quę subijciam: etsi poma Alcinoi de sapore & gustu suauibus & delicatissimis specie pro genere utendo, licebit dicere etiam prouerbiali colore:

Vitro sibi & reliquis Virronibus illa iubebit.
Poma dari, quarum solo pascaris odore.
Qualia perpetuus Phęacum au tũnus habebat.

Alcinoi pometum (sic enim Tertullianus loquitur) graphicè describit Homerus Odyss. η.

FINIS.

Mopto certior, Cœlio Rodigino fol 1360, li 29 cap, 15. delq; sæpe loquenur con mucha certeza. fue este el vicio adiuinãdo a chalcha quãdo bolvia de pues de vẽida hora
idẽ fol 1362. lib, 29. cap, 16. amãtiũ marsupia porri folio vincire, porri folio amãtiũ vincitur funda. lo significatur irretitos amoris laqueis non ferre tẽperare sibi; sed quicquid habent, passim profũdere, nihil omnino habent q; pensi.

Materij parte, Vertigesse varendu ne, (vt affert et docuit Ar-
rediburg periugieu Vocy non satis prudenter effudamus. multi-
mes odiosy saepe incidit nimis incaute, vt plane tempestiuy
Materie accidisse Marcus Tullius scribit, quia eo gluctus est, et
viri subaugustatibus inter positis parietibus, sibi patefacti,
iudicium probabiliter cum capitali iure damnatus est.

Aristogiton claudicat, ex historia in eos par omnis fauis habet
morbum affimulant, ne militia vel id genus oneri pleraque
cogatur subire quod improbiest. P. Rodigino Al. 1166, lib. 25, cap.